TECA NAZ.
lo Emanuele III
XVI
D
12
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IVSTI HENNINGII BOEHMERI, IC.
POTENT. REGIS BORVSS. CONS. INT. REGIM. DVCAT. MAGD. CANCELLARII
ACADEM. FRIDERIC. DIRECTORIS EIVSDEMQVE PROFESS. IVRIS PRIMARII

IVS ECCLESIASTICVM PROTESTANTIVM

VSVM HODIERNVM

IVRIS CANONICI

SECVNDVM SERIEM LIBRI III. TIT. XXX. ſqq.
ET LIB. IV. TIT. I. ſqq. DECRETALIVM
QVIBVS POTISSIMVM IVRA DECIMARVM, MONASTICA, PATRONATVS, VISITATIONVM, LITVRGIARVM ET SPONSALIVM TRADVNTVR, OSTENDENS

ET

IPSIS RERVM ARGVMENTIS

ILLVSTRANS
ADIECTO DVPLICI INDICE.

TOMVS III.
EDITIO QVINTA.

B. R. NEAPOLIS

CVM PRIVIL. SACR. CAESAR. MAIEST. ET POTENTISS. REG. BORVSS.
NEC NON ELECTOR. SAXONIAE ET BRANDENB.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI, MDCCLXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

In publicum nunc prodit continuatio *iuris ecclesiastici Protestantium*, seu tomus III. vsus hodierni iuris canonici secundum seriem Decretalium in foris Euangelicorum. Tomo secundo substiti in tit. XXIX. libri III, quo iura *parochialia* tradita sunt. Præsens continuatio ergo a tit. XXX. lib. III. initium cepit, & titulos eiusdem libri, qui supererant, tradit, simulque ad libri IV. aliquot titulos progressum facit, vt, quæ ex libris IV. & V. decretalium supersunt, volente Deo, tomo IV. & vltimo coniunctim exhiberi queant. Quinque potissimum capita hoc tomo III. excutiuntur, atque vberiori explicatione illustrantur. Pri-

Digitized by Google

mum tangit *iura monaſtica*, pluribus inuoluta ſcopulis, quorum peculiares rationes ex intimis antiquitatis tenebris euolui, atque pro ratione inſtituti paulo plenius explicui, quod animaduerterim, ipſos eccleſiæ Romanæ doctores, qui ad decretales commentati ſunt, parum lucis huic doctrinæ attuliſſe. Sigillatim originem, progreſſum, & ſtatum monachorum tradidi, vnde potiora eorum iura promanant. Delineaui præterea *ius publicum monaſticum*, quod in ſingulari regimine & ſtructura vniuerſæ reipublicæ monaſticæ conſiſtit, & tam amplissimo apparatu eſt refertum, vt nouum papatum in papatu eccleſiæ Romanæ facere videatur, ſeſeque ad ipſa imperii Romano-Germanici iura publica extendat, atque non leues acceſſiones ad ea faciat, vt *tit. XXXV.* inprimis euictum eſt. Monaſteriorum & reliquarum domuum religioſarum infinita quoque ſunt iura, per inſtrumentum pacis inprimis limitata, correcta atque ad Germaniæ peculiarem vſum compoſita, quatenus Proteſtantes inter Catholicosque concurſus quidam circa ea deprehenditur, vt, eorum ſententiam eruere, meo inſtituto conueniens fuerit. Alterum caput *iura patronatus* tangit, paulo exactius repræſentata, quam communiter fieri ſolet, quibus tertium caput, *viſitationes eccleſiaſticas* earumque acceſſoria concernens, adiungitur, & variis obſeruationibus iuridicis hiſtoricisque exornatur. Quartum caput in *iuribus liturgicis* explicandis occupatum eſt, quam ob rem diſſertationem præliminarem de *iure liturgiarum eccleſiaſtico* in genere huic tomo præmiſi, vt inoffenſo pede & faciliori

Digitized by Google

liori conatu ad ſpecialia liturgiarum themata progredi poſſem. Hisce inſeruiunt *templa* & *altaria*, de quorum *conſecratione, ædificatione* & *refectione* ſecundum titulos occurrentes edifſerendum fuit. Plura ea occaſione præiudicia, etiam noſtratibus familiaria, detexi, pluresque *ſuperſtitionum* fontes aperui, qui inprimis circa hæc doctrinæ capita ſcatere ſolent. Quam crudum conceptum adhuc quidam inter Proteſtantes de *ſanctitate templorum* habeant, quid de *conſecratione*, de *dominio templorum* aliisque his connexis ſentiant, plenius oſtendi, & paulo diſtinctius examinaui, vt ſcopulos, quos multi haud euitarunt, manifeſtarem, & quid detrimenti res noſtræ eccleſiaſticæ ex his reliquiis papatus caperent, docerem. Ipſa *liturgia* in celebratione euchariſtiæ & cultu miſſatico vulgo quidem conſtituitur, ſed etiam ſolennia *baptiſmi* & *confirmationis* ad illam referenda ſunt, quæ magna cum cura, quoad *iuris* effectus inprimis, excutienda fuere, vt conſtaret, quantam mutationem iurium errores, in his doctrinis occurrentes, & a Theologis noſtris vberrime notati, induxerint; ſunt enim iura accommodata ad ipſa *doctrinæ publicæ* capita, quibus repurgatis, iura quoque reformari debent. Tandem ad *librum IV*, quo *matrimonialia* traduntur, progreſſum feci, & quia hæc in præſenti tomo III. abſoluere haud licuit, tantum ea, quæ *ſponſalium* conceptum & iura reſpiciunt, ſub examen reuocaui. Quid in hac materia, infinitis erroribus obnoxia, & a Proteſtantibus admodum deprauata, præſtiterim, alii iudicent. Nemini ſententiam meam ob-

 trudo:

Digitized by Google

trudo: id duntaxat contendo, vt animo ab omni præconcepta opinione vacuo eam examinent, &, perſpecta tota eius cauſa, iudicium ferant. Quæ ſuperſunt huius doctrinæ capita, ad vltimum reſeruaui tomum, cum *criminalibus* eruenda, ſi Deus vitam viresque conceſſerit. Conceperam quidem ſpem certam & indubiam, fore, vt nundinis Lipſienſibus, poſt feſtum Michaelis celebrari ſolitis, hunc tomum publicæ luci exponerem; enimuero ſpem fefellerunt præſentis mei muneris publici, in explicando magiſtratu Academico conſtituti, rationes, quæ a priuatis meditationibus mentem ad ſollicitudinem publicam auocarunt, effeceruntque, vt vel inuitus editionem huius tomi paululum differre debuerim. Parum præiudicii in mora pauxilli temporis. Sat cito, ſi ſat bene. Dab. e muſ. d. 1. Dec. M DCC XXII.

IVS

Digitized by Google

Digitized by Google



SERENISSIMO PRINCIPI Ac DOMINO

DN. FRIDERICO LVDOVICO

PRINCIPI WALLIAE

REGNORVM

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE

ET HIBERNIAE

NEC NON

ELECTORATVS BRVNSVICO-LVNE-

BVRGENSIS HEREDI

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

)(

Digitized by Google

SERENISSIME PRINCEPS DOMINE CLEMENTISSIME



Viginti iam abierunt anni, quo tomus primus iuris ecclesiastici Protestantium a me concinnatus in publicum prodiit, ac augustissimo nomini AVI TVI, potentissimi quondam Regis magnæ Britanniæ, MAGNI GEORGII, a me, ciue Hannouerano, subiectissima consecratus est mente. Post quatuor annos alter a me huius operis tomus editus est, quem eadem subiectionis lege non alii quam augustissimo PATRI TVO, magnæ Britanniæ sceptra hodie prudentia pariter ac clementia inusitata tenenti, inscribendum dedicandumque esse iudicaui. Devotioni ciuis subiectissimi, cui Hannoucra natale dedit solum, non defuit successus, sed indulgentia incredibilis Tantorum principum immeren-

Digitized by Google

merenti calcar addidit, vt a tramite, quem ingreſſus eram, haud deſiſterem, ſed opus, quod inſtitueram, exædificandum continuarem. Hac ſub fiducia pariter ac præſidio principali natus eſt tomus tertius, qui orbi literario ſeſe ſiſtere conſtituit, ſimulque ſub alis tutiſſimis auguſtiſſimæ domus, quibus priores duo tomi ſeſe abdiderunt, acquieſcere deſiderat exoptatque. Quem vero tutorem præſidemque ſibi magis peteret poſtularetque, quam Temetipſum, PRINCEPS CLEMENTISSIME, qui non tantum magnæ Britanniæ ſed generis etiam humani delicium optimo nominaris iure: qui ipſo vultu gratioſiſſimo oſtendis, TE ad ſumma quæuis in Europa natum, atque ad immenſum Britonum aliorumque populorum deſiderium atque ſolatium e cœlo demiſſum: qui in florentiſſima ætate tam excelſa magni animi vereque regii edis documenta, quibus potentiſſimi quondam AVI res geſtas, immortalitati iam dudum dicatas, exæquare, virtutemque PATRIS TVI auguſtiſſimi excelſiſſimam imitatione admiranda aſſequi, omni animi feruore laboras atque contendis?

dis? Hoc animi TVI præſtantiſſimi robur ſolidum me quoque illexit, inuitauitque, vt hunc tomum tertium TVAE clementiæ præſidio humillime ſubiicerem, contenderemque ſubditiſſima voluntate, vt in Hannouerano ſolo nati & innutriti ſubditi conatum indulgentiſſimo approbares nutu, ſimulque concederes permitteresque, vt ſub auſpiciis alisque Auguſti NOMINIS TVI in orbem literarium prodire poſſet. Ea autem deuotionis ſubiectiſſimæ lege id audeo idque ſuſcipio, vt, quod & hactenus feci, etiam in poſterum pro ſalute tanti principis, & vniuerſæ regiæ gentis incolumitate vota nuncupare atque preces ad cœlum fundere non deſiſtam

TIBI
SERENISSIME PRINCEPS

Dabam Halæ ipſis Kal. Oct.
M DCC XXXV.

ſubiectiſſimus
IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER.

Digitized by Google

DISSERTATIO PRAELIMINARIS DE IVRE LITVRGIARVM ECCLESIASTICO.

§. I.

CVltum diuinum in *ſpiritu* & *veritate* peragendum eſſe, Seruator, veritatis ſolidiſſimæ doctor, & docuit, & ſuo demonſtrauit exemplo. In *ſpiritu* colitur numen diuinum, ſi internæ mentis operationes & voluntatis inclinationes ad DEVM diriguntur, isque ex toto corde ita diligitur, vt in eo vnice quieſcamus, viuamus & moriamur. In *veritate* vero cultus demonſtratur, dum *ipſo opere* ad eius voluntatem noſtras componimus actiones, opera charitatis erga proximum exercemus, & *fide viuida* in Chriſtum muniti id vnice agimus, operamur, curamus, quod nobis per ſanctisſimam DEI doctrinam iniunctum eſt. Hic cultus DEO acceptisſimus eſt. Enim vero ſicuti homines facile ad ea, quæ *ſenſus* feriunt *externos*, prolabuntur, atque in illis acquieſcunt; ita non mirandum eſt, cultum diuinum tandem, ingenio hominum ad externam pompam procliui, peculiarem formam induiſſe, vt etiam infinitas leges de illo conſcribi neceſſum fuerit. Ipſum ius canonicum his non tantum

Dari iura liturgica oſtenditur.

Digitized by Google

repletum eſt, ſed etiam *conciliorum codex* ex omni antiquitate hos apparatus nobis ſiſtit, qui variis controuerſiis anſam dederunt. Inprimis vero in titulis, hoc *tomo III.* illuſtrandis, *liturgiarum* primaria ſedes occurrit, quarum indolem & iura ſi hac *diſſertatione præliminari* explicauero, id commodi inde nactus mihi videor, vt inoffenſo pede progreſſum ad ſpecialiora facere queam.

Liturgia vi vocis quid denotet?

§. II. *Liturgia* ſatis decantatum in *ſacris* vocabulum eſt denotatque *miniſterium aliquod ſacrum*, quatenus *cultu externo* peragitur. Hoc ſenſu λειτουργία iudaica denotauit cultum iudæis iniunctum, variis ritibus ceremoniisque conſtantem *Luc. I*, 23. *Hebr. VIII*, 21. *X*, 11. Quia vero etiam in *nouo teſtamento* Chriſtiani Deum ex intimo corde colebant, preces inuicem fundebant, & ieiunia varia, quamuis ex mera *libertate*, peragebant, hunc quoque cultum *externum*, recepto pro more vocabulo λειτουργίαν appellarunt. *Actor. XIII*, 2. Equidem λειτουργία *miniſterium quoduis* denotat. vid. ISAAC CASAUB. *exercit.* 16. *ad annal. eccl. Baron.* §. 41. *ab init.* PFEIFFER. *antiquit. grac. lib.* 2. *c.* 20. quemadmodum hoc ſenſu angeli etiam dicuntur in ſacris πνεῦματα λειτουργικὰ; *Hebr. I*, 14. nihilominus tamen poſtea vſu obtinuit, vt *vniuerſus cultûs ſacer* primario λειτουργία appellaretur, & qui huic præerant, λειτουργοὶ, *miniſtri*, vocarentur, ſicut etiam hodie in vernacula adhuc dicimus, der Gottesdienſt. Quamuis itaque totus *cultus Leuiticus*, & quem Chriſtiani tempore apoſtolorum Deo exhibebant, vno eodemque generali vocabulo deſignaretur; manſit tamen hæc differentia, quod *liturgia iudaica* magis *ritus* ipſos & *ceremonias* denotaret; *chriſtiana* vero, quæ ab initio ſola *ſimplicitate*, non *externo ſplendore*, commendabatur, in *ſpiritu* quippe & *veritate* peragenda, ipſum cultum in precibus, ieiuniis, inuocatione nominis diuini aliisque piis exercitiis conſiſtentem, *Act. II*, 46. *ſq.* & ſic primario non *ceremonias*, quibus non laborauit, nec *ſtatas preces formulasque*, olim incognitas, exprimeret. Poſtquam vero infinitæ *ceremoniæ & ritus* ex *paganiſmo & iudaiſmo* in cultum externum introducebantur, & in his, abiecto vero cultu interno, omnis cultus diuinus potiſſimum collocabatur, atque hunc in finem ritualia, formulæ precum ſolennes, agenda, &c. compoſita ſunt, λειτουργία illos ipſos *ritus & ceremonias externas* ſignificare cœpit, quibus *cultus externus* peragitur, quo ſenſu & hodie *ritus eccleſiaſtici*, potiſſimum vero *formulæ precum ſolennes* in ſacris actibus adhibendæ, venire ſolent, & *in iure liturgico* veniunt. Denique cum paulatim omnis cultus externus ſacer in *celebratione Miſſæ*, in qua primario preces, ritus, deuotionisque ſolennia præſcripta ſunt, conſiſtere cœpit,

Digitized by Google

cœpit, κατ' ἐξοχὴν ipſa Miſſa *liturgia* dicta fuit, præſertim apud Græcos. IO. BAPTISTA CASALIVS *de ritibus vet. Chriſt. c.* 9. *p.* 79. ISAAC. CASAVB. *cit. l. circa f. Cardin.* BONA *de liturg. reb.* DAVID. CLARKSON. *diſcours ſur les liturgies.* Dn. PFAFF. *diſſ. de liturg. c.* I. §. I. Secundum hæc prælibata *liturgia* denotat *complexum omnium precum ſtatarum atque rituum in cultu externo peragendo, & inprimis in celebratione euchariſtiæ receptorum & in libris liturgicis præſcriptorum.* Conf. IO. FRIDERICI *in tr. de liturg. vet. & nou. c.* I.

§. III. *Sine externis ceremoniis impoſſibile eſſe, ſeruare religionem,* non inepte iudicauit AVGVSTINVS *lib.* 9. *contra Fauſtum,* ſi modo voce *religionis* cultum quendam *externum* intelligas: hic *ordinem* quendam requirit, qui *ritus quosdam,* ſeu *modum* colendi Deum producit. Omnem penitus antiquitatem perluſtrantes, animaduertimus, apud gentes fere quascunque *ritus peculiares* in colendo numine obſeruatos fuiſſe. Neque ipſi *filii Dei,* vti in ſacris vocantur poſteri SETHIS, ritus externos reſpuerunt, id quod *ſacrificia* eorum ſatis indicant, quamuis, quod facile coniici poterit, in hiſce ritibus non ſubſtiterint, ſed eos tanquam externum ſignum *internæ venerationis* & *cultus erga Deum* adhibuerint. Impii, licet cultum verum Dei *internum* mox abieciſſent, *externum* tamen retinere, & variis ritibus exornare maluere, partim quod talis cultus moribus eorum deperditis admodum conformis eſſet, nec *interna* indigeret *animi puritate;* partim etiam quod ſatis congruus videretur, ad populum rebellem & indomitum retinendum in officio, quippe qui inprimis tangitur *externis*, in ſenſus incurrentibus, quo ipſo *vmbram religionis*, non *rem*, retinuerunt. Cum itaque *ritus ſacri* religioni & *prodeſſe* & *obeſſe* poſſint, & hinc varie de illis diſputari ſoleat, non incongruum erit, *indolem* eorum paululum ſpecialius perſcrutari.

An ritus ſint neceſſarii ad religionem?

§. IV. Quemadmodum DEVS eſt *Spiritus*, ita quoque homo facile intelligit, non *humano modo* primario, ſed inprimis *interna animi* & *Spiritus veneratione* eum eſſe colendum. Colit DEVM homo, non quaſi DEI honori & felicitati per externam exhibitionem honoris aliquid accedat, ſed quia intelligit, per *internum cultum* ſe omne bonum verum ab eo impetrare poſſe, qui vnice bonus eſt, ſuamque inde dependere felicitatem. Ex hoc principio præterea colligit, cultum diuinum magis debere eſſe *internum* quam *externum*, imo omnem *externum* fieri debere propter *internum*: *externum* eſſe inanem, ſi deſit *internus* animi cultus. Totam rem egregie illuſtrat ARNOBIVS *lib.* I. *aduerſ. gent.* vbi ita: *Huic (Chriſto) omnes ex more proſternimur, hunc collatis precibus adoramus,*

Cultus DEI verus quis?

Digitized by Google

ab hoc iusta & honesta & auditu eius condigna deposcimus. Non quod ipse desideret, supplices nos esse, aut amet substerni, & tot millium venerationes videre; vtilitas haec nostra est, & commodi nostri rationem spectans. Nam quia proni ad culpas & ad libidinis varios appetitus vitio sumus infirmitatis ingenitae, patitur, se semper nostris cogitationibus concipi, & dum illum oramus, & mereri contendimus eius munera, accipiamus innocentiae voluntatem, & ab omni nos labe delictorum omnium imputatione purgemur. Proinde *per se* & *absolute* ad hominis felicitatem necessarius est cultus internus; idem de *cultu externo* asseri nequit qui non *propter se*, sed *propter aliud* est, scilicet propter *cultum internum* Superuacaneum est, id latius ex sacris demonstrare, cum & prudentiores ex ethnicis id non negauerint.

Illustratio ex gentilium testimoniis.

Notanter PLATO *in Alcibiade 2* ait: *Etenim graue esset, si DEVS ad dona & sacrificia respiceret potius, quam ad animum, vtrum sanctus & iustus* (ὅσιος καὶ δίκαιος) *sit: ad quem equidem arbitror DEVM magis attendere, quam ad multi sumtus pompas, quae nihil prohibent eum, qui multa in DEVM hominesque peccauerit, siue priuatus sit, siue magistratus gerat, singulis annis perficere.* Praeclarius ab ethnico homine nihil dici potuit, satis ostendente, omnem cultum *externum* esse inanem, si *internus* deficiat. Quid notius est illo vulgato CATONIS:

Si DEVS est animus nobis, vt carmina dicunt,
Hic tibi praecipue sit PVRA MENTE colendus,

Audiamus etiam PERSIVM *sat. II. v.* 7. ita canentem:

Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messala lippa propago,
Compositum ius, fasque animo sanctosque recessus
Mentis & in caelum generoso pectus honesto.

Neque alienus ab hac sententia quoque fuit PLINIVS *in panegyrico Traiano dicto c. 4. n* 6. aiens: *Animaduerto etiam, DEOS ipsos non tam accuratis adorandum precibus* (certis forsan formulis conceptis, quas *carmina* vocabant,) *quam sanctitate & innocentia latari, gratioremque existimari, qui delubris eorum puram callamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit.* Adeo veritas huius sententiae *ratione* ipsa *naturali* constat, vt nec ethnici eam dissimulare potuerint, quamuis verum cultum internum, veram sanctitatem & innocentiam ignorauerint. Confirmat idem CICERO *lib. 2. de nat. Deor.* de cultu diuino ita differens: *Cultus Deorum est optimus, itemque castissimus atque sanctissimus, plenissimus pietatis, vt eos semper pura, integra, incorrupta, & mente & voce veneremur. Non enim Philosophi solum, verum etiam maiores nostri superstitionem a religione se-*

Digitized by Google

separauerunt. Sed desino plura alia loca congerere, ne lumen soli additurus videar.

§. V. Quamuis itaque vera colendi DEVM ratio in *interna animi ad DEVM directa deuotione* consistat, facile tamen haec ipsa in externos actus, gestus & motus erumpit, quemadmodum cordis intima desideria externis actionibus edere solent homines. Quod mente desiderium ad DEVM concepit homo, id ipsum precibus externis significat, & illam ipsam veneration em, quam in pectore erga summum DEVM gerit, externis quoque edere documentis & signis, venerationem & amorem erga DEVM significantibus, conuenientissimum iudicat. Inde fideles sacrificandi ritum deduxisse, credendum est, quam externam colendi DEVM rationem adeo non improbauit DEVS, vt potius, sinceram animi deuotionem exinde diiudicando, cultum illum approbasse, seu gratiose accepisse, quatenus ex *purissima* in eum *fide* fiebat, legatur *Gen. IV*, 4. Sicuti enim pater benignissimus liberorum suorum varias actiones, quibus filialem amorem demonstrare patri satagunt, quamuis saepe nullius pretii, aut ineptas, laeta mente & benigna fronte accipit, quia ex his ipsis de voluntate in se certus redditur; ita caelestis pater non improbauit externas actiones hominum, quibus *cultum internum* externe quoque declarare voluere, quin potius, quatenus *ex fide* promanarunt, benignissime accepit. Atque exinde orta est inter pios & fideles prima ratio *externe* DEVM colendi. Cultus internus in externum prorumpit.

§. VI. Vtut itaque constet, in *externis* illis *ritibus* & actionibus *per se* & *primario* verum DEI cultum haud consistere, id quod & pii, seu *filii DEI*, vt in sacris appellantur, satis agnouerunt; mox tamen impii, seu *filii hominis*, vti vocantur, omnia peruersa ratione in sacris agere coepe:unt. Postquam enim *verum* sensum *pietatis* abiecissent, & sic a *cultu interno* defeciussent, & tamen aliquam cultus diuini speciem retinere mallent, prolapti sunt vnice ad *externas ceremonias* & actiones, quibus videbant pios cultum internum erga DEVM exhibere, obseruante STVCKIO *in descript. sacr. & sacrific gent. p* 10. Id ipsum vel exemplo CAINI *Gen. IV*, 5 apparet, qui eundem cum fratre cultum externum DEO exhibebat, sed diuersa plane deuotione, id quod euentus docuit, vt sic optimo iure huc applicare possis vulgatum illud: *duo cum faciunt idem, non est idem.* Institutus erat sine dubio CAIN cum fratre ab ADAMO in omni pietate, & sic quoque *cultus externi* rationem non ignorabat. *Obduratio cordis* vero obstabat, quo minus sacrificium DEO purum offerre posset, de cuius occasione varia tradunt eruditi. Vid. BAYLE Cultus externus ab impiis assumtus & pro vero cultu habitus.

Digitized by Googl

in diction. ſub articulo Abel lit. F. Hoc modo induratus & ſanguine fratris maculatus nouam viuendi rationem, concupiſcentiis carnis congruam, elegit, remque publicam quandam adornauit, in qua, vt facile coniicere licet, non tantum *ritum ſacrificandi* retinuit, ſed forſan etiam pluribus nouis ceremoniis auxit. Ita enim ſunt comparati homines, qui verum pietatis ſenſum exuerunt, vt, quamuis DEVM corde negent, *externe* tamen profiteantur ceremoniis, aliisque actionibus, ſenſum numinis diuini præ ſe ferentibus, qualis tamen *cultus* reuera eſt *mortuus*. Accedebat CAINI ſumma ambitio, quæ ductus omnia ad pompam adornaſſe, & externo ſplendore inſtituiſſe probabile eſt, vt inde prima *idololatriæ & ſuperſtitionis* incunabula ſunt deducenda. Hæc poſt diluuium eadem ratione per poſteros NOAE, ſi Sethitas excipias, longe lateque ſunt deducta, vt tota gentilium religio infinitis *ceremoniis & ritibus* ſuperbire inceperit, ac *religio* ipſa in *ceremoniis DEORVM*, ad punctum obſeruandis, conſiſtere credita fuerit, teſte CICERONE *de inuent.* Talis cultus paganiſmo valde accommodus eſt, vtpote cui homines, a natura ad ſuperſtitionem procliues, nullo ſe accommodant negotio, cum plerique magis *ſenſu* quam *iudicio* abundent, & ſic admodum illis capiantur, quæ ſenſus externos afficiunt, ſplendoremque externum præ ſe ferunt. Hinc tot elegantiſſima templa, tot infinitis modis variantes ceremoniæ, ritus, carmina, cetera producta, in quibus *religio*, *cultus*, *pietas*, *ſanctitas & veneratio* quæſita eſt, vt plenius docet IO. GVILELM. STVCKIVS *in deſcript. ſacror. & ſacrif. gentil. p.* 1. *ſeq.* Ceterum hæc ipſa latius exequi ab inſtituto meo alienum eſt, cum ſufficiat, fontem aperuiſſe. Conf. SLEIDANVM *de orig. error.* THOMAM GOODWINVM *de ciuil. & eccleſ. ritib. Hebræorum lib.* 4. GERHARD. IOANNEM VOSSIVM *de theol. gentilium ſiue de orig. & progreſſu idololatriæ*, ANTON VAN DALE *de orig. & progreſſ. idololatr.* DN. BVDDEVM *de atheiſmo & ſuperſtitione.*

In ſuperſtitionem a gentilibus cultus Dei conuerſus eſt.

§. VII. Latitauit præterea ſub hoc cultu externo pompoſo hæc inprimis *ſuperſtitio*, quod crederent, hunc ipſum DEO *per ſe* ſatis gratum eſſe, &, ceremoniis illis rite peractis, DEVM per ſubtiles formulas placari poſſe, qua de cauſa tam anxii & timidi circa illum fuerunt, vt *ad amuſſim & punctum* omnia peragi deberent. Potiſſimum cultum *Romanorum gentilium* indigito, apud quos omnia concepta erant verbis ſolennibus, formulisque præſcriptis conſtabant, a BRISSONIO *de formul.* relatis. Inprimis precationes ſuas ſolennes ſtatasque habuere, quod ex ISIDORO LIL. GEORG. GYRALDVS *tom. I. ſynt.* 17. *p.* 473. illuſtrat, &,

Digitized by Google

&, *cum enim*, ait, *primum homines exuta feritate rationem vitæ habere cœpissent, seque ac DEOS suos nosse, cultum modicum ac sermonem necessarium commenti vtriusque magnificentiam ad religionem DEORVM suorum excogitauerunt. Igitur vt templa illa domibus pulchriora & simulacra corporibus ampliora faciebant, ita eloquio etiam quasi augustiore honorandos DEOS putauere, laudesque eorum & verbis illustrioribus & iucundioribus numeris [redacted]ulerunt.* Has precationes solennes *carmina* appellabant, vel PLINIO teste *in paneg. c.* 63. & 92. vbi precationem comitiorum solennem *carmen* vocat, quia moris apud Romanos fuit, vt formulæ conceptæ nomine *carminum* venirent. Vid. CICERO *pro Muræn. c.* II. *sq.* Quid euidentius hoc LIVII *lib.* 39. *c.* 15. testimonio? *Ad hæc officia, dimissis magistratibus, consules in rostra ascenderunt, & concione aduocata, cum* SOLENNE CARMEN PRECATIONIS, *quod præfari, antequam populum alloquantur, magistratus solent, peregisset, consul ita cœpit: nulli vnquam concioni, Quirites, tam non solum apta, sed etiam necessaria hæc* SOLENNIS DEORVM COMPRECATIO *fuit, quæ vos admoneret, hos esse Deos, quos colere, venerari precarique maiores vestri instituissent.* Quemadmodum vero cura sacrorum & solennia publica, circa hæc obseruanda, demandata erat *sacerdotibus*, adeo, vt etiam iuxta *l.* 1. §. 1. *D. de I. & I. iuris publici* partim constitueret; ita hæ precationes solennes a sacerdotibus tum conceptæ, tum sancte custoditæ fuere, ceu etiam aliæ formulæ ciuiles ab iis olim petebantur, *l.* 1. §. 6. *D. de orig. iur.* Testis est GELLIVS *lib XIII N A. c.* 21. & *comprecationes*, ait, *DEORVM immortalium, quæ ritu Romano Diis fiunt, sunt in libris sacerdotum populi Rom. & in plerisque antiquis orationibus.* Habes hic *ritualia* Romanorum, in quibus *liturgia cultus idololatrici* determinata erat.

§. VIII. Vti vero in *formulis forensibus* sollicita adhibenda erat præcautio, ne litigantes vel in *syllaba* errarent; ita formulæ solennes in precationibus publicis ad vnguem obseruandæ, & retentis superstitiose *verbis conceptis*, recitandæ erant. Ne autem vel *in syllaba* errarent, aut præposterе quid recitarent, receptum erat, vt *de scripto* aliquis præiret, alius vero custos daretur, qui attenderet. PLINIVS *lib. XXVIII. c.* 2. DECIVS teste LIVIO *lib. VIII, c.* 8. in maxima trepidatione, cum de victoria desperare cepisset, VALERIVM cons. magna inclamauit voce: *Deorum ope, Valeri, opus est. Age dum pontifex publicus populi Rom. præi verba, quibus me pro legionibus deuoueam.* Hunc morem etiam confirmat SVETON. *in Claudio c.* 22 *Obseruaui sedulo, vt quoties terra in vrbe mouisset, ferias aduocata concione Prator indiceret, vtque ob dira aut in vrbe aut*

Hæ ad amussim obseruandæ erant.

aut in Capitolio visa obsecratio haberetur, eamque ipso iure Max. Pont. commonito pro rostris populo Rom. præiret. Interim summus, quamuis inanis, iis iniiciebatur terror, qui vel in syllaba errauerant, quod CICERO *de inuent.* agnouit, aiens: *in superstitione inest timor inanis Deorum, cum scilicet timemus, vbi nullus debet esse timor.* Agnouêre nonnulli vanitatem horum rituum; sed vel perpauci erant, vel cogitationes suas supprimere debuere, ne *athei* viderentur. Hæc res effecit, vt plebs miser magis magisque a veri numinis agnitione abduceretur, & nudis illis ritibus sacris acquiesceret, satis suo se officio feciſſe existimans, si modo *patrios ritus* exacte custodiret. Vnico id declarare testimonio placet EX PLATONE, *in Alcibiade* 2. paulo post initium hæc narrante: *Cum inter Athenienses & Lacedæmonios dissidia & bella essent, contigit semper nostræ ciuitati, vt terra marique inferior esset, quoties pugna fieret, nam nunquam potuit victoriam reportare. Itaque indignantes Athenienses & anxii, ecquam rationem præsentium malorum depellendorum inuenirent? re deliberata rati operæ pretium ad Ammonem mittere, ipsum consulturos ac præter hæc quæsitum etiam, quamobrem Dii Lacedæmoniis potius victoriam largirentur. quam sibi, qui omnium Græcorum (vt aiebant) plurimas & pulcherrimas hostias offerimus, & ita donariis ipsorum fora exornamus, vt nulli alii. Pompas insuper sumtuosissimas & augustissimas quotannis celebramus, & impendimus plus pecuniæ quam ceteri omnes Græci.* Arbitrari itaque sunt Athenienses, quibus tamen vulgo *sapientiæ* singularis gloriam adsignant, pompis eiusmodi & ritibus externis DEVM placari posse, adeoque eiusmodi ceremonias illi *per se* gratas esse, atque hac opinione semel imbuti magis magisque aliquid iis addiderunt, vt de *gratia Dei* possent esse certiores & securiores. Sed in eo quidem insipientes fuere, existimantes Lacedæmonios in his omnibus peccasse, & sic auxilio diuino se indignos feciſſe. Aiunt: *Lacedæmoniis autem nihil horum curæ est, sed tam negligenter sunt circa cultum diuinum, vt aliquando inutilia offerant, & in reliquis non paulo parcius Deos honorant quam nos, cum tamen a nostra ciuitate diuitiis non superentur. Postquam hæc dixisset legatus, interrogat, quid facere oporteat ad inueniendam præsentium malorum depulsionem, cui vates nihil aliud respondit, quam vt ad se accersitum renunciare Athenienſibus hoc iuberet: ita Ammon dicit: Lacedæmoniorum εὐφημίαν sibi iucundiorem esse, quam omnia Græcorum sacrificia.* Videtur PLATO voce εὐφημίας precationem Lacedæmoniorum intellexisse, quæ forsan *simplicior* fuit, *pompa* illo *cultu* Athenienſium.

§. IX.

Digitized by Google

§. IX. Ita per ſingularem Dei prouidentiam contigit, vt populi, qui & *moratiores & ſapientiores* videri vellent, ceteras omnes gentes *idololatria & ſuperſtitione* ſuperauerint, & tot vaniſſimis ritibus ſacris operam dederint, vt cultus quidem *elegantior* quoad externum ſplendorem appareret, re ipſa tamen *vaniſſimus* eſſet. Hoc vel ex ratione naturali facile coniici poteſt, ſi modo mores *populorum moratiorum*, quos etiam *ſapientes* dixerunt, paulo penitius perpendamus. Vt plurimum habiti ſunt pro *moratioribus*, qui, relicta ſimpliciori vita, *elegantiæ externæ* quoad totam vitæ rationem ſe dederunt, & cum talis viuendi vſus egregie *ambitionem* alat, omnia eo contulerunt, vt *laudis & gloriæ* prærogatiuam, imo *ſapientiæ* opinionem apud alias gentes ſibi conciliarent. Quocirca præcipue *decorum externum* in vita ciuili excoluerunt, rempublicam ſplendidius adminiſtrarunt, & inſuper, vt ad hanc *pompam* & *mores decoros* ciuium animi a natura efferati efformarentur, *ſapientiæ* ſtudium (quod tamen magis *ſtultitiam* eorum auxit) addiderunt, vt *gentes*, *moratiores* dictæ, ſingularem præ ceteris *ſapientiæ* laudem meruiſſe viderentur. Hi itaque, qui ſplendore externo & pompa elegante in vita ciuili omnia agebant, in ſacris peragendis aliter incedere haud potuerunt. Inde vero factum, vt gens, ad *decorum & ritus* compoſita, ſacra legitime fieri non poſſe, crederet, niſi etiam in his omnia ad *pompam* & *numerum* adornarentur, & ceremoniis infinitis adimplerentur. Ne tamen tales ritus vanitate mera laborare viderentur, myſtæ gentilium ſub iisdem varia *myſteria*, & ingentem *vim diuinam* latitare, credulo populo perſuadere conati ſunt, quo ipſo ad maiorem gentilium religio deducta eſt ſuperſtitionem. CICERO in *Verrem* aperte id docet teſtaturque, horum *ſacra maximis & occultiſſimis ceremoniis contineri*. Gens Aegyptiaca inter alias ſuo id probauit exemplo. Quis ignorat, quod ſingularem antiquitus *ſapientiæ laudem* affectauerit, adeo vt PHILO *libr. de circumciſion. p.* 810. non dubitauerit illam *hominum tam frequentia quam ſapientia præcellentem* vocare. De *ſcientiis* eorum ediſſerit plenius IO. BAPTIST. CASALIVS *de vet. Aegypt. ritib. c.* II. quæ apud exteros ita celebratæ erant, vt Græci aliique populi ab iis *ſapientiam* petere, & ad Aegyptum ſe conferre huius rei cauſa, non dubitauerint, teſte HERODOTO *lib.* 2. *c.*48. Interim hæc ipſa gens tota immerſa fuit *inanibus ceremoniis* & *idololatriæ*, vt Aegyptum fontem omnis *ſuperſtitionis*, quam longe lateque per totum mundum diſperſit, dicere poſſis. Ab hac gente ſuperſtitioſa ſuos periuerunt ritus ſacros Græci, ceu conſtat ex HERODOTO *loc. all.* & primi quidem Athenienſes; ab his alii: & tamen hi ipſi etiam a *ſapientiæ* ſtudio vulgo commendati

Populi, pro ſapientioribus habiti, ſuperſtitioſi fuerunt.

Digitized by Google

fuerunt. Legi hac de re meretur IOANN. POTTERVS *in archæologia Græca siue de vet. Græcor. præcipue vero Athenienſium ritibus ciuilibus, religioſis &c.* Romani, in multis imitati Græcos, ab his præter leges *ſapientiam* quoque petiuerunt; nec dubitandum eſt, quin multos etiam ritus in ſacris ab iis acceperint. Ex his ſatis conſtat, gentes, *ſapientiæ* laude & fama conſpicuas, quas & *moratiores* dixere, fuiſſe *ſuperſtitioſiſſimas*, imo ritus plerosque inanes ab his profluxiſſe. Cauſam huius rei eleganter ex *Paulo* explicauit AVGVSTINVS *de vnico Baptiſmo contra Petilianum cap.* 4. inquiens: *De ipſis gentibus, idolorumque cultoribus, multa vtique a nobis diuerſitate diſtantibus, nihil aliud nobis demonſtrat apoſtolus, niſi, vt iis quoque, quod prauum eſt, corrigamus, vt, quod forte rectum eſt, approbemus; nam vtique idololatras redarguebat, vbi ait: qui cognoſcentes Deum non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim, ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & ſerpentium: talia quippe nouimus fuiſſe ſimulacra Aegyptiorum, vbi inſtituta eſſe idololatria perhibetur, talem ſcilicet fingentes Deum, qualis non eſt Deus, & non ſicut eum cognouerunt, tradentes hominibus.* Non errarunt itaque, qui aſſeruerunt, *moratiores* gentes ſtolidiores *barbaris* fuiſſe; namque ſimplicior viuendi vſus intercedebat, ne tam execranda ſuperſtitio in cultu ſacro apud eas locum inueniret, quod vel Germani antiqui ſuo monſtratum dedere exemplo.

Legum ceremonialium in populo iudaico origo & ratio.

§. X. Ex his propius deducimur ad originem & rationem *legum ceremonialium* in populo iudaico. Conſtat ex ſacris, populum Iſraëliticum per quadringentos annos in Aegypto commoratum fuiſſe, &, quamvis veri Dei cultu imbutus eſſet, pedetentim tamen, mores & regulas patrum inſuper habentem, ad mores Aegyptiorum ſeſe compoſuiſſe, quo ipſo factum, vt tum ad *idololatriam* tum ad *ſuperſtitionem* proclinior redderetur. Quamuis vero tandem Deus potentiſſima manu eum in terram promiſſam eduxerit, mores tamen ab Aegyptis aſſumtus ægre depoſuit, quin externis ritibus immerſo haud aliter conſuli poſſe Deo viſum fuit, quam vt aliquid genio obdurati populi indulgeret, eique *ceremoniales leges*, quas anhelabat, in hunc finem præſcriberet, atque paulatim ad verum Dei cultum per illas reduceret, a cultu vero idololatrico auocaret. Scite GROTIVS *lib.* 5. *de veritat. religionis: Certe apparet*, ait, *Hebræos multorum rituum fuiſſe appetentes, ita vt ſatis cauſæ fuerit, cur Deus pluri-*

Digitized by Google

plurimos iniungeret, vel ad hoc, ne ad falsorum deorum cultum, memoria incolatus Aegyptiaci, redirent. Prolixius id ipsum persequi necessum haud est, postquam satis erudite integro tractatu *de legibus Hebræorum ritualibus* IOANNES SPENCERVS ad oculum id ipsum præstitit, cuius vestigia in plerisque legit IOANNES CLERICVS *in comment. ad Pentateuch.*

Consectaria quædam ex Legibus ceremonialibus Iudæorum.

§. XI. Patet vero ex hoc sapientissimi Dei instituto, quam benigne per quandam *συγκαταβασιν* cum hominibus egerit, & quanta clementia gentem suam vbique direxerit. Primo illud certum est, Deum piis nullos ritus certa lege præscripsisse; eosdem tamen, quatenus ex fide proficiscebantur, toleralse. Præterea etiam illud expeditum est, ritus sacros per se haud esse superstitiosos aut idololatricos, si ex *mente superstitiosa* & ad *idololatriam* vergente non profluunt. Nunquam postea Deus tot ceremonias populo præscripsisset, si aliquid vitii in iis latere cognouisset: quin potius ipse omnia in sanctissimo hoc cultu ita adornauit, vt per hanc *externam pædagogiam* agrestes & obduratæ mentes populi iudaici ad internum cultum reducerentur, & verum Deum colerent agnoscerentque, id quod a censoribus rituum non satis perpenditur. Neque tamen proterea dicendum est, Deum talem cultum ritualem absque vrgente necessitate in populo suo introduxisse, atque eiusmodi *cultum ritualem* indistincte ab omnibus hominibus desideralse; satis vtique constat, magis Deum ob *σκληροκαρδίαν* populi sui ad has leges ferendas inductum fuisse, adeoque talem cultum ritualem magis *noluisse* quam *voluisse*. Tulit infirmitatem & imbecillitatem populi sui, & multa *tolerauit*, quæ in perfectioribus haud ferenda erant. Malebat potius ipsi ritus præscribere, ne sibi ipse ritus inanes eligeret, & ad veteres errores Aegyptiorum redirer, præuidens, populum ab eiusmodi ritibus abduci non posse. Id quod rursus a panegyristis rituum sacrorum non satis perpenditur, qui ex legibus Mosaicis hisce *absolutam* DEI *approbationem* rituum deducere conantur.

Christus legum ceremonialium finis.

§. XII. Quæ cum ita sint, apertum est, leges hasce rituales & totam liturgiam iudaicam perpetuo durare haud potuisse, cum benignissime Deus ad *perfectiorem cultum* homines reducere voluerit, & saluatorem nostrum, qui esset *finis legum Mosaicarum*, (*Rom. X*, 4.) miserit, vt a iugo horum rituum liberarentur Iudæi, atque hi cum ceteris gentibus in fide saluatoris viuifica & in spiritu Deum adorarent. Hoc modo subducebant rationes ecclesiarum primitiuarum Christiani, docentes, se per Christum esse liberatos a *iugo ceremoniarum*. Huic quidem

Digitized by Google

nonnulli ſi opponebant, exiſtimantes, *circumciſionem* cum vniuerſo *cultu Leuitico* adhuc eſſe neceſſariam, *Act. XV.* quibus tamen maſcule reſtiterunt apoſtoli, oſtendentes, Chriſtum non ſolum Iudæorum, ſed omnium etiam gentilium ſaluandorum gratia veniſſe, nullo ergo modo hos grauandos eſſe duriſſimo legum ceremonialium iugo; quo ipſo tandem vnanimiter concluſum fuit, exceptis paucis, nullum grauamen his, qui Chriſto nomen dederant, imponendum eſſe. *Act. XV.* 28. *ſeq* Hoc vt eis magis magisque inculcaretur, PAVLVS in ſuis epiſtolis id ſedulo vrſit, vt præcaueret, ne rurſus in eiusmodi *ſeruilem cultum* fideles, per Chriſtum liberati, reciderent, ſed in *ſpiritu* & *veritate*, non in *typis* & *ſignis*, patrem adorarent.

Cultus Chriſtianorum primitiuæ eccleſiæ ſimpliciſſimus.

§. XIII. Hanc ob rationem cultus externus in primitiua eccleſia fuit *ſimpliciſſimus*, deſtitutus multiplici rituum & ceremoniarum pompa, in quam poſtea, corruptis Chriſtianorum moribus, prolabi cœpit. Negari nequit, *ordinem* quendam, cum *externa honeſtate* coniunctum, iuxta monitum PAVLI, in ſacris Chriſtianis obſeruatum fuiſſe; verum non alium, quam quem collegia eiusmodi requirunt, ne propter incompoſitam multitudinem, ordine poſthabito, cultus ſacer variis impedimentis inuolueretur. Huc reſpexit CHRYSOSTOMVS HOMIL. 37. *ad Corinth. I.* aiens: *Nihil æque ædificat, vt ordo rectus, vt pax, vt caritas, ſicut etiam contraria diruunt. Non ſolum autem in ſpiritualibus, ſed in omni re ſimiliter id videris. Nam ſiue in choro, ſiue in uauigio, ſiue in curru, ſiue in caſtris ordinem confundas, maioribus ſuo loco emotis, minora in eorum ordinem poſueris, omnia corrumpis, & ſic quæ ſunt ſupra, ſunt infra.* Conf. B. DN. Abbat. BREITHAVPT. *diſſert. de ordine in eccleſia ſeruando*, qui hoc thema eleganter expoſuit. Quamuis itaque a iugo rituum iudaicorum CHRISTVS liberauerat homines, non tamen voluit diſſoluere ordinem in eccleſia, ſine quo congregatio nulla ſubſiſtere poteſt, cum ἀταξία ſit prima diſſolutionis cauſſa illius vinculi, quo ſuo modo omnes congregationes continentur. Interim ſicuti huiusmodi ordo arbitrarius eſt, ita quoque Chriſtiani ordinem vel ex *libero arbitrio* talem elegerunt, quem fini congregationum conformem iudicarunt: vel ex *commendatione apoſtolica* aſſumſere: vid. 1 *Cor. XI*, 4. *ſqq. XIV*, 6. *ſeq.* vel denique ex *ſynagoga iudaica* retinuere, vt plenius docet CAMPEGIVS VITRINGA *in tract. doctiſſimo de ſynagog. vet.* & SPANHEIMIVS *tom. II. oper. p.* 906.

Ordo in omni collegio neceſ-

§. XIV. Quemadmodum vero omnis *ordo* in ſocietate quacunque duplex eſt, vel *ſimplex* & *neceſſarius*, qui neceſſario ad conſer-

van-

Digitized by Google

vandam integritatem corporis illius requiritur, & solennia nulla, adeoque nec varias ceremonias requirit, sed prout *natura negotii* eum postulat: vel *solennior* aut *accidentalis*, qui ex *accidente* varia ornamenta ab externis *ritibus* & *ceremoniis* minus necessariis, sed tantum ad externam quandam pompam & decoram rerum faciem conducentibus, assumsit, & propterea *solennis* dici potest: ita Christiani nascentis ecclesiæ sub puriori statu in *simplici* magis subsistebant, nec *solenniorem* introducebant. Animaduertebant, hunc magis conuenire negotiis *secularibus*, in quibus omnia ad *pompam* & *splendorem*, ambitione humana instigante, composita sunt, quemadmodum solennia cuiuscunque reipublicæ, in actibus ciuilibus obseruari solita, id satis demonstrant; illum autem, *simplicem* scilicet, magis accommodatum esse ad cultum internum, memores dicti sacri: *regnum Christi non consistere in magna pompa, sed in veritate & spiritu, Rom. I, 9. Phil. III, 3. Luc. XVII*, 20. adeoque culturam pietatis & amorem, ex *pura conscientia* promanantem, optimum DEI cultum esse. CLEMENS ALEXANDRIN. *lib. 7. Strom. p.* 700. Congregationes eorum certo loco non erant adstrictæ, vt *in dissert. iur. eccl. antiq. ad Plinium II, dissert.* 2. fusius ostendi, quæ potissimum hunc in finem instituebantur, vt preces indefessas coniunctis & vnitis mentibus ad Deum mitterent, & lectis prophetarum & apostolorum scriptis se ipsos ad imitationem adhortarentur, ac denique eucharistiam communiter facerent. Compositæ erant coitiones eorum ad faciem *synagogarum*, & secundum earum institutа *quodammodo* ordinatæ, non tamen splendidæ, aut ceremoniis ambitiosis refertæ. Vid. TERTVLLIAN. *apol. c.* 39. IVSTIN. Martyr. *apol.* 2. *in f.* DVPINVS *tom.* I. *biblioth. nou. auct. eccles. in f.* vbi compendium disciplinæ ecclesiasticæ sistit. Baptismus absque vlla solenni pompa peragebatur, cuius rationem eleganter in *simplicitate cultus sacri* TERTVLLIANVS *lib. de Baptismo c.* 2. quærit, aiens: *Nihil adeo est, quod tam obduret mentes hominum, quam simplicitas diuinorum operum, quæ in actu videtur, & magnificentia, quæ in effectu repromittitur, vt hic quoque, quoniam tanta simplicitate sine pompa, sine apparatu nouo aliquo, denique sine sumtu homo in aqua demissus & inter pauca verba tinctus, non multo vel nihilo mundior resurgit, eo incredibilis existimetur consecutio æternitatis. Mentior, si non e contrario idolorum solennia vel arcana de suggestu & apparatu, deque sumtu fidem & auctoritatem sibi exstruunt.* Hæc simplicitas calumniarum causam ethnicis præbebat, qui solennibus ceremoniis adsueti, verum autem sensum cultus diuini non habentes, Christianos contemtores diuini Numinis atheosque esse credebant, ceu plenius demon-

solennior.

Christiani primæui magis simplicem retinuere.

Digitized by Google

ſtrauit KORTHOLT *in pagan. obtrectat.* Magis enim erant ſolliciti de *cultu* vero *interno* & de conſeruanda *vnione* in *ſpiritu* per vinculum pacis, ad quem finem conſequendum pompa nulla aut ſolennibus ceremoniis opus erat, ſed ſimplicior ſufficiebat cultus. TOB. PFANNERVS *lib. de Catechum. proœm. n.* 4. HERMANN. WITSIVS *præf. ad Guil. Cauei Chriſt. prim. p.* 28. AVCTOR *anonym. dans l' hiſtoire des ceremonies & des ſuperſtitions, qui ſe ſont introduites dans l' egliſe.* Hic ordo *ſimpliciſſimus pleniorem determinationem* haud requirebat: recipiebatur, prout conſultum eccleſiæ videbatur: de *iure condendi ritus* aut ordinem *præſcribendi* non diſputabatur; multo minus propter diuerſitatem ordinis eccleſiarum per diuerſa loca ſparſarum vnio in *ſpiritu* & *fide* ſoluebatur, quin potius recte iudicabatur, cultum non æſtimandum eſſe ex externis ritibus. Equidem quidam ex Romanæ eccleſiæ doctoribus varias liturgias circumferunt, quæ PETRO, IACOBO, MATTHAEO, MARCO aliisque adſcribuntur; ſed illæ aperte ſpuriæ ſunt, ſerius & illo demum tempore natæ, quo omnia infinitis ceremoniis fuerunt oppleta, vti eruditiores tam inter pontificios quam proteſtantes obſeruant Conf. DN. BVDDEVS *diſſ. contra Grabium*, qua oſtendit, *Clementem Romanum & Irenæum non fauere pontificiæ miſſæ* §. II. IO. DALAEVS *de cultib. latin. lib. VI.* FABRICIVS *in apocryph. primit. eccleſ.* SPANHEIMIVS *tom. II. oper. p.* 931. § 4. EVSEBIVS RENAVDOT. *in collect. liturg. oriental. tom. I. diſſ.* I. *c.* 4. & 5. DN. PFAFF' vir pereruditus *diſſ. de liturg. c.* I. §. I.

Ritus ſacri quinam primis Chriſtianis.

§. XV. Quæ cum ita ſint, aſſenſum haud meretur RENAVDOTIVS *cit. l. c.* I. ſtrenue defendens, liturgiam quandam apud Chriſtianos primos certam ſuam & conſtantem formam habuiſſe, quamuis ſcripto haud eſſet conſignata, ſed primis ſeculis ſacri ritus *ſola traditione* viguerint. Hæc vnicum ſolet eſſe præſidium eorum, qui legitimis documentis ſunt deſtituti, modo quandam ſuæ ſententiæ auctoritatem concilient, quam teſtimoniis indubiis exornare non poſſunt. Fateor, Chriſtianos *ordinem* quendam in ſacris obſeruaſſe; liturgiam autem, conceptis verbis conſtantem, adſtrictamque certis formulis, eos ignoraſſe, perſuaſiſſimum habeo. Κοιναὶς Chriſtianorum *εὐχαὶς* quidem refert IVSTINVS Martyr *apol.* 2. *in f.* ſed *ſtatas* fuiſſe non addit. Refert, qua ratione baptizatus receptus fuerit poſt lauationem eo in loco, *vbi congregati ſunt ad* COMMVNES PRECES *& ſupplicationes, tum pro ſe ipſis, tum pro illuminato, & aliis vbique gentium omnibus animo intento peragendas: vt digni idoneique ſimus, qui veritate cognita per opera etiam ipſa boni atque officioſi rerum adminiſtratores & datorum nobis mandatorum cuſtodes inueniamur, atque*

Digitized by Google

atque vt ſalute ſaluemur ſempiterna. En contenta *precum communium*, de quibus magis ſolliciti erant Chriſtiani primæui, quam de *verbis conceptis*. Sed reliquum ſacrorum *ordinem* admodum ſimplicem audiamus: *A precibus finitis, mutuis nos inuicem oſculis ſalutamus. Deinde ei, qui fratribus præeſt, offertur panis & poculum aquæ & vini, quibus ille acceptis laudem & gloriam rerum vniuerſarum patri, per nomen filii & Spiritus S. offert, & euchariſtiam ſiue gratiarum actionem pro eo, quod nos donis hiſce ſuis dignatus ſit, prolixe exſequitur. Atque vbi ille preces & gratiarum actionem abſoluit, populus, qui adeſt, omnis fauſta approbatione acclamat, dicens; Amen. Amen autem voce Hebræa fiat ſignificat. Præſidens vero poſtquam gratiarum actionem perfecit, & populus vniuerſus apprecatione læta eam comprobauit, qui apud nos vocantur Diaconi atque miniſtri, diſtribuunt vnicuique præſentium, vt participet eum, in quo gratiæ actæ ſunt, panem, vinum & aquam & ad abſentes perferunt.* Hæc *liturgia* admodum *ſimplex* erat, nulli incluſa rituali, aut lege quadam eccleſiaſtica determinata, adeo vt nec *ſtatas precationes* ſolennesque formulas (ſi exceperis acclamationem populi per AMEN, ex ſynagoga iudaica tractam) hic deprehendere liceat. Similis fere *ordo ſimplex* obſeruabatur die ſolis, ceu mox IDEM addit: *Solis, qui dicitur, die, omnium, qui vel in oppidis vel ruri degunt, in eundem locum conuentus fit, & commentaria apoſtolorum aut ſcripta prophetarum, prout tempus fert, leguntur. Deinde, lectore quieſcente, præſidens orationem, qua populum inſtruit, & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur, habet. Sub hac conſurgimus communiter omnes, & precationes profundimus & ſicut retulimus, precibus peractis panis offertur & vinum & aqua &c.* Precationes Chriſtianorum non fuiſſe ſtatas, quas hodierna liturgia deſiderat, teſtatur euidentius ATHENAGORAS *in legat. pro Chriſtian. p. m.* 12. &, *neque orationes*, ait, *compoſitas recitant, aut enumerant verba, ſed actiones honeſtas & virtutum exempla de ſe præbent.* Quin & TERTVLLIANVS, qui *lib. de orat. c.* 9. orationem dominicam *ordinariam & legitimam* duntaxat vocat, de precibus Chriſtianorum ceteris hæc refert *in apol. c.* 30. *Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubeſcimus, denique* SINE MONITORE *quia* DE PECTORE, *oramus pro omnibus imperatoribus.* Præterea IDEM *in Apol. c.* 29. ordinem ſacrorum ita deſcribit, vt nihil ſimplicius, ſimul tamen nihil ſolidius excogitari queat. *Coimus ad Deum*, ait, *quaſi manu facta precationibus ambiamus. Hæc vis Deo grata eſt. Oramus etiam pro imperatoribus, pro miniſtris eorum, ac poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Coimus ad literarum diuinarum commemo-*

memorationem, si quid præsentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus densamus. Addit vlterius *modum agaparum*, cui eo tempore S. *eucharistia* vt plurimum adhuc annexa est, eumque ORDINEM DISCIPLINAE DE RELIGIONIS OFFICIO eleganter appellat, quem PAVLVS I *Cor. XI*, 17. *seqq.* inprimis commendauerat. Postulabat id ratio decori & modestiæ, vt *ordo conueniens* in sacris peragendis obseruaretur, vt vero idem per *compositas preces*, ab apostolis præscriptas, instrueretur, nec necesse, nec adeo vtile erat. Lubens id fatetur LVD. ELIAS DVPIN. *in biblioth. eccl. auctor. tom.* I. *lat. p.* 349. aiens: *Disciplina erat simplicissima, nulloque alio splendore collucebat, quam morum & vitæ Christianorum sanctitate.* Speciatim vero de *eucharistia p.* 351. hæc addit: *Celebrandi ratio olim erat simplicissima ac sine multis ceremoniis.* Et quia ordo arbitrarius est, non vbique idem obseruabatur, talis tamen in genere recipiebatur, quem natura negotii commendabat, ad quem omnium intentio directa erat. Sicuti ergo vnicum necessarium primario quærebant, de ipso ordine nullas esse mouendas lites prudentiores recte iudicabant, quod adhuc suo tempore docuit AVGVSTINVS *ep.* 86. *in his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi DEI vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt, de quibus si disputare voluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio.*

Quibus ex cautis varii introducti?

§. XVI. In hac simplicitate haud diu substiterunt primitiuæ ecclesiæ membra: mox ad varios ritus & ceremonias introducendas animum applicuerunt. Huius rei causas decem adfert FRIDERICVS SPANHEIMIVS *tom. II. oper. p.* 874. *in diatr. de rit. impos. manuum* §. 2. quas haud repetam, primarias vero duntaxat tangam. Eas omnino *duas* fuisse arbitror. Prima petenda ex eo, quod viderent, *gentiles* & *Iudæos* vel ideo religionem Christianam contemtui & odio habere, quod agrestis, absque pompa & solennitate, videretur, cui toti immersi & dediti erant. Ad promouendam itaque religionem Christianam conducibile crediderunt, genio horum se accomodare, & rituo tum ex *iudaica* tum ex *gentili religione* assumere, vt eo magis Iudæos ethnicosque allicerent inducerentque, quo in suas secederent partes. Apostoli, *spiritu* & *fide* præditi, longe alia via incedebant; enimuero iam deferbuerat in plurimis virtus illa diuina apostolica: ergo alia via incedendum esse crediderunt, qua de re consulendi DN. BVDDEVS in duplici *diss. de ritibus eccles. latin. iudaicis*, quæ *parergis historico-theologicis* inserta est, & MVSSARDVS

Causa prima.

in

in der gründlichen Vorſtellung der vor Zeiten aus dem Heydenthum in die Kirche eingeführten Gebräuche und Ceremonien, IOANNES VALCKENIRIVS *in Roma paganizante*, FRANCISCVS CROIVS *in papatu Ethnico*, IOANNES CHOCKIER *in myſter. iniquit.* POLYDOR. VERGIL. *de inuent. rerum lib.* 5. ISAACVS CASAVBONVS *exercit.* 16. *& annal. eccl. Baron. §.* 43. vbi inter alia ita loquitur: *Multa nomina ſuperſtitionis antiquæ, multi ritus & ceremoniæ in eccleſia retentæ, ſed pia adhibita interpretatione omnia in melius verſa: planeque, vt alibi ait Boda, pertinaci paganiſmo mutatione ſubuentum eſt, cum rei in totum ſublatio potius irritaſſet. An hoc conſilium pro tempore vtile in damnum veritatis poſtea verterit, non hic diſputo; fuerunt ſane iam inde a principio eccleſiæ viri magni, qui ritus paganicos in eccleſiam inuehi quererentur, & inuectos eo ipſo nomine reſpuerent.* Magis ingenue rem refert IOSEPHVS VICECOMES *de antiq. baptiſm. ritibus lib.* 2. *c.* 22. aiens: *Libet hoc loco veterum patrum admirari prudentiam, qui principio naſcentis religionis, cum gentiles patrios ritus retinendi nimio plus amantes eſſent, vt facilius eos ab inanibus vmbris & rancida ſuperſtitione ad nouam legem veritatis & gratiæ transferrent, præter mores alios, hunc etiam candidos calceos baptizatis dandi retinuerunt.* Ad hoc inſtitutum palliandum, patres, ritibus deditiſſimi, exemplum Dei, Iſraëlitico populo tot ritus indulgentis, allegarunt vrſeruntque. His inprimis annumerandus GREGORIVS *M. lib.* 9. *epiſt.* 71. hoc modo rationes ſubducens: *Arte quadam tractandi ſunt & paulatim ad meliora ducendi. Nam duris mentibus ſimul omnia abſcindere, impoſſibile eſſe non dubium eſt, & ei, qui locum ſummum adſcendere nititur, neceſſe eſt, vt gradibus, non autem ſaltibus eleuetur. Sic Iſraëlitico populo in Aegypto Dominus ſe quidem manifeſtauit, ſed ſacrificiorum vſus, quos diabolo ſolebant exhibere, in cultu proprio reſeruauit, & eis in ſacrificio ſuo immolare præcepit: quatenus cor mutantes aliud de ſacrificio amitterent, aliud retinerent.* Patet ex huiusmodi inſtitutis, quantopere iam receſſerit ſtatus ſequior eccleſiarum a prima *puritate & ſimplicitate*, vbi plus *fidei & virtutis diuinæ*, minus vero *ſplendoris externi* deprehendebatur, nihilominus tamen ingentia cepit incrementa, & plus profecit in fide. Vbi fides viuida in controuerſias conuerſa, & virtus diuina exaruit conſenuitque, ſub hoc quidem nouo inſtituto, per externam ceremoniarum pompam, & elegantes liturgias admodum commendato, multi Chriſto nomen dederunt, ſed absque cordis mutatione & viuida in Chriſtum fide, vt *numero* magis quam *virtute* creuiſſe eccleſia videretur.

§. XVII. Altera cauſa petenda *ex ſtatu corrupto eccleſiæ*, prout plenius illuſtrat FRIDER. SPANHEIMIVS *tom. II. oper. p.* 907. §. 5. Natu-

Altera cauſa tot rituum introductorum.

Digitized by Google

rale omnino est, vt, ceu ab initio dictum, deposito *interno* cultu, mox homines ad *externam* rerum sacrarum pompam alliciantur, & sub praetextu *pietatis* & *religionis* eidem se accommodent. Sunt homines a natura ad *superstitionem* procliues, imo quo magis natura corrupta abhorret a *vero* cultu diuino, eo facilius externis rerum sacrarum schematibus capi potest. Sicut praeterea ecclesia a rebus publicis securitatem externam accipiunt, ita facile fieri potest, vt a corrupto statu rerum publicarum multa in ecclesias trahantur, quae e vero scopo desciuerunt: Luxuria supra modum orbem Romanum iam dudum infecerat: omnia per ambitionem, superbiam, pompam externam & infinita solennia sub imperatoribus ab AVGVSTI temporibus agebantur: iam dudum Romani in catalogo *moratiorum gentium* primum locum occupauerant, adeo, vt omnes in admirationem sui raperent. Adhuc sub temporibus CONSTANTINI M. idem status imperii Romani durauit, quo tempore ecclesiae christianae in securitate constituebantur singulari. Interim a virtute primaeua desciuerant, mundusque, vt loquitur ZIEGLERVS in *praef. addit. de episc.* i. e. omnis pompa mundana, & solennes ritus varii occuparunt ecclesiam. Placet statum huius temporis circumscribere verbis VLRICI HVBERI *in histor. ciuil. lib.* 4. *sect* 1 *c.* 8. ita differentis: *Hinc cum vera deuotio, quae est animi actus sibi renunciantis, se tue Deo tradentis in Christo, atque interior Dei cultus in spiritu & veritate vulgo obsolesceret, data est opera, vt ritibus & ceremoniis, magna ex parte e iudaismo & paganismo petitis, plebs in attentione superstitiosa, quam deuotionem vocarunt, detineretur, quo etiam pertinuit crucis veneratio.* IDEM post pauca pergit: *paulatim & aliarum reliquiarum osculatio, peregrinationes ad sepulchrum Domini aliaque loca, imaginum in templis collocatio, & id genus alia corporei cultus specimina recepta, quae deinde in infestam abierunt idololatriam.* Hoc ipso tandem factum, vt totus cultus in meras ceremonias abierit.

Diuersitas rituum exin de orta.

§. XVIII. Quandoquidem vero singulis ciuitatibus *episcopi* praepositi, neque hierarchiae ae forma iam erat data, quam post aliquot secula accepit; (quamuis Romano, Constantinopolitano, Alexandrino & Antiocheno episcopis amplissima iam esset auctoritas, ita vniuersale caput defuit, quod *pro imperio* omnibus ecclesiis particularibus liturgiam vniformem praescriberet, quin potius quoad *ritus* & *ceremonias* inter ecclesias particulares insignis fuit diuersitas. Fuere tamen quidam ritus *vniuersales*, vel ab apostolis commendati, vel ex moribus & institutis Synagogae iudaicae rerenti, veluti *manuum impositio*, ritus *precandi* versus orientem, aliique de quibus agunt SPANHEIMIVS *cit. l.* & VITRINGA *de Synag. vet.* vel deni-

Ritus vniuersales vnde orti.

Digitized by Google

denique conciliis vniuerſalibus definiti. Ait AVGVSTINVS *epiſt.* 118. *Illa autem, quæ non ſcripta, ſed tradita, cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſeruantur, dantur intelligi vel ab ipſis apoſtolis vel plenariis conciliis, quorum eſt in eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata atque ſtatuta retineri.* Omittit vero primarium fundamentum, ex *moribus Synagogæ iudaicæ* tractum, quod primo loco ponendum erat, vt infra §. 30. declaratur. Ritus eiusmodi recenſet IOACHIMVS HILDEBRAND. *diſſ. de ritib. ſacris* §. 17. quamuis de plerisque exemplis dubitandum ſit. Copulam ſacerdotalem a SOTERO papa *anno* 175. vel ab EVARISTO 154. fuiſſe introductam, aperte falſum, & ab ipſo HILDEBRANDO *in diſſ. de nupt. vet. Chriſtian.* reiectum. Conf. DAVID BLONDELL *in Pſeudo-Iſidoro p.* 157. Similiter morem rogandi in baptiſmo paruulorum patrinos ſeu ſponſores huc refert, HYGINO anno 154. eundem tribuens, quem tamen circa TERTVLLIANI tempora demum in vſum receptum eſſe, oſtendit GERHARD VAN MASTRICHT. *in ſched. de ſuſceptor. p.* 24. vt forſan a paucis eccleſiis magnæ auctoritatis primum receptus, deinde ab aliis in imitationem tractus ſit, de quo infra *tit. de baptiſm.* dicam. Sic factum, vt plures ritus *vniuerſales* eſſe cœperint, vel ad minimum, vt in *pleriſque eccleſiis* obtinuerint, cum a potiori facta fuerit denominatio. Quamuis itaque eiusmodi ritus ab initio *arbitrarii* fuerint, ex *libertate* recepti, poſtea tamen in *neceſſitatem legis* tranſierunt, ex quo demum *iura liturgica* orta. Illuſtrat hoc ipſum HIERONYMVS *tom. II. adu. Lucif. p.* 139. *edit. Baſil. de anno* 1553. vbi de obligatione eiusmodi rituum hæc refert: *Nam & multa alia, quæ per traditionem in eccleſiis obſeruantur, auctoritatem* SCRIPTAE LEGIS *vſurpauerunt, veluti in lauacro ter caput mergitare. Deinde egreſſos lactis & mellis præguſtare concordiam ad infantiæ ſignificationem.* Idem inculcat AVGVSTINVS *epiſt.* 86. dicens: *in his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi DEI vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt.* Sed quomodo eiusmodi mores tandem in *legem* abire potuerint, paulo poſt ex profeſſo enucleandum erit.

§. XIX. Præterea ſuus cuiusque reipublicæ *mos*, *conſuetudo* ac *decorum* ſecundum *diuerſos* hominum *mores* variat: non ergo mirandum, plures in ſingulis eccleſiis, ſeu *particularibus ſocietatibus*, receptos eſſe ritus *particulares* variantes. Recte SOCRATES *lib.* 5. *hiſt. eccl. c.* 22. *Nulla religio eosdem ritus cuſtodit, etiamſi eandem de illis doctrinam amplectatur. Etenim qui eiusdem ſunt fidei, de ritibus inter ſe diſſentiunt.* Variis differentiis illud declarat, ſubiiciens: *Et quoniam hac* Ritus particulares.

Digitized by Google

de re nemo ſcriptum aliquod mandatum oſtendere poteſt, liquet, quod & illam apoſtoli cuiuscunque ſententiæ ac voluntati liberam reliquerint, ne metu quisquam vel ex neceſſitate, quod bonum eſt, operetur. Talis eſt per eccleſias ieiuniorum diſſonantia: circa Synaxin alia conſimilis eſt varietas. Rationem huius *diſcrepantiæ* satis probabiliter in eos coniicit, qui ecclesiis præfuerunt, qui, prout mores eorum ferebant, hique ad pompam externam vel simplicitatem inclinabant, nouos ritus vel *parcius* vel *remiſſius* in ſuis ecclesiis introduxerunt. Pergit: *Huiusmodi diſcrepantiæ auctores eos eſſe puto, qui ſingulis temporibus eccleſiis præfuerunt: qui vero talia receperunt, veluti legem quandam acceſſoriis hiſce ritibus adſcripſerunt.* Respexit etiam huc AVGVSTINVS *in epiſt.* 118. relatus in *cap.* 11. *D.* 12. quæ inprimis de *differentia rituum* plena est. *Sunt alia vero*, ait, *quæ per loca terrarum regionesque variantur, ſicuti eſt, quod alii ſabbatho ieiunant; alii quotidie communicant corpori & ſanguini dominico; alii certis diebus accipiunt: alibi dies nullus intermittitur, quo non offeratur: alibi tantum ſabbatho & die dominico: alibi tantum dominico. Et ſi quid aliud huiusmodi animaduerti poteſt, totum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes.* Idem INNOCENTIVS testatur *in c.* 14. *X. de offic. iudicis ordin.* asserens, populos sæpe in vna eademque diœcesi habere *ſub vna fide varios ritus & mores.* Sæpius etiam episcopi *ritus antiquos* & *morem* ecclesiarum hactenus inueteratum reprobarunt, & pro suis *affectibus* ac *temperamentis* alios substituerunt, vt alias rationes non tangam.

Cauendum circa ritus, ne potior pars cultus diuini in eis quæratur.

§. XX. Potuissent tolerari ritus & ceremoniæ ecclesiasticæ, si modo a sequentibus incommodis ecclesiam saluam & incolumen seruassent præsules, quod factum non esse, historiæ docent. Primum esse debebat, *ne potior cultus diuini ratio in ceremoniis & ritibus collocaretur, ſed, mediante hac liturgia, deuotio interna excitaretur, & ſpiritus a terra ad Deum eleuaretur, non vero ſuperſtitio aleretur.* Debuisse esse *administriculum deuotionis*, non *impedimentum*; nuda quædam accidentalis *pædagogia*, quæ abesse poterat, non *essentialis pars* cultus diuini. Hæc erat ratio rituum primæ ecclesiæ: huc vnice tendebant, vt ad *solidam pietatem* homines deducerent, ceu optime ostendit FRIDERICVS SPANHEIMIVS *tom. II. oper. p.* 1488 *de Christian. degenere.* Sed, decrescente vera colendi Deum ratione, contra hoc præceptum admodum peccatum fuit Est hominum natura ita comparata, vt, vbi recessit a vero *cultu interno*, mox in *ſuperſtitionem* recidat, & facile *externis ritibus*, qui *ſenſus* feriunt, capiatur. Non quidem omnis *cultus voluntarius externus* & *ſuperſtitio* in eadem classe collocari debent, in quo non pauci peccant, vt notat

Superstitio in ritibus vnde oriatur.

Digitized by Google

IO. SPENCER. *de leg. ritual. Hebr. lib.* 3. *diſſ.* 2. *c.* 4. neque ritus *per ſe* ſunt ſuperſtitioſi, ſed potius *indifferentes*, atque ab aliis licite, ab aliis illicite adhiberi poſſunt; nuerim negari nequit, ex *multitudine rituum* ſacrorum facile cultum fieri poſſe *ſuperſtitioſum*. Sunt ritus tantum honoris interni ſigna externa: ſunt reuerentiæ Deo debitæ teſtimonia, & deuotionis excitamenta; ſigna autem ſunt arbitraria, nec per ſe vitium habent: id potius accipiunt ex *malitia* cordis humani, prauaque intentione eorum, qui ſignis hiſce *arbitrariis* abutuntur, & ſingularem *virtutem*, *diuinam qualitatem*, *myſticamque efficaciam* his affingunt. In *corde* hominum ſubſidet *ſuperſtitio*: ibi quærenda, ibi quoque expungenda eſt, neque illam in totum ſuppreſſeris, ſi vel maxime ritus minueris, cum radix *ſuperſtitionis* eo ipſo ex cordibus hominum haud euellatur, ſed per ſolidum pietatis exercitium, *mutata mente*, expellatur.

§. XXI. Conſiſtit videlicet *ſuperſtitio* in eo, quod quis illotis manibus ſacra peragat, in *externo cultu* omnem deuotionem quærat, in hoc vnice, & quidem accuratiſſima & iudaica obſeruatione acquieſcat, verum cultum internum citra *mutationem mentis* omittat, Chriſtiani officium ſe ad impleuiſſe exiſtimans, ſi ritus externos *ad punctum* obſeruet, &, ne quid in eis negligatur, ſollicite curet, atque adeo, quod re vera exinde ſequitur, *virtutem* quandam *diuinam* illis ipſis adſcribat. Quodſi crederet, ceremonias *per ſe* eſſe mortuas, & *ex ſe* nihil *virtutis* habere, ſentiret quoque, ſe actum fruſtraneum peragere, in ſolo *cultu externo* acquieſcendo & internum negligendo: ſe ὕστερον πρότερον committere, & virtutem, quæ *interno* debebatur, *externo* temere & ſuperſtitioſe adſcribere. Patet veritas huius doctrinæ inductione plerarumque religionum. De *gentilium* religione res caret dubio, prout ab initio demonſtraui. *Iudaeorum* cultus a Deo ipſo adornatus erat, in quo ſollicite omnia ad punctum a iudæis obſeruabantur, ne temere contra *legem ceremonialem* peccarent. Sed tamen hæc omnia in *ſuperſtitionem* tandem abierunt, licet ſapienter ab ipſo Deo eſſent inſtituta, de quo Deus paſſim apud Prophetas conqueritur. vid. ESAI. *I*, 11 *ſq.* AMOS. *V*, 21. IEREM. *VI*, 20 OSEAS *VI*, 6, Bene SAMVEL: *Num quid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius, vt obediatur voci Domini? Melior eſt obedientia, quam victimæ, & auſcultare magis quam offerre adipem arietum.* 1*Sam. XI*, 22. Et quid de *cultu Chriſtianorum* dicam? Nonne etiam partes neceſſariæ Chriſtianiſmi ſæpe in abuſum & *ſuperſtitionem* trahuntur? Si conciones, baptiſmum, S. cœnam, preces &c hodiernis temporibus examinaueris, ſuperſtitioſe a plurimis illa, & tamen omnino neceſſaria, pertractari, apparebit.

Aut in ſuperſtitionem degenerent.

Digitized by Google

Quid ergo mirandum, ſi ritus his neceſſariis ſuperadditi, & ab eccleſia *libere*, ſed non ſemper *prudenter* aſſumti, in *ſuperſtitionem* conuerſi fuerint, id quod euitari non potuit, poſtquam numerus eorum in immenſum auctus eſt. Neruoſe & ex rei veritate id declarat ERASMVS Roterodam. *in colloquio*, quod *conuiuium religioſum* inſcribit, vbi ita: *Si vulgus Chriſtianorum ſpectes, nonne prora & puppis vitæ illius in ceremoniis eſt? In baptiſmo quanta religione repræſentantur priſci ritus eccleſiæ? Commoratur infans extra fores templi, peragitur exorciſmus, peragitur catechiſmus, ſuſcipiuntur vota, abiuratur ſatanas cum pompis & voluptatibus ſuis; tandem vngitur, conſignatur, ſalitur, tingitur: datur negotium ſuſceptoribus, vt puerum curent inſtituendum. Illi dato nummo redimunt libertatem. Et iam puer Chriſtianus dicitur, & eſt aliquo modo. Mox rurſus vngitur, tandem diſcit confiteri, ſumit euchariſtiam, conſueſcit quieſcere diebus feſtis, audire ſacrum, ieiunare nonnunquam, abſtinere a carnibus. Et hæc ſi ſeruat, habetur abſolute Chriſtianus. Ducit vxorem, accedit aliud ſacramentum: initiatur ſacris, rurſus vngitur & conſecratur, mutatur veſtis, dicuntur preces. Atque hæc quidem omnia, quod fiunt, probo. Sed quod hæc fiunt magis ex conſuetudine quam ex animo, non probo: quod nihil aliud adhibetur ad Chriſtianiſmum, vehementer improbo. Siquidem magna pars hominum dum his fidit, nihilo ſecius interim per fas nefasque congerit opes, ſeruit iræ, ſeruit libidini, ſeruit ambitioni: ſic tandem venitur ad mortem. Hic rurſus ceremoniæ paratæ. Adhibetur confeſſio ſemel atque iterum, additur vnctio, datur euchariſtia: adſunt cerei ſacri, adeſt crux, adeſt aqua ſacra, adhibentur indulgentiæ; expromitur aut illic etiam emitur morienti diploma Pontificis; ordinantur parentalia magnifice celebranda, fit rurſus ſtipulatio ſolennis; adeſt, qui clamet ad aurem morientis; imo nonnunquam occidit ante tempus, ſi contingat, vt ſæpe fit, vocalior aut bene potus &c.* En compendium *ſuperſtitionum*, in ceremoniis occurrentium! Atque hæc ipſa tamen non ritibus, ſed paruæ hominum applicationi attribuenda, quamuis ipſa *multitudo, ſignificatus*, & *vſus peruerſus* illam magnopere promoueant. Hinc meo iudicio peccant, qui arbitrantur, ideo ritus eccleſiarum noſtrarum eſſe reprobandos, quoniam ex *ſuperſtitione pontificia* originem trahunt. Reſpiciendum omnino erat, an *eodem modo, eadem ſignificatione*, & *in eundem finem* apud nos retenti fuerint. Ritus campanarum, luminum, veſtimentorum clericalium &c. apud nos retineri potuit absque *ſuperſtitione*, ſi modo ſuperſtitio *ex corde* fuerit depulſa, quo non facto, ſiue hos retinuerimus, ſiue alios illorum loco aſſumſerimus, perinde eſt. Vid. SPANHEIMIVS *tom. II. oper. P.* 1.

Digitized by Google

P. I. §. 9. p. 910. Concludo hanc meditationem verbis AVGVSTINI *epist.* 119. *ad Ianuar. circ. f.* aientis: *Hoc nimis doleo, quia multa, quæ in diuinis libris salubérrima præcepta sunt, minus curantur, & tam multis præsumtionibus sic plena sunt omnia, vt grauius, corripiatur, qui per octauas suas terram nudo pede tetigerit, quam qui mentem violentia sepelierit. Ipsam proinde religionem, quam paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, seruilibus oneribus premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiamsi tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumtionibus subiiciuntur. c. 12. D. 12.*

§. XXII. Alterum esse debebat, vt ritus & ceremoniæ singularum ecclesiarum in sua *libertate & ἀδιαφορίᾳ relinquerentur, neque propter diuersitatem rituum dissidia, schismata, vel turbæ publicæ commouerentur.* Imitantur ritus *decorum humanæ vitæ*, id quod quidem humanas actiones concomitari solet, sed in se est *indifferens*, nec vno modo se habet, quin potius variat pro genio populi & loci. Pariter quoque ritus ecclesiastici *arbitrarii* sunt, ex beneplacito corporis ecclesiastici dependentes, vel VESPANHEIMIVS *tom. II. oper. p.* 906. §. 2. ait, sunt *publici & Christiani cultus quædam appendices, quæ seu decentiæ seu reuerentiæ causa ac deuotionis in agendis sacris excitandæ, seu ex causis aliis varie inde ab apostolica ætate & post eam in Christianorum ecclesiis vel institutæ sunt vel obseruatæ.* Proinde sicuti in *decoro externo* gens genti propterea vitio vertere non potest, quod se haud accommodet ad decorum & mores a se receptos, quippe in quo natura actionum humanarum essentialis non consistit; ita quoque tot *diuersitas rituum* in ecclesiis non potuit nec debuit tollere vnitatem in *fide* & *spiritu*, quo colligatæ esse debent. Prudenter de his ritibus iudicat AVGVSTINVS *epist.* 118. censetque, *totum hoc genus rerum liberas habere obseruationes. Neque disciplina*, pergit, *vlla est in his melior graui prudentique Christiano, quam vt eo modo agat, quo agere viderit ecclesiam, ad quamcunque forte deuenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum, inter quos viuitur, societate seruandum est.* Id denique exemplo matris suæ ob diuersitatem hanc valde perturbatæ illustrat. Vid. *c.* 11. *D.* 12. Quemadmodum enim in cetero actionum humanarum decoro dici solet, *si fueris Romæ, Romano viuito more*; ita quoque in eiusmodi rebus indifferentibus idem merito obseruandum esse prudenter iudicat AVGVSTINVS, quod postulat charitas Christiana & naturæ humanæ ratio. *Neque enim*, vt veteres recte monuerunt, *dissonantia rituum*

Ritus debent esse liberi & indifferentes.

tollit

tollit consonantiam fidei. Quod arbitrarium est, id quoque variare necesse est, quia ipsi homines consilio, instituto, & moribus inter se differunt, modo de cetero inter se in *vnitate fides & spiritus* cohæreant. Bene GREGORIVS *lib. 4. epist. 4. in vna fide nihil officit ecclesiæ consuetudo diuersa.* Similiter AVGVSTINVS *epist.* 86. *Sit ergo vna fides vniuersæ, quæ vbique dilatatur, ecclesiæ tanquam intus in membris, etiamsi ipsa fidei vnitas quibusdam diuersis obseruationibus celebratur, quibus nullo modo, quod in fide verum est, impeditur.* Præ ceteris hoc thema egregie explicat SPANHEIMIVS *tom. II. oper. p.* 906. vbi edisserit *de ritibus quibusdam, præcipue sacramentalibus in ecclesia vetere ac præcatoriis,* & diuersitatem rituum ex variis fontibus eleganter eruit, *naturamque* eorum plenius explicat, præcipue vero ex aliquot postulatis, docet, quam inanes sint lites de *ritibus* inter eos, qui sunt in *vnitate fidei* coniuncti.

Rixæ propter ceremonias ortæ.

§. XXIII. Ast postquam potissima ratio cultus diuini in hisce ritibus poni cœpit, vnitate in spiritu dissoluta, sponte sua dissidia & *schismata* ex illa diuersitate orta sunt, aliis suos ritus alterius ecclesiæ ritibus præponere, eaque ceteris obtrudere: aliis in *consonantia* rituum *universali* pacem salutemque ecclesiæ quærere conantibus, quo ipso tamen magis magisque pax ecclesiæ conculcata est. Vere de eiusmodi litibus iudicat BAXTER *du gouvernement p.* 47. & ita differit: *il n'ya rien, qui diuise plus les Chretiens au monde, que de les forcer a se soumettre à une uniformité de ceremonie & de discipline.* Prudens certe consilium hic quoque suggerit AVGVSTINVS *epist.* 118. dicens: *Rectius inter eos fortasse quisquam dirimit litem, qui monet, vt præcipue in Christi pace permaneant. Faciat autem vnusquisque, quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum.* Nam & eius tempore lites exortæ de *præstantia rituum* erant, de quo itidem ibidem conqueritur. *Sensi sæpe dolens,* ait, *& gemens, multas infirmorum perturbationes fieri, per quorundam fratrum contentiosam obstinationem, & superstitiosam timiditatem, qui in rebus huiusmodi, quæ neque scripturæ sanctæ auctoritate, neque vniuersalis ecclesiæ traditione, neque vitæ corrigendæ vtilitate ad certum possunt terminum peruenire, tantum quia subest qualiscunque ratiocinatio cogitantis, aut quia in sua patria sic ipse consueuit, aut quia ibi vidit, vbi peregrinationem suam, quo remotiorem a suis, eo doctiorem factam putat, tam litigiosas excitant quæstiones, vt, nisi quod ipsi faciunt, nihil rectum existiment.* Merito eiusmodi contentiones ad *timiditatem superstitiosam* refert, cum plures ita sint comparati, vt circa *arbitraria*, quæ, quia talia sunt, *indifferenten* quoque habenda, rixas & lites moueant, quasi in illis superstitio-

Digitized by Google

tio timenda sit; quæ nunquam latet in *ritibus*, sed in *mente* eius, qui ritus tales peragit, vt aliquoties est monitum. SPANHEIMIVS *cit. l. p.* 1. §. 9. *p.* 910. Præterea etiam *ambitio* plures adduxit ad eiusmodi certamina, qui suos mores tantum decoros, reliquorum vituperandos esse censuerunt; & tamen hi ipsi iudice AVGVSTINO *cit. l.* violant quietem & pacem communem *de superflua quæstione rixando.*

§. XXIV. Neque vero demum temporibus CONSTANTINI M. sed iam *seculo secundo* circa finem vestigia schismatum ob ritus & ceremonias inueniuntur, ex quibus status Christianismi collapsi iam quodammodo sese prodit. Extantissimum exemplum præbet contentio anno 195. orta circa *festum Paschatos*, vtrum decima quarta luna iudaico ritu esset celebrandum? an vero *dominica* sequente? Illam præferebant Asiæ minoris ecclesiæ omnes; hanc Romanæ aliæque occidentis. Illæ obseruatione perpetua fulciebantur; hæ *traditione* innitebantur, quam *apostolicam* dicebant. *Quod quidem discrimen omnino sine crimine erat, quandoquidem non de fide*, vt recte iudicat PHILIPPVS MORNAEVS *in histor. papat. p.* 8. atque adeo non necesse fuerat, tot desuper lites & schismata mouere. Verum iam tum se mouit dominatus sacer præsulis Romani. *Victor* enim, *qui tunc Romæ ecclesiæ præerat, totius Asiæ ecclesias tanquam* ἑτεροδόξους *simul omnes per literas criminatus est & traduxit, omnesque fratres, eam incolentes regionem prorsus a communione excludendos esse edixit.* EVSEB. *lib. V. histor. eccl. c.* 24. Imprudens omnino & impium factum! ἑτεροδοξίαν in diuersitate circa *tempus*, quod *arbitrarium* esse debebat, quærere. Hac de causa IRENAEVS, etiamsi a VICTORIS partibus staret, id ægre tulit, vti patet ex eius epistola apud EVSEBIVM *cit. l. c.* 26 Idem exemplum repetit SOCRATES *lib. V. hist eccl. c.* 22. eaque occasione de *schismatibus* ob has liturgiarum diuersitates coortis agere instituit, & præterea variarum diuersitatum exempla adducit. Tandem ita concludit: *Redeamus iam ad propositum, cuiusque paulo ante mentionem fecimus, quomodo videlicet ecclesia diuersa in prima diuisione non manserit, & quomodo diuisi ab ecclesia a se inuicem rursus dissiluerint, exiliumque ac vitium causarum prætextu alii ab aliis separati sint, & hac in re non vnam tantum diuisionem habeant.* Quod si itaque iam illo tempore læsa fuit integritas cultus diuini, meliora certe non speranda sunt de temporibus sequentibus, maxime sub regimine CONSTANTINI M. vbi omnia rixis & litibus iam repleta erant. Conf. EVSEB. *lib. VIII. hist. eccl. c.* 1. *seq.* Iam seculo II. natæ.

Transitus ad initia iuris liturgici.

§. XXV. Hoc itaque tempore factum, vt ecclesiæ, quæ magis cultum *elegantem*, *formularium*, & *externa pompa* præfulgentem, quam in *simplicitate* fidei constantem, habere malebant, varias *leges ceremoniales* acceperint, vel moribus, hactenus ex libertate christiana obseruatis, vim *perpetuæ legis* attribuerint, vnde demum *iuris liturgici initia* repetenda. Vbi vnice *internæ mentis mutationi* studebant, interno cultu Deum intime venerantes, *ordo* quidem, quamuis *simplicissimus*, obseruabatur; ex mera tamen *libertate* assumtus, neque adeo cogitabatur de *certis* & *perpetuis* legibus ecclesiasticis, *statis* certisque *formulis* introducendis, neque, ad leges prouocare, necessum erat, vbi deerant dissidia de *ceremoniis & ritibus*, tanquam rebus, Christianismum proxime non attingentibus; ast post apostolorum discessum paulatim sese exseruit ambitio, & *mysterium iniquitatis* hinc inde sese manifestauit. Ab hoc tempore non tantum de *articulis fidei*, qui *decisionem suam* ex sacra scriptura habent, disputari cœpit, sed præterea etiam de *adiaphoris* & *arbitrariis*, in qua lite, cuius decisio ex sacris hauriri haud potuit, ad aliud fundamentum confugere necessum fuit, scil. ad *ius quoddam*, vel ex *obseruantia perpetua*, vel ex *traditione* deductum.

Ex disputationibus de ceremoniis ort.

§. XXVI. Exseruit se hæc disputandi methodus in antea tacta controuersia inter Episcopos *orientis* & *occidentis* de *Paschate*, in qua hi, & inprimis VICTOR, præsul ecclesiæ Romanæ, nitebantur *traditione quadam apostolica*; illi vero contra pro se adducebant *perpetuam obseruantiam*, quam apostolo IOANNI ferebant acceptam. Vide EVSEB *lib. V. hist. eccl. c.* 22 23 24. Nullum aliud fundamentum decisionis agnoscebant, quam ius quoddam ex *obseruantia & traditione* deductum, & quamuis omnes simul ad *apostolorum constitutiones* prouocarent, in eo tamen a vero aberrabant, quod crederent, apostolos certas *leges* voluisse ecclesiis præscribere, quod tamen minime factum fuisse constat. Ipse SOCRATES *lib. V. histor. eccles. c.* 22 id non dissimulat, inquiens: *Quartadecimani obseruantiam quartæ decimæ a Ioanne apostolo traditam ipsis esse dicunt: Romani vero & occidentales suarum ecclesiarum consuetudinem ab apostolis Petro & Paulo datam esse asserunt; verum neutra pars demonstrationem aliquam hac de re scripto traditam proponere potest.* Inde VICTORIS temeritatem in excludendis a communione Asiæ minoris episcopis plerique reprobarunt, asserentes, apud EVSEBIVM *cit. loc. Victorem non debuisse, propter obseruationem traditionis ex antiqua consuetudine, ecclesias DEI amputare, h. e.* consuetudinem ecclesiarum occidentalium non præbuisse VICTORI ius, vnitatem cum aliis ecclesiis,

quæ

quæ diuerſo more vtebantur, diſſoluendi. Præterea illud quoque liquidum eſt, ſingulas eccleſias iam ſtrenue, vt fieri ſolet, conſuetudini ſuæ & obſeruantiæ inhæſiſſe, atque ſub prætextu iuris, ex *obſeruantia*. quæſiti, noluiſſe a iure ſuo recedere, quod quidem regulis iuris haud aduerſatur; annon vero hoc modo vinculum *amoris* & *pacis*, tantopere chriſtianis commendatum, & omni iuri præferendum, læſum ſit, non adeo ambiguam habet diſceptationem.

§. XXVII. Vt vero adhuc eo clarius fiat, quam temerarius & ab omni ratione alienus VICTORIS conatus fuerit, vlterius demonſtrandum eſt, ius liturgicum *vt plurimum* ex *conſuetudine* ſingularum eccleſiarum prouenilſe, non vero certis legibus ab initio fuiſſe determinatum. Apoſtoli erigebant in plurimis locis eccleſias; ſed, vt videtur, *generaliter* tantum presbyteros admonebant de *ordine* conueniente ſeruando; de cetero arbitrium ipſis presbyteris eccleſiisque circa illum reliquiſſe videntur. Imo ſi quædam ab apoſtolis intuitu *ordinis* præſcribebantur, quod a PAVLO hinc inde in epiſtolis factum (vid. integram *epiſt. priorem ad Corinth* imprimis vero 1 *Cor. XI*, 34. vbi promittit: *ſe reliqua, cum veniſſet, diſpoſiturum eſſe;*) non tamen hæc per modum *legis* & *neceſſitatis* eccleſiis *vniuerſaliter* obtruſa, ſed magis per modum *conſilii* propoſita ſunt, 1 *Cor. XI*, 16. Hæc etiam ſæpe talia fuerunt, quæ ſaltim propter *præſentem* illius temporis *neceſſitatem* ſuadenda erant, non vero vt *perpetuam* & *conſtantem obſeruationem* haberent. Vt admotis luminibus cultum ſuum peragerent, tempus noctis vel loci obſcuritas in *Roma ſubterranea* effecit; quod autem ſucceſſores id ipſum extra *caſum neceſſitatis* in imitationem traxerint, vix excuſari poteſt. Plura etiam retinuere eccleſiæ ex *more iudaico* & *decoro* illius temporis. Manuum impoſitio apud Iudæos vſitatiſſima fuit, ab apoſtolis ex more illius temporis adſumta. Vid. BVTRAMVS *de Sacrif, lib. I. c.* 15. 10. CLERICVS *ad c.* 29. *Exod. v.* 11. SPANHEIMIVS *tom. II. oper. p.* 877. *ſqq.* 10. SPENCER. *de ritual leg. Hebr. lib.* 3. *diſſ. I. c.* 2. vbi plura alia quoque recenſet. Oſculum pacis, orientalibus vſitatiſſimum, retinuerunt etiam chriſtiani ex more illius ſeculi, cuius PAVLVS paſſim mentionem iniicit. *Rom. XVI*, 16. 1 *Cor XVI*, 26. 2 *Cor. XIII*, 12. De hoc ritu IVSTINVS Martyr. *apol.* 2. ita: Ἀλλήλοις φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν. Conf. AVGVSTIN. *Serm.* 83. *ad diuerſ.* 10. BAPTIST. CASALIVS *de vet. ſacr. Chriſt. rit. p.* 3. *c.* 59. Ab hoc ritu tamen abſtinebant tempore ieiunii. GABRIEL ALBASPINAEVS *de veter. eccl. ritibus lib.* I. *obſ.* 17. Plures alia occaſione ſenſim introducti ſunt. In his tamen apoſtoli per modum *legis* nihil

Iuris liturgici initia ex conſuetudine eccleſiarum dependent.

definiuerunt: vſi ſunt ea libertate, in quam per Saluatorem erant conſtituti, quam etiam alii ſecuti ſunt.

Quæ paulatim legis autoritatem aſſumſit.

§. XXVIII. Verum tractu temporis hæc omnia, ex *libertate* recepta, in *legis* neceſſitatem abierunt, plerorumque animis hac externa rerum facie captis. Præclare SOCRATES *lib. V. hiſtor. eccl. c.* 22. *Nusquam igitur apoſtolus, nec ipſa evangelia* IVGVM SERVITVTIS (ritus & liturgias intelligit) *illis imponunt, qui ad prædicationem accedunt, ſed paſchatis feſtum & alios dies feſtos ipſi homines ſuis quisque locis propter remiſſionem laborum & memoriam ſalutiferæ paſſionis, ſicuti voluerunt, ex conſuetudine quadam celebrarunt. Neque Seruator hoc aut apoſtoli nobis lege aliqua obſeruandum eſſe mandarunt, neque pœnam nobis aut ſupplicium euangelia vel apoſtoli, ſicut Iudæis lex Moſis, comminatur, ſed hiſtorico tantum modo ad reprehenſionem Iudæorum, quod homicidium diebus feſtis exercuerint, & quod Chriſtus tempore azymorum paſſus ſit, conſcriptum eſt in Euangeliis. Erat igitur ſcopus apoſtolis non de feſtis diebus ſancire, ſed rectam vitam ac pietatem inducere. Mihi autem videtur, quod, quemadmodum alia multa ſingulis locis in conſuetudinem abierunt, ad eum modum & paſchatis feſtum, propterea quod nemo apoſtolorum, ſicut dixi, quicquam de illo ſanciuit. Quod vero conſuetudine magis quam ex lege alia inde ab antiquo apud ſingulos obſeruari cœperit, res ipſa declarat.*

Ex moribus eccleſiaſticis tandem ius liturgicum ortum.

§. XXIX. Quod ergo *iugum ſeruitutis* nec CHRISTVS, nec apoſtoli eccleſiis impoſuerant, hoc poſtea ſibi ipſi impoſuere, maxime cum de *ritibus* & *formulis* diſceptari cœpit. In his litibus, vt hiſtoria de *Paſchate* adducta docet, apoſtolos vt *legislatores*, vt *papas*, vt *principes* adduxere, quo cauſæ ſuæ patronos conciliarent. Hac methodo ſemel recepta, ceteræ quoque eccleſiæ ſuis *moribus* tanquam *legibus eccleſiaſticis* inſtiterunt, & pro iis tanquam pro aris & focis, ſeu parte cultus neceſſaria, pugnarunt. Diſerte AVGVSTINVS *epiſt.* 86. *In his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt, de quibus ſi diſputare voluerimus, & ex aliorum conſuetudine alios improbare, oritur indeterminata luctatio.* Diſſuadet quidem lites de his liturgiis, ſimul tamen inculcat, pro *lege* tenenda eſſe *inſtituta maiorum*, qui forſan ea intentione nihil ſtatuerunt, vt pro *lege perpetua* in eccleſia valerent. Quis dubitat, adfuiſſe, qui pedetentim *preces certas* aliasque *formulas liturgicas* publicauerint, & in vſus eorum, qui hoc ſubſidio indigebant, præſcripſerint? Quis vero crederet, id ea intentione factum fuiſſe, vt ad illas præciſe adſtringerentur,

Digitized by Google

tur, qui pro *libertate* illis vſi fuerint? Vid. DAVID CLARKSON *dans ſon diſcours ſur liturgies §. 4. ſeqq.* Hæ tandem per modum *legis* adeo receptæ ſunt, vt ab eis recedere haud fuerit integrum, id quod eorum pernicacia factum, qui lites de iis mouerunt. Audiamus NICEPHORVM, *lib. XII. hiſt. eccl. c.* 43. de his controuerſiis ita iudicantem: *Tales diſſenſiones in eccleſia inuaſiſſe opinor reuerentia eorum, qui eis ab initio præfuerunt, & qui illis deinde ſucceſſerunt. Nam ii leges quasdam ab illis acceptas per manus poſteris tradiderunt, non ſatis pium neque ferendum eſſe arbitrati, ſi traditiones, in quibus educati eſſent, non honorifice colerent, ſed contemtim reiicerent.* Ita omnino eſt: mores eorum, quos veneramur, quos honoramus, nobis ad imitationem proponimus, recipimus, iisque mordicus inhæremus: inde fit, vt ægre ab iis nos diuelli patiamur, quippe quos optimos & ſaluberrimos iudicamus, propter affectum, quo in eos ſumus, qui talia definierunt, quamuis diuerſa prorſus intentione.

§. XXX. *Scriptas leges* de rebus liturgicis in hiſtoria primitiuæ eccleſiæ non adeo inuenio, & ſi vel maxime quædam in medium afferri poſſent, vel per modum *conſilii*, vel *pacti*, vel *priuati vſus* gratia conſtitutæ eſſent. Quæ vulgo de *canonibus apoſtolicis*, de *conſtitutionibus apoſtolicis*, aliisque, in quibus multa, ad res liturgicas ſpectantia, deprehenduntur, afferuntur, falſæ antiquitatis notam præ ſe ferunt nec ad tempora *purioris eccleſiæ* referri poſſunt, vti ſolide euicit IOANNES DALLAEVS *in de Pſeudepigraphis apoſtolicis libris tribus.* Conf. GABRIEL ALBASPINAEVS *de veter. eccl. ritib. lib.* I. *obſ.* 13. *n.* 3. GERHARD VON MASTRICHT *in hiſtor. iuris eccleſiaſt.* §. 105. *ſeq.* multo minus Pſeudo-DIONYSIVS Areopagita, quem diſcipulum PAVLI crediderunt, *in libris de eccl. hierarch.* recipiendus eſt; vt itidem eruditi obſeruant. Vid. IOANNES DALLAEVS *de ſcriptis, quæ Dionyſii Areopag. nomine circumf.* oſtendens, adhuc exeunte ſeculo quarto hoc opus fuiſſe incognitum. Sane Pſeudo-DIONYSIVS ille tam ampliſſimam rituum ſacrorum pompam & templorum elegantiam cum *formulis liturgicis* refert, vt elegantiſſimum cultum quoad externum ſplendorem ſub apoſtolis fuiſſe credere: quæ tamen omnia rectius ad initia ſeculi quinti reiicienda videntur, cui talis pompa in *ceremoniis* & *formulis liturgicis* magis conueniens eſt. Cum itaque *leges*, ſeu *ordinationes vniuerſales ſcriptas*, haud inuenirent poſteri, & tamen *vniuerſales* quosdam *ritus* in eccleſiis deprehenderent, huc prolapſi ſunt, vt crederent, ab *apoſtolicis ordinationibus* talia promanaſſe, quod AVGVSTINVS paſſim inculcat. Ait *lib. IV. de Baptiſmo*

Nondum ſcriptæ leges de rebus liturgicis inualuerant.

c. 24. quod vniuerſa tenet eccleſia, nec a conciliis inſtitutum, non niſi auctoritate apoſtolica traditum rectiſſime creditur. Id vero minus probabile eſſe, facile liquet. Eccleſiæ primæ collectæ ſunt a Iudæis: ab horum Synagogis multi ritus in eccleſiam tranſierunt, qui vt plurimum *vniuerſales* fuere. Multi ritus poſt apoſtolorum tempora demum introducti ſunt & recepti *vniuerſaliter*, ſiue ex *limitatione*, ſiue ex *auctoritate* ſuadentis, quæ tamen ad apoſtolica haud pertinent tempora. Interim res Chriſtianorum optimo ſteterunt loco, quamdiu *moribus non ſcriptis* regebantur: introductis variis *ſcriptis legibus*, hierarchia magis magisque ſeſe prodere cœpit.

Defuere olim libri liturgici, in quibus certæ preces præſcriptæ.

§. XXXI. Multo minus aſſeri poterit, *libros liturgicos*, in quibus ſtatæ præſcriptæ preces in bapriſmo, euchariſtia, ſepultura, aliisque piis actibus adhibendæ, continentur, adfuiſſe, ex quibus *liturgia eccleſiaſtica* hodie in plurimis eccleſiis potiſſimum æſtimari ſolet, quod indicant libri liturgici, ritualia, formulæ & agenda, prout vocari ſolent. Elegantiſſime de hoc themate agunt FRIDERICVS SPANHEIMIVS & DAVID CLARKSON *dans le diſcours ſur les liturgies.* Ille *ſuccincte*, hic *plenius* libertatem primæuam *contra liturgicos libros* vindicat. Ille *tom. II. oper. p.* 930. has adfert obſeruationes. Præmittit *P. I. §. IV.* liturgias apſtolorum ementitas, poſtea vbi præſcriptæ & introductæ ſunt, a *fundatoribus eccleſiarum* appellatas, obſcurum autem eſſe, vbi primum & per quos cœperint. Frequentiſſimæ & ardentiſſimæ in *euchariſtia* preces cum cantilenis & aliis piis meditationibus a prima naſcente eccleſia adhibitæ ſunt, non tamen ex præſcripto certarum formularum recitandæ, quem cultum *liturgiam κατ' ἐξοχήν* dixere. Addit (II) preces olim a Chriſtianis fuſas fuiſſe *extemporaneas*, dono precum vbique ſe diffundente, vel, vti dicit TERTVLLIANVS, *ſine monitore*, *de pectore*, quod inprimis ATHENAGORAS *de legat. pro Chriſtian.* docet: (III) Vnitatem fidei quidem obſervatam; ſed ſacra ex libro quodam *liturgico*, ab apoſtolis tradito, haud fuiſſe peracta; interim (IV) admittit, & §. *VII.* declarat, fuiſſe mox poſt apoſtolorum diſceſſum *quendam publicarum precum ordinem*, varium tamen, introductum, quem ſequerentur, qui *rem ſacram* facerent, qui poſtmodum *præſcriptas formulas* generauit, cauendæ confuſionis gratia ſanciendas. Hæ ſenſim auctæ, mutatæ, emendatæ, vnde tandem *libri liturgici* confecti. Hoc facto nihil amplius arbitrarium fuit, omnia ex *præſcripto* peragenda, totusque cultus ſacer in formulas certas ſtatasque cum variis ritibus & pompa coniectus eſt. Docent id *libri* antiqui *liturgici*, ordo Romanus, antiquæ precum formulæ, tam in eccleſia *latina* quam *græca* vſitatæ. De eccleſiæ græcæ libris plenius egere GVILIELMVS

Laudatur & refertur Spanheimius.

CAVE

Digitized by Google

CAVE & LEO ALLATIVS, inprimis vero RENAVDOT. *in collect. liturgiarum orientalium* & theologus Tubingenſis celeberrimus DN. PFAFFIVS *de liturg. c.* I. §. 4 *ſqq.* *Libros latinorum eccleſiaſticos* recenſuit magna induſtria NICOLAVS PETRVS SIBBERN, quibus addendi ſunt prælaudatus DN. PFAFF. *cit. l. c.* 2 & EDMVNDVS MARTENS in tr. *de antiq. eccleſ. ritibus*, item *de antiq. eccleſ. diſcipl. in celebrandis diuin. officiis.* Ipſa ſolennia varia & infinita ſunt, inprimis eccleſiæ Romanæ, quæ illuſtrant DVRANDVS *in ration. diu. offic.* AMDREAS du SAVSSAY *in panoplia ſacerdotali*, ANDREAS PISCAR CASTALDVS *in praxi ceremoniarum ſeu ſacrorum Romanæ eccleſiæ rituum*, CLAVDIVS DE VERT *dans l' explication ſimple litterale & hiſtorique des ceremonies de l' egliſe pour l' inſtruction des nouveaux conuertes.* PETRVS LE BRVN *dans l' explication litterale hiſtorique & dogmatique des prieres & des ceremonies de la meſſe.* Cardinalis BONA *de rebus liturg.* IOANN. STEPHANVS DVRANDVS *de ritib eccl. cathol.* aliique. Apud hos vulgo vocari ſolent *agenda*, die Kirchen-agende, quæ appellatio forſan inde inualuit, quod *officium ſacrum*, & *miniſterium* antiquitus vocarentur; *officium* autem illud ipſum, quod *agendum* eſt, denotat. Vid. DN. SCHMIDT. *diſſ. de agendis.*

§. XXXII. Pauca etiam ex CLARKSONIO annotanda ſunt, de quo CLERICVS *dans la biblioth. vniu. & hiſt. tom. XVI. p.* 138. obſeruat, quod ſit ex numero eorum, qui *non-conformiſtæ* in Anglia vocantur, *qui ne veulent employer aucune liturgie fixe arretée dans le ſeruice public*, vt verbis eius vtar. Inde non mirandum eſt, quod, *liturgias ſtatas* ab vſu veteris eccleſiæ prorſus abhorrere, acriter contenderit. Admittit *p.* 4. aliquem vſum *orationis dominicæ* in S. cœna; non tamen ex præſcripto Saluatoris, vti *p.* 5. *ſqq.* ex patrum doctrina obſeruat. Admittit *p.* 6. ex vſu quarundam eccleſiarum *ordinem quendam catechumenorum atque fidelium*, cuius mentionem facit *c.* 27. *concil. Laodic.* Sed ſtatas certasque formulas iam vſitatas fuiſſe, ægre concedit, quod ordo tantum *ipſas res*, in precibus exprimendas, contineat. Quin tamen hic *ordo*, quem eccleſiæ vt plurimum obſeruabant, ortum dederit certis ſtatisque precibus, dubitandum vix eſt, maxime tempore CONSTANTINI, quo *res liturgicæ* magis magisque determinatæ ſunt. Pluribus argumentis in ſequentibus ſententiam ſuam exornat, ſuppoſititias liturgias *p.* 176. reiicit, & ad obiectiones reſpondet *p* 164. *ſqq.* De tractatu Clarkſonii.

§. XXXIII. Sed reuertor in viam, oſtenſurus, qua ratione pedetentim ritus & ceremoniæ *lege* quadam *eccleſiaſtica* præſcriptæ & Sunt præterea res litur-

Digitized by Google

giæ determinatæ in patrum conciliis,

vt Eliberino.

imperatæ ſint. Videlicet vbi per concilia *negotia eccleſiaſtica* determinari cœperunt, ſenſim quoque, animis epiſcoporum ad ceremonias propendentibus, varia circa liturgiam ſpectantia ſub colore *diſciplinæ eccleſiaſticæ* determinata ſunt, præſertim cum ſingulæ prouinciæ adhuc ius concilio-rum prouincialium exercerent. In *concilio Eliberino*, quod in principio ſeculi quarti ante *Nicænum* habitum eſt, multa, ad *liturgiam* ſpectantia, determinata ſunt; quædam etiam prohibita, veluti in *c.* 36. *ne picturæ in eccleſiis fierent*, addita ratione, *ne, quod colitur & adoratur, in parietibus depingatur*; in *c.* 43. de *celebratione Pentecoſtes* agitur, & quod mirandum, his, qui non *eodem modo* celebrauerint dies pentecoſtes, ibi præſtitutos, noua hæreſeos nota adſpergitur, quod indicium præbet, ſub *graviſſima obligatione*, ſcil. *nota criminis hæreſeos*, iam tum res liturgicas hinc inde adornatas fuiſſe. De his feſtorum dierum ſolemnitatibus, a *paſchate* ad *pentecoſten* celebrari ſolitis, conſulendus eſt GABRIEL ALBASPINAEVS *de vit. eccl. vet. lib. I. obſ.* 15.

Nicæno.

In concilio Nicæno nonnulla etiam ſunt conſtituta. Sic in *c. vlt.* prohibitum, ne die dominico & in diebus pentecoſtes genua flecterentur, ſed vt omnes *ſtantes* ad Deum orationes perſoluerent, addita ratione, *vt omnia ſimiliter in omni parœcia ſeruentur*. Addit AELFRICVS in *canon.* 2. apud HARDVINVM *tom. VI. P. I. p.* 980. in hac ſynodo inſtitutam fuiſſe *ſanctæ eccleſiæ liturgiam*, id quod tamen a vero alienum eſt. In reliquis conciliis paſſim infinita alia addita & determinata ſunt, quæ ex actis conciliorum PHILIPPI LABBEI & HARDVINI facili opera colligi poſſunt.

Pontificis conſenſus non neceſſarius olim fuit in determinatione liturgiarum.

§. XXXIV. Sic itaque ius liturgicum ex *moribus* & *ſcriptis ordinationibus conciliaribus* conſtabat, neque, ſi factum VICTORIS, ab omnibus tamen reprobatum, exceperis, pontificis Romani in præſcribendis *rebus liturgicis* auctoritas aut concurſus deſiderabatur. Illud non nego, liturgias, in *eccleſiis principalibus* obſeruari ſolitas, & ſic etiam in *Romana*, cuius auctoritas magna erat, ſæpe alibi quoque receptas fuiſſe; id enim naturale eſt, vt homines illum quoad mores etiam ſequantur, cuius *auctoritatem* venerantur; ſed vtrum præciſe *Romanæ eccleſiæ mores* & *inſtituta* in *rebus liturgicis* aliis eccleſiis quoque normam præſcribere debuerint, id quidem eſt, quod a paucioribus agnitum fuiſſe videtur. Aliquos quidem iam ſeculo II. *auctoritatem Romanæ eccleſiæ* nimis extuliſſe, certum eſt, inprimis IRENAEVM *lib. III. c.* 3. *Ad hanc eccleſiam* (intelligit Romanam) *propter principalitatem neceſſe eſſe omnem conuenire eccleſiam, h. e. eos, qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper*

Digitized by Google

per ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ ab apostolis est traditio. Quin etiam CYPRIANVS *lib. IV. epist.* 8. Romanam ab omnibus aliis *pro matrice & radice catholicæ ecclesiæ* agnoscendam esse, asserit, quod & plures alii agnouerunt, vid. BLONDELLVM *de la primauté de l'eglise.* Hoc principio forsan motus VICTOR Romanus, Asiæ minoris episcopos dissentientes circa diem paschatos ab ecclesiastica communione dictatorio more excluſit, seque iudicem tot ecclesiarum dissentientium temeritate improbanda constituit. Interim hæc singularis veneratio erga *ecclesiam Romanam* reliquis ecclesiis haud ademit libertatem, res liturgicas aliter adornandi, id quod *varietas rituum & liturgiarum*, atque iudicium patrum de *libertate ecclesiarum* circa *res liturgicas*, supra adducta, satis ostendunt.

§. XXXV. Tandem vero, quæ hactenus latuerat ecclesiæ Romanæ imperiosa cupiditas, seculis sequentibus magis magisque prorupit, & sicuti in *rebus fidei*, ita quoque circa *res liturgicas* leges reliquis ecclesiis præscribere magis magisque annisa fuit. Circa initium seculi quinti floruit INNOCENTIVS I. præsul ecclesiæ Romanæ, *cui ad ambitionem currenti nullum frænum*, vt loquar cum PHILIPPO MORNAEO *in myst. iniquit. seu histor. papat. p.* 51. Hic sine ratione grauiter tulit, maximam esse ecclesiarum diuersitatem in *rebus liturgicis*, vicemque ecclesiæ Romanæ, quod reliquæ *occidentales* se ad eius instituta componere nollent, doluit, atque adeo, normam illas ab hac in *rebus liturgicis* petere debere, satis audacter statuit. Ita enim *in epist.* I. *ad Decentium episcopum Eugubinum* apud IVSTELLVM & VOELLIVM *tom. I. biblioth. iur. canon veter. p.* 194, & HARDVINVM *tom. I. p. concil.* 995. *Si instituta ecclesiastica, vt sunt ab apostolis tradita, integra vellent seruare Domini sacerdotes, nulla diuersitas, nulla varietas in ipsis ordinibus & consecrationibus haberetur, sed dum vnusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc æstimat esse tenendum, inde diuersa in diuersis locis vel ecclesiis aut teneri aut celebrari videntur, ac fit scandalum populis, qui, dum nesciunt traditiones antiquas humana præsumtione corruptas, putant sibi aut ecclesias non conuenire, aut ab apostolis, vel ab apostolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim nesciat aut non aduertat, id quod a principe apostolorum Petro Romanæ ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum. Præsertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Africam atque Siciliam insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias, nisi eas, quas venerabilis apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt sacerdotes. Aut legant*

Id tamen iam seculo V. inrendit ecclesia Romana.

Digitized by Google

ſi in iis prouinciis alius apoſtolorum inuenitur aut legitur docuiſſe. Quod ſi non legunt, quia nusquam inueniunt, oportet eos hoc ſequi, quod eccleſia Romana cuſtodit, a qua eas principium accepiſſe non eſt dubium, ne, dum peregrinis aſſertionibus ſtudent, caput inſtitutionum videantur omittere. Sæpe dilectionem tuam ad vrbem veniſſe, ac nobiscum in eccleſia conueniſſe, & quem morem vel in conſecrandis myſteriis, vel in cæteris agendis arcanis teneat, cognouiſſe, dubium non eſt: quod ſufficere ad informationem eccleſiæ tuæ vel reformationem, ſi prædeceſſores tui minus aliquid aut aliter tenuerunt, ſatis certum haberem, niſi de aliquibus conſulendos nos eſſe duxiſſes. Quibus idcirco reſpondemus, non quod te aliqua ignorare credamus, ſed vt maiori auctoritate vel eos inſtituas, vel ſi qui a Romanæ eccleſiæ inſtitutionibus errarent, vt commoneas, aut indicare non differas, vt ſcire valeamus, qui ſint, qui aut nouitates inducant, aut alterius eccleſiæ, quam Romanæ, exiſtimant, conſuetudinem eſſe ſeruandam. Partem huius epiſtolæ etiam repetit GRATIANVS *in c.* II. *D.* II. Ex his verbis, rurſus liquet, INNOCENTIVM exiſtimaſſe, apoſtolos in hac eccleſia, tanquam *principali*, multos ritus adornaſſe, (cum tamen *ſimpliciſſimus* ab initio *cultus* obtinuerit) & quidem per modum *legis*, (cum tamen legislatores apoſtoli haud fuerint, quin potius *iugum ſeruitutis* reprobarint) & denique, cum deficiant ſufficientia teſtimonia, credendum eſſe & ſtandum *traditionibus*, quibus tamen nihil incertius eſſe poterit.

Paulatim tamen liturgia Romana in aliis eccleſiis recepta.

§. XXXVI. Ceterum poſtquam veneratio erga ſedem Romanam plerorumque occupauerat animos, vt hanc, tanquam *primariam*, imo ſedem *patriarchalem primam* plerique intuerentur, facile coniicere licet, paulatim inductas fuiſſe ceteras eccleſias, vt ritus & ceremonias, in Romana vſitatas, aſſumerent. Plures ea de cauſa ſe ad morem huius eccleſiæ conformarunt; quædam vero ritus ex *conſuetudine* vſitatos retinere maluerunt. Prouocauit huc ANTONIVS VALTELINA in concilio Tridentino, vbi confeſſus eſt, *ex hiſtoriis clarum eſſe, ſingulas eccleſias antiquitus habuiſſe peculiarem ſuum de miſſa ritualem, conſuetudine magis de die in diem, quam iudicio aut conſtitutione introductum: minores autem eccleſias ſeſe ad metropolitanas aut vicinas maiores conformaſſe, eccleſiæ Romanæ ritum in multis prouinciis, vt Romano Pontifici gratificarentur, receptum, permultas tamen ſupereſſe eccleſias, quarum ritus ab Romano longiſſime diſcedant.* Pergit deinde & concludit, *patres ſi his angustiis ſe conſtringerent, vt eccleſiæ Romanæ ritus tantum velint approbare, reprehenſione vix carituros, quaſi damnata praiudicio autoritate, & aliarum eccleſiarum ritibus, ac magis ſiniſtris hominum interpretationibus ſeſe expoſituros; ſatius*

Digitized by Google

ſatius multo eſſe ad ea, quæ miſſæ eſſentiam reſpiciunt, animum intendere, horum mentione omiſſa. Vid. PETRVS SVAVIS *in hiſtor. concil. Trid. lib. 6. p. 498. ſeq.*

§. XXXVII. Quamuis vero pontifex conformitatem rituum in omnibus eccleſiis introducere, eosque ad *morem* ſuæ eccleſiæ componere ſtuduerit, id tamen impetrare vbique non potuit. Ipſa noſtra Germania, alias pontifici olim ſuperſtitioſiſſime addicta, adhuc *ſeculo vndecimo* ſe in libertate hac conſeruauit. Cum enim imperator cum pontifice Romano LEONE X. anno 1052. in diœceſi Moguntina, Wormatiæ ſcilicet, natalem Domini celebraret, & pontifex in celebratione miſſæ animaduerteret, diverſum a Romana eccleſia morem in illa obſeruari, reſtitit quidem, nihil tamen efficere potuit. CONRADVS, abbas Vrſpergenſis, *ad cit. annum* 1052. totam rei ſeriem ita ennarrat: *Apoſtolico, & imperatore Natalem Dominicum diuino & regio cultu Wormatiæ agentibus, Miſſarum celebratione in ſancta die peracta, vt oportuit, ab apoſtolico: in ſequenti die Luitpoldum Moguntinæ ſedis Archiepiſcopum, vtpote in ſua diœceſi præcipuum, huic ſubrogauit officio. Qui peracta proceſſione, & vbi ad hoc ventum eſt dicta oratione, poſtquam ſe in ſede ſua locauit, quidam ex Diaconis ſuis Hunnibertus nomine (ſicut multi ob illius feſti venerationem ſolent) lectionem decantauit. Quod quidam ex Romanis papæ aſſiſtentibus vituperantes, & contra papam, quia Romano more non ageretur, obiurgantes, perſuaderunt, ut ad eundem Diaconum mitteret, & decantationem interdiceret. Quod cum ille iuuenum more contemneret, iterum mittendo papa interdixit. Qui mox eadem vocis ſonoritate, qua prius, cantauit legendo decenter. Qua finita, Papa illum ad ſe vocauit, & quaſi pro inobedientiæ contumacia degradauit. Archiepiſcopus vero miſit ad illum, vt ſuum redderet miniſtrum. Quod vbi papa abnuit, Pontifex, vt erat antiquæ diſciplinæ, licet ægre, patienter tamen interim tacendo ſubſtinuit. Perlecto autem Euangelio & decantato offertorio, vbi ſancti ſacrificii tempus aduenit, Pontifex, Moguntinus ſcilicet Archiepiſcopus, in ſede ſua reſedit, vere conteſtans, nec ſe, nec alium quempiam completurum illud officium, niſi reciperet proceſſionis ſuæ miniſtrum. Quod vbi apoſtolicus intellexit, Pontifici ceſſit, reindutumque miniſtrum continuo remiſit. Quo recepto, debito ſe præſul iniunxit officio. Qua in re & Pontificis auctoritas & apoſtolici conſideranda eſt humilitas, dum & ille officii ſui dignitatem defendere contendebat, & iſte, licet maioris dignitatis, Metropolitano tandem in ſua diœceſi cedendum perpendebat.* Seriem huius facinoris etiamex abbate Vrſpergenſi repetunt MARCVS ANTON. de DOMINIS

Alibi antiqua libertas conſeruata contradicente licet pontifice.

Digitized by Google

de republ. eccl. lib. 4. c. 8. §. 61. & SCHILTER. *de libert. eccles. German.* Gregorius M. *lib. III. c. 11. §. 29.*

liturgias admodum auxit.

§. XXXVIII. Præterea pontifices admodum solliciti fuerunt in *ritibus* & *liturgiis* augendis, emendandis & exornandis, quo maiorem sibi suæque ecclesiæ conciliarent auctoritatem & elegantiam. Seculo VI. circa finem, sub GREGORIO M. pontifice, *cultus liturgicus*, ita instructus & infinitis ceremoniis exornatus fuit, vt vix eidem aliquid addi posse crederetur. Et quid aliud expectandum erat de episcopo, egregie humilitatem quidem simulante, ambitionem tamen in plurimis rebus prodente, *imperiumque vniuersale* affectante, non quidem *vi*, vti GREGORIVS VII. aliique, sed *clam* & *precario*. Hic studium *religionis* promouendæ eximium præ se ferebat, idque se non rectius publice ostendere posse putabat, quam si ad genium seculi corrupti se accommodaret, & *cultum externum*, cui, tanquam idolo, illo tempore iam dum adhærebatur, mirifice exornaret, certis formulis includeret, variisque ritibus instrueret. Propter hunc zelum, quem vulgo *diuinum* esse credidere, MAGNI nomen tandem meruit, variisque præterea encomiis ab imperitis rerum æstimatoribus mactus est. Huic enim ex sententia plerorumque debetur *canon missaticus* decantatus, qui, ad exemplum *Carminum*, apud Romanos vsitatorum, sollicite admodum a presbyteris recitari debet, ne vel in syllaba erretur; neque tamen ipse GREGORIVS M. dissimulare potuit, se ab apostolico more non parum recessisse, vt constat ex *lib. VII. epist. 64.* Testis est ALDHELMVS Anglus *de laudibus virgin. c. 23.* vir ex iudicio BEDAE *l. 5. c. c. 19. vndequaque doctissimus, sermone nitidus & scripturarum tam liberalium quam ecclesiasticarum eruditione mirandus.* Antiquiorem quidem *canonem* ipso GREGORIO esse contendit Cardin. BONA *de reb. liturg. lib. 2. c. 11. §. 2* eumque tantum *Codicem Gelasianum* reformasse, censet DIACONVS *libr II. vit. eius c. 17.* vterque tamen tantum euincit, ante GREGORIVM certas solennesque preces, in missa recitari solitas, iam fuisse in vsu; quod certum est; sed *perpetuum* & *constantem* canonem, qualis a GREGORIO concinnatus & præscriptus videtur, iam obtinuisse, neutiquam ostendit, quin potius BONA fatetur, neminem quidpiam post GREGORIVM M. addidisse aut immutasse. Instituit præterea pomposam & septiformem illam, vti vocatur, *litaniam*, seu *processionem*, cuius septem ordines recenset IO. BAPTISTA CASAL. *de veter. sacr. Christ. ritib. p. 3. c. 40.* Conf. BASNAGE *tom. III. annal. ad ann. 590. §. 7.* Sed non diffitetur POLYDOR. VERGIL. *lib. 6. de inuent. rer. a. 11.* ab ethnicis hunc ritum ad Christianos promanasse, quorum pomposas processiones

& solemnes litanias.

ibi.

Digitized by Google

ibidem explicat, & deinde ſuum addit iudicium hoc modo: *Hunc & nos ritum pariter ſeruamus; ſed haud ſcio, an tam recte quam belle illud fiat vereor, inquam vereor, ne iis in rebus diis potius gentium, quam Chriſto gratum faciamus.* Subiungit poſtea dictum Chriſti: *Tu autem cum oraueris, introito in cubiculum tuum & clauſo oſtio ora.* Eadem occaſione, qua ſolennes eiusmodi *litanias* inſtituit, *indulgentias* quoque populo propoſuit, vt diebus ſtatis,, ad deprecandum malum, eo frequentior concurſus eſſet, *Sacra* hæc appellauit *ſtationes*, *quod certis quibusdam diebus & STATVTIS celebrarentur, nec mutarentur, ſed STABILIA & firma ſtarent*, vt ait POLYDORVS VERGILIVS *lib. VIII. de inuent. rer. c.* 1. vbi addit, duraſſe inde perpetuo illud inſtitutum, ita vt hodie Romæ nihil ſanctius habeatur. Deriuationem tamen hanc minime probandam eſſe, euincunt ea, quæ ad *tit. de ieiun.* circa *ſtationes* obſeruaui. De *antiphonis Gregorianis* legi poteſt ISIDOR. *de eccl. offic. lib. I. c.* 8. Adſcribunt enim ei eccleſiaſtici cantus in meliorem formam inſtaurationem, quem in finem inſtituiſſe legitur ſcholam Cantorum, quibus cum nonnullis prædiis duo habitacula exſtruxit, teſte IOANNE DIACONO *in eius vita lib. II. c.* 6. vt magis decore & ſonore caneretur, quem cantandi modum poſtea religioſe vbique imitati ſunt. NATALIS ALEXANDER *in hiſt. eccleſ. ad Sec. VI. c.* 2. *art.* 13. §. 16. Sed deſino cetera eius inſtituta narrare, quæ ex *hiſtoria eccleſiaſtica* ſatis ſuperque nota ſunt. Illud vnicum addo, eum ritus gentilium etiam in nonnullis retinuiſſe, & in vſum cultus ſacri transmutaſſe. Conſtat, illum ſedulam nauaſſe operam in gente Anglorum conuertenda quam cum idololatriæ nimis deditam animaduertiſſet, auctor ſuaſorque fuit, vt ritus gentiles paululum immutarentur, vel etiam aliter ad cultum ſacrum applicarentur, ſub alia tamen interpretatione. Ita enim *lib. IX. epiſt.* 71. ſcribit: *Idolorum fana in Anglorum gente deſtrui minime debent, ſed ipſa, quæ in eis ſunt, idola deſtruantur; nam ſi fana eadem bene conſtructa ſunt, a cultu dæmonum in obſequium veri Dei commutari debent, vt, dum gens ipſa eadem fana ſua non videt deſtrui, de corde errorem deponat, & Deum verum agnoſcens & adorans, ad loca, quæ conſueuit, familiarius concurrat. Et quia boues in ſacrificio & feſto dæmonum multos occidere ſolent, debet his etiam hac de re, aliqua ſolennitas immutari: vt die dedicationis vel natalitio ſanctorum omnium tabernacula ſibi circa eccleſias, quæ ex fanis commutata ſunt, de ramis arborum faciant, & religioſis conuiuiis ſolennitatem celebrent &c.* An vero talis modus conuertendi gentiles doctrinæ Chriſti & praxi apoſtolorum conueniat, iudicent alii. Hoc certum eſt, apoſto-

los plane aliam methodum & quidem efficaciorem adhibuisse. Sed satis de GREGORIO M.

Argumenta iuris liturgici post Gregorium.

§. XXXIX. Ab hisce itaque temporibus quotidie creuit liturgia sub papatu, tentaque cepit incrementa, vt vel ipso fatente ERASMO *lib. 22. epist. 36. tota religio Christiana facta est ad ceremonias redacta, & vigor euangelicus per eas propemodum antiquatus.* Non desiterunt pontifices successores, hinc inde aliquid addere, & sub lege necessitatis talia populo præscribere ac publicare, vnde *ius liturgicum* insignia cepit incrementa, id quod canones, decreto inserti, euidenter edocent, cum magnam partem eius ex hisce rebus liturgicis constare, in aprico sit. Cum itaque hi ritus in magnam excreuissent multitudinem, non defuerunt, qui sollicite illos colligerent, & varia doctrina excolerent. Nam (1) *libri liturgici* passim compositi leguntur, quos ad instar alicuius normæ presbyteri adhiberent, ne in *officio sacro* peragendo a præscripta via aberrarent In *concil. Toletano IV. c.* 25. relato a GRATIANO *in c.* 2. *D.* 38 iam fit mentio eiusmodi *libri liturgici*, qui ordinatis dari consueuit. *Quando Presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem* (secundum quem officium sacrum peragi debebat) *a suo sacerdote accipiant, vt ad ecclesias, sibi deputatas, instructi accedant, ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis Christum offendant, ita vt quando vel ad litanias vel ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent vel baptizent.* Neque enim vniuersa res liturgica & quæuis carmina *ad literam* obseruari poterant a presbyteris absque eiusmodi libris, ex quo factum, vt, studio S. scripturæ neglecto, clerus Romanus ad *canonum* & *liturgiarum* addiscendarum notitiam fere vnice fuerit deductus, quod constat *exc.* 4. *D.* 38. Audiamus AVGVSTINVM *in c.* 5. *D.* 38, multa deliderantem in sacerdote, vt digne possit præesse suo officio: *Quæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, i. e. liber sacramentorum lectionarius, antiphonarius, baptisterium, compictus, canon pœnitentialis, psalterium, homiliæ per circulum anni dominicis diebus & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit. &c.* (11) Alii quoque priuata opera *res liturgicas* collegerunt ad subleuandam memoriam eorum, qui negotiis sacris præerant. Inter hos recensendi sunt ISIDORVS Hispalensis *de diuin. offic.* MICROLOGVS, WALAFRIDVS STRABO, AMALARIVS, FORTVNATVS, RVPERTVS, TVITENSIS, &c quorum rituales libri congesti sunt *in bibliothec. max. Patr. tom.* 6. Sed plenissimum catalogum horum dedit SIBERN *de libris latinarum eccles.* & DN. PFAFF. *liturg.* quos supra iam laudaui. Hodie

Inde libri liturgici confecti.

et res liturgicæ collectæ.

impri-

Digitized by Google

inprimus inter Potificios celebrantur GVILIELMVS DVRANDVS *in rationali diuinorum officiorum*, IOANN. STEPHAN. DVRANTVS *de ritib. eccl. Catbol.* & IOANNES BONA *de reb. liturgicis*, qui diuerſo conſilio de rebus liturgicis ſcripſiſſe videntur; DVRANDVS quidem, vt *myſticas rationes* rituum & ſic *vim* earum *ſpiritualem* explicaret; BONA vero & DVRANTVS, vt antiquitatem rituum eruerent, & ita *ille* quidem ex *rationibus myſticis; hi* ex *antiquitatis laude* ritus eccleſiaſticos Romanæ eccleſiæ commendarent. Quid, in his deſiderari debeat, in promtu eſt. in DVRANDO requiro, quod tantum explicauerit, quomodo ritus myſtice poſſint eſſe ſignum *rei ſpiritualis*, id quod facile conſtituere potuit, quia res ſpirituales per varias imagines rerum corporalium adumbrari poſſunt. Id vero non oſtendit, huiusmodi ritus etiam ab initio ſub hac *ſignificatione myſtica* fuiſſe introductos & eccleſiæ obtruſos. Multi certe nullam habent rationem idoneam, vel ſaltim *myſticam* aut ſpiritualem repræſentationem, ipſo fatente AVGVSTINO *epiſt.* 119 *c.* 19. *ad Ianuarium*: *Omnia itaque talia, quæ neque ſanctarum ſcripturarum autoritatibus continentur, nec in conciliis Epiſcoporum ſtatuta inueniuntur, nec conſuetudine vniuerſæ eccleſiæ roborata ſunt, diuerſorum locorum diuerſis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix aut omnino nunquam inueniri poſſint cauſæ, quas in iis inſtituendis homines ſecuti ſunt, vbi facultas tribuitur, ſine vlla dubitatione reſecanda exiſtimo.* Multi quoque ritus ſuas rationes habent, non tamen *myſticas*, ſed ſæpe *naturales*, *politicasque*, vt vel *hiſtoria pallii* docet, vel ſolum *decorum* & *externum ſplendorem* pompamque in eccleſia reſpicientes, atque adeo DVRANDVS non *veritatem rei*, ſed *figmentum pium* aliquod tradidit. Rectiori via inceſſit BONA & DVRANTVS, antiquitatis ſtudioſiſſimi, in eo tamen non ſatis prouidi, quod *antiquitatem ſpuriam* ex vitio ſectæ ſæpe defendant, & plerisque antiquiorem originem, quam reuera habent, tribuant.

§. XL. Nolim tamen DVRANDO affingere, quod *ſignificatus myſticos* rituum ex ſuo proprio hauſerit ingenio; iam ab antiquiſſimis obtinuit temporibus, vt poſt tantum rituum apparatum, quibus eccleſia magis opprimebatur, quam regebatur, clerici ad exemplum GREGORII M. ſe exercerent, in excogitandis nouis ſignificationibus rituum, ne inanes & tantum ad ſplendorem & pompam excogitati viderentur, ſed pro ſubſtrata materia *ſpiritualia* repræſentarent, *vimque diuinam* haberent. Certum ſane eſt, ritus plerosque in primitiua eccleſia fuiſſe admiſſos, vel vt *ordo* & εὐταξία commodius coleretur, quod PAVLVS monet, vel vt illis ipſis aliquid

Demyſtica rituum ſignificatione.

Digitized by Google

quid significarent, vel vt *donum* aliquod *extraordinarium* aliis communicarent. Sic osculum pacis sinceram animorum vnionem significauit, quod patet ex verbis AVGVSTINI *serm.* 83. *ad diuers. post ipsam* (orationem dominicam) *dicitur: pax vobiscum, & osculantur se Christiani in osculo sancto, quod est signum pacis, si quod ostendunt labia, fiat in conscientia, i. e. quomodo labia tua ad labia fratris tui accedunt, sic cor tuum a corde eius non recedat.* Impositio vero manuum coniuncta erat cum singulari dono extraordinario, vti ex actis apostolorum passim apparet.

et incommodis inde natis.

§. XLI. Sequioribus temporibus, vbi ritibus abundare ecclesia cœpit, & tamen homines ab *interna sanctitate* recesserunt, ritibus hisce, *spiritualia* significantibus & adumbrantibus, plura incommoda accesserunt, videlicet (1) quod homines sibi facile persuaderent, illud, quod significavit aliquid *spirituale*, esse ipsam rei veritatem, ex quo *opus operatum* ortum, vt vmbram pro ipsa re acceperint ad exemplum iudæorum. (2) Quod ita auerterentur magis magisque a vero *cultu interno;* ita enim comparati sunt homines, vt, quo magis externis rerum figuris pascuntur, eo citius in illis subsistant, & per talia exercitia *corporalia* a *spiritualibus* magis abducantur; tantum abest, vt per illos ritus significatiuos semper excitentur ad veram & superstitione omni carentem deuotionem. Accessit (3) ruditas seculorum & crassissima plerumque ignorantia, ob quam ne quidem significationes sub ritibus adumbratas intelligere satis potuere, quæ nec debite populo manifestatæ sunt, nec commode manifestari potuere, ob tam incredibilem rituum multitudinem; quin (4) populo hoc iugum imponebatur sub lege *necessitatis*, quasi ad salutem præcise essent necessaria, ita vt ad vnguem essent obseruanda & peragenda. Denique (5) mox recessum videtur a mera significatione rituum ab initio posita, & loco eius ipsa *vis spiritualis*, olim tantum per ritus significata, illis tributa, quo ipso non potuit non ad omnem superstitionem latissimus aperiri campus, ceu a theologis nostris satis demonstratur.

Ex decreto concilii Tridentini missalium correctio decreta.

§. XLII. Quemadmodum vero, prout hactenus obseruaui, ecclesia Romana nihil prius habuit, quam vt *missalia* aliaque *ritualia* instrueret, ita patres Tridentini censuerunt, his vltimam addendam esse manum, & auctoritate sedis Romanæ *vniuersalem* attribuendam efficaciam. Hunc in finem PIVS V. *eruditis delectis viris onus hoc demandauit, vt diligenter collatis omnibus cum vetustis Vaticanæ bibliothecæ aliisque vndique conquisitis, emendatis atque incorruptis codicibus, nec non veterum consultis, ac probatorum auctorum scriptis, qui de sacro eorundem rituum*

Digitized by Google

tuum inſtituta monumenta nobis reliquerunt, ad priſtinum miſſale ipſam ſanctorum patrum normam ac ritum reſtituerent, vt Bullæ PII V. verba ſeſe habent. Inde tandem *miſſale Romanum ex decreto* concilii Tridentini reſtitutum iuſſu PII V. prodiit, CLEMENTIS VIII. & VRBANI VIII. auctoritate recognitum, Romæ, Antwerpiæ, Patauii alibique editum, omnibusque pro *norma perpetua* in cantandis miſſis propoſitum. Admodum accurate verba in hoc miſſali ſunt compoſita ſignoque numerata, ne vel in ſyllabis eorumque accentu imperiti linguæ latinæ errarep offent. Acceſſit præterea tum *Pontificale Romanum* CLENENTIS VIII. tum EIVSDEM *Ceremoniale Epiſcoporum*, quod denuo INNOCENTII X. auctoritate recognitum Romæ & Antwerpiæ editum eſt. In hoc poſteriori ritus, ceremoniæ & ſolennia ab epiſcopis obſeruari ſolita accurate deſcripta & figuris æneis expreſſa ſunt, ex quibus ſingularis eccleſiæ Romanæ pompa, non ſine inſigni labore obſeruanda, conſpicua eſt, vt merito anceps hæream, vtrum in veteri teſtamento ram immenſus ſacrorum rituum apparatus deprehendi poſſit, a cuius iugo tamen per Chriſtum liberati ſunt fideles.

§. XLIII. Reſtat, vt ad eccleſias *proteſtantium* tranſitum faciam, examinemque, an & quatenus ab hoc ceremoniarum iugo liberatæ fuerint. Equidem hodierna plerarumque eccleſiarum A. C. addictarum praxis ſatis aperte prodit, multum ex ſuperſtitione antiqua adhuc fuiſſe retentum. LVTHERVS & PHILIPPVS MELANCHTHON in plerisque ad reformationem recte adornandam manus admouerunt; ſed diuerſo maxime ſtudio. Ille *feruidus* erat in notandis & eiiciendis abuſibus: hic *timidius* paulo egit, licet næuos non diſſimularet, adeo vt etiam Landgrafio Haſſiæ PHILIPPO anno 1525. auctor eſſet, ne ritus & ceremonias eiiceret.

An per reformationem remedium his incommdis quæſitum?

§. XLIV. Quamuis itaque omnium videbatur vna mens in *doctrina Euangelica*, quam deinde anno 1530. Auguſtæ Vindelicorum Cæſari in comitiis exhibuerunt; circa *liturgica* tamen diuerſa theologorum ſtudia diuerſique affectus ſemper fuerunt, aliis remiſſius agentibus, aliis ſæpe, omiſſis regulis prudentiæ Chriſtianæ, rem nimis feruide tractantibus. Hinc natæ ſunt tot criminationes eorum, qui a partibus *Cæſaris & pontificis* ſtabant, allegantium, eos, qui LVTHERI partes ſequebantur, omnia in *liturgicis* turbare, ritus laudabiles abolere, & inſolitos introducere. Diuerſa hæc ſtudia recenſet CAROLVS V. *in R. I. Auguſtano de anno* 1530. in quo confeſſio exhibita erat, vbi inter alia hæc reprehendit §. 4. Etliche haben das Amt der Heil. Meß gar abgethan, und geprediget, daß die Meß die höchſte Gotteslåſterung ſey. Porro §. 15. Etliche haben

Fata reformationis in rebus liturgicis.

Digitized by Google

ben die Meſſe nicht gar abgethan, aber darinn eine ſondere Aenderung wider die langen Gebräuche, Ordnungen und Satzungen gemeiner Chriſtlichen Kirchen von neuem ihres Gefallens aufgeſetzet. Desgleichen die gewöhnlichen Geſänge von der Mutter GOttes, ſo von den lieben heiligen Vätern zu der Ehre GOttes und Andacht der Menſchen gemacht, und in der gemeinen Chriſtlichen Kirchen gemeiniglich und gleichförmig geordnet, geſetzt und gehalten worden ſeyn, als ärgerlich und unchriſtlich abgethan, und doch an derſelben ſtatt andere Geſänge ihres Gefallens gemacht, & §. ſq. 16. ritus circa baptiſma mutatos eſſe refert. Dabey haben etliche die löbliche Chriſtliche Ordnung und Gebet, welche bey der Tauf gehalten ſeyn, abgethan und andere gemacht, & §. 17. Etliche gebrauchen gar kein Gebet, Ceremonien, laſſen auch ihre Kinder nicht durch die Prieſter, ſondern auch durch einen jeglichen Layen, Manns- oder Weibs-Perſon, auſſerhalb der Noth taufen, darzu in einem ſchlechten Brunnen-Waſſer. §. 18. Etliche haben die Kinder nicht firmen, noch den ſterbenden Menſchen das Sacrament der Oelung reichen laſſen. Pergit §. 19. ad effractores imaginum: Etliche haben die Bildniß unſers Seligmachers Chriſti, deßgleichen ſeiner hochgelobten Mutter Maria und der lieben Heiligen, ſo eine lange Zeit her dem Chriſtlichen Volck zu Erinnerung und Gedächtniß Chriſtlich gehalten worden ſind, zerſchlagen, verbrannt und unmenſchlich gewütet. Hæc aliaque plura teſtimonia paſſim obuia oſtendunt, *theologicam prudentiam* & *prouidentiam Chriſtianam* non raro fuiſſe neglectam, quo ipſo tamen non poterant non exacerbari animi eorum, qui a contrariis ſtabant partibus; quid? quod hoc ipſo varia impedimenta reformationi iniecta atque ad diſſidia, turbas, tumultus, & tandem bella anſa fuerit data. Principum Euangelicorum ſine dubio fuiſſent partes, theologorum ſuorum intempeſtiuum & immaturum zelum reſtringere, temperare, coërcere, ſi modo id ipſum illis eo tempore ſemper integrum fuiſſet. Sed pergit CAROLVS in §. 24. Etliche haben bey den Stiftern, Pfarren und andern Pfründen die löblichen Chriſtlichen Ceremonien und Gebräuche, die bis anhero insgemeiner Kirchen zu Erinnerung und Anreitzung des gemeinen Volcks zur Andacht, und des Lebens, Leidens, Sterbens und Werck Chriſti unſers Seligmachers geübet worden, abgeſchaft, oder in Abnehmen kommen laſſen, und andere unchriſtliche Ordnung ihres eigenen Willens, Gewalts und Gefallens aufgeſetzt, ex quo deinde §. 36. concludit: aus ſolchen allen

allen nichts Gutes, ſondern mehr folget, daß die andern gemeiner Kirche herbrachte Ubung verachtet, alle Ober- und Ehrbarkeit in ihren Predigten geſchändet, geläſtert, die frommen einfältigen Leut und Layen gegen einander verhetzet, auch ſonſten allerhand Leichtfertigkeit davon entſtanden, die verführige und hievor verworfen und verdammte Lehre überhand genommen, viel verführiſche Irrſal unter dem gemeinen Volck erwachſen, alle wahrhaftige Andacht verloſchen, und zuletzt dahin gereicht, daß alle Chriſtliche Ehr, Zucht, Tugend, Gebot, Gottesfurcht, Ehrbarkeit und guter Chriſtlicher Wandel und Leben, auch die wahre Liebe des Nächſten in Abfall kommen. Et tandem ſubiungit, *ritus* omnes & *liturgica* antiqua eſſe reſeruanda, non corrigenda, nec abolenda; in quo pontifex Cæſari non adeo contradicebat, quamuis hoc quandam *cognitionem de ſacris* in ſe contineret, quia non tempeſtiuum pontifici videbatur, de hac cognitione Cæſari quæſtionem mouere.

§. XLV. Sed, hac prohibitione non obſtante, per Germaniam reformatio in *liturgicis* & aliis continuabatur, vt plurimum tamen hoc negotium per *theologos* magis, quam *auctoritate publica* peragebatur, niſi quod principes conniuerent, omnia ſuis theologis indulgerent, factaque eorum approbarent, quamuis de his ne quidem ſemper conſulerentur. Concertationes hæ admodum res imperii turbabant, & quamuis pax quædam *religionis* anno 1532. conſtitueretur, tamdiu duratura donec lites in concilio quodam determinarentur; non tamen, cum Proteſtantes Cæſari & Catholicis adhuc diffiderent, inteſtina ſemina odii depoſita fuere, ſed cogitari cœpit de fœdere contra vim imminentem. Confirmabatur quidem hæc pax in comitiis ſubſequentibus; cum vero illa intuta plerisque appareret in *conuentu Smalcaldico* fœdus inter ſe Euangelici pangere cœperunt, ex quo tandem res in apertam flammam & *bellum Smalcaldicum* funeſtum erupit. In hoc ipſo conuentu Smalcaldico anno 1540 agitabatur etiam de *liturgiis*, tandemque concludebatur, non quidem ab articulis in Auguſtana confeſſione & Apologia propugnatis recedi poſſe, interim *de adiaphoris non odioſe eſſe pugnandum.* PHILIPPVS MELANCHTHON ad CAMERARIVM hoc retulit, & quamuis non omnino conſilium hocce approbaret; exiſtimauit tamen, multa in *ritibus eccleſiaſticis* toleranda eſſe pia patientia, donec occaſio tempeſtiuæ mutationis oblata fuerit, ſeriem rei enarrante SCHILTERO *de libert. eccl German. lib. 7. c. 8. §. 10. ſeq.* Potuiſſent hæc quidem ex regulis *prudentiæ theologicæ* pro ſtatu illius

Res liturgicæ magis per theologos reformatæ.

Turbæ ob has emendationes.

Digitized by Google

illius ævi tolerari, si modo postea, occasione tempestiva ita se ferente, necessariam in liturgicis emendationem instituissent, quod ea, qua par fuit, ratione factum non fuisse, experientia docuit. Dissensiones internæ, quæ mox in ipsis ecclesiis protestantium propullularunt, & status deprauatus illarum ecclesiarum grauissima impedimenta posuerunt, vt reformatio earum in plurimis neglecta fuerit. Primario fere pugnabatur pro *doctrinæ puritate*: reformatio *morum*, illo tempore inprimis necessaria, susque deque vt plurimum habebatur, & ita, interno cultu deficiente, idem fere defectus in *cultu externo* & *liturgicis* in ecclesiis protestantium remanebat, qui antea sub *papatu* regnauerat. Sed & fata Carlstadiana non minimum iniecisse videntur impedimentum, ne LVTHERVS opus, optime inchoatum, exædificare & perficere posset, adeo vt plerique inficias non eant, LVTHERVM in hac controuerbia cum CARLSTADIO aliquid humani passum fuisse. Plures CARLSTADIVS ejecerat ritus superstitiosos imo & ipsam Missam cultumque imaginum aboleuerat, absente LVTHERO, qui, licet in re ipsa aliquid vitii non latere opinabatur, in *modo eiiciendi* tamen peccatum fuisse credebat, quod dissimulari non poterat, quamuis mitiori spiritu cum CARLSTADIO agendum, & quod præcipitanter egerat, leniori via emendandum fuisset. Postquam itaque LVTHERVS contra CARLSTADIVM irritatus & incitatus esset, multa ex intempestiuo calore incorrecta remanserunt, præsertim cum LVTHERI auspiciis omnia fere agerentur, & plerique eius consilia approbarent. Hæ infaustæ inimicitiæ litesque non parum turbauerunt opus reformationis quoad *liturgica;* quin nonnulla, salutariter & prudenter reiecta, reducta sunt, forsan in odium CARLSTADII, vt docet GODOFRED. ARNOLD. *in histor. eccl. p. 2. lib. 16. c. 19.*

De bello adiaphoristico inter theologos protestantes.

§. XLVI. Exacto *bello Smalcaldico*, nouum coortum est bellum theologicum, *adiaphoristicum* appellatum, occasione *formulæ interimisticæ*, per IVLIVM PFLVGIVM, MICHAELEM SIDONIVM & IOANNEM AGRICOLAM anno 1548. iussu CAROLI V. compositæ, quam eo ipso anno in comitiis statibus imperii, sub titulo *declarationis religionis*, proposuit. Hoc medio Cæsar *internam* vnionem ratione *religionis* inter status reducere tentauit, eam scilicet formulam de *doctrina & ceremoniis* statibus offerendo, quam dissentientes *interim* & *promissionaliter* agnoscerent donec œcumenico concilio lites decisæ fuissent. Concertabatur vehementer de *formulæ* illius *interimisticæ* receptione inter theologos. Plerique illam repudiabant. PHILIPPVS MELANCHTHON ad eius receptionem

Digitized by Google

nem procliuior fuisse videtur, quod apparet ex concluso conuentus Iuterboccensis, quem eo nomine anno 1548. Elector Saxoniæ & Brandenburgicus, adhibitis PHILIPPO, CAMERARIO & AGRICOLA, instituerant. Ipsos articulos pacti huius exhibet HORTLEDER *lib.* 3. *de bell. Germ. c.* 86. Pactum vero hoc sperato caruit effectu, adeo vt ne quidem *formula interimistica* in Saxonia, quoad *adiaphora* seu *ritus*, reciperetur, quale temperamentum PHILIPPVS inprimis vrserat teste EODEM *lib.* 4. *c.* 169. 265. Cum itaque theologi iam antea in plurimis rebus a se alienati essent, maioribus animi contentionibus de *adiaphoris* seu *liturgicis* concertatum est, maxime, quod theologi Misnici receptionem prædictæ formulæ suaderent, censentes de *adiaphoris* in illis vnice disponi, inter quos principes erant PFEFFINGERVS, MAIOR, EBERVS & MENIVS. Contra hos classicum cecinerunt reliqui Saxoniæ & Thuringiæ in sacris proceres, WIGARDVS, FLACIVS, AMSDORFFIVS, eosdem *interimisticos*, *pseudo-Eusebios* &c. vocantes. Vtrinque tantis animorum concertationibus actum est, vt propter talia interna dissidia, primario res *liturgicas* concernentia, plurima intacta relicta sint, atque inde forsan profluxerit, quod *ceremoniæ* & *ritus* hodie in ecclesiis protestantium alicubi quidem in magna abundantia, alicubi vero rarius appareant. Accessit tandem odium contra reformatos, in liturgicis longe plura purgantes, effecitque, vt multa obstinatione illa, quæ a LVTHERO aliisque piis theologis essent reprobata, defenderentur, id quod posteri & extra odium illud theologicum constituti merito dolent. Neque tantum in Germania nostra de *liturgicis ritibus* concertatum est; in Anglia quoque, quibusdam institura inueterata defendentibus, quibusdam omnia ad primæuum & purissimum ecclesiæ primitivæ statum reuocanda esse contendentibus, qui inde *Puritani* dicti, idem *bellum theologicum* excitatum est, quod quantos motus concitauerit, satis constat. Historiam rituum ecclesiæ Anglicanæ adornauit IOANNES DVRELLVS, presbyter eiusdem ecclesiæ, ex quo libello dissensiones cleri Anglicani sufficienter colligi possunt.

§. XLVII. Postquam itaque in ecclesiis protestantium res liturgicæ ita adornari cœperunt, vt quædam ceremoniæ ex papatu abolerentur quædam vero retinerentur, & a theologis defenderentur, neque tamen omnium ecclesiarum praxis vbique eadem esset, cœperunt singulæ ecclesiæ liturgias suas in certum ordinem reuocare & colligere, ex quo ortæ sunt *ordinationes ecclesiasticæ*, quas *agenda* vocant, singulis fere prouinciis propriæ, publicaque auctoritate approbatæ, vt *legis* haberent vigorem. Neque

Leges scriptæ de rebus liturgicis protestantium.

Digitized by Google

Neque tamen omnia in ſingulis *particularibus* eccleſiis ita in vnam conſonantiam reduci potuerunt, vt nulla relinqueretur in quibusdam diuerſitas, quin potius in plerisque agendis particulares cuiusque eccleſiæ conſuetudines & obſeruantiæ eccleſiaſticæ ſtabilitæ ſunt, licet non præciſe determinatæ; vnde factum, vt noſtræ eccleſiæ quoque in rebus liturgicis partim *iure ſcripto;* partim *iure non ſcripto* vtantur, atque hodie omnium controuerſiarum deciſio inde petenda. De his *agendis* & *ordinationibus eccleſiaſticis* plura adducta ſunt tit. *de conſtitut.*, vbi etiam catalogum earum ex *bibliotheca* BOECKELMANNIANA dedi, quem plenius exhibet DN. SCHMIDT, theologus Helmſtadienſis, diſſ. *de agendis.* Inſtructiſſimus hic apparatus BOECKELMANNIANVS eſt, quem anno 1726. magna cura denuo edidit recenſuitque cum breui commentario HERMANNVS CASPARVS KOENIG ſub tit. *bibliotheca agendorum*, beſtehend aus einem vollſtändigen catalogo der Kirchen-Ordnungen agenden. Hiſtoriam *ordinat. eccleſiaſticarum* contexuit DN. CYPRIANI in dem Bericht von Kirchen-Ordnungen, & quædam etiam ſuccincte tradidit DN. PFAFFIVS *de liturg. c III.*

Cur primo loco agendum de obſeruantia eccleſiaſtica.

§. XLVIII. Hæc fuerunt fata *liturgiarum* rituumque eccleſiaſticorum, quorum iura nunc exponere, eaque, habito reſpectu ad eccleſias proteſtantium, enucleare conſtitui. Trahenda ea ſunt partim ex *iure ſcripto*, partim vero ex iure *non ſcripto*, magis tamen ex *hoc*, quam *illo*. Cum enim ritus & ceremoniæ in negotiis hominum, quoad poſſimam partem, ex *moribus hominum* & *decoro* deſcendant, neque ſemper legibus ſcriptis circumſcribantur, facile iudicari poteſt, eccleſias quoque ritus & ceremonias plures obſeruare magis *antiqua obſeruantia*, quam *certo iure ſcripto.* Sunt præterea eiusmodi *mores* priores ipſis *legibus ſcriptis*, id quod ſicuti in rebus publicis perſpicuum eſt, vti egregie demonſtrauit B. DN. THOMAS. *de morum cum iure ſcripto contentione* §. 14. *ſeq.* ita quoque iam ſupra oſtenſum, in primitiua eccleſia magis ritus ex *iure non ſcripto* dependiſſe, quam ex *ſcripto.* Ex illis orta eſt *obſeruantia eccleſiaſtica*, quæ cum *legibus ſcriptis* antiquior ſit, primo loco quoque, qualem efficaciam in liturgicis rebus habeat, ſub incudem reuocari debet.

Qualis vis communiter obſeruantiæ eccleſiaſticæ adſcribatur.

§. XLIX. Quod ſi per omnia ſecula iuerimus, animaduertimus, quoties de *ritibus* & *ceremoniis* controuerſiæ ortæ, vt plurimum prouocatum fuiſſe ad *antiquam obſeruantiam*, eamque ita religioſe fuiſſe retentam, vt ne latum quidem vnguem ab ea recederent, ex illa communi perſuaſione, quod *mores antiqui* & *obſeruantia inueterata* vim legis haberent.

AVGV-

Digitized by Google

AVGVSTINVS passim ad hoc principium prouocat. In *epist.* 86. ita rationes subducit: *In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt.* In *epist.* 118. generaliter asserit: *Nullam disciplinam in his meliorem esse graui prudentique Christiano, quam vt eo modo agat, quo agere videat ecclesiam, ad quamcunque forte deueniat.* Idem HIERONYMVS *epist.* 28. *ad Lucinium* confirmat, aiens: *Illud te breuiter admonendum puto, traditiones ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiunt, ita obseruandas, vt a maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem contrario more subuerti.* Huc pertinet locus, supra §. *XVIII.* adductus, quod auctoritatem *scriptæ legis* tales obseruantiæ ecclesiasticæ habere debeant. Prouocauerunt olim episcopi ad hoc fundamentum in controuersia de tempore paschatos, vti §. *XXIV.* obseruaui. Et cur ad illud non prouocassent, cum etiam ICti momenta causarum ecclesiasticarum ex *moribus ecclesiasticis* petere & desumere soleant? Equidem de *indole, requisitisque obseruantiæ* vlterius haud ero sollicitus, postquam *tit. de consuetud.* hoc thema ex professo examinaui atque explicaui. Id vnicum tantum addo, vim eius in *rebus liturgicis* potissimum conspici, vtpote quæ in iis determinandis, sicuti in *decoro ciuili*, admodum accommoda semper visa fuit, & ad quam veteres vt plurimum prouocarunt; quid? quod *libri liturgici* postmodum ex *moribus antiquis* desumti atque conscripti fuerint.

De efficacia morum in rebus liturgicis.

§. L. Primario ergo de *efficacia* morum antiquorum in rebus liturgicis ritibusque ecclesiasticis videndum, vbi principalis quæstio occurrit: an obseruantia ecclesiastica habeat *vim legis obligantis*, vt non tantum *licite* agere dicatur, qui secundum obseruantiam ecclesiasticam agit, sed etiam ex *necessitate legis* obligetur, vt ad ritus inueteratos se accommodet? Primum quæstionis membrum est in confesso, & ἀπορίαν nullam habet; neque enim vni potest denegari in collegio, quod omnes licite agunt. Vnde Asiæ minoris episcopi licite subsistebant in tempore antea obseruato paschatos; VICTOR vero, episcopus Romanus, imprudenter *iure* quodam *perfecto* vrgebat, vt se accommodarent ad mores ecclesiarum *occidentalium*, cum obseruantia vnius ecclesiæ particularis, licet vel maxime *legis* virtutem habeat, non possit legem præscribere alteri ecclesiæ particulari, diuersa obseruantia gaudenti. Alterum vero quæstionis caput potissimum controuersum est: *an possit obligationem in membris ecclesiæ inducere, vt secundum illam in rebus liturgicis singuli agere debeant?*

An obligent?

Dubia.

§. LI. Dubia non adeo leuia contrarium suadere videntur. Nam si obseruantia rituum ad *consuetudinem* refertur, vti vulgo fit, non apparet, quo-

Digitized by Google

quomodo in collegio æquali leges obligantes obtinere possint, cum etiam ipsa consuetudo suam vim & robur ex *tacito summi imperantis consensu* accipere dicatur, & sic membra collegii se lege quadam *priuata* obstringere non posse videantur. Et si vel maxime collegio competeret ius condendi leges, adhuc tamen dubium est, an illi, qui primitus hoc vel illo modo in ritibus ecclesiasticis egerint, hac intentione egerint, vt successoribus *voluerint* vel *potuerint* normam præscribere? Præsumtio potius est, eos ex *libera voluntate* egisse, & si vel maxime illa intentione egerint, adhuc tamen supereſt dubium, an *potuerint* normam aliis præscribere, legis habentem vigorem? Quod si enim vel maxime præpositus quidam ordinem quendam in precibus obseruauerit, aliaque liturgica instituerit, non tamen illud successores obligare potuit, vt secundum illud præscriptum viuerent. Si forsan in hos ritus consenserint membra ecclesiæ, si *mutuo pacto* ad eos obseruandos se adstrinxerint, non ex *obseruantia*, sed *pacto* obligatio est deducenda. Denique si vel maxime ita se non obstrinxerint, sed successores forte vnius vel alterius actiones imitati fuerint, non tamen ex *imitatione* obligantur, vt in posterum quoque similiter agant, multo minus *maioris partis imitatio* ceteros obstringere potest, qui hactenus eam non sunt secuti, nec inducti, vt se quoque ad imitationem ceterorum conformarent, cum *imitatio* in rebus, ad *decorum* spectantibus, videbatur omnino libera esse. Licet in collegio per vota maiora ceteri obligentur, nihilominus tamen præsupponi debent talia negotia, ad quæ accedunt collegæ cum intentione, se inuicem obligandi &c.

Quomodo obligentur membra collegii?

§. LII. Hæc si vera sunt, sicuti robore suo non destituuntur, sane multa doctorum asserta, imo magna pars *iuris liturgici* corruit, quia pleraque liturgica ex *obseruantia* dependent. Vt itaque nos ex his retibus extricemus, ante omnia videndum est, qua ratione membra collegii constringi possint, & qualis demum virtus obligandi in *obseruantia ecclesiastica* latitet? Collegium, quale etiam est *ecclesia*, constat ex *societate æquali*, nec quicquam ordinare potest, nisi *communi consensu* & quidem *maioris partis*, quo ipso medium obligandi deducendum est ex *pacto*. Quamuis enim pauciores in eo dissentiant, hoc tamen vel ideo non attendendum, quia alioquin non esset ratio expediendorum negotiorum in societate. Consensus autem siue *expresse* siue *tacite* declaretur, perinde est; nam & *factis* ipsis suam quisque animi sententiam prodere potest. Præterea etiam illud nihil refert, vtrum omnes concurrant ad actum expediendum, an vero primario membro collegii *communi consensu* institutionem ordinis propter eius *auctoritatem* & *probabilem sapientiam* demandent, quia hac ratione iam *antecedenter*

ad

Digitized by Google

ad illud se sponte obligarunt, quod ab eo, cui causa est commissa, expediri debet. Deinde sicuti collegia in republica sunt, ita etiam certum est, posse quoque ex *iusta causa*, si *necessitas ciuilis* id postulat, imperantem præscribere leges collegio, quo facto obligatio ex *imperio imperantis* deducenda. Breuiter: membra collegii ad aliquid faciendum adstringi possunt, vel ex præcedente *pacto*, vel ex *lege*, collegio a principe præscripta.

§. LIII. Quod si a *thesi* ad *hypothesin* transeamus, in *obseruantia* quoque *rituali* medium obligandi deducendum vel ex *pacto* quodam, vel ex *voluntate & dispositione* eius, qui forsan antiquitus ecclesiæ præfuit, & cuius auctoritatem in omnibus secuti esse videntur, qui ei interfuere. De hoc vt constet, præsupponendum, OBSERVANTIAM LITVRGICAM esse *actus plures, circa ritus & solennia occupatos, & uniformiter a membris ecclesiæ ex probabili opinione necessitatis susceptos, quatenus vt membra ecclesiæ considerantur.* Debent actus esse *uniformes*, non *interrupti*, ein beständiges Herkommen, seu, vt *constanter* in ecclesia ritus obseruati fuerint. Quod si actus contrarii allegari possint, palam est, *indifferenter* hactenus ritus peractos fuisse. Deinde, quod ex hoc ipso fluit, actus debent esse suscepti ex *probabili opinione necessitatis*, seu, quod ita agentes communiter existimauerint, se hoc vel illo modo agere debere, qualis intentio potissimum colligitur ex *actibus omnium uniformibus.* Neque enim omnes *uniformiter* in collegio quodam agerent, nisi crederent probabiliter, se ad hoc ipsum teneri. Siquidem actus *voluntarii* seu ex *libera* cuiuscunque *voluntate* gesti, quamdiu tales sunt, obseruantiam obligantem introducere non possunt, quia eo ipso, quo quis *libere* egit, noluit se vel alios obligare in posterum, quo inprimis pertinet, si protestatio seu declaratio, qua mente hoc factum sit, accesserit. In pagis plura præstantur parochis, ex *mera liberalitate;* solent tamen admodum cauti esse rustici, ne *uniformiter* idem præstent, quo minus præstatio hæc in *necessitatem* transire possit.

Obseruantiæ inest vis obligandi ex pacto tacito. Obseruantia quid?

§. LIV. Oritur hæc *probabilis opinio* necessitatis (1) ex antiqua *traditione;* (2) ex *præcedente* quodam *pacto tacito.* Optime sane BASILIVS in *c.* 5. *D.* II. vtrumque fundamentum illustrat, exemplisque variis rituum ecclesiasticorum exornat, docens, potissimum tres species in liturgiis distinguendas esse: (1) constitutiones *scriptas*, (2) *traditas*, (3) *consuetudine* roboratas. De *traditionibus* earumque efficacia *tit. de consuetud.* iam egi plenius, ad quem prouoco, cui addendum censeo, quod, licet traditio quandoque ex *errore* nascatur, nihilominus tamen operari possit *opinionem*

Vnde nascatur probabilis opinio necessitatis in consuetudine?

Digitized by Google

nionem neceſſitatis, vt controverſia de *Paſchate* euidentiſſime docet. Hæc ipſa *opinio communis* rurſus operatur, vt omnes conſentiant in eosdem ritus, illosque ſeruandos eſſe velint, adeoque ſi vel maxime antiquum inſtiturum, de quo traditio eſt, deficit, non tamen deficiat obligatio ex *conſenſu*, ex *pacto*, vt, qui ſe huic ſocietati agglutinauerit, mores eius aſſumere, & ad *liturgiam* ſe accommodare debeat.

Quomodo ex pacto tacito obſeruantiæ vis deducatur?

§. LV. Deinde ſi abſtrahimus ab omni *traditione*, vis tamen *obſeruantiæ* in *rebus liturgicis* ex *pacto tacito* recte deducitur. Membra collegii cuiuscunque ſe obligant *mutuo conſenſu*, h. e. maioris partis; conſenſus autem declaratur *verbis* vel *factis*, & inde quoque pactum eſt vel *expreſſum*, vel *tacitum*. Poſſe in collegiis quoque *facta* idem operari, quod *conſenſus expreſſus*, docet IVLIANVS in *l.* 32 *de LL.* aiens: *Quid intereſt, ſuffragio populus voluntatem declaret, an rebus ipſis & factis? Quare rectiſſime illud receptum eſt, vt leges non ſolum ſuffragio legislatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur.* Clarius HERMOGENIANVS *in l.* 15. *de LL.* ait: *Ea, quæ longa conſuetudine, comprobata ſunt, ac per plurimos annos obſeruata, veluti tacita ciuium conuentio, non minus quam ea, quæ ſcripta ſunt iura, ſeruantur.* Romana legislatio in Republica *libera* vt plurimum per *conuentionem* fiebat: hoc intuitu in *l.* 1. *de LL.* dicitur *communis reipublicæ ſponſio*; imo Ictus aſſerit, conſuetudinem conſtare *pacto tacito*, ſicuti leges *pacto expreſſo*. In *cœtu eccleſiaſtico* idem obtinere poſſe, extra controuerſiam eſt, cum quodlibet collegium res collegii per *pactum* poſſit determinare & adornare, & ſic *pactum tacitum* idem operabitur, quod expreſſum. Id ipſum potiſſimum obtinuit in eccleſiis primitiuis, quæ *collegia* quædam *priuata* erant, a republica prorſus derelicta, atque ſibi ſoli relicta; hac de cauſa quoque quænis per *pacta* vel *expreſſa* vel *tacita* determinare debuerunt, quamdiu in hoc ſtatu ſubſtiterunt, id quod minus recte obſeruant, qui ſtatum illius temporis ponderant. Vnde autem conſenſus communis in his rebus elici poſſit, plenius demonſtraui *tit. de conſuet.* §. 14. *ſqq.*

Ex his pactis liberis varietas liturgiarum naſcitur.

§. LVI. Quia itaque illa, quæ *mutuo & libero conſenſu* conſtituuntur recipiunturque, admodum variant, & in ſingulorum collegiorum arbitrio poſita ſunt, non mirandum, ſi in rebus liturgicis tanta deprehendatur diuerſitas, quæ non aliunde, quam *ex diuerſis animi motibus* peti poteſt. Proinde qui ex patribus mitiores fuerunt, haud æquum iudicarunt, mores aliarum eccleſiarum diuerſos reprobare, eosque ad conſonantiam vniuerſalem reducere, ceu ſupra iam aliquoties obſeruatum eſt.

Audi-

Digitized by Google

Audiamus PETRVM, abbatem Cluniacenſem, qui *lib.* 1. *ep.* 2. ita diſſerit: *Sunt innumerabiles & diuerſiſſima diuerſiſſimarum eccleſiarum, ad vnam Catholicam pertinentium, conſuetudines, vt pene tanta ſit varietas vſuum, quanta multiplicitas eccleſiarum. Sed non damnat aliquem diuerſa inſtitutio, quæ & veræ fidei inſeruit, & caritatis compaginem non diſſoluit. Vbi vero aut fides laeditur, aut caritatis vnitas periclitatur, ſi occulte fit, damnabile eſt; ſi publice, damnabile ſimul & hareticum.* Huc etiam collineat FVLBERTVS, Carnutenſis epiſcopus, *in ep.* 2. *ad Einardum: Sed nec parua nec rara ſunt, quæ ab aliis neceſſario ſeruanda, aliis non adeo curanda affirmantur. Nec tamen nos offendit obſeruantiæ diuerſitas, vbi fidei non ſcinditur vnitas. Porro in multis Græcia ab Hiſpania, ab illis Romana & Gallicana diſcrepat eccleſia, ſed neque in hoc ſcandalizamur, ſi audimus diuerſam obſeruationem, ſed non diuerſam fidem in Chriſti ſemper eccleſiis, extitiſſe. Stet enim regina eccleſia a dextris regis ſui, in veſtitu deaurato, circumdata varietate.* Oſtendunt hæc duo teſtimonia, quæ ſeculis *undecimo* & *duodecimo* ſcripta ſunt, ne quidem eo tempore diuerſitatem rituum tolli potuiſſe, propter mores cuiusque populi proprios, quibus tenaciter ordinarie addicti ſumus, quamuis Pontifex alias id ſine dubio feciſſet, vti aliquoties tentauit, ſi modo potuiſſet. Vid. ſupra §. *XXXV. ſqq.*

§. LVII. Similiter enim *orientales* eccleſiæ idem nonnunquam tentaſſe leguntur, præſertim cum a ritibus *occidentalium* eccleſiarum longe diſceſſiſſent, & reliquas eccleſias in ſuos mores trahere conarentur, vti factum *ſeculo undecimo* a Conſtantinopolitano epiſcopo MICHAELE. Hunc auſum LEO IX. papa Romanus in *epiſt. ad eund. c.* 5. grauiter ex principiis adductis reprehendit, quia Romanam eccleſiam ob ritum *azymi* panis in Miſſa adhibiti damnauerat, & latinæ eccleſiæ conſortes cogere voluerat ad græca inſtituta amplectenda. *Vt enim fertur*, ſcribit, *omnes latinorum baſilicas plane clauſiſtis, monachis monaſteria & abbatibus tuliſtis, donec veſtris viuerent inſtitutis. Ecce in hac parte Romana eccleſia quanto diſcretior, moderatior & clementior vobis eſt. Siquidem cum intra & extra Romam plurima Græcorum reperiantur monaſteria ſiue eccleſiæ, nullum eorum adhuc perturbatur vel prohibetur a paterna traditione ſiue ſua conſuetudine, quin potius ſuadetur & admonetur eam obſeruare. Nec enim animoſitatem impiæ hæreſeos habet, quæ ſemper diuiſione gaudet, dicens per parricidam meretricem: Nec mihi nec tibi ſit, ſed incidatur. Sed pietate veræ matris ſic Salomonem deprecatur: Obſecro, domine, date huic infantem viuum & nolite interficere eum. Scit namque, quia nihil*

Non recte ab orientalibus reprobata.

Digitized by Google

obſunt ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſuetudines, quando fides per dilectionem operatur bona, quæ poteſt, vni Deo commendans omnes. Cont. *c.* 3. *D.* 12.

Ius liturgicum ſcriptum collegio adornari poteſt.

§. LVIII. Propero ad *ius liturgicum ſcriptum*, ſeu quod expreſſa conſtitutum voluntate & determinatum eſt, cuius prima initia iam quodammodo ſupra §. XXX. euolui. Quamuis itaque *ius adordinandi liturgias* ſingulis cœtibus proprium ſit, & ſic quæuis membra, vt *collegiorum* ratio poſtulat, ad hunc actum concurrere debeant; nihil tamen prohibet, quo minus *communi conſenſu* illud vni, qui cœtum illum dirigit, & auctoritate ſingulari inter omnes poller, deferri poſſit. Equidem ſi tempora antiquiſſima eccleſiarum examino, deprehendo, presbyteros vt plurimum & epiſcopos in ſingulis cœtibus, ad ordinem in eccleſia ſeruandum, ritus aliasque formulas liturgicas inſtituiſſe, non quidem *ſuo iure*, & per modum *imperii*, ſed nomine *eccleſiæ*, quia ab eccleſiis talis poteſtas illis concredita erat vel *expreſſe* vel *tacite*. Apoſtoli primi erant, qui hinc inde erigebant eccleſias eisdemque presbyteros dabant, & ſic admodum probabile eſt, eos quoque, ceu primos fundatores, ordinem decentem vel præſcripſiſſe vel commendaſſe, quamuis non ea intentione, vt ius perpetuum adornandi diſciplinam eccleſiaſticam in *clerum* transferrent, ſed vt in illis temporum difficultatibus, quæ ab omni *imperio eccleſiaſtico* longe aliena erant, neceſſitatibus cuiusque eccleſiæ ſuccurrerent, oſtenderentque, quomodo in congregationibus ſuis ſe gerere deberent. Inde paſſim apoſtolus PAVLVS in ſuis epiſtolis, ad eccleſias ſcriptis, hunc vel illum ordinem illis commendat. Hunc eccleſiæ eo lubentius accipiebant, quo magis conuictæ erant de apoſtolorum integritate, ſapientia & ſanctitate. Imo cum adhuc erudiendæ erant, ne quidem eo tempore de *quæſtionibus iuris* cogitabatur, nec dubium mouebatur, an apoſtolis vel presbyteris hoc ius competeret? ſed vnanimi ſpiritu inter ſe coniuncti erant. Apoſtolorum exemplum poſtea ſecuti videntur presbyteri, eccleſiisque præpoſiti, quatenus neceſſarium viſum fuerat, in externo cultu aliquid noui conſtituere, atque adeo ſicuti ſingulis ſua relinquebatur libertas, ita quoque *conſilio presbyterii* ordo externus per ſingulos cœtus variare cœpit. Accedebant *monita apoſtolorum* quibus ſerio iubebantur obedire præpoſitis presbyteris, quorum auctoritas quoque eo maior apud ſingulos erat, quo incorruptior ſanctitas vitæ in iis elucebat. Hoc intuitu perpetua traditio fuit, ritus hos vel illos ab *apoſtolis* vel eminentioribus epiſcopis eſſe inſtitutos, quæ, licet ſæpe fallax fuerit, illud tamen oſtendit, in conſeſſo apud omnes fuiſſe, in plu-

Digitized by Google

plurimis ordinem in quauis ecclesia magis ab *episcopis & presbyteris* fuisse institutum, quam ab ipsa ecclesia per modum *expressi pacti* introductum. Non quidem excludo *consensum ecclesiæ* subsequentem, sed quia tamen presbyteri *externam directionem* habuisse videntur, non dubium est, quin hi quoque potiores partes habuerint, & membra ecclesiæ ipsorum in talia instituta consenserint, vtut in casibus *maioribus & arduis* absque consensu cœtus ecclesiastici expresso nihil ageretur.

§. LIX. Vt vero de hoc eo clarius constet, antiquissima veteris ecclesiæ monumenta euoluenda sunt. (I) Constat ex historia sacra, etiam in negotiis *maioris momenti*, ordinem ecclesiasticum respicientibus, apostolos in consilium adhibuisse ipsam multitudinem, vt institutio septemuirorum euincit *Act. VI*, 2, Refertur enim, quod apostoli conuocauerint *multitudinem* discipulorum, & auctores iis fuerint, vt constituerent, qui *ministerium externum* in alendis pauperibus præberent: quod hoc consilium ab omnibus approbatum, elegerintque septem viros *communi consilio*. Hunc morem etiam adhuc ipsum CYPRIANVM sanctum obseruasse, ostendi *dissert. 3. eccles. ad Plin. II. & Tertull.* (II) Quemadmodum omne collegium, licet sit *societas æqualis*, directionem quandam requirit externam, vt omnia *ordine* & *decenter* fiant, ita quoque *ecclesiæ* primitiuæ seu *cœtus fidelium* habuerunt suos προϊσταμένους, qui etiam *seniores* seu *presbyteri* vocabantur, dirigentes negotia ecclesiæ, & quæ ad *ordinem* ac *decorum* faciebant. Hæc *præfectura* in ecclesiis eo magis necessaria erat, tum quod ad imaginem synagogarum, his præfectis instructarum, essent compositæ; tum etiam quod essent publice reprobatæ, a republica derelictæ, omni auxilio & publico præsidio destitutæ, & quasi in *statu naturali* constitutæ. Quod ergo præsidium aliunde petere non potuere, a semetipsis, fiducia in Deum collocata, petiere, & priuatis consiliis genus quoddam *præfecturæ* admisere, *cuius consilio* ecclesiæ regerentur, id quod fuit collegium *presbyterorum*, teste HIERONYMO in *c. 5. D. 95.* cuius asserta eleganter defendit BLONDELLVS *in apolog. pro sentent. Hieron. de episc. & presbyt.* Non omnes eo tempore docebant: *præfecturam* tamen gerebant, ab ecclesia dependentem, de quo plenius egi *diss. VII. & VIII. ad Plin. II. & Tertull. nouiss. edit.*

Totus cœtus olim in negotiis ecclesiasticis adhibitus.

§. LX. Quemadmodum ergo regimini ecclesiastico *presbyteri* seu *seniores ex plebe*, ecclesiam repræsentantes, præfuerunt, & per hos *directio*

Quod vitesius declaratur.

Digitized by Google

directio externa exercita fuit, ita illorum quoque diſpoſitioni & poteſtati ſubiici potuerunt *rerum liturgicarum adminiſtratio* & *cura ordinis in eccleſia ſeruandi;* ipſa autem *diſciplina eccleſiaſtica* cum debito ordine vel a tota eccleſia, vel ſaltim a quibusdam nomine totius eccleſiæ, fuit conſtituta; quicquid enim hi, qui cœrum repræſentant, faciunt, pro eo habendum, ac ſi ab vniuerſo cœru factum fuerit. Neque itaque aſſeri poterit, in omnibus ac in vniuerſum plebem fuiſſe excluſam, cuius contrarium oſtendit DAVID BLONDELLVS *de iur. plebis in reg. eccl.* quin potius hoc viderur temperamentum adhibitum, vt negotia *maioris momenti* & *magni præiudicii* ab vniuerſa eccleſia, non a ſolis presbyteris, eam repræſentantibus, peracta; cetera, quæ magis ad regimem & ordinem ſervandum facerent, potiſſimum presbyteris, ſeu ſenioribus plebis, denen Aelteſten der Gemeinde, commiſſa fuerint, quemadmodum in nonnullis eccleſiis proteſtantium certa eiusmodi collegia eccleſiaſtica deprehenduntur, totam eccleſiam repræſentantia, vti Halæ aliisque locis. Sic negotium magni momenti erat excluſio a cœtu fidelium, ſeu *excommunicatio*, quæ in toto conuentu Chriſtianorum, præſidentibus ſenioribus, fiebat. Verum etiam in his poſtmodum in plebi competens ſenſim & paulatim extingui cœpit, & clerus ſibi ſoli poſtea quæuis iura, & quidem *proprio iure & independenter*, tum ratione ipſius cœtus, tum principum Chriſtianorum vindicauit, ſeque in omnibus *eccleſiam repræſentatiuam*, nouo plane ſignificatu, eſſe conſtituit, ita vt eccleſiæ ſeu cœtui vniuerſo non eſſet rationibus reddendis obnoxia, in quo iura primæua prorſus immutata ſunt. Multo magis ergo ius adornandi liturgias ſolennes ad ſe traxit, quippe quod, tanquam partem propriam *cultus diuini*, cui præerat, facilius ſibi aſſerere poterat.

Conſectaria ex hactenus dictis.

§. LXI. Inde concludo (I) ordini clericali, qua tali, *proprio iure & independenter* olim non competiſſe poteſtatem determinandi liturgias: fuiſſe hoc negotium eccleſiæ, ſæpe a paucis *nomine omnium* exercitum, & quidem propter *ſtatum* illum *ſingularem*, in quem omnes eccleſiæ diriſſimis ſub perſecutionibus erant coniectæ. (II) Dominatu ſacro in eccleſiam introducto, demum clerum ſibi ſoli, *priuatiue*, & *proprio iure*, excluſis membris eccleſiæ, ius liturgicum adſcripſiſſe, in primis vero epiſcopos, de quibus poſt. (III) Quamuis epiſcopi Romani ex inani faſtu aliquoties tentauerint, eccleſias alias ad ſuos ritus adſtringere, nihilominus tamen plerasque eccleſias in hac libertate ſubſtitiſſe, quia in ſingulis eccleſiis epiſcopi adhuc ſua *libertate* gaudebant, totque

Digitized by Google

totque papæ erant, quot episcopi, ex quo tanta varietas orta liturgiarum. Imo (IV) sicut quælibet ecclesia suas liturgias conseruauit, & nouas recepit, ita quoque probabile esse, inconsultis aliis ecclesiis, nonnunquam particulares a certis ritibus recessisse, aliosque introduxisse, nisi conciliis vniuersalibus consensu omnium, episcoporum peculiariter quid esset constiturum, licet pontifices Romani hoc quandoque ægre tulisse videantur. vti apparet ex epistola INNOCENTII I. §. *XXXV.* recitata.

§. LXII. Atque hoc iure quidem vtebantur ecclesiæ sub *ethnicis imperatoribus*, in statu suo *primato*, quibus nullæ partes in directorio ecclesiarum externo asseri poterat, quas potius funditus exterminare intendebant. Sub CONSTANTINO M. res ecclesiarum admodum mutatæ sunt, adeoque ante omnia inquirendum, *an etiam circa ius liturgicum instituendum quædam mutatio facta fuerit?* Plebis libertatem hoc tempore inprimis deliquium passam fuisse, constat, non quod in totum *ius plebis* fuerit extinctum; (nam seniores plebis, totam ecclesiam repræsentantes, adhuc recensentur:) sed quod in plerisque negotiis ecclesiasticis haud fuerint in consilium adhibiti. *Episcoporum* enim potestas eo tempore nimis creuerat, &, quod ab aliis iam ostensum est, ad tantam *ἀκμὴν* peruenerat, vt ab horum directionibus fere omnia dependerent. Equidem presbyteri quandoque se adhuc acriter episcoporum ausibus opponebant; quam parum autem profecerint, vel AERIVS presbyter, Eustatio episcopo se hoc nomine opponens, suo exemplo docuit. Variis enim in locis episcopi iam *dominatum & tyrannidem* quandam exercere incipiebant, presbyteros fere a potissimis negotiis ecclesiasticis excludentes, id quod cum EVSTATIVS episcopus, quod presbyter AERIVS tantum esset, quoque tentaret, restitit eidem, asserens, episcopus haud maiorem habere potestatem, quam presbyteros, qua de causa cum suis assectis tanquam *hæreticus* habitus, & omnes qui a partibus eius stabant, electi. Vid. HILDEBRAND *de hæresi Aeriana.* Ex quo inducor, vt credam, hoc tempore inprimis episcopos potiorem ad se traxisse potestatem in rebus ecclesiasticis, & sic quoque *ius adornandi liturgias* potissimum exercuisse.

De iure liturgico sub imperatoribus Christianis, inprimis sub Constantino.

§. LXIII. Equidem, mutato in statu ecclesiarum, CONSTANTINVS ius circa sacra penitus negligere non debuisset; sed multæ rationes obstabant, quo minus suo iure vti posset. Nam (1) historiæ docent, episcopos ex statu ecclesiæ, per tria secula prorsus oppressæ, directioni & determinationi negotiorum ecclesiasticorum adeo iam assuetos fuisse, vt hanc sibi

Constantinus segnior fuit in ipre sacro exercendo.

sibi potestatem eripi haud paterentur, sed id potius agerent, vt imperatores a doctrina & ore eorum dependere cogerentur. Nouimus quidem, CONSTANTINVM concilia conuocasse, eisque præfedisse; circumstantiæ tamen ostendunt, episcopos CONSTANTINI ministerio tantum vsos fuisse, vt eo magis imperium sub hoc *brachio seculari* exercere possent. Quicquid ergo fecit CONSTANTINVS, in eo reuera fuit minister & executor voluntatis episcoporum, etsi vel maxime CONSTANTINVS & reliqui imperatores ius aliquod exercerent, quod tamen vel ideo facilius episcopi CONSTANTINO, salua eorum potestate, indulgere poterant, quoniam alia ratione tot episcopos cogere, & aduersarios suos opprimere haud poterant: ast circa singulas ecclesias parum iuris CONSTANTINO inde concessum est. Audiamus philosophiam HOSII, episcopi Cordubensis, quia latere CONSTANTINI semper fuit. Ita ille ad Cæsarem: *Tibi DEVS imperium commisit, nobis, quæ sunt ecclesiæ, concredidit. Et quemadmodum, qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ; ita & tu cane, ne, quæ sunt ecclesiæ; ad te trahens, magni criminis obnoxius fias. Date, scriptum est, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ DEI, DEO. Neque igitur fas est nobis, in terris imperium tenere, neque tu thymiamatum & sacrorum potestatem habes, imperator.* Vid. ATHANASIVS *in epist. ad vit. solit. agent.* Accedit (II) quod plures asserant, CONSTANTINVM M. ad vltimum vitæ terminum baptisma distulisse. SCVLTETVS *in medull. patrum part.* 3. *p.* 226. Iam vero ante baptisma, quod ianua ad christianismum dicitur, nemo pro vero christiano habitus olim fuit, & sic inter *catechumenos* perpetuum locum obtinuit CONSTANTINVS M. quo ipso valde probabile redditur, episcopos nunquam CONSTANTINO indulturos fuisse, vt ipse, tanquam *catechumenus*, in rebus sacris quid *suo iure* constituere potuerit inuitis episcopis, a quorum nutu dependebat. (III) Episcopos admodum indulgenter habuit, honorauit, multisque bonis auxit. EVSEB. *in vita Const. M. lib.* 2. *c.* 35. Quid? quod omnem potestatem in sacris iis sponte concessisse videatur, cum episcopis nonnullis, conuiuio exceptis, dixerit: *Vos intra ecclesiam, ego extra ecclesiam a DEO episcopus constitutus sum.* EVSEB. *lib.* 4. *c.* 24. Hoc ipso meo iudicio, ex quadam adulatione indigitasse videtur, se quidem a DEO esse inspectorem in republica constitutum ad dirigenda negotia reipublicæ; episcopos autem *inspectores ecclesiarum* ad dirigenda *sacra* & negotia ecclesiæ. Hoc Patres sedulo imperatoribus inculcarunt, & inprimis AMBROSIVS Imperatori opposuit *epist.* 33. *Noli te grauare, Imperator, vt putes, te in*

Digitized by Google

in ea, quæ DIVINA *sunt, imperiale aliquod ius habere, noli te extollere, sed si vis diu ius imperare, esto* DEI *subditus. Scriptum est: quæ* DEI *Deo; quæ Cæsaris Cæsari. Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesiæ: publicorum tibi mœniorum ius est, non* SACRORVM. (IV) Huic alii addunt, illum ius in clerum sibi ipsi abiudicasse, ad quod quoque prouocat GREGORIVS M. contra MAVRITIVM, qui huius ausibus in omnibus deferre nolebat. Ita enim in *c.* 41. C. II. *q.* 1. ait: *Cum piæ memoriæ Constantino principi scripto oblatæ accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, & eosdem, qui accusati fuerant, episcopos conuocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit, dicens: Vos dii estis, a vero Deo constituti, ite, & inter vos vestras causas discutite, quia dignum non est, vt iudicemus Deos*, quod elogium in suum commodum frequentissime pontifices in ore habuere. Vid. *c.* 15. *C.* 12. *q.* 1. *c.* 5. C. II. *q.* 1. RVFFINVS *histor. eccles. lib.* 10. *c.* 2.

§. LXIV. Atque hæc CONSTANTINI, indulgentia in episcopos eo magis etiam inde elucescit, quod instituta Christianorum, pro ratione temporis sub ethnicis imperatoribus introducta, haud aboleuerit, sed nouis legibus promouerit, ex quo tandem *iurisdictio ecclesiastica* episcopis propria facta fuit. Olim sub ethnicis imperatoribus de litibus Christianorum solebant episcopi cognoscere, easque componere, maxime iuxta monitum PAVLI I *Cor. VI*, 1. *seq.* quod omnino probandum erat. Vid. SELDENVS *de Synedriis lib.* I. *c.* 9. *in f.* Verum sub CONSTANTINO, corruptis moribus episcoporum, id non amplius ferendum fuisset, si CONSTANTINVS rem ex vero æstimare voluisset; nihilominus tamen ad ambitionem eorum augendam hoc ipsum confirmauit SOZOMENVS *lib.* I. *c.* 9. id disertis verbis narrat, &, *argumentum*, inquit, *vero & illud maximum reuerentiæ imperatoris erga religionem, quod iudicio contendentibus seu litigatoribus potestatem fecit, episcoporum iudicium inuocare, neglectis, si vellent, ciuilibus magistratibus: & vt sententia eorum rata esset & potioris auctoritatis, quam aliorum iudicum, atque si ab ipso imperatore prolata fuisset, vtque iudices seu magistratus iisque ministrantes apparitores iudicata ab his executioni traderent.* Hæc verba quidem ostendunt, non aliter *iudicia episcopalia* potuisse obtinere, quam vtroque litigantium consentiente. Verum, vt *l.* 1. *C. Theod. de episc. iudic.* indicat, hoc postmodum CONSTANTINVS extendisse videtur, vt etiam, altera parte refragante, locum habere, quam legem GRATIANVS *in c.* 35. *seq.* C. II. *q.* 1. recensuit, & *c.* 51. *seq.* eandem a CAROLO M. confirmatam in *capitularibus* esse refert.

Episcopalis audientia.

Digitized by Google

refert. Ex errore eam tribuit THEODOSIO, quæ CONSTANTINO adscribenda est, teste SELDENO *cit. l. c.* 10. *p.* 226. E contrario IACOB. GOTHOFRED. *in comm. ad cand. l.* plane illam suppositiam & fictam esse arbitratur, quod vtique probabile est. Nam quod SELDENVS illam legitimare velit ex adducto loco SOZOMENI, vanum est, cum potius contrarium in illo contineatur. Quicquid sit, illud vtique in confesso est, CONSTANTINO episcopis hanc iudiciariam potestatem confirmante, illis liberum arbitrium quoque circa *liturgica*, quæ pars *cultus diuini* censebantur, & sic clericis propria, relictum fuisse.

§ LXV. Vbi itaque ius *liturgicum* cum ceteris *circa sacra* eminentioribus iuribus Imperatores episcopis ex nimia indulgentia concesserant, magna accessio ad episcoporum potentiam facta, principum potestate imminuta. Exstructa sunt eo tempore templa multa, non semper ad *necessitatem*: plura etiam ad *pompam & elegantiam*, vt plenior elegantiorque cultus, splendore multo repletus, & ab episcopis sine dubio adornatus, Deo fieret, qui tamen magis in *simplicitate & spiritu* colendus erat. In conciliis communi consensu quædam etiam circa *liturgica* hoc tempore determinata sunt, maxime episcopalibus, prouincialibus & nationalibus, quibus episcopi intererant. Multos nouos ritus prioribus fuisse superadditos, res ipsa loquitur. AVGVSTINVS circa finem seculi quarti de *iugo ceremoniarum & rituum* iam conquestus est in *epist.* 119. *ad Ianuar.* supra relata, quin etiam præterea *hierarchia ecclesiastica* Pseudo-DIONYSII, quæ tamen circa seculum quintum scripta esse dicitur, ostendit, liturgiam ecclesiasticam eo tempore a prima simplicitate admodum recessisse. Neque enim eo tempore liturgica *nudi ordinis* causa amplius adhibebantur: plerosque ingens *superstitio* iam incesserat, vt vel *virtutem diuinam* sub ritibus quærerent, vel *mysticam* quandam *interpretationem* eisdem adscriberent, id quod etiam Pseudo-DIONYSIVS in suis *contemplationibus* luculenter ostendit. Vtroque sub respectu liturgica sibi *priuatiue* vindicare poterant clerici, quoniam *cultui diuino* præerant, & hoc intuitu vrgere poterant, suum hic agi negotium: sibi mysteria esse concredita: se intelligere, quæ sit vera ratio colendi Deum; a Deo se hanc potestatem accepisse, & quæ sunt alia. Denique sequentibus temporibus, præsertim sub GREGORIO M. pontifices Romani sibi hoc ius *eminenter* arrogare cœperunt, vnde factum, vt vulgo *liturgiæ & ordines missatici pontifici* vel *episcopis* attributi fuerint.

Quorum institutionem sibi priuatiue attribuere

§. LXVI.

Digitized by Google

§. LXVI. Oſtendimus, qua rationc ius adornandi liturgias eccleſiaſticas antiquis temporibus exercitum fuerit. Reliquum eſt, vt excutiamus ex fundamentis genuinis, *cuinam hoc ius proprie adſcribi debeat?* Competere id *primordialiter* toti eccleſiæ, in confeſſo eſt, quemadmodum alias cuilibet collegio ius datum eſt, diſponendi de *rebus* collegii, & ordinem quendam inſtituendi. Loquor de illa *liturgia*, quæ *adiaphora*, ſeu non determinata in verbo Dei, reſpicit: quæ ab ipſo Saluatore in ſacramentis eſt inſtituta atque præcepta cultus diuini ratio, immutabilis eſt, nec circa hanc cuiquam ius competit. Verum non raro accidit, vt, quod *eccleſiæ* adſcribitur, hoc in effectu ad *pauciores* in eccleſia referatur, vnde inquirendum: *quo ſenſu hoc ius circa adiaphora originaliter* ECCLESIAE *tribuatur?* SCHILTERVS *inſtit. iur. can. lib. II. c.* I. §. 8. hac de re ita loquitur: *Ius porro & ordinandi & mutandi liturgiam, quoad ritus accidentales, eſt penes* ECCLESIAM, *ſeu ſummam cuiuuis eccleſiæ poteſtatem. quæ totam repraſentat, h. e. Synodum, vel Senatum eccleſiaſticum, cum conſenſu ordinum prouincialium. Neque enim penes ſolum clerum, neque penes ſolum principem, quippe qui non habet ius circa liturgiam abſolute, multo minus in ſingulorum arbitrio, ſed penes omnes tres ordines eorumue deputatos.* Liquet ex dictis SCHILTERVM *eccleſiam* non conſideraſſe vt *corpus quoddam æquale*, ſeu *collegium*, ſed vt *ſpeciem reipublicæ & ſtatum politicum;* diuidit eam in *populum, principem & clericos*, ex vulgata doctrina, quod in eccleſia dentur tres *ordines* & *ſtatus*. Non demum cum SCHILTERO hæc opinio nata eſt, ſed ab eo tantum repetita & defenſa. Vt enim de REINKINGIO, BALDVINO aliisque nihil dicam, CARPZOVIVS certe huius opinionis acerrimus defenſor eſt *in p. 2. deciſ.* 113. ad quem etiam SCHILTER. *cit. l.* prouocat, & apertius ſignificat, eccleſiam, tanquam *ſtatum* quendam, concipi debere, eamque non *monarchice*, ſed *ariſtocratice* eſſe gubernandam, & ſic principem, excluſis *clericis* & *reliquo populo*, haud poſſe liturgiam mutare, tollere vel inſtituere.

Ius adornandi liturgica primordialiter toti competit eccleſiæ.

§. LXVII. Hoc ſenſu vero ius circa liturgias non poteſt *eccleſiæ* adſcribi. Prouocant communiter ad eccleſiam primitiuam & eius conſtitutionem; at vero pro ſtatu illius temporis eius ratio peculiaris fuit, interim tamen *corpus* mere *æquale* conſtituit, fuitque diuiſa in *doctores, præpoſitos* & *plebem*, vt quidem præpoſiti, quæ e re eccleſiæ eſſent, *ſuaderent, cenſerent*que, ſed populus *conſenſum* ſeu *iuſſum*, vt in collegiis fieri ſolet, adderet, prout ſupra dictum. Quando ad tempora imperatorum Chriſtianorum aſcendimus, iam ſcena mutata erat, & clerus maior omne

Vera ſententia.

Digitized by Google

ius liturgicum ad ſe traxerat, quod vel *in conciliis* vel *priuato arbitrio* determinabat, atque adeo fruſtra ad hæc tempora prouocamus. Hoc poſito, conceptus *eccleſiæ* nouum conſtituit ſyſtema, huc vnice ſpectans, vt principi ius ſublime *circa ſacra* adimatur. Quando *toti eccleſiæ* adſcribimus ius, ordinem in negotiis eccleſiaſticis inſtituendi vel mutandi, princeps vel eſt *membrum* illius eccleſiæ, vel non. Priori caſu ad actus eccleſiæ concurrit non tanquam *princeps*, ſed tanquam *Chriſtianus* ſeu *membrum eccleſiæ*, & ſic quieſcit interim *politicus reſpectus*, quem intuitu reipublicæ habet, nec pinguius ius habet, quam quilibet alius, qui in tali cœtu eſt conſtitutus. Clerici nihil peculiare hic obtinent, niſi vt, quæ monenda vel proponenda ſint circa *liturgiam*, proponant, repræſentent, ac vniuerſi cœtus conſenſum deſuper expectent, quo ipſo fruſtra prouocatur ad formas rerumpublicarum, quas huic cœtui *aquali* aſſignare conantur. Hoc modo *primitiua eccleſia* ius hoc vel *immediate* vel *mediate* exercuit, nec aliter exercere poteſt, ſi illud *toti eccleſiæ* adſcribi debet. Et cum hac ratione liturgia ordinatur per modum *pacti*, quo in omnibus collegiis res eorum in ordinem deducuntur, infrunitum certe eſt, principem vt *legislatorem* hic ſupponere, vel ſi ex *poteſtate legislatoria* res liturgicæ determinandæ ſunt, (quod fieri omnino poteſt;) adhuc inconuenientius eſt, *clerum* & *populum* ſimul in conſortium huius poteſtatis aduocare, qui tamen, vt *ſubditi*, hoc reſpectu ſunt conſideraudi. Et tamen CARPZOVIVS cum SCHILTERO & REINKINGIO hæc omnia confundit, contenditque, etiam eo caſu, vbi aliquid princeps per modum *legis* in ſacris determinare vult, conſenſum *cleri* & *populi* eſſe requirendum, quo ipſo inſignis iniuria principi infertur, cuius ſumma iura maieſtatica admodum violantur. Imo ſi verum fateri licet, primario tantum huc omnia conſilia diriguntur, ne *clerus* ab hac *legislatoria poteſtate* excludatur; nam quamuis *populi* quoque mentio iniiciatur, hoc tamen tantum fit dicis gratia, quoniam huius eſt, humiliter conſentire. Poſteriori caſu ſi princeps non eſt *membrum eccleſiæ*, ne quidem concurrit ad hoc negotium, quoniam rurſus illi tantum per *pactum* res collegii determinant, qui de illo collegio ſunt. Neque hoc poſterius a praxi alienum eſſe iudico, cum experientia doceat, principem cœtibus illis, qui diuerſam ab eo profitentur religionem, plerumque relinquere liberratem, omnibus collegiis competentem, vt poſſint liturgica in ſuis cœtibus determinare, vel ſi quid princeps circa illa corrigendum vel mutandum iudicauerit, eundem hoc ipſum facere, non vt *membrum illius eccleſiæ*, quale non eſt, ſed vt *legislatorem* reipublicæ, in qua

Digitized by Google

qua talis cœtus commoratur, & ſummo iure circa ſacra, prout infra tit. *de conuerſ. infidel.* demonſtratum eſt. Atque ita ſe res habet, quando ab eccleſia *per modum pacti* res liturgicæ determinantur.

Quando princeps poſſit leges de rebus liturgicis ferre?

§ LXVIII. Verum etiam res liturgicas per modum *legis proprie dictæ* adornari poſſe, certum eſt, nec, qui alias circa *modum* diſſentiunt, hic re ipſa diſſentiunt. Potiſſimum ad duas quæſtiones tota res relabitur: (I) *quando per modum legis liturgica ſint determinanda?* & (II) *quomodo hoc fieri debeat?* Quoad primam quæſtionem expeditum eſt, ſi per modum *legis* res liturgicæ adornantur, hoc fieri debere a *principe*, cui legis ferendæ poteſtas competit. Oſtenſum quidem eſt, *adornationem liturgiarum primordialiter* ſpectare ad quamlibet eccleſiam, & ſic dubitari poſſet quo iure princeps leges de rebus liturgicis ferre, & ius eccleſiæ eripere valeret? Sed obſeruandum eſt, relinqui potuiſſe hoc ius eccleſiæ, ſi illo ſemper frueretur eo, quo debebat, modo, nec plura incommoda, in rempublicam redundantia, inde ſæpe eſſent metuenda. Hæc *ex accidente* ſæpe poſtulant, vt princeps officium ſuum interponat, prout turbæ, tumultus & diſſidia, de rebus liturgicis orta, docent. Vnde, quemadmodum imperanti in genere conceſſa eſt inſpectio ſedula in omnia collegia, vi cuius, ſi animaduertit, ſtatuta collegiorum nociua eſſe poſſe reipublicæ, vel grauiores turbas ex rixis circa liturgica metuendas, omnino prouidere debet, vt talia tollantur, mutentur, corrigantur, imo ipſe alia ſtatuta iis præſcribere poteſt, ita quoque ſollicitam curam & inſpectionem in eccleſias principi attribuere debemus, & quidem eo maiorem & grauiorem, quo maiora alias incommoda ex *commiuentia* in rempublicam redundare poſſunt. Si faciem *primitiuæ eccleſiæ* noſtri cœtus præ ſe ferrent: ſi præpoſiti officiis ſacris ſe ſuis continerent limitibus; ſi membra eccleſiæ in priſtina innocentia, fide & integritate adhuc eſſent, indiſtincte illis *libertas* priſca relinqui poſſet, nec de iure principis circa *adiaphora* & *liturgica* tantopere laborandum foret. Aſt vero (I) ſtatus plerarumque eccleſiarum eſt corruptiſſimus, ſi mores tam *docentium* quam *diſcentium* intuemur, ex quibus ſane eo maiores inordinationes ſæpæ metuendæ ſunt, quo maior eſt numerus eorum, ex quibus eccleſia conſtituitur, niſi is, qui terrere poteſt ſua auctoritate, tumultuantes compeſcat. Ex aliis collegiis tantæ inordinationes non ſemper metuendæ, quoniam ex tot membris haud conſtant. Inde prouidebit princeps, vt omnia ordine & decenter fiant, nihil per tumultum agatur, nec quisquam præ aliis in eccleſia ſibi poteſtatem quandam attribuat, vt olim a prælatis factum. Trahitur populus ſu-

Digitized by Google

perſtitione, ritibus admodum delectatur, qui ſenſus feriunt: religionem mutari inepte exiſtimat, ſi aliquid in rebus liturgicis mutatur, adeoque facile coniici poteſt, quanti tumultus inde ſint metuendi, ſi vel *noui* quid introduci, vel aliquid tolli a clericis videat, cui hactenus tenaciter adhæſit. Hisce itaque ſub circumſtantiis ad præcauendas turbas princeps non poteſt non *aliquando*, neceſſitate publica ſuadente, leges de rebus liturgicis ferre, vti hodie etiam fieri ſolet in *ordinationibus eccleſiaſticis*. Quot poſſunt rixæ & contentiones de iis exſurgere inter ipſos clericos! cum quidam ritus v. c. exorcismi, tenaciter defendant & propugnent, quidam damnent, & abrogandos tollendosque eſſe iudicent, vnde discordia, ſchismata, factiones, factæ nouæ aliaque plura incommoda oriuntur. Vid. infra *cit.* de *baptiſmo*. Senſit hoc ſuo damno eccleſia Anglicana, quæ grauiſſima mala, nec dum ſopita, paſſa eſt ex rixis inter epiſcopales & presbyterales, quorum illi *ritus* & *liturgias* antiquas ſummopere propugnant, hi damnant & ſuperſtitionis incuſant. Quisquis ſuos habet aſſeclas, neque ſemper quilibet ea moderatione vtitur, qua tales controuerſiæ tractari deberent. Notum eſt *bellum adiaphoriſticum* in Germania. Nota eſt reformatio Germaniæ, quæ non tantum circa *res fidei*, ſed inprimis circa *res liturgicas* occupata fuit. Quanta ſæpe cum vehementia actum ab his, qui ex regulis prudentiæ Chriſtianæ debuiſſent manſuetudine vti! ceu exemplo notabili oſtenderunt heroes, in confrangendis imaginibus rigidiſſimi. Ducuntur non raro miniſtri eccleſiæ immaturo zelo contra *res liturgicas*, quo ipſo populus facile ad quæuis facinora & turbas irritatur, vt *de facto* agat, rumpat, frangat, &, quaſi pro gloria Dei ageret, omnia confundat. De peſſimis moribus quorundam tempore reformationis CHYTRAEVS *lib.* 23. *p.* 636. agit, ſimulque refert, multos ex *miniſtris Euangelicis* tumultuando huc illuc cucurriſſe, multa ſub prætextu *euangelicæ libertatis* in liturgicis mutaſſe magna cum imprudentia, & inſignes clamores excitaſſe. Ad hæc tempora turbida ſine dubio reſpexit inſtrument. *P. art. V.* §. 29. ita diſponens: *Neutri partium alteram de religionis ſuæ exercitio; eccleſiæ* RITIBVS & CEREMONIIS DETVRBARE *fas ſit, ſed ciues pacifice & comiter inuicem cohabitent &c.* Eiusmodi ſub circumſtantiis omnino reipublicæ ſalus poſtulat, vt princeps *lege publica* liturgica determinet.

Ad infringendam ambitionem clericorum recte princeps liturgica inſtituit.

§ LXIX. Deinde (11) magna *vis religionis* eſt, quæ quamuis in liturgicis haud ſit quærenda, quæ mere arbitraria ſunt; hæc ipſa tamen animos vulgi ita occupare ſolent, vt vniuerſum *cultum diuinum* vt plurimum in illis quærant. Facile hinc plebs patitur, vt clerus inſtitutionem eorum

Digitized by Google

eorum ad ſe trahat, qui & *auctoritate* apud plebem multum valet, & *ſanctitatis* opinionem præ ſe ferre ſolet, titulo *ſpiritualis*, *ſancti* & *eccleſiaſtici* munitus, laicis *ſecularibus*, h. e. *carnalibus* exiſtentibus. Hoc rerum ſtatu ſi miniſtri eccleſiæ ab *humilitatis regulis* recedunt, pedetentim *legislatoriam* quandam ambiunt *poteſtatem*, experientia antiquiſſima teſte, & ſub ſacro *religionis* clypeo multa mala rebus publicis afferre poſſunt, rempublicam in republica nouam fundantes, ſeque tandem *independentes* in ſuo foro, h. e. *eccleſia*, a poteſtate politica conſtituentes. Non vanas ſuſpiciones profero, nec noua narro; ſiquidem ex hoc *myſterio iniquitatis* ſua prima cœpit fundamenta hierarchia, quæ *conniventia* & *indulgentia* Cæſarum ita tandem roborata ſunt, vt potiora iura maieſtatica imperantibus ſint ſubtracta & interuerſa, vt ſupra iam ſatis demonſtratum. Malum hoc primi imperatores auertere potuiſſent, ſi maturius conatibus *potentioris cleri* reſtitiſſent, & *iure ſuo* vſi fuiſſent, quo ἀπολιτικῶς neglecto, *nouum regnum* per totum orbem conditum. Hæ circumſtantiæ in genere oſtendunt, principem neutiquam *ſoli clero* poteſtatem *independentem* circa ſacra indulgere, maxime vbi adeſt religio dominans, & ita quoque nec diſpoſitionem de rebus liturgicis eius arbitrio ſubiicere debere. *Miniſtrorum eccleſiæ* fidelium & ſuo officio bene fungentium auctoritati nihil detrahimus, ſed potius illos debita veneratione proſequimur, quippe a quibus hæc vitia aliena eſſe nouimus. Omitto (III) illam rationem, quod multum interſit ſummorum imperantium, vt ſubditi nulla *ſuperſtitione*, quam egregie promouere poteſt liturgia ſplendida, inutilis tamen & noxia, ducantur, ſed moribus optimis imbuantur, & ab omni *ſuperſtitione* longe abducantur, cum, quo magis ciues in *pietate ſolida* erga Deum proficiunt, eo firmior reddatur & ſtabiliatur tranquillitas publica. *Leuit. XXVI*, 4, *ſq. Pſalm. LXXX*, 14. *ſqq. Proverb. XXIX*, 2. 12. *XI*, 11. *XVI*, 12. *XX*, 28. *Sap. VI*, 1. Inde ſatis prouide prouiſum *in ordin. eccleſ. Magdeb. c.* II. §. 1. Es ſollen die Prediger von denen Ceremonien und Ordnungen in den Kirchen ihre Zuhörer aus GOttes Wort und nach Anleitung dieſer Kirchen-Ordnung, ſo oft es die Gelegenheit giebet, berichten, daß ſolche äuſſerliche Ceremonien und Ordnungen **vor ſich ſelbſt kein Gottesdienſt ſeyn, noch ein Stück deſſelben**, ſondern daß ſie allein der Urſachen halber verordnet, auf daß der Gottesdienſt zu gehöriger Zeit und dem gewöhnlichen Ort fein ordentlich und ehrlich gehalten werde. Additur in fine etiam: Wie denn auch kein Prediger einige Aenderung in Ceremonien vorzunehmen befugt ſeyn ſolle.

Hoc

Hoc ipſum quoque inculcat *Aug. conf. art.* 15. vbi optimum & ſanum de *ceremoniis* fertur iudicium.

Obiectiones Carpzouianæ.

§. LXX. Animaduerto quidem, hæc non eſſe ad guſtum eorum, qui REINKINGIANA & CARPZOVIANA in omnibus premunt veſtigia, quæ admodum huic doctrinæ contraria ſunt, & cum CARPZOVIVS *cit. deciſ.* 113. REINKINGII armis pugnet, illius fundamenta remouere conabor. Primo quidem concedit, ad principem *curam eccleſiarum* pertinere, mox vero *n.* 8 ſubiicit: *Sed exercitium huius curæ ac poteſtatis ſoli magiſtratui competere infitias imus, non ad guſtum quorundam principum, qui membra eccleſiæ reliqua ab hoc plane exclaſa volunt, reformationem pariter cultus diuini & ceremoniarum ſibi ſolis arrogantes, vigore nimirum iurium epiſcopalium ac territorialium, a quibus ſubditi & ſtatus prouinciales merito arcentur.* Hanc ſuam theſin firmat (I) piorum regum in populo Dei, Ioſuæ, Dauidis, Salomonis, Ioſaphati exemplis, quos, *reformationem eccleſiæ* ſuſcipientes, non pro imperio præſcripſiſſe, quicquid ſibi videretur, ſed eos comitia coëgiſſe, & cum conſenſu & conſilio ſtatuum vniuerſorum concluſiſſe ait, quod *re eccleſiæ* eſſet. Hoc argumentum etiam vrget IOANNES OLEARIVS apud DEDEKENNVM *Vol. I. m.* 2. *ſect. I. n.* 2. Adducitur hunc in ſuem exemplum IOSVAE, qui coëgit omnem populum in comitia, *Ioſ. XXIV.* 1. *ſeq.* DAVIDIS 1 *Paral. XIV.* 2 *Sam. VII*, 7. 1 *Paral. XVIII*, 1. 2 *Paralip.* 30. & 34. Et cum ab hac ratione impii magiſtratus receſſerint, non modo eos ſcandalum eccleſiæ dediſſe ait, ſed etiam grauiſſimas incurriſſe pœnas exemplo GIDEONIS, *Iudic. VIII.* SAVLIS, contra interdictum prophetæ ſacrificantis, 1 *Sam. XV.* IEROBEAMI, eligentis ſacerdotes ex contemtiſſimis populi, & inſtituentis feſtum hactenus inauditum, 1 *Reg XII.* OZIAE regis, thura incendentis contra prohibitionem ſacerdotum. 2 *Paral. XXVI.* &c.

Prima obiectio.

Reſolutio.

Sed admodum incongrue hæc exempla huc adferuntur. Quæſtio hic eſt de ſolis *adiaphoris & ceremoniis arbitrariis* adornandis, nullo præcepto Chriſti determinatis ac prohibitis. Infiniti apud Iudæos erant ritus, ſed non *adiaphori*, non *arbitrarii*; verum lege Moſaica præcepti, contra quos nihil audere poterant reges iudaici, & hinc omnino puniti leguntur, quod contra *legem ceremonialem* peccauerint, non quod *inconſulto ſacerdote* hoc fecerint. Deinde cultus Iudaicus *lege ceremoniali* ita erat determinatus, vt nouos ritus & liturgica introducere nec penes *reges*, nec penes *ſacerdotes* eſſet, in quo longe diuerſa ratio noſtrarum eccleſiarum eſt. Aut enim plane verbo diuino repugnat, liturgica & ritus adornare, & ſic nec prin-

Digitized by Google

principi nec clericis hoc ius competit; aut vero verbo diuino non repugnat, & sic principi, intuitu *summi imperii* agenti, hoc recte vindicamus. vt tamen *bene*, *prudenter* & *pie* agat, si rationes etiam theologorum audiat, ne temere aliquid innouet, id quod tamen *suo iure* sibi asserere nequeunt, principique obedientiam denegare, si illis inconsultis liturgiam determinauit & emendauit. Praeterea in adductis textibus fit mentio *factae congregationis*, non vero definitur, quod facta fuerit *rituum determinandorum* gratia, sed vt populus, quae suae essent partes, admoneretur.

§. LXXI. Porro (2) vrget CARPZOVIVS *n.* 21. quod princeps *solus* non constituat *ecclesiam*, ergo nec solus possit disponere de rebus liturgicis, quae *negotium ecclesiae* sunt. Enimuero ad hoc dubium iam ante responsum est. Si ecclesia, *qua talis*, de illis disponit, princeps prae reliquis membris ecclesiae *ius potius* nullum habet, imo ne quidem concurrit, si non est membrum ecclesiae, quod hodie contingere potest in illis coetibus ecclesiasticis, quibus *sacra peregrina* concessa sunt. Hic autem loquimur de casu, quando per modum *legis* in casu, quo *reipublicae quies* id poscit, adornanda sunt liturgica, annon id ipsum princeps *iusta de causa* facere, & libertatem ecclesiae, qua saepe abutitur, restringere possit? quod antea pluribus assertum est. Fere huc quoque collineat tertium argumentum *sub n.* 25. *sqq.* quod proinde praetereo. Denique *n.* 28. subiungit, nullam esse suscipiendam reformationem cultus diuini ac rituum ecclesiasticorum *sine consilio theologorum* RECTE SENTIENTIVM. Hoc vlterius illustrat exemplo principis, leges ferentis, quod sicuti hic, adhibito prudentum consilio, demum aliquid statuere soleat circa *bonum ciuile*, ita simili ratione optimi principis sit, nihil statuere circa bonum spirituale citra theologorum consilium. Equidem non nego, bonum principem *prudenter & optime* facere, si consilia piorum & moderatorum theologorum de illis, quae ad *liturgiam* spectant, audiat, eaque, si salubria deprehendat, sequatur, atque adeo si verba CARPZOVIANA de nudo *consilio* intelligenda forent, nihil esset, quod vlterius moneri deberet, quorsum etiam respicere videtur Dn. IAEGERVS *de conc. sacerd. & imper. c.* 12. Verum cogitandum est, hoc ipsum adduci a CARPZOVIO pro *ratione decidendi*, qua clerum simul ad *potestatem legislatoriam* euehere, & principem sub lege *necessitatis* adstringere conatur, ad placita theologorum circa hoc negotium sequenda, in quo merito deferendus est. Sit ita, principem *bene* facere, si theologorum monita audiat: inde tamen potestas eius legislatoria non erat restringenda. Imo nequidem ex hoc fluit, quod theologorum *suorum* consilium petere debeat; potest enim eadem liber-

Secunda obiectio diluitur.

tertia & quarta obiectio.

Digitized by Google

tate etiam extraneos in consilium vocare, vti quandoque hodie fieri solet, quo facto, satisfactum CARPZOVIANAE decisioni, & tamen nihilominus verum manet, principem posse per modum *legis* liturgica determinare, & de illis disponere. Denique non quoscunque, sed *recte sentientes* theologos audiendos esse vult; quid vero de hac conditione censendum sit, optime declarat praelaudatus Dn. IAEGERVS *cit. l. in f.*

An libertas ecclesiastica violetur?

§. LXXII. Alii vlterius hic prouocant ad *libertatem Christianam*, quae ecclesiis potissimtum a Saluatore est concessa, quam violari putant per *leges liturgicas*. Sed qui talia asserunt non intelligunt, in quo *vera libertas Christianorum* consistat. Explicuit eandem egregie B. LVTHERVS *in libello de libertate Christiana*, qui si conferatur, apparebit, liturgica plane ab hac materia aliena esse. Liturgiae sunt propter *ordinem* in ecclesia seruandum, & sic mere *arbitrariae;* ac sicuti PAVLVS *ecclesiasticam libertatem* haud violauit, dum voluit, vt omnia in ecclesia *decenter* & *ordine* fierent, ita nec princeps contra *libertatem ecclesiasticam* aliquid facere censendus est, si circa ordinem ex *causa probabili* quid disponit, & praecauet, ne clerici libertatem ecclesiasticam in *iugum seruile* mutent, & *dominatum nouum* sibi stabiliant, vti sub eodem praetextu antiqui praesules ecclesiastici fecerunt. Habet quodlibet collegium suam *libertatem*, vt scilicet nemo ex membris ecclesiae dominatum in illo exercere possit: imo & hac *libertate* fruitur, vt possit de *rebus collegii* quid statuere; sed propterea haud liberantur ab *inspectione suprema principis*, licet vel maxime ex *iusta* & praegnante *causa* aliquid hic determinauerit. Idem ergo iudicium esto de ecclesiis, quae maiorem libertatem sibi asserere haud possunt. Dicis: atqui ita saepe christiani inuiti subire coguntur *iugum ceremoniarum & rituum*, cum cultus christianorum debeat consistere in *spiritu & veritate*. Ita omnino est, nec dubitandum, quin plerique ritus aboleri possent, si *internum cultum* magis pro scopo ecclesiae haberent; sed in tanta *corruptione ecclesiarum* liturgiae haud possunt exterminari, vtut interim quaedam reformatio recte adhuc instituatur. Denique nec audiendos esse arbitror, qui existimant, principem eo ipso sibi vindicare *imperium in conscientias*, quo videtur respexisse OLEARIVS apud DEDEKENNVM supra *cit. l.* aiens: Es ist zu besorgen, es werde dieses Käyserliche Pabstthum ja so arg und viel ärger werden, als jenes Päbstliche Käyserthum. Cum enim liturgica sint mera *adiaphora*, in se *arbitraria*, non apparet ratio, quomodo hoc ipso *imperium in conscientias* exerceri possit. Adiaphora non tangunt *per se* conscientiam, vti *credenda* & *agenda*, quae CHRISTVS in verbo suo reuelauit. Neque haec opinio, quam

Digitized by Google

quam hic latius defendi, adeo noua est, sed ab ipso BRVNNEMANNO *in iure eccl. lib.* I. *c.* 2. §. 28. & 34 & CONRING. *de auctor. maiest. circa sacra lib.* 15. asserta, quæ loca adduxit ill. THOMAS. *diss. de iur. prin. ip. circa adiaphora c.* I. §. 9. & calculo suo approbauit latissime. Ne vero res careat exemplo, adferam casum, qui ante aliquot annos nobis oblatus fuit. In quodam comitatu per ordinationem ecclesiasticam prohibitæ erant nuptiæ tempore *quadragesimæ.* Reformati pastores, se hac lege minime ligari censentes, tempore *clauso* copulationes instituebant, quod cum a regimine publico, sacris Lutheranorum addicto, reprobaretur, quidam ex illis responsum theologicum producebat, in quo pro purganda hac inobedientia hæc quoque adducta erant argumenta: 1) Es könne kein Verbot in der H. Schrift gezeiget werden; 2) in der erstern lautern Kirche hätte man von dergleichen Verschrenckungen nichts gewust; 3) die Einsetzung der quadragesimæ gehöre mit unter die Menschen-Gebote, wodurch der Widerchrist die Freyheit der Kirchen zu benachtheilen gesuchet; 4) sey das Verbot de non copulando in der Fasten-Zeit unter denen constitutionibus iuris canonici zu finden, welche Lutherus verworfen ꝛc. His argumentis pastores semper sese possent eximere obligationi legum ecclesiasticarum, quorum non est, leges examinare, sed secundum leges agere,

§. LXXIII. Denique nonnulli quidem admittunt *mutationem* & *abrogationem* rituum particularium, sed restringunt tamen potestatem principum quoad *ritus vniuersales*, maxime illos, qui in conciliis œcumenicis introducti sunt. Sic enim IOACHIM. HILDEBRANDVS *diss. de ritibus sacris* §. 17. diserte ait: *Prisci ritus vniuersales, per ecclesias omnes recepti, sancte retineri, nec ab vlla particulari ecclesia abrogari temere debent.* Hoc posito, grauiter reprehendit reformatos, quod *exorcismum*, ab ecclesia semper & vbique obseruatum, sustulerint. Illud ipsum quoque exprobrat in Puritanis ecclesiarum Anglicarum, quod festa œcumenica, natalem Domini, pascha, pentecosten, & ceteros ritus ab omni, quæ sub cœlo est, ecclesia per tot annorum centurias frequentata, de sacris suis eliminauerint, nec fere vllos, nisi in sacris literis expressos ritus, admittere voluerint. Admittit tamen horum abrogationem in §. *seq.* ex communi siue tacito siue expresso totius ecclesiæ consensu, & ita concludit: *Sicuti in ciuili republica is, penes quem est potestas ferendarum legum, ius easdem pro re nata antiquandi habet, sic in ecclesia communi consensu ritus œcumenici condi iterumque tolli possunt.* Verum

An ritus œcumenici abrogari possint?

Digitized by Google

nec in hunc me committam campum, cum hanc controuerſiam plenius iam ſupra examinauerim *lib.* I. *tit.* 4. §. 51. *ſeqq.*

Quo iure principes diſponant circa liturgica.

§. LXXIV. Poſtquam itaque hactenus euictum eſt, principi, ſuadente reipublicæ vtilitate, competere ius diſponendi circa *liturgica*, & quidem ratione *ſuperioritatis territorialis*, ex qua dependet *ius circa ſacra*, aliquot adhuc concluſiones inde efformabo. Primo valde incongruum eſt, cum CARPZOVIO *lib.* I. *iurispr. conſ. def.* 2. inquirere, vtrum vt *epiſcopus*, an vero vt *ſecularis perſona*, vt *princeps*, de rebus liturgicis diſponat? & ſi vt *epiſcopus*, rurſus intempeſtiuum eſt examinare, an hæc poteſtas ad iura *ordinis*, an vero *legem diœceſanam*, an denique ad *legem iurisdictionis* ſpectet? Vid. IDEM *def.* 4. Hæc quidem doctores noſtris principibus ſæpe applicant, absque iudicio tamen communiter, cum hæc diſtinctio plane noſtris haud poſſit applicari principibus *ſecularibus*, quoad exercitium iurium circa ſacra. Nolo vero hic eſſe diffuſior, poſtquam hunc errorem iam ſatis deſtruxi in *diſſert. de iure epiſcopali principum proteſtantium*, & *tit. de offic iud. ordin.*

An patroni poſſint diſponere circa liturgica.

§. LXXV. Denique hoc quoque euidens eſt, *patronis*, aut aliis *nobilibus mediatis*, licet mero imperio muniti ſint, nequaquam competere ius nouam liturgiam præſcribendi, aut antiquam abrogandi. Toto cœlo ius *patronatus ſimplex* differt a *iure ſummo circa ſacra*, ſeu vt alii, quamvis incommode, dicere amant, a *iure epiſcopali*. FINCKELTHAVS *de iure patron c.* 2. *n.* 19. Principale officium patroni conſiſtit in *præſentatione* miniſtri eccleſiæ, & vt quoque quandam curam habeat templi, non vero vt poſſit aliquid diſponere circa liturgica. Multo minus nobiles in pagis *vi iurisdictionis ſecularis* tale quid ſibi arrogare poſſunt, CARPZ. *iurispr. eccl. p.* I. *def.* 3. ZIEGL. *de iur. maieſt. l.* I. *c.* 17. § 3. quemadmodum etiam idem iudicium formandum de *ſenatu oppidano* ciuitatum municipalium; nam de *immediatis ciuitatibus* idem dicendum eſt, quod hactenus ſingulis ſtatibus imperii tributum. Præterea quoque ex *I. P. art. V.* §. 28 conſtat, liberæ & immediatæ imperii nobilitati in iuribus, religionem concernentibus, idem ius eſſe indultum, quod electoribus, principibus & ſtatibus competit, & conſequenter huic denegari nequit ius, liturgica adornandi in ſuis eccleſiis, non tanquam *patronis*, nec ex *ſuperioritate* quadam, quam proprie non habent, ſed ex *pacto imperii publico*, atque adeo iure valde ſingulari. Equidem pace religioſa iam comprehenſa erat, ſed cum ius *ſacrorum* in pagis propriis quodammodo ei in dubium vocaretur, tandem res plane in I. P. eſt compoſita.

§. LXXVI.

Digitized by Google

§. LXXVI. Denique de poteſtate conſiſtorii hic quoque diſpiciendum, *an & quatenus poſſit diſponere circa liturgica?* Hoc certum eſt, ſi lites circa liturgica oriantur, conſiſtorii eſſe, illas ſopire, & deſuper pronunciare, quoniam tales controuerſiæ ſine dubio ad *cauſas eccleſiaſticas* referendæ ſunt. Hoc intuitu forſan WEBER *de conſiſtor. c.* 27. *p.* 336. ad cauſas, forum conſiſtorii concernentes, refert *conſeruationem ceremoniarum;* ſed ſi quæſtio de *reformanda liturgia* oriatur, grauior ſolet eſſe diſpectio. CARPZOVIVS *in iurispr. eccl. lib.* 3 *def.* 2. *n.* 11. putat, conſiſtorio tantum competere illa, quæ ſunt *legis diœceſanæ & iurisdictionis*, quod deinceps per varia exempla illuſtrat. Verum quemadmodum adhuc ipſi Canoniſtæ inter ſe diſſentiunt, quinam actus huc illucue referri [illegible] ſint, & ſic fundamentum hoc ſatis obſcurum eſt; ita quoque huic non adeo immorandum eſſe reor, præſertim cum inconueniens videatur, poteſtatem conſiſtoriorum ex principiis alienis & plane a foris proteſtantium aberrantibus *vnice* metiri, ne dicam, totam fere epiſcopalem poteſtatem ad has duas claſſes, ſi *ordinem*, quem nequidem princeps exercet, excipias, referri poſſe, quo ipſo ſane nimium conſiſtorio attribuitur. Nam & leges eccleſiaſticas condere, eſt ad ea referendum, virtute *legis diœceſanæ*, & tamen hoc ius neutiquam conſiſtorio competit. Scilicet primario quidem conſiſtorio *iurisdictio eccleſiaſtica* conceſſa eſt, ſed etiam præterea alii actus, qui ad illam proprie haud ſpectant, quales vna regula comprehendi nequeunt, ſed hic potius habet locum regula, quam TEXTOR *de iure epiſcop. in territ. ſtat. prot. th.* 86. habet, tantum iuris conſiſtorio competere, quantum ipſi a principe conceſſum. Interim cum ordinatio ſacrorum ſeu liturgiæ ad *legislatoriam poteſtatem* pertineat, hæc vero in conſiſtorio non exerceatur, ſolet ea plerumque in ſecretiori conſilio expediri. B. STRYK. *ad ius eccl. Brunn. lib.* I. *membr.* 12 §. 6. *verſ. per ſua conſiſtoria.* Non raro tamen a principe conſiſtorio hoc negotium delegari ſoler, vt tamen ipſa *publicatio ordinis liturgici* magis a ſecretiori conſilio principis emanare ſoleat.

An etiam conſiſtorium poſſit quædam mutare in liturgiis?

§. LXXVII. Cum ergo ex *ſimplici iurisdictione eccleſiaſtica* minime pendeat ius mutandi, reformandi & tollendi liturgias, ſimul quoque liquet, nec magiſtratum inferiorem, nec nobiles mediatos, quamvis *iure conſiſtorii inferioris* gaudeant, ius circa liturgias ſibi arrogare poſſe. Neque enim *exercitium ſolius iurisdictionis eccleſiaſticæ* legislatoriam poteſtatem inuoluit, ex qua tamen liturgica determinantur, quamuis tempore reformationis plura contra *ordinem iuris* facta fuiſſe, in aprico

Multo minus magiſtratus inferiores, licet iure quodam conſiſtorii præditi ſint.

Digitized by Google

sit. Nec enim, quæ in eiusmodi publicis turbis fiunt, pro *regula* poni possunt, nec in consequentiam trahi, quamuis, quæ eo tempore facta sunt, excusationem mereantur, quod pleræque ecclesiæ a legitimo defensore vel derelictæ, vel etiam quandoque hostili impetu impugnatæ sint, vt plures in eum inciderint statum, in quo *primitiuæ* fuisse legantur, principe adhuc a sacris A. C. alieno.

Applicantur dicta ad ius ordinandi preces publicas.

§. LXXVIII. Quæ cum ita sint, omnino asserendum est, etiam ius ordinandi *preces publicas statas solennesque* eo, quo dictum est, modo ad imperantem pertinere. Consentiunt in eo interpretes iuris, preces *publicas solennesque*, qua tales, esse partem *liturgiæ ecclesiasticæ*, imo primario hanc in *precibus statis* consistere, SCHILTER. *inst. iur. can. lib* 2. *tit.* 1. § 25. atque adeo harum *adornatio* penes eum erit, penes quem totum *ius liturgiæ ordinandæ* residet. Equidem preces *in se* inter *negotia arbitraria*, quibus *liturgia externa* absoluitur, haud pertinere certum indubiumque est, quia preces singulis Christianis demandatæ sunt. Verum hic quæstio est de *precibus publicis*, h. e. de certis formulis, quibus ministri ecclesiæ in cœtu fidelium vti debent, quod certe arbitrarium est. Nullibi præceptum est, Christianos præcise *sub certis formulis* orare debere; vt ergo *formula* talis *publica* præscribatur, id certe mere arbitrarium est. Equidem vrgeri posset, principem hoc modo formulam improbatam & religioni aduersam ecclesiæ obtrudere posse; verum regero, id ab optimo principe, qui curam pietatis habet, & *liturgiam* determinare intendit, emendandorum sacrorum causa, non præsumendum esse; imo hoc incommodum tunc quoque metuendum fore, si aliis in præscribendi formulas indulgemus, atque adeo hoc dubium tantum ostendit, incommoda multa a præscriptionibus formulariarum precum esse metuenda, ecclesiæque vtilius quandoque fore, si plane omitterentur, & tales ministri ecclesiis præficerentur, qui non secundum *certam formulam*, sed ex intimo cordis affectu in ecclesiis preces funderent. Postquam vero ex corrupto statu antiquo ecclesiæ modus præscribendi formulas omnibus ecclesiis communes receptus, imo præscriptio vt plurimum ex præsenti statu necessaria est, de *iure* quoque nunc inquirendum est.

Praxis ecclesiarum ex agendis apparet.

§. LXXIX. Neque vero ab hac doctrina repugnat praxis nostrarum ecclesiarum. Solent vt plurimum principes protestantes suis ordinationibus ecclesiasticis *preces publicas* omnibus ecclesiis communes inserere, & alia ad res liturgicas spectantia adornare. Deprehendi hoc ipsum in der Weimarschen verbesserten Kirchen-Ordnung de anno 1664, vbi in proœmio

Digitized by Google

mio hæc ratio a sereniſſimis auctoribus datur: Damit bey Adminiſtrirung der Sacramenten und anderer Verrichtungen des Gottesdienſtes, der Kirchen-Gebräuchen und Ceremonien halber **eine** *conformität* **und gute Ordnung gehalten**, hingegen aber alle Spaltungen und die daraus entſtehende ſchändliche Aergerniſſe verhütet werden mögen &c. quin ſtatim *cap.* 2. adornatur die Kirchen-agenda, cuius potiſſima ratio precibus publicis abſoluitur. De voce ipſa vid. Card. BONA *rer. liturg. lib.* 1. *c.* 3. *p.* 27. Idem obſeruatum vidi **in der Lüneburgiſchen Kirchen-Ordnung** *de anno* 1631. vt & **in der** *reuidirten* **Straßburgiſchen Kirchen-Ordnung** *de anno* 1670. vbi in præfatione magiſtratus Reip. Argentoratenſis teſtatur, ſe curam concipiendi hanc ordinationem commiſiſſe miniſterio, poſtea oblatam ſedulo examinaſſe, relegiſſe, & tandem approbaſſe, &, vt lege publica introduceretur, curaſſe, prout verba ſonant: Gebiethen demnach &c. it. Wir befehlen auch &c. Quin ipſe SCHILTERVS *inſtit. iur. can. lib.* 2. *tit.* 1. §. 26. *lit. a.* teſtatur, ius *precum publicarum* duces Saxoniæ iam quodammodo ante reformationem exercuiſſe. Sic enim Georgius dux Saxoniæ anno 1509. ad ciuitates reſcripſit: Ihr wollet mit der Geiſtlichkeit bey Euch gütlich handeln, zu verfügen, daß auf ordentliche und andächtige proceſſion von allem Volck, geiſt- und weltlichen Standes gehalten, und der allmächtige GOtt fleißig mit innigem Gebete vermahnet und angerufen werde, ſeine Gnade und Barmhertzigkeit zu erzeigen, in den Sachen, darum ſolche proceſſion und Gebete geſchicht, das wollen wir zu göttlicher Belohnung in Gnaden erkennen. Sed forſan hæc verba magis *conſilii*, quam *legis* fuere.

§. LXXX. Quemadmodum autem ex antea dictis liquet, ad ***adiaphora*** in precibus publicis quoque pertinere ***externas circumſtantias***, circa preces publicas fundendas neceſſarias; ita quoque princeps ex poteſtate hactenus aſſerta varie determinare, & quæ inprimis ad excitandam humilitatem deuotionemque conducunt, in publicis congregationibus obſeruanda præſcribere poteſt. Nam & in conciliis variæ ea de re ſunt proditæ conſtitutiones. In *concil. Nican. c. f.* diſpoſitum &c. *vlt. D.* 29. repertum, vt per omnes *dominicas* & per omnes *dies paſchæ* vsque ad pentecoſten non proſternant ſe in oratione cauſa humilitatis, ſed recto vultu ad Dominum fungantur orationis officio, quod in his diebus *gaudium reſurrectionis Domini* celebretur. Illuſtri id liceat declarare exemplo potentiſſimi regis Sueciæ CAROLI XII, qui edicto quodam vere regio & pietatis culturam præ ſe ferente omnibus ſubditis iniunxit, vt, quoties

Princeps poteſt adornare externa ſolennia in precibus.

publi-

publicis in congregationibus *oratio dominica* recitanda esset, omnes ad cultum diuinum congregati genua flecterent, & sic summa cum humilitate animi Regem regum, Deum omnium moderatorem, venerarentur & adorarent, quod institutum sicuti pietate intima commendatur, ita ipsum edictum meretur, vt hic integrum transferatur. Ita autem verba eius se habent:

Von Ihro Königl. Maj. zu Schweden &c. zum Pommerschen Estat verordneter General-Stadthalter und Regierung.

Edictum regis Sueciæ de genu flexione.

Nachdem höchst ermeldete Ihro Königl. Majestät aus sonderbaren Eifer für die Ehre GOttes und **das kaltsinnige Christenthum bey dero getreuen Unterthanen so vielmehr aufzumuntern**, de dato Ravitz im Haupt-Quartier den 6. Martii des laufenden 1705ten Jahres an die hiesige Königliche Regierung in Gnaden reskribiret, welcher gestalt sie gern sehen, daß die löbliche Ceremonie, so überall in dero Königreiche, bey allen Versammlungen gebräuchlich, wann nemlich das Gebet des HErrn, Vater Unser ꝛc in den Kirchen unter dem Gottesdienst, laut oder in der Stille gebetet wird, ein jeder auf seine Knie falle, und dadurch ein Zeichen seiner Deuotion und Andacht öffentlich an den Tag lege, auch hier in Pommern eingeführet und beständig beybehalten werde: Mit dem gnädigsten Gesinnen und Befehl, daß solches von allen Predigt-Stühlen behörig publiciret, und so das Gebet des HErrn, Vater Unser ꝛc. zeitwährenden Gottesdienstes gebetet wird, alle und jede in der Versammlung sich vor GOtt dem allerhöchsten zu demüthigen, und auf ihre Knie zu fallen erinnert werden sollen, in der gewissen zuversichtlichen Hoffnung, **es könne kein recht gesinneter Christ, wann er des unendlichen grossen GOttes Hoheit gegen seine eigene Unwürdigkeit, und aller Creaturen, die Ihn anbeten, Nichtigkeit hält, ihme solches schwer ankommen oder zu viel zu seyn dünken lassen.** Und denn diesen Ihro Königl. Majest. allergnädigsten Willen, und nimmer gnug zu preisenden höchstrühmlichen Zweck und Vorsatz zum gehörigen Effect zu befördern, uns allerdings oblieget; So werden die gesamten Einwohner dieses Königl. Hertzogthums, von was Stande, Condition und Würden sie auch immer seyn mögen, hiemit erinnert und befehliget, sich solches zur demüthigsten Nachricht zu stellen, dem grossen GOtt die Ehre, und der hohen Obrigkeit den schuldigsten Gehorsam zu leisten, daß in Ausübung einer so nöthigen und höchstbilligen Verehrung

Digitized by Google

rung des Schöpfers Himmels und der Erden, niemand, er sey hoch oder leg, jung oder alt, Mann oder Weib, zurück bleibe, sondern einer mit dem andern eine gleichmäßige Deuotion bezeuge, und ihme selbst durch den unausbleiblichen Nutzen Heyl und Segen erwerben und zu wege bringen helfe; Gestalt der Anfang hiezu am ersten auf den 24. huius einfallenden Fast- Danck- Buß- und Bet-Tage unweigerlich gemachet, und also beständig bey Betung aller Vater Unser ꝛc. in der Kirchen jedes Orts continuiret werden soll. Wornach sich überall gehorsamst zu achten. Uhrkundlich eigenhändiger Unterschrift und beygedruckten General-Gouvernements Insiegels. Gegeben auf dem Königlichen Schloß zu Alten Stettin, den 6. Aprill 1705.

Jürgen von Mellin.

L. S.

M. Clinckowström. B. C. Jäger.
M. Lagerström.

Pari modo Anno 1710 potentissimus rex Borussiæ idem *deuotionis antiquissimæ* argumentum *lege publica* confirmauit, vt sequens rescriptum illustris regiminis Magdeburgici docet: Nachdehm Se Königl. Majest. in Preussen, unser allergnädigster Herr, Dero Regierung des Hertzogthums Magdeburg in hohen Gnaden reskribiret, was massen es Dero allergnädigster Wille, daß nicht allein in denen verordneten Betstunden, wie auch Buß- und Bet-Tagen, sondern jedesmal, es sey auf Sonn- oder Fest-Tagen, oder andern geistlichen Zusammenkünften, die Kirchen-Gebete nach der Predigt, wo es die Gelegenheit in denen Kirchen und der Zuhörer Zustand zulässet, kniend verrichtet, und dabey ein jeglicher zur wahren Demuth und rechtschaffenen Eifer im Gebet bestens ermahnet und aufgemuntert werden soll: Als wird S. Königl. Majest. allergnädigste Willens-Meynung hiedurch gebührend kund gemacht, und werden sich alle Unterthanen des Hertzogthums Magdeburg und der Grafschaft Mansfeld Magdeburgischer Hoheit, weß Standes dieselbe seyn, darnach allerunterthänigst zu achten wissen. Uhrkundlich unter Königl. Preußischen Regierungs-Secret

des Hertzogthums Magdeburg. Geben Halle, den 22. Jan. 1710.

Königl. Preußl. zur Regierung des Hertzogthums Magdeburg verordnete Statthalter, auch wircklicher Geheimter Rath, Präsident und Räthe.

An ministri ecclesiæ ad preces publicas præcise adstricti sint?

§. LXXXI. Cum itaque nostris in ecclesiis *Agenda* seu *liturgiæ* per modum *legis* præscribantur, non intempestiue quæritur: virum ministri ecclesiæ *sub lege necessitatis* quauis occasione præcise ad illas *formulas* sunt adstricti? Quæstio hæc primo intuitu Domitiana videri posset, cum lex imponat singulis necessitatem, & sic etiam ministris ecclesiæ, quibus *agenda* præscribuntur. Verum sicuti aliis in legibus, ita quoque hic ad *intentionem legislatoris probabilem* respiciendum esse arbitror, inquirendumque, vtrum illa *absolute* huc fuerit directa, vt *omni tempore* & *quacunque occasione* ministros ecclesiæ ad illas formulas adstringeret, an vero vt tantum *regulariter?* Prius non facile dicendum. *Ordinarie* quidem voluisse videtur legislator, vt preces præscriptæ obseruentur, præsertim in baptismate & aliis actibus ecclesiasticis solennioribus, in quibus *preces* ex *agendis* recitantur. Id vero neutiquam extendendum est ad preces post homiliam peragendas ex sacra cathedra; ad minimum pastoribus minime interdictum erit, ex homilia ad populum habita preces formare, quod optimis ex rationibus commendat, defendit, & inculcat BRVNNEMANNVS *de iur. eccles. lib.* 1. *S.* 6. *m.* 6. §. 3. & præterea §. 2. plura incommoda, quæ ex recitatione formularum solitarum oriri solent, adducit. Scilicet (1) tales formulæ orationum tandem pro consuetudine recitari solent sine attentione debita, & in opus operatum transeunt: (2) accommodandæ merito essent *preces publicæ* tempori, quod non semper commode fieri potest, si eadem vbique formula recitatur & repetitur. Hac de causa non inuidendum piis ecclesiæ ministris, si pro re nata aliquando ex intimo cordis affectu, omissis consuetis formulis, preces faciant, & præsentem rerum statum DEO commendent. Quod enim in *c.* 2 *D* 29. dicitur de *regulis sanctorum*, satis commode quoque ad *preces* applicari potest, scilicet pro *tempore*, pro *loco & persona & negotio* & instante *necessitate* illas esse formandas; denique videtur inconueniens, instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos velle curare, vt dicitur in *c.* 3. *D.* 29. Vt plurimum quidem vrgeri solet, pulcrum bonumque esse, vt vniformis liturgia in omnibus eiusdem prouinciæ ecclesiis obseruetur. Verum etiam hæc sententia degenerat in superstitionem, si

ſi magis vniformitati & obſeruationi rituum ſtudetur, quam deuotioni atque ſaluti eccleſiæ, quæ ſuprema lex eſt, conſulitur. Hanc potius intendiſſe videtur legislator, & ſecundum hanc etiam ritualia ſunt explicanda. Animaduerto, hoc præiudicium iam notatum eſſe *in ordin. Vinar. eccl. lib.* I. *c.* 2. Ob wol auf die Gleichheit der äuſſerlichen und von GOtt nicht gebotenen Ceremonien keinesweges ſo heftig zudringen, als müſten dieſelbe eben alſo und nicht anders gehalten werden, ſintemal dadurch die Einfältigen gar bald dahin gerathen können, daß ſie ſolche Ceremonien und äuſſerlichen Gebräuche nicht nur für bloſſe Mitteldinge, ſondern für einen nothwendigen Theil des Gottesdienſtes, ohne welche der wahre Glaube und Gottſeligkeit nicht beſtehen, noch GOtt dem HErrn gedienet werden könne, halten, welches nicht allein der Chriſtlichen Freyheit offenbar zuwider, ſondern auch alſo beſchaffen, daß dadurch, wenn ſonderlich die Kirchen-Diener in ihren Predigten deshalb das Volck nicht fleißig und nach aller Nothdurft aus GOttes Wort berichten, zur Abgötterey leichtlich Urſach gegeben werden mag &c.

§. LXXXII. Quamuis vero *preces publicæ* non ab ipſo principe concipi, ſed theologis hoc negotium committi ſoleat, manet tamen principalis cura & directio, vt & examen penes principem. Verum ſic, vti antea dixi, hoc negotium eſſe *eccleſiæ*, ita quoque nonnullis in locis eccleſiis liberum relinquitur, quibus precibus vti velint, nec neceſſitate præciſa ad certam formulam adſtringuntur, quo ipſo etiam ad *ſtatum primitiuæ eccleſiæ* eo magis accedunt. Ceterum etiam ibi, vbi formula certa & præſcripta non includuntur paſtores, non ſemper abſtinent a *precibus formulariis*, ſed ex libris precum vulgaribus formulam aliquam ſæpe minus commodam recitare ſolent, quod itidem non ſemper probandum eſt. Plerique enim tam inepti ſunt, vt ex propriis cordis penetralibus nihil depromere poſſint, quod inſtar ſacrificii Deo in publicum offerant. Reuera enim preces deuotas ſacrificia Chriſtianorum eſſe, docet IVSTINVS *in dial. cum Tryphone Iudæo*, inquiens: *Supplicationes ſimul & gratiarum actiones, quæ a dignis peraguntur, ſolas perfectas eſſe, & Deo caras victimas, ipſe quoque affirmauerim.* Inde etiam factum eſſe reor, vt ob tam frequentem miniſtrorum ruditatem formulæ quædam eſſent componendæ & ordinationibus eccleſiaſticis inſerendæ, vt hi, qui ſelectum aliarum precum facere non poſſunt, illis vterentur. Quodſi enim vulgares precum libros, quocunque nunc nomine veniant, inſpiciam, multa ſæpe

An ſemper penes principem ius præſcribendi preces ſit?

De libris precum vulgaribus.

Digitized by Google

ſæpe eis immiſcentur, quæ a precibus debebant eſſe aliena, & omittuntur, pro quibus primario orandum erat: ſæpe inepta & maxime ridicula, quod dolendum, comprehendunt. Cur? Quia plerumque tales libri hunc in finem ſcribuntur & eduntur, non vt quis promouere ſalutem aliorum velit, ſed vt tantum bibliopolæ in edendis hiſce libris nefandam ſuam exerceant auaritiam, adeoque vel ipſimet vel per alios ineptos homines corradere preces, palato gratas, & cum his ſtatim prodire in publicum ſolent, quoniam horum librorum lucroſiſſimum eſſe commercium norunt. Quemadmodum vero ſub hoc abuſu non omnes comprehendo libros precationum, quales ſunt egregii libri ARNDII, ſpiritu pleniſſimi, aliorumque, ita quoque merito princeps quilibet ad hos abuſus euitandos auctoritatem ſuam interponere & inſpectores conſtituere deberet, qui præcauerent, ne quiduis ſtatim in publicum prodiret, vel ſaltim vt bibliopolis impium illud commercium interdiceretur.

Litaniæ quid?

§. LXXXIII. Spectant quoque ad preces publicas LITANIAE & IEIVNIA, quem in finem publice inſtitui & peculiari liturgia circumſcribi ſolent, Buß- Bet- und Faſt-Täge. Dicuntur Litaniæ *deprecationes* ſeu ſupplicationes in ſacris ſynaxibus, *l.* 30. *C. de Theod de hæret.* & quia tandem receptum eſt, vt in publicis proceſſionibus canerentur, inde etiam *litaniæ* appellationem accepit ipſa *proceſſio.* SCHILTER. *inſt. iur. canon. lib.* 2. *tit.* 1. §. 3. *in not. lit. c.* Conf. *c.* 3. *de conſecr.* D. 3. ibi: *Rogationes, i. e. litanias.* IO. BAPTISTA CASALIVS *de vet. Chriſt. ſacr. ritibus c.* 40. *p.* 223. CANGIVS *in gloſſar. voce litania.* Ortæ ſunt hæ publicæ litaniæ ex publicis calamitatibus, quæ mouerunt Chriſtianos, vt ſolennes dies precationum & litanias inſtituerent, veluti ſi peſtis, ſi bellum, ſi motus terræ aliaque mala imminerent. Vid. HILDEBRANDVS *de prec. vet. Chriſtian. c.* 2. §. 13 CASALIVS *cit. l.* Inde factum eſt, vt quædam litaniæ dictæ fuerint

Quid litaniæ ſtatæ?

ſtatæ, quædam *imperatæ.* *Statæ* ſunt, quæ certis anni temporibus recurrunt, quales in noſtris quoque eccleſiis vſitatæ ſunt, vel in quatuor temporibus, vel paulo ante tria illa ſumma feſta, vt eo magis præparentur corda ad celebrationem eorum. Sic in *concilio Aurelianenſi l. c.* 29. quod refertur in *c. cit.* 3. litaniæ, h. e. *rogationes* ante aſcenſionem Domini celebrandæ, ſunt conſtitutæ, quarum originem deducunt itidem ex calamitate publica. Conf. ALCIAT. *lib.* 9. *parerg. c.* 11. De his ita COVARRVVIAS *lib.* 4. *c.* 20. *n.* 16. ait: *Cum exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur, nec huius flagelli aliquod*

Digitized by Google

quod remedium inueniri posset, congregati traduntur Galliarum episcopi apud Viennam vrbem, atque in commune statuerunt, vt triduanum ieiunium facerent. Cumque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuæ celebritatis venerunt, vt per Galliarum prouincias ante ascensionis Domini diem celebrarentur. Conf. CASALIVS *cit. l.* Simili occasione, cum Romæ dira pestis grassaretur, itidem litaniæ publicæ introductæ sunt. Vid. PAVLVS DIACONVS *de gest. Lombard. lib.* 3. *c.* 11. Pertinent huc verba GREGORII M. *lib.* 12. *epist.* 12 *Solennitas*, ait, *annuæ deuotionis nos, fratres dilectissimi, admonet, vt litaniam, quæ maior ab omnibus appellatur, sollicitis ac deuotis debeamus auxiliante Deo mentibus celebrare. Imperatæ* vero sunt, quæ pro re nata ob ingruentem publicam calamitatem indictæ sunt, quod olim factum esse a pontificibus docet GONZALEZ TELLEZ *ad c.* 1. *X. de obseruat. ieiun. n.* 12. Adhibitæ autem in eiusmodi litaniis processiones & varia alia simulacra, atque inprimis formula illa: *Κύριε ἐλέησον*, quæ & in nostris ecclesiis adhuc viget. Imo in ipsis precibus, quæ vel cani vel recitari in eiusmodi diebus precationum & ieiuniorum solent, hæc formula similisue in infinitum repetitur, adeo vt hæc ipsa formula dicta fuerit *Litania.* Huc pertinet *Nou.* 123. *c.* 32. vbi ita: *Omnibus laicis interdicimus litanias facere, sine sanctis episcopis, & qui sub eis sunt, reuerendissimis clericis. Qualis enim est litania, in qua sacerdotes non inueniuntur & solennes orationes faciunt?* Quibus verbis sine dubio respicitur ad solennes processiones, quod ex sequentibus apparet, vbi dicitur, quod cum crucibus in litaniis ingredi debeant. Conf. *Auth. sed nouo iure C. de episc. & cler.* Clarius hoc apparet ex *l.* 3. §. 1. *C. de hæretic.* vbi hæreticis interdicitur, *ad litanias faciendas nocte vel die profanis coire conuentibus*, & grauissima pœna in magistratus constituitur, si quid tale fieri patiantur. Qui autem in litaniis sacra turbasse ausus est, in illum grauissime animaduertitur. *cit. Auth. sed nouo iure.*

Quid imperatæ?

§. LXXXIV. In nostris ecclesiis *ius constituendi & indicendi litanias*, allgemeine Fast- Buß- und Bet-Täge, ad principem omnes referunt, id quod ex iure indicendi & constituendi ferias sacras vel diuinas fluit, qualia exempla vbiuis obuia sunt. B. STRYK. *in Vs. M. tit. de feriis* §. 1. Sed etiam nostris in ecclesiis sunt litaniæ *statæ & imperatæ.* Circa illas ordinandas vt plurimum consistorium versatur, textus pœnitentiales ministris ecclesiæ suppeditando, & preces itidem pœnitentiales ordinando. *Imperatæ* non vnice dependent ex consistorii decreto. Distinguendum enim est inter ipsum *decretum* de litaniis celebrandis, & huius *executionem*:

De iure indicendi litanias.

Quæ hic sint consistorii partes?

Digitized by Google

illud plerumque in ſecretiori principis conſilio adornatur; hæc vero conſiſtorio demandatur, ſeu breuiter: *Princeps per conſiſtorium indicit dies precationum publicarum.* B. STRYK. *cit. l. & in not. ad Lauterbach. compend. tit. de fer. verb. ſtatus Imperii.* Quamuis enim alias conſiſtorium diſponere quodammodo ſoleat in cauſis eccleſiaſticis, id tamen vltra cauſas ei demandatas non procedit, cum fere pleraque poteſtas conſiſtorii circumſcribatur *iudiciaria facultate*, non autem illa habet, quæ magis ad *legislatoriam* ſpectant poteſtatem, quo ſuo modo refertur *indictio litaniæ publicæ.*

In quo conſiſtat ordinatio litaniarum?

§. LXXXV. Cum itaque *indictio dierum ſupplicationum* a principe dependeat, ſpecialior quoque determinatio quoad effectus iuris ex eius præſcripto capienda. Hinc edicta publicari ſolent, in quibus plenior modus cultus publici demonſtratur. Sic mandato ſolenni ſereniſſimus dux Saxoniæ Meiningenſis *d.* 22. *Septembr.* 1680. duo ieiunia ſolennia indixit, edito deinde ſpeciali directorio, in ipſis precibus publicis ſeruando, & præſcripta formula des Buß-Gebets um Abwendung der anſteckenden Seuche. Sequenti anno per nouum edictum *d.* 26. *Mai.* 1681. renouauit illos dies precationum, nouamque formulam adornari & typis exſcribi iuſſit. Rurſus anno 1682. *d.* 16. *Iunii* nouus precationum dies indictus eſt cum nouo directorio nouaque formula, quod ſequenti anno duplici nouo decreto continuatum. Atque hæc quidem exempli cauſa tantum adduco; alioquin eo tempore fere per vniuerſam Germaniam ſupplicationes ad omnia templa factæ ſunt, ob vniuerſalem calamitatem, quæ Germaniæ, tum a diriſſima peſte, tum Turcica rabie imminebat, quæ feriæ precatoriæ non alia quam ſumma & publica auctoritate imperatæ ſunt. Quoad effectus iuris peculiares hic nihil addo, cum alia, quæ in feriis generaliter obſeruanda ſunt, hic quoque applicari debeant, niſi quod alicubi feriæ precatoriæ non totum occupent diem, ſed *ſemiferiæ* ſint, in quibus poſt finitum cultum ſacrum matutinum litibus vacare, & alia ſubire negotia integrum eſt. FRANZK. *ad tit. de fer. n.* 19. LAVTERBACH. *eod. tit.* Cetera perſequar ad *tit. de ieiuniis.*

Horæ precatoriæ a quibus ordinentur?

§. LXXXVI. Sunt etiam præterea in nonnullis eccleſiis vſitatæ HORAE PRECATORIAE, die Betſtunden, quarum ordinationem SCHILTER. *inſtit. iur. can. lib.* 2. *tit.* 1. §. 3. ad liturgicas res recte refert, ſed ita, vt itidem ex publica principis auctoritate inſtitui ſoleant, quemadmodum illo tempore, de quo §. *antec.* mentio iniecta, plurimis in locis factum eſt. Solet tamen & hic conſiſtorio ſpecialior determinatio relinqui

co

Digitized by Google

eo in casu, quando extra ordinem indicuntur. Ceterum an ius hoc priuatiue a summo imperante dependeat, & an non minister ecclesiæ, si de cetero non renuant parochiani, die forsan sabbati finitis ordinariis concionibus, possit eiusmodi *horas precatorias* in templo instituere, quæstionis est? Non existimo, in hoc quidquam peccari, tum quod hoc maxime ad curam specialem animarum spectet, tum quod eiusmodi feruor pietatis magis promouendus & fouendus, quam impediendus sit. Neque eo ipso ius principi territorii comperens vllo modo violatur, cum, vti antea dixi, cultus diuinus etiam negotium sit *ecclesiæ*, & quidem *principaliter*, atque adeo si parochiani deuoti in hanc *deuotionem communem* consentiant, nihil alienum ab officio boni pastoris fieri censendum est.

An etiam minister ecclesiæ illas possit instituere?

§. LXXXVII. Cum vero contingere possit, vt in imperio nostro domini territorii quoad religionem a subditis dissentiant, breuiter videndum, quomodo adornatio precum publicarum, litaniarum &c. ab eo institui possit. Decisio huius quæstionis dependet ex *instr. P. art.* 5. §. *hoc tamen non obstante* 31. vbi ita disponitur: *Hoc tamen non obstante Statuum Catholicorum landsassi, vasalli & subditi cuiuscunque generis, qui siue publicum siue priuatum Augustanæ confessionis exercitium anno* 1624. *quacunque anni parte, siue certo pacto aut priuilegio, siue longo vsu* (exemplum est apud BRVNN *in iur. eccles. lib.* 3. *c.* 1. §. 4.) *siue sola denique obseruantia dicti anni habuerunt, retineant etiam id in posterum vna cum annexis, quatenus illo anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt.* Quodsi itaque subditi & status prouinciales A. C. addicti anno 1624. ecclesiasticam iurisdictionem episcoporum agnouerunt, ei quoque hac in parte competit ius *preces publicas* indicendi, modo subditis nihil iniungatur, quod Augustanæ confessioni vel conscientiæ repugnat, vt dicitur *in* §. *ius diœcesanum* 48. Specialior itaque determinatio quoad preces ecclesiæ ipsi relinqui necessario debet, ne alioquin, si episcopi catholici formulam aliquam præscribere vellent, plane ab Augustana confessione aberrantem & cum catholicæ religionis fundamentis conspirantem, A. C. addictis obtruderent. Vnde noua quæstio resultat: an talis dominus territorii catholicus subditis suis, quibus anno 1624. liberum religionis exercitium competiit, cantionibus & precibus, quibus Deum precantur, vt ipsos a Romani pontificis insid[illegible] præseruet, tanquam iniuriosis in ipsum territorii dominum interdicere & mutationem iniungere possit? Ponamus, in ecclesia Lutherana iam anno 1624. in vsu fuisse preces illas notissimas: Erhalt

Quid de domino territorii diuersæ religionis censendum sit?

An catholicus princeps territorii subditis A. C. addictis iniungere possit, ne preces contra papam instituant?

Digitized by Google

halt uns HErr bey deinem Wort, und ſteure des Pabſts und Türcken Mord, quæ verba quidem ex cantico, latino idiomate concepto, in vernaculam translata ſunt, ſed paululum immutata, cum loco verborum: *& frange vires hoſtium*, ſubſtituta ſint: Und ſteur des Pabſts und Türcken Mord. Quæritur itaque, annon princeps poſſit iniungere, vt loco des Pabſts Mord ſubſtituant formulam: und ſteure aller Feinde Mord? B. LINCKIVS *tr. de iure epiſcop. c.* 15. *n.* 60. id negare videtur, addita hac ratione, quod in tractatibus ſuper pace religioſa Romano-catholici de eiusmodi proteſtantium precibus nunquam conqueſti fuerint, aut earum abrogationem ac mutationem petierint. Tandem, re penitius conſiderata, recte contrarium ſtatuit, hac tamen cum declaratione, vt negatiuam quidem *in puncto iuris* eſſe putet veriorem; ſed ſi quæſtio ſit, quid *ſecundum regulas prudentiæ* agere expediat, melius eſſe autumet, ſi formulæ tales in precibus omittantur, cum de ſubſtantia religionis euangelicæ haud ſint, ſed itidem ad *adiaphora* pertineant, & inde maius malum alias metuendum euitetur. Si dicendum, quod res eſt, non video, cur non etiam negatiua *in puncto iuris* defendi poſſit, quod optime oſtendit B. THOMAS. *de iure princip. circa adiaph. c.* 1. §. 11. Scilicet catholici domini territorii nihil poſſunt ſtatuere, quod aut conſcientiam, aut Auguſtanam confeſſionem violat. Enim vero diſpoſitio principis circa hanc formulam neutrum violat; non illam, quum, quæ lædunt conſcientias, non amplius ſunt adiaphora; non hanc, quia *Auguſtana confeſſio* eam formulam pro *articulo fidei* non agnoſcit, neque aliter iniungit. Solet præterea, vt iam vidimus, papæ proxime adiungi Turca in precibus communibus, quo caſu itidem quæri ſolet, annon clauſula talis contra Turcam rectius omittenda eſſet tempore pacis cum Turca? Diſtinguit varie SCHILTER. *inſtit. iur. can. lib.* 2. *tit.* 1. §. 25. *in not. tit.* 6. (1) inter treugam & pacem, (2) inter pacem *ciuilem* & *eccleſiaſticam*. Verum, ni fallor, in precibus publicis aliisque conſuetis, vbi fit mentio des Türcken-Mords, contra Turcam, quatenus *pacem ciuilem* potiſſimum turbat, oratur, & ſi inducię cum eodem ſunt factæ, ſaltim aliter formulæ eſſent formandæ, Deusque inuocandus, vt has inducias in pacem perpetuam conuertere vellet. Saltim durum eſt, Turcarum prædationes deprecari, quibuscum omnia per amicitiam ciuilem peraguntur. Vnde non dubium eſt, quin etiam princeps eiusmodi formulas mitigare & alias ſubſtituere poſſit.

§. LXXXVIII.

Digitized by Google

§. LXXXVIII. Quandoquidem vero dictum eſt, *horas precatorias* plerumque *publica auctoritate* indici, & communiter in templis publice peragi ſolere, non tamen tuto inde inferri poteſt, priuatis ea de cauſa interdictum eſſe, intra *priuatos parietes* eiusmodi pietatis exercitia inſtituere, & preces communes inter ſe fundere. Equidem, non ignoro, has *priuatas & domeſticas preces* vtplurimum inuidiam atque ſuſpicionem operari, atque vulgo diſſeminari, eas vergere in contemtum miniſterii, vel ſeductionem incautæ plebis, quam præcauere e re *politiæ eccleſiaſticæ* ſit, continere. Addere ſolent varia alia incommoda, motus turbarumque ſemina, quæ exinde fluunt, quin & alii ſatis inepte adhuc prouocare ſolent ad *l.* 15. *C. de epiſc. & cler* vbi *conuenticula* extra eccleſias damnantur. Verum hæc omnia incommoda euitari poſſent, ſi hi, qui tanto zelo hisce ſacris priuatis reſiſtunt, non eſſent turbarum publicarum auctores, quas ſæpe *concionibus ſeditioſis* mouere ſolent. Preces non pariunt incommoda, niſi penes impios, qui talia exercitia concoquere nequeunt. Niſi hodie, quod dolendum, preces in *monopolium cleri* tranſiſſent, nunquam tot contradictiones eſſent metuendæ. Placet hic inſerere verba huc facientia ex reſcripto potentiſſimi regis Borufforum occaſione contradictionis ob huiusmodi preces motæ *die* 11. *Mai.* 1701. emiſſum: Friedrich, König in Preuſſen, ꝛc. Unſer ꝛc. Wir haben mißfällig vernommen, was geſtalt ihr einen Studioſum Theologiæ zu Halle, Namens S. weiln er beym Richter auf Neumarckte, M. priuat-Betſtunden gehalten, und Pſalmen erkläret, durch das Amt zu G. in ein Gefängniß, worin malefitz Perſonen zu ſitzen pflegen, bringen laſſen, und derſelbe alda ſehr hart gehalten, und den erſten Tag nur mit Waſſer und Brodt geſpeiſet worden. Wann wir nun ſolche procedur um ſo viel weniger billigen können, weil &c. & poſt pauca: am wenigſten aber wegen eines ſonſt unverbotenen *exercitii pietatis priuati* ſolch hartes Verfahren meritiret hat; als haben Wir ꝛc.

An priuatis propterea interdictum ſit, horas precatorias intra priuatos parietes inſtituere?

§. LXXXIX. Malitia tamen hominum ſæpe anſam dare ſolet, vt princeps vel inuitus certo modo *hæc priuata ſacra* non quidem penitus abolere ſed reſtringere ſoleat, quoniam experientia docuit, turbarum ſemina ab iis excitata in republica, qui illa ipſa omnibus modis auertere debebant, ſi officio ſuo deeſſe nollent. Ne imque irritata plebs, quæ ſæpe plus *vatibus*, quam *ducibus* morem gerere ſolet, vbi religione capta eſt, eo magis tranquillitatem publicam prætextu zeli pii turbet, certo modo eadem ex neceſſitate aliquando princeps reſtringere debet, cum alias me-

An princeps poſſit reſtringere die priuat-Betſtunden?

Digitized by Google

merito ad prærogatiuas *libertatis Chriſtianæ*, quæ in republ. non tollitur, referri debuiſſet. Quæ neceſſitas ſicuti principem excuſat, ita minime *auctoribus turbarum* præſidium præbet, qui Deo aliquando rationem eo nomine reddere debent.

Remiſſiue de liturgiis emendandis, quædam traduntur.

§. XC. Quemadmodum vero ſupra obſeruaui, in *liturgiis & ordine* in eccleſiaſticis obſeruando, omnia huc eſſe dirigenda, vt finis ſacrorum cultusque diuini nullo modo impediatur, ſed potius deuotio augeatur, hominum mentes ad DEVM eleuentur, & per illos ad *cultum internum* adducantur; ita paucis examen inſtituendum foret, vtrum in plerisque eccleſiis proteſtantium res liturgicæ huc vnice vergerent, & annon plura in iis in melius formanda & emendanda forent. Verum cum in ſingulis tribus, de quibus ex profeſſo de certa *liturgiarum* ſpecie, occaſione data, agendum eſt, monita quædam ſalutaria ſuppeditauerim, & hinc inde oſtenderim, quædam incaute ex ſacris Romanæ eccleſiæ eſſe retenta, in examen hoc me immittere nolo. A meo inſtituto tamen non alienum eſſe arbitror, *monita* quædam, per modum *conſilii*, ſalua *libertate Chriſtiana*, ſuppeditare, ſecundum quæ, meo iudicio, res liturgicæ in noſtris eccleſiis emendari & in melius effformari poſſent, eaque ſingulorum, quorum mentes nec *præiudicio nouitatis*, nec *ſuperſtitione* reguntur, examini ſubiicere.

Monita quædam in emendandis liturgiis obſeruantur.

CAP. I.

Von der Taufe.

1. Daß (wie bereits an vielen Orten in Ober-Teutſchland löblich eingeführet) die Taufe der Kinder entweder am Sonntag oder an ſolchen Tagen, da Predigten oder Betſtunden gehalten werden, bey Verſammlung der Gemeinde dergeſtalt verrichtet werde, daß ſolche nicht nach vollendetem Gottesdienſt, ſondern ſo fort nach geendigter Predigt, da die Gemeinde noch beyſammen iſt, angeſtellet, und die Gemeinde iedesmal hertzlich erinnert werde, der Tauf-Handelung mit Andacht beyzuwohnen, gleichwie ſie dem Abendmahl beyzuwohnen pfleget.

2. Daß zu ſolchem Ende, wie an etlichen Orten gebräuchlich, ſo fort nach der Predigt ein erbaulich Lied, als: **Komm Heiliger Geiſt, HErre GOtt: Chriſt unſer HErr zum Jordan kam,** oder dergleichen geſungen werde, inzwiſchen der Prediger mit denen Gevattern ſich zum Taufſtein nahe.

3. Daß der Prediger, gleich anfangs mit einem andächtigen Gebet die Gemeinde erwecke, und dieſe göttliche Handelung in ſolchem GOtt

Digitized by Google

GOtt vortrage, auch darauf die gantze Gemeinde stehend, doch an ihren ordentlichen Stellen, der gantzen Handelung beywohne.

4. Daß hierauf zwar die Kirchen-Agenda verlesen, und nach derselben der Tauf-Actus eingerichtet, gleichwol auch solche zu mehrerer Erweckung verbessert, und der exorcismus dabey ausgelassen und hintangesetzet werde.

5. Daß nach geendigter Taufe der Prediger mit einem andächtigen Gebet schliesse, und das Kind GOtt darin vortrage, auch abermal die Gemeinde erinnere, ihre Andacht mit ihm zusammen zu setzen.

6. Daß, wenn es die Gelegenheit nicht leidet, die Taufe bis zum ordentlichen Gottes-Dienst aufzuschieben, dennoch dieselbe in der Kirche bey denen Wochen-Predigten oder angeordneten Betstunden, und zwar ehe die Gemeinde auseinander gehet, vorgenommen werde.

7. Daß die Gevattern, wenn der Prediger nach der Taufe aus seinem Hertzen über das Kind betet, erinnert werden, nach altem Gebrauch der Kirchen, die Hand auf das Kind mit ihm zu legen.

8. Daß alle Gevatter-Geschencke und Gastirung vor oder nach der Taufe gäntzlich untersaget werden.

9. Daß bey der Knaben-Taufe nur Mannes-Personen, hergegen bey der Taufe der Töchter nur Weibes-Personen, und zwar keine andere, als welche bereits communiciret, zu Gevattern gebeten werden.

10. Daß die Prediger erinnert werden, mit dem Wasser nicht sparsam, sondern copiosa quadam effusione, wie sich gebühret, die catechumenos zu besprengen.

CAP. II.

Von der *Confirmation* oder Firmlung.

1. Daß solche bey denen in der Jugend getauften Personen sehr löblich, wie bereits an vielen Orten zu befinden, beybehalten werde, zumal sie daselbst ihres Tauf-Bundes nicht allein erinnert, sondern auch dahin gewiesen werden, daß sie ihre Zusage, so sie bey der Taufe durch die Gevattern gethan, vor der Gemeinde öffentlich wiederholen, und den Bund mit GOtt erneuren.

2. Daß, gleichwie vor Alters, solche Firmlung zwischen Ostern und Pfingsten geschehe, und etwa auf den Sonntag Quasimodogeniti verrichtet werden könne.

3. Daß solche am bequemsten unmittelbar vorher geschehe, wenn die Kinder zum erstenmal communiciren wollen.

4. Daß die Confirmandi gebührend darzu von demjenigen, der die confirmation zu verrichten hat, præpariret, und nicht allein in rudimentis fidei wohl instituiret, sondern absonderlich in praxi Christianismi geübet werden.

5. Daß die Confirmandi an dem darzu angesetzten Sonntage nach kurtz gehaltener Predigt, und abgesungenem Gesang: **Komm H. Geist, HErre GOtt,** oder dergleichen, öffentlich vor der Gemeinde in den Gründen des Glaubens examiniret, und nach solchem examine mit allem Ernst zum rechtschaffenen Wandel vermahnet werden.

6. Daß darauf sie über die vornehmsten Glaubens-Puncte, absonderlich die in der Taufe zugesaget werden, befraget, und erinnert werden, insgesamt mit einem vernehmlichen Ja ihre confession zu verrichten.

7. Daß nach diesem ein hierzu eingerichtetes Gebet über die Confirmandos, so sich auf die Knie geleget, gesprochen, und wehrendes Gebets auf einen iedweden, nach altem Gebrauch der Kirchen, die Hand geleget werde.

8. Daß nach Endigung der Confirmation sie zum hohen Altar oder Chor geführet werden, um daselbst so fort zu communiciren, wie in ersten seculis die Catechumeni nach der Taufe mit der Gemeinde das Abendmahl genossen.

9. Daß ante actum confirmationis nach geschlossener Predigt, so hierauf einzurichten, die Gemeinde erinnert werde, für die Confirmandos und zum erstenmal communicirende zu beten, wie denn auch der Prediger sein Gebet auf der Cantzel darnach einrichten kan.

CAP. III.

Vom Beichten, und H. Abendmahl.

1. Daß an statt der Vorbereitungs-Predigt oder so genannten Vesper eine kurtze Vermahnung an die Beichtenden geschehe, und darauf diejenige, welche zu beichten zusammen kommen, mit andächtigem Gebet sich mit dem vermahnenden Prediger vereinigen, und solches Gebet von allen kniend verrichtet werde.

2. Daß vor und nach solcher Vermahnung erbauliche Lieder gesungen werden.

3. Daß

Digitized by Google

3. Daß die Beichtende in den Predigten erinnert werden, nach ihrem Vermögen ihr Gebet im Beichtstuhl zu GOtt um Vergebung der Sünden zu richten, und die unnöthigen præambula wegbleiben.

4. Daß die Prediger nicht eben an die gemeine formulam absolutionis: **Ich an GOttes statt vergebe euch die Sünde**, woran sich viele stossen, gebunden, sondern ihnen darinnen, wie billig, die Freyheit gelassen werde, solche in eine andere bequemere formul zu verwandeln. Z. E. **So euch eure Sünde hertzlich leid sind, verkündige ich euch, Kraft meines Amts, als ein berufener Prediger die Vergebung der Sünden ꝛc.**

5. Daß diejenigen, so zum heiligen Abendmahl gehen wollen, sich etliche Tage vorher anmelden sollen, damit, wenn der Beichtvater vorher etwas zu erinnern nöthig befindet, solches vorher thun könne, und alle Irrungen wegen Abweisung aus dem Beichtstuhl gehoben werden.

6. Daß, wenn iemand wegen ruchloses Leben als unwürdig des heiligen Abendmahls geachtet werden solte, der Prediger ihn zuvorderst wohl vorher erinnern, und alle Mühe anwenden solle, ihn zu rechtschaffener Busse zu bringen, und ihn mit hertzlicher Vermahnung auf eine andere Zeit zu verweisen, inzwischen ihn vom Beichtstuhl abzuweisen, vor sich schlechterdings nicht befugt seyn soll, es wäre dann, daß solches vom consistorio angeordnet worden, wohin der Prediger bey wichtigen Fällen sich zu wenden hat.

7. Daß einem ieden zwar erlaubt seyn soll, den Beichtvater zu verändern, doch, daß er sich deßwegen bey zeiten bey seinem neuen Beichtvater vorher melde, damit er sehen könne, was vor Absichten er dabey gebrauchet.

8. Daß das Beichtgeld zwar beybehalten, doch die Armen davon gäntzlich befreyet, und die Vermögende dahin angewiesen werden sollen, solches vorher oder nachher ihrem Beichtvater zuzusenden, oder sonsten ihre Freygebigkeit gegen ihren Beichtvater auszuüben.

9. Daß die Beichtenden im Beichtstuhl ihr Gebet kniend zu verrichten, zwar vermahnet, doch dabey ihnen, wie billig, die Freyheit gelassen werde, darauf alsdenn der Prediger eine kurtze Vermahnung an den Beichtenden thun solle.

10. Daß, damit die privat-Beichte ihrem rechten Endzweck der geheimen Entladung und Beruhigung des Gewissens näher kommen mö-

ge, die confitentes, wie an einigen Orten bereits eingeführet ist, der Freyheit sich bedienen können, bey der am Sonnabend gewöhnlichen Vorbereitung und offenen Beicht, mithin bey der darauf folgenden algemeinen absolution es bewenden zu lassen, oder priuatim und allein im Beichtstuhl zu beichten.

11. Daß das Abendmahl nach vollendeter Predigt und gehaltener Taufe, wenn solche verrichtet werden solte, gehalten, und die Gemeinde jedesmal nach der Predigt erinnert werden soll, dieser heiligen Handelung mit Andacht beyzuwohnen.

12. Daß, wenn, wie im vorigen capit. gemeldet, der Tauf-actus vorbey, ein andächtiges erweckendes Lied gesungen werde, als zum Exempel: **Komm, o komm du Geist des Lebens** 2c **Liebe, die du mich zum Bilde** 2c. und inzwischen die Communicanten sich zum Chor nahen sollen.

13. Daß nach solchem Gesang der Prediger mit den Communicanten kniend ein andächtig Gebet zu GOtt richten, und sie darin zu dieser heil. Handelung erwecken soll.

14. Daß darauf der Prediger vor dem Altar stehend, die verba institutionis ablesen, und diesen eine kurtze Erinnerung und Erweckung beyfügen soll.

15. Daß unter währender communion die auserlesenste Gesänge **von der Liebe Christi, vom Leiden und Sterben Christi,** und dergleichen, abgesungen, und die Predigten so darnach eingerichtet werden sollen, damit die Gemeinde beysammen bleiben, und dieser Heil. Handelung mit Andacht abwarten könne.

16. Daß zu solchem Ende die Gemeinde öfters auf das Exempel der ersten Christen gewiesen werde, welche den vornehmsten Theil ihres Gottesdienstes in dieser heiligen Handelung gesetzet, und mit Singen, Beten, Loben und Dancken, sich iederzeit dabey vereiniget.

17. Daß nach der communion mit einem andächtigen Gebet kniend GOtt gelobet, und der Segen mitgetheilet werde.

18. Daß die Lichter, als ein Andencken, wie vor Alters diese heilige Handelung am Abend oder vor Tage verrichtet sey, zwar beybehalten werden können, doch solche alsdenn erst angezündet werden, wenn die communion angehen soll.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IV.

Vom Gottesdienſt überhaupt.

1. Anfänglich ſcheint ſehr heilſam und erſprießlich zu ſeyn, daß anſtatt der Wochen-Predigten täglich zu einer bequemen Zeit, da das Geſinde abkommen kan, und die Handwercks-Leute ruhen, Betſtunden gehalten werden, worin ein Paar Geſänge, nebſt hertzlichem Gebet nach Beſchaffenheit der Zeit und Läuften, geſungen werden, wie dann die täglichen horæ canonicæ vor dem nichts anders als Betſtunden geweſen, auch bey denen Juden täglich zu gewiſſen Zeiten gebetet worden iſt.

2. Daß ſolches des Mittags zwiſchen 11. und 12. Uhr am beſten gehalten werden könne, weil darinnen die Arbeiter ruhen, doch dabey die præcaution zu machen, daß ſolche über eine halbe Stunde nicht dauren, damit die Leute auch eſſen können, dabey doch einem ieden die Freyheit, dieſelbe zu beſuchen, zu laſſen iſt.

3. Daß die Haupt-Predigten am Sonntage nicht über eine Stunde zu extendiren, damit die Gemeinde die übrige Heil. Handelung, als Tauf und Abendmahl, abwarten könne.

4. Daß zu dem Ende kein weitläuftiger introitus zu præmittiren, alles weitläuftige exegiſiren abzuſchneiden, und die meiſte Zeit auf die application zu employren, zu welchem Ende ſehr bequem ſcheinet, wenn nur ein Haupt-verſiculus aus dem Evangelio erkläret, und ein *ſpecial-thema* erwehlet wird, welches doch eines ieden getreuen Predigers diſcretion zu überlaſſen.

5. Daß vor der Predigt etwa drey oder vier erbauliche Lieder geſungen, abſonderlich aber mit den beyden Liedern: **Allein GOTT in der Höh ſey Ehr**, und: **Wir glauben ꝛc.** eine Veränderung bisweilen vorgenommen werde, weil man einen Ueberfluß von herrlichen Liedern hat, und alſo unnöthig iſt, bey einerley Liedern beſtändig zu bleiben.

6. Daß die Evangelia und Epiſteln vor dem Altar geleſen, und nicht abgeſungen werden, wie denn auch die Collecten und der Segen mit mehrerer conuenientz abgeleſen als geſungen werden; ja, weil auch die Evangelia und Epiſteln von der Cantzel erkläret werden, wäre es beſſer, wenn nach dem Exempel der erſten Chriſten zwey Capi-

tel,

tel, eines aus dem Alten und eines aus dem Neuen Teſtament, vor dem Altar abgeleſen würden.

7. Daß die Kirchen-Muſic entweder gantz einzuſtellen, oder ſo viel möglich, einzuſchräncken ſey.

8. Daß, weil es bey dem Gottesdienſt vornehmlich auf hertzliche Gebeter, ſo einmüthig von der Gemeinde geſchehen, ankommt, es ſehr erbaulich ſeyn würde, wenn nach dem Exempel derer Geſang-Bücher eine Sammlung von auserleſenen Gebetern und Collecten verfertiget, und auch in den Betſtunden und Mittags-Predigten daraus die Gebeter, ſo ſich auf die Zeit ſchicken, abgeleſen, und die numer derſelben an die Tafel angezeichnet würde, weil alsdenn die gantze Gemeinde vna voce & ſpiritu deſto beſſer mit beten kan.

9. Daß in denen Gebetern zwar vor die hohe Obrigkeit und patronen die Vorbitte geſchehe, aber alle hohe titulaturen weggelaſſen werden.

10. Daß das **Vater Unſer** bey der Gemeinde, ſo viel möglich, allemal kniend verrichtet werde.

11. Daß an dem Buß-Tage die Gemeinde zum Faſten anermahnet, und ihnen an ſelbigem die Art der erſten eifrigen Chriſten bey dem Faſten vorgeſtellet werde.

12. Daß um ſolches Faſten deſto mehr zu befördern, die Kirchen zwiſchen dem ordentlichen Gottesdienſt nicht geſchloſſen, ſondern die Gemeinde ermahnet werde, ſo viel möglich, zuſammen zu bleiben, da denn inzwiſchen geſungen, gebetet, und auserleſene Capitul aus der Bibel vorgeleſen werden können.

13. Daß der Char-Freytag iederzeit als ein groſſer Buß- Faſt- und Bet-Tag angeſehen und gefeyret, hergegen die paſſion ins künftige nicht mehr abgeſungen, ſondern an gedachtem Tage von der Cantzel des Nachmittags abgeleſen werde.

CAP. V.

Von Ordinirung der Prediger.

1. Daß die Ordinirung der Prediger bey derjenigen Gemeinde geſchehe, zu welcher ſie berufen worden, weil ſolche in der That nichts

Digitized by Google

nichts anders ist, als die introduction bey der Gemeinde, und aus irrigen principiis von dieser unterschieden ist.

2. Daß auf diese Weise eine besondere introduction nachbleiben könne.

3 Daß, wenn man etwa die introduction, alter Gewohnheit nach, noch beybehalten, und die ordination in ecclesia principali ordinatoris verrichten wolte, dennoch die introduction so fort, ehe der ordinatus sein Amt wirklich antrit, geschehen solle.

4. Daß die ordination am Sonntag so fort nach gehaltener Predigt, die darauf einzurichten und abzukürtzen, geschehe, und die Gemeinde erinnert werde, zusammen zu bleiben, nach deren Endigung der ordinatus das H. Abendmahl mit geniesset, wie es denn gleichfalls mit der introduction also zu halten, wo selbige noch von der ordination unterschieden bleibet.

5. Daß nach altem Gebrauch der ordinator noch zwey andere collegen als assistenten zu diesem actu erbitte, welche mit ihm die Hand-Auflegung unter währendem Gebeth über den ordinandum verrichten.

6. Daß vor dem Altar eine kurtze Vermahnung an den ordinandum geschehe, und er darauf über die vornehmsten Puncte seines anzutretenden Amts gefraget, und zu einer öffentlichen Zusage bey der Gemeinde, wenn solche bey derselben geschehen solte, angehalten werde.

7. Daß nach diesem die Gemeinde erinnert werde, diesem ihrem ordinirten Seelsorger zu folgen, ihn zu lieben und zu ehren.

8. Daß den Sonntag vorher der Gemeinde angezeiget werde, daß über acht Tage die ordinirung oder introduction ihres künftigen Seelsorgers bey ihnen geschehen solle, damit sie sich desto fleißiger einstellen, und dem actui, der auch ihrentwegen mit geschiehet, beywohnen können &c.

§. XCI. Hæc tantum speciminis loco adferre lubuit, non vt *leges liturgiarum vniuersales* concinnarem, sed vt per modum *desideriorum* duntaxat repræsentarem, quæ ad *vtilitatem ecclesiæ* seu cœtus fidelium conducere viderentur, simulque ansam præberem, curatius in monita adducta inquirendi, &, si quid commodi in iis deprehensum fuerit, in vsum, quoad *status ecclesiarum* patitur, & assensus eorum, quorum auctoritas accedere debet permittit, deducendi. Noui enim, liturgias per se esse *indifferentes arbitrariasque*, & per se praxin veram christianismi Peroratio.

Digitized by Google

nismi non constituere, adeo vt sub optime concinnata liturgia, & ritibus egregie efformatis, adhuc verus pietatis feruor & praxeos christianæ studium deesse possit; interim, prout supra obseruaui, magnopere præcauendum, ne liturgiæ impedimentum rei christianæ struant, quin potius ad eum finem, quem *cultus diuinus* intendit, componantur, vbique tamen *libertati* ecclesiarum in his studeatur Obseruatum est plenius supra, quanto ardore pontifices in *consonantiam rituum vniuersalem* incubuerint, idque inprimis egerint, vt cultus sacer in vniuersum fere in hoc *opus operatum* degeneratus sit, ex quo principio non raro vitio nostris verterunt ecclesiis, quod ritibus, ceremoniis, liturgiisque inter se dissideant. Enim vero prudentiores rectius animaduertunt, singulari DEI prouidentia factum fuisse, vt diuersi ritus nostris in ecclesiis introducerentur, & vel hoc ipso, excusso iugo ceremoniarum pontificio, *libertas euangelica*, in quam per Christum vindicati sumus, asserteretur, quod potissimum pii reformatores intendisse videntur. Laudamus diuinum Numen, quod ex *seruili* hoc ceremoniarum *statu* nos eripuerit, imo de hoc ipso, quod per inuidiam criminantur aulæ Romanæ addicti, iusta de causa gloriamur, cum omnibus christianis hoc *euangelicæ libertatis* nomen non possit non dulce atque glorioſum esse.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI III
DECRETALIVM
TITVLVS XXX.
DE
DECIMIS, PRIMITIIS ET OBLATIONIBVS.

§. I.

Parochorum reditus in quo constitere.

Parochorum imo etiam *episcoporum* reditus primarii in *decimis*, *primitiis* & *oblationibus* ab antiquo constitere. De his vel ideo hic agendi locus videbatur commodus, quod titulo antecedente de *parochis* & *parochiis* actum fuerit. Huic doctrinæ ex ecclesiæ Romanæ traditione *decimarum* tractatio cohæret, quia fundamentum palmarium in eo collocant, quemlibet parochum in sua parochia habere intentionem fundatam quoad *decimarum* præstationem. Colligunt id ipsum ex iure veteris testamenti, & inde decimarum obligationem *iuris diuini* esse censent. Turbauit hæc assertio admodum praxin antiquorum seculorum, qua potentiores laici variis artibus decimas quam plurimas sui iuris fecere, quæ adhuc hodie ab iis possidentur, nonnunquam etiam in feudum dantur & recipiuntur. Quo iure id ipsum fuerit factum, fata earum ostendent, quæ paucis enarranda sunt, plenius etiam exposita *tom. I. P. I. consult. & decis. arg.* 4.

Digitized by Google

Generatim de origine decimarum.

§. II. *Originem & rationes* decimarum plures euoluerunt, non tamen eodem prorsus modo. Pauca sed non satis concocta, de decimis congessit SCALIGER, adeoque plures, qui eum secuti sunt, in errorem deduxit. Plurima emendauit SELDENVS *in histor. decimar.* ex lingua Anglicana in latinam translata, & *comment. ad pentateuch.* adiecta a IO. CLERICO, viro clarissimo. Tribus capitibus vniuersam absoluit doctrinam, & *primo* de decimis, *ante legem: secundo* de decimis, *prout ex lege soluebantur*, & denique *tertio* egit de *decimis ethnicorum*. Non omnium in Anglia suffragia tulit hic tractatus, in inuidiam ab episcopis Angliæ deductus, adeo vt SELDENVS litteris supplicibus ad prælatos directis fateri coactus fuerit, se errasse, & inique occasionem dubitandi dedisse, vtrum decimæ essent iuris diuini. E contrario maiorem ex merito applausum invenit hic libellus apud ceteros eruditos, simili affectu haud ductos; imo tandem ipse clerus Angliæ sæpe hoc egregio libello vsus est pro defensione suarum decimarum, vti fata eius succincte tradit DE LA ROCHE *tom. I. biblioth. Angl. p.* 183. Liberius in euoluenda origine *decimarum* legalium agit SPENCERVS *de LL. Hebr. ritual. lib. III. c.* 10. *diss.* 1. & morem gentium occasionem legi *de soluendis decimis* dedisse contendit. Strictius *de decimis* agit SAMVEL BASNAGE *dissert. V. tomo II. annal. p.* 504. inserta. Plenior & diffusior fere inter omnes est IO. CONRADVS HOTTINGER *de decimis iudæorum*, ex sacris monumentis leges earum sollicite explicans. Denique pro defensione decimarum in Anglia vsitatarum anno 1713 tractatum *de origine & iure decimarum* Anglico idiomate conscriptum edidit theologus Anglus, HVMPHREY PRIDEAVX.

Intentio decimarum ante legem.

§. III. Ante legem decimae in vsu fuisse, nemo in dubium vocat. Quo iure autem, qua intentione, & quibus fuerint solutæ? magis incertum est. Abrahamum Melchisedeko, *regi* pariter ac *sacerdoti DEI* altissimi, decimam spoliorum dedisse, enarrat MOISES *Gen. XIV*, 18. & repetit AVCTOR *epist. ad Hebr. VII*, 1. meo quidem iudicio non alia intentione, quam quæ *sacrificiis* inerat. Is iam videbatur mos inualuisse, vt ad minimum *decimam partem* acquisitorum vel ex *voto* vel *libera voluntate* DEO consecrarent, & offerrent. In sacrificiis, quæ quilibet paterfamilias pro sua domo faciebat, nulla certa erat determinata quantitas, nec præcise *decima* sacrificii DEO offerenda. ABRAHAM itaque vel ex *voto*, vel ad aliorum imitationem, sacerdoti MELCHISEDEKO dando decimas spoliorum, DEO offerebat *sacri-*

Digitized by Google

ſacrificium euchariſticum, nec hæ ad ſuſtentationem eius tanquam *ſacerdotis* datæ ſunt. IACOBVS *Gen. XXVIII*, 22. *ex voto* Deo promiſit decimas, easque ſoluiſſe videtur, mactando decimam partem ſui pecoris in loco, quem *voto* deſignauerat, vt præclare cenſet IO. CLERICVS *in not. ad* SELDENI *diſſ. cit.* I. §. 2. *n.* 5. Omni deſtituuntur fundamento, qui cenſent, ſacerdoti cuidam IACOBVM has decimas ſoluiſſe, cum quilibet paterfamilias pro domo ſua ſacra faceret, nec peculiare ſacerdotium eo tempore certis perſonis aſſignatum fuiſſet. Multo minus aſſeri poteſt, has decimas deſtinatas fuiſſe in *ſuſtentationem ſacerdotum*. Gentiles quoque *ex voto* tales decimas conſecraſſe, noto notius eſt, quod exemplis illuſtrat SELDENVS *cit. l. diſſ.* 3. & forſan ante ABRAHAMVM hic mos, vouendi *decimas*, iam inter Cananæos vſitatus fuit, quem ille ad imitationem deduxit. Conf. SPENCER. *cit. l. ſect. I.*

§. IV. Regibus præterea olim, *tributi loco*, decimas ſolutas inter gentes fuiſſe, inter alios obſeruant IO. CLERICVS *ad Gen. XLI*, 34. *& XLVII*, 26. SPENCER. *cit. l. ſect. I* §. 2. ad quem morem alludere videtur SAMVEL, ius regium explicans. I *Sam. VIII*, 15. Vtrum *iure regio* Deus in populo ſuo eas ſibi vindicauerit, tanquam rex in theocratia, id quod contendit CLERICVS ad SELDENI *diſſ. cit.* 3. cum SPENCERO *cit. l.* & DN. BVDDEO *in hiſtor. eccleſ. vet. teſtam. per.* I. *ſect* 3 *p.* 392. an vero morem antiquum, quo decimæ Deo conſecratæ fuerint, Deus tantum retinuerit, & lege certa determinauerit? expeditu non adeo facile videtur. Prius vel inde veroſimile fit, quod decimas Iſraëlitæ haud iuſſi fuerint Deo ſacrificare, aut eas in altari offerre: ſacrificiis aliæ victimæ erant aſſignatæ; quin potius Deus eas ſacerdotibus & Leuitis in *ſuſtentationem* peculiari ex cauſa aſſignauit, vt reliqui quidem ex populo terram colerent, partem iuxta ſortem in diuiſione caperent, *Leuitæ* autem & *ſacerdotes* ab hac diuiſione eſſent excluſi. Sacrorum cura, quæ amplæ & plenæ ſolicitudinis erat, vnice iis incumbebat, a qua non videbantur auocandi per *agrariæ* & *pecuariæ* rei labores; æquum vero omnino erat, vt, qui in iudicio familiæ erciſcundæ ex Dei ſententia præteriti erant, in compenſationem huius iacturæ ab vniuerſo populo alerentur, & certam quoram ex *fructibus* & *pecoribus* acciperent, in quibus primarii Iſraëlitarum reditus conſiſtebant. Si ipſi inter fratres ſuos partem terræ accepiſſent, ipſimet quoque ex re ſua fructus percipere & pecora alere potuiſſent: vtrumque iis interdictum, & vtrumque iis a

Decimæ regibus ſolutæ.

Nouo ratione & fine a Deo Iſraëlitis præſcriptæ.

Digitized by Google

populo ſuppeditandum. Cur vero præciſe decima? quia *iure ſuo*, qua rex ſupremus, Deus eam ſibi vindicabat, & hoc tributum rurſus *iure ſuo* ſacerdotibus & Leuitis aſſignabat. Docent hæ circumſtantiæ, has ex *lege Moſaica* debitas decimas magnopere ab illis, quæ ab ABRAHAMO oblatæ, & a IACOBO per votum promiſſæ, differre, & diuerſum ſcopum finemque habuiſſe; hæ quippe Deo ſacrificabantur, ritu ſacrificiorum deuotorum communi, non illæ, quas *ius Moſaicum* ſacerdotibus & Leuitis in diuerſum finem aſſignauerat: hæ in *quocunque ſtatu* locum habere poterant; non illæ, quæ *ſtatum reipublicæ* ſeu *ciuilem* præſupponunt; neque enim vniuerſus terrarum orbis huic tributo ſubiectus eſt, ſed tantum terra Canaan, & Iſraëlitica. HOTTINGERVS *de decim. iud. exerc.* §.

Magis ad ſtatum reip. forenſem reſpexere.

§. V. Quæ cum ita ſint, planum atque perſpicuum eſt, decimas, quarum apud iudæos triplex erat ratio, ſacerdotibus Leuitisque in republ. Iſraëlitica proprias, & ideo hos ex iis ſuſtentandos fuiſſe, quod partem in diuiſione terræ Canaan nullam tulerint, *Num. XVIII*, 23. cum tamen eſſent ex familia IACOBI, & ſeorſim tribum conſtituerent. BASNAGE *de decim.* §. 6. Hæc ratio *particularis* & ſoli *genti Iſraëliticæ* propria erat. Proinde extincta republ. & amiſſa hereditaria terra, imo delero ſacerdotio hi, qui ex tribu LEVI ſanguinem ducunt, (ſi modo id ipſum adhuc docere queunt) ius *decimarum* amiſerunt. Neque, quod quidam volunt, epiſcopi, presbyteri diaconique in locum & ius veteris ſacerdotii ſubrogati ſunt: recentior hæc doctrina primis temporibus non fuit vbique agnita, cum miniſtrorum eccleſiæ diuerſus ſtatus & conditio ſit, ac Leuitarum veteris teſtamenti, docente VITRINGA *de ſynag. vet. in proleg.* Apoſtoli & primæui presbyteri ab eccleſia alebantur, quatenus indigebant, imo & aliunde opere manuali victum ſibi quærebant, ne graues eſſent fidelibus, ceterisque indigentibus diſtribuenda minuerent. Decimarum nunquam facta mentio, aut ſolutio earum presbyteris vindicata: generatim tantum PAVLVS 1 *Cor. IX. & 1 Tim. V. v.* 17. docet, operarium dignum eſſe mercede, eccleſiisque auctor eſt, vt ſingulis *ſolis* diebus in communes neceſſitates quædam conferant. Spontaneum hoc tributi genus erat; *nemo compellebatur*, *ſed ſponte conferebat*, vel TERTVLLIANO teſte in *apolog. c.* 39. ſingulisque menſibus aliquid his, qui in clero erant, ſeu *matriculârii*, diſtribuebatur, vt ex antiquitatibus notum eſt.

§. VI.

Digitized by Google

§. VI. Iam seculo III. noua rebus personisque indita nomina, & significatus genuini admodum corrupti sunt. Episcopi *pontifices maximi*, presbyteri *sacerdotes*, diaconi *Leuitæ*, eucharistia *sacrificium*, mensa illi inseruiens, *altare* dici occeperunt. Eadem mutatione ea, quæ *clericis* distribuebantur ex *oblationibus* fidelium, *decimæ* dici debuere, licet tales non essent. Ex *similitudine* quadam rerum placuit patribus, omnia reducere ad statum veteris testamenti, vel saltim inde argumenta trahere. Hac de causa CYPRIANVS *epist.* I. *edit. Oxon.* dispositionem DEI circa tribum LEVI ad clerum sui temporis quodammodo applicat, &, *quod totum*, pergit, *fiebat de auctoritate & dispositione diuina, vt, qui operationibus diuinis insistebant, in nulla re auocarentur, nec cogitare aut agere secularia cogerentur. Quæ nunc ratio & forma in clero tenentur, vt, qui in ecclesia domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab administratione auocentur, nec molestiis & negotiis secularibus alligentur, sed in honore sportulantium fratrum, TANQVAM DECIMAS EX FRVCTIBVS ACCIPIENTES, ab altari & sacrificiis non recedant, sed die ac nocte cœlestibus rebus & spiritualibus seruiant.* Comparationem instituit inter clerum sui temporis, veterisque fœderis, & sicuti huius salaria in *decimis* consistebant, ita illorum sportulas instar *decimarum* vel loco earum esse ait. Proprie dictas enim decimas non fuisse solutas, ipse prodit CYPRIANVS *de vnit. eccles. in f.* atque, *ac nunc*, ait, *de patrimonio nec decimas damus.* Eodem argumento iam seculo II. vsus est IRENAEVS *lib. IV. adu. hæres. c.* 200. &, *sacerdotes*, ait, *sunt omnes Domini apostoli, qui neque agros, neque domos hereditant hic, sed semper altari & DEO seruiunt*, quod in *sqq.* ex iure Mosaico & legibus veteris sacerdotii illustrat. In *c.* 27. *eiusdem libri* præcepta legis non esse dissoluta inter Christianos docet, sed imo aucta, & *pro eo, quod est decimare omnia, quæ sunt, pauperibus diuidenda esse*, ex Domini præcepto contendit. Idem argumentum continuat *c.* 34. asseritque, nos in libertatem vocatos omnia nostra DEO consecrare debere. *Et propter hoc illi*, ait, iudæi scilicet, *quidem decimas suorum habebant consecratas: qui autem perceperunt libertatem, omnia, quæ sunt ipsorum, ad dominicas decernunt vsus, hilariter & libere dantes ea, non quæ sunt minora, vtpote maiorem spem habentes.* His similibusque argumentis studia fidelium excitare voluere patres, vt ad imitationem populi Israëlitici paulo liberaliores essent in erogandis in pauperes bonis.

Asserto clericis sacerdotio cum omnibus iuribus, decimarum præstatio quoque exacta est.

§. VII. Qui inter recentiores *praxin decimarum* defenderunt, fere iisdem similibusque argumentis vsi sunt. PRIDEAVX, quem supra

Doctrina theologi Anglicani cuiusdam

pro defenſione decimarum.

pra laudaui, in tr. *de orig. & iure decim. c.* 1. id potiſſimum agit, vt, aſſerto cultu diuino & miniſterii neceſſitate, doceat, miniſtris eccleſiæ *ex debito naturali* neceſſaria vitæ deberi, quamuis ex recta ratione oſtendi nequeat, quanta pars noſtrorum redituum huic rei impendi debeat. Addit, in ſocietate externa, in qua Deus colitur, poſtulare ordinem bonum, vt illa portio determinetur; hac de cauſa a primis mundi temporibus *decimas* fuiſſe conſecratas, easque inter gentes, vt Syros, Phœnicios, Arabes, Græcos, Romanosque vſitatas, eamque generalem praxin ſine dubio a primis hominibus introductam ad poſteros mediante traditione deriuatam, exemplo Abrahami & Iacobi illuſtratam fuiſſe, certo indicio, originem decimarum *diuinam* eſſe, licet *nulla lex* diuina adiit, quæ ad eas ſoluendas omnes omnino homines adſtringat. Recte vero adiungit, legem *de decimis ſoluendis* ſolis datam fuiſſe Iſraëlitis a DEO, non vt *mundi domino*, ſed vt a *rege* & *ſummo imperatore* in populo iudaico; decimas tantum *terræ Cananiticæ* inhæſiſſe: Chriſtianos vero per omnem terram diffuſos non obligaſſe, eosque tantum *generaliter* obſtringi ad neceſſaria miniſtris eccleſiæ ſuppeditanda. Subinde tamen *cap. II.* credit, decimas eſſe *originis diuinæ*, licet nulla *lege præceptiua* omnibus ſint impoſitæ, atque prius vel ex praxi patriarcharum conſtare; imo exemplum DEI, quo Iſraëlitis decimarum ius præſcripſit, ſatis efficax eſſe, vt id Chriſtiani, etiam *ſine lege obligatoria*, ad imitationem trahant, cum nulla redituum noſtrorum portio, qua miniſtris eccleſiæ ſubuenire iubemur, ſit accommodatior, quam DEI exemplo determinata. Huic exemplo diuino omne momentum tribuit, indeque prolixe omnem vim & efficaciam inter Chriſtianos trahit.

Eius epicriſis.

§. VIII. Multa quidem circa ea, quæ ἐν συνόψει enarraui, monenda forent; ſed vel hæc pauca ſufficiant. Decimas a DEO primordialiter eſſe inſtitutas, ſeu, quod idem eſt, eſſe *originis diuinæ*, nullo comprobauit argumento ſolido. Imo DEVM decimas inſtituiſſe, ſine *præcepto* de iis ſolvendis, quis concipere poterit ſanus? Approbauit eas in populo iudaico, prout auctor dicit, vt *Rex populi ſui* & ſic *iure regio*, deditque easdem Levitis in compenſationem portionis, qua ex prouida DEI diſpoſitione in diviſione terræ Canaan priuabantur. Quis hoc exemplum, peculiaribus propriisque munitum rationibus, in conſequentiam trahat? Quis huic aliquam efficaciam aſſignabit, vt eo liquidum planumque fiat, DEO *abſolute*, h. e. ſine reſpectu ad peculiares rationes iudaicas, decimas placuiſſe? Debentur vti-

que

Digitized by Google

que miniſtris eccleſiæ alimenta ; horum neceſſitas tamen aliunde ſatis euidens eſt, vt ex hoc exemplo, ſingularibus prorſus circumſtantiis inſtructo, nec *quantitas* nec ipſa *obligatio* peti debeat. Denique his, qui adſtruunt, ad minimum *decimas*, vt a DEO ipſo *conſecratas*, ſoluendas eſſe *pauperibus*, illud maxime conſiderandum propono, DEVM, vt plerique fatentur, in populo ſuo, *iure regio*, inſtar *tributi*, eas ſibi vindicaſſe, nec vllum de certa *quantitate* pauperibus ſoluenda a CHRISTO & apoſtolis nobis traditum eſſe præceptum, qui potius *generaliter* docuerunt, eleemoſynas in pauperes erogandas eſſe.

§. IX. Redeundum in viam, *fataque decimarum* reliqua inter Chriſtianos eruenda. Iam aliquoties obſeruatum eſt, non ſatis prouide patres in applicatione *veteris fœderis* egiſſe, quin potius vniuerſum *ſacerdotium* ex *iure Moſaico* cum omni apparatu & iuribus pedetentim ad ſacra ſua traxiſſe. Hoc facto, infinita iuris veteris inſtituta recoquere, & ſub *lege neceſſitatis*, ſine examine debito, fidelibus obtrudere auſi ſunt. Varia aſſertores decimarum teſtimonia eorum adducunt, quæ tamen id, quod probandum erat, non euincunt, ſed *ſimplicem* quorundam patrum *opinionem priuatam* ſiſtunt exhibentque. Conſtitutiones apoſtolicæ *lib. VIII. c.* 30. *de neceſſitate decimarum* agentes ad ſeculi V. tempora indubie ſpectant. Inter omnes ORIGENES hanc obligationem ſoluendi *decimas* & *primitias* vrſit, obſeruantibus FLEVRY *dans l'hiſtoire eccleſ. tom. II. p.* 161. THOMASSINO *de vet. & noua eccl. diſcipl. P. III. lib. I. c.* 3. §. 9. BASNAGIO *cit. diſſ.* §. 9 aliisque. Iuprimis vrget Saluatoris effatum, iuſtitiam noſtram abundantiorem eſſe debere Phariſæorum praxi. *Quomodo ergo*, ait, *homil. in num. XI., abundat iuſtitia noſtra plus quam ſcribarum & Phariſæorum, ſi illi de fructibus terræ ſuæ guſtare non audent, priusquam ſacerdotibus primitias offerant, & Leuitis decimæ ſeparentur? & ego nihil horum faciens fructibus terræ abutor: vt ſacerdos neſciat, leuites ignoret, diuinum altare non ſentiat.* Sufficere poterat ORIGENI, aſſeruiſſe, epiſcopos & presbyteros eſſe *ſacerdotes*, diaconos vero *leuitas*, qua doctrina iam infecta erat eccleſia: hac aſſerta ſententia, concluſio prona videbatur, eis quoque hoc *tributi genus* debere. HIERONYMO vel hoc argumentum ſuffecit, & inde ita ratiocinatus eſt: *Si ego pars domini ſum & funiculus hereditatis eius, nec accipio partem inter ceteras tribus, ſed quaſi leuita & ſacerdos viuo de decimis, & altari ſeruiens altaris oblationibus ſuſtentor, habens victum & veſtitum, his contentus ero.*

Patres improvide egerunt in reducendis decimis ex veteri teſtamento.

§. X. HIERONYMI, AVGVSTINI aliorumque patrum loca non referam, quæ *monita* magis erant, quam *teſtimonia* de praxi illius temporis,

Non ſtatim conciliis hæc doctrina approbata.

Digitized by Google

poris, vt THOMASSINVS *cit. l. c. IV.* illam inde minime eruere debuerit. Silent *concilia quarti ſeculi* de *neceſſitate* ſoluendarum *decimarum*, quæ hoc argumentum haud præteriiſſent, ſi, hoc tributum *vniuerſaliter* omnibus imponendum eſſe, arbitrati fuiſſent patres. Canones *Arabici Nicæni c.* I. apud HARDVINVM *tom. I. concil p.* 510. *de primitiarum* neceſſitate præceptum habent, *vt ex iis alantur ſacerdotes & eccleſiæ miniſtri.* Eos vero eſſe ſubleſtæ fidei, plus quam manifeſtum eſt, nec alios vnquam eccleſia orientalis agnouit *canones Nicænos*, quam quos *codex canonum vniverſæ eccleſiæ* exhibet. Interim *primitias* iam in quibusdam eccleſiis ex hac patrum doctrina vſitatas fuiſſe, docent *patres Gangrenſes* in *epiſtola ſynodica anno* 325. apud HARDVINVM *cit. l. p.* 530. in qua Euſtathio hoc crimini dant, quod *primitias frugum eccleſiaſticas, quas veterum inſtitutio eccleſiis tribuit, ſibi ſumſerit & vindicauerit.* Aſt ab illis ad *decimarum* praxin generalem nullum validum necti argumentum, nec aſſertum *patrum Gangrenſium* vniuerſalem eccleſiæ obſeruantiam euincere poteſt. Ad minimum etiam de *primitiis* ſilent canones conciliorum. Non ſiluere tamen poſt hæc tempora parochi, in concionibus ſuis doctrinam *de decimis ſoluendis* ſtrenue vrgentes, relictis iis, quæ ad *ſalutem hominum* magis facere debebant, vt SARPIVS *tr. de benefic. art. II.* obſeruat. Quid vero ſi quis presbyteris obiecciſſet, ſe non eſſe *ſacerdotes* nec *leuitas?* his decimas a DEO eſſe tributas, ſacerdotibus *primitias & decimam decimarum*: diaconis, vtpote *Leuitarum* munere ex principiis in eccleſia Romana receptis fungentibus, eas vnice præſtandas eſſe. Sed hæc exceptio altioris indaginis, quæ reiicienda in fauorem *piæ cauſæ.*

Veſtigia de decimis ſeculo ſexto.

§. XI. Seculo *ſexto* veſtigia quædam ſparſim in conciliis de *decimis* exſtant. In *concilii Turonenſis II. anno* 567. habiti, canonibus de iis nihil cauetur, & tamen patres Turonenſes in epiſtola ſynodica apud HARDVINVM *tom. III. concil. p.* 368. *monita* de decimis hæc ſubiungunt: *Illud vero inſtantiſſime commonemus, vt Abrahæ documenta ſequentes decimas ex omni facultate non pigeat DEO pro reliquis, quæ poſſidetis, conſeruandis offerre: ne ſibi ipſi inopiam generet, qui parua non tribuit, vt plura retentet, & quod dicendum eſt verius, ſuum perſoluat pretium, ne ſe trahi videat peccato dominante captiuum &c.* Addunt etiam hæc: *Ergo ſi quis in Abrahæ conlocari vult gremio eiusdem non repugnet exemplo* in ſolvendis ſcilicet decimis. Si ſub *præciſa neceſſitate* iam ſoluendæ fuiſſent decimæ, patres ſine dubio *canones* de hoc argumento in ipſo concilio edidiſſent. Id vero minime factum eſt. In *epiſtola ſynodica* voluere patres earum mentionem iniicere, in qua plura alia *conſilia* & *monita*

Digitized by Google

v. c. de nuptiis propter instantem calamitatem publicam differendis, explicantur, cum in canonibus non *monita* sed *praecepta* dentur. Conf. FRANCISCVS DE ROYE *lib. II. instit. iur. can. t.* 12. §. 4. IVSTINIANVS in legibus suis earum mentionem nullam facit, & quia adhuc *generalia concilia* de iis silent circa haec tempora, probabile est, tantum *patrum doctrina privata* earum necessitatem inculcatam fuisse.

§. XII. Hoc seculo tamen quaedam iam praecepta tam *civilia* quam *ecclesiastica* occurrunt. In Gallia CHLOTARII constitutio circa *annum* 560. *c.* 11. de decimis hic habet: *Agraria, pascuaria vel decimas porcorum ecclesiae pro fidei nostrae devotione concedimus, ita ut actor aut decimator in rebus ecclesiae nullus accedat.* vid STEPHANVS BALVZIVS *tom. I. capitul. p.* 8. In *concilio Matisconensi II. anno* 583. habito *c.* 5. apud HARDVINVM *tom. III. concil. p.* 461. occurrit praeceptum de solvendis decimis, quod simul innuit, eo tempore decimarum solutionem vel neglectam, vel nondum constante praxi receptam fuisse, quod probabilius est. Edicunt patres: *Leges divinae, consulentibus sacerdotibus ac ministris ecclesiarum, pro hereditatis portione omni populo praeceperunt decimas fructuum suorum locis sacris praestare, ut nullo labore impediti horis legitimis spiritualibus possint vacare ministeriis. Quales leges Christianorum congeries longis temporibus custodiuit intemeratas: nunc autem paulatim praevaricatores legum pene Christiani omnes ostenduntur, dum ea, quae divinitus sancita sunt, adimplere negligunt. Unde statuimus ac decernimus, ut mos antiquus a fidelibus reparetur, & decimas ecclesiastici famulantibus ceremoniis populus omnis inferat, quas sacerdotes aut in pauperum usum aut in captivorum redemtionem praerogantes suis orationibus pacem populo ac salutem impetrent.* Pene omnes Christianos ab officio in solvendis *decimis* defeciisse, aiunt patres: dixeris potius, decimas nondum *universaliter* introductas fuisse, patresque huius concilii quorundam patrum antiquorum doctrina deceptos fuisse, vt crederent, praxin earum obliteratam fuisse. Hic vnicus canon ex seculo VI. adduci potest, quo decimae sunt imperatae. Pauca earum vestigia occurrunt in seculo *septimo.* Refert HARDVINVS *tom. III. concil. p.* 1772. *circa annum* 688. THEODORI Cantuariensis *capitula*, in quibus quaedam de decimis occurrunt. In *c.* 24. haec habentur; *Presbyter decimas dare non cogetur* & *c.* 30. *tributum ecclesiae sit, sicut consuetudo est provinciae; tamen ne pauperes in decimis vim patiantur.*

Seculo sexto in conciliis & legibus decimae imperatae.

§. XIII. Seculo *octavo* vsus decimarum magis firmatus est legibus Francorum, brachioque seculari. In eorum capitularibus, in-

Seculo VIII. decimarum vsus auctus.

Digitized by Google

primis CAROLI M. frequentissima de *decimis soluendis* occurrunt præcepta. In *capit.* CAROLI M. *de anno* 801. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 359. *c.* 6. sacerdotibus iniungitur, *vt vnusquisque cunctos sibi pertinentes eruditat, vt sciant, qualiter decimas totius facultatis ecclesiis diuinis debite offerant.* In *c. seq.* adiungitur, eas diuidendas esse in tres portiones, vt prima ad ornamenta ecclesiarum, altera ad vsus pauperum, & tertia sacerdotibus cedat. In *lib.* 5. *c.* 101. apud BALVZ. *cit. l. p.* 841. modus cogendi plebem ad decimas soluendas exprimitur, his verbis: *de decimis, quas populus dare non vult, nisi quolibet modo abeo redimantur, ab episcopo prohibendum est, ne fiat. Et si quis contemtor inuentus fuerit, & nec episcopum nec comitem audire voluerit, si noster homo fuerit, ad præsentiam nostram venire compellatur. Ceteri vero distringantur, vt inuiti ecclesiæ restituant, quod voluntarie dare neglexerunt.* Soluendæ vero erant decimæ vel *simplices*, vel *duplices*; illæ de *rebus propriis*: hæ de *rebus ecclesiæ*, quas laici *beneficio regum* iure precario tenebant, de quibus *decimæ* & *nonæ* debebantur iuxta capitularia KAROLI, relata a REGINONE *de eccles. discipl. lib. I. c.* 43. *c.* 45. *sqq. p.* 46. *edit. Baluz.* & NATALI ALEXANDRO *ad sec. VIII. hist. eccl. c.* 5. *art.* 5 §. 4.

Regna ad christianismum conversa huic tributo subiecta.

§. XIV. Huic tributo mox subiiciebantur regna & terræ, quæ nomen CHRISTO dederant. Neque enim eximi amplius ab eo poterant, qui *ecclesiæ*, h. e. *cleri imperio* colla sua subdiderant. Vix domiti erant Saxones, vix sceptro Francorum subiecti, quo statim legem de *soluendis decimis* eis imposuerit KAROLVS M. teste SCHATENIO *in histor. Westphal. lib* 8 *p.* 519 & 521. Apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 246. occurrit *præceptum eius de institut. episcop. per Saxoniam de anno* 789. quo refert, *se Saxones bello domitos ad baptismi gratiam adduxisse, & pristinæ libertati donatos & omni debito censu solutos, pro amore illius, qui victoriam retulerat, ipsi tributarios & subingales deinde addixisse: videlicet*, pergit, *vt qui nostræ potestatis iugum hactenus ferre detrectauerunt, vicissim, Deo gratias, & armis & fide domino & saluatori IEsu CHristo & sacerdotibus eius omnium suorum iumentorum & fructuum totiusque culturæ decimas ac nutriturę diuites ac pauperes legaliter constricti persoluant.* Eodem fere tempore edita videtur *capitulatio de partibus Saxoniæ*, a BALVZIO *cit. l. p.* 250. relata, quæ *c.* 17 hæc de *decimis* a neophytis soluendis constituit: *similiter secundum DEI mandatum præcipimus, vt omnes decimam partem substantiæ & laboris sui ecclesiis & sacerdotibus donent, tam nobiles quam ingenui, similiter & liti, iuxta quod Deus vnicuique dederit christiano, partem Deo reddant.* Per reli-

gionis

Digitized by Google

gionis culturam, quæ tamen onere non vacabat, credebat continere in officio Saxones, quos per *arma* cogere non poterat. Antiquus poëta Saxo *ad annum* 803. apud LEIBNITIVM *tom. I. rer. Brunſuic. p.* 153. memoriam rei geſtæ hoc exornauit carmine:

At vero certum Francorum regibus vllum
Soluere nec penitus deberent, atque tributum,
Cunctorum pariter ſtatuit ſententia concors,
Sed tantum decimas DIVINA LEGE *ſtatutas*
Offerrent, ac præſulibus parere ſtuderent.

Hac de cauſa quoque poſt pauca addit:

Plus regis pietas & munificentia fecit
Quam terror.

Prudenter tamen ſimul monuit epiſcopos CAROLVS, ne in exigendo hoc tributo nimis *amare* aut *acerbe* agerent cum fidei detrimento. *Veſtra*, ſcribit, *ſanctiſſima pietas ſapienti conſilio prouideat, ſi melius ſit, rudibus populis in principio fidei iugum imponere decimarum, vt plena fiat per ſingulas domus exactio illarum: an apoſtoli quoque ab ipſo DEO Chriſto edocti & ad prædicandum mundo miſſi exactiones decimarum exegiſſent, vel alicubi demandaſſent dari, conſiderandum eſt. Scimus, quia decimatio ſubſtantiæ noſtræ valde bona eſt. Sed melius eſt illam amittere, quam fidem perdere. Nos vero in fide catholica nati, nutriti, & edocti, vix conſentimus, ſubſtantiam noſtram pleniter decimare. Quanto magis tenera fides & infantilis animus & auara mens illarum largitati non conſentit? Roborata vero fide & confirmata conſuetudine chriſtianitatis tunc quaſi viris perfectis fortiora danda ſunt præcepta, quæ ſolida mens religione chriſtiana non abhorreat.* Vid. NATALIS ALEXANDER *cit. l.* COINTIVS *ad ann.* 798. *n.* 17.

§. XV. Hoc onere coniuncta erat conuerſio infidelium per hæc & ſequentia tempora, quod non poterat non eorum animos a fide in Chriſtum alienare. Nec ſaniora conſilia facile admittebant clerici, auaritia penitus iam corrupti, magisque *bonis* laicorum quam *animabus* eorum inhiantes. Singulare huius rapacitatis edidit exemplum clerus Hungaricus, quam IOANNES *papa anno* 1328. reprimere ſtuduit: *ſignificauit nobis*, ſcribit papa ad prædictum clerum apud RAYNALDVM *ad h. it. ann. n.* 83. *Charissimus in Chriſto filius noſter Carolus rex Vngariæ illuſtris, quod vos, eum contingit aliquos ex Cumanis, Blachis & Slauis & aliis infidelibus ad* cum inſigni murmuratione eorum qui conuertebantur.

Digitized by Google

fidem catholicam diuina gratia & dicti regis inductione conuerti, ab huiusmodi taliter conuersis & in fide catholica praedicta nouis decimas integras nimis rigorose exigitis, ac etiam extorquetis, propter quod neophyti & conuersi huiusmodi ex eo, quod soluere decimas ante conuersionem eorum non consueuerunt, interdum asserunt, quod ad fidem catholicam praedictam assumendam ex eo imitantur, vt dent clericis bona sua, & multi, qui ad fidem ipsam libenter conuerterentur, a conuersione huiusmodi propterea retrahuntur. Hac de causa addit: *mandamus, quatenus in exigendo decimas praedictas ab huiusmodi de nouo conuersis vos sic benigne & curialiter, quousque conuersi ipsi in fide praedicta perfecti, & in ea plenarie roborati fuerint, vos geratis, quod conuersi ipsi se grauatos non reputent, quinimo benignius pertractati alios infideles ad praedictam fidem catholicam assumendam adducant, & ipsi in fide catholica deuotius perseuerent.* Ita non vno impetu, sed per varias temporum periodos, per diuersa rerum discrimina, infinitasque cleri artes hoc tributum populo impositum: alibi citius, alibi serius, nec vbique fere sine turbis publicis, vt de Scotia refert CRAGIVS *in iur. feud. lib.* I. *tit.* 15 §. 6. de Holsatia HELMOLDVS *in chron. Slau. lib. I. c.* 91. *seqq.* de Thuringia AVCTOR *vitae Viperti Comitis Groicens. c. XI* 30. relatus *tom. I. rer. Lusat. p.* 27. de Polonia FLEVRY *in hist. eccl. tom.* 12 *lib.* 58. §. 45 *p.* 404.

Laici mox his decimis inhiarunt.

§. XVI. His velut gradibus artibusque decimarum tributum episcopi ceterique clerici sibi vindicarunt, quod ab initio in tres vel quatuor partes diuisum est: pedetentim tamen, praebendis certis erectis, singulis ecclesiis, altaribus, aliisque beneficiis assignatum. Varia mox decimarum tam sollicita auiditate introductarum fortuna fuit. Clericis vnice *iure diuino* hae deberi credebantur; maxima tamen pars earum variis occasionibus in manus *laicorum* peruenere non sine clericorum murmuratione & strepitu. Adhuc hodie tot *decimae* a laicis possidentur, vel *iure feudi* vel *alio titulo*, vt non possint non inuidiam clericorum mouere & excitare. Iurene an iniuria a laicis possideantur, & an episcopi in conciliis eas iuste vindicare potuerint? intelligi rectius nequit, quam si occasiones, quibus laicis cesserunt, euoluamus.

A quibus tamen distinguendae decimae dominicae.

§. XVII. Praemonendum tamen est, decimas ratione *originis* esse vel *ecclesiasticas* vel *profanas*, vt loquuntur. Illae dicuntur, quae primordialiter *ecclesiis* debitae tractu temporis variis titulis ad *laicos* transiere, vel adhuc ab ecclesia possidentur. Hae vero sunt illi ipsi prouentus, quos principes regesque vel ex metallis vel aliis bonis *dominicis*, vt olim vocata sunt, percipiunt. Huc pertinent *decimae Goslariae*, quas FRIDERICVS II. OTTO-

Digitized by Google

OTTONI duci Luneburgenſi in feudum dedit. Literas feudales adfert MEIBOMIVS *tom. III. rer. Germ. p.* 207. vbi hæc formula occurrit: *eum ſolenniter iuxta conſuetudinem inueſtiuimus per vexilla, de affluentiore gratia concedentes eidem* DECIMAS GOSLARIAE *imperio pertinentes.* Agrorum cenſusquoque & tributa, & regibus vi *ſupremi imperii* debita, in Gallia *decimas dominicas* appellari, teſtis eſt FRANCISCVS *de* ROYE *cit.* §. 15. *in f.* Hæ decimæ quin optimo iure in feudum dentur, nullam dubitandi recipit rationem. De *illis*, olim *eccleſiæ parochiali* debitis, maior nata fuit contentio. Sed videamus ante omnia *modos*, quibus a *laicis* pedetentim acquiſitæ ſunt.

§. XVIII. Fere iisdem occaſionibus olim laicis obuenere decimæ, quibus alia *bona eccleſiaſtica*, quas recenſui *ad tit. de feudis* §. 6. *ſqq.* & *tom. I. P. I. conſult. & deciſ. iur. arg. IV.* (1) Ex monumentis antiquis demonſtraui, reges Francorum monaſteria & eccleſias in ſua habuiſſe manu, & ob *neceſſitates publicas* prædia eccleſiaſtica militibus diſtribuiſſe, idque hoc ſub *titulo* factum fuiſſe, quod milites pro *defenſione eccleſiarum* ſimul arma hoſti inferrent, & ſic æquum eſſet, vt ſubſidium quoddam ex penu eccleſiæ acciperent. Quibus ergo alii reditus eccleſiaſtici iure *beneficii* a regibus dabantur, his pariter etiam *decimæ* eodem iure datæ ſunt, quæ iure ceterorum bonorum cenſebantur, prout plenius illuſtrat D[illegible]EINDERS *de orig. decim. in veteri Weſtfal. c.* 4. Hæc ſententia quoque fuit FRIDERICI I. apud ARNOLDVM Lubecenſem *lib.* 3. *Chron. c.* 18. contra pontificis poſtulatum, *iniuſtum eſſe aliquam laicam perſonam decimas poſſidere*, fortiter pugnantis. *Scimus autem, decimas & oblationes a DEO ſacerdotibus & leuitis primitus deputatas. Sed cum tempore Chriſtianitatis ab aduerſariis infeſtarentur eccleſiæ, easdem decimas præpotentes nobiles viri ab eccleſiis in beneficio ſtabili acceperunt, quæ per ſe ſua obtinere non valerent.* Hoc paulo ſerius factum fuiſſe ab epiſcopis, res ipſa docet: ipſi reges Francorum iure quodam *regio* de bonis his diſponebant, & inter hæc *decimas* quoque bene meritis in beneficium dabant.

Decimæ laicis obuenere (1) a regum Francorum diſpoſitione,

§. XIX. Primum CAROLVM MARTELLVM, ducem Francorum, bona eccleſiaſtica militibus ſuis vtenda conceſſiſſe, fatentur eruditi, & admittit PETRVS de MARCA *in not. ad Concil. Claram. c.* 7. quod *cit. tit. de feud. cit. l.* illuſtraui. Probabile ergo eſt, hunc eundem quoque decimas in feudum militibus dediſſe. Obſeruat id ipſum quoque VADIANVS apud GOLDASTVM *tom. III. rerum Allemann. p.* 10. & de temporibus CAROLOMANNI ita loquitur: *Iam tum enim erant, non abbates modo,*

inprimis Caroli Martelli,

do, quorum auaritia dudum ecclesiis nocuit, sed nobiles etiam laici, qui principum indulgentia abusi, decimas sibi frequenter vindicabant, FRANCISCVS de ROYE *lib. II. iur. can. tit.* 12. §. 15. *in f.* antiquiores iam decimas infeudatas CAROLO MARTELLO esse, easque circa *seculum sextum* cœpisse ait, id quod a vero prorsus alienum est, cum eo tempore, & quidem circa finem eius, vt § 11. obseruatum est, lege publica decimæ passim inualuerint. ALTESERRA *de orig. & statu feudor. c.* 5. quam de verbo ad verbum exscriplit GONZALEZ *ad c.* 19. *X. de decim. n.* 5. negat, CAROLVM MARTELLVM decimas laicis in feudum dedisse, licet concedat, eum prædia ecclesiastica militibus erogasse. Quis vero crederet, eum sibi a *decimis* militibus dandis temperasse, qui prædia ecclesiastica beneficiario iure militibus concessit? Aeque ex *his* ac ex *illis* clerici alebantur, nec, qui ius in hæc sibi arrogabat, ab illis abstinuisse, credibile est.

et Caroli M.

§. XX. Hac de causa praxis hæc sub CAROLO M. magis propagata quam incepta est. AGOBARDVS, qui æuo Carolingico floruit, de *dispens. rer. eccl.* §. 15. morem huius temporis his depingit verbis: *Nunc non solum possessiones ecclesiasticæ, sed ipsæ etiam ecclesiæ cum possessionibus venundantur:* & paulo post: *& nunc ipsi contra pietatem maiorum si parietes sibi vindicare potuerint, non tantum ea, quæ a constructoribus conlata sunt, sed & multa, quæ plerique fidelium pro sepulturis aut qualibet deuotione alia ibidem sacrauerunt, cum ipsis ecclesiis vendere licitum putant, nullo prohibente.* Hoc quoque tractum fuisse ad *decimas*, obseruat BALVZIVS *in not. p.* 97. cum in iis *ecclesiarum* reditus primarii consisterent, & quando *ecclesiæ* a laicis possessæ dicuntur, id primario de *oblationibus* & *decimis* intelligendum est. Obseruat id ipsum inter alios PETRVS DE MARCA *cit. l.* &, *tunc non solum fundi & villæ*, ait, *sed etiam ecclesiæ ipsæ in beneficium illis concessæ sunt. Ecclesiarum nomine, oblationes*, DECIMAE, *aliique reditus data & concessa intelligebantur, vt patet ex vetcribus actis. Tunc ecclesiæ eo iure possessæ sunt, quo cetera beneficia siue feuda, adeo vt tandem in heredes quoque transierint, & expositæ sint hominum commercio.* Sed pedetentim hæ infeudationes cessarunt, & decimæ ad patrimonium ecclesiæ reuersæ, vt cit. *arg. IV. consult.* docui.

(II) Ex prælatorum facto, bona ecclesiastica alienantium.

§. XXI. Accessit (II) ipsorum prælatorum audacia, bona & iura ecclesiæ adeo ex post facto sibi asserentium, vt de iis pro lubitu disponere non vererentur. Sæpe *publica necessitas* postulabat, vt potentiores sibi conciliarent, illos vasallos ecclesiæ militesque efficerent,

Digitized by Google

rent, atque ita eos vinculo quodam sibi obstringerent. Non raro contentiones mouebant laici contra prælatos, eis hostilia intentabant, & tandem, pace facta, satisfaciendum iis erat de bonis ecclesiæ, & *decimis*, quibus admodum inhiabant. Non deerat aliis ambitio, qua mouebantur, vt plures sibi clientes vasallosque conciliarent. Et quis omnes causas enarraret, quæ ad decimas laicis dandas episcopos impulerint. Illa potissimum approbata est, quam FRIDERICVS I. apud ARNOLDVM Lubec. adduxit. Cereræ reprobatæ in conciliis & reiectæ. Variis id testimoniis exornat ALTESERRA *de orig. feud. c.* 5. Aegerrime id tulit GREGORIVS VII. in *c.* 3. C. 16. *q.* 7. &, *peruenit*, ait, *ad nos fama sinistra, quod quidam episcoporum non sacerdotibus propriæ diœcesis decimas atque christianorum oblationes conferant, sed potius laicalibus personis, militum videlicet, siue seruitorum, vel, quod grauius est, etiam consanguineis.* Plures conditæ sunt contra derentores decimarum constitutiones ecclesiasticæ; nobiles tamen ægre passi sunt, has sibi eripi, quas *iure feudi* possidebant, vt ostendit GERHARDVS DV BOIS *in histor. Paris. eccl. lib. X. c.* 7. §. 9. Nec sine turbis effici poterat, vt nobiles ferociores iure suo cederent. Illustrant id verbis AIMOINII *scriptoris vitæ S. Abbonis* DV BOIS *cit. l. lib. X.* §. 10. & HARDVINVS *tom. VI. P. I. concil. p.* 755. *In illis sane diebus* (ann. 997.) *in monasterio S. Dionysii haud procul a Parisiis concilium aggregatum est quamplurimorum episcoporum, qui cum de fidei puritate, de corrigendis tam suis, quam subditorum prauis moribus sermocinari debuissent, iuxta vulgare prouerbium cunctum suum sermonem ad decimas verterunt ecclesiarum, quas laicis & DEO seruientibus monachis auferre moliti, assistente eis in hac re hoc venerabili DEI cultore Abbone, promiscuam in se vulgi concitauere manum, ortaque subito seditione tantus in episcopos timor, vt publica statione relicta, passim quisque disfugeret, inter quos Seguinus Senonum archiepiscopus, primatum Galliæ in ea synodo sibi vsurpans, primatum quoque fuga arripuit, & inter fugiendum securi inter scapulas ictus lutoque a popularibus oblitus ægre euasit.* Aliis hanc rem testimoniis exornat THOMASSINVS *P. III. de vet. & noua eccl. discipl. lib. I. c. I. c. II.* §. 16. *sqq.*

§. XXII. Noua accessit (III) causa, qua laicis decimæ obuenirent, quod potentiores exstruerent in villis capellas & oratoria, pro se suisque subditis, quæ instar *ecclesiarum parochialium* erant, ex quibus decimas sibi retinebant, iure quodam *census*, ecclesiæ imposito. Regum exempla intuebantur, qui in capellis *dominicas decimas*, quas sui iuris dicebant, laicis dabant. In *concilio Meldensi anno* 845. celebrato *c.* 75. apud HARDVINVM *tom.*

(III) Ex capellarum exstructione, vnde exstructores sibi reseruabant decimas.

Digitized by Google

IV. concil. p. 1499. patres id minime approbandum, ſed, indignum eſſe iudicarunt, vt capellas villarum ſuarum laicis committerent. *Sed quia*, pergunt, *aliter cauſis interuenientibus res ſe habere dignoſcitur, monemus & hortamur, vt ſecundum canonicam auctoritatem, ne, quod abſit, periculum interdicti anathematis ex præſumtis decimis incurratis, ſi capellas veſtras presbyteris aut viris eccleſiaſticis dederitis, & dominicas decimas acceperint, ſarta tecta eccleſiæ & luminaria exinde competenter prouideant; & presbyteri parochianas decimas accipiant, & populi neceſſitatibus debite inuigilent. Si autem laici capellas habuerint, a ratione & auctoritate alienum habetur, vt ipſi decimas accipiant, & inde canes & geniciarias ſuas paſcant.* Idem repetitum eſt in *concilio Confluentino* anno 922. celebrato *c.* 5 apud HARDVINVM *tom. VI. p.* 1. *p.* 561. vbi ita: *ſi laici proprias capellas habuerint, a ratione & auctoritate alienum habetur, vt ipſi decimas accipiant, & inde canes & geniciarias ſuas paſcant &c.* Non credibile eſt, nobiles his canonibus permotos fuiſſe, vt mox decimas, quas *ſui iuris* eſſe credebant, dimitterent, quin inde factum eſſe reor, vt in pagis, in quibus nobiles *eccleſias* pro tota ſua familia, quæ potiſſimum ex ruſticis ſeruilis conditionis conſtabat, exſtruxere, decimas ſibi adſcripſerint, & *iure hereditario* in heredes ſuos transmiſerint, quod vel tot *decimarum allodialium* exempla in pagis teſtantur, quæ adhuc hodie a *nobilibus*, vel ab aliis, in quos eas transtulerunt, poſſidentur.

(IV) Ex potentiorum rapacitate bona eccleſiaſtica inuadentium.

§. XXIII. Frequentiſſimæ quoque (IV) circa hæc tempora, quibus decimæ ad *laicos* tranſierunt, fuere querelæ de *laicorum* ſeu *præpotentum cupiditate*, quibusuis artibus bonis eccleſiæ eiusque iuribus inſidiante, & patrimonium Chriſti ad ſe rapiente. Multis expoſitæ erant inſidiis eccleſiæ: bona & decimas ſibi prædæ fore credidere potentiores. Inde *advocatiarum* & iurium *protectionis* origo, de quibus tot loquuntur diplomata, chartæ, monumenta. *Erat præterea*, ait DV BOIS *cit. l. lib. X. c.* 1. §. 10. *aliud malum, quod corrupta ætas inuexerat, multi nobiles decimas, quæ clericorum erant, inuaſerant, hique miniſtris eccleſiarum ſuarum alimoniam abſtulerant, frequentes contra hos raptores fuerant clericorum queſtus.* In *concil. Troſleiano anno* 909. celebrato apud HARDVINVM *tom. VI. p.* 1. *p.* 519. *ſeqq. c.* 6. prolixe de hac rapacitate agunt patres, inquientes: *Et quoniam ſunt aliqui tantæ cupiditatis face ſuccenſi, vt non ſolum ſibi a Deo conceſſis non bene vtantur, verum inconceſſa, ac ſi licita, ambiant; & ex his, quæ diutius ſunt tradita & oblata cultibus & ſecundum legem domini ſancta ſanctorum ſunt domino, & ad ius pertinent ſacer-*

Digitized by Google

cerdotum, exactiones census ab ipsis sacerdotibus sibi exquirant, & xeniis ac pastis vel paraueredis seu caballorum sanguinationibus presbyteros affligant; cum ex eis, quæ seu pro dote, seu quacunque fidelium deuotione, vnicuique tradita sunt ecclesiæ, non aliud quodlibet seruitium, nisi spirituale exigere debeant, necessarium nobis videtur, huiusmodi præsumtiones, quia contra canonicam fiunt auctoritatem, modis omnibus cohibere. Post interiecta nonnulla pergunt: *At contra quidam præsumunt distringere, & iniuriare vel etiam expellere presbyteros de ecclesiis sibi commissis, vel exspoliare decimis aut possessionibus.* Inanes vt plurimum erant hæ querelæ, nec arma spiritualia, vt loquuntur, eam habebant efficaciam, vt prædam potentioribus laicis eriperent. Transigendum ergo sæpe fuit de præda, & quædam iis dimittenda, vt, quantum fieri posset, ex decimis saluaretur. Huc, meo iudicio, respexit ALBERTVS KRANZIVS *lib. I. metrop. c. 2. &, cum non satis siderent*, ait, *pontifices sua iura ab laicis principibus tueri, dedisse arbitror partem decimarum principibus in manum per speciem feudi & beneficii, malentes amittere dimidium quam totum; indefactum, vt a principibus transirent in ministeriales, qui nunc militares appellantur.*

§. XXIV. His similibusque factum est occasionibus, ut laici *iure feudi* decimas plures obtinerent, quas adhuc hodie non tantum ab *episcopis*, sed etiam *principibus* in feudum dari videmus. Equidem de reuocandis & reddendis decimis plura in conciliis constituta sunt, quæ tamen speratum non habuere effectum, quia, qui *iure feudi* decimas possidebant, se *optimo* munitos *titulo* allegabant, scientes præterea, quicquid *iure feudi* tenebant, se ne quidem ecclesiæ reddere posse sine *dominorum feudi consensu.* Hi potissimum intercedebant, quo minus episcoporum conatus euanescerent. Fuere tamen nonnulli, qui vasallis suis ad episcoporum instantiam permittebant, vt possint libere, ne quidem consensu impetrato, decimas in ecclesiam transferre, vel eidem restituere. Inter hos fuit LVDOVICVS sanctus, rex Francorum, qui anno 1269. omnibus personis laicalibus, decimas percipientibus, indulsit, vt possent eas ecclesiis concedere *tenendas in perpetuum* cum hac clausula: *nostro vel successorum nostrorum assensu minime requisito: ita etiam quod contra hoc heredes seu successores nostri nullatenus se opponere valeant, aut hanc concessionem nostram deinceps aliquatenus impedire.* Ipsas literas LVDOVICI S. referunt MARTENE & DVRANDVS *in thes. anecdot. tom. I. p.* 1126. An eadem indulgentia successores eius vsi fuerint, vel inde hæsito, tum quod huius facto haud

Inde iure feudi decimæ obtentæ, de quibus reuocandis episcopi solliciti fuere.

Digitized by Google

obligati fuerint, tum quod *decimæ infeodatæ*, vt vocantur, in Gallia haud defierint.

Qua occasione plures monasteriis obveneruut.

§. XXV. Id forsan tot conatibus artibusque episcoporum effectum est, vt quidam sicuti alia bona, ita etiam decimas, non *ecclesiis parochialibus*, sed *monachis religiosisque* conferrent, ne viderentur absque omni spe commodi decimas restituisse sed monachorum precibus fruerentur, in quibus eo tempore multum collocabatur præsidii. Inde nouæ clericorum lites & iurgia. Aeque *monachi* reputabantur esse *laici*: ad minimum clerici sibi ex hac restitutione parum consuli credebant; inde id egerunt, in id omnes neruos intenderunt, ne monachi a laicis reciperent decimas, sed receptas ecclesiis redderent. Quandoque etiam monasteria *redimebant* decimas a laicis soluto pretio. Id vero pariter vetitum fuit, ad minimum, ne id fieret sine consensu *episcopi*. In *concilio Melesitano anno* 1089. celebrato *c.* 5. apud HARDVINVM *tom. VI. p.* 2. *concil. p.* 1685. hac de re ita cautum: *nullus laicus decimas suas, aut ecclesiam aut quicquid ecclesiastici iuris est, sine consensu episcopi vel Romani concessione pontificis monasteriis aut canonicis offerre præsumat.* Idem repetitum ab ALEXANDRO III. in *concilio Lateran.* anno 1179. celebrato, vt §. 40. declarandum erit. Sed consensum episcoporum facile impetrabant monasteria, quandoque etiam soluta pecuniæ summa. Inde *redemtiones altarium*, quæ in antiquis monumentis occurrunt, vi quarum monasteria ecclesias *cum consensu episcopi* possidebant, & omne lucrum cum decimis ex iis percipiebant, constituto *vicario*, quam *personam* dixere, qui sacra ibidem administraret. Hac ratione etiam monasteriis variæ obuenerunt decimæ, quæ etiam adhuc hodie ab iis detinentur. Conf. PETRVS de MARCA *ad c.* 7. *concil. Clarmont. p.* 263. *edit. Lipsi.*

Sententia concilii Lateranensis de decimis a laicis possessis.

§. XXVI. Quæ cum ita sunt, facile liquet, quæ sit sententia *concilii Lateranensis* III. sub ALEXANDRO III. anno 1179. celebrati, in quo interpretes iuris canonici omne quærunt præsidium. In *canon.* 9 apud HARDVINVM *tom. VI. p.* 2. *p.* 1687. hæc præmittuntur: *Ecclesias sane & decimas de manu laicorum sine consensu episcoporum tam illos, quam quoscunque alios religiosos recipere prohibemus, dimissis etiam, quas contra tenorem istum moderno tempore receperunt.* Hic canon specialim directus est contra *fratres templi & hospitalis* & subinde contra cereros *religiosos*, qui cristas contra episcopos erexerant, *ecclesias* de manu laicorum, a quibus adhuc detinebantur, receperant, & *decimas* præterea eodem titulo acquisiuerant. Aegre id ferebant episcopi, quorum

Digitized by Google

rum res agebatur, & omnibus modis emendandum curabant. Sæpius enim iam conſtitutum erat, nec decimas *ſine conſenſu epiſcopi* de *manu laicorum* acciperent. In *c.* 14. laicorum audacia, vt dicitur, perſtringitur, quod, auctoritate epiſcoporum neglecta, clericos inſtituant in eccleſiis, quas *iure feudi* tenebant, adeoque ſui iuris eſſe credebant, presbyteros iis præficere, imo & bona eccleſiaſtica pro lubitu diſtribuere. Speciatim de decimis hæc edicunt: *prohibemus etiam, ne laici decimas cum animarum ſuarum periculo detinentes in alios laicos poſſint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & eccleſiæ non tradiderit, chriſtiana ſepultura priuetur.* Repetitur hic textus in *c.* 19. *X. h. t.* Sed loco *tradiderit* ſubſtitutum eſt *reddiderit*, certo ſane indicio, patres omnino intendiſſe exemplo antecedentium conciliorum, *eccleſiis ſimpliciter eſſe reddendas decimas*, non vero, quod vulgo adſtruitur, decimas laicorum hoc canone eſſe toleratas.

§. XXVII. Obſeruat id ipſum THOMASSINVS *P. III. de diſcipl. vet. & nou. lib. I. c.* 8. *§.* 7. &, *ea pene*, ait, *omnium animos occupauit opinio, a concilio Lateranenſi III. toleratas ſaltim fuiſſe decimas, quas laici obtinerent vel hactenus obtinuiſſent, vt iam de iis controuerſia illis fieri non poſſet, dum ne nouas vllas aut inuaderent ipſi, aut ab epiſcopis acciperent. Vereor autem, vt ſatis certa ſit hæc decimarum infeodatarum epocha. Vulgo ita ſibi perſuadent, legitime eas poſſideri, ſi ante concilium hoc Lateranenſe III. poſſidere cœpiſſent, nequaquam vero, ſi poſterius. Ei ſententiæ ſunt, quæ contra obtinere poſſunt. Nam eius concilii & verba & ſententiæ a ſuperioribus conciliis nec transuerſum vnguem deflectunt, exerteque vociferantur, apertum ſalutis æternæ diſcrimen adiri, ſi laici decimas retineant. Non conceditur, vt antiquas tuto retineant, dum nouas ne accumulent: nec in canone nec in concilio verbum eſt vllum, quo id ſignificetur, aut vel leuiſſime innuatur.* Res, meo iudicio, plana eſt, ſi de mente huius concilii quæritur, quæ noui iuris & præſidii nihil laicis attribuit, quod tamen interpretum iudicio factum eſt. Vnico mouentur fundamento hoc, quod non cogantur laici decimas reſtituere, ſed tantum prohibeantur, eas in alios transferre ex ſententia CANISII *ad h. tit. cap.* 13. *n.* 8. In quo hæ minime toleratæ.

§. XXVIII. Id tamen inficias iri nequit, hos, qui cauſam laicorum tuebantur aduerſus clericos, mox poſt concilium hanc interpretationem huic canoni dediſſe, & inde *iura laicorum* defendiſſe. Hæc adeo mox tam altas in animis plerorumque egit radices, vt vel ab ipſis pontificibus Quamuis interpretatione ſubſequente id conſtitutum fuerit.

Digitized by Google

cibus poſtea fuerit recepta. INNOCENTIVS III. in *c.* 7. *X. de his, quæ fiunt a prælat. ſine conſ. capit.* eam recepit interpretationem, vt verba vltima oſtendunt. *Hoc autem*, ait, *de illis decimis intelligimus, quæ laicis in feudum perpetuo ſunt conceſſæ*, quas a laicis reuocari non poſſe, ex ſententia *concilii Lateranenſis* arbitratus eſt. Ex eadem interpretatione profluxit EIVSDEM ſententia in *c.* 25. *X. h. t.* qua contendit, *occaſione decimationis antiquæ (licet in feudum decimæ ſint conceſſæ) eſſe decimas noualium vſurpandas, cum in talibus non ſit extendenda licentia*, per *concilium Lateranenſe* indulta, vt optime INNOCENTIVM explicat ALTESERRA *in comm. ad Innocent. decret. c.* 25. *h. t.* Propagauit ALEXANDER IV. in *c.* 2. *cod. in* 6. *verſ. hanc.* hanc interpretationem &, *illas autem decimas*, ait, *intelligimus poſſe taliter a religioſis de manibus laicorum recipi vel acquiri, quæ* ANTE LATERANENSE CONCILIVM *ipſis laicis in feudum perpetuo fuere conceſſæ.* Simili ratione VRBANI II. decretum in *concilio Claromontano* interpretati ſunt feudiſtæ, vt *tituli* quidem ante illud in feudum dati ſubſiſtere deberent, non autem, qui poſtea dati fuiſſe probarentur, I. *f.* 6. *pr.* quamuis vix credibile ſit, VRBANVM II. id ipſum intendiſſe.

Fundamentum reuocandarum decimarum quæritur in concilio Lateranenſi.

§. XXIX. Hac de cauſa quando interpretes de decimarum a *laicis* poſſeſſarum reuocatione agunt, omne fere præſidium in hoc *concilio Lateranenſi* quærunt, & illas tantum iuſte poſſideri aſſerunt, quæ ante illud *iure feudi* fuere acquiſitæ, idque probandum eſſe. Quia vero hæc probatio hodierno tempore admodum difficilis, ne dicam fere impoſſibilis eſt, (quis enim originem decimarum vltra ſex ſecula demonſtrauerit?) rurſus in quæſtionem vocant, annon hodie *tempus immemoriale*, cuius initii non extat memoria, probaſſe ſuffecerit? HOSTIENSIS id ipſum negat: contrarium placet HENRICO CANISIO *ad h. tit. c.* 13. *n* 9. quod laici tanta temporis vetuſtate muniti non tam *præſcriptione* nitantur, quam *præſumtione tituli*, quæ exſurgit ex *lapſu temporis immemorialis*, quod videlicet laicus maioresue eius licite, i. e. ante *concilium Lateranenſe*, decimas feudi titulo poſſederint. Præſumtio hæc fundata in doctrina, quam ſupra *tit. de præſcript.* adſtruxi, quamuis non adeo in *hypotheſi* tuta ſit. Quid enim ſi eccleſia, quæ vindicat decimas, ex antiquis documentis docere poſſit contrarium? quid ſi poſſit oſtendere, illam eccleſiam demum eſſe erectam poſt *concilium Lateranenſe* aut ante tria vel quatuor ſecula eas adhuc in patrimonio eccleſiæ fuiſſe? Ceſſabit omnino eo caſu præſumtio iuſti tituli, quam ex lapſu immemorialis temporis deriuant. Hæc ſunt, quæ *in theſi* doctores eccleſiæ Romanæ vno ore docent.

§. XXX.

Digitized by Google

In praxi tamen ægre admittitur.

§. XXX. An *in praxi* quoque ad hæc principia recurrant, valde dubito, cum non tantum inter *proteſtantes*, ſed inter *catholicos* maxima decimarum pars a laicis poſſideatur, *bonis patrimonialibus* accenſeatur, & adeo in commercio ſit, vt quouis titulo in alium transferri queat, exceptis illis decimis, quæ *iure feudi* ab epiſcopo tenentur, obſeruante ipſo ESPENIO *P. III. iur. eccleſ. tit.* 32. *c.* 4. §. 38. *ſqq.* idque, vt addit, contra *concilii Lateranenſis* & decreti GREGORII IX. in *c. f. X. b. t.* diſpoſitionem. Hæc praxis contraria indigitat, omnes conatus epiſcoporum in conciliis, decimas eccleſiis vindicantium, inanes fuiſſe. Et quin hodie quoque inanes futuri ſint, prorſus perſuaſiſſimum habeo. Non hic agitur de iure vnius alteriusue, ſed de tot aliorum præſertim nobilium iure. Quodſi vni alteriue ex prætenſo *concilii Lateranenſis* fundamento controverſia moueretur, communem cauſam ceteri omnes decimarum poſſeſſores facerent, perſuaſi, ſibi *ordinis beneficium* imminere. Sunt plerique poſſeſſores *ſtatus prouinciales:* horum auctoritas multum ponderis habet, vt, quæ in *theſi* adferuntur, applicatione omni deſtituantur. Infinita alia eſſent in ipſo clero reformanda, ſi omnia ad veterum conciliorum doctrinam eſſent componenda. Quod ſi clerici ad decimarum reuocationem proni antiquos vel antiquatos canones vrgeant, laicis infinita alia ex canonibus antiquis in promtu ſunt, quorum praxin ante omnia in clero vrgere poſſunt, quam ægre in ſemetipſo admittent. Rectius itaque faciunt, ſi taceant, ſi ſua forte contenti viuant, ſi laicos in *poſſeſſione decimarum* haud turbent, quas repetere non poſſunt, niſi etiam ipſimet ſe componere velint ad antiquorum conciliorum ſtatus. Aſt quanta metamorphoſis rerum, quanta reformatio tunc eſſet exſpectanda! Quod vni iuſtum, alteri quoque iuſtum eſſet debet.

Cauſæ iuſtificantes laicorum decimas.

§. XXXI. Ne vero ex hoc ſolo fundamento cauſam *laicorum* tueri videar, ad id, quod caput rei eſt, procedo. THOMAS Aquinas magnæ inter Catholicos auctoritatis, licet decimas *iure diuino* clericis dabitas arbitretur, ſubtili tamen diſtinctione adlata, eas *iuſte* a *laicis* poſſideri credit. Ita enim *ſecunda ſecundæ qu.* 87. *art.* 3. *in resp. ad obi.* 3. philoſophatur: *ſicut res nomine decimæ acceptæ poteſt eccleſia alicui tradere: ita etiam poteſt eis concedere, vt dandas decimas ipſi accipiant, iure accipiendi miniſtris eccleſiæ reſeruato.* Retinet ergo eccleſia ipſum *ius* ſine vllo *effectu*. ipſum *exercitium* laici recte habent poſſidentque. Poſſunt hac philoſophia ſubtili ſe tueri Romanæ eccleſiæ addicti, quibus perſuaſum eſt, decimas *iure diuino* clericis deberi. Sed ne quidem omnes hac delectan-

Digitized by Google

lectantur doctrina. PAVLVS SARPIVS *in tr. de benef.* a communi doctrina recedit, cuius verba retuli *in iur. paroch. sect. 7. c.* 1. §. 5. quem etiam laudat B. THOMASIVS ad *Lancell. institut. iur. can. lib. 2. tit.* 26. §. 3. *p.* 1135. *sqq.* Palmarium eorum, qui decimas ex *iure diuino* clericis asserunt, fundamentum ex erroneo deducitur principio, presbyteros & diaconos in ius *sacerdotum* & *Leuitarum* fœderis veteris transiisse, quo nihil a veritate alienius fingi potest. Nunquam Saluator, nullibi apostoli hoc inculcarunt dogma, nec patres ecclesiæ primitiuæ necessitatem præstandarum decimarum agnouerunt. Oblationibus pauperes, eosque, qui in clero erant, aluerunt. Ignorata fuit mystica interpretatio, quam BARONIVS *in annal ad an.* 57. *n.* 76. procudit, quod *per Melchisedecum regem & sacerdotem Christianæ religionis sacerdotium prafiguratum, & per Abrahamum, qui illi decimam dedit, laici omnes adumbrati fuerint.* Huiusmodi adumbrationes plures finguntur a clericis, vt causæ suæ male fundatæ seruiant, qui tamen vt plurimum lusu ingenii falsarumque imaginationum decepti sunt. Rationes iuris Mosaici ita comparatæ sunt, vt clero hodierno minus conueniant, licet vel maxime quoddam *sacerdotium* sibi attribuere posset. Leges de *decimis* sunt vtique *forenses*, statui iudaicæ reipubl. accommodatissimæ, Leuitisque ex singulari prorsus ratione applicatæ. Otium mihi hic facit SAMVEL BASNAGE, vir clariss. *in cit. diss. de decimis*, vt pluribus hanc causam exornare argumentis haud opus videatur.

Decimæ ecclesiis debentur iure mere ecclesiastico & instar bonorum ecclesiasticorum censendæ.

§. XXXII. Conclamatum itaque est, *decimas ecclesiis* duntaxat *iure ecclesiastico*, h. e. ab episcopis clericisque condito, quod nonnunquam ab imperantibus approbatum est, testibus capitularibus, deberi, nec a reliquo ecclesiæ patrimonio distingui. Sicuti hoc pauperum clericorumque vsibus inseruit, ita pariter decimæ. Agnouere id patres in *concilio Matisconensi II. c.* 5 apud HARDVINVM *tom. IV. concil. p.* 461. docentes, quod sacerdotes *aut in pauperum vsum aut in redemtionem captiuorum* decimas erogent In *concil. Nannet* post ann. 895. §. 20. apud EVND. *tom. VI. p.* 1. *concil. p.* 459. dicuntur *pauperum & hospitum & peregrinorum stipendia*, & in *concil. Eborac.* de *anno* 1195. *c.* 8. apud EVND. *tom. VI. p.* 2. *p.* 1331 appellantur *tributa egentium animarum.* Nota adhuc hoc tempore, h. e. anno 585. erat doctrina, *bona ecclesiæ esse patrimonium pauperum*, adeoque decimæ quoque in eundem censum relatæ. Sicuti bona cetera ecclesiæ in potestate episcopi erant, ita & prouentus decimarum iuxta *concilium Wormatiense de anno* 868. *c.* 59.

Digitized by Google

c. 59. apud HARDVINVM *tom. V. concil. p.* 745. *vt decimæ in poteſtate epiſcopi ſint, qualiter a presbyteris diſpenſentur,* & *ſynod. Auguſt. c.* 10. de anno 952. apud EVND. *tom. VI. p.* I. *p.* 618. vbi idem repetitur. Conf. BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 730. 834. & 1172. Diuidebantur olim reditus eccleſiaſtici in quatuor, alibi in tres partes. Decimis idem ius datum erat, non diverſum, iuxta *concil. Nannet. alleg. l.* HINCMARI Remenſ. *capit.* apud RVNDEM *tom. V. conc. p.* 396. *c.* 16. *Vt ex decimis quatuor portiones fiant iuxta inſtitutionem canonicam &c.* Conf. *capit. Caroli M. de anno* 801. *c.* 44. apud BALVZ. *tom. I. p.* 356. & de *anno* 805 *c.* 23. *ibid. p.* 428. 1104 & 1208. Sicuti vero tractu temporis hæc diuiſio in plerisque locis obliuioni tradita, & prouentus bonorum ſolis ceſſere clericis, ita quoque decimæ eadem fata eademque iura habuere, quod poſſeſſoribus laicis eo magis ius ſuum confirmat, quoniam alia bona eccleſiaſtica variis ex cauſis alienata & in laicos translata ſunt, quæ hodie nullo vindicari poſſunt iure.

§ XXXIII. Ex hac obſeruatione iudicium ferendum de *decimarum præſcriptione*, quæ infinitis inuoluitur ſcopulis ex ſuppoſitis principiis erroneis. Et quidem circa *præſcriptionem* plures emergere poſſunt quæſtiones: (I) An laici eas contra eccleſiam præſcribere poſſint? (II) An eccleſia contra eccleſiam? (III) Quatenus laicus contra laicum? (IV) Quatenus præſcriptione amittantur? Formantur quæſtiones de præſcriptione decimarum.

§. XXXIV. In prima quæſtione plerique omnem præſcriptionem, quam tamen in ceteris *bonis eccleſiaſticis* admittunt, excludunt, nec *quadragenariam* ad eas pertinere contendunt. Idque ex his potiſſimum argumentis; α) *quod laici decimas detinere non poſſint, & ſic nulla valeant eas præſcribere ratione*, vt ait ALEXANDER III. *in c.* 7. *in f. X. de præſcript.* cum GREGORIO VII. *in c.* 1. C. 16. *qu.* 7. cum in omni præſcriptione poſſeſſio neceſſaria ſit: β) quod *decimæ non ab hominibus, ſed ab ipſo domino ſint inſtitutæ*, iudice EODEM *in c.* 14. *X. h. t.* quæ autem *iuris diuini* ſunt, illa nulla præſcriptione conuelli poſſunt: γ) quod *ſiue eas ab epiſcopo ſiue a regibus vel quibuslibet perſonis acceperint, niſi eas eccleſiæ reddiderint, ſacrilegii crimen committere & æternæ damnationis periculum incurrere dicantur*, iudice GREGORIO VII. *cit. l.* Denique δ) quod ad debitum pertineant *annus*, quæ omnem excludunt præſcriptionem. Ita non tantum argumentantur Romanæ eccleſiæ doctores, ſed etiam quidam ex proteſtantibus, VITBERLICH. *P. II. concl.* 4. *n.* 24. CARPZ. *P. II. C.* 2. *def.* 4. *num.* 1 *ſeqq.* ibique ESBACH. BRVNNEM. *Lib. II. iur. eccleſ. c.* 6. §. 10 aliique. Interim hæc argumenta Romanæ eccleſiæ propria, non vero An laici decimas contra eccleſias præſcribere poſſint?

Digitized by Google

proteſtantibus cum illis communia ſunt, licet quidam ea ſine debito examine reguſtent. Imo, ſi verum fateri licet, ne quidem in vniuerſum hæc ipſa ab iis, qui ſacris pontificiis addicti ſunt, recipiuntur, vt plenius declarat HARPRECHT *conſil* 14. *n.* 174. *ſeqq*.

Reſoluuntur dubia.

§. XXXV. Videlicet decimas a laicis poſſideri non poſſe, figmentum eſt eorum, qui eas *iuris diuini* eſſe cenſuerunt, (quod iam negatum eſt,) & *rebus ſpiritualibus* annumerarunt. Fuiſſe eas quoad *maximam partem* a ſuis primordiis in *patrimonio eccleſiæ*, quis negauerit? fuit ergo res *eccleſiaſtica*, non *ſpiritualis*, niſi omnem rem *eccleſiaſticam* per ſuperſtitionem intolerabilem vocare velis *ſpiritualem*. *Spirituale* eſt, quod mentem atque animam paſcit, non quod ventrem eorum, qui ſe *ſpirituales κατ' ἐξοχὴν* dicunt. Denique *ſpiritualia* a laicis poſſideri non poſſe, quis crederet? Vere *ſpiritualia* æque pro *laicis* ac *clericis* ſunt inſtituta: illis æqualiter vtuntur, nec ſolos clericos verbo & ſacramentis paſcendos eſſe CHRISTVS præcipit. Hæc ſunt *vere ſpiritualia*, omnibus communia Chriſtianis, nec in cleri monopolio. Decepti admodum ſunt hoc fuco laici, quod ſoli clerici ſint *ſpirituales*: quod ſoli nomine *eccleſiæ* veniant, & huic datum illis tanquam *ſpiritualibus* debeatur, adeoque etiam *ſpirituale* dicendum, a quo *laici*, vt *carnales*, ſeculo inſeruientes, mundani, & tanquam *canes* a *ſancto* veniant excludendi, vt olim PETRVS LICETVS cenſuit obſeruante Dn. THOMASIO *ad Lancell. inſtit. lib. I. tit.* 4. *n.* 41. §. 2. Sicuti vero, quod ad *res eccleſiæ* olim ſpectauit, non abſolute omni exemtum eſt commercio, ita & decimæ, quæ, vt alia *bona eccleſiaſtica*, varia occaſione alienata, & ab antiquo in feudum data ſunt; & ſicuti illa, ita quoque hæ *præſcriptionem* admittunt, & ſic non *ſpirituales* ſed rectius *res eccleſiaſticas* dicendas eſſe decimas, iam obſeruauit HARPRECHT. *cit. l. n.* 175. ſi ad primordia earum recurrimus. Poſtquam autem ab eccleſia ſecularibus conceſſæ ſunt, non amplius priorem qualitatem habent, ſed ſunt in ſingulorum patrimonio, & ſtylo clericali, dicendæ ſunt *res temporales*, cenſente PETRO BARBOSA *ad l* 35. *n* 41. *ſ. ſolut matrim.* Inde quoque alterum corruit argumentum, quod licet in *theſi*, reſpectu habito ad rempublicam iudaicam, verum ſit; in *hypotheſi* tamen ad clericos noui teſtamenti applicatum admitti nullo modo poteſt, prout ſupra euictum. Hac reiecta hypotheſi, terrium quoque argumentum inane eſt HILDEBRANDI terriculamentum, quo plura alia ad papatum ſtabiliendum finxit, vt mores eius docent, quos acri cenſura iam olim perſtrinxit

Digitized by Google

ſtrinxit THEODORICVS Virdunenſis epiſcopus in *epiſt.* ad eum ſcripta anno 1080. apud MARTENIVM & DVRANDVM in *theſauro aneed. P.* I. *p.* 214.

§. XXXVI. Vltimum argumentum vix tangunt decimarum patroni, quod miratus ſum. Maius robur tamen habet, quàm priora, prout ex iis, quæ *tit. de præſcript. §. 4. ſeqq.* attuli, conſtat, vbi tamen etiam huius cuolui laqueos. Vnicum, quod adhuc ſupereſt dubium, *loco alleg.* haud tactum, hic paucis excutiendum eſt. In *l.* 46. §. 9. *C. de epiſc. & cleric.* de *annalibus legatis*, eccleſiis vel piis locis debitis hæc IVSTINIANVS edixit: *Manere igitur perpetuo IPSOS OBNOXIOS huiusmodi dationibus ſancimus: adeo vt ſi qua fiat alienatio, & ipſa irrita ſit: & hi, qui quandoque præerunt piis locis, licentiam habeant perſequi, & exigere ipſa, nullo temporis præſcriptione opponenda ipſis, CVM PER VNVMQVEMQVE ANNVM TALIS NASCATVR ACTIO.* In hac ratione aut euidenter errauit TRIBONIANVS, vt argumenta *tit. de præſcript. cit. l.* adducta oſtendunt, aut, quod probabilius eſt, ſingulare quid in fauorem *annalium legatorum*, piis cauſis relictorum, & quidem in *perpetuam* defuncti *memoriam*, conſtituere voluit. Non nouum eſt, rationes *inadæquatas* & ſæpe *erroneas* adduci, *veras* autem vel ſupprimi vel obiter allegari. Prohibet Imperator *cit. l.* transactionem ſuper *annalibus legatis*, & quidem ſatis recte, α) quod talia legata ſint reuera *alimenta* clero aut pauperibus relicta, de quibus nulla valet transactio ſine decreto: *l.* 8. *D. de tranſact.* β) quod defunctus in *ſui memoriam* hæc reliquerit, quæ in *perpetuum* conſeruari non poſſet, ſi præſcriptioni locus eſſet. Expreſſe ait: *neque perpetuo defuncti memoria, ob quod & annuum hoc reliquit, conſeruabitur, ſed ſtatim extinguetur vna cum ipſa relictorum interiens alienatione;* & poſt pauca: *vt & nomen & memoria defuncti & annui reditus in ipſis operibus perpetuo conſeruentur.* Fieret ergo talis transactio contra voluntatem & intentionem defuncti, quod præcauere voluit Imperator. Hæ vero rationes cum *decimis* nihil commune habent: propriæ ſunt *annalibus legatis*, ita, vt dictum, qualificatis, non in conſequentiam trahendæ. Denique ad *ius decimarum*, quod *reale* eſt, inſtarque *ſeruitutum* ſe habet, prædiisque cohæret, haud applicandæ, quæ de *obligatione perpetua præſtandi annalia* loquuntur.

De annuorum præſcriptione.

§. XXXVII. Præſcriptionem autem *immemorialem* hic vt plurimum deſiderant, ſed eam non ex eisdem petunt argumentis. Alii hoc vtuntur argumento, quod, cum pontificis *ſingulari priuilegio* laici de-

Qualis præſcriptio hic neceſſaria ſit?

Digitized by Google

decimas acquirere possint, merito quoque idem effectus *immemoriali praescriptioni* attribui debeat, quæ vim *priuilegii* habeat, vt censet HARPRECHT *cit. l. n.* 187. Ecclesiæ Romanæ assecias hoc argumento vti non adeo mirandum est, qui omnia pontifici suo tribuunt, & ita κατ' ἄνθρωπον disputant. Nostrates parum hoc argumento proficiunt, qui *pontificis priuilegio* nihil tribuunt, nec ex eius concessione *expressa* vel *tacita* ius decimarum petunt. Nonnulli huc dilabuntur, vt censeant, ex tali præscriptione nasci *praesumtionem*, decimas a laicis ante *concilium Lateranense III.* iam acquisitas fuisse, & ita optimo solidoque possideri iure, prout §. 20. iam obseruatum est, & HARPRECHTVS *cit. l. n.* 196. *seqq.* ex doctrina Romanæ ecclesiæ obseruat. Ceterum quam lubrico se hi pelago immittant, qui huic traditioni adhærent, *cit.* §. 21. iam ostendi. Ego nunquam sane auctor essem possessori decimarum catholico, vt ad hoc principium recurreret, quod supponit, ecclesiæ restituendas esse decimas, & nisi restitutæ fuerint, sacrilegium committi. Id intendit *concilium Lateranense*, & pontifices, eius interpretes. At vero tot seculorum vsus contrarius docuit, hoc concilium, ad aliorum canonum exemplum, nunquam in praxi recipi potuisse, nec hodie receptum esse, vt præsidium lubricum & cauillationibus obnoxium in eo quæsieris. Sufficiet ergo pontificiis *praescriptio immemorialis*, qua vel ideo opus habebunt, quia iure pontificio omnis præscriptio in iis est damnata, *c. 7. in f. de praescript. c. 1 C. 16. qu. 7.* qua prohibitione tamen non continetur *immemorialis*, vt obseruaui supra ad *tit. de praescript.* §. 35. Protestantes hac opus non habent, sed contra ecclesiam, decimas vindicantem, tuti sunt *praescriptione quadragenaria.* Nam 1) supra iam obseruaui, decimas a reliquo ecclesiæ patrimonio non esse distinguendas: 2) clericis non deberi decimas ex *iure diuino*, sed ex iure ecclesiastico, cum tamen omnis præscriptio in iis sit ideo sublata, quod laici earum censeantur incapaces, & quod iure diuino nostro clero sint assignatæ.

Decimæ iuxta instrumentum pacis debitæ.

§. XXXVIII. Quodsi A. C. statibus decimæ debentur e catholicorum prouinciis, his vel sola possessio anni 1624. sufficit, nec, vt ad aliquam aliam præscriptionem recurratur, necesse est. Instrumentum pacis *art. V.* §. 46. has in tuto collocauit loco, & de iis hoc disposuit modo: *illi vero reditus, census, DECIMAE, pensiones, quae vigore iam dictae pacis religionis, statibus Augustanae confessionis ob immediatas, vel mediatas functiones ecclesiasticas ante vel post pacem religiosam acquisitas e catholicorum prouinciis debentur, quorumque in possessione vel quasi percipiendi*

Digitized by Google

endi anno 1624 *die primo Ianuarii fuerunt, absque vlla exceptione soluantur.* Statuum A. C. hic tantum fit mentio; aſt de his potiſſimum hic non agitur, vti grauamina, ante pacem Osnabrugenſem oblata, oſtendunt. Quaeſtio potiſſimum eſt de ſtatuum ſubditis, eccleſiis, aliisque corporibus, quæ ex catholicorum terris decimas antea habuerunt, quæque ex intuitu *diſſidii religionis* denegabantur. Præterea vero de iis quoque decimis, quæ fundationibus iam deſtructis ex alieno territorio debebantur, cauendum fuit, ne alioquin proteſtantibus opponi potuiſſet exceptio, deſtructo fundamento, ius petendi nullum amplius ſupereſſe. Fuerunt plura monaſteria in territoriis proteſtantium ſita, quibus ab antiquo ex catholicorum terris debebantur decimæ. His deſtructis, bona tamen ad ea olim pertinentia cum reliquo iure ſuperfuere, & in plerisque locis ad cameram principis tracta ſunt. Ita vero de hoc caſu *cit. art. V* §. 47. cautum eſt: *Reditus etiam, nec non DECIMAE, canones & penſiones Auguſtanæ confeſſionis ſtatibus, fundationibus iam deſtructis & collapſis, ex alienis territoriis debitæ iis exſoluantur, qui anno milleſimo ſexenteſimo vigeſimo quarto die prima Ianuarii in poſſeſſione perceptionis vel quaſi fuerunt: Quæ vero ab anno* 1624 *deſtructæ fuerunt, aut in futurum concident, earum penſiones etiam in alienis territoriis domino deſtructi monaſterii ſeu loci, in quo id ſitum eſt, exſoluantur.* Pertinent ergo hoc vltimo caſu decimæ ad dominum territorii, in quo id monaſterium, iam deſtructum, ſitum eſt. Sicuti vero id diſerte conſtitutum eſt inter *diuerſæ religionis* conſortes; ita applicari ad eos nequit, qui eidem religioni ſunt addicti, nec inter hos ad hunc *terminum decretorium* prouocari poteſt, ſed potius, lite mota, iuris communis diſpoſitio obtinere debet.

§. XXXIX. Secundus huius quæſtionis articulus concernit *præſcriptionem decimarum vniuſ eccleſiæ contra aliam.* Hoc vel contingit, ſi eccleſia parochialis vltra *limites parochiales* decimas in alia parochia præſcribit, vel ſi monaſteria contra eccleſias parochiales easdem præſcribere intendunt. Illo caſu *quadraginta* anni quidem ſufficiunt, quia tamen hæc præſcriptio eſt contra *ius commune*, præſcribens quoque titulum allegare & probare debet. *Nam licet ei*, inquit pontifex in *c. 1. de præſcript. in* 6. *quirem præſcribit eccleſiaſticam, ſi ſibi non eſt contrarium ius commune, vel contra eum præſumtio non habetur, ſufficiat bona fides; vbi tamen ei ius commune contrarium, vel habetur præſumtio contra ipſum, bona fides non ſufficit: ſed eſt titulus neceſſarius, qui poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi.* Propter *bonam fidem*, quam ius canonicum ſingulariter in omni

De præſcriptione decimarum vniuſ eccleſiæ contra aliam,

Digitized by Google

præſcriptione deſiderat, hoc introductum, quæ allegatione & probatione *tituli* firmatur: *titulus* enim ab omni ſiniſtra ſuſpicione, quæ ex *præſumtione contraria* nata erat, poſſeſſorem liberat. Iam vero *de iure communi* decimæ debentur eccleſiæ parochiali ex fundis intra parochiam ſitis; *c.* 29. *X. h. t.* quodſi ergo vel epiſcopus, capitulum, vel alius clericus ius decimarum in aliena parochia ſibi aſſerat, contra *ius commune* ſibi quid tribuit, & ita præſumtione ſiniſtra laborat. Quocirca vel *titulum*, vt bonam fidem ſuæ præſcriptioni eo firmius conciliet, probare, vel *immemoriali tempore* ſe munire debet. Talem præſcriptionem, quæ vice *tituli* eſt, in defectu tituli admittit pontifex *cit. l. in f.* adeoque rurſus vt plurimum *præſcriptio immemorialis* hic deſideratur.

vel monaſteriorum contra eccleſias.

§. XL. Idem obtinebit in altero caſu, ſi a corporibus aliis piis, quorſum etiam *ordines militares* pertinent, decimæ vindicentur. Iam ſupra §. 25. obſeruaui, non ſine murmuratione clericorum paſſim cum aliis bonis decimas monaſteriis fuiſſe conceſſas liberalitate laicorum, qui eas diuturno tempore poſſederant. Imo id tandem prohibitum, quod difficilior earum redderetur repetitio a monachis aliisque corporibus piis, vtut alioquin bona monaſteriorum cenſerentur eccleſiaſtica, & monachi *clericorum* numero tandem adſcripti eſſent. Hac de cauſa rurſus ALEXANDER III. *in concilio Lateranenſi*, tam decantato, prohibuit, *ne decimas de manu laicorum* SINE CONSENSV EPISCOPORVM (quorum primario intererat) *tam fratres templi & hoſpitalis, quam etiam quicunque alii religioſi recipiant. c.* 3. *X. de priuil.* Dedit hæc prohibitio monaſteriis, ordinibus, capitulisque anſam, *priuilegio papali* ſibi libertatem acquirendi decimas a laicis, cuius generis diplomata paſſim exſtant, vt obſervat PETRVS DE MARCA *ad c.* 7. *concil. Claromont. p.* 265. *edit. Lipſ.* Diſtinctius fata decimarum a monaſteriis poſſeſſarum enarrat ex antiquitatibus ESPENIVS *P. II. iur. eccleſ. tit.* 33. *c.* 5. quæ hac in quæſtione de *præſcriptione* vſum habent, vt inde liqueat, eam itidem contra *ius commune* eſſe; vindicanti ergo parocho non alia quam titulata præſcriptio 40. annorum, vel, non probato titulo, *immemorialis* obſtabit, ſi ſecundum *principia iuris canonici* iudicandum eſt, id quod non ſatis perpendit perſonatus SYRINGIVS in *aur. prax. decim. c.* 10. *caſ.* 21. *p.* 442. *ſeqq.*

De præſcriptione decimarum, ſi inter ſolos laicos lis vertitur.

§. XLI. Tertius articulus concernit præſcriptionem decimarum *a laicis* poſſeſſarum contra alios *laicos*. Ipſi catholici ſcriptores fatentur, decimas *laicales*, vt vocant, ab alio *ſeculari patrimonio* non diſtin-

Digitized by Google

distingui, vt optime obseruat ESPEN. *cit. l. c.* 4. § 38. *sqq.* multo magis inter protestantes hæc sententia recipienda, & cauendum est, ne iura canonica de decimis *ecclesiasticis* dispositia ad *seculares* trahantur. Differunt enim in plurimis, quod paucis hic præmittendum. (I) Difficilius *ecclesiasticæ*; vt reliquum ecclesiæ patrimonium, alienantur; facilius *seculares*, quæ venduntur, in feudum dantur, aliisue modis alienantur, vt aliæ res in commercio existentes. (II) De his contenditur in iudicio seculari, quia in ius mere *seculare* transiere: KLOCK. *vol. IV. cons.* I. *n.* 104. *sqq.* sed de iis in consistorio KLOCK. *vol. IV. cons.* I. *n.* 98. GAIL. I. *Obs.* 38. CARPZOV. *lib.* I. *iur. consist. def.* 138. *n.* 5. *seqq.* (III) Ad illas soluendas etiam excommunicatione cogi possunt possessores prædiorum, etiam secundum I. P. *art. V* §. 48. Ad has soluendas contumaces remediis cogantur ciuilibus. (IV) Parochialis ecclesia habet intentionem fundatam, etiam quoad *noualia; c.* 29. *X. h. t.* non item nobiles, seculares decimas per *totum districtum* parochiæ possidentes. Mirum ergo non est, si (V) quoque respectu *præscriptionis* quædam differentia hic deprehendatur. Magnopere sane cœcutiunt, qui illud vulgatum iuris canonici: *decimas non esse præscriptibiles*, in ore habent. Catholici a *secularibus* decimis, quarum possessionis vel quasi inter se sunt capaces laici, hanc remouent sententiam, quas *iure mere ciuili* æstimandas esse recte censent. Qui petunt argumenta a doctrina de *annuis*, quorum præscriptionem itidem in dubium vocant, eos supra iam deferendos esse censui; ne dicam argumenta a fautoribus huius dogmatis adduci solita tangere præscriptionem immunitatis a *decimis*, non vero ad casum *acquirendi* huius *iuris* pertinere, de quo hic vnice agitur. Decimæ scilicet seculares, si iuxta ius commune considerantur, ad instar *seruitutum* se habent, & actione *confessoria vtili* vindicari, vel *negatoria* in dubium vocari possunt. Nihil ergo prohibet, quo minus doctrina iuris communis de *præscriptione seruitutum* huc trahatur. De his vero insignes altercationes supersesse, manifestum est. Distinguendum esse opinor, vtrum quis *titulum*, seu *bonum possessionis initium*, vt dicitur in *l.* 12. *C. de long. temp. in f.* habeat, nec ne? Priori casu decem vel viginti annos, vt in rebus immobilibus, quibus hæc iura inhærent, sufficere vel inde liquet, quod seruitutes & alia iura exemplo rerum *immobilium* acquiri possint. *l.* 2. *C de seru. & aequ.* Olim quidem *rerum incorporalium* vsucapio vires non habebat; *l.* 14. *de seruit. l* 4. §. 27. *de vsurp. & vsuc.* ast ius prætorium, quod *ex æquitate* varias excogitauit exceptiones, his quoque vsum *præscriptionum* applicauit, quod iure codicis eo magis firma-

Differentia decimarum secularium & ecclesiasticarum.

Quo tempore inter laicos præscribantur decimæ?

Digitized by Google

firmatum, quo ad inſtar *rerum immobilium* iura hæc habentur per *cit. l.* & *l.* 12. Si deeſt *titulus*, olim loco tituli erat *vetuſtas*, vel *longa conſuetudo*, vt obſeruaui *tit. de præſcript.* §. 36. Inde ANTON. in *l.* 1. *C. de ſeruit.* & *aq.* notanter ait: *is, qui iudex erit, longi temporis conſuetudinem vicem ſeruitutis obtinere ſciet.* Hanc *longi temporis conſuetudinem* abſolui decem vel viginti annis cenſet ill. COCCEI. *diſſ. de extraord. præſcript.* §. 48. cum in hoc ſpatio *longum tempus* conſiſtat. *l.* 1. *C. de long. temp. præſcript.* Verum ſi ea conferuntur, quæ *tit. de præſcript.* §. 36. dixi, vix eſt, vt in hoc acquieſcere poſſimus tempore. Diuturnus vſus & longum tempus pro ſubſtrata materia eſt determinandum. Si de *rebus corporalibus* vſucapiendis quæſtio eſt, *longi temporis* ſpatium certum eſt: ſi de *acquirendis ſeruitutibus* iuribusque, vbi titulus doceri nequit, *longum tempus* & *diuturnus vſus* non habet certam determinationem, ſed in *vetuſtate*, memoriam hominum excedente, conſiſtit, vti textus ad *tit. de præſcript* adducti euidenter docent. Aiunt, domini *patientiam* & *ſcientiam* eſſe loco *tituli*: verum id nunquam iura Romana loquuntur, *ſcientiam* domini requirunt *cit. l.* 2. ſed hanc ideo, ne poſſeſſio ſit *clandeſtina*, quæ nullum poſſet habere effectum. Scire debet dominus exercitium iuris: at eo ipſo non ſtatim admittit, concedirque ius, & in ſeruitutem conſentit. Poteſt errare, & iuſta credulitate deceptus exiſtimare, alteri ſeruitutem competere. Aliud ergo *ſcientia* intuitu poſſeſſionis: & aliud eſt *conſenſus* in ipſum ius ſeruitutis: hic ſi adeſt, vel vna die poſſet acquiri ſeruitus, nec *præſcriptione* opus foret. Cetcrum cum iure codicis etiam actionibus, quæ *perpetuæ* videbantur, ſeu nullis temporibus limitabantur, ſpatium 30. annorum præſcriptum ſit, vt conſtat ex *l.* 5. *in f. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* etiam in decimarum præſcriptione, ſi *titulus* oſtendi nequit, triginta annorum curſus ſufficiet, modo *bona fides* eum comitatur, quam ius canonicum etiam in hac præſcriptione deſiderat. *c. f. X. de præſcript.*

De præſcriptione decimarum extinctiua præſuppoſita.

§. XLII. Vltimum præſcriptionis caput eſt, quo decimarum ius *amittitur*, & *immunitas* ab iis acquiratur. Eædem, ſi non grauiores, hic difficultates mouentur, quæ in primo membro iam ſunt tactæ. Has vt ſuperare eo rectius queam, præmitto (I) non de *iure prouinciali* hic quæri, ſed de *iure communi*. Iure *prouinciali* omnem tolli poſſe præſcriptionem immunitatis a decimis, plusquam manifeſtum eſt, quod exemplo *ordinat. Magdeb. polit.* demonſtraui *ad tit. de præſcript.* §. 23. ſimulque §. 20. *ſqq.* aliorum locorum ſanctiones adduxi, quibus hæc

Digitized by Google

hæc præſcriptio eſt admiſſa. (II) Quoad *ius commune* rationes *iuris ciuilis* a *iuris canonici* propriis diſtingui debent. Qui illis nituntur, ad doctrinam de *annuis*, nullo tempore præſcribendis, prouocant, litesque, inter BVLGARVM & MARTINVM olim exortas, hic adferunt, quas *cit. l. tit. de præſcript.* §. 5. *ſqq.* reſolui. Sicuti ergo de *iure ciuili* ſeruitutes, ſiue *quotidianæ* ſiue *non quotidianæ* fuerint, non-vſu amittuntur, *l.* 7. *quemadmodum ſeru. amitt.* ſicuti immunitas a collectis annuatim præſtandis præſcriptione acquiri poteſt, *l.* 4 *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. l. f. C. de fund. patrim.* HARPRECHT *diſſ de præſcript. immunit. a collect.* § 31. *ſq.* ita non dubium eſt, quin etiam ſecundum *rationes ciuiles* ius decimarum, quod prædiis ad inſtar *ſeruitutum* & *collectarum* inhæret, *non-vſu* amitti poſſit. Iuris ciuilis rationes.

§. XLII. Ipſum ius canonicum in hac materia peculiares habet rationes, quæ tamen non omnibus, ſed *eccleſiaſticis* tantum decimis propriæ ſunt, qua de cauſa de *ſecularibus* primo loco videndum. In his facilius *præſcriptionem immunitatis* admittunt, quia rationes, quas contra præſcriptionem decimarum *eccleſiaſticarum* adferunt, hic ceſſant. REBVFFVS *de decim. qu.* 13 *n.* 55. Sicuti vero ſeruitutes *non-quotidianæ* amittuntur *duplicato tempore*, ita quoque decimas *reales* tanto temporis ſpatio amitti poſſe crederem, cum confeſſoriæ actioni poſt hoc tempus nullus vlterius ſit locus per *l.* 7. *cit.* Nec huc trahi debet *quadragenaria præſcriptio*, quæ in *l. f. C. de fund. patrim.* deſideratur, quippe quæ ad immunitatem a canone publico, *principi ſoluendo*, acquirendam referenda eſt, non *priuatorum iura* tangit. Alia quippe eſt ratio *rerum priuatarum*, alia rerum in *patrimonio principis* exiſtentium per *cit. l f.* quæ non æque facile præſcriptione amittuntur, vt *res fiſci*. Inſigne vero præterea argumentum *cit. l. f.* contra eos præbet, qui omnem *annuarum penſionum* præſcriptionem reiiciunt, cum tamen etiam intra 40. annos immunitas a præſtatione huius annui canonis acquiri queat. Iuris canonici rationes (1) in ſecularibus.

§. XLIII. *Eccleſiaſticas* decimas etiam *quadraginta* annorum ſpatio amitti, & ſic *immunitatem* contra eccleſiam intra hoc tempus præſcribi poſſe, forſan dixeris, cum decimæ a reliquo eccleſiæ patrimonio non adeo ſint diſtinguendæ. Sed hic fluctus ingentes ab interpretibus mouentur, cum in principiis circa *decimas* haud conueniant. Alia eſt philoſophia *proteſtantium*: alia & longe diuerſa *catholicorum*. Videndum ergo, vtrum lis ſit inter *catholicos*, an *proteſtantes?* Illo caſu multis difficultatibus inuoluta eſt hæc præſcriptio, ex illis principiis, quæ inter ſe admittere tenentur. Collegit ea, & quantum recte iudico, approbauit (2) in eccleſiaſticis. Quoad catholicos difficultates plures occurrunt.

Digitized by Google

KLOCK. *vol. IV. conf.* I. *n.* 306. *ſqq.* Aït, decimas rem eſſe impræſcriptibilem, nec vllo amitti poſſe tempore, 1) quia eas Deus ſibi reſeruauit in ſignum vniuerſalis dominii: *c.* 26. & 33. *X. h. t.* 2) quod, poſita immunitate a decimis, DEVS haud honoraretur ex ſubſtantia hominum contra præceptum diuinum: *Prouerb. III.* 3) quod conſuetudo quantumcunque longa nullas ſoluendi decimas tanquam peccati nutritiua non valeat, & ea non obſtante illæ peti poſſint: 4) quod eccleſia ex iſta exemtione magnum notorie grauamen ſentiat, adeoque nec conſuetudo, illam approbans, valere queat: *c.* I & *ſ. X. de conſuet.* 5) quod grauiſſimum crimen incurrant, qui decimas ſoluere detrectant, & ſic crimen hoc diuturnitate temporis excuſari nequeat: 6) quod ex præcepto diuino ſacerdotibus debitæ ſint, nec Chriſtus hanc legem ſuſtulerit, quin potius approbauerit: 7) quod laici in effectu decimas ſibi retineant, quarum poſſeſſionis incapaces ſint, quam tamen præſcriptio deſideret: 8) quod in tali præſcriptione deficiat *bona fides*, cum omnes ſciant, decimas eſſe Dei, atque ex lege diuina eſſe præſtandas: 9) quod etiam non petitæ offerri ſponte debuerint. Addit adhuc alias rationes, quæ etiam ad *decimas laicales* applicari poſſunt, quas infra ſub examen reuocabo.

Rationes negantium.

Rationes affirmantium vel ſecundum quid vel abſolute.

§. XLIV. Mediam quodammodo viam tenet PETRVS GIBERNIVS *ad auth. quas actiones C. de SS. eccleſ. cap.* 3. & cum eo plures, VEANTON. FABER *in C. lib.* 7. *tit.* 13. *def.* 14. aſſerentes, decimas *in totum* tolli non poſſe; facilius *pro parte*, vt non præciſe decima, ſed alia præſtetur, & ita decimarum quantitas minuatur. *Non poteſt*, ait *cit. l. n.* 26., *mirum videri, ſi noſtræ ætatis inſtituta non exigantur præciſe ad leges Moſaicas, & ad modum illis præſcriptum, quod alia ſit ratio cleri apud Chriſtianos inſtituti, quam Leuitarum in veteri teſtamento fuerit: vnde non videtur hæc decimarum diſpoſitio tam ſtricte neque ad amuſſim vsque ſeruanda eſſe, cum ceſſent multæ rationes.* In alia omnia tranſit cum COVARRVVIA *lib.* I. *reſol. var. c.* 17. *n.* 10. CANISIVS *ad h. tit. cap.* 15. 16. immunitatemque a præſtandis decimis *tempore immemoriali* præſcribi poſſe cenſet. Addit, difficilius ius decimarum, quod *ſpirituale* eſt, acquiri poſſe a laico: facilius *immunitatem*, quod ius a laicis poſſideri poteſt, cum non ſit *ſpirituale*. Ad argumenta, quæ ex KLOCKII doctrina allata ſunt, reſpondet *cit. l. n* 17. Huic ſententiæ etiam accedit WIESTNER *ad h. tit. n.* 57. *& ſeq.* adeo vt plus temporis requirere non videatur, quam quod, vt ait, ad præſcribendum aduerſus eccleſiam deſideratur.

§. XLV.

Digitized by Google

§. XLV. Iam elige, cui dicas, tu mihi ſola places. Omnia turbida, omnia intuta eſſe videntur. Tentabo tamen, vtrum, quantum fieri poteſt, ex his laqueis Romanæ eccleſiæ aſſeclas, quorum perſonam iam ſuſtinebo, extricare queam. Scilicet ex hactenus dictis liquet, (1) quæſtionem hanc eſſe *problematicam*, &, ſalua fide catholica, de ea in vtramque diſputari partem poſſe. (2) Agnouere prudentiores ex doctoribus Romanæ eccleſiæ, obligationem *iuris diuini* in ſoluendis decimis non eſſe in nouo teſtamento eandem, quæ fuit in veteri, ſtante republ. iudaica. Si vel maxime ergo ſuppono, decimas ita eſſe iuris diuini, vt etiam quocunque in nouo obligent fœdere, non tamen inde fluit, *immunitatem* ab iis ſoluendis intuitu eccleſiæ parochialis præſcriptione acquiri non poſſe. Olim Leuitæ & Sacerdotes de *decimis & oblationibus* vnice paſcebantur: nulla alia bona reditusque eorum officio ſacro aſſignata erant, adeo, vt ne quidem partem in diuiſione terræ promiſſæ caperent, nec ſecundum inſtitutum diuinum eam poſſidere poſſent. Præbendæ pinguiſſimæ, quibus hodie clerici paſcuntur, illis ignotæ erant: iura ſtolæ, hodie vſitata, exulabant, &, vt laconico more vtar, ſine *decimis*, pro ſtatu illius temporis, viuere non poterant. Status eccleſiæ noui teſtamenti prorſus a *veteri* diuerſus eſt. Aliunde habent parochi reditus, quibus aluntur: patrimonium eccleſiæ ſuum fecerunt, & ſine *decimis* viuere poſſunt. Si hæ vnicum eſſent cleri patrimonium, omnino haberent, quod præſcriptioni immunitatis opponere poſſent, quarum amiſſio tamen aliunde ſuppletur. Non poſſunt detrimentum allegare, quibus aliunde ſatis proſpectum eſt.

Reſoluuntur difficultates inter catholicos.

§. XLVI. Nouum mihi præterea naſcitur argumentum ex doctrina primitiuæ eccleſiæ, quæ *iuris apoſtolici*, imo *diuini* eſſe dicitur. Bona eccleſiæ, a prima inſtructione apoſtolica, fuiſſe *patrimonium pauperum*, plenius ex traditione eccleſiæ docuit IO. LAVNOIVS *de cura eccleſiæ pro miſeris & pauperibus*. Hoc patrimonium pauperibus hodie ereptum eſſe, quis negauerit? imo ne quidem *quarta pauperum* ſupereſt. Non-vſu, & veruſtate temporis immemorialis illam extinctam eſſe, dicendum omnino eſt. Pro ea reducenda non laborant, nec ſolliciti ſunt clerici, qui bonis eccleſiæ paſcuntur, & tamen quis inter pontificios aſſereret, hoc inſtitutum haud eſſe *iuris diuini?* Si ergo *immunitas huius debiti* iuxta doctrinam Romanæ eccleſiæ non-vſu acquiri potuit, quod concedere neceſſum habent, multo magis ergo *non-vſu* decimæ amitti potuere. Si pauperibus prius reſtituitur, quod eorum eſt ex inſtituto *eccleſiæ*

Maxime ex eo, quod clerici decimas pauperibus ſubtraxerint.

Digitized by Google

primitiua, imo *apoſtolicæ*, promtiores quoque laici erunt in ſoluendis decimis, non-vſu amiſſis. Dimittant parochi bona eccleſiaſtica pauperibus; ſolis *oblationibus* & *decimis* cum *epiſcopis* viuant, tunc omnino æquum, imo neceſſarium eſt, vt decimarum ius, vbi lapſu temporis interiit, reſuſcitetur. Hoc erat conſilium PASCHALIS II. vel *verum*, vel *fictum* ſimulatumque, quo HENRICO V. inueſtituram per annulum & baculum extorquere nitebatur. Refertur ad ipſum in epiſtola imperatoris *ad omnes Chriſtianos* apud DODECHINVM *in appendice ad Marianum Scotum ad ann.* 1110. *p.* 467. ita ſcribentis: *Et cum per nuncios noſtros ab ea quaeremus: quid de nobis fieret, a quo regnum noſtrum conſtat, quomodo fere omnia anteceſſores noſtri eccleſiis cancefferunt & tradiderunt?* Subiunxit Papa, *fratres eccleſiæ decimis & oblationibus ſuis contenti ſint: rex vero prædia & regalia, quæ a Carolo & Ludouico, Ottone & Henrico eccleſiis collata ſunt, ſibi & ſucceſſoribus ſuis recipiat & detineat.* Huius conſilii exitus nec ſperari nec obtineri poterat. Reclamabant epiſcopi, nec tam duram legem ſubire volebant. Quis ergo crederet, parochos ceterosque clericos ad caſas redituros, & pinguiſſimos ſuos reditus pauperibus eſſe reſtituturos? Meo iudicio decimas facile relinquent, vt in præſenti, quo ſunt, ſtatu conſeruentur.

An reſpectu Dei immunitas?

§. XLVII. Non omnes tamen hoc modo ſuperati ſunt ſcopuli. Id enim tantum ex hac ratiocinatione fluit, epiſcopos ac parochos ius in *decimas* amiſiſſe, quibus aliunde ſatisfactum eſt, non DEVM. Hic in V. T. ſibi reſeruauit decimas, & ex huius conceſſione eas obtinuere Leuitæ, ac in N. T. ex principiis catholicorum ſacerdotes & parochi. Quodſi ergo vel maxime *non vſus & præſcriptio immunitatis* aliquid roboris contra *clericos* habet & *eccleſiam*, ineffícax tamen erit inuitu Dei, & decimarum ſolutio, non obſtante præſcriptione, adhuc erit *neceſſitatis* ex lege diuina, vt quilibet ad minimum *in conſcientia* obligatus ſit ad decimas *pauperibus* ſoluendas, vel in alios pios vſus erogandas; CHRISTO enim cenſetur oblatum, quod pauperibus datum eſt. Hæc fuit ſententia inter noſtrates BRVNNEMANNI *lib. II. iur. eccleſ. c.* 6. §. 2. aſſerentis, decimam præciſe *iure diuino* eſſe debitam, nec quantitatem mutari poſſe, & quod ſuſtentationi clericorum ſuperſit, ad aliam piam cauſam adhiberi poſſe. Teſtatur præterea gener eiusdem, B. STRYKIVS *in not. ad cit. l.* virum beatum ipſa praxi hanc ſententiam comprobaſſe. Ait: *Non tantum theoretice hoc verum eſſe credidit B. auctor; ſed & theoreticam opinionem praxi priuata exacte comprobauit, dum*

Digitized by Google

dum decimam præciſe omnium ſuorum redituum, imo ſalarii quoque & accidentalium ad pias cauſas impendit, quod licet clam fecerit, propalari enim bona opera nolebat, ne famam in hoc mundo captaſſe videretur; mihi tamen cum de eo ſatis conſtet, vitio non vertetur, ſi poſt obitum beati viri publicum de hac pietate eius teſtimonium feram. Iam pari modo inter catholicos philoſophandum eſſe iudico, qui decimam adhuc in N. T. Deo deberi profitentur. *c.* 14. *X. de decim.* Neque enim, quod Deus ex eorum ſententia ſibi abſolute reſeruauit, vllius temporis lapſu amitti poteſt, adeoque ad minimum *in conſcientia* quilibet obligatus erit, ad decimas *pauperibus* ſoluendas, adeo, vt ſi id non fecerit, peccatum mortale committat, per *confeſſionem* & *ſatisfactionem*, quam in eo deſiderant, expiandum. Loquor enim hic non ex mea ſed ex illorum, quorum perſonam tueor, ſententia. Vtrum vero hæc obſeruatio inter eos praxin inuentura ſit, valde dubito.

§. XLVIII. Inter *proteſtantes* forſan hæc quæſtio minus dubii haberet, ſi modo interpretes rationes rerum eccleſiaſticarum recte ſubducerent. KLOCKIVM argumenta canoniſtarum aſſumſiſſe, iam obſeruaui. Eadem repetit BERLICH. *P.* 2. *concl.* 4. *n.* 24. & *immunitatem* præſcriptione obtineri non poſſe credit, quæ ſententia anſam ſine dubio dedit, vt inter proteſtantes quoque quibusdam in locis *lege prouinciali* omnis prorſus obliterata & abolita ſit præſcriptio. Hæc omnia tolerabilia eſſent, ſi ad decimas *eccleſiaſticas*, parochis ſuppeditandas, reſtringerentur, ad quas rationes ex inſtituto diuino peritæ quadrant: nunc vero id agere videntur, vt *ſecularibus decimis* idem ius ſcribant, & vaniſſimo rationum corraſarum ſtrepitu incautos capiant, ſuasque in partes trahant. Nolo de *ſecularibus* hic rurſus litem mouere, iam §. 42. ſopitam extinctamque. Eccleſiaſticas præſcriptioni *exſtinctiuæ*, vt Dd. loquuntur, omnino ſubiectas eſſe, rationes ſæpe adductæ ſuadent permittuntque. Sunt *patrimonium eccleſiæ*; in claſſem *iuriumeccleſiaſticorum* referri debent, & ita quoque *non vſu* amittuntur, & quidem *quadraginta annorum*, qui tantum *iura eccleſiaſtica* corrumpit. Ita cenſet, totus aliis principiis iuris canonici immerſus CARPZOVIVS *P. II. C.* 2. *def.* 4. & cum eo RICHTER. *P. I. deciſ.* 21. *n.* 50. Vtrumque ſequitur L. B. de LYNCKER *deciſ.* 1168.

Deciſio huius quæſtionis inter proteſtantes.

§. XLIX. Id tamen de illis decimis, quæ ſingulis annis exigi potuerunt, ſine dubio verum eſt: minime vero iis applicandum, quarum vſus rarior, vt ſæpe poſt quinquaginta vel plures annos caſus exiſtat, quo decima exigi potuit. In *pecudum* decimis id contingere poſſe, docet ſequens deciſio *Facultatis iurid.* huius academiæ de menſ. Mart. 1712. quod, quia præ-

In præſcriptione decimarum pecudum peculiaris adeſt ratio.

Digitized by Google

præſens thema illuſtrat, addere placuit. Daß zuforderſt Bekl. der fol. 174. befindl. Urthel wegen der zuerkanten legitimation Folge zu leiſten ſchuldig, und erſcheinet in übrigen aus denen Acten und der Partheyen Vorbringen allenthalben ſo viel, daß der eingewanten ſupplication ohngeachtet es bey dem am 2 Mai. publicirten und fol. 174. befindl. Urthel billig zu laſſen, es ſind auch Bekl. die expenſas retardati proceſſus nach vorhergehender liquidation und erfolgter Mäßigung klagendem Stifte zu erſtatten ſchuldig V. R. W.

Rationes decidendi.

Als das Adel. Stifft Quernheim anfängl. gegen Uhtmöller in Lenningen wegen des Fohlenzehenden geklaget, und ihre Klage auf ihre Zehend-Regiſter gegründet, iſt fol. Act. 48. das Adel. Stifft in poſſeſſione vel quaſi dieſes quæſt. Zehenden geſchützet, Bekl. aber nebſt der zehendpflichtigen Gemeinde zu Lenningen angewieſen worden, daß ſie ihre Freyheit von dieſem onere beſſer beweiſen ſollen. Ob nun wohl Bekl. ſolchen Beweiß fol. Act. 49. angetreten, Zeugen produciret, und dieſelben fol. 59. abhören laſſen, hiernächſt aus deſſen Ausſage ſo viel zu erhellen ſcheinet, daß bey Entrichtung des Blut-Zehenden niemahls in Lenningen auch der Fohlen-Zehenden gelieffert ſeyn ſolle, wie ſolches der erſte Zeuge Johann Meyer rotunde deponiret,

ad art. 1. 3. 5. 6. 10.

und noch ferner durch des andern Zeugen Heinrich Harden Auſſage beſtärcket wird, da er deponiret, daß dem ged. Stift ſolcher Fohlen-Zehende nicht zuſtehe, er auch von 2. Stifts-Dienern gehöret, daß die Fr. Abbatißin von Baar zu ihnen geſagt, daß in keinem Stift-Regiſter zu befinden, ob ſolte das Stift Fohlen zu nehmen berechtiget ſeyn,

ad interrog. gen. 5.

er auch niemahls gehöret hätte, daß der Fohlen-Zehenden abgetragen wäre,

ad art. prob. 3.

welchem auch der dritte Zeuge beytritt, und poſitive ausſaget, daß, ob er gleich ein 70. jähriger Mann und in dem Dorf Lenningen bekandt und erzogen ſey, er doch niemahls von dieſem onere etwas gehöret,

ad art. prob. 1. 2. 3.

noch ihm wiſſend ſey, daß vor dieſem das Stift ſolchen Zehenden jemahls gefordert, da doch vermuthlich in der Zeit ein Exempel müſſe vorkommen ſeyn, da das zehende Fohlen gefordert werden können, hieraus alſo

Digitized by Google

ſo ſo viel zu erhellen ſcheinet, daß die Bekl. ihre Freyheit erwieſen, zumal auch fauor libertatis in Rechten nicht gering iſt, und in dubio für dieſelbe geſprochen werden muß, überdem das klagende Stift ſein Recht per non vſum verlohren haben würde, wenn demſelben vor dieſem der Fohlen-Zehende zugeſtanden, auch noch nicht ausgemachet ſey, daß unter dem Blut-Zehenden der quæſt. Zehenden mit begriffen ſey, wie aus den beygelegten Acten Hermann Höckers contra das Stift Quernheim zu erſehen, in welchen in eadem plane cauſa gegen das Stift erkannt worden:

Weil aber dennoch die Gerechtigkeit, den Fohlen-Zehend zu ziehen, ſo beſchaffen iſt, daß nach der producirten Zeugen Auſſage dieſelbe gar ſelten exerciret werden mag, auch die bey den Actis befindl. Zehend-Regiſter zeigen, daß in der Dorfſchaft Lenningen gar ſelten Fohlen zugezogen und annotiret werden können, und in ſpecie bey Uhtmöllern ſich befindet, daß bis ad annum 1659. es nicht höher als zu 4. Fohlen gebracht worden, und erſt anno 1707. das zehende verfallen geweſen, und dahero wol 60. bis 70. Jahr hingehen können, ehe einmahl der caſus exiſtiret, daß der Fohlen-Zehend gezogen werden könne, alſo der non-vſus daſelbſt nicht allegiret werden mag, vbi occaſio agendi & ius ſuum exercendi non adfuit;

CARPZ. *P.* 2. *C.* 3. *def.* 23. RICHT. *P.* 2. *deciſ.* 86. *n.* 4.
VVLTEI I. *conſ. Marp.* 16. *n.* 70.

wie denn auch, daß in vielen Jahren kein caſus exiſtiret, da dieſer Zehende gefordert werden können, aus dem Zehend-Regiſter deutlich zu erſehen, inzwiſchen dennoch das Stift von Jahren zu Jahren bey einem jedweden Zehend-Pflichtigen die Fohlen annotiret, die quaſi poſſeſſionem iuris ſui dadurch continuiret, und dahero præſumtionem iuris maximam vor ſich hat, welche durch der Zeugen Ausſage nicht eneruiret worden, als welche nur dieſes bekräftiget, daß die Zeugen nicht wüſten, daß bishero der Zehende eingetrieben worden, welches das Stift Quernheim nicht in Abrede iſt, es auch darauf nicht ankommt, weil in 50. 60. oder mehr Jahren keine Gelegenheit vorgefallen, daß ſie ihr Recht exerciren können, dahero, wenn Bekl. ihre Freyheit erweiſen wollen, ſie billig darauf articuliren müſſen, daß der caſus exiſtiret, da das Stift den Fohlen-Zehenden exerciren können, ſolches gleichwohl unterlaſſen, und darnach 40. Jahre verfloſſen geweſen, da nach denen Rechten ausgemachet iſt, daß keine andere als quadragenaria præſcriptio gegen die

Stifter

Stifter als corpora ecclesiastica statt finden könne; zu geschweigen, daß nach vieler Dd. Meynung ad præscribendam libertatem sola negligentia nicht einsten gnug ist, sondern überdem noch erfordert wird, daß die Zehend-Pflichtigen den Fohlen-Zehenden zu liefern interpelliret worden, diese aber contradiciret, und das Stifft Quernheim dabey acquiescíret,

Consil. Argent. vol 1. *cons.* 9 *n.* 181. MATTH. COLER. *Cons.* 1. *n.* 247. GYLMAN. *in Symphor tom* 4. *p.* 1. *n.* 128.

so doch nicht erwiesen worden, wie denn auch das Vorgeben, als ob unter dem Fleisch- und Blut-Zehenden der Fohlen-Zehenden nicht begriffen sey, um deswillen nicht gegründet ist, da das Gegentheil aus der resolution de anno 1628, so fol. Act. 146. befindlich, zu ersehen, auch in vicinia der Fohlen-Zehenden darunter mit begriffen wird, woraus eine starcke præsumtio iuris denen bekanten Rechten nach erwächset, und also um desto mehr Bekl. ihre Freyheit erweisen müssen, ihnen auch nicht zu statten kommen mag, daß gleichwohl in Sachen Helckers gegen das Stifft auf die Freyheit erkannt worden, da alhier der status controuersiæ gantz anders formiret, und per rem iudicatam ausgemachet ist, daß das klagende Stifft in quali possessione des Fohlen-Zehenden sey, welches daselbst nicht zu befinden, auch überdem das Stifft in contrarium die præiudicia wegen der Werbecker vor sich hat, da in simili causa & casu das Stifft obtiniret, so hat nicht anders, als geschehen, erkannt werden mögen.

Quæ desiderantur circa amissionem iuris decimarum,

§. L. Non sine difficultate ergo euictum est, decimarum præstationem *non-vsu* amitti posse. Sed mox nouos offendimus scopulos, circa ipsum *non-vsum* & *negligentiam* occurrentes. Equidem seruitutes aliaque iura *non-vtendo* simpliciter per constitutum tempus amittuntur, si vel maxime quis ignorauerit, sibi tale ius competere, *l.* 19. §. 1. *D. seruit. quemadm. amitt.* Qui *scientiam* & *patientiam* eius, cui seruitus competit, desiderant, aliquid a iuris ratione alienum postulant, obseruante HARPRECHTO *de præscript. immun. a coll. c.* 2. §. 11. Solus *non-vsus* eius, qui occasione vtendi non fuit destitutus, ad amittendum ius reale sufficit. Nec *bonæ fidei* defectus hic allegari potest, quod hæc in præscriptione *acquisitiua*, non item *extinctiua*, sit necessaria, etiam secundum ius canonicum B. STRYK. *de non vs. iur. quæs. C. III n.* 64. *sqq.* Supponit, etiam de *iure canonico*, bona fides *possessionem rei alienæ*, quam quis *acquirere* intendit. Hic agitur

argumentum a seruitutis amissione.

de

Digitized by Google

de *amittendo iure*, alteri com[illegible]e, quod *propria negligentia & culpa* alter amittit, & *per indirectum* tantum libertatem ei, cui hoc ius oneri erat, tribuit. Imo concipi nequit, qua ratione alter in *mala fide* esse queat. Vsus iuris in *libero* positus est *arbitrio* illius, cui id debetur: alter tantum ad *patientiam* tenetur. Si vsus intermittitur, ad hunc neglectum nihil confert is, qui *per indirectum* immunitatem ita acquirit. Neque enim interpellare eum de vsu continuando, multo minus libertatis quoddam edere argumentum debuit. MEV. *p.* 9. *decis.* 164. L. B. de LYNCKER. *resp.* 65. *n.* 58. ROCCA *select. iur. disp.* c. 84. *n.* 10.

§. LI. Hæc in *thesi*, & vbi agitur de seruitute, in *patiendo* consistente, amittenda, vera sunt & plana: impeditiora in *hypothesi* & applicatione ad *ius decimarum* amittendum. Hoc licet fundo inhæreat, non tamen natura eius in *patiendo* consistit: possessores agrorum hic aliquid *præstare* & *facere* tenentur, atque ita magis est instar seruitutis in *faciendo* consistentis, a moribus Germaniæ & iuris canonici rationibus non alienæ. Simile quid occurrit in *l. f* §. 1. *D. de contrab. emt. vendit.* vbi certa quantitas de fundo quotannis præstanda promittebatur, & licet de iure Romano *seruitutis* figuram non haberet, hodie tamen id facilius constitui posse, quis vnquam in dubium vocabit? Ipsum *ius decimarum* id probat. Quid enim aliud est, quam ius fundo inhærens, vi cuius possessor quilibet ad præstandam quotannis certam quantitatem obstringitur? At vero tale ius solo alterius *non vsu* forsan interire non poterit, vt seruitus in *patiendo* consistens. Sciuit possessor, se ad præstandas decimas quotannis teneri, & hæc *scientia* malam fidem inducere videtur, qua omnis omnino impeditur præscriptio. Id vrget, id opponit KLOCK. *vol. IV. cons.* 1. *n.* 321. & *sciuerunt*, ait, *omnes incolæ & possessores bonorum controuersorum ante inceptam hanc præscriptionem, decimas Dei esse, atque sub grauissimis pœnis deberi. Ex scientia vero rei alienæ vel alteri debitæ mala fides demonstratur.* Pergit, &, *in mala fide imo dolo eos esse*, ait, *qui seruitutem hanc decimarum excutere tentant.* Dicis forsan, in culpa est is, cui debentur decimæ, quod eas haud exegerit: illius neglectus sufficit ad ius hoc amittendum; mox in promtu habet KLOCK. *all. l. n.* 456. hanc responsionem: *nec ab hac mala fide excusat omissa canonicorum exactio, quia primo non remissionem ea negligentia in futurum operatur. Secundo, decimæ etiam non petitæ debentur per c. 7. X. h. t. Si ergo statim collectis fructibus debentur, ipse dies collectionis interpellat pro homine, & debitores in mora ac*

In decimis specialis ratio, quæ ius in faciendo consistens supponunt.

An tale ius solo non vsu mitti queat?

Id negant communiter ob defectum bonæ fidei.

Digitized by Google

mala fide conſtituit, & facit, quod Deo inferri decimas iubeat. Ergo ſponte & abſque monitione debentur. Addit, etiam *non-monitos*, ſi ſolutionem differant, peccare; qui autem peccat in omiſſione, nullo poteſt tempore libertatem ſibi acquirere, ſaltim ex mente iuris canonici. *c. f. X de præſcript.* Mediam cum aliis viam tueri videtur B. HARPRECHTVS *all. l. c.* 2. §. 57. quod quidem *bona fides* hic requiratur; (is enim, qui præſcribit, credere debet, ius ſibi competere) non tamen probanda ſit, ſed ex lapſu tanti temporis præſumi debeat, etiam de iure canonico; quod temperamentum tamen non adeo a priori ſententia recedit, cum *mala fides* regulariter ab allegante probanda ſit.

Deciſio. § LII. Qui ita philoſophantur, præſcriptionem, qua ius in re aliena *acquiritur*, temere trahunt ad eam, qua ius alienum in re mea *exſtinguitur* per *non-vſum*. Facilius ius alienum in re mea *exſtinguitur*, quam ius in re aliena *acquiritur*. Idem forſan hic allegari poſſet, quod ad *tit. de præſcript.* §. 56. *ſeq.* de præſcriptione *actionum perſonalium* adduxi, hac tamen differentia occurrente, quod in illis quis ad præſtandum teneatur ex *obligatione*, hic ex *iure in re*; neutrubi vero *rei alienæ* poſſeſſio, circa quam proprie *bona* vel *mala fides* verſatur, deprehendatur. Qui ſcit, ſe quotannis præſtare debere *vſuras* vel *decimas*, non eſt in mala fide, niſi, *interpellatus* non ſoluat. Non *abſolute* tenetur ſoluere, qui haud interpellatus eſt. Quod in *decimis* interpretes diuerſum conſtituant, prout in *iure paroch. ſect. VII. c.* 1. §. 18. obſeruaui, id ex eo inprimis fluit principio, quod etiam in nouo teſtamento Deo debeantur. Id vero ad *decimas ſeculares* non pertinet; imo ne quidem ad *eccleſiaſticas*, quæ *parochis* hodie magis debentur iure *poſitiuo*, quam *diuino*. Denique argumentum ex *c.* 7. X. *h. t.* & quidem ex particula *ſtatim*, non tam ſtringens eſt, vt ei tuto inſiſtendum ſit. Mores circa decimarum præſtationem adeo variant, vt hi, qui non ſoluunt decimas, aut non *ſponte* offerunt, facile a *mala fide* ſe purgare queant. In plurimis locis iam dudum in deſuetudinem abierunt; alibi de certis tantum præſtantur rebus; in *modo* quoque præſtandi eſt diuerſitas. Breuiter: ſola *ſcientia*, quod quis debeat decimas, *malam fidem* non operatur, ſi non fuerint *exactæ*; remiſſæ cenſentur neglectæ; non-vſus iuris alicuius facile ingenerat opinionem aliis, ſe liberatos eſſe vinculo, quod admodum eos grauabat. Et quis cum KLOCKIO exiſtimauerit, ignorantiam iuris hic nullo modo eſſe excuſabilem? Credidit eſſe certi iuris, de quo adhuc peritiores diſceptant & digladiantur.

Iuris

Digitized by Google

Iuris diuini id hodie esse dicit, quod pauciores admittunt, & tamen malæ fidei eos arguit, qui non soluunt decimas, quas ex *iure diuino* sine omni hæsitatione deriuandas esse iudicat. In subsidium vltimo loco aduoco ALEXANDRVM III. in *c.* 4. *X. de præscript* qui quartam decimarum & oblationum quadragenaria præscriptione amitti posse simpliciter statuit, non facta mentione bonæ fidei, quam nimis intempestiue in his, qui libertatem *per indirectum* sibi inde acquirunt, requirunt interpretes.

§. LIII. Verum ne sic quidem in tuto collocauimus loco immunitatem a decimis lapsu temporis acquisitam. Plurimi enim contendunt, hanc immunitatis possessionem demum acquiri *petitione* decimarum a parte eius, cui ius decimarum debetur, & accedente *contradictione* seu denegatione eius, qui decimis obnoxia prædia possidet, & illius accedente *acquiescentia*. In præscriptione immunitatis a collectis id etiam desiderari a plurimis, obseruat HARPRECHT. *de præscript. immun. a collect. c. II.* §. 16. In decimis speciatim id vrget delideratque CASPAR KLOCK. *vol. IV. cons. I. n.* 331. *seqq.* & argumentum a *iuribus negatiuis* eorumque præscriptione deducit. Quam incongrue vero id fiat, facile apparebit, si modo in animum reuocauerimus, hic non de *acquirendo iure negatiuo* agi, sed de *amissione iuris decimarum* per *non-vsum* quæstionem esse. Hanc differentiam hic obseruandam esse, recte censuit HIERONYMVS ROCCA *disp. iur. select. c.* 84. *n.* 14. & 15. & hunc actum *contradictorium* cum *acquiescentia* alterius coniunctum, tunc necessarium esse docet, *quando quis mediante præscriptione vult ACQVIRERE ius nouum: secus tamen*, pergit, *quando vtitur præscriptione ad exstinguendum ius alteri competens, & ad se defendendum contra alterius actionem: tunc enim præscriptio perficitur ex solo cursu temporis & negligentia non petentis absque aliqua possessione, in qua quis constituitur, quando interpellatus contradixit, cum alias nunquam præscriberetur contra actionem.* Ex eo videlicet omnis errandi occasio nata fuisse videtur, quod *in c.* 3. *de R. I. in* 6. traditum fuisse legerint, sine *possessione* præscriptionem non procedere, quæ regula tamen manifeste de *præscriptione acquisitiua* intelligenda est, non de ea, qua ius *non-vsu* amittitur. Vtut enim simul alteri immunitas acquiratur ab onere, id tamen fit magis *per indirectum*, adeoque hac præscriptione non tam *primario* ius *acquiritur*, quam ius acquisitum *exstinguitur*.

An in hac præscriptione requiratur exactio decimarum & subsecuta contradictio?

Digitized by Google

De iure antiquo regum Francorum circa decimas.

§. LIV. Hæc de *præscriptione* circa decimas. Superest, vt de *iure principum circa decimas* agamus. Olim reges Francorum ius circa *decimas* æque ac circa reliqua *bona ecclesiastica* sibi asseruisse, easque in feudum nobilibus dedisse, iam supra cuici. Hoc ius fuisse iniustum, episcopi constituebant, & quidni constituerent, cum admodum quauis occasione dolerent, in laicos bona ecclesiastica cum *decimis* transferri? Neque tamen eo tempore hoc ipsum ab omni *iuris ecclesiastici* ratione alienum videbatur. Nondum bona ecclesiastica facta erant *cleri patrimonium*: indigentes, infirmi, orphani viduæque adhuc alebantur ex penu ecclesiæ: quidni ergo recipi probarique quodammodo potuit, vt *necessitatibus publicis*, ex quarum prouisione tot hominum salus, integritas & vita ipsa penderet, reditus ecclesiastici applicarentur? Hæc quoque versio in rem tot millium hominum *pia* censenda: hæc eundem finem, quem ecclesia in alendis pauperibus intendit, sibi propositum habere credebatur. Plerique hoc approbabant; fucum vero coloremque ecclesiæ fieri allegabant, vt supra *tit. de feudis* obseruaui.

Quod hodie nouo iure canonico reprobatur.

§. LV. Hæc vero hodie in ecclesia Romana ἀσύστατα esse videntur, qualitate rerum ecclesiasticarum ita mutata, vt non sint amplius *pauperum substantia*, sed *cleri patrimonium*. Accedit potestatis ecclesiasticæ formidanda exaltatio, qua firmata, iura imperatorum principumque pristina consenuerunt & exaruerunt. Non ergo adeo mirandum est, hodie in ecclesia Romana omne ius imperatoribus regibusque circa decimas prorsus abiudicari, & soli ecclesiæ capiti adscribi, quod sit *spirituale*. Ita diserte philosophatur INNOCENTIVS III. in *c.* 25 *X. h. t. cum laicis nulla sit de spiritualibus rebus concedendis vel disponendis attributa facultas; imperialis concessio, quantumcunque generaliter fiat, neminem potest a solutione decimarum eximere, quæ diuina constitutione debentur.* In *c.* 31. *X. eod*, vulgata vritur ratione pontifex, *quod laici non possint conferre aliis, quæ ipsi de iure non potuerant possidere.* Inde vix permittet indulgebitque curia Romana principibus catholicis, vt ordinationes circa *decimas* condere queant, exceptis forsan *secularibus*. Quæ in *instrumento pacis* de illis, aliisque bonis ecclesiasticis sunt ordinata, murmurante & reluctante hac curia facta sunt, quod & alii vnice ex ratione salutis necessitatisque publicæ defendunt.

Sententiæ protestantium varia de iure principum circa decimas.

§. LVI. PROTESTANTES ex diuersis principiis in alia omnia eunt, merito tamen illis cauendum, ne ius principum circa *decimas* plus æquo extendant. Sunt, qui eas ad *regalia* referunt; vel *fructibus iurisdictio-*

Digitized by

dictionis attribuunt, eoque potissimum cum REINKINGIO *lib. III. de R. S. & E. cl.* I. *c.* 8. *n.* 11. *seqq.* vtuntur argumento, quod antiquissimo gentium more ius decimarum *regalibus* adscriptum fuerit, qua de causa SAMVEL I *Reg. VIII*, 15. & 17, describens *ius regium* etiam *ius addecimandi reditus vinearum gregisque* enumerat. Addit, ea de causa & occasione olim decimas ad Christianos principes peruenisse, & ab his in feudum datas fuisse. Possent patroni huius causæ etiam prouocare ad exemplum CAROLI M. qui decimas in Saxonia suæ mensæ reseruasse dicitur. Id diserte GOBELINVS PERSONA *in Cosmodr. ætat. VI. c.* 38. apud MEIBOM. *tom.* I. *rerum. Germ. p.* 238. refert. &, *licet decimæ*, ait, *de iure diuino spectare noscantur ad sacerdotes:* CAROLVS *tamen decimam in his partibus mensæ regiæ reseruauit.* Et quis negauerit, decimas, ecclesias abbatiasque medio æuo *iuris regii* fuisse? Ex hoc fonte decimas in feudum datas ortum traxisse, supra obseruaui. Sed & aliis pluribus documentis id probatum dedit MEINDERS *de orig. & iur. decimar. in Westfal. c. IV.*

§. LVII. Ego vero his argumentis non moueor, vt *regalibus* decimas adscribere ausim. Habent quandoque nobiles decimas, non tamen vi *iurisdictionis*, & quod eius fructus sint; (quis enim vnquam connexionem inter *iurisdictionem & decimas* mente concipere potest?) sed aliunde, quod ab antiquo ab episcopis in feudum illis datæ fuerint. Qua de causa, vbi decimæ *desuetudine* exaruerunt, nobiles vi *iurisdictionis* in rusticos illas vindicare sibi nequeunt. Simili ratione etiam principes quasdam decimas in feudum dant, & *dominium directum* in eas retinent; est primordialiter eas eodem acquisiuerunt modo, quo sensim quædam decimæ in manus laicorum peruenere, nec titulus *superioritatis territorialis* hic allegari potest. Ita recte censet HARPRECHT. *resp.* 19. *n.* 15. *seqq.* & *cons.* 14. *n.* 70 *seqq.* Vtitur vero hic etiam his argumentis, quod 2. *f.* 56., quæ *regalia* enumerata sunt, decimæ in censum regalium haud fuerint relatæ, & quod *canon metallicus*, decimas metallorum continens, tantum principi in iure ciuili adscribatur, exceptio vero firmet regulam in non exceptis casibus. His tamen parum tribuo, tum quod nemo adhuc docuerit, complete *regalia* in *cit. tit.* tradi, in quo tantum illa declarata sunt, de quibus eo tempore imperatoribus mouebatur quæstio, testibus GVNTHERO in *ligur. lib.* 8. & RADEVICO *de gest. imp. Friderici I. lib. II. c.* 5. tum etiam quod *canon metallicus* a decimis, de quibus agitur, prorsus alienus sit, & decimæ non tantum fisco, sed etiam domino loci, ex propria quadam ratione adscriptæ sint in *l.* 3. *C. metall. XI.* Lata est hæc constitutio anno 382.

Non pertinent ad regalia decimæ.

Digitized by Google

ab imperatoribus GRATIANO, VALENTINIANO & THEODOSIO & ſic eo tempore, quo decimæ, de quibus hoc titulo agitur, nondum erant introductæ, vt ex *fatis decimarum* ſupra relatis manifeſtum eſt. Quis ergo ſibi aliisque perſuaderet, in hac lege *exceptionem* tradi, cum *regalia* ſeu *ius decimarum* adhuc ignotum eſſet? Vectigal certum fuit hæc *decima metallica*, quod tum *fiſco* tum *domino loci* ſoluendum erat; ſi appellationi ſoli eſſet inhærendum, etiam *decima litis*, cuius fit mentio in §. 1 *l. de pœn. tem. litig. in f.* huc referri deberet, quæ adhuc IVSTINIANO eſt antiquior, teſte BVDAEO *ad l. 2 §. ex eadem paulo poſt, de orig. iur.* Qui *ius circa ſacra & bona eccleſiaſtica* in ſubſidium aduocant non euincunt, decimas ad *regalia* eſſe referendas, cum alioquin princeps quilibet decimas *ſuo iure* vbique repetere, ſuis applicare vſibus, ſubditosque imo ipſas eccleſias ab earum commodo & poſſeſſione arcere poſſit, niſi quis *beneficio principali* eſſet munitus. Fiſco vbique facultas competeret, quoscunque in perceptione decimarum turbandi, & in ius vocandi, niſi *titulum* demonſtrare poſſent, prout moris iurisque in iis eſt *regalibus*, quæ a priuatis poſſidentur. Aſt hæc philoſophia nondum eos, qui alias *fiſci* commoda quærunt, induxit, vt in ſcenam prodirent.

Reſpondetur ad argumenta in contrarium.

§. LVIII. Neque tuto id audere poſſunt, ſi robur argumentorum ſub examen reuocant. Primum, quod a *more gentium vetuſto* petitur, ab hac doctrina alienum eſt. Negari nequit, olim quandoque regibus & magiſtratibus *tributi loco* decimas ſolutas fuiſſe, & huc SAMVELEM, capita *iuris regii*, tunc inter gentes vſitati, referentem reſpexiſſe, prout illuſtrat SPENCER. *de leg. Hebr. ritual. lib. III. diſſ.* I. *c.* 10. *ſect.* I. *n* 2. Aſt hæ *decimæ*, quæ *tributum reipublicæ* erant, haud ſunt confundendæ cum illis, quas DEVS in V. T. Leuitis ſacerdotibusque aſſignauit in *peculiarem ſuſtentationem*, quasque clerus Romanus eccleſiæ *eodem iure* ſibi vindicat. Princepes *ius tributorum* iure regalium omnino exercent, eaque agris fundisque priuatorum imponunt, ſaluis adhuc *decimis*, eccleſiæ, aliisque, qui ab eccleſia ius ſuum habent, præſtandis. Forſan grauius dubium quis inde erueret, conſtitueretque, decimas eſſe reuera *tributi* genus, quod clerici ſibi vindicant iure *eccleſiæ*, quæ *peculiarem rempublicam* conſtituit, & ſic *tributi* iure quoque haud defraudanda. Qua de cauſa *tributa egentium animarum* dicuntur in *c.* 25. *X. h. t. edit. Gonzalez.* Quodſi hoc verbum eſt, vti omnino videtur, proteſtantes, qui eccleſiæ nullum ius tributa exigendi, nec ſtatum reipubl. aſſignant,

Non ſunt tributi ſpecies.

hoc

Digitized by Google

hoc tributum ecclesiasticum reipubl. inique subtractum potius ad *ius principis* referre debent. Enim vero non videndum, quid ex præsenti rerum statu quidam paulo arrogantius asserant; sed quæ vera decimarum ratio ab antiquo fuerit. Defuerunt ecclesiis eo tempore, quo in Germania decimæ inualuerunt, tot opimi reditus, vt clerici quoad maximam partem decimis & oblationibus viuere debuerint, obseruante SCHATENIO *in annal. Paderb. ad ann.* 1295. *p.* II. *p.* 181. Fuerunt olim pauperum & cleri indigentioris præcipuum patrimonium decimæ, non *tributi proprie dicti speciem*, quod *iure reipublicæ* exigeretur, alioquin oblationes in vsum pauperum eodem censendæ forent iure. Si a quibusdam *tributa* dicuntur, sensu id *vulgari* fieri dicendum est, quod singuli contribuant in sustentationem parochorum. Hac de causa etiam decimæ tum a *laicis*, tum a clericis possidentur, non vt *ius* quoddam *publicum*, ad quod tributa pertinent, sed mere *priuatum*.

§. LIX. In altero argumento, ab exemplo CAROLI M. tracto, multum supersest dubii. Ipsum decimas *mensæ suæ* addixisse tam improbabile est, vt potius capitularia & alia testimonia, supra adducta, contrarium loquantur, doceantque, quod etiam SCHATENIVS *cit. l* obseruat, decimas fuisse *episcoporum* & *cleri patrimonium* præcipuum tempore CAROLI M. conf. MEINDERS *cit l. p.* 449. Denique quod addi solet, medio æuo *iuris regii* decimas ecclesiasque fuisse, id quidem eo admitti debet sensu, vt reges Francorum de bonis reditibusque ecclesiæ *quodammodo* disponere, decimasque in feudum dare potuerint; non vero vt simpliciter illas cum reliquo patrimonio sacro ad se & fiscum suum traxerint. Præterea vero reges Francorum plus iusto quandoque potestatem suam in patrimonium ecclesiæ extendisse, annales loquuntur, quique quod non erat *publicum*, non *fisci*, sed, *priuatum*, vt mensuram *iuris regii* & *publici* inde trahere non tuto liceat. Non ergo *sua natura* decimæ ad *regalia* spectant, nec *ex accidente* eo relatæ apparent, id quod nonnunquam alias factum est, vt iura, alias priuata, solius fisci patrimonio, lege publica addicta & ita classi *regalium* inserta fuerint, prout vel *iuris venandi* exemplum ostendit.

An Carolus M. decimas sibi vindicaverit?

Quatenus olim iuris regii fuerint?

§. LX. Quæ cum ita sint 1) facile iudicari potest de *iure noualium*, h. e. fundorum nouiter ad culturam redactorum. De iure canonico, quo omnibus prædiis hoc onus imminet, etiam ex *noualibus* decimæ præstandæ sint, & quidem *ecclesia parochiali*, intra cuius fines siti sunt, vel si extra eam, ad ius episcopale. *c.* 13. *c.* 29. *X. h. t.* ESPEN. *P. II.*

De iure noualium.

iur-

Digitized by Google

Quid noualia?

iur. eccl. tit. 33. *c.* SYRING. *in aur. praxi decim. c.* 7. Ceterum iam olim nonnunquam dubitatum fuiſſe, quid ſit *ager noualis*, liquet ex *c.* 21. *X. de V. S.* Epiſcopus Cæſaraugustanus hoc mouit dubium INNOCENTIO; hic vero illud magis auxit, quam diſſoluit. Ait: *nouale eſſe agrum de nouo ad culturam redactum; de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuerit.* Recte vero obſeruat ESPENIVS *cit. l.* §. 4 non abſolute pontificem definire *noualia*, ſed explicare tantum mentem quorundam pontificum, qui quibusdam piis locis indulſerant de noualibus *immunitatem.* Hanc indulgentiam ſtricte eſſe accipiendam cenſuit pontifex, iuri communi repugnantem, & ita de illis *noualibus* duntaxat intelligendam, quæ definiuit, quod ipſe contextus oſtendit. Ad hanc quæſtionem vero, quæ de decimis ex *noualibus* præſtandis mouetur, ſtrictior hæc acceptio applicari nequit, nec vnice *inculta* ad culturam redacta huc ſpectant. Sunt decimarum mores diuerſiſſimi. In pluribus locis ex pratis, paſcuis hortis & ſyluis non debentur decimæ: quid ergo ſi in formam agri reducantur, maxime ſi ſylua, arboribus exſtirpatis, ad culturam redigitur: ſi maria exſiccantur, ex quibus nullæ hactenus decimæ præſtitæ? Pontifex in *cit. c.* 21. ſyluas tales non videtur ad *noualia* retuliſſe, quia eius intentio non fuit, vt *in genere* eorum definitionem traderet. Dicendum ergo eſt, nouale eſſe *omnem fundum, qui demum nouiter in formam agri eſt redactus, vtut non abſolute incultus fuerit*, & parochos in illum habere intentionem fundatam, quatenus per *totam parochiam* decimas ex agris percipiunt, niſi mores locorum reſiſtant. Id facile conceſſerim, minime *nouale* dicendum eſſe illum fundum, cuius cultura ob tempeſtatem bellicam per plures annos neglecta, & denuo ad culturam tractu temporis reducta eſt, cui antiquo iure decimæ inhærent, illi præſtandæ, qui *ius decimarum* olim in eo obtinuit. HARTM. HARTMANN. *lib.* 2. *tit.* 53. *obſ.* 10.

Decimas noualium proteſtantes attribuunt principibus.

§. LXI. His præſuppoſitis de praxi proteſtantium dicendum. Communis eſt interpretum ſententia, *noualium* decimas *iure territorii* principibus proteſtantibus *conſuetudine vniuerſali* eſſe adſcriptas, quod *inculta* & *deſerta* his propria ſint *t. t. C. de omni agr deſ. l.* 1. *C. de bon. vac* 2. *f.* 56. BVRISCH. *ad I. P. obſ.* 136. MYLER. *de ſtat. imper. c.* 70. SYRING. *cit. l.* §. 7. HARPRECHT *conſ.* 14. *n.* 78. AVCTOR *act. Lindau. p.* 154. LYNCKER. *deciſ.* 1168. B. STRYK. *ad ius eccleſ. Brunnem. lib.* 2. *c.* 6. §. 9. Equidem iam antea obſeruaui, quædam *lege publica prouinciali* regalibus adſcribi poſſe, quæ talia *ſua natura* non ſunt, adeoque in

Digitized by Google

in iis locis, vbi leges huiusmodi vel consuetudines vigent, res salua est, frustra de *iure decimarum noualium* den Rott-Zehenden disputatur, quales constitutiones recenset SYRINGIVS *cit. l.* §. 9. Maior vtique est dubitandi ratio, si de *iure protestantium communi* disceptatio instituitur.

§. LXII. Duo omnino sunt fulcra, quibus ius hoc, principibus adscriptum, defendunt stabiliuntque. Primum petitum est a *iure incultorum*, quod vix stringere videtur. Nam 1) non omnia noualia fiunt ex *incultis agris*, ex *iure territorii* ad principem spectantibus. Plures dantur fundi *priuatorum*, nunc primum ad culturam redacti, siue quod prorsus *inculti* fuerint, nullosque fructus tulerint, siue, quod exstirpatis arboribus, vel exsiccatis aquis in *formam agri* redacti. Ad hoc *ius incultorum* reduci minime potest. Ait SYRINGIVS *cit. l.* §. 8. non obstante iure canonico, principem constituere posse, vt horum agrorum decimæ fisco præstentur. Enimuero non animaduertit SYRINGIVS, hic non agi de *iure constituendo*, sed de *iure constituto*, & quid dicendum sit, si leges prouinciales, quæ *ex accidente* regale nouum producere possunt, deficiunt? Fundamentum primarium petunt ex *iure incultorum*, quod *commune* videtur esse, nec tamen his applicari potest fundis. (2) Si de *incultis publicis* sermo instituitur, illorum concessio vnice ad principem pertinet, & ita rei suæ legem, quam vult, dicere, adeoque vel *decimas* vel aliam *pensionem* sibi reseruare potest. Si hanc non illas, sibi reseruauit, rursus ambiguus hæreo, vtrum fiscus *ius decimarum* exigere queat? Si hoc *regalibus* esset adscriptum, quod antea reiectum est, nullus dubitandi supereſſet locus. Etiam reges & principes de *fundis suis patrimonialibus* olim soluisse decimas, adeo manifestum est, vt in ἀπορίαν vocari nequeat. Nec sequitur: cuius est *fundus publicus*, ille *ius decimarum* haber, quippe quod a *proprietate* longe distat, & diverso plane fundamento nititur. Qui principibus protestantibus *decimas noualium* adscripserunt, id vnice feciſſe videntur ex ea ratione, quod ad *regalia* decimæ referendæ sint. Ait SYRINGIVS *cit. l.* haud admittendum esse, vt iura canonica fundis principum onus imponant; de hoc vero minime quæritur, sed an, si debentur decimæ, eæ principi debeantur? Annon enim hoc casu potius pro *noualium libertate* pronunciandum sit, postea inquirendi locus erit. Ratio primæ huius sententiæ examinatur.

§. LXIII. Alterum fundamentum in *consuetudine vniuersali* collocatur, minime vero probatur. Aeque faciles hic Dd. sunt in as- Ratio altera examinatur.

Digitized by Google

ſerenda conſuetudine, ac in controuerſia de *iure venandi*, quam itidem quidam *conſuetudine vniuerſali* regalibus attribuunt, non tamen probant. Si in quibusdam locis conſuetudo hæc recepta, illa *particularis* eſt, nec inde argumentum ad alia loca ſtrui poteſt. Alia, quæ SYRINGIVS *cit. l.* adfert argumenta, veluti de iure eccleſiaſtico per *inſtrumentum pacis* reſtituto, de iure *tributorum*, prorſus aliena ab hoc loco ſunt; imo ne quidem ſatis ſibi conſtare videtur, dum partim negat, ius percipiendi decimas eſſe *regale*, partim admittit, eſſe *pertinens regalium*, quæ quomodo differant, nec docet, nec forſan diſtincte concipi poteſt.

Decimæ novalium inter proteſtantes non ſunt neceſſitatis.

§. LXIV. Cui ergo debentur decimæ hoc caſu? Dico, nemini ex *neceſſitate*: nec enim proteſtantes ea ducuntur opinatione, præciſe ex omnibus fundis decimas ſoluendas eſſe. Sint decimæ in certis diſtrictibus *vniuerſaliter* receptæ, vel potius ab antiquo rerentæ; non tamen inter noſtrates *præciſe* ad *noualia* exrendendæ. Id pontificii vel ideo faciunt, quia *iure diuino* eas parochis vel clero aſſignatas eſſe contendunt, & ita quoque *noualia* neceſſario decimis ſubiecta eſſe debent. Nos contrarium adſtruimus. Neceſſitatem nullam agnoſcimus in decimis, quæ *lege eccleſiaſtica poſitiua* inualuerunt. Retinuimus easdem, quatenus introductæ, & vt *onus* rebus inhærent, nec in deſuetudinem abiere. Ad nouas introducendas, *deficiente lege prouinciali*, nulla nos cogit neceſſitas, nec ad eas admittendas in iis, qui *nouale* fecerunt, aliqua adeſſe videtur *obligatio perfecta*, ſecundum principia noſtrarum eccleſiarum. Pro *libertate* ergo in dubio magis ſtandum pronunciandumque, quæ illis non inuidenda, qui magnis ſæpe ſumtibus prædia ad culturam deducunt, & ita ſimul reipublicæ proſunt. Denique vix vllibi tam generaliter ius decimarum eſt receptum vt non quidam fundi *Immunitate* gaudeant, quod indicium præbet, non præciſe decimas ex quibuscunque agris eſſe præſtandas; adeoque tutius eſt, vt fundus fruatur libertate *naturali*, quam ante hac habuit. Quodſi vero quis exiſtimauerit, decimis non eximenda noualia (cuius rei tamen nulla nos vrget neceſſitas, cum hi facilius tolli quam *tributa* queant, immunitasque ab his demum noceat reipubl., non item ab illis:) ne ſic quidem præciſe principi præſtandæ, ſed potius *parochis* vel *paſtoribus*. Id quod facile ex *hypotheſi* aduerſantium colligi poteſt. Qui *decimas noualium* neceſſarias eſſe credunt, fundamentum neceſſitatis alimde, quam ex *iure canonico*, trahere nequeunt, quod eas parochis vel epiſcopis aſſignat. Neque enim *ius territoriale*, vt dictum, illas præciſe fundis

Vel ſi præſtandæ, paſtoribus præſtandæ.

im-

Digitized by Google

imponit, lege prouinciali ceſſante, neque vlla alia iuris neceſſitas. Si ergo præciſe præſtandæ, præſtent eccleſiis parochialibus, quibus iudice BEVNNEMANNO *lib. 2. iur. eccl. c. 7. §. 18*, vix commodius quam ex iis proſpici poteſt.

§. LXV. Quodſi regulariter princeps *iure territorii* eas ſibi tribuere nequit, multo minus *nobiles*, decimas ex agris ruſticorum ab antiquo percipientes, vi *iurisdictionis*, vt quidam volunt, ſibi aſſerere poſſunt. Fluxit quidem *iurisdictio patrimonialis* ex *dominica poteſtate*, olim in ruſticos competente: aſt nec ex *hac* decimas prædiorum ruſticorum poſſident, aut antiquitus ſuas fecerunt, quoniam eriam ipſorum *nobilium* agri *decimis parochialibus* ſubiecti fuere. Omne ius decimarum, quod in agros ruſticorum, ſibi ſubditorum, exercent, maioribus ſuis acceptum ferre debent, qui id ab eccleſia *in dubio* variis occaſionibus inpetrarunt, vt aliquoties dictum. Inde vero nouum naſcitur dubium; quod ita olim *eccleſia* omne *ius decimarum* in præſentis poſſeſſoris maiores transtuliſſe, eiusque mentis fuiſſe videatur, vt quod ipſamet in futurum exercere potuiſſet, iam a præſente poſſeſſore exerceatur, ipſeque *iure ceſſo eccleſiæ* vtatur. Noui, vt plurimum nobiles, quibus *generatim* in omnibus ruſticorum agris hoc ius ab antiquo debetur, id intendere, & nonnunquam etiam agreſti plebeculæ impoſuiſſe, vt in *noualibus* decimas ſoluerent. Verum *α)* minime conſtat, aut probari poteſt, olim eccleſiam *omne ius decimarum*, etiam *in futurum* demum acquirendum, in poſſeſſoris maiores transtuliſſe, quæ tantum præſentes decimas, agris iam inhærentes, tradidit. *β)* Nec in dubio id factum fuiſſe credendum, ſed potius conceſſio talis ſtricte accipienda, ſecundum principia, quæ olim in hac doctrina obtinebant. *c. 2. X. de V. S.* *γ)* Idoneum argumentum huc trahi poteſt a præſcriptione decimarum in *aliena parochia*, & alio titulo acquiſitarum. Negat pontifex in *c. 29. X. h. t.* tale *ius decimarum ſingulare*, licet forſan generaliter per totam ſeſe diffundat parochiam, extendendum eſſe ad decimas noualium, *niſi rationabilis cauſa oſtendatur, per quam appareat, noualium ad eos decimas pertinere*, vt addit pontifex *cit. l.* Aſt vero hæc in *poſſeſſoribus* decimarum *laicis* vix concipi poteſt: nullam earum neceſſitatem agnoſcimus, quamuis eam ius canonicum ſemper vrgeat, ſupponatque, adeoque *in dubio* potius rurſus *libertati* fauendum. Denique ex *c. 25. X. h. t, edit.* GONZAL. liquet, iam olim poſſeſſores, quibus generatim *ius decimarum* conceſſum, has *noualium* decimas ſibi arrogaſſe, quod indicat pontifex his verbis (quæ in plerisque editionibus deſunt)

Non nobilibus vi iurisdictionis.

An iure eccleſiæ ceſſo?

Digitized by Google

occaſione præterea veteris decimationis, (ſeu quod quis ex *veteribus agris* ius decimarum in genere habeat) *quam aſſerunt ſibi* (olim ab eccleſia) *conceſſam, aliqui decimas noualium ſibi non metuunt vſurpare. Verum* &c. Adfert quidem rationem decidendi, quam haud admittimus hodie; eam tamen maiores admiſere, adeoque prima conceſſio *indefinita* ſecundum *ſtatum antiquum*, & principia tunc vſitata & recepta, æſtimanda eſt, niſi contraria *conjuetudo* legitime doceatur. WEHNER *in obſerv. voc. noual.* Zehend. SYRING. *in aur. prax. decim.* 7. § 12.

De controverſia olim mota qua ad inſtantiam fiſci nobilibus in ducatu Bremenſi editio tituli inpoſita eſt.

§. LXVI. Præterea quoque ex hactenus adductis principiis reſolui poteſt quæſtio, anno 1691. magnis animi motibus agitata in ducatu Bremenſi, variisque ICtorum conſiliis examinata & excuſſa. Rex Sueciæ edicto publico *d* 31 Ian. 1691. omnibus decimarum poſſeſſoribus iniunxerat imperaueratque, vt *titulum ſuæ poſſeſſionis* intra ſex hebdomadas *ſub pœna priuationis* ederent. Id admodum graue & magni præiudicii ſibi futurum credebant nobiles decimarum poſſeſſores, adeoque ICtorum hinc inde expetierunt conſilia. Reſponſum, quod nomine ordinis ICtorum Vitebergenſium conſcripſit B. STRYKIVS, edidit B. HORN, *in diſſ. de clerico clericum non deciman : in fin.* Tubingenſium ſententiam expreſſit. B. HARPRECHT. *conſ.* 14. Aliorum rationes in compendio retulit SYRINGIVS *in aur. prax. decim. c. X. caſ.* 20.

Fundamenta fiſci regii.

§. LXVII. Fundamenta *fiſci regii* hæc erant: 1) quod in cauſis fiſci *editio inſtrumentorum* indiſtincte locum haberet; 2) quod decimandi ius *regalibus* annumeraretur vi *ſuperioritatis territorialis*; in his vero quilibet ſubditus cogi poſſit ad *edendum titulum* contra principem; 3) quod cum decimæ *eccleſiaſtici iuris* ſint, præſumtio ſit contra poſſeſſores decimarum ſecularium, donec *titulum* oſtenderint; 4) quod rex Sueciæ id eo magis a poſſeſſoribus vrgere poſſet, quod ſucceſſiſſet in ius omne archiepiſcoporum Bremenſium, adeoque ſicuti hi reuocare potuere decimas, iniuſte a laicis poſſeſſas, ita quoque eorum ſucceſſor rex Sueciæ; 5) quod nec *præſcriptio immemorialis* hic titulum faciat, reprobata quippe in decimis.

Rationes examinantur.

§. LXVIII Non dubium eſt, quin principiis erroneis in hac doctrina imbutus ICtus *fiſco regio* hoc ſuggeſſerit conſilium, crediderit que, ita mox pingniſſimas decimas ad fiſci penum trahi, vel ſub prætextu alicuius *iuris putatiui* poſſeſſores adigi poſſe, vt *pro redimenda*, quod aiunt, *vexa* cum fiſco tranſigerent, partemque de tunica ei concede-

Digitized by G

cederent. Tantas non raro vnius hominis erroneis occœcati præiudiciis, nimiumque propriis confidentis viribus, impetus & consilium turbas in republica dare potest, quo tot affliguntur subditi. Cos in hac quæstione omnino in negatiuam transire debuisse eo minus dubii habet, cum pleræque petant id, quod est in quæstione. A *superioritate territoriali* vel a *iure sacrorum ius decimarum* frustra petitur, cui non cohæret, nec minus admittendum est, præscriptionem omnem in hac materia exulare.

§. LXIX. Id videlicet *ex principiis nostris canonici* generaliter & *in thesi* hic quæritur: *an possessores laici decimarum titulum suæ possessionis edere teneantur, vt ne quidem in possessione vel quasi decimarum defendi possint, nisi demonstrato titulo?* Ante omnia videndum, quis editionem tituli vrgeat? aut enim de decimis controuertitur inter *laicos*; aut inter *ecclesiam & laicum possessorem:* aut inter *hunc & principem.* In primo casu nulla est tituli editio necessaria, sed qui decimas vindicat, ius suum probare, & interim possessor in sua possessione vel quasi defendi debet. POSTIVS *de manut. obs.* 44. *n.* 50. Altero casu Romanæ ecclesiæ Dd. vrgent *editionem tituli*, cum possessori iuris communis præsumtio resistat, & decimas laicus possidere nequeat, adeo vt nequidem quadraginta annorum præscriptio sufficiat absque titulo, nec ex sola possessione vel quasi in possessorio defendi possit, nisi *immemorialis præscriptio* statim doceri queat, quo ipso reuera titulus est probatus IDEM *cit. l. n.* 46. *seqq.* MARESCOTTVS *lib.* I *var. resol. c.* II. *n.* 60. *seqq.* Qua de causa etiam in *beneficiis ecclesiasticis* desiderant editionem tituli B. STRYK. *de necess. edend. titul. poss. c.* 5. Vtrum editio tituli in possessorio hic necessaria sit?

§. LXX. Ad protestantium fora id minime trahendum esse arbitror iuxta ea, qua §. *XXXV.* dixi. Nam 1) decimarum non esse capaces laicos haud admittimus, quæ inter nostrates non alio iure quam cetera *bona ecclesiastica* censentur, in quibus editionem tituli haud exigimus: 11) præsumtio iuris communis possessoribus decimarum laicis hodie minime resistit, postquam in quibusdam locis pleræque decimæ a laicis possidentur. Longissimo tractu temporis corroborata est distinctio decimarum *ecclesiasticarum* & *secularium*, & licet forsan hæ ante plura secula ab illis ortum traxerint, scena tamen hoc modo mutata, omnis præsumtio iuris communis, quæ olim possessoribus obiecta est, in fumum abiit, nec amplius hodie applicari potest. Habent *decimarum secularium* possessores æque pro se præsumtionem ac quidem ecclesiæ decimarum ecclesiasticarum possessores, imo ex *qualitate possessorum* vrgens hodie præsumtio De praxi protestantium.

Digitized by Google

naſcitur pro *qualitate decimarum.* Si laicus eas poſſidet, *ſeculares;* ſin eccleſia, *eccleſiaſticæ* præſumuntur. Vanum omnino & ridiculum eſt, hodie omnes decimas adhuc *eccleſiaſticas* præſumi, id quod *euidentiæ rei* repugnat, & ita ab omni probabilitate alienum eſt. Si eccleſia a laico vindicat decimas & vrget editionem *tituli*, ſupponere neceſſario debet, illas eſſe *eccleſiaſticas*, quod tamen, vbi de *titulo* quæritur, in quæſtione eſt, id quod etiam admittit POSTIVS *cit. l. n.* 52. Vnde magnopere cauendum, ne iuris canonici tradita ab hodierno rerum ſtatu prorſus abhorrentia, ſine iudicio applicemus. (III) Supra iam obſeruatum eſt, in foris noſtris *decimas* eodem, quo cetera *bona eccleſiaſtica*, iure cenſeri; ſicuti vero in his non eſt edendus titulus, ita nec in illis.

An princeps poſſit petere editionem tituli?

§. LXXI. Demique ſi de *principe*, tituli editionem poſtulante, formatur quæſtio, præiudicialis quæſtio ante omnia eſt decidenda, an decimæ ad *regalia* ſpectent, & quo iure ad ea relatæ fuerint? In dubio ad illa non ſpectant, prout hactenus dictum eſt. Imo ſi probari poſſet, ad *regalia* decimas referendas eſſe, *immemorialis præſcriptio* tamen poſſeſſores ab *editione tituli* abſolueret, quippe quæ præſumtionem iuris & de iure pro ſe habet, legitimo titulo olim acquiſitas fuiſſe decimas. Conf. HARPRECHT. *cit. conſ.* 14. HORN. *cit. l. inf.* Ne dicam, graue fore, ſi principes proteſtantes ad partes paparum, pro commodo fiſci, inclinare, eas vero relinquere vellent, quas olim FRIDERICVS I. tantâ animi fiducia contra auſus papales, pro poſſeſſoribus decimarum, tuitus eſt in conuentu Geilenhuſano apud ARNOLDVN Lubecenſem *lib. III. chron. Slau. c.* 18. prout ſupra iam obſeruaui. Quodſi in *hypotheſi* ad ducatum Bremenſem hæc applicantur, in quo hæc controuerſia mota, auguror quidem, regem Sueciæ vel ea fuiſſe motum ratione, quod in *iura archiepiſcoporum* antiqua ſucceſſerit, & eorum iure *editionem tituli* vrgere potuerit. Verum quod ipſi archiepiſcopo, ſecundum praxin Germaniæ antiquiſſimam, obiici potuiſſet ex FRIDERICI I. exceptionibus, quibus pontificem repellendum eſſe cenſuit, id quoque regi Sueciæ obſtare debuit, ne recoquam argumenta hactenus allata, quæ etiam ipſos archiepiſcopos repellere potuiſſent.

Proteſtantes principes leges de decimis recte condunt.

§. LXXII. Hæc argumenta quoque oſtendunt declarantque, principibus proteſtantibus, ordinationes circa *decimas* promulgandi, poteſtatem competere, id quod exipſis rerum argumentis liquet. Et quidem quin circa *ſeculares decimas* principi id iuris conceſſum, nemo in dubium vocabit; vtrum circa *eccleſiaſticas* quoque, ſicuti in aliis rebus eccle-

Digitized by Google

ecclesiasticis leges præscribunt ordinantque, constitutiones edere eis in tegrum est, quibus prospiciunt, ne hi, qui pro salute ecclesiæ militant, & animabus hominum inuigilant, debitis defraudentur subsidiis. Ita sane res nostræ comparatæ sunt, vt princeps magis pro augendis ministrorum ecclesiæ, maxime in pagis, salariis quam minuendis debeat esse sollicitus. Nulla vero conuenientior ratio, efficiendi, supereſt, quam per *decimas*, ab ipso Deo olim Leuitis assignatas, adeo, vt in quibus locis desuetudine extinctæ sunt, ceteris paribus, prouidentia principali resuscitari in vsum pastorum possint. Hoc ipso nulla subditis fit iniuria, qui ad alendum pastorem tenentur, præsertim cum moderari pro statu subditorum decimæ queant, quippe quæ ad hanc quantitatem haud sunt adstrictæ. Obseruavit id ipsum præter BRVNNEMANNVM supra laudatum GVILIELMVS WOTTONIVS, theologus anglus in tract. anglice conscripto, quo *iura clericorum in ecclesia Christiana* examinat. Defendit is ipse §. 10. *sqq.* imperantis ius prospiciendi ministris ecclesiæ de subsidiis vitæ necessariis per *decimas*, aliaque media idonea. *Hæc potestas imperantis*, ait, *sequela est eius iuris, quod exercet circa impositionem tributorum, eorumque commoda in vsum conuenientem conuertendi*, & quia vix vllus melior excogitari potest, quam qui alendis ministris ecclesiæ indigentibus impenditur, eius omnino rationem habere debet.

§. LXXIII. Equidem hoc *tributi* genus, maxime super reditibus ecclesiasticis, imponendi, soli pontifici tribuunt Romanæ ecclesiæ doctores. Nec desunt exempla, antiqua & recentiora, quibus demum *ex indultu papali* licitum fuit, colligere decimas ex reditibus ecclesiasticis *pro subsidio bellico* contra Turcas aliosque infideles, eo præsertim tempore, quo cruce signati pro recuperanda terra sancta militarent. vid. MARTENE & DVRANDVS *tom. I. anecdot. p.* 1286. & 1287 & *tom. II.* passim. Verum 1) iam supra quoque obseruatum est, reges Francorum de decimis admodum libere disposuisse, & de iis edidisse sanctiones sine *indultu papali*. Nec vero 2) pontifici integrum est, pro lubitu nationi imponere decimas, aut inuito rege vel principe clerum hoc onere grauare reluctantem & invitum. Nunquam curiæ Romanæ defuit prætextus necessitatis publicæ, religionis, & instantis periculi, quando ad exsoluendas decimas inducere populum huius vel illius gentis nationisque voluit. Non tamen semper res ex voto cessit. Habita est anno 1518 coram imperatore MAXIMILIANO in conuentu principum Germaniæ a legatis LEONIS X. oratio *pro colligendis decimis in expeditionem contra Turcas*, quam refert FREBERVS

An pontifici soli hoc ius concessum imponendi decimas?

tom.

tom. II. rerum Germ. p. 698. *edit. nouiſſ.* Id omni mentis ope omnibusque egerunt viribus, vt Germaniæ proceribus perſuaderent, ſe ſincere agere, nec Romanam curiam, more maiorum, quærere Germaniorum theſauros, ſed ſalutem eccleſiæ & religionis Chriſtianæ integritatem. Non tam credula fuit Germania, vt his artibus deciperetur. Iam aliquoties papa tentauerat tributum clero Germaniæ imponere, ſed fruſtra, SCHILT. *lib. V. de lib. Germ. eccleſ. c.* 10. §. 8. Aliùs ergo modis pecunia corradenda fuit per *indulgentiarum commercium*, imo per impoſitionem *decimarum* infidelium debellandorum gratia.

Germanorum contradictiones.

§. LXXIV. Senſiſſe hoc ipſo tempore, quod indicaui, Germanos artem aulæ Romanæ, *oratio diſſuaſoria* apud eundem FREHERVM *cit. l. p*, 701 eleganter docet. Ait auctor orationis, legatis papalibus forſan a curia Romana dictum fuiſſe: *ite in orbem vniuerſum, prædicate, dicentes: qui crediderit & decimas ſoluerit, ſaluus erit.* Mox impias artes huius fictæ ſollicitudinis denudat, &, *ſub hoc prætextu*, ait, *per hanc fictam pietatem, ſub hoc vmbrato nomine explorare imperitiorem populum, ſugere lac gentium, inebriari mammona regum, dico ſcelus multo eſſe probabilius, quam quæ a turca inferuntur.* Interiectis quibusdam monitis addit: *Pontifices Romani poſtquam cœperunt profana cum ſacris coniungere, imo relictis ſacris ſolum profana admirari, quam bene conſultum fuerit reipubl. chriſtianæ; quam bene placuerit ſuperis ipſorum inſtitutum, euentus comprobauit. Amiſſis externis, interna infinitis ſeditionibus conturbantur; diuina deſpiciuntur, venditur Chriſtus, lana ouium tondetur, de cuſtodia ſtudium nullum.* Speciatim in ſequentibus artes aulæ Romanæ ſubdolas, corradendi pecuniam ex regnis quibuscunque enarrat, grauiterque ſtatus adhortatur, ne in hanc *decimarum* impoſitionem conſentiant. Vicere tamen legatorum perſuaſiones, idque effecerunt, vt in *R. I. de anno* 1518. conſtitutum fuerit: Daß ein jeder Menſch im H. Reich, männliches und weibliches Geſchlechts, ſo zum H. Sacrament gehet und gehen ſoll, die nächſtkünftigen 3. Jahr lang eines jeden Jahrs, zu angeregter expedition und gemeinen Türcken-Zug, **den zehenden Theil eines Römiſchen Gulden** geben und einlegen ſoll. Und damit derſelbe Fürſchlag bey denen Unterthanen ſo vielmehr angenehm, und zu mehren fölgig, ſoll ihnen durch uns allen und jeden andere ihre Bothſchaften tröſtlich und glaubhaft angezeiget werden, daß ſolcher Anſchlag nirgends anderswohin, denn zu dem fürgenommenen Türcken-Zug gebrauchet und angewendet, und darauf dasjenige, was in jeder Obrig-

Digitized by Google

Obrigkeit gefallen wird, daſelbſt bey derſelben Obrigkeit in guter Gewiſſen-Verwahrung behalten ꝛc. Ita præcauere voluerunt ſtatus, ne pecunia hæc, in *publicam cauſam* collecta, per inſidias legatorum Romam deferri poſſet, quod plerique non ſine cauſa metuebant.

§. LXXV. Hæc fuſius quodammodo euoluenda & explicanda fuerunt, vt liquidum planumque fieret, quam caute & ſobrie in applicandis *iuris canonici* principiis inter *proteſtantes* verſandum ſit. Reliqua, quæ inter proteſtantes *ius decimarum* concernunt, ex moribus & conſtitutionibus particularibus potiſſimum petenda ſunt, quæ integris tractatibus a BLVMIO, WERNDLE, SYRINGIO aliisque ſunt excuſſa. Pauca tamen adhuc addam, quæ illuſtrationi textuum huius tituli inſeruiunt. *Decimis realibus* quoscunque agrorum poſſeſſores obnoxios eſſe, vulgata eſt iuris canonici regula, *c.* 4. 23. 24. 29. *X h. t.* (nam *perſonales* vix inter pontificios praxin habent) adeo vt nobiles proceresque, imo etiam reges olim huic tributo ſubiecti fuiſſe legantur, vid. *capitul. Karoli M. de villis c.* 6. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 332. Nec excepti erant coloni epiſcoporum & abbatum, prædia eorum *iure colonario* poſſidentes, ceu liquet ex *concilio Cabilonenſi II. de anno* 813. apud HARDVIN. *tom. IV. concil. p.* 1035. *c.* 19. & GRATIANVM in *c.* 46. C. 16. *qu.* 1. *Decreuit*, aiunt patres, *ſacer iſte conuentus, vt epiſcopi & abbates de agris & vineis, quæ ad ſuum vel fratrum ſtipendium habent, decimas ad eccleſias deferri faciant: familiæ vero ibi dent decimas ſuas, vbi infantes eorum baptizentur, & vbi per totum anni circulum miſſas audiant.*

Reales decimæ generatim fundis inhærent.

§. LXXVI. Et tamen PASCHALIS II. in *c.* 2. *X. h. t.* ait: *Nouum genus exactionis eſt, vt clerici a clericis decimas* (in *append. ad concil. Lateran. p. XIII. c.* 16 apud HARDVINVM *tom. VI. p. II. concil. p.* 1770. legitur: *frugum decimas vel animalium*) *exigant, cum nunquam in lege domini legamus; non enim Leuitæ a Leuitis decimas accepiſſe leguntur. Ibi profecto clerici qui a clericis ſpiritualium miniſteriorum labores accipiunt, decimas ei debent.* Natum inde eſt tralatitium illud: *clericus clericum non decimat*, quod peculiari *diſſ. de clerico clericum non decimante* B. HORNIVS illuſtravit, & §. 10. varietatem lectionis huius textus annotauit. Duæ propoſitiones in hoc textu occurrunt: poſterior ad *exceptionem*, prior ad *regulam* ſpectare videtur, quod vel ratio, ex iure diuino a pontifice deprompta, docet. Pertinere vero ad *exceptionem* illi videntur clerici, qui parochis presbyterisque inferiores ſunt, nec miſſas legunt, iusque ligandi, aut ſoluendi

Non tamen clericus clericum decimare dicitur.

Niſi miniſteriorum ſpiritualium labores ab eo accipiat.

Digitized by Google

minime habent, & ſic a parochis *miniſteriorum ſpiritualium labores* accipiunt, quod etiam de *monachis* dicendum, qui quidem inter *clericos* referuntur, paſſim tamen *miniſteriorum ſpiritualium labores* a presbyteris accipiunt. Equidem ratio adducta tantum *perſonales decimas* reſpicere videtur, ab iis vnice perſoluendas, qui ſacramenta a parochis recipiunt, cum *prædiales* indiſtincte a prædiorum poſſeſſoribus, & ſic etiam a iudæis aliisque infidelibus, *c.* 16. *X. h. t.* ſine reſpectu *ſacrorum*, præſtentur. Verum 1) de *prædialibus* decimis pontificem diſpoſuiſſe, verba ex *appendice concil. Lateran.* adducta docent. Nec 2) ratio tam incongrua aut inſulſa eſt. Ab origine primæua petita eſt, qua æque, vt *oblationes*, quibus *h. t.* æquiparantur, & coniunguntur, ſolutæ ſunt, & ſic reſpectum ad *ſpiritualium laborum miniſterium* habuerunt. Imo fratres ex *oblationibus* & *decimis* vnice olim fere vixiſſe, ſupra obſeruaui, adeoque *ſtipendia militiæ ſacræ* erant. Id ipſum olim præbuit anſam dubitandi in *c.* 18. *X. h. t.* de hominibus certæ eccleſiæ, qui terras in alia parœcia excolant, cuinam eccleſiæ decimas ſoluere debeant? Auctoritates ſanctorum patrum diuerſas ſe reperiſſe fatetur pontifex additque, nondum hanc litem finitam fuiſſe, quæ nullam habuiſſet ambiguitatem, ſi ſimpliciter *poſſeſſoribus, qualibus*, ſine reſpectu *ſacrorum* olim fuiſſent impoſitæ.

Senſus regulæ in applicatione.

§. LXXVII. Ad *regulam* quod attinet, recte monent interpretes, & cum iis B. HORNIVS *cit. l.* eam tantum pertinere ad bona *eccleſiaſtica*, non clericorum *patrimonialia*, quibus decimæ inhærent, & hac de cauſa a clericis quibuscunque præſtari debent. *c.* 42. *C.* 16. *qu.* 1. *Eccleſiaſtica* vero prædia, pro ſtipendio ſacro deputata presbyteris, immunia a decimis voluit pontifex, ſed in *applicatione* meo iudicio latet omnis difficultas. Aut enim quæritur de prædiis *intra limites parochiarum* ſitis, aut in *alieno territorio* conſtitutis. Si ad illa deciſio applicatur, inanis videtur deciſio, cum parochus a ſemet ipſo haud exacturus ſit decimas, niſi, quod forſan papa ſuppoſuit, de eo caſu illam accipiamus, quo plures parochi vni eccleſiæ præſunt, ſingulisque prædia eccleſiaſtica pro *ſtipendio ſacro* ſeorſim aſſignata ſunt; hoc caſu neuter ab altero decimas petit, quas olim tantum parochiani & laici ſoluebant pro *ſacrorum adminiſtratione*, Quodſi vero *minores clerici*, vt lectores, exorciſtæ, cuſtodes in eadem eccleſia adſunt, (quod frequenter accidebat, cum plerique olim ordines minores ambirent) hos ad decimas præſtandas obligari ex *cit. c.* 2 colligitur, prout iam dictum eſt. Id tamen in dubium a pluribus vocari, eo minus mirandum eſt, cum variæ ſint conſuetudines circa decimas, ad quas interpre-

Digitized by Google

pretes non raro ſuas ſententias attemperare conantur. Aegre enim clerici ſuis prædiis, quibus aluntur, hoc onus imponi paſſi ſunt, adeoque per tot temporum decurſum immunitatem obtinuere.

§. LXXVIII. Ad *prædia eccleſiaſtica*, in parochia alterius ſita, difficilius hanc deciſionem applicant, vt docet GONZALEZ ad *c. cit.* 2. ex GOTFRIDO WINDOCINENSI; nam epiſcopos quoque olim ad decimas ſoluendas ex *prædiis eccleſiaſticis* obſtrictos fuiſſe obſeruaui in §. 75. *in f.* Coniunguntur in textu adducto *epiſcopi* & *abbates*, qui ad *eccleſias* deferre decimas iubentur. Sed ad quas? reſpondet GONZALEZ ad *cit. c.* 2., ad *ſuas*, quod prorſus textui contrarium eſt. Nam 1) abbates æquo iure cum epiſcopis cenſentur, quos tamen decimas eccleſiis parochialibus ſoluiſſe, nunquam in dubium vocatum eſt. *c.* 3 & 4. *X. h. t.* Nec 2) quæſtio moueri potuit de decimis, quas epiſcopi ſibimet ipſi ſoluere debuerint. Alteri ſoluuntur decimæ, adeoque *eccleſiæ* intelliguntur *parochiales*, intra quarum fines epiſcopi & abbates prædia, ad ſuam ſuſtentationem deſtinata ſita, habent. His ſuppoſitis, vulgatum illud: *clericus clericum non decimat*, hunc habet ſenſum: collegæ parochi de prædiis intra limites parochiarum ſitis ſibimet ipſis non ſoluunt decimas; eas tamen accipiunt 1) a clericis minoribus, monachisque, qui ab iis *laborum ſpiritualium miniſterium* accipiunt: 2) ab *extraneis* clericis, monachisque, intra limites parochiarum prædia ſtipendiaria poſſidentibus.

Et quoad prædia in aliena parochia ſita.

Senſus regulæ ſpecialior.

§. LXXIX. Monachi itaque a decimarum ſolutione haud fuere immunes, quamuis recentiori æuo *clero* adſcripti fuerint. Olim de eo minus dubitari potuit, poſtquam ſtatus eorum *laicalis* non *clericalis* iudicabatur, & parochiis æque vt alii laici ſuberant. *c.* 3. & 4. *X. h. t.* Id tamen monachis admodum moleſtum fuiſſe, quis negauerit? Plurimi ergo a ſede papali immunitatem a decimis impetrarunt. *Ciſtertienſes*, *Hoſpitalarii*, & *Templarii* eo beneficio paparum vſi ſunt per plura tempora, de iis prædiis, *quæ propriis manibus vel ſumtibus colebant. c.* 9. 10 12. *X. h. t.* VGHELL. *in Ital. ſacratom. I. p.* 383. *nou. edit.* In ſumma olim paupertate viuebant ordinum horum aſſeclæ, omniumque rerum inopia premebantur, quod pontifex ipſe innuit in *c.* 9. *X. h. t.* & in intuitu *paupertatis* hoc priuilegium iis datum eſt. Quis vero ignorat, quam ampliſſima prædia & latifundia poſtea nacti fuerint, vt vel Crœſum diuitiis ſuperare videantur. Id ipſum turbas non leues dedit, cum ex argumento horum bonorum *decimæ parochiales* magnopere fuerint imminutæ. Hac de cauſa in *c.* 34. *X. h. t.* cautum eſt, vt in futurum de *prædiis acquirendis*

Monachi a decimarum ſolutione non fuere immunes,

exceptis quibusdam,

quod poſtea rurſus limitatum.

dis decimas, quæ eis inhærent, ſoluerent, licet vel maxime ea propriis manibus & ſumtibus colerent, quod etiam ad alios regulares, qui gaudent ſimilibus priuilegiis, extenſum, quo ipſo *Templariis* quoque & *Hoſpitalariis* immunitas eſt ademta. Conf. B. HERTIVS de *iuſtit. ord. Ciſtert. libert. ſect.* 2. §. 19. Adeo late enim olim patebat hæc immunitas, vt non tantum ea fruerentur, intuitu prædiorum, monaſteriis [illegible]butorum, quæ propriis ſumtibus colebant, ſed etiam conductorum, quod pontifices generaliter iis *laborum ſuorum* decimas indulſiſſent. *c.* 10. *X. h. t.* Perſpicue id docet ALEXANDER III. in epiſtola *ad epiſcopum Eborenſem* apud MARTENIVM & DVRANDVM *tom. I. theſ. anecdot. p.* 600., in qua ſenſum *c.* 10. *cit.* his declarat verbis: *In eo autem, quod de compellendis monachis albis & nigris, canonicis regularibus & ſecularibus, ad ſoluendas decimas de conductis, quos habent ad terminum vel ad firmam, a nobis tuæ diſcretionis prudentia poſtulauit, te vel alium quemlibet audire vel exaudire nulla ratione poſſemus: niſi manifeſte vellemus obuiare iuſtitiæ & prædeceſſorum noſtrorum inſtitutionibus contraire, ne videremur religionem perſequi, quam ſi forte non habemus in nobis; in aliis diligere & fouere tenemur. Cautum ſiquidem habetur in ſcriptis prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, quod religioſi viri ab exactione decimarum de laboribus ſuis, quos propriis manibus vel ſumtibus colerent, & de nutrimentis animalium ſuorum prorſus eſſent immunes. Sed piæ recordationis Adrianus papa prædeceſſor noſter laborem in noualia pro ſua voluntate conuertit. Illud etiam nos a tua petitionis effectu videtur retrahere, quod in veteri teſtamento non recolimus nos vnquam legiſſe, vt Leuitæ Leuitis decimas perſoluiſſent. In nouo quoque ſicut tua non ignorat diſcretio, non ambigimus eſſe ſtatutum, vt populus eccleſiis illis decimas ſoluant, vbi eccleſiaſtica recipiunt ſacramenta. Inde apoſtolus dicit: non eſt magnum, ſi carnalia veſtra metamus, vbi ſpiritualia ſeminamus &c.* Argumentum a *Leuitis* ad *monachos* tractum adeo lubricum eſt, vt omnes monachos a decimis eximeret, ſi vim haberet, ne dicam, monachos ne quidem eo ſenſu proprie inter *clericos* referri, vti quidem presbyteri, aliisque in ordinibus conſtituti. Adeo miſere philoſophia aulæ Romanæ cohæret, vt non mirandum ſit, ſæpius eam in craſſiſſimos errores, hoc argumentandi genere, dilapſam fuiſſe.

§. LXXX.

Digitized by Google

§. LXXX. Decimæ ſoluendæ de *omnibus quibuscunque fructibus* ſi vel maxime in eodem horto vel agro diuerſa ſemina diuerſis anni temporibus ſparſerint agricolæ, *c.* 21. *X. h. t.* quamuis alias mentio vt plurimum *frugum* vel *frumenti* ſoleat fieri, cum a potiori fiat denominatio, &, vt loquuntur, parochus ex iure communi habeat intentionem fundatam in quoscunque fructus. Proinde 1) mutatio generis fructuum non mutat decimas, MEV. *p.* 9. *dec.* 68. nec ei opponi poteſt, quod ex eo genere fructuum decimas antehac non perceperit parochus, cum *cauſa* magis hic ſpectetur, quam *exercitium*, vt ait L. B. de LYNCKER. *reſponſ.* 170. *n.* 12. h. e. magis ad *ius decimarum* fundo inhærens reſpiciendum, quod circa quoscunque fructus verſatur, quam ad *vſum ſpecificum* circa hos vel illos fructus. 2) Mutatio *qualitatis loci* ius illud rei inhærens non mutat, veluti ſi ex vinea fiat ager arabilis. B. de LYNCKER. *cit. l. n.* 11. & *n.* 20. Soluuntur decimæ de omnibus fructibus.

§. LXXXI. Inde quoque 3) debentur decimæ ex fructibus in agris, qui alias ceſſant, extra ordinem natis prout reſpondit ill. Fac. iurid. huius loci *Menſ Sept.* 1706. ad quæſtionem: Debentur quoque decimæ de fructibus ex agris alias quiescentibus perceptis.

> Ob nicht die Gemeinde zu D. von allen Früchten, und alſo vom Rauch-Futter, Kohl, Rüben, ſo in die **Brache** geſäet worden, den Zehenden zu geben, und die allegatam libertatem ordentlich zu erweiſen ſchuldig ſey?

Wann nun gleich von Seiten der Gemeinde eingewandt werden will, daß ſie nur allein den halben Zehend zu geben verbunden, welches nicht anders als nur von ſolchen Früchten zu verſtehen, welche man in Garben zu binden pfleget, und daher auf Kohl, Rüben, und dergleichen nicht zu extendiren ſey, wie ſie denn auch bishero in poſſeſſione libertatis von ſo langen Jahren ſich befinde, daß ſie mit der exceptione præſcriptionis ſich füglich ſchützen könte, und bey ſolcher Bewandtniß auch kein ordentlicher Beweiß von ihr gefordert werden möchte. Weil aber dennoch der Acker an- und vor ſich ſelbſt zehendbar iſt, und alſo alles, was an Früchten daran genoſſen wird, hierunter verſtanden werden muß, daher die expreſſio, daß der Zehende in Garben oder Mandeln zu entrichten ſey, die andere Früchte, welche ſolcher geſtalt nicht geſammlet zu werden pflegen, nicht excludiret, ſondern die denominatio nur a potiori & frequentiori hergenommen iſt, wie denn auch dergeſtalt die **Magdeb Pol. Ordn.** *O.* 45. §. 5. ſolches deutlich dahin erkläret, daß, wenn Erbſen, Wicken, Bohnen, Leinſahmen und der-

Digitized by Google

dergleichen in die Brache geſäet werden, von ſolchen erwachſenen Früchten gleichfalls der Zehende gegeben werden ſolle ꝛc. So erſcheinet hieraus ꝛc.

An æſtimatio loco fructuum ſolui poſſit?

§. LXXXII. Debentur 4) decimæ *ex ipſis fructibus*, nec loco earum *æſtimatio* offerri poteſt, niſi per conuentionem aliud placuerit. Inde duplex naſcitur decimarum ſpecies, der Rauch-Zehend, quæ *in natura* præſtatur ex fructibus; & der Sack-Zehend, loco cuius quotannis *certa æſtimatio* ſoluitur. Quamuis vero per diuturnum tempus hæc fuerit ſoluta, prior ſpecies tamen, quæ *regularis* & *ordinaria*, nunquam amittitur, quia reuera hæc conuentio *conductionem* continet, qua poſſeſſoribus agrorum locantur decimæ pro certa penſione annua, quale negotium præſcriptionem non admittit, nec impedit, quo minus poſſit reſignatio fieri locationis factæ MEVIVS *p.* 8. *deciſ.* 66. Sed iam ſatis eſt, ne me quis ſcrinia ſcriptorum, de *decimis* prolixe agentium, compilaſſe putet, præſertim cum reliqua in *iure parochiali* iam pro ſcopi ratione ſint excuſſa & explicata, adeoque *verbum non amplius addam.*

Debentur etiam parochis primitiæ & oblationes.

§. LXXXIII. Præter decimas etiam *primitiæ* & *oblationes* parochis attribuuntur, quæ in ſolis eccleſiarum bonis præcipue olim numerabantur, vt ait PASCHALIS in *c.* 13. *X. de V. S.* adeoque de his etiam olim monachi, ſacerdotalia peragentes, participarunt *c.* 21. & 23. *C.* 16. *q.* 1. quod indicium præbet, monachatui proprietatem rerum non omnino reſiſtere. Erant videlicet omnes reditus eccleſiaſtici olim in diſpoſitione epiſcoporum, & ſic etiam *oblationes* & *primitiæ*, *c.* 6. *D.* 32. de quibus clerici partem accipiebant, vt ſæpius monitum eſt. Poſtquam vero *beneficia ſtabilia* ſingulis aſſignata ſunt, *oblationes* & *primitiæ* vlibus parochorum præcipue ceſſarunt, vtpote quorum principale officium in miſſis legendis collocatur, ad quas huiusmodi munera deferebantur.

Primitiæ quid?

§. LXXXIV. PRIMITIAE dicuntur *primæ fructuum obuentiones*, vt primi animalium fœtus, primi fructus de terra ad culturam redacta, & denique prima de fructibus ſingulorum annorum commoda. Inſtituti antiquiſſimi fuit, eas DEO conſecrare, fonti omnis boni, & omnium commodorum largitori. Hac religione & deuotione etiam tenebantur gentiles, teſtibus SAMVELE PITISCO in *lex. antiqu. Roman. voce primitiæ*, SPENCERO *de LL. Hebr. ritual. lib.* 3. *diſſ.* 1. *c.* 9. GVTHERIO *de vet. iur. pont. lib. IV*, 16. quamuis SPENCERVS inde minime colligere debuiſſet, *primitiarum* inſtitutum moremque ex *religione gentilium* petendum eſſe. Prima eius veſtigia inter eos, qui verum colebant DEVM, deprehendimus,

ſacra

Digitized by Google

ſacra ſcriptura exemplo ABELIS id corroborante. *Gen. IV*, 4. Grati animi deuotique indicium erat, DEO, vnde omnia ſunt, *primitias* offerre, & hoc ſigno externo gratias eidem perſoluere, in quo DEVS *mentem* cordaque magis, quam *externum opus* conſiderabat reſpiciebatque *Gen. IV*, 4. 5. Imo ex his primitiarum, DEO conſecrandarum, oblationibus *ſacrificia* originem traxiſſe, omnino parſuaſiſſimum habeo. Erat enim *primitiarum oblatio* DEO facta *ſacrificium euchariſticum*, vnde poſtea tot aliæ ſacrificiorum ſpecies dimanarunt, more ſacrificandi hac occaſione forſan introducto.

§. LXXXV. Quemadmodum vero, qui a vero Numinis cultu, ſuperſtitione irrumpente omniaque corrumpente, deſciuerunt, externam rerum vmbram, quarum ſubſtantiam maiores poſſederant, retinuerunt, ita quoque *ſacrificiorum primitiarumque* vſus ad eos deriuatus eſt, vt non tam fideles a gentilibus, quam hi ab illis ſacrorum horum morem deſumſerint. Quis enim negauerit, gentiles a fidelibus legitimam habere propaginem, illorumque maiores in vero cultu DEI enutritos fuiſſe? quis in dubium vocauerit, religionem idololatricam nihil aliud eſſe, quam religionem corruptam, idololatria & ſuperſtitioſa infectam interpretatione, & veri DEI deſtitutam cultu & agnitione? Vnde idololatriam *antediluuianam* vix negari poſſe iudico, quam SELDENVS *de Diis Syris c. III.* VOSSIVS *lib.* I. *de orig. & progreſſ. idolol.* ANTONIVS *von* DALE *de orig. & progreſſ. idolol. & ſuperſtit. c. II.* plenius adſtruxere, quamuis Dn. BVDDEVS *in hiſtor. eccl. vet. teſtam. P.* I. *p.* 156. illam in dubium vocauerit. Iidem mores idololatrici poſt diluuium prorupere, & rurſus, quæ in patre NOACHO obſeruauerant pietatis exercitia poſteri deperditi, vt primitiarum oblationes aliaque ſacrificia, deprauarunt, ſuisque liberis, morum parernorum heredibus, tradiderunt, vnde mos *primitiarum*, in ſe admodum pius, inter gentiles diffuſus, & religioni eorum inſitus eſt. DEVM poſtea primitias ex tam antiquiſſimo ritu ſibi vindicaſſe inter Iſraëlitas, & lege ſtabiliuiſſe, legimus in iure Moſaico, non exemplo ſacrorum Aegyptiacorum, quod credit SPENCERVS, ſed patriarcharum facto, quod olim DEVS ob eorum fidem probauerat, & a quibus ipſi Iſraëlitæ deſcendebant. Offerebant ergo gentiles *primitias* DEO; offerebant ſecundum *legem diuinam* Hebræi; ſed duo faciendo idem non idem erat. Speciatim his præſcripta erant iura a MOSE, quæ vnde hauſta fuerint, hic inquirendi non eſt locus. Id tantum adiicio, fuiſſe illa ritualia, & religioni Hæbræorum innexa, vnde ſtatum noui teſtamenti haud ſtringunt.

A gentilibus etiam receptæ.

§. LXXXVI.

De vsu earum in nouo fœdere.

§. LXXXVI. Loquor de *primitiarum iuribus ſpecialibus*, legibus Moſaicis determinatis. Deo enim gratias deuotas eſſe agendas pro tot bonorum affluentia, & exinde prima quaſi commoda ei conſecranda, *pietatis* omnino opus eſt, admodum commendandum. Ritu vero ſacrificandi exſtincto, conſecratio ſub *forma antiqua* fieri nequit, bene ſub ſimili, ſi in vſus *pauperum* aliarumque perſonarum miſerabilium deputentur; vel CHRISTO ipſo approbante. *Matth XXV*, 40. Hac intentione forſan patres *primitiarum conſecrationem* ſeu *in pios vſus verſionem* animis Chriſtianorum inſinuarunt, quod minime reprobandum erat, eo præſertim tempore, quo ſollicitudo pro *alendis pauperibus* haud deſerbuerat. Eodem modo nec *ſacrificia proprie dicta* DEO amplius inter Chriſtianos offerebantur *ex lege*, ex religionis inſtituto. CHRISTVS, ſuo ſanctiſſimo ſacrificio, ſeſe ſemel pro nobis efficaciſſime obtulerat, & ita recte negarunt, ritum ſacrificandi amplius eſſe neceſſarium. Nihilominus ex pio in indigentes affectu plura offerebant, eaque nonnunquam *offerri DEO* dicebantur eodem, quem de *primitiis* adduxi, ſenſu. Erat ergo admodum ſobria primorum Chriſtianorum ſententia de *oblationibus* & *primitiis*, quam ſuis etiam conſignarunt ſcriptis, vt poſteritati de *inſucata intentione* conſtaret. Aſt *corrupta quid non imminuit dies?* minus cauta plurimorum philoſophandi libertas & argumentandi ratio allegorica myſticaque in peius omnia ruere fecit, vt poſtea *primitiarum* vſus aliunde peteretur, & *oblationes* multa ſuperſtitioſa inficerentur opinione. Adeo verum eſt illud poëtæ:

Interque nitentia culta
Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ.

Nulla lex eccleſiaſtica de iis ab initio aderat.

§. LXXXVII. Videlicet de *primitiis ſoluendis* nulla ſub naſcente eccleſia lex eccleſiaſtica audita eſt. Quod in *c.* 4. *apoſtol.* apud HARDVINVM *tom. I concil. p.* 10. *&* *p.* 33. de *primitiis* traditur, non eſt apoſtolicum inſtitutum, ſed ſeculorum ſubſequentium vſus. PSEVDO-CLEMENS ait: *Omnis autem fructus domum mittatur, primitiæ epiſcopo & presbyteris. Clarum autem eſt, quod epiſcopus & presbyteri diaconis & reliquis diſtribuant.* Canone præcedente III. apoſtoli finguntur indulſiſſe, vt tantum legumina noua tempore opportuno ad *altare* deferantur, quod eo tempore inter non entia relatum eſt. Qui menſas agapis deſtinatas *altaria* fuiſſe aſſerunt, næ grauiter errant, vt ſuo

Digitized by Google

ſuo loco indicabo. Si *canones Arabici Nicæni* genuini forent, iam ſeculo IV. legem de *primitiis ſoluendis* adfuiſſe conſtaret. Etenim *c.* 1 conſtitutum apud HARDVINVM *tom. I. concil. p.* 510. fingitur: *Item exigit a vobis DEVS, vt offeratis primitias frugum veſtrarum & primitias fructuum vinearum, & iumentorum veſtrorum eccleſiis, vt ex eis alantur ſacerdotes & eccleſiæ miniſtri.* Ignorant vero hanc legem *canones Nicæni genuini:* ignorant canones ſynodorum reliquarum huius ſeculi.

§. LXXXVIII. Priuatæ patrum doctrinæ, pro reducendis in praxin ex lege Moſaica *primitiis*, magis ſollicitæ fuerunt, & ſatis credibile eſt, iam ſeculo IV. vſum quendam earum fuiſſe, natumque ex *oblationibus* iam dudum vſitatis, & liberrima offerentium voluntate. Facit iam HIERONYMVS in *epiſt. ad Fabiol. de veſte ſacerdotali* huius moris mentionem &, *primitiæ frugum*, ait, & *omnium libarum atque pomorum offeruntur antiſtiti, vt habens victum atque veſtitum, abſque vllo impedimento ſecurus & liber ſeruiat domino.* Ea vir ſanctus cum aliis ducebatur opinione, *ſacerdotium veteris teſtamenti* translatum fuiſſe ad epiſcopos presbyterosque, & hac de cauſa æqualia deberi iura miniſtris N. T. eccleſiæ Adeo vero ſollicitus fuit in hoc dogmate firmando, vt etiam ex traditionibus patrum *quantitatem primitiarum* quodammodo determinaret, quæ *lege Moſaica* offerentium arbitrio erat relicta, *c.* 1 X. *h. t.* Hæc argumentandi ratio vitium omnino habuit, æque vt in *decimarum* præcepto. Pia intentio eorum fuit, qui primitias eccleſiis offerebant, vt in *vſus pauperum* converterentur, & ſimul *clericorum*, quatenus indigerent. Aſt, vt liquet, ex *lege Moſaica*, adſcriptæ ſunt ſimpliciter *ſacerdotio*, ex hac hypotheſi, quod DEVS *primitias* cum *decimis* ei peculiariter aſſignauerit. Moris huius quoque fit mentio in *concil. Carthag. III. c.* 24. *anno* 435 celebrato, apud HARDVINVM *tom. I. concil. p.* 963. vbi patres reſtringunt vſum primitiarum; *nec amplius in ſacrificiis* (alii legunt *primitiis*) *offeratur, quam de vuis & frumentis. Approbant* magis patres vſum primitiarum, quam vt eundem lege eccleſiaſtica *præcipiant* in verbis adductis, quamuis de neceſſitate ſoluendarum primitiarum forſan erant perſuaſi cum ceteris patribus, ex legis Moſaicæ principiis. Euidenter de hac *neceſſitate* loquitur HIERONYMVS *ad Malach. c. III: quod de decimis primitiisque diximus, quæ olim dabantur a populo ſacerdotibus ac Leuitis, in eccleſiæ quoque populis intelligite, quibus præceptum eſt, non ſolum decimas dare & primitias, ſed & vendere omnia, quæ habent & dare pauperibus & ſequi dominum ſaluatorem. Quod ſi facere nolumus, ſaltim iudæorum imitemur exordia, vt pauperibus partem demus ex toto, & ſacerdotibus ac Leuitis honorem debitum referamus.*

Priuata patrum doctrina earum vſum commendauit.

Digitized by Google

Clericis sunt assignatæ primitiæ, quod κατ' ἐξοχὴν essent pauperes.

§. LXXXIX. Commendat hanc HIERONYMI sententiam magnopere THOMASSINVS *p. III. de vet. & nou. eccl. discipl. lib. I. c. 4. in f.* eamque inde nectit conclusionem: *Decimis ergo & primitiis donantur & coluntur clerici tanquam maiestate DEI circumfusa effulgentes, tanquam* CHRISTI *persona induti, tanquam vicem omnium circumgestantes pauperum, quo fit, vt eis non frui, sed vti debeant religiose, pie & parce.* Noua sane & olim prorsus incognita & inaudita philosophia! Quis vnquam sanus docuit, clericos *omnem pauperum vicem* circumgestare, & κατ' ἐξοχὴν esse pauperes, quibus bona ecclesiastica consumendi facultas data? Male hac furili & insulsa ratione causæ ecclesiæ suæ consulit, & manifestisime prodit, sub hac *fictione* clericos, id quod *pauperum* est, ad se traxisse, nouumque genus *paupertatis*, in sacris incognitum, & in rei veritate haud fundatum, constituisse. Huiusmodi pauperes, quod mirandum, non indigent, sed in summa rerum abundantia viuunt, quia non sunt pauperes, sed tantum *vicem pauperum omnium circumgestant*, & *quasi pauperes* sunt. Vnde etiam tanquam *Christi persona induti* esse iudicantur, vt, quod his factum est, *ipsi CHRISTO* factum esse credatur. Admodum sane ineundum & dulce est, in hac paupertate viuere, in qua mollis vita, omnium abundantia rerum, honorumque singulare fastigium occurrunt. Quæ cum ita sint, pium esse arbitramur, primitias DEO consecrare, h. e. in *pauperes* distribuere *veros*; quod enim his tribuitur, ita a Saluatore nostro accipitur, ac si in ipsum collatum esset. Clerici vero aliunde necessaria vitæ subsidia habent, nec sub titulo *paupertatis* ius perfectum in eas sibi asserere queunt, quod primitiuæ ecclesiæ sensui repugnat. Etiam patres, qui primitias Deo soluendas esse iudicabant, non alia id intentione faciebant, quam vt in *vsus pauperum* easdem conuerterent, quibus admodum studebant, vt sæpius dictum est. Cum vero easdem his subtraxerint, sibique sub colore *indigentiæ* applicuerint, quis ecclesiis protestantium vitio vertere potuit, quod hoc glaucoma abolendum censuerint, & singulorum pietati primitiarum in pauperes conuertendarum modum reliquerint, quam adhortationibus & precibus adiuuandum, non *lege ecclesiastica* imperandum esse, æquum piumque duxerunt.

Obiectiones quædam adducuntur ex Irenæo petitæ.

§. XC. Ad *oblationes* stricte dictas possem statim progredi, nisi obiectionibus quibusdam adhuc satisfaciendum esset, quæ ex traditis veteris ecclesiæ petuntur. IRENAEVS *lib. IV. adu. hæres. c.* 32. *edit. Feuardent.* vel *c.* 17. iuxta distributionem MASSVETI primitiarum solven-

Digitized by Google

vendarum neceſſitatem tradidiſſe videtur his verbis: *Sed & ſuis diſcipulis dans conſilium, primitias DEO offerre ex ſuis creaturis, non quaſi indigenti, ſed vt ipſi nec infructuoſi, nec ingrati ſint, eum, qui ex creatura panis eſt, accepit & gratias egit, dicens: hoc eſt corpus meum, & calicem ſimiliter, qui eſt ex ea creatura, quæ eſt ſecundum nos, ſuum ſanguinem confeſſus eſt, & noui teſtamenti nouam docuit oblationem, quam eccleſia ab apoſtolis accipiens in vniuerſo mundo offert DEO, ei qui alimenta nobis præſtat, primitias ſuorum munerum in nouo teſtamento, de quo in duodecim prophetis Malachias ſic præſignificauit: Non eſt mihi voluntas &c.* Id ſcilicet hæc verba prodere videntur, exiſtimaſſe IRENAEVM, *primitiarum oblationumque* vſum CHRISTVM diſcipulis ſuis mandaſſe, cum *conſilium* hoc loco denotare videatur *mandatum*, vt docet Dn. CHRISTOPHOR. MATTHAEVS PFAFFIVS theologus eruditionis limatæ *in anecdot. fragm. Irenæi p.* 51. Cum vero tale *mandatum* nullibi extet, nec credendum ſit, IRENAEVM temere illud finxiſſe, prælaudatus theologus interpretem forſan hallucinatum, & IRENAEVM non de *primitiis* proprie dictis, ſed de eo, quod *præcipuum* eſt, locutum fuiſſe, *p.* 49. *cit. l.* arbitratur.

§. XCI. Hanc coniecturam, quæ errorem interpretis IRENAEI præſupponit, vix admittent IRENAEI patroni, nec neceſſe videtur in hanc deſcendere correctionem, quin potius ſecurius in verbis adductis ſubſiſtendum arbitror, maxime cum mox *primitiarum ſuorum munerum* denuo iniiciat mentionem. Noto notius eſt, patres, inprimis vero IRENAEVM, *interpretatione myſtica* quæuis adumbrare vel potius ex veteris teſtamenti inſtitutis ſacra noui teſtamenti illuſtrare voluiſſe. Primitias olim DEO fuiſſe conſecratas quis ignorat? Ab his petit IRENAEVS argumentum myſticum, vt illuſtret *nouàm oblationem noui teſtamenti*, quam aſſerere & propugnare intendit. Eo enim tempore moris fuiſſe, vt Chriſtiani congregati, precibus peractis, panem & vinum offerrent in vſum euchariſtiæ, IVSTINVS Martyr. in *apol. II.* teſtatur. Hanc oblationem confert, cum olim vſitata *primitiarum* oblatione, cum qua magis conſpirare videbatur, quam cum iis, quæ olim *ſacrificiorum* cauſa offerebantur, adeoque notanter addit: *& noui teſtamenti nouam docuit oblationem, quam eccleſia ab apoſtolis accipiens in vniuerſo mundo offert DEO, ei qui alimenta nobis præſtat, primitias ſuorum munerum in nouo teſtamento.* Quodſi ergo ex mente IRENAEI hæc oblatio, quæ in *pane* & *vino* fit, noua eſt, præfigurata, vt putat, in oblatione primitiarum; quodſi in panis

Et reſoluuntur.

Digitized by Google

& vini oblatione *primitiæ diuinorum munerum in nouo teſtamento* conſtſtunt certe nullo indicio inde colligi poteſt, primitias V. T. a Saluatore fuiſſe mandatas diſcipulis ſuis. Similem in ſenſum accipienda eiusdem IRENAEI *lib. IV. adu. hæreſ. c. 34. edit. Feuerd.* *Oportet enim nos oblationem DEO facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori DEO in ſententia pura & fide ſine hypocriſi, in ſpe firma, in dilectione ſeruenti primitias earum, quæ ſunt in eius, creaturarum offerentes: in hanc oblationem eccleſia ſola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius.* Panis & vini oblationem adumbratam fuiſſe ſub *primitiarum oblatione*, antea aſſeruerat IRENAEVS: in hoc argumentandi genere *myſtico* hoc capite pergit, & hanc oblationem eo tempore vſitatam, ex ritu antiquo iudaico commendat, verbisque legis Moſaicæ vtitur, licet non eandem rem, ſed *nouam noui teſtamenti oblationem* intelligat.

Vſus oblationum primitias introduxit.

§. XCII. Vſus *oblationum*, de quibus ſtatim, ſine dubio in nonnullis eccleſiis *primitiarum praxin* introduxit. Quia deerant eccleſiis primitiuis *bonorum immobilium* reditus certi, miniſtri eorum, viduæ, pauperes, afflictique viuebant de *oblationibus*, h. e. quod in vſus eorum conferebatur. Quouis modo laudanda offerentium liberalitas pietasque commendanda, augenda, confirmanda. Id vero aliter rectius fieri non poſſe cenſebant, quam peritis ex veteri teſtamento argumentis, quæ tamen rei ipſi magis obfuerunt, quam profuerunt. Offerebant fideles dona quæuis olim in menſa, quæ iam ſeculo III. *altare* vocabatur: idem in *primitiis* obſeruabatur. Opinione vero de *ſacrificio euchariſtico* introducta, tantum *ad altare* offerenda eſſe placuit *ſymbola euchariſtica* non cetera dona, quod *c. 3. apoſtolico* cautum, *exceptis nouis leguminibus*. Imo *c. 4.* expreſſius cautum: *Omnis autem alius fructus domum mittatur, primitiæ epiſcopo & presbyteris. Clarum autem eſt, quod epiſcopus & presbyteri diaconis & reliquis* (qui ex penu eccleſiæ ſuſtentabantur) *diſtribuant.* Redolent hæc morem ſeculi IV. quo iam plurima innouata ſunt, quod tantum euincunt argumenta GVILIELMI BEVEREGII in *cod. can. primit. eccl. lib. II. c. 2. §. 7.*

Sententia canonum & conſtit. apoſtol.

§. XCIII. Duo traduntur in *cit. can.* I) vt *diſtributio primitiarum* epiſcopo committatur, quod deſumtum videtur ex *c. 6. & 7. concil. Gangrenſis* apud HARDVINVM *tom. I. concil. p.* 536. II) ne indiſtincte in altari offerantur, quod collector horum canonum deſum-

Digitized by Google

ſit ex c, 24. *conc. Carthag. III. ann.* 397. celebrati, in quo patres edixerunt: *Vt in ſacramentis corporis & ſanguinis domini nihil amplius offeratur, quam ipſe dominus tradidit* (in *c.* 3. *apoſt.* dicitur: *præter domini de ſacrificio ordinationem*) *h. e. panis & vinum aqua mixtum, nec amplius de ſacrificiis (in eod. canone Afric. eccl. c.* 37. apud IVSTELL & VOELLIVM *p.* 348. legitur: *in primitiis*) *offeratur, quam de vuis & frumentis*, quæ *legumina* vocauit collector canonum apoſtolicorum. In *conſtit. apoſt. lib.* 2. *c.* 25 apud COTELERIVM *tom. I. p.* 236. diſpenſatio *primitiarum* & *decimarum* committitur epiſcopo: *decimas & primitias, quæ iuxta DEI mandatum erogantur, conſumat, vt hominem DEI decet.* Prolixam argumentorum ſeriem pro more *ſeculi IV. & V. auctor harum conſtitutionum* trahit ex inſtitutis veteris teſtamenti, contenditque epiſcopos ceteroſque eccleſiæ miniſtros inſtar *Leuitarum* eſſe, qui miniſtrent eccleſiæ tabernaculo. Addit tamen in fine; *ea, quæ olim victimæ erant, nunc ſunt preces, & obſecrationes & gratiarum actiones; quæ tunc primitiæ & decimæ & partes demptæ & dona, nunc oblationes, quas ſancti epiſcopi Domino DEO offerunt per IEſum Chriſtum pro ipſis offerentibus mortuum.* Sententiam IRENAEI his verbis reguſtaſſe videtur auctor, ſimulque indigitaſſe, proprie dicta *ſacrificia*, & proprie dictas *decimas* atque *primitias* non dari in nouo teſtamento, ſed *oblationes* fidelium locum eorum ſuſtinere, quæ ex quibuscunque rebus conſtare poterant. Sed vt in aliis, ita quoque hic ſibi non ſatis conſtat auctor, & *lib. VIII. c.* 30. ſic de *primitiis* loquitur, vt lege Moſaica cautum eſt, adeoque contendit, *primitias ſacerdotum eſſe atque ius miniſtrantium diaconorum*, quæ tamen ſeculo IV. ad inſtar ceterarum oblationum, in clericos & pauperes diſtribuebantur. Adiungit IDEM *lib. VIII. c.* 40. ſolennes preces, quibus primitiæ oblatæ DEO commendatæ ſunt, quia moris Chriſtianis fuit, in quibuscunque *oblationibus* ad DEVM preces fundere. Iam ORIGENES *lib.* 8. *aduerſus Celſum p.* 400. *edit. Cantabrig.* huius moris mentionem facit, atque: *Cui autem primitias offerimus, ad eundem etiam vota precesque noſtras dirigimus*, vbi ſatis probabile eſt, voce *primitiarum* omnis generis oblationes intellectas fuiſſe, prout IRENAEVS quoque philoſophatur, quia inprimis ORIGENI ſolenne fuit, inſtituta primitiuæ eccleſiæ appellationibus ex veteri teſtamento petitis denominare. Inde *ſymbola euchariſtica ſacrificium* & *victimæ*, epiſcopi *pontifices maximi*, presbyteri *ſacerdotes*, diaconi *Leuitæ* menſa euchariſtiæ deſtinata, *altare* dici ceperunt, non ſine rerum ipſarum inſigni turbatione.

Non ſatis cohærens.

Digitized by Google

Offerre quid?

§. XCIV. Ad *oblationes*, de quibus etiam *h. t.* agitur, progredior, cum ipſa eccleſia primitiua quidem natas, per alluſiones tamen patrum magnopere ita deprauatas, vt nouam prorſus faciem, a primo more alienam, induiſſe poſtea videantur. *Offerre* in genere dicuntur, qui vltro pro neceſſitatibus aliquid penſitant, in vſus communes conferunt & quaſi donant, vt recte obſeruat CELLARIVS *in Lexic. voc. offerre.* Tales *oblationes* & *collationes* ad communes neceſſitates a fidelibus, qui bonis abundabant, fiebant: aliis bona ſua diſtrahentibus & pretium inde redactum adferentibus, aliis aliter indigentiæ communi conſulentibus, *Act. II*, 44. 45. Speciatim BARNABAE fit mentio *Act. IV*, 36. 37. agrum diſtrahentis, & pretium ad pedes apoſtolorum ponentis; ſimiliter Ananiæ & Saphiræ, *Act. V*, 2. *ſeqq.* quibus male ceſſit fraudulosa ſubtractio de pretio, quod integrum conferendum erat ex præcedente ſpontanea donatione. Inprimis ex conſilio PAVLI die ſolis, quo Chriſtiani conueniebant, collectæ fiebant, 1 *Cor. XIV*, 2. variisque admonitionibus ad hoc pietatis & miſericordiæ opus fideles adducebantur *Rom. XII*, 13. *XV*, 25. 26. 27. *Gal. II*, 10. *Phil. IV*, 15. 1 *Tim. VI*, 17. *ſq.* 2 *Cor. VIII*, 3. *ſeqq. IX*, 1. *ſeqq.* Neque tantum pauperum & afflictorum gratia hæ oblationes & collectæ neceſſariæ erant: ipſæ quoque agapæ eisque adiuncta S. cœna tales *collationes* deſiderabat, CHRYSOSTOMO *homil.* 27. *in* 1 *Cor. XI*, obſeruante; *Statis diebus menſas communes faciebant - - - omnes commune inibant conuiuium, diuitibus quidem cibos offerentibus, pauperibus, etiam qui nihil habebant, etiam vocatis, & omnibus communiter veſcentibus.* Morem hunc obtinuiſſe in eccleſia Corinthiaca, memorat PAVLVS 1 *Cor. XI*, 21. 33. 34. ſimul tamen eos increpat, qui a cibis ſuis, quos attulerant, pauperes arcebant. Hæ erant *oblationes* Chriſtianorum primitiuæ eccleſiæ, vnde *communes menſæ* inſtruebantur, euchariſtia celebrabatur, indigentesque, qui eccleſiis præerant, alebantur.

Oblationum primitiuarum ratio.

Duplex oblatio ſeculo II. fuit.

§. XCV. Seculo II. in ſacris Chriſtianorum duplicis *oblationis* fit mentio. Prima conſiſtebat in *pane & vino*, teſte IVSTINO *apol. II. p. m.* 97. *deinde ei, qui fratribus præeſt, offertur panis & poculum aquæ & vini.* Altera in *aliis rebus*, EODEM teſte: *qui copioſiores ſunt & volunt, pro arbitrio quisque ſuo, quod viſum eſt, contribuunt &c.* quod in vſus pauperum & afflictorum erogabatur. Hæ *oblationes*, olim ſpontaneæ, facile in *neceſſitatem* transire potuere, poſtquam eis ſpecies ciusdam *cultus diuini* acceſſit. Id enim, quod a fidelibus oblatum erat, precibus ad

Adiunctis precibus.

DE-

Digitized by Google

DEVM fusis, adiuncta gratiarum actione accipiebatur, quas is, qui fratribus præerat, boni ordinis gratia peragebat. Ait IVSTINVS Martyr. *cit. l. quibus ille acceptis, laudem & gloriam rerum vniuersarum patri per nomen filii & spiritus S. offert & eucharistiam seu gratiarum actionem pro eo, quod nos donis suis hisce dignatus sit prolixe exequitur.* Hinc duplex genus *oblationum*, *laicarum* & *sacerdotalium* statui cepit: illæ in simplici collationis facto consistebant ad vsus prædictos:, hæ ad *sacrificia* accedere credebantur, quia, quæ oblata erant a plebe, DEO commendabantur, fusis ardentibus precibus, adeoque *DEO offerri* dicebantur per *sacerdotes*, sacrificiis peragendis præfectos. Hinc duplex oblatio, laica & sacerdotalis.

§. XCVI. Nouum huic rei significatum indidit patrum studium nimium, quæuis veteris fœderis instituta ad sua sacra applicandi, & allegoricis sententiis luxuriandi, quod forsan iudæorum, in Christianismum receptorum, gratia factum est. Hos tenacissime legi Mosaicæ adhuc inhæsisse, docent gesta Hierosolymis, relata *Act. XXI.* 19. *sqq.* His satis faciendum, ostendendumque erat, veras victimas & oblationes in nouo fœdere esse preces fidelium, quibus oblationes DEO commendabantur; præpositos & diaconos esse instar *sacerdotum* & *Leuitarum* & quæ sunt alia, quæ ab initio ex pia quadam intentione tradebantur, & tandem in dogma ecclesiasticum constans transierunt. Conf. Dn. PFAFFIVS *de oblat. vet. eucbar.* §. 7. *sqq.* Inde nemo ad altare accedebat, qui non offerebat, imo ex ipso *oblationum* actu colligebatur *communio ecclesiastica*, qua denegata, nec *oblationes* accipiebantur, de quo supra *lib. III. tit.* 28. §. 22. *sq.* iam actum est. Nouo significatu accedente.

§. XCVII. Oblatio quidem *symbolorum eucharisticorum* iam dudum exaruit, postquam *panes formati* huic vsui applicari cœperunt. Quia vero præter vsum eucharisticum ex *oblationibus* ceterarum rerum potissimum clerici & pauperes subsidia vitæ necessaria habuere, de his etiam hic agendi locus est, quarum occasione varia nata sunt iura partim abolita, partim immutata. Id enim ex supra dictis liquet, non tantum inter missarum solennia panem & vinum a communicantibus oblatum fuisse, in quorum locum deinceps *denarii*, seu *nummi missales*, Opfer-Geld, oblati sunt, obseruante ESPENIO *de iur. eccles. P. II. tit.* 5. *c.* 4. *n.* 14. *seq.* sed etiam alia varia dona in vsum cleri & pauperum, exemplo Christianorum in primitiua ecclesia, quod ex rumore compertum videtur habuisse præfectus genti- Fiebant etiam oblationes in vsus pauperum.

Digitized by Google

gentilis apud PRVDENTIVM *περὶ στεφ. hymn. II. verſ.* 72. hæc obiicens Laurentio

Argenteis ſcyphis ferunt
Fumare ſacrum ſanguinem,
duroque nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos.
Tum ſumma cura eſt fratribus,
Vt ſermo teſtatur loquax,
Offerre fundis venditis
Seſtertiorum millia.

Oblationes in veterum ſcriptis non ſemper denotant euchariſtiam.

§. XCVIII Hac de cauſa non immerito ALBASPINAEVS *de vet. eccl. rit. lib. I. obſ* 5. §. 1. eos notat, qui, ſi quid in patrum locis aut canonibus de ea re & conſuetudine legatur, id omne ad *euchariſtiam* transferunt, voluntque *oblationis* vocem pro *euchariſtia* illis in locis ſumendam eſſe. Etiam ex *pane* & *vino* oblatis portio quædam ad euchariſtiam ſeligebatur, reliquum cedebat miniſtris eccleſiæ & pauperibus alendis, vt recte ait THOMASSINVS *p. III. de vet. & nou. eccleſ. diſcipl. lib.* I. *c.* 12 §. 2. Morem priſtinum egregie depingit CYPRIANVS *de oper. eleemoſ. p.* 203, *edit. Oxon.* vbi primo carpit eos, qui non offerunt, & tamen communicabant:

Quamuis, qui communicabant, offerrent.

Locuples & diues es, & dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non reſpicis; quæ in dominicum ſine ſacrificio venis; quæ partem de ſacrificio, quod pauper obtulit, ſumis. Illuſtrat deinceps ſuam ſententiam ex euangelio & doctrina Chriſti *Luc. XXI*, 3. & finem harum oblationum ſubiungit: *Pudeat diuites ſterilitatis atque infidelitatis ſuæ: vidua & inops vidua in opere larga inuenitur. Cumque vniuerſa, quæ dantur, pupillis & viduis conferantur, dat illa, quam oportebat accipere.* Equidem ipſi miniſtri eccleſiæ quoque ex *oblationibus eccleſiaſticis* viuebant, ſed non alio olim titulo, quam quatenus eſſent *indigentes*, quamuis poſtea *decimas* & *oblationes* ſibi *priuatiue* vindicauerint, vt recte aſſeri queat, deficientibus adhuc certis præbendis, primarium reditum miniſtrorum eccleſiæ in *decimis, primitiis oblationibus* conſtitiſſe.

Oblationes quatenus liberæ.

§. §. XCIX. Oblationes dicuntur eſſe liberæ & voluntati laicorum relictæ, tum quoad *ſolutionem*, tum quoad *quantitatem* & *ſpeciem*. CORVIN. *de perſon. & bon. eccleſ.. p.* 2. *lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 9. ESPEN. *p.* 2. *iur. eccl. tit.* 33. *c.* 10. §. 10 Et tamen regula vulgata: *qui non offert, non communicat*: imo patribus nihil magis curæ cordique fuit, quam *oblationum vſum* laicis commendandi, & inculcandi. Ipſe GRE-

Digitized by Google

GREGORIVS III. in *c.* 69. *de conſecr. D.* I. neceſſitatem eorum decreto in *ſynodo Romana* anno 1078. habita confirmauit. *Omnis Chriſtianus procuret ad miſſarum ſolennia aliquid Deo offerre & ducere ad memoriam, quod Deus per Moyſen dixit: non apparebis in conſpectu meo vacuus. Etenim in collectis ſanctorum patrum liquide apparet, quod omnes Chriſtiani offerre aliquid DEO ex vſu ſanctorum patrum debent.* Hoc decretum nunquam eſſe receptum, opinatur CORVINVS *cit. l. n.* 8. *in f.* quod tamen nihil noui continet, ſed antiquiſſimam eccleſiæ praxin repetit, & forſan a deſuetudine, in quam inciditſſe videbatur, reuocat. Non poterant non eſſe *neceſſitatis*, poſtquam cultus diuini partem conſtituebant, imo ſine his *communio* haud erat. THOMASSINVS *P. III. de vet. & nou. eccl. diſc. lib.* I. *c.* 12. §. 2. *ſqq.* Ad minimum, qui communicabant, offerebant: ceteræ oblationes extra miſſarum ſolennia, quæ non ad altare, ſed etiam ad *domum epiſcopi* mittebantur, erant *liberæ* & *iure* nitebantur *imperfecto.*

Magis pro neceſſitate eorum laboratum.

§. C. Illorum vſus eo magis auctus eſt, quo maiora miſſaticus cultus cepit incrementa. Nam hic non tantum *quotidianus* in monaſteriis factus, ſed præterea, *priuatiis* & *ſolitaris* introductis, ad quascunque neceſſitates priuatas adhibitus. Olim pro *mortuis* euchariſtiam cum *oblationibus* celebratam fuiſſe, ad *tit. de ſepult.* dixi. Miſſæ hæ in monaſteriis poſtea ad plures dies, & tandem ad immenſum numerum auctæ, cum *oblationum augmento.* In *ſtatut. capit. S. Martini Turonenſ.* apud MARTENIVM & DVRAND. *in theſ. anecd. tom. I. p.* 63. hæc conſtituta ſunt, vt mortuo fratre *cantarent pro eo quotidie per* 30. *dies ſuper altare dominicum propriam miſſam, ad quam offerrent fratres generaliter, tam maiores quam & minores, in euchariſtiam Chriſti; vt mos eſt, panem & vinum.* Seculo X. MATHILDIS, HENRICI aucupis vxor, *quotidie* obtuliſſe legitur, vt docet AVCTOR *vitæ eius* apud MABILLON *in actis Benedict. ſec. V. p.* 348. *Mos quippe fuerat ſanctæ dominæ, ſacerdoti quotidie ad miſſam præſentare oblationem panis & vini pro ſalute & vtilitate totius ſanctæ eccleſiæ.* Ipſæ oblationes vna cum ipſo altari, cui ea imponebantur, pallio quodam tegebantur vsque ad miſſæ celebrationem. Ita enim GREGORIVS TVRONENSIS *lib. VII. c.* 22. *p.* 347 *putabam me quaſi in hac baſilica ſacroſancta miſſarum ſolennia celebrare, cumque iam altarium cum oblationibus pallio ſerico coopertum eſſet, ſubito Gunthramnum regem conſpicio &c.* Vnde IDEM *de vitis patrum c. VIII. p.* 1195. cuiusdam *coopertorii ſarmatici* meminit, quo *altare dominicum* cum *oblationibus* tegi debuerit.

Oblationum vſus auctus auctis miſſis.

Haec oblationum panis & vini successit oblatio denarii.

§. CI. Hæ tamen oblationes *panis & vini* tandem cessarunt, postquam *panes* ad vsum eucharistiæ ipsorum clericorum ministerio *formati* sunt quorum rationes peculiares refert Dn. SCHMIDT *de oblat. eucharist.* & calix tandem laicis subtractus est. Successit hisce *oblatio denariorum* des Opfer-Geldes, quæ forsan missas facientibus magis arriserant. Iam seculo XII. *denarios missales* oblatos fuisse, testatur CŒLIUS HONORIVS Augustodunensis presbyter & scholasticus *in gemm. animæ lib. I. c. 66.* relata *in bibl. pp. auct.* T. III98. *quia populo non communicante non erat necesse panem tam magnum fieri, statutum est eum in modum denarii formari vel fieri, & vt populus pro oblatione farinæ denarios afferret, pro quibus traditum dominum recognosceret, qui tamen denarii in vsum pauperum, qui membra sunt Christi, cederent, vel in aliquid, quod ad hoc sacrificium pertineat.* Hos tamen denarios mox cessisse presbyteris, ex LVPO observat ESSENIVS *p. II. iur. eccl. tit. 5. c. 4. n. 15.* Imo quendam vsum *denariorum*, ante vel post missam oblatorum; *seculi noni initio*, iam obtinuisse EDEM *cit. l. c. 5. §. 3.* ex CHRODOGANGI regulis canonicorum euincit, qui tanquam honorarium pro missis priuatis soluebantur, vt *c.* 32. liquido docet apud HARDVINVM *tom. IV. concil. p.* 1169. Idem etiam ex *concilio Romano*, anno 826. habito, euincit NATALIS ALEXANDER *in histor. eccles. ad seculum IX. & X. c. I. art. 4. p. 5.* Sed eo tempore oblatio panis & vini nondum desierat, & denarii tantum pro *missis priuatis* soluebantur: *seculo vero XII.* inualuisse videtur, vt loco *panis & vini* denarii in quibusuis missis offerrentur. Et quamuis seculo XIII. in quibusdam ecclesiis obseruata adhuc antiqua *oblationum* consuetudo fuerit, paulatim tamen *denariorum oblatio* ad quascunque ecclesias tracta est, vt etiam in nonnullis ecclesiis præter panem & vinum *denarii* offerrentur, vt obseruat EDMVNDVS MARTENIVS *de antiq. eccl. rit. p. I. lib. I. c. 4 art. 6 §. 6 p. 380.* & tandem sola *denarii oblatio* admitteretur.

Haec oblationum origo.

Inde nata iura.

§. CII. Hic mos plura peperit iura, quæ nec in ecclesiis protestantium prorsus abolita sunt. Missæ enim ab antiquissimis temporibus pro necessitatibus quibuscunque, quibus Deus exorandus erat celebratæ sunt, veluti pro *requie defunctorum*, Seelmessen, pro benedictione desponsatorum, Brautmessen, & denique pro singulorum peculiari necessitate. Imprimis vero in festis tribus solennioribus populus communicare iubebatur, adeoque mos ille ad nostra vsque tempora deriuatus est, vt non tantum in *exequiis defunctorum* & *benedictionibus nuptialibus*, sed etiam in *festis solennioribus* denarii missales ad altare offerantur, qui cedunt

dunt paſtori celebranti. In *ordin. conſiſt. Brandenb tit.* 17. antiqua obſeruantia expreſſe confirmata eſt: Und nachdem löbl. herbracht, daß in Hochzeiten die Bräute neben den Jungfrauen und Frauen, desgleichen die Kindbetterinnen, wenn ſie ihren Kirchgang halten, fein ordentlich zum Altar gehen, und alda opffern, ſoll daſſelbe nochmahls alſo gehalten, und ſolche Opffer nicht im Kaſten, ſondern dem Pfarrer, welche das Amt iederzeit halten, wie vor Alters gegeben werden, alſo auch ſollen die Bräute und Sechswöcherinnen einzuleiten, wie es an ieden Ort bräuchlich, geben, die Reichen aber mögen ſolches nach eines ieden Vermögen und Wohlgefallen beſſern. In *ordin. eccl. Magd. c.* 29. §. 28. generatim tantum confirmatur conſuetudo circa nummos miſſales, herohalben es bey denen, was und wie es jedes Orths gebräuchlich und alſo auch wegen des Opfer-Geldes und Beichtpfennigs, wo es herbracht, allerdings gelaſſen wird. In *ordin. Megapolit. de an.* 1650. *p.* 241. aſſignatur das Opffer-Geld und Gewand in exequiis defunctorum ordinario paſtori. De *oblationibus in ſolemnioribus feſtis* diſponit *ordin eccl. Cellenſ. de anno* 1619. *c.* 12. *p.* 119 Es ſollen auch alle und jede Manns- und Frauens-Perſonen, ſie ſind Haußgeſeſſene oder Knechte und Mägde oder Kinder, ſo zur Beichte kommen und ſich des hochwürdigen Nachtmahls gebrauchen, in denen vier hohen Feſten, als Weihnachten, Oſtern, Pfingſten, und auf Michaelis Archangeli-Tage, opffern, und wie jeder Haus-Vater oder Haus-Mutter nach ihren Vermögen, wo nicht mehr, jedoch zum wenigſten vor jeder Perſohn, zween gute Pfennige denen Paſtorn zu geben ſchuldig und gehalten ſeyn, es werde ſolches auf das Altar gebracht, oder aber von Hauße zu Hauße nach Gelegenheit es an jedem Ohrt gebräuchlich und hergebracht iſt, geſammlet. Hi denarii miſſales, in *quatuor feſtis primariis* ſoluendi, vocari ſolent das Opffer-Geld, die vier Zeiten-Pfennige, Quarmal-Pfennige, qui iam olim in Anglia obtinuere, vt docet ſynodus Oxonienſis *de anno* 1287. *c.* 54 apud HARDVINVM *tom. VII p.* 1122. In Saxonia alibique *hi nummi* determinati ſunt, & *iure perfecto* debentur, vt oſtendi in *iure paroch Sect. VII. c.* 1. §. 24. *nou. edit.* In *Vinar. ordin. eccl. lib.* 2. *c.* 20. hoc modo determinati ſunt: Daß hinführo ein jeder eingepfarreter Haußwirth vor ſich und die ſeinigen dem Pfarrer quartaliter vier Pfennige, und alſo das gantze Jahr 16. Pfennige unverweigerlich entrichten ſoll, welche jedes Orths Dorff-Richter oder Heimbürge von denen eingepfarreten einzubringen und dem Pfarrer neben einem richtigen Verzeugniß zuzuſtellen ſchuldig ſeyn ſoll,

wo aber ein mehrers als 16. Pfennige herbracht, ſoll es dabey gelaſſen werden. In *Coburg. ordin. de anno* 1713. *p.* 216. idem repetitum.

Iura ceterarum oblationum quoque varia fuere.

§. CIII. Quia vero præter *panem* & *vinum* oblationes in aliis quoque rebus factæ ſunt in vſum miniſtrorum eccleſiæ & pauperum, varia quoque inde nata ſunt iura. Olim hæ erant ſub diſpenſatione epiſcopi, qui eas diſtribuebat inter *clericos* & *pauperes*: imo præcipuum clericorum ſtipendium in *decimis* & *oblationibus* olim conſiſtebat. In *concil. Aurel.* I. *de anno* 511. *c.* 14. apud HARDVIN. *tom. II. concil. p.* 1010. cautum, vt *de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem ſibi epiſcopus vindicet, & medietatem diſpenſandam ſibi ſecundum gradus clerus accipiat. In ſynodo Romana VI. de anno* 504. *apud* EVNDEM *cit. p.* 990. cautum, *vt oblationes fidelium a nemine præſumantur abſque conſenſu & voluntate epiſcopi.* Speciatim poſtea diuiſio in *quatuor partes* facta, vt ſatis ſuperque notum eſt, quæ diuiſio adhuc ſeculo XII. in fine ſcil. anno 1199. confirmata eſt ſub INNOCENTIO III. in Dalmatia, apud HARDVINVM *tom. VI. P.* 2. *p.* 1952. *decernimus, vt decimæ ſeu oblationes fidelium tam pro viuis quam pro defunctis in quatuor partes diuidantur: quorum vna ſit epiſcopi, alia eccleſiarum, tertia pauperum, quarta clericorum.* Neque enim ſoli *clerici* inde paſcebantur, quod ex prima Chriſtianorum oblatione, ſupra relata, manifeſtum eſt, ſed *pauperes* quoque inde alendi erant. Id ipſum in capitularibus *lib. VII. cap.* 375. apud BALVZ. *tom.* I. *capitul p.* 1104 ſecundum mentem antiquorum canonum repetitum eſt. *Inſtruendi ſunt presbyteri pariterque admonendi, quatenus nouerint, decimas & oblationes, quas a fidelibus accipiunt, pauperum & hoſpitum & peregrinorum eſſe ſtipendia, & non quaſi ſuis ſed quaſi commendatis vti debere; de quibus omnibus ſciant, ſe rationem reddituros in conſpectu diuinæ maieſtatis, & niſi eas fideliter pauperibus, & his, quibus pramiſſum eſt, adminiſtrauerint, condemnationem patiendos. Qualiter vero diſpenſari debeant, canones ſacri inſtituunt, ſcilicet vt quatuor partes ex omnibus fiant, vna ad fabricam eccleſiæ releuandam, altera pauperibus diſtribuenda, tertia presbytero cum clericis habenda, quarta epiſcopo reſeruanda.*

Et in quatuor partes diuiſæ.

Clerici olim inde primario viuebant.

Oblationes quoque laicis cefferunt in eccleſiis iure feudi poſſeſſis.

§. CIV. Sicuti vero presbyteri vt plurimum in eo peccabant, quod *oblationes* ſubtraherent pauperibus, easque ad ius traherent, reſeruata, vt non tantum tot per ſubſequentia tempora docent concilia, ſed etiam conſtans vſus, omnibus conciliis potentior, approbauit; ita grauiter dolebant epiſcopi, cæteriqne clerici, oblationes

Digitized by Google

nes in ecclesiis, a laicis iure *feudi*, vt *beneficio* regum possessis, sibi interverti, & in potestate laicorum esse. Iam enim ante CAROLI M. & PIPINI tempora in morem abierat, vt monasteria, ecclesiæ, & episcopatus laicis *iure beneficiario* traderentur, qui mercede conductos clericos eis præficiebant, commoda primaria sibi reseruantes. Largissimæ eo tempore erant oblationes fidelium, ex quibus laici ecclesiarum possessores ingens lucrum capiebant, vel eas diuidentes cum *pastore conductitio*, vel locantes easdem, vel aliter de iis disponentes. Adhuc seculo X. hanc praxin obtinuisse docet *c.* 8. *concil. Engilenheimensis* de anno 948. apud HARDVINVM *tom. VI. concil. P. I. p.* 606. vbi cautum: *vt oblationes fidelium, quatenus altari deferantur, nihil omnino ad laicalem pertineant potestatem, dicente scriptura: qui altario deseruiunt, de altario participentur.* Continuatam seculo XI. praxin sistit *concil. Nemausense c.* 6. *de anno* 1096. apud HARDVIN. *tom. VI. p.* 2. *concil. p.* 1750. quo rursus hæc ipsa reprobatur: *laicus, qui oblationem ecclesiæ, sepulturam, decimarum aut terram sanctuarii tenuerit, ab omnium fidelium communione separetur.* Denique nec seculo XII. aboleri morem potuisse ALEXANDRI III. decretum de anno 1170. in *c.* 17. *X. h. t.* ostendit, quo statuit, *vt si quis alicui laico in seculo remanenti ecclesiam, decimam, oblationemque concesserit, à statu suo sicut arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidatur, & donec emendet, dolore suæ iaceat ruinæ prostratus.*

Iure recentiori solis presbyteris cessere oblationes.

§. CV. Equidem decims laicis extorquere non potuere clerici; facilius tandem *oblationes*, quæ *in ipsa* percipiuntur *ecclesia*, ad altare delatæ, decimæ vero *extra ecclesiam.* Hæc eadem ratio, quia altaria erant *iuris clericalis*, oblationes solis presbyteris vindicauit, ad quas *de iure communi* habere intentionem fundatam dicuntur, iuxta CORVINVM *de pers. & reb. eccl. p. II. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 12. ESPENIVM *p. II. iur. eccl. tit.* 33. *c.* 10. *n.* 8. WIESTNERVM *ad h. t. n.* 140. *seqq.* aliosque. De *iure communi recentiori* id esse intelligendum quis negauerit? cum *iure veteri* non nisi *quartam* ex his prouentibus perceperint. Postquam autem episcopi alibunde subsidia abundantissima acquisiuissent, hæc lucra presbyteris reliquerunt, qui tandem pauperes suo, quo olim gaudebant, iure priuarunt.

Pedetentim oblationes varie determinatæ.

§. CVI. Hæ oblationes quamuis olim essent *voluntariæ*, tractu tamen temporis in consuetudinem constantem abierunt, & determinatæ sunt. Ex his enim progerminasse morem arbitror, vt rustici certis anni temporibus ea, quæ esui potuique sunt, pastoribus suis, imo ex custodi-

bus ſoluere cogantur an Würſten, Schincken, Brodt und Eyer. STRYKMANN. *de ſalar. cleric. c. III. n.* 18. *& c. V. n.* 173. Has ſpecies olim ruſticos *obtuliſſe* credibile eſt; quarum copiam magis in promtu habent, quam nummos. Soli hæc omnia debentur conſuetudini, adeoque non mirandum, fere in ſingulis parochiis diuerſum eſſe harum rerum morem.

De oblationibus in vſus pauperum.

§. CVII. Quod vero per deſuetudinem & presbyterorum auaritiam pauperibus ſubtractum, illud aliunde ſupplendum fuit. Introductæ enim ſunt *oblationes*, quæ vnice pauperum gratia fiunt, vel *ordinaria* collectione vel *extraordinaria*, prout neceſſitas tulerit, de quibus ſpeciatim agit Dn. WILDVOGEL *de oblationibus in eccl. quæ fiunt per ſaeculum ſonantem* & quædam tacta ſunt *in iure paroch. ſect. IV. c.* I. §. 31.

Qua fiant auctoritate.

Collectiones hasin *vſum pauperum* inſtituere, cuilibet cœtui integrum eſt, qua libertate etiam fideles primitiuæ eccleſiæ gauiſi ſunt. Epiſcopi auctoritatem hodie eccleſiæ catholicæ in hoc inſtituto, vt in aliis, deſiderant, ſicuti proteſtantes eius, qui *iura epiſcopalia* exercet. Dn. WILDVOGEL *cit. l. c. III.* §. I. Rectius quis dixerit, auctoritatem *principis* qua talis, diſiderari, ſi tales collectiones *publica auctoritate* faciendæ ſunt, cum epiſcopis in his, quæ ſummo principis imperio cohærent, nihil iuris concedamus.

Inprimis publica collectio.

§. CVIII. Poteſt videlicet hæc *collectio publica* vel *in eccleſia* vel *extra eam* fieri. Hæc a *principe* ordinatur, qui omnino prouidere debet, tum vt pauperibus ſuccurratur, tum vt mendicantium licentiæ limites ponantur. *l. vn. C. de mendicant. val. Receſſ. imp. de ann.* 1577 *tit.* 27. Qua de cauſa non tantum generales conſtitutiones circa has *eleemoſynarum collectiones* edit, ſed etiam ſpecialem in collectione gratiam ſingulari facto afflictis indulget, nec præciſe per *conſiſtorium* hæc omnia ordinat, quæ vel ad legislatoriam poteſtatem in genere, vel ad actus gratiæ pertinent, niſi ſpeciatim hoc officium conſiſtorio commiſerit princeps, vt in *Saxonia electorali* factum teſte CARPZOVIO *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 335. *n.* 15. Si *extraordinaria* collectio in *eccleſia* inſtituenda, hanc ab epiſcopo ordinandam dicunt Romanæ eccleſiæ doctores, a conſiſtorio vero proteſtantes, quod, quæ *in eccleſia* ordinanda ſint, *iuris epiſcopalis* eſſe dicantur, & ad *poteſtatem eccleſiaſticam ſupremam* ſpectent, vt ait SCHILTER. *lib. II. inſtitut. iur. can. tit.* 9. §. 3. vel vt Dn. WILDVOGEL *cit. l* contendit, ipſam *liturgiam* ſimul tangat. Sicuti vero talem *poteſtatem eccleſiaſticam ſupremam a ciuili* diſtinctam haud agnoſco, quæ, ſi *eccleſiæ* propria eſſet, *clero* forſan addicenda eſſet, ita ſi princeps publicam collectionem *in eccleſia* indicendam iudi-

Digitized by Google

iudicat, id ipſum iure *imperii ciuilis* facit, eique integrum eſt, vtrum per *conſiſtorium*, vt in plerisque proteſtantium terris, an vero per *conſilium ſanctius* eam ſubditis imperare malit. Nec diſtinguendum eſſe iudicamus, vtrum princeps cum eccleſiis eandem, an diuerſam profiteatur religionem? Quicquid promulgandum *in eccleſia* eſſe iubet; id ipſum vt *ſummæ poteſtatis* ſuſcipit, facit, exequitur, nec in eo aliquid in *liturgicis* mutat, aut diſponit, cum quibus tales indictiones publicæ nullam prorſus habent connexionem.

§. CIX. Elegans exemplum eiusmodi *ordinationis*, qua collectio in vſum ſtudioſorum indigentium, Halæ degentium, in eccleſiis per omnes terras, quæ ſceptro Boruſſico parent, diffuſis indicta eſt, occurrit apud Dn. MYLIVM in *corpore conſtit. Magd. P. I. p.* 135. *ſeq.* Ipſe rex auguſtiſſimus, FRIDERICVS I. glorioſæ memoriæ, immediate, & per *ſanctionem pragmaticam* conſtituit: Haben derohalben allergnädigſte Verfügung gethan, daß in allen unſern prouincien und Landen alle Viertel-Jahr auf den Sonntag, ſo vor jeden quatember vorhergehet, vormittags nach geendigter Haupt-Predigt die Becken vor denen Kirchthüren geſetzet, und eine freywillige collecte zu Anrichtung und Erhaltung gewiſſer Frey-Tiſche (insgemein communität genannt) für arme Studioſos in allen facultäten auf unſerer Univerſität zu Halle geſetzet werden ſollen. Wie es noch ferner mit der Einſetzung, adminiſtration und diſpenſation ſolcher colligirten Gelder zu halten, damit weder etwas davon veruntrauet, noch zu einigem andern Gebrauch angewandt, ſondern die ſtudirende Jugend, ſo dürftig iſt, unterhalten, und zu des gantzen Landes Beſten mit nützlichen Wiſſenſchafften unterrichtet, und zu öffentlichen Aemtern zubereitet werden möge, haben wir ebenfalls nach obliegender Landesväterl. Pflicht gehörigen Orts mit aller Sorgfalt angeordnet. Ipſa, ordinatio ſpecialis ſtatim *cit. l. p.* 139. ſubiuncta apparet. Idem glorioſiſſimus princeps ann. 1703. edidit eine Armen-Ordnung, &, variis remediis propoſitis, improbam mendicitatem coërcuit, ſimultamen pie & prudenter proſpexit, qua ratione indigentibus ſuccurri debeat. Non minore laude digna eſt *confirmatio* der Armen-Ordnung, quam ad mandatum regium illuſtre regimen cum conſiſtorio ducatus Magdeburgici confecit, & anno 1706. rex potentiſſimus corroborauit, relatam a Dn. MYLIO *cit. l. p.* 140. quæ adhuc hodie in viridi eſt obſeruantia, multisque exuberat commodis. Vetera quo-

Exempla publicarum indictionum harum collectionum.

Digitized by Google

quoque inſtituta, ad alendos pauperes deſtinata reuocauit & in vſum traxit, maxime cum infinita monaſteria, aliaque religioſa habitacula in terris noviter per pacem Weſtphalicam acquiſitis deprehenderet princeps ſapientiſſimus, in quibus antiqua diſciplina, iam emortua, reſuſcitanda erat. Hac de cauſa in *ordin. polit. Magd. c. VI.* §. 20. ita edixit: Bey welchem Cloſter hiebevorn gewiſſe Cammern vor arme Leute, die ihr Eſſen alle Tage von dem Cloſter abgeholet, gehalten worden, darzu ſoll wiederum ein Anfang gemachet, wie nicht weniger die Spenden, Palmarum Brodt, und was ehemals von denen Vorfahren, aus Chriſtlicher Andacht dem Armuth zum Beſten verordnet und geſtiftet worden, ihnen zu der von Alters beſtimmten Zeit ohnfehlbar gereichet und unter ſolche vertheilet werden. In *ordin. eccleſ Magdeb. c.* 25. diſcrimen, inter ærarium *eccleſiaſticum* & *pauperum*, vetuſtiſſimo more corroboratum approbauit, & diuerſa eius iura docuit. Denique infinitum foret omnes referre leges, quas in *vſum pauperum* tulit pientiſſimus princeps, non vt *epiſcopus*, non indutus *eccleſiaſtico charactere*, quem nonnulli peſſime in rebus Germaniæ politicis informati fingunt, ſed vt pater patriæ, vt princeps bonus, vt rex pius iure *poteſtatis ciuilis*, non *ſupremæ poteſtatis eccleſiaſticæ*, qualem *eccleſia* non habet, niſi ex definitione & conceptu cleri aulæ Romanæ.

Magiſtratus oppidanus etiam curam pauperum habet.

§. CX. Hoc modo collectiones eleemoſynarum per *ſanctiones pragmaticas* ordinantur, & diriguntur. Non tamen propterea magiſtratui oppidano, cui *adminiſtratio politiæ oppidanæ* eſt concredita, cura pauperum eſt ademta, quippe quæ partem illius politiæ inſignem conſtituit, vt tamen cura hæc ſubordinata ſit poteſtati & prouidentiæ principali, vt recte obſeruat ZAHN. *de iure municip. lib. II. c.* 31. *n.* 12. & 13. Verum ſufficiant hæc de *magiſtratus officio publico* circa pauperum alimenta.

De iure eccleſiæ qua talis circa pauperes.

§. CXI. Propius accedo ad eccleſiæ poteſtatem, eamque paucis euoluendam arbitror, vt quæ ſint eius in hac cauſa pia partes, inde conſtet. Eccleſiæ corpus conſtituunt vel *priuatum* vel *publicum*. Priori caſu nihil magis eccleſiæ deberi arbitror, quam vt pauperes ſuos alat, eorumque curam gerat. Tale corpus conſtituerunt eccleſiæ ſeu cœtus fidelium per tria priora ſecula, ſibi relictæ, a republica prorſus neglectæ, fugatæ, & im peſſime habitæ, vt vix ſpiritum trahere viderentur. Hæ ipſæ tamen inſignem curam pro pauperum alimentis geſſerunt, vt fere primaria presbyterorum opera in ea fuerit collo-

collocata, vt opuſculo peculiari docuit LAVNOIVS. *Oblationes*, vt ſæpe monui, huc primario quoque collinearunt, quarum diſpenſatores ab eccleſiis conſtituti fuere *epiſcopi* & *presbyteri*, qui talem non vi alicuius *poteſtatis ſupremæ eccleſiaſticæ* hoc gefferunt officium; (talem enim olim incognitam fuiſſe in propatulo eſt), ſed quia cuilibet collegio minime inuidenda eſt cura alendi ſuos pauperes, multo minus vero huic pio corpori, quod ex *viuida fide* in Chriſtum pro pauperibus afflictis & oppreſſis laborabat. Hæc erat olim *poteſtas eccleſiæ*, non *politico* adminiſtrata *modo*, ſed *pio* producta *affectu* & hoc ſub clypeo tutiſſima. Et quis dubitaret, quin in iis locis, vbi eccleſiæ tantum *priuata* ſua *ſacra* habent, poſſint collationes in ſuis cœtibus eodem inſtituere modo, quo olim fideles ſub perſecutionibus? Non *regii iuris* quid in hoc inſtituto ſuſcipitur, ſed opus regale *pietatis*, cui vnice hæ coitiones inſeruiunt, exercetur, quod magis laudandum, quam impediendum ſingulisque chriſtianis mandatum eſt. Aſt ſi eccleſiæ *corpus publicum* conſtituunt, penitius directioni reipubl. ſubſunt, & ita nihil conuenientius eſt, quam vt *publica auctoritate* tales collectiones indicantur.

§. CXII. Dico *conuenientius eſſe*. Annon vero eccleſia priuata auctoritate tales collectiones vel oblationes in vſum pauperum inſtituere poteſt? Ait Dn. WILDVOGEL *cit. c. III. §. 5. Haud igitur parocho, multo minus eccleſiæ patrono, aut ſeculari magiſtratui inferiori ſine principis aut epiſcopi, vel eorum, quibus exercitium iuris epiſcopalis eſt demandatum, conſenſu & auctoritate ſacculum ſonantem in eccleſia introducere & per illum pecunias colligere fas erit.* Ita communiter philoſophamur principiis iuris canonici immerſi, quod omnia *pietatis* exercitia ad *monopolium cleri & epiſcoporum* traxit. Equidem nec *parocho* ſoli, aut *patrono* hodie tale quid largimur, cum iura patronatus admodum imminuta & debilitata ſint; *parochi* vero antiquorum *presbyterorum* poteſtatem non amplius habeant, quæ potiſſimum in *cura pauperum* erat occupata. Quid vero ſi parochus eccleſiæ cum *conſenſu ipſius cœtus* tale quid inſtitueret zelo erga pauperes pio? *Priuato* cœtus ſeu corporis huius *pacto* hanc collectionem ſuſceptam eſſe dicendum, nec eo nomine inculpandam, quod *publica* deſit principis *auctoritas*, cum cuicunque collegio id iuris datum ſit, vt curam ſpecialiorem ſuorum pauperum habere queat. Si quid paſtoribus hodie in hoc denegatur, id vnice inde eſt, ne talem collectionem, *ſua auctoritate*, inuito cœtui obtrudant. Quid ergo ſi paſtor tales oblationes pro concione ſerio ſuaſerit, vrſerit, & auditorum ſuorum animos ad eas faci-

Speciatim de iure eccleſiarum publicarum.

Digitized by Google

endas flexerit, vt ſponte in vſus pauperum offerant? Nec hoc improbandum cenſeo, cum tales *priuatæ* eleemoſynarum *collectiones*, quæ fiunt a corporibus pauperum ſuorum gratia, longe diſtent ab illis, quæ a principe ordinantur per *ſanctiones publicas*, nec ad qualitatem eccleſiæ reſpiciendum ſit, vtrum ſit *parochialis*, an *capella*, an alia, in qua ne quidem ſacramenta adminiſtrantur, ſed tantum ſtatis hoſtis verbum DEI edocetur.

Actus parochialis in hac collectione non quærendus.

§. CXIII. Reprobaui iam eorum ſententiam in *iure paroch. cit. l.* qui ad *parochiales actus* has *oblationes* referre voluerunt. Qui ita cenſuere, vnice harum oblationum morem æſtimarunt ex principiis & inſtitutis catholicis, qui præcipue inter miſſarum ſolennia tales *oblationes* olim inſtituerunt, & oblationes cuicunque *parocho* aſſignarunt, excluſis pauperibus. Huic enim deberi *oblationes* aiunt, ſi vel maxime extra eccleſiam parochialem, intra limites tamen parochiæ, in capella vel oratorio priuato fiant, teſte ESPENIO *lib. II. iur. eccl. tit* 33. *c.* 10. §. 9. & 10. Vnde graues cum monachis lites ortæ de *oblationibus*, in *eccleſia conuentuali* factis, quas parochi ex *iure parochiali* ſibi aſſignarunt. Verum hæc omnia infrunite applicantur ad *oblationes*, quæ in noſtris eccleſiis fiunt *pauperum gratia*, quas ne quidem Romanæ eccleſiæ conſortes applicant parocho, teſte ESPENIO *cit. l.* §. 17. adeoque *actus parochialis* in his oblationibus fruſtra quæritur. Quodſi caſum ſupponimus, vbi oblationes hæ per *ſacculum ſonantem* fiunt, paſtorum gratia, vt ex collecta pecunia ſtipendium accipiant, grauius dubium moueri poteſt, an pecunia collecta extra parochiales eccleſias in eccleſia conuentuali, in qua ſacramenta haud adminiſtrantur, paſtoribus loci cedat, vel ad minimum prouiſoribus eccleſiarum parochialium ius ſit, *oblationes* has exigendi? Dixi de hac quæſtione in *iure paroch. ſect. II. c* 1. §. 32. & plura ſuppleuit Dn. WILDVOGEL *cit. l.* §. 4. *ſeqq.* adductis reſcriptis regiis; quæ pro parte ipſemet adduxeram, quamuis vltimum reſcriptum deciſiuum, quod temperamentum optimum induxerat, hic quoque deficiat.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS XXXI.
DE
REGVLARIBVS ET TRANSEVNTIBVS AD RELIGIONEM.

§. I.

Connexio sequentium titulorum.

AD *monastica iura* ordo inordinatus decretalium me dúcit, quæ per aliquot titulos dispersa sunt, vt vna & indiuulsa serie tradi nequeant. Hoc enim titulo de *origine monachatus*, eius *propagatione* per ipsum *clericatum militiamque*, & *professione* primario agendum. Sequens titulus speciatim ostendet, qua ratione coniuges religionem ingredi possint, quod *conuersionem coniugatorum* vocant, quia puritissimus & summus Christianismi gradus, perfectio & vitæ sanctitas in *monachatu* quæsita est. Equidem *tit. XXXIII.* subiungitur doctrina de *conversione infidelium*; sed peruersa plane methodo, quia non eadem *conuersio* hoc titulo intelligitur, quæ tradita est titulo præcedente, quippe quæ mere *monastica* est. Tit. *XXXIV.* ad *vota monastica* sit progressus, ea occasione de *aliis* quoque *votis* agitur. Inprimis vero *iura monastica* excutienda sunt *tit. XXXV.* qui de *statu monachorum* agit & ad *regimen reipublicæ monasticæ* illustrandum viam pandit. Denique *tit. XXXVI. de* ipsis *monasteriis*, eorum *iure*, & *immunitatibus* dicendum. De singulis dicam, memor scopi mei, & inprimis quid per *instrumentum pacis* aliasque *leges imperii* correctum sit, & quo iure protestantes circa ea vtantur, indicabo.

Scriptores de iuribus monasticis.

§. II. Equidem vasto volumine ASCANIVS TAMBVRINVS iura *abbatum* & *abbatissarum*, nec minus FRANCISCVS PELLIZZARIVS *iura monialium* & *regularium* tradunt, sed vterque *more* magis *scholastico* quam *methodo solida*: documenta tamen, vsui futura, prior habet, quæ nostro etiam inseruire possunt instituto. ENGELIVS de *priuilegiis monasteriorum* quædam magis collegit, quam solida doctrina enucleauit. Limatiora sunt, quæ tradit FRANCISCVS FLORENS, ICtus celeberrimus, *tom. II. oper. p.* 34 ad GRATIANI *caus.* 16. *sqq.* quippe quæ magis ad *ortum monachatus*, vnde potiora iurium capita æstimanda sunt, nos ducunt. In-

Digitized by Google

primis ergo hic conſulendi ſunt ſcriptores *originum monaſticarum*, inter quos laudandi DADINVS ALTESERRA, AVBERTVS MIRAEVS, RVDOLPHVS HOSPINIANVS, CRECCELIVS aliique. CHOPPINI *monaſticon* multa eruditione refertum, ſed ſæpe luce indiget, nec exhaurit ea, quæ ad *monaſticam diſciplinam in vniuerſum* pertinent. Habuere monachi quoque ſua ſingularia iura circa *liturgica*, quæ ſtudio ſummo collegit EDMVNDVS MARTENE *de antiqu. monachor. ritib.* Quia vero inprimis monachatus per BENEDICTVM propagatus eſt, multum illuſtrandæ huic materiæ inſeruire poſſunt *acta Sanctorum S. Benedicti*, a LVCA DACHERIO & IO. MABILLONIO collecta, & inde tracti *annales Benedict.* opera MABILLONII iam laudati.

Communis perſuaſio antiqua, vitam monaſticam eſſe perfectiſſimam, a Saluatore inſtitutam.

§. III. Sed ad rem ipſam. Ea perſuaſio plerorumque a primis fere Chriſtianismi incunabulis occupauit mentes, vitam *monachalem* eſſe vere *Chriſtianam*, & ad Saluatoris noſtri præcepta effigiatam compoſitamque, vtut in vita Chriſti nihil deprehendatur, quod cum *iugo monaſtico*, ad *certas regulas* adſtricto, conueniat. Ipſum Chriſtum duplex *vitæ religioſæ* genus docuiſſe, auctor eſt CHOPPINVS *lib. II. monaſtic. tit.* I §. I. *in apoſtilla margin. vnum* videlicet, *anachoreticæ, dum ſolitarius in deſerto orauit, ieiunauit, & tentatus eſt;* (aſt tantum per quadraginta dies, nec eo propoſito, vt *anachoretas* inſtitueret) *alterum cœnobiticæ, dum nec ipſe diuitiis ſeculi abundare voluit, nec apoſtolos, niſi qui his renunciarent, admiſit, & communi victu cum illis vſus eſt.* (Et tamen tantum duodecim diſcipulorum conſortio perpetuo vſus eſt, vt eſſent *teſtes vitæ ſuæ & doctrinæ*, non vero cum reliquis ſeptuaginta diſcipulis vitam egit communem.) Hæc ita finguntur, vt vel ipſius Saluatoris exemplar *monachatui* dignitatem quandam conciliet, qui tamen magis religioni veræ nocuit, quam profuit.

Patrum encomia huius vitæ.

§. IV. Ipſi patres, non ſemper rem ex vera ſua indole æſtimantes, ſuis encomiis viram hanc adeo omnibus commendarunt, vt nihil ei præferendum credi deberet. Audiamus BASILIVM *de laud. erem.* exclamantem: *O vita eremitica, vita ſancta, vita angelica, vita benedicta, viuarium animarum, exhedra gemmarum cæleſtium, curia cæleſtium ſenatorum.* De *laude eremi* quoque commentatus eſt EVCHERIVS Lugdunenſis epiſcopus, qui monaſticam vitam ipſemet excoluit, & ſeculo V. floruit. En eius ſententiam: *Hoc igitur eremi habitaculum dicam non immerito quandam fidei ſedem, virtutis arcam, charitatis ſacrarium, pietatis theſaurum, iuſtitiæ promptuarium? ſicuti enim in*

Digitized by Google

in magna domo pretiosa quæque clausiris obsignata in remotis habentur, ita magnificentia illa sanctorum abditorum eremo, quam difficultatibus suis natura obseruauit, deponitur intra quoddam conclaue deserti, ne conuersationis humanæ vsu obsoleſcat. Quis hanc philoſophiam patienti ferat animo, niſi qui doctrinam CHRISTI ſaniorem *Matth. V*, 14. 15 16. repudiandam eſſe credat? Et tamen his floſculis adeo delectantur patroni huius inſtituti, vt nihil elegantius dici potuiſſe credant. Etiam *clericalis vita ſpiritualis* eſſe iudicatur, & a fece ſeculi remota, *monaſtica* tamen huic longe præferenda ex ſententia ROBERTI abbatis in *epiſt.* a MARTENIO & DVRANDO relata in *theſ. anecdot. tom. I. p.* 785. ex his præcipue argumentis, quod ordo monachorum auctior & perfectior, quodque etiam monachi ſint clerici. *Hic quippe vniuerſalis ordo*, addit, *quaſi ampliſſimus diuinæ pietatis ſinus, omnem gradum omnemque ſexum complectitur, ſanctos ſacerdotes ſplendidius exornat, peccatores tutius reconciliat, virgines ſacras, i. e. ſanctimoniales Chriſto ambitioſius inarctat, peccatrices in miſericordiæ azylum excipit, vt eripiat.* Hoc eſt iudicium ROBERTI, magis ex *præiudicio monaſtico* quam *veritate* productum. Longe aliter cenſuit AVGVSTINVS, & ipſe olim monachus, *lib. II. de ſacerd. c. 2.* aiens: *aliquando bonus monachus vix bonum fecit clericum*, imo, meo iudicio, raro *bonum* fecit *clericum*, cum facile oſtendi poſſet, ipſam *monachorum ſuperſtitionem* corruptionum omnium in *clericatu* cauſam fuiſſe primariam.

Clericatui præferenda.

§. V. Sed paulo altius, & vt oportet a capite huius *philoſophiæ auguſtioris*, vt vocatur a CHOPPINO *in præf. monaſt.* primordia & auſpicia ſunt repetenda. Antiquitus vitam monaſticam vocatam fuiſſe *philoſophicam* in propatulo eſt. Aſt *vita philoſophica* antiquior eſt *vita ſolitariorum*, quæ ex illa producta eſt. Ipſi philoſophi gentiles *vitam philoſophicam* ſeu homine ſapiente dignam conformemque non in *doctrina* tantum, ſed inprimis in *vſu virtutum* & *exercitatione*, *ſingularique abſtinentia* quærebant, quæ eorum erat ἄσκησις, vt peculiari diſſert. docet DN. BVDDEVS *de ἀσκήσει philoſophica.* Optime CICERO *in L. Piſon. philoſophia virtutis continet & officii & bene viuendi diſciplinam.* Adducit IDEM *lib. I. Tuſc. quæſt.* SOCRATIS effatum: *tota philoſophorum vita commentatio mortis &c.* ARTEMIDORVS *lib IV. c.* 35. philoſophum *aſcetam eſſe* ait, *quem neque nuptiarum cura tangeret, neque diuitiarum ambitio ſollicitaret.* Conf. MEIERVS *de aſcetis* §. 27. Tales *philoſophos* ſeu *aſcetas* etiam produxit religio Chriſtiana. Nam, vt ait

Vita hæc olim vocata fuit philoſophica.

Quæ talis apud gentiles?

Philoſophi aſcetæ dicti.

Digitized by Google

CLAVDIVS SALMASIVS ad *Tertull. de pall. p.* 66. *qui disciplinæ Christianæ diligentissimos & exactissimos cultores præstare volebant in omnibus, hi Christiani philosophi erant & dicebantur.* Quamuis enim omnes Christiani primæui in vita sua ad imaginem CHRISTI componenda essent magnopere solliciti; eminebant tamen inter eos, *austeriori vitæ* dediti, & *abstinentiæ* in omni genere vacantes, vt vnice Christo viuere possent, qui speciatim, ex more inter gentiles recepto, dicebantur *philosophi* & *ascetæ*, obseruante Dn. BVDDEO *cit. l.* §. 22. Hac de causa eos ἀκριβῶς χριστιανίζοντας appellat SOCRATES *Lib. VII. hist. eccles. c.* 37.

Philosophi & ascetæ Christiani.

Sine vita solitaria.

§. VI. Huiusmodi *ascetæ* seu *philosophi* inter Christianos fuere plurimi, antequam *solitaria vita* ei accederet. TERTVLLIANVS *lib II. de cult. femin. c.* 9. horum mores ita depingit: *Non enim & multi ita faciunt, & se spadonatui obsignant, propter regnum Dei, tam fortem & vtique permissam voluptatem sponte ponentes? Numquid non aliqui ipsi DEI creaturam sibi interdicunt, abstinentes vino & animalibus esculentis, quorum fructus nulli periculo aut sollicitudini adiacent, sed humilitatem animæ suæ in victus quoque castigatione DEO immolant?* Consistebat ergo hæc ἄσκησις Christianorum potissimum in *fuga nuptiarum, ieiuniis* & *abstinentia* a cibis delicatioribus, vt hac duritie carnis reluctantis supprimerent stimulos, & in hac palæstra, in medio hominum cœtu, *vitam sanctiorem* viuerent. Neque enim ad hanc ἄσκησιν necesse erat, consortium hominum fugere, quibus Christus prodesse suos iusserat, in præcepto de amando DEVM & proximum, id quod in *solitudine* effici haud poterat. Horum ascetarum quoque mentionem facit ORIGENES *contra Celsum lib. V. p.* 264 *edit. Cantabrig.* & discrimen a Pythagoricis hoc assignat: *Hoc considerandum discrimen, quid pythagoricos, quid nostros ascetas ad abstinentiam ab animatis moueat. Illi abstinent propter fabulam de migratione animæ in varia corpora: nos autem, dum aliquid tale facimus, fugillamus corpus nostrum, & in seruitutem redigimus extinguere volentes membra terrena, fortationem, impuritatem, lasciuiam, affectus prauos & concupiscentias, vt morti tradamus actiones corporeas.* Talis *abstinentia* his *philosophis* sufficiebat, nec præterea desiderabat, vt inculta nemora, sylvasque horridas quærerent, aut legibus certis sese subiicerent, multominus vt seorsim in certis ædibus seu cœnobiis viuerent, sese hominum consortio, in quo officia amoris & pietatis, tantopere a Saluatore nostro inculcata, edenda sunt, prorsus eximerent. Hoc demum postea huic *vitæ ascetica*

Digitized by Google

ticæ acceſſit, ex quorundam temperamento ad ſolitudinem procliui, in quo tandem fere vnice vita *aſcetica* ſeu *philoſophica* collocata eſt. Fatetur id ipſum ingenue TILLEMONTIVS *dans memoires pour ſervir a l'hiſtoire eccleſ. tom. VIII. p.* 1. *in vita Athanaſ. art.* 1. *Les aſcetes eſtoient ceux, qui ſe appliquoient a la priere, a la mortification, a la retraite & a toutes ſortes de ſaints exercies, ſoit a la campagne, ſoit dans les villes.*

§. VII. Facile vero *vita ſolitaria* huic *philoſophiæ* accedere potuit, quod tum inter *gentiles* tum inter *iudæos* tales *philoſophi* deprehenderentur, qui ἄσκησιν optimam in *ſolitudine* haberi poſſe, ſibi aliisque perſuadebant, & plures ex *philoſophis gentilibus* & *iudæorum ſapientioribus* Chriſto nomen darent. Philoſophorum horum gentilium mentionem facit CICERO *lib. III. de orat.* &, *eadem autem*, ait, *alii prudentia, ſed conſilio ad vitæ ſtudium diſpari, quietem atque otium ſecuti, vt Pythagoras, Democritus, Anaxagoras a regendis ciuitatibus totos ſe ad cognitionem rerum transtuleruut, quæ vita propter tranquillitatem & propter ipſius ſcientiæ ſuauitatem, qua nihil hominibus iucundius, plures, quam vtile fuit rebus publicis, delectauit.* IDEM *lib. 5. Tuscul. circa fin.* hæc addit: *quid ergo aut Homero ad delectationem animi aut voluptatem aut cuiquam docto defuiſſe unquam arbitramur? An, ni ita ſe res habet, Anaxagoras aut hic ipſe Democritus, agros & patrimonia ſua reliquiſſent, huic diſcendi quærendique diuinæ delectationi toto ſe animo dediſſent?* Conf. BAYL. *in dictionn artic. Anaxagoras.* Speciatim de DEMOCRITI receſſu LAERTIVS *lib. IX. ſegm.* 3. ita: *Denique hominum odio receſſit, vitamque in montibus ducebat, olera & herbas comedens*, quod vitæ inſtitutum triſti eiusdem temperamento tribuendum eſt, quo ipſo tamen ſibi magis nocuit, quam profuit, VT DANIEL LE CLERC *dans l'hiſtoire de la medicine p.* 88. obſeruat. Addit CICERO *lib. V. de finib. boni & mali* ipſum ſe oculis priuaſſe, *certe vt quam minime animus a cogitationibus abduceretur*, id quod etiam referunt GELLIVS *lib. X. noct. Att. c.* 17. & TERTVLLIANVS *in apol. c.* 46. de quo non immerito dubitant STANLEY *in hiſtor. philoſ. p.* 889. & BAYL. *in dictionn. in artic. Democritus tit. L.*

Vitæ philoſophicæ inter gentiles quandoque acceſſit vita ſolitaria.

§. VIII. Apud Iudæos itidem ſingularis *vita philoſophica* nota fuit, quæ potiſſimum ex *ſolitudine* & perpetua *contemplatione* ſeſe vulgo commendabat. ESSAEORVM inſtitura intelligo, & THERAPEVTARVM iudaizantium *vitam contemplatiuam* ſeu *theoreticam*, de qua peculiari

Vt & apud Iudæos.

Digitized by Google

liari libello agit PHILO *de vita theoretica vel de ſupplicum virtutibus.* Hi perfectius quam ceteri vitæ inſtitutum eſſe ſectati iudicabantur. Relictis omnibus facultatibus, conſanguineis atque amicis in *villas ſolitarias* ſecedebant, & in *ſeparatis ædibus* ſinguli habitabant, quæ *monaſteria* dicebantur. In his, quaſi clauſtro cuidam incluſi, per ſex dies ſeorſim philoſophabantur, ſeptimo vero die in commune *ſemneum* ſacrorum communium cauſa conueniebant, vt plenius eorum viuendi rationem depingit IO. CLERICVS, vir clariſſ. *in proleg. hiſt. eccleſ. ſect.* I. *c.* 5. Qui hanc ſolitariam vitam eligebant, non adhortatione quadam eo adducebantur, ſed, vt ait PHILO, *amore cæleſti rapti, quemadmodum qui Bacchi aut Corybanthum furore agitabantur, enthuſiaſmo pleni ſunt, donec quid cupiunt videant.* Inde vero facile conſtat, quod genus hominum huic philoſophiæ addictum fuerit, vt non ſine ratione CLERICVS *cit. l.* §. 3. ex his rationes ita ſubduxerit: *Hæc ſatis ſunt, vt intelligamus, ſanos non fuiſſe, qui ad eiusmodi vitam ſe conferrent; nec poſteriori demum æuo humanum genus, religione perperam intellecta, ad inſaniam actum fuiſſe.* Denique §. 15. ita concludit: *Hæc omnia miratur Philo, quæ tamen melancholiam & enthuſiaſmum magis redolent, quam veram pietatem; quæ oritur ex cognitione reuelationis diuinæ, non pro ἀλληγορέντων arbitrio, ſed ex certis regulis intellectæ; ſitaque eſt non in otioſa & melancholica vita, ſed in cultu diuino humanitatisque omnibus officiis, quæ non niſi in vita communi commode præſtare poſſunt.* Qui hos Therapeutas cum EVSEBIO, HIERONYMO & EPIPHANIO *Chriſtianos* fuiſſe arbitrantur, quorum ſententiam, vt cauſæ ſuæ ſerviat, tuetur GVILIELMVS BEVEREGIVS *in cod. can. eccl. primit. lib. III. c.* 5. ipſum monachatum in horum ſecta offendunt, & ita cum ipſa religione *Chriſtiana* natum eſſe iudicant. Quam improbabilis vero hæc opinio ſit, VALESIVS ad EVSEBII locum *p.* 31. cum aliis iam docuit, & ipſa inſtituta *Therapeutarum* oſtendunt, vt nec diffitetur CLERICVS *cit. l.* §. 15.

De vita ſolitaria Chriſtianorum vtrum inde natales habeat?

§. IX. Vtrum itaque ex quorundam philoſophorum gentilium praxi, an vero ab *Eſſæorum* moribus *ſolitaria vita* aſcetarum inter Chriſtianos arceſſenda ſit? paucis inquirendum. Prius defendere conatur CLAVDIVS DELLE *dans l'hiſtoire de l'etat monaſtique & religieux*, auctoritate ductus forſan SOZOMENI *lib.* I. *hiſt. eccl. c.* 12. Sed nec illud negandum, *vitam* hanc *philoſophicam* cum *ſolitaria* vita *Eſſæorum* magnopere conuenire, ſi *auſteritatem* eius conſideres, imo magis magisque ad eam declinaſſe, præſertim cum primarii inter Chriſtianos, imo eorum primitiæ, ex *iudæis* originem traxerint, & ita facile

Digitized by Google

cile adduci potuerint, vt *vitam eremiticam*, ſanctitatis quid ſpirantem, eligerent. Sicuti enim vulgo hi perfectius *philoſophari* credebantur, ita ipſa appellatio *vitæ philoſophicæ* ab *Eſſæis & quibusdam philoſophis gentilium* tracta, & *eremitis* primis applicata eſt. Quibusdam tamen placuit, non aliunde morem hunc repetere, ſed veſtigia eiusdem inter ipſos fideles quærere, h. e. in vita ELIAE & IOANNIS, referente SOZOMENO *cit. l.* qui tamen vix craſſiorem in omni antiquitate imperitiam profiteri potuiſſent, cum horum mores a priſco monachatu magis abhorreant, quam cum eis conueniant. Apoſtoli nullibi hoc *perfectionis putatiuæ* genus fidelibus tradiderunt, aut commendarunt, quamuis ad ſummum pietatis & ſanctitatis apicem emittendum eſſe docuerint, aliis ſolidioribus fundamentis præſcriptis, quam hac vita ſolitaria horrida & inculta. Laudat quidem epiſtola *ad Hebr. XI*, 38. in deſertis montibusque errantes, & latibula quærentes in ſpeluncis & terræ cauernis; ſed ex *fide*, qua omnem perſecutionis æſtum imperterriti ſuſtinuerunt, non ex electo *citra neceſſitatem perſecutionum* ſilueſtri vitæ genere. Tales tempeſtates quandoque ingruebant, quæ fidelibus hanc duram imponebant legem, vt *coacti* in montibus latibula quærerent, & ad tempus in ſolitudine viuerent. Ex hoc fonte plures ortum *vitæ ſolitariæ* traxiſſe, fatetur SOZOMENVS *cit. l in f.* Et *alii*, ait, *affirmant, perſecutiones, quæ variis ſubinde temporibus eccleſiæ acciderunt, huic philoſophiæ occaſionem præbuiſſe. Nam quoniam fugientes Chriſtiani in montibus & ſolitudinibus ac ſiluis commorabantur, huic viuendi rationi paulatim aſſuenerunt.* Hæc occaſio quidem multum conferre potuit ad *vitam monaſticam* exercendam; aſt *prima origo* vix inde deducenda videtur.

An ex vita Iohannis & Eliæ?

§. X. Videlicet *vita ſolitaria* ſingulari ἀσκήσει quorundam fidelium ex *accidente* acceſſit, nec *ſolitudo* de eſſentia *vitæ philoſophicæ* & *aſceticæ* ab initio fuit, prout ante dictum. Pauci ex philoſophis gentilium *receſſum* quærebant, optime rati, in *conſortio hominum* optimam philoſophandi occaſionem eſſe, adeoque *receſſus* ad ipſam *philoſophicam vitam* haud pertinebat. *Eſſæi* vero & *Therapeutæ* ſolitarium vitæ genus ſequi tenebantur ex philoſophiæ ſuæ, cui addicti erant, principiis, quæ forſan quosdam induxerunt aſcetas, vt itidem receſſum quærerent, temperamento ſuo multum ad id tribuente. Circa finem ſeculi II. epiſcopus Hieroſolymitanus NARCISSVS, iudaicorum morum peritia haud dubie præditus, ἀσκήσει ad tempus *vitam ſolitariam* iunxit, & quidem occaſione quadam eius, animum ad *ſolitudinem* procliuem, impellente. Cum enim calumnias

Vita ſolitaria non fuit de eſſentia vitæ aſceticæ.

Quidam ſponte & pro libertate ſolitariam elegerunt vitam.

Digitized by Google

mnias quorundam, ſpiritu malevolo excogitatas, diutius ſuſtinere non poſſet, &, aiente EVSEBIO *lib. VI. hiſtor. eccl. c. 9 alioquin philoſophicæ vitæ iam amore teneretur, relicta eccleſiæ plebe, in ſolitudine ac deuiis agris plurimos annos delituit.* Addit *cap. ſeq. inſ* omnes eum miratos fuiſſe, *tum ob ſeceſſum, tum ob philoſophicam viuendi rationem*, quamuis eo tempore *vita aſcetica* non præciſe talem auſteritatem deſideraret, nec ipſe NARCISSVS in *ſeceſſu perpetuo*, ſed tantum *ad tempus* perſiſteret. Qui, Deciana tempeſtate excitata, in ſiluis & nemoribus ſalutem quærebant, magis ſimiles fuerunt illis, quos *epiſtola ad Hebræos XI*, 38. memorat, de quibus EVSEBIVS *lib. VI. c. 42.* ita: *Iam quid opus eſt, commemorare multitudinem eorum, qui in montibus & per ſolitudinem oberrantes fame & ſiti, frigore & morbis ac latronum aut beſtiarum incurſu oppreſſi interiere.* Hi eremitæ miſerrimi *ex neceſſitate* ad tempus quoddam, non ſtudio *philoſophicæ vitæ*, deſerta incolebant, nec tales, quos quærimus, monachi erant.

Quidam ex neceſſitate.

§. XI. Vnus fere inter eos fuit, qui hac occaſione *ſolitariæ vitæ* ſeu *monachatus* fundamentum iecit. Intelligo PAVLVM Thebæum, quem *Anachoretarum principem* eſſe volunt, furore *Deciano* coactum, vt ad montium deſerta confugeret, non quidem eo conſilio, vt ſolitudini ſeſe in perpetuum addiceret, ἀσκήσεως melioris gratia; ſed vt præſenti tempeſtati cederet, vt teſtis eſt HIERONYMVS *in eius vita.* Verum quod neceſſitas extorſerat, & furor DECII procurauerat, poſtea amor *ſolitudinis* adeo roborauit, vt ceſſante licet æſtu perſecutionis, conſuetudinem hanc non deſereret, ſed fere per nonaginta annos a mortalium conſortio remotus in hoc *voluntario exilio* viueret. FLEVRY *hb. VI hiſt. eccleſ. n* 48. Fatentur tamen ſcriptores rerum eccleſiaſticarum, eum fere nemini innotuiſſe, niſi ſoli ANTONIO, ad eum demum, cum iam ad exitum vitæ properaret, accedenti, vnde ab ipſo *diſciplina monaſtica* trahi nequit, quæ per *diſcipulorum aſſumtionem* demum conſtituta eſt.

Paulus Thebæus ex neceſſitate ſolitudinem quæſiuit.

§. XII. Hæc vtique debetur ANTONIO, quem quaſi ſtirpem *vitæ monaſticæ*, certis regulis inſtructæ, & moribus efformatæ recte dixeris. Hunc primo amor *vitæ aſceticæ* magnopere ceperat, quam mox cum *ſolitudine*, exemplo aliorum philoſophorum, nulla coactus neceſſitate, coniunxit, ita tamen vt ſtatim vniuerſis innoteſceret, & in ſolitudine ſua raro *ſolus* eſſet. Hic ipſe primus fuit, qui *diſcipulos* adſciſceret, quique morem hunc, ἄσκησιν inter deſerta excolendi, omnibus inculcaret tradere-

Monaſtica diſcipline magis debetur Antonio,

Digitized by Google

retque, vt eam ad Essæorum instituta quodammodo componeret. Imo adeo *horridam solitudinem* ad ἄσκησιν necessariam esse iudicauit, vt omnibus insinuaret, in consortio hominum vitaque ciuili eam exçoli non posse, quin potius necesse esse, vt eius assectæ deserta peterent, siluas pererrarent, & soli in montibus & antris, ferarum more, viuerent. Addebat, *solitariam* hanc *viuendi rationem* adeo ad veram ἄσκησιν esse necessariam, vt quemadmodum pisces, simul atque terram attigerint, vitam amittunt, sic *monachi* vel *solitarii*, cum ad vrbes accedunt, monasticam grauitatem amittant, teste SOZOMENO *lib. I. hist. eccl. c.* 13. Inde id vnice agebat, vt hoc vitæ genus *ad summam diligentiam & perfectionem perduceret*, teste EODEM *cit. l.* illudque præceptis, *regulisque ascetici*s nouis & insoliis circumscriberet, quæ speciem singularis ἀσκήσεως habebant, pluresque in hanc sectam trahebant, de quo plenius agit TILLEMONTIVS *tom. VII. P.* I. *histor. eccl. p.* 176. Ex huius schola tanquam ex equo Troiano prodierunt mox infiniti monachi per orientem dispersi, *philosophi* prorsus *inculti* atque *horridi*, sed ex ἀσκήσεως eminentiori, vt credebatur, perspicui & in magno habiti honore. et quidem in solitudine.

§. XIII. Atque ab hoc tempore hi *ascetæ & philosophi noui* nomen *monachorum* seu *monazonton*, vt appellantur in *l.* 26. *C. de decur.* h. e. *solitariam vitam agentium*, VT ATHANASIVS aliique eos passim appellant, induerunt. Inepta vtique est deriuatio, quæ in *c.* 1. *C.* 16. *q.* 1. traditur, quod *monachus* latine *singularis* dicatur, quasi *singulariter viuere* debeat. *Singulariter viuere* potius dicuntur *insipientes*, non sapientes, aut philosophi quales *monachi* inter Christianos esse voluerunt, sed forsan falsa est adducta significatio, non res ipsa. Adhuc absurdior est deriuatio, quæ occurrit in *c.* 8. *C.* 16. *q.* 1. quod *monachus* dicatur a μόνος & ἄχος, & quod μόνος denotet *vnum*, ἄχος vero *tristem*, vt monachus sit *vnus tristis*. Quis vero ad hanc barbariem non ingemiscceret, licet a sede papali profluxerit? Cetera prædicata, quæ monachis ab antiquo tributa sunt, plura sunt, & potissimum ex præiudicio antiquo de *sanctissima* eorum *vita* tracta. Vnde vulgo *conuersi*, & qui monachatum amplectuntur *conuerti*, imo ad *religionem* transire dicuntur, vt rubrica huius tituli indicat, quod inter omnes *religionem Christianam* excolere videantur, & ita κατ' ἐξοχὴν *religiosi* sint, qualis appellatio iam apud SALVIANVM *lib. V. de gubernat. DEI* occurrit. Hac de causa etiam *serui DEI* in *c.* 6. *C.* 18. *q* 2. vocantur & *regulares*, quod secundum *regulas præscriptas* vitam suam componere debeant, & quæ sunt aliæ huius farinæ appellationes. Inde nomen monachorum & solitariorum inualuit. Dicuntur etiam conuersi & religiosi.

Monasteriorum in desertis ratio prisca.

§. XIV. Sed reuertor ad *primæuos monachos*, quos sanctitas inculta ANTONII produxit, in latebrosis rupium cauaminibus vitam austeram in ieiuniis, abstinentia, aliisque ἀσκήσεως operibus ducentes. Equidem in his desertis *monasteria* quoque fuisse leguntur: quid vero hæc ipsa aliud erant, quam *spelunca* quædam, *casula* aut *cellulæ* informes, in quibus soli habitabant, quale *monasterium* ANTONIVS habuisse legitur? Discipuli quoque eius in talibus *cellulis* seu *monasteriis* commorati feruntur, vnde factum est, vt deserta, siluæ montesque infinitis huiusmodi tuguriolis, in quibus μοναζοντες habitabant, replerentur, & quotidie numerus horum monasteriorum excresceret, quorsum alluſit RVTILIVS NVMANTIANVS *lib.* I. *Itiner:*

Squallet lucifugis insula plena viris.
Ipsi se monachos græco cognomine dicunt,
Quod soli nullo viuere teste volunt.

Ipse locus in desertis, sparsim cellis monachorum oppletus, *Laura* antiquis dictus fuit: λαῦρος enim græcis est *copiosus*, *multus*, & λαῦρα *vicum* vel *plateam* denotat, inde *Laura monachorum* instar *vici eremitarum* erat, in qua *sparsim* habitabant. Vid. ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib.* II. *c.* 26. Huius Lauræ meminit SOZOMENVS *lib. VI. hist. eccl. c.* 31. *alius est locus distans stadia fere septuaginta, cui nomen cella, in quo sunt cellæ monachorum permultæ, sparsim positæ, vnde & hoc nomen habuit.* Ab Aegypto per discipulos ANTONII hæc noua *vita eremitica* in Syriam, Palæstinam, aliosque orientis tractus delata est, quæ mox ita inclaruit, vt, quotquot amore *vitæ sanctioris* traherentur, in hunc portum sese conferre gestirent. Quamuis vero in extrema paupertate viuerent, *proprietatis* tamen haud erant incapaces, nec creditum fuit, hanc *inhabilitatem* vitæ monasticæ cohærere debere. Præterea consortia mulierum fugiebant, sed sine *voto*, vt tamen status monasticus cum coniugio consistere haud posse iudicaretur, in quo primarium ἀσκήσεως caput collocabatur. Denique *obedientiæ* iugum deerat, postquam quisque *sua lege* viuebat, nisi quod institutis eorum, quorum cura ad μοναζόντων disciplinam educati erant, sese adstrictos crederent.

Sine votis in iis viuebant.

Cœnobiticæ vitæ origo sub Pachomio.

§ XV. Quarto seculo, auctore PACHOMIO, noua ratio *vitæ asceticæ* in Aegypto introducta est, quam *cœnobiticam* dixere, quæ a *vita solitaria* ad *communem* declinauit, dum plures in vna domo *communem vitam* ducentes habitabant, vniusque imperio parebant. Huic cœnobiorum conditori, cuius instituta exacte describit TILLEMON-

TIVS

Digitized by Google

TIVS *tom. VII. P. I. hiſt. eccl. p.* 291. *ſeqq.* duo inprimis noua inſtituta debentur: 1) quod plures ſub ſuo præſidatu colligeret monachos, cum quibus *vitam communem* duceret: 2) quod *leges* peculiares, easque *ſeueriſſimas*, eis præſcriberet, ad quas ſeſe componere iubebantur. Nam quod prius attinet, omnes iuniores monachos, reuelatione diuina præcedente, congregaſſe, & in vnum quoddam corpus redegiſſe legitur, ſi fides habendi PALLADIO *in hiſtor. Lauſiaca c.* 38. & SOZOMENO *lib.* 3. *H. E. c.* 14. Quoad poſterius PACHOMIVS ſuo inſtituto conſultum iudicabat, leges eis certas præſcribere, ſecundum quas quisque ederet, biberet, operaretur, ac ieiunaret. Multas præterea *cellulas* exſtruxit, ita vt in ſingulis *tres monachi* degerent; in vno autem conclaui ſimul omnes cibum caperent, & cum ſilentio ederent, ſedentes ad menſam velato capite, ita vt nec ſe mutuo, nec aliud quidpiam viderent, præter menſam & appoſita cibaria, & quæ ſunt alia, quæ TILLEMONTIVS exacte *cit. l.* recenſet. In tantum vero excreuit numerus monachorum ſub PACHOMIO, vt congregatio eorum mille & trecentos numero ſodales habuiſſe legatur. Inde trahenda ſunt initia COENOBIORVM, hactenus incognitorum, vt recte ait BVLTEAV *dans l'hiſtoire monaſtique d'orient*, quæ formam monaſteriis in occidente exſtructis, & vsquead noſtra tempora propagatis dederunt.

Cuius peculiaris ratio traditur.

§. XVI. Quamuis vero hæc vita non amplius eſſet *ſolitaria*, ſed magis *communis*, nouis prorſus & inſolitis legibus ſubiecta, promiſcue tamen *monalica* & *cœnobitica* dicta fuit, & *cœnobia* horum aſcetarum *monaſteriorum* nomen retinuerunt, vtut nihil minus quam *monaſteria*, h. e. *ſolitariorum* habitacula eſſent. Id vel ideo factum fuiſſe videtur, quod PACHOMIVS primus vndique *ſolitarios* ſeu *monachos*, in ſolitudine horride viuentes, congregauerit, & forſan crediderit, actum de ſuo inſtituto fuiſſe, niſi eidem *monaſtici* nomen relinqueret, quod in ſumma apud omnes eo tempore erat celebritate.

Cœnobia hæc etiam promiſcue monaſteria dicta.

§. XVII. Plures alibi eandem viuendi rationem introduxere, inter quos epiſcopus Armeniæ EVSTATHIVS, monaſticæ conuerſationis auctor apud Armenios refertur. Hic itidem ad exemplum PACHOMII de *arctioris vitæ diſciplina*, de *cibis*, quibus vtendum, aut a quibus abſtinendum eſſet; de *veſtibus*, quibus vti oporteret; de *moribus* denique & *exacta viuendi ratione* præcepta tradidit, vt ait SOZOMENVS *cit. l.* addiitque *librum aſceticum*, qui BASILIO Cappadoci vulgo adſcribitur, ex quorundam opinione ab ipſo conſcriptum fuiſſe. Formula eius admodum dura

Propagata vita cœnobitica ab Euſtathio.

Digitized by Google

& aſpera erat, adeo vt præ nimia ſeueritate ad *abſurdas* quasdam *obſeruationes* prolapſus ſit, referente SOZOMENO *cit. l.* & ab hoc tempore quilibet, qui ſub ſe monachos congregauit, pro ſuo captu & temperamento ſeueriori vel laxiori *formulas* compoſuit, ex quibus monachi viuere coacti, & forſan iam quidam ad vota edenda allecti ſunt. Neque enim vna eademque regula *generalis* omnibus præſcripta erat: ſinguli, qui inter eos vt *patres*, vt *præfecti* vel *abbates* eminebant, nouas excogitabant, & admodum ſtudioſi erant, in vita monaſtica quotidie rectius, vt putabant, efformanda.

Cœnobia etiam extra ſolitudinem condita.

§. XVIII. Hoc nouo inſtituto introducto, non amplius ſe intra montium & ſiluarum latebras & tenebras continebant, quidam in vicos, ſuburbia & oppida ſeceſſerunt, eo inprimis conſilio, vt eo fortius Arianis reſiſtere poſſent. Monachorum enim turbam in debellandis hæreticis magno epiſcopis adiumento fuiſſe, antiquitates eccleſiaſticæ referunt. BASILIVS huius inſtituti auctor fertur, teſte SOZOMENO *lib. VI. hiſt. eccl. c.* 17. *& Baſilius quidem*, ait, *vrbes Ponto finitimas circumiens multa illic monachorum domicilia conſtituit*, & SOCRATES *lib. IV. c.* 26. *Veritus, ne Ariani dogmatis nouitas Ponti quoque prouincias depaſceretur, celeriter ad eas partes ſe contulit. Cumque illic monaſteria conſtituiſſet, & cunctos ſuis prædicationibus inſtituiſſet, nutantes eorum animos confirmauit.*

Monachi fuere laici.

§. XIX. Quodſi ergo *ſtatum monachorum primordialem* penitius intuemur, tria primario circa eum occurrunt obſeruanda. Primum eſt, quod haud fuerint *clerici*, ſed mere *laici*, deliderio vitæ purioris ſanctiorisque hanc ἄσκησιν eligentes. Hac de cauſa (α) etiam obſeruabant in eccleſiis, quod *laicorum* erat, ſicut clericorum, oblata recipere. Eam differentiam aperte indicat HIERONYMVS *in epiſt. ad Heliod. de vita eremit.* etiam a GRATIANO relatus in *c.* 6. C. 16 *qu.* 1. *alia cauſa eſt monachorum, alia clericorum: clerici paſcunt oues. ego paſtor. Illi de altari viuunt; mihi quaſi infructuoſæ arbori ſecuris ponitur ad radicem, ſi munus ad altare non defero.* (β) Diuerſa erant inſtituta & propoſita *monachorum* & *clericorum*, vt oſtendit ſuccincte FLORENS *cit. l. p.* 43. vnde etiam (γ) adhuc IVSTINIANVS ſuo tempore in *l.* 52. *de epiſc. & cleric.* negauit, *monachos* eſſe *clericos*, cum, quamuis quibusdam priuilegiis clericalibus gauderent, propterea ſtatum ſuum haud mutauerint. Hac de cauſa (δ) eccleſiaſticis legibus, quæ *laicos* tantum ligabant, obnoxii erant, veluti in *pœnitentia publica* agenda, quam tantum *laici*, non *clerici* ſubire cogebantur,

Inde offerebant.

Diuerſis vtebantur inſtituris vitæ.

Legibus laicis datis vivebant.

Digitized by Google

bantur, quod diſcrimen plenius euoluit IO. MORINVS *de adminiſtr. pœnit. lib. VI. c.* 13. *p.* 389 *ſeq.* Quin etiam vbi diuerſa pœna eccleſiaſtica *laicis & clericis* imponitur, monachi laicis iunguntur, vt in *c.* 8. *concil. Chalced. qui hanc conſtitutionem euertere auſi fuerint, ſi ſint quidem clerici, canonum pœnis ſubiiciantur: ſi autem monachi vel laici, ſint a communione alieni.*

§. XX. Equidem (*e*) non defuerunt, qui *clericatum* cum *monachatu* incompatibilem eſſe crediderunt, vt GREGORIVS in *c.* 2. C. 16. *q.* 1. & quamuis (ζ) nihilominus ex plerorumque patrum ſententia ad clericatum admitterentur, non antea tamen erant *clerici*, quam ſi legitime in clerum eſſent cooptati. Id ipſum SIRICIVS papa *epiſt.* 1. *c.* 13 apud HARDVINVM *tom.* 1. *concil. p.* 851. & GRATIANVM *in c.* 29. C. 16. *qu.* 1. indicat his verbis: *Monachos quoque, quos tamen morum grauitas & vitæ ac fidei inſtitutio ſancta commendat, clericorum officiis aggregari & optamus & volumus.* Creditum enim fuit, monachos magis quam alios in clerum eſſe recipiendos, ob morum grauitatem & ſanctitatem, vt teſtis eſt SVLPICIVS SEVERVS *de vita B. Martini c.* 10. *inf. Quæ enim eſſet ciuitas, aut eccleſia, quæ non ſe de Martini monaſterio cuperet habere ſacerdotes*, vbi recte obſeruat B. CELLARIVS *in not. Monachos inter laicos connumeratos fuiſſe. Cum vero ſacerdotes, i. e. epiſcopi fierent, ſi bant clerici.*

Clerici fiebant per cooptationem.

§. XXI. Vlterius (η) vt alii laici, monachi olim laborabant, & ex opere manuum viuebant, prout plenius ex antiquitatibus probant ALTESERRA *lib. V. aſcet. c.* 7. *ſeqq.* FLORENS *cit. l. p.* 50. & EDMVNDVS MARTENE *de antiq. monachor. ritibus lib.* 1 *c.* 6. Hac de cauſa ſicut *laicis* ita quoque *monachis* decimarum & oblationum perceptionem interdictam fuiſſe ſupra dictum, & conſtat ex *c.* 9. 42. *ſeqq. & vlt* C. 16. *q* 1. Clericorum diuerſa erat conditio & viuendi ratio, quam CYPRIANVS *epiſt.* 1. *edit. Oxon.* ita explicat: *ſinguli diuino ſacerdotio honorati & in clerico miniſterio conſtituti non niſi altari & ſacrificiis deſeruire & precibus atque orationibus vacare debent. Scriptum eſt enim: nemo militans Deo, obligat ſe moleſtiis ſecularibus, vt poſſit placere ei, cui ſe probauit. Quod cum de omnibus dictum ſit, quanto magis clerici moleſtiis & laqueis ſecularibus obligari non debent, qui diuinis rebus & ſpiritualibus occupati ab eccleſia recedere & ad terrenos & ſeculares actus vacare non poſſunt.* Prouocat deinde ad veteris teſtamenti iura Leuitica & addit: *Quod totum fiebat de auctoritate & diſpoſitione diuina, vt, qui operationibus diuinis inſiſtebant, in nulla re auocarentur; nec cogitare aut agere ſecularia cogerentur. Qua nunc*

Laborabant vt laici.

Digitized by Google

nunc ratio & forma in clero tenetur, vt, qui in eccleſia domini ordinatione clerica promouentur, in nullo adminiſtratione diuina annectantur: nec moleſtiis & negotiis ſecularibus alligentur, ſed in honore ſportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & ſacrificiis non recedant, ſed die ac nocte cœleſtibus rebus & ſpiritualibus ſeruiant. Denique (θ) quamuis clerici *iurisdictioni epiſcoporum* ſubeſſent, monachi tamen non magis quam alii laici ei ab initio ſuberant, vt infra *tit. de ſtatu regul.* dicendum docendumque erit.

Solitarii adhuc diſtincti fuere a cœnobiticis.

§. XXII. Alterum, quod *ſtatum antiquorum monachorum* concernit, eſt, quod quidam *ſolitariam vitam*, more primæuo prætulerint, quidam vero *communem* ſeu *cœnobiticam* elegerint. Neque enim omnes μονάζοντες ad PACHOMII inſtituta ſeſe compoſuere, ſed plures deſerta adhuc ſolitarie incoluerunt. Inde *monachorum* duo genera primaria nata: *cœnobitarum & ſolitariam vitam agentium.* Illi ſub præfecto ſeu abbate *communem* in monaſterio ducebant *vitam*, & ex formula præſcripta ad vnguem viuebant: hi more priſtino in deſertis *ſoli* viuebant, & communiter *anachoretæ & eremitæ* vocabantur, cuius diſcriminis mentionem iniicit IVSTINIANVS in *Nou. V. c.* 3. Pariter SVLPICIVS SEVERVS *in dialogo de virtut. monach. orient. c.* 10. hoc diſcrimen retinuit, &, *haud longe*, ait, *ab eremo contigua Nilo multa ſunt monaſteria: habitant vno loco plerumque centeni, quibus ſummum ius eſt, ſub abbatis imperio viuere, nihil arbitrio ſuo agere, per omnia ad nutum illius poteſtatemque pendere. Ex his, ſi qui maiorem virtutem mente conceperint, vt acturi ſolitariam vitam ſe ad eremum conferant; nonniſi permittente abbate diſcedunt.* Horum *anachoretarum* mores IDEM *l. c.* 5 15. ita depingit, & *habitant*, ait, *plerique in eremo ſine vllis tabernaculis, quos anachoretas vocant. Viuunt herbarum radicibus, nullo vnquam certo loco conſiſtunt, ne ab hominibus frequententur. Quas nox cœgerit, ſedes habent.* Fuerunt tamen etiam, qui ſuas certas cellulas in deſertis vel agris habebant, ibique *ſolitariam vitam* agebant, de quibus agit SOZOMEN. *lib. VI. hiſtor. eccl. c.* 31. Qui plura monachorum genera tradunt, vt FLORENS *cit. à pag.* 38. *ſeqq.* ALTESERRA, *lib.* I. *aſcet. c.* 6, reuera tantum diuerſa *anachoretarum* inſtituta referunt. Quid enim *eremitæ* aliud ſunt quam *ſolitariam vitam agentes?* Vtut vſus ſeculi alios *eremitas*, alios *anachoretas*, quandoque dixerit. Verum hodie cum *vota* monachum facere dicantur, ſcena ita mutata eſt, vt *eremitæ* vix amplius ſint *monachi*, quod *tria vota ſubſtantialia*

non

Digitized by Google

non edant. Vnde *eremitæ* non amittunt proprietatem bonorum, sed de his adhuc testandi facultatem retinent. *c.* 8. *C.* 19. *q.* 3.

§. XXIII. Denique *tertium*, statum eorum proprium, in quo a ceteris *laicis* differebant, tangit, in quo quodammodo ad *clericos* accedere videbantur. Vnde non defuere, qui monachos *intermedium genus* inter *clericos* & *laicos* dixere, quasi amphibios. Supra scilicet dictum est, *vitam ascetic.m* potissimum in *studio abstinentiæ* positam fuisse, ex quo monachi κατ' ἐξοχὴν postea *continentes* dicti sunt, vel *summæ continentiæ homines*, vt ab AVGVSTINO *de mor. eccles. cathol. c.* 31. Clericorum vita quidem ad Christianismum singulariter effigiata credebatur, sed multo magis *monachorum*, quorum austerior vitæ ratio diuini quid spirare credebatur. AMBROSIVS *epist.* 82. *ad Vercell.* hanc duplicem coniungit vitam, &, *hæc duo*, ait, *in attentiore christian rum deuotione præstantiora esse quis ambigat, clericorum officia & monachorum instituta? ista ad comitatem & moralitatem, disciplina illa ad abstinentiam assuefacta atque patientiam.* Hoc *abstinentiæ studium* ab initio *arbitrarium* nec *certis regulis* circumscriptum erat: quilibet, qui ἄσκησιν *sponte* amplectebatur, ordinem sibi conuenientem eligebat, mutationi tamen obnoxium, si meliora & conuenientiora sese animo repræsentarent. In quibusdam ad clericos accedebant.

§. XXIV. Postquam vero ex monachis familiæ collectæ, & cœnobiis inclusæ, leges certæ *continentiæ* & ἀσκήσεως datæ, & ad minima etiam extensæ, vt secundum eas edere, bibere, dormire, loqui, incedere, laborare, sacra facere & denique quæuis peragere, cogerentur. Tam affectata & ad regulas compolita viuendi ratio *meritoria* videbatur: hæc vnica idonea credebatur ad affectus domandos, & peccatis bellum indicendum; per *regulas monasticas* omnis perfectionis gradus obtineri, omnia abstinentiæ & ἀσκήσεως capita absolui, imo omnium remissionem peccatorum obtineri vulgo traditum. Regulis certis viuere cœperunt.

§. XXV. In hoc vero hi philosophi, vt arbitror, magnopere errarunt. Sunt *regulæ* inter eos, qui societatem quandam ineunt, omnino necessariæ ad *ordinem* in ea seruandum, maxime si copia hominum abundat. Ast α) hæ ad *minutissima* non sunt extendendæ: β) minime credendum, per hanc externam pædagogiam *internam animæ emendationem*, multo minus *peccatorum remissionem* obtineri posse, quæ tantum hos, qui ordinem turbant, in officio continent: γ) si ipsa *officia deuotionis & pietatis* his includuntur strictissime, vt inter monachos a PACHOMIO aliisque postea Quid in his regulis fuerit peccatum.

Digitized by Google

factum, virtutem suam amittunt veram & sinceram, & in *superstitionem* degenerant, quam vita monastica magis magisque ad peculiares regulas composita promouit: ne dicam δ) his regulis, quæ tamen sæpe ad *absurditatem* quandam inclinabant, tandem factum fuisse, vt his vnice viuerentur, neglectis veris Christianismi officiis, quæ homines maxima idoneos reddunt adducuntque, vt sibi inuicem præsto esse possint. Hæc non deprehendit in monachis ZOSIMVS aiens: *hi legitimis abstinent nuptiis, & tam in vrbibus quam vicis populosa collegia complent, hominibus non maritatis nec ad bellum, nec ad alium reipublicæ vsum idoneis.* Tam *inidoneos homines* formandos esse, Christus nunquam præcepit, quin potius eius præcepta huc vnice tendunt, vt quilibet aptior reddatur ad vsum reipublicæ & officia quæuis pietatis alteri exhibenda. Conf. Dn. BVDDEVS *de concord. relig statusque ciuil.* Denique ε) cum diuersis homines *temperamentis* instructi sint, & diuersis ducantur passionibus, tam *specialissimæ* viuendi *regulæ* præscribi haud potuerunt, quæ ad singulos essent accommodatæ, sed quæ in his *ambitionem* & *auaritiam* extinguebant, in aliis sæpe irritabant, augebant, & sic iis magis noxiæ erant. Quilibet monachorum magister vel pater regulas suo temperamento conformes monachis suis præscribebat, imprudenter has subducendo rationes, omnes homines esse vnius eiusdemque naturæ & indolis, & vnam eandemque medicinam singulis conuenire, quæ philosophia illa ipsa peperit mala in *vita* hac *philosophica*, quibus status monachorum postea infectus est. Ita *imprudentia* peccatum, non *astutia*: *bona*, non mala *fide*, vt nostratibus vitio verti haud potuerit, quod hæc instituta abolenda esse censuerint.

Serius in occidentem vita monastica transiit,

§. XXVI. In *occidentem* hæc monastica viuendi ratio serius penetrauit. Orientis tractus monachis vnice ab initio oppleti erant, vt ALTESERRA *in ascet. lib. I. c.* 2. & 3. non diffitetur, & SOZOMENVS *lib. III. histor. eccles. c.* 14. *in f.* quoque innuere videtur: nec deerant impedimenta, quæ introductioni huius noui instituti resisterent. Quodsi veram & genuinam imaginem Christianismi in hoc consistere credidissent *occidentales*, non criminandum illud, sed commendandum censuissent. Neque tamen negant hi, qui primi auctoris huius vitæ in *occidente* fuerunt, a plerisque eam reprobatam & reiectam fuisse. Inprimis Romæ in crimen vocabatur, vt vel vrbe eam eliminandam nec tolerandam esse duxerint. HIERONYMVS *in epist.* 24. *ad Paulam* de obitu filiæ, id non diffitetur, &, *quousque*, ait, *genus detestabile monachorum vrbe non pellitur?* Refert

imo primitus reprobata.

his

his verbis iudicia hominum communia de hoc inſtituto, quod ipſe potiſſimum occidenti obtrudere conabatur ex intempeſtiuo quodam pietatis calore. IDEM in *epiſt.* 16. *ad Principiam virginem*, quæ *Marcellæ epitaphium* continet, firmat, docetque, eam primam vitam monaſticam auſam fuiſſe Romæ profiteri, ac multos ad idem pertraxiſſe inſtitutum. *Nulla eo tempore*, ſcribit inter alia, *nobilium fœminarum nouerat Romæ propoſitum monachorum, nec audebant propter rei nouitatem ignominioſum, vt tunc putabatur, & vile in populis nomen aſſumere.* Nec ſane deerant ſanioribus, quæ huic nouitati obiici poterant. Vera Chriſtianorum ἄσκησις minime quærenda erat in affectata hac intolerabili iugo ſubiecta vita, quam Chriſtus in Phariſæis damnarat, & apoſtoli in Eſſæis aliisque, qui ſimile iugum iam apoſtolico æuo Chriſtianis imponere ſtudebant, reprobauerant. *Col. II*, 8. 16. *ſeqq.* Ex rationibus non improbandis.

§. XXVII. Verum ſeculo IV. vera *Chriſtianismi* imago iam vario ſuperſtitionis infecta erat veneno, & ſinceræ pietatis ſtudium deferbuerat, vt auctoritas quorundam ex patribus plus proficeret, quam ſanior Chriſti doctrina. ATHANASIVM & HIERONYMVM heic compello, qui ſemina huius inſtituti Romam deduxerunt, ex quibus poſtea vniuerſus occidens plantas accepit. Perſecutio, quæ ATHANASIVM ob Arianam hæreſin impugnatam premebat, occaſionem huic rei præbuit, in qua rei monaſticæ patroni diuinæ prouidentiæ agnoſcunt veſtigia. Conſtat, ATHANASIVM in conflictu cum Arianis id potiſſimum egiſſe, vt ANTONIVM ceterosque monachos in Aegypto degentes in *vera fide* retineret, quos impenſe colebat, laudabat, & multum cum iis in exilio ſuo erat. Damnatus & electus ab Arianis Romam anno 341. properabat, ibique *hiſtoriam vitæ Antonii* adhuc viuentis componebat, per quam *profeſſionem vitæ monaſticæ* mirifice animis hominum inſinuabat. MARCELLA prima in ſexu ſequiori fuit, quæ nouitate rei tacta Romæ hanc viuebat vitam, vt teſtatur HIERONYMVS in *cit. epiſt.* 16, atque: *Hæc ab Alexandrinis ſacerdotibus Athanaſio & poſtea Petro, qui perſecutionem hæreſeos Arianæ declinantes quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum Romam confugerunt, vitam beati Antonii adhuc viuentis, monaſteriorumque in Thebaide Pachomii & virginum ac viduarum didicit diſciplinam. Nec erubuit profiteri, quod Chriſto placere cognouerat.* Similiter PAMMACHIVS ex ſenatore in vrbe primus monachus fuiſſe traditur. Vid. MABILLON. *in ann. Benedict. lib.* I. § 9. Auctoritas, quam ſibi ATHANASIVS in debellandis Arianis Auctoribus Athanaſio & Hieronymo tandem in occidentem tracta.

Digitized by Google

comparauerat, facile tandem omnium mentes, ab instituto hoc alienas occæcauit, vt *monasticam vitam* ante odiosam laudarent, commendarent, & susciperent. Ita aliquando etiam bonus dormitat Homerus.

Extra vrbes ruri & in suburbiis.

§. XXVIII. Nondum tamen Romæ *monasteria* erant: *ruri* & in *suburbiis* exstruebantur, vt Antonii in solitudine degentis mores & instituta eo magis referrent. Id ipsum HIERONYMVS *in epist. cit.* 16. *non* diffitetur, &, *suburbanus vobis ager*, ait, *pro monasterio fuit, & rus electum pro solitudine multoque ita vixistis tempore, vt ex imitatione vestri, conuersatione multorum gauderemus, Romam factam Ierosolymam. Crebra virginum monasteria, monachorum innumerabilis multitudo, vt pro frequentia seruientium DEO, quod prius ignominiæ fuerat, esset postea gloriæ.* Hac de causa in *epist.* 13. *ad Paulinum*, relata a GRATIANO in *c.* 5. C. 16. *q.* 1. scripta differentiam hanc inter vitam *clericalem* & *monasticam* esse tradit, &, *si officium*, inquit, *vis exercere presbyteri, si episcopatus te, vel opus, vel honor forte delectat, viue in vrbibus & castellis & aliorum salutem fac lucrum animæ tuæ. Sin autem cupis esse, quod diceris, monachus, i. e.* SOLVS, *quid facis in vrbibus, quæ vtique non sunt solorum habitacula, sed multorum?* Ipse HIERONYMVS huic vitæ deditus magnopere eius incrementa in occidente promouit, præsertim cum Romam veniisset, & quod ipsius *austeritati* admodum conueniens erat, omnibus inculcaret, traderet, commendaret.

Virginum monasteria etiam in vrbes recepta & ex hoc etiam virorum

§. XXIX. Quia vero a ratione decori alienum esse videbatur, *virginum viduarumque sodalitia* in agris vagari, consultius vsum fuit, ea in vrbem recipere, ne notam infamiæ amplius haberent. Inde *monasteria virginum* vrbibus contineri cœperunt, & ex his ipsis tandem quoque *monasteria virorum* per occidentem in *vrbibus* nata, & per vniuersum orbem propagata sunt, præsertim cum ATHANASIVS apud Treuiros exularet, & disciplina in Italia recepta & approbata facile totum occidentem peragraret. MABILLON *l. c.* § 10. & 11. Præterea MARTINI singularis auctoritas & vi-

Accedente Martini auctoritate

vendi modus magis commendauit hoc institutum, qui episcopus Turonensis creatus monasterium apud Ligerin statuit, discipulosque octoginta collegit, qui ex *instituto magistri* viuebant, quod tradit SVLPICIVS SEVERVS *de vita B. Martini c.* 10. Quamuis itaque non primus inter *occidentales* fuerit, qui hanc disciplinam introduceret, quod quidam ex SOZOMENO *cit. l.* colligunt, ingens tamen *promotor vitæ cœnobiticæ* fuit, quam gloriam recte ei

& Augustini. tribuunt. Nec minora huic vitæ incrementa attulit AVGVSTINVS, qui

mo-

Digitized by Google

monachatum cum *clericatu* arctissime coniunxit, & in domo sua *monasterium clericorum* extruxit, omnesque suos clericos eo adegit, vt *vitam* cum eo *communem* agerent, plurimosque episcopos ad hoc nouum viuendi genus inuitaret, inducereteque, prout plenius tradit THOMASSINVS *P. I. de vet. & nou. eccles. discipl. lib.* 3. *c.* 3. *seqq.* Tanta enim eo tempore erat *vitæ communis* celebritas, *continentiæ* gloria, & *regularum monasticarum* veneratio, vt his tribus verum pietatis cultum, perfectionem summam & ἄσκησιν Christianam absolui omnes haberent persuasissimum, quo ipso magis magisque mores monastici, v. c. peculiares vestitus, tonsura, aliaque ad clericatum sunt translata.

§. XXX. Atque hæc tria ad professionem monasticam sufficiebant, vsque ad tempora BENEDICTI, patris decantati, vel *præceptoris almifici monachorum*, vt eum BONIFACIVS appellat in *c.* 25. C. 16. *q.* 1. Hic præter regulas *nouas*, *certas*, & *constantes*, quas postea monachi occidentales vt *legem diuinam* recipiebant, nouum monachatui addidisse vinculum creditur, *tria vota* scilicet, *castitatis*, *paupertatis* & *obedientiæ*, vnde nova monachismi facies prorupit Olim *vita* monachum faciebat, non *vota*: post eum *vota* monachum constituerunt, non *vita* primario; nisi hanc ex *opere operato quotidiano* æstimare velis. Nam & *ordines militares* ad monachismum relati sunt, non alia de causa, quam propter *vota*. Sed ad BENEDICTVM reuertor. Ante eum in *occidente* tot propemodum typi & regulæ, quot cellæ, adeoque monasteria vni regulæ non ita addicta erant, quin vel aliam inducerent, vel superinducerent, pro abbatis sui arbitrio, absque vlla suæ professionis mutatione, vt obseruat MABILLON. *l. cit.* §. 13. Inde non adeo mirandum, quod monasteria iamdudum extructa, postquam regula BENEDICTI per vniuersum celebrari cœpit orbem, derelicta illa, quæ antea vsi fuerant, *Benedictinam* tandem receperint, & spe *perfectioris vitæ* ad eam se composuerint, maxime cum illa opinio sedulo omnibus inculcaretur, quod eodem spiritu, quo *sacri canones* conditi, habenda esset, teste MABILLONIO *lib.* 3 *ann. Bened.* n. 8. Quod *tria vota monastica* concernit, dubitant, an primus BENEDICTVS hæc discipulis suis imposuerit, & an ex BENEDICTI regula hæc tria colligi queant?

Creuit admodum hæc vita sub Benedicto nouis legibus instructa,

cuius regulæ passim receptæ.

§ XXXI. Equidem hoc expeditum est, antequam vsus *regularum* inualuit, nulla *vota* edita fuisse. His a PACHOMIO, BASILIO aliisque monachis præscriptis, religio *voti* quoque mox addita fuisse videtur, ad minimum, ne statum semel susceptum pro lubitu mutarent. Id obseruat IVO Carnutensis episcopus *epist.* 41. *Quod vero postea multiplicatis mona-*

De votis monasticis ante Benedictum.

Digitized by Google

monachorum congregationibus profeſſiones (in quibus *votum* latebat:) *exactæ ſunt*, &, *benedictiones ſuper eo datæ, quadam cautela factum eſt, vt monaſticus ordo, quando firmius in conſpectu DEI & hominum, & ſolemnius ligaretur, tanto robuſtius & deuotius ab ipſis ſeruaretur; & ſi qui vellent ab hoc propoſito recedere, teſtimoniis pluribus conuincerentur, & tanquam iurati in Chriſti ſacramenta tyrones ad propoſitum ſuum reuerti cogerentur.*

Auguſtinus iam monachos voto conſtrinxit.

§. XXXII. Ante BENEDICTVM iam AVGVSTINVS clericos ſuos, quos *more monaſtico* viuere cogebat, tali *voto* conſtringebat, vt recte obſeruat THOMASSINVS *cit. l. c.* 3. §. 6. ex ipſis verbis AVGVSTINI *ſerm.* 49. *Malum eſt cadere a propoſito, ſed peius eſt ſimulare profeſſionem. Ecce dico, audite: qui ſocietatem vitæ communis iam ſuſceptam, quæ laudatur in actibus apoſtolorum, deſerit, ac* VOTO *ſuo cadit, a profeſſione ſancta deficit. Ego ſcio, quantum mali ſit profiteri ſanctum aliquid, nec impune; vouete, inquit, & reddite Domino DEO veſtro. Et melius eſt non vouere, quam vouere & non reddere.* Expreſſius IDEM *in Pſalm.* 75. *Nemo ergo poſitus in monaſterio frater dicat: recedo de monaſterio. Neque enim ſoli, qui ſunt in monaſterio, peruenturi ſunt ad regnum cœlorum, & illi, qui ibi non ſunt, ad DEVM non pertinent. Reſpondetur illi: ſed illi non vouerunt, tu vouiſti.* Vouerunt ergo antiqui monachi iam ante BENEDICTVM, *ſe vitam monaſticam nunquam deſerturos eſſe*, adeoque probabile eſt, vel ipſum AVGVSTINVM ex PACHOMII aliorumque more hanc traxiſſe diſciplinam, vel eam primum ſuis impoſuiſſe, vt cletum renitentem hoc vinculo conſtringeret, & ad obſeruantiam huius vitæ perpetuam inuitos adduceret.

Votorum Benedictinorum tenor.

§. XXXIII. BENEDICTVS in ſuis regulis ab HOLSTENIO *in cod. regul. tom. I.* relatis, etiam huius voti mentionem facit, quod vel *regula* 58. docet: *Suſcipiendus autem in oratorio coram omnibus promittat de ſtabilitate ſua, & conuerſione morum ſuorum & obedientia coram DEO & ſanctis eius, deque iſta promiſſione faciat petitionem*, h. e. vt explicat NATALIS ALEXANDER *ad ſec. 6. hiſt. eccleſ. c. 6. art. 5. p. 462. Scripturam obligatoriam ad nomen ſanctorum, quorum reliquiæ ibi ſunt, & abbatis præſentis, eique ſubſcribat, & reponat ſuper altari.* Voti *paupertatis* & *caſtitatis* nulla in hac regula fit mentio, ſed tantum voti *ſtabilitatis*, *conuerſionis morum* & *obedientiæ*, quod etiam agnoſcit FLEVRY *tom. VII. hiſt. eccl. p.* 783. quæ ex *vitæ monaſticæ ratione intima* ſequebantur.

§. XXXIV.

Digitized by Google

§. XXXIV. Quod vero poſtea tria vota *paupertatis*, *caſtitatis*, atque *obedientiæ*, tanquam eſſentialia vitæ monaſticæ capita, monachis Benedictinis impoſita fuerint, omiſſo voto *ſtabilitatis*, id magis ſubſequenti praxi attribuendum, qua in quibusdam a *regula Benedictina* receſſum, quod vel votum *ſtabilitatis* indicat, quædam vero ex *interpretatione vſuali* magis recepta, quam in *regula Benedicti* præſcripta. Voluit BENEDICTVS, vt recipiendi *conuerſionem morum ſuorum* promitterent voto ſolenni: hanc potiſſimum interpretes huius regulæ quæſiuerunt in *abſtinentia a coniugio* & *paupertate*, præſertim cum ipſe BENEDICTVS *proprietatis* ſitim radicitus amputandam eſſe voluerit: *abſtinentia* autem a coniugio ex ſtatu & moribus monachorum ſequeretur. Ita ex hac *interpretatione vſuali* tria tandem vota nata ſunt, quæ attribuuntur *regulæ Benedictinæ*, ſicuti illa, quæ per *interpretationem* ex legibus eruuntur, habentur, ac ſi *nominatim* ea de re in lege cautum fuiſſet, vt ait Imperator in §. *vn. I. de legit. patron. tut.* Eo magis autem vota ſolennia profeſſioni monaſticæ accedebant, quod perſuaſum haberent, per *votum* ſingularem DEO cultum exhiberi, bonum quidem eſſe, *caſte*, *obedienter*, & *in paupertate* viuere; longe tamen perfectius & gratius DEO fore, ſi per *votum* tale propoſitum ederetur, in quo voluntarium cultum ſeu ἐθελοθρησκείαν excogitarunt, nullibi in ſacris commendatum, nec vllibi traditum, quamvis cum ponrificiis in alia omnia eat CORVINVS *de perſon. & benef. eccl. tr.* I *lib.* 3. *tit.* 10. *n.* 46.

Tria vota poſtea recepta magis ex interpretatione vſuali quam præſcripto Benedicti.

§. XXXV. Equidem *ipſi Benedictini* in infinitas iterum abierunt familias, diuerſis appellationibus, inſtitutis ac moribus inſtructas, quas recenſet ALTESERRA *lib* I. *aſcet. c.* 10. BARBOSA *lib.* I. *iur. eccl. c.* 41. *n.* 45. CISTERCIENSES inter eos præeminent, qui, nimia *Benedictinorum* potentia, dignitate & luxu offenſi, ſeorſim res ſuas habere inceperunt, de quibus agit HENRICVS MANRIQVIVS *in annal. Ciſterc.* Sed non diu ſtetit *affectata* horum *humilitas* & *paupertas*, intuitu cuius variis priuilegiis orbati ſunt, vt ad *tit. de decim.* dictum: mox degenerauit in ceterorum Benedictinorum mores & ambitionem, poſtquam rurſus bonis abundare cœpit ampliſſimis ordo. Idem ſtudium reformandi deperditos Benedictinorum mores produxit celebrem in Germania congregationem *Burſfeldenſem*, in quam infinita transiere monaſteria Benedictinorum, & quotannis ſua peculiaria capitula habuere, vt vberius exponit LEVCKFELD. *in antiquit. Burſfeld. c.* 2. *&* 3.

Benedictini in varias abierunt familias.

§. XXXVI.

Noua Franciſci & Dominici inſtitutio

§. XXXVI. Sed reformari non potuit *ordo Benedictinorum*, poſtquam in omnium rerum abundantia viueret. Ad maiorem itaque perfectionem & genuinas *humilitatis paupertatisque* regulas res monaſticas deducere ſtuduere FRANCISCVS & DOMINICVS, exiſtimantes, gloriam abbatum, prælatorumque a monachatu abhorrere, nec *paupertatis* votum permittere, vt tam immenſis poſſeſſionibus monaſteria turgerent. Inde nati ſunt ordines fratrum *mendicantium*, hac cum differentia, vt FRANCISCI diſcipuli *fratres minores*, DOMINICI vero *prædicatores* dicti fuerint. Hic nouus ordo, ab INNOCENTIO III. confirmatus, teſte ODOR. RAYNALDO *ad ann.* 1215. *n.* 17. & 19. magna mox cepit incrementa ex ſingulari *paupertatis* & *humilitatis* ſtudio & auctorum ſanctitate omnium ore celebrata, vt per omnes chriſtianorum tractus ſeſe diffuderit, & in quatuor congregationes primarias abierit, de quibus agit BARBOSA *cit. l. n.* 174. *ſeqq.* Horum inſtituta ſunt admodum diuerſa a *Benedictinis*, quamuis in *tribus votis* generalibus, quæ *monachatum* conſtituere dicuntur, cum iis conueniant.

Item Carthuſianorum & Ieſuitarum.

§. XXXVII. *Loiolitæ* & *Carthuſiani* fere ad neutrum horum ordinum referri poſſunt, ſed propriis ſuis vtuntur conſtitutionibus, teſte CORVINO *de perſon. & benef. eccl. P. I. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 14. quamuis *Loiolitæ* nihil minus videantur eſſe quam monachi *ſolitarii* & *aſcetæ*, & vix vmbram monachorum referant; aulæ Romanæ tamen admodum vtiles, quod præter tria vota quartam *de papalis maieſtatis auctoritate quibuſuis artibus tuenda* addiderint, qua de cauſa vt aliquam ſpeciem monachorum habere viderentur, anno 1571. a PIO V. *mendicantium* conſortio, mira rerum metamorphoſi, adſcripti ſunt. Ceterum in quam infinitas *religioſi ordines* abierint familias & congregationes, diuerſoque habitu & moribus vtantur, ſuccincte traditur *dans l'hiſtoire du clergé ſeculier & regulier des congregations de Chanoines & de clercs & des ordres religieus de l'un & de l'autre ſexe, qui ont été etablis jusqu'à preſent, contenant leurs origine, leurs fondations, leurs maniers de la vie, leurs decadence, leurs reformes & les evenemens le plus conſiderables, qui y ſont arrivès.* Quatuor tomis abſoluuntur horum diuerſiſſima inſtituta & veſtitus ſingulorum ordinum peculiares elegantiſſimis figuris æneis oculis ſubiiciuntur. Diffuſioni & ſolidiori opera ordinum religioſorum hiſtoriam nouiſſime contexuit P. HELYOTTVS *dans l'hiſtoire des ordres monaſtiques religieux & militaires & des congregations ſeculieurs de l'un & de l'autre ſexe, qui ont été etablis jusqu'à pre-*

à preſent, quod opus *VIII. voluminibus* comprehenſum multa refertum eſt eruditione.

§. XXXVIII. Non ſubſtiterunt vero inſtituta monaſtica intra clauſtra & monaſteria: ad ipſas tranſiere eccleſias *cathedrales* ſub PIPINO, auctore CHRODOGANGO, Metenſi epiſcopo, qui, vt clericorum ſuorum mores deprauatos emendaret, eosque in ordinem redigeret, nihil prius, nihil antiquius habuit, quam vt clericos ſuos regulis quibusdam ſubiiceret, & *inſtituta monaſtica*, ſolis exceptis votis, ad eccleſias cathedrales transferret. Huius inſtitutum adeo proſpere ſucceſſit, vt non tantum paſſim epiſcopi id ſponte reciperent, ſed & concilia & leges publicæ approbarent, clerumque, vt *canonice* in poſterum viueret, cogerent, de quo plenius egi *lib.* 3. *tit.* 1. Ab hoc tempore clerus in communione bonorum viuere cœpit, & magiſtratus nouos, veluti *præpoſitos*, *decanos* ſimilesque a monachis accepit, vt monaſtica viuendi ratio per vniuerſum fere clerum ſparſa, & plura in eccleſiis *cathedralibus* & *collegiatis* nata ſint iura, quæ ſupra *tit.* 1. & *tit.* 5. *huius libri* alibique fulius iam expoſita ſunt.

Inſtituta monaſtica ad cathedrales eccleſias tracta per Chrodogangum.

§. XXXIX. Ab hac *vita communi* clerus rurſus reſiliebat, circa ſeculum XI. epiſcopis quibusdam conniuentibus, quibusdam vero grauiter murmurantibus. Illi clericos ſuos, maxime *cathedralis eccleſiæ*, in maximam deduxerunt libertatem, vnde adhuc *ſeculares* dicuntur. Hi eos inde, vnde abierant, reducere non tantum ſtuduerunt, ſed etiam effecerunt, vt *arctiori vinculo* conſtringerentur ad *vitam communem* ſeruandam, ſcil. per *votum paupertatis*, quod hactenus clero impoſitum non fuerat. Inde clerici *regulares* dicti, ad monachatum propius inclinantes, vt plerumque *monachi* & *regulares* coniungantur, ceu vel *rubrica huius tituli* docet, & plenius ſupra *tit.* 1. explanatum eſt. Conf. FRANCISCVS FLORENS *tom. II. oper. p.* 34. Seculo XII. occaſione *militiæ*, vt vocatur, *ſacræ* & *peregrinationum* ad ſepulchrum Chriſti inſtitutarum *ordines militares* ſunt inſtituti, a monachatu rurſus originem trahentes, & cum rurſus ſupra *lib. III. tit.* 1. §. 107. *ſeqq.* plenius de hac materia egerim, vel binis verbis eam attigiſſe ſufficiet. Equidem clauſtris, vt monachi, haud includuntur, nec in communi viuunt, peculiaremque ſcopum ſibi præfixum habent; tribus tamen *votis* æque vt *monachi* conſtringuntur, & quia hæc (quamuis contra primæuam rationem) *monachatum* conſtituere dicuntur, & eſſentialis eius pars ſunt, non mirandum eſt, eos quoque ordinibus religioſis eſſe annumeratos.

Seculi vndecimi noua reformatio cleri cathedralis.

Inde nati clerici regulares

& ordines militares.

Digitized by

De monialium origine.

§. XL. Sicuti vero ἄσκησις Christianorum primitiuorum *monachos* peperit, ita quoque *moniales*, de quibus peculiari tract. egit FRANCISCVS PELLIZARIVS, Placentinus, sed admodum frigide; non tantum enim masculi nonnulli *abstinentiæ* studio & laude singulari excelluere, sed etiam virgines & viduæ. Imo ALTESERRA *lib. III. ascet. c.* 12. asserere non dubitauit, in hoc sanctiori vitæ ascēticæ proposito eo maiorem laudem sexui muliebri deberi, quo tempore prior & quasi exemplo fuit. *Temporibus apostolorum*, ait, *nequaquam auditum est nomen monachorum: ab ipsis tamen apostolis sacrarum virginum & viduarum collegia in ecclesia esse cœpere*, quod testimonio IGNATII confirmat, in *epist. ad Tars.* scribentis, *eas, quæ sunt in virginitate, honorate vt sacras Christi*, & *epist. ad Philipp. congregationis virginum* mentio occurrit. Vel ex hoc argumento *Ignatianas epistolas* falsi postulari posse, censet D'ALLAEVS *de script. quæ sub nomin. Dionys. & Ignat. circumf. lib. II. c.* 13. *p.* 314. quod eo tempore *monasteria virginum* Deo consecratarum haud fuerint. Sed hoc argumentum haud propugnabo: sint sincera IGNATII verba, non tamen *virginum monasteria* inde eruuntur, sed, quod æque virgines plurimæ in summa *abstinentia* & ἀσκήσει vixerint ac quidem masculi, inde tantum infertur. Virginum *collegia* haud memorat IGNATIVS, sed *systemata virginum*, h. e. *cumulum* earum, & *multitudinem*, cum non tantum *cœtus* vel *collegium*, sed quæuis multitudo, quæ collegium haud constituit, σύστημα denotet, quasi diceres, der Hauffe der Jungfern.

An ab Apostolorum temporibus repetenda?

Vita ascetica virginum non est antiquior vita ascetica masculorum.

§. XLI. Nimis liberalis est in sexum sequiorem ALTESERRA, vitam ascēticam & philosophicam *virginum* antiquiorem esse ascetis *masculis*. Verum vtique est, sub apostolis non fuisse auditum nomen *monachorum*: sed nec *monialium* fuit auditum: earum autem personarum, quæ ex vtroque sexu in proposito singularis *abstinentiæ* perdurarunt & substiterunt, non defuit copia, & hac de causa IVSTINVS Martyr, ATHENAGORAS, TERTVLLIANVS, CYPRIANVS aliique frequenter harum iniiciunt mentionem, quæ ἀσκήσεως studio serio flagrabant, sine vllis tamen votis, solo animi proposito, de quibus consuli potest SAMVEL BASNAGE *diss. de sacris virginib.* quæ *tom. II. annal. p.* 510. inserta est.

Eremitica vita virorum antiquior est.

Vita *eremitica* virorum in *oriente* sine dubio antiquior est virginum vel viduarum consortio in desertis. Et si dicendum, quod res est, vita hæc agrestis & solitaria sexui femininо admodum indecora & parum consulta fuit: interim tamen nec ab his reiecta. Laudat pro more suo CHRYSOSTOMVS *hom.* 8. *in Matth. choros virginum* in solitudinibus Aegyptianis.

Nec

Digitized by Google

Nec viri ſolum, ait *Idem homil.* 56 *ſed mulieres etiam hoc genere philoſophandi exercentur & naturæ infirmitatem magnitudine animi ſuperant.* In *l.* 1. *C. Theod. de bon. clericor.* fit mentio *mulieris, quæ ſolitariæ vitæ dedita eſt.*

Monales in occidente ſeculo IV.

§. XLII. In *occidentem* ſerius vitam hanc philoſophicam transitum fuiſſe ſupra dictum, ſimulque obſeruarum, quarto ſeculo, etiam Romæ feminarum monaſticam vitam inualuiſſe, quæ *moniales*, *virgines DEO ſacratæ*, *ſanctimoniales*, *aſcetriæ* & *nonnæ*, imo & *monachæ* dictæ, VT EX GREGORIO TVRON. *lib. X. c.* 16. *p.* 606. conſtat, mox tamen monaſteriis incluſæ, quod vita agreſtis & ſylueſtris huic ſexui eſſet inimica. Introducta regula S. BENEDICTI, morem cererorum monachorum ſecutæ ſunt, & regulam eius ſuſceperunt. Quamvis vero primitus in *cœnobia* collectæ ſub cuſtodia *matris*, quæ eis præpoſita erat, viuerent, non tamen omnis ad eas *ingreſſus* erat prohibitus, nec adeo duriſſimo carceri incluſæ erant, vt nunquam in publicum prodire poſſent. Quin potius cum ceteris fidelibus ſacris publicis intereraut, quod quarto ſeculo vſitatiſſimum fuiſſe docet BASNAGE *cit. l.* §. 27. Sed nimia quorundam licentia tandem effecit, vt *clauſtris* ſuis tanquam *carceribus perpetuis* includerentur, & propria templa, in quibus illis ſacra adminiſtrarentur, acciperent.

In cœnobia collectæ.

Virgines canonicæ ex inſtituto Chrodogangi.

§. XLIII. Longe liberalior eſt conditio virginum CANONICARVM, quæ CHRODOGANGI inſtitutum amplexæ ſunt, & inſtar CANONICORVM liberius viuunt. Equidem in *nou.* 59 *c.* 2. IVSTINIANVS iam meminit *aſcetriarum* & *canonicarum*; aſt longe diuerſo ſenſu. Olim etiam clerici CANONICI dicti ſunt, quod *canoni* ſeu *matriculæ* inſcripti eſſent, & ex reditibus eccleſiæ viuerent, vt *tit* 1. *huius libri* §. 8 dictum. Similiter *aſcetriæ*, aliæque viduæ erant *canoni ergaſteriorum*, de quibus agitur in *cit. nou.* inſertæ, in oriente fidelium ſepulturæ operam dantes, & in exequiis canentes cum *acolythis*. Hæ ideo *canonicæ* dicebantur, quod ex reditibus ergaſteriorum viuerent & diſtributio ex pecuniis & reditibus prædiorum inter eas fieret, vt in *cit. nou.* dicitur. Sed ſeculo VIII. *canonicæ virgines* ex nouo quodam inſtituto introductæ ſunt, inde dictæ, quod non ſecundum regulam BENEDICTI, ſed *canonice*, h. e. ſecundum inſtitutum nouum CHRODOGANGI viuerent, prout ſupra *lib. huius tit.* 1. §. 20. *ſqq.* dictum. Inde dictæ ſunt CANONISSAE, & quamuis abbatiſſæ imperio pareant, præter illam tamen *decaniſſam* & *præpoſitam*, exemplo

canonicorum habent, nec voto *paupertatis* ligantur, adeoque *proprietatis participes* sunt.

Quædam regulares, quædam seculares.

§. XLIV. Quemadmodum vero seculo XI. canonicis vinculum voti *paupertatis* iectum est, vt ex *communi vita* discedere cupientes in ordinem redigerentur; ita similiter quædam *canonicæ* simile institutum assumserunt, vt quædam *regulares* dictæ fuerint, voto *paupertatis* adstrictæ: quædam *seculares*, quæ voto hoc non constringuntur, sed pristinum retinuere morem. Harum mentionem facit pontifex in *c.* 43. §. *supra dicta de elect. in* 6. illis æque liberam *electionem* concedit, vt monialibus. *Supra dicta siquidem, nedum in monasteriis, in quibus sunt moniales viuentes sub aliqua de religionibus approbatis; sed etiam in illis, vbi sunt iuxta quarundam prouinciarum consuetudinem mulieres, quæ nec propriis renunciant, nec professionem faciunt regularem, sed viuunt, vt in secularibus ecclesiis canonici seculares.* Similiter in *clem. 2. de statu monach. Illas quoque mulieres, quæ vulgo dicuntur canonicæ seculares, & vt seculares canonici vitam ducunt, non renunciantes proprio, nec professionem aliquam facientes &c.* Hac de causa iis permissum est nubere, excepta sola *abbatissa*, cui hoc interdictum, quod exemplo *monasterii superioris* Ratisbonensis illustrat HVNDIVS *in metropol. Salisburg. tom. III. p.* I.

Beguinarum institutum.

§. XLV. Ab his denique adhuc diuersæ sunt BEGVINAE, novum quoddam mulierum, ἄσκησιν peculiarem sectantium, genus, de quarum origine AEGIDIVS, aureæ vallis monachus, *in Rudolpho episc. Leod. c.* 52. hæc habet: *Suscitauit DEVS Spiritum S. cuiusdam sacerdotis, viri religiosi, qui Lambertus, Le Begue, qui beatus erat, de S. Christophoro dicebatur, a cuius cognomine mulieres & puellæ, quæ caste viuere proponunt, Beguines Gallicæ cognominantur, quia ipse primus extitit, qui eis præmium castitatis verbo & exemplo prædicauit.* Idem repetit ALBERICVS *in chron. ad ann.* 1177. *p.* 359. *edit. Leibnit.* eas vero AVBERTVS MIRAEVS *tom. I. diplom. Belgio. c.* 90. *in not.* describit, quod sint *virginum ac viduarum simul in Beghinagiis absque votis monasticis pie casteque viuentium congregationes*, in Brabantia, Flandria, diœcesi Leodiensi ac vicinis ditionibus frequentissimæ. *Alunt*, pergit, *familiam singulæ aut viuunt binæ, ternæ aut plures iisdem in ædibus cum singulari morum ac pudicitiæ integritate, vt merito castus orbis Germania nostra inferior ab exteris nuncupetur.* Ita quidem ille.

A quibusdam reprobatum.

§. XLVI. Sed non omnes idem de earum sanctimonia iudicium tulerunt, ceu docet CANGIVS in *glossar. voce Beguini.* In Bel-

Digitized by Google

Belgio circa annum 1226. hanc familiam natam, mox late propagatam, vario tamen fortunæ casui subiectam fuisse docet THOMASSINVS *P. I. de vet. et nou. eccl. lib.* 3. *c.* 63. §. 11. Longe altius earum originem repetit AVBERT. MIRAEVS *lib. I. donat. Belgic. cap.* 112. *in not.* p. 230. quæ tamen vix probari possunt. Quæ fuerit earum viuendi ratio olim Hannoueræ, vbi *Beginarium* habuerunt, vna ex illis, apud BVSCHIVM *de reform. monast. c.* 15. relatum a LEIBNITIO *tom. II. script. Brunsuic. p.* 923. refert his verbis: *Quarta hora mane surgimus, de beata virgine horas, septem psalmos, vigilias, & alia similia pariter suo tempore legimus, quotidie manibus nostris laboramus, missam quotidie audimus, de laboribus manuum nostrarum viuimus, & inde pauperibus, in quantum possumus, subuenimus; diebus celebribus ecclesias frequentamus, DEI præcepta & quædam eius consilia libenter, pro posse nostro seruamus. Plebanis nostris confitemur, & iura eorum parochialia ipsis persoluimus.* Varios eis imputatos errores hæresesque, constat ex *c.* 3. *clement. de hæres.* & *c.* 1. *clement. de relig. dom.* qua de causa secta hæc penitus reprobata est.

§. XLVII. Sed euentus docuit, falsas has criminationes & forsan in cerebro *Franciscanorum*, eis grauiter insidiantium, excogitatas fuisse, qua de causa IOANNES XXII. in *c. vn. extrau. comm. de relig. domib.* rursus earum statum approbauit, & ab omnibus ordinariorum molestiis tutas immunesque præstitit. Alia eiusdem pontificis decretalis de anno 1323. occurrit apud AVBERTVM MIRAEVM *tom. I. diplom. Belg. c.* 91. qua rursus Antwerpiensibus plena offertur securitas his de causis: *Cum autem ad apostolatus nostri auditum relatio fide digna deduxerit, esse plurimas in tua ciuitate & diœcesi huiusmodi mulieres Beghinas simpliciter nuncupatas, quæ per virtutum odoramenta currentes, honeste viuunt, deuote frequentant ecclesias, prælatis suis reuerenter obediunt, & se in præmissis disputationibus & erroribus non inuoluunt, nec suos nec aliorum animos per opiniones erroneas ab euangelica veritate degeneres damnabili præsumtione decipiunt, sed in sancta & solida simplicitate viuentes, aliquæ proprias, aliquæ parentum, aliquæ conductas, vel sibi communes & cum honesta familia domus inhabitant: aliquæ vero rerum vrgente defectu simul in iisdem domibus & diuersis Beghinagiis ad maiorem castitatis obseruantiam commorantur.* Ex falsis imputationibus & criminationibus.

§. XLVIII. Infinita *sodalitia* alia peperit præterea *monachorum* & *monialium* sanctitas, quorum precibus DEO commendari quilibet anxie gestiebat. Hæc opinio, quod *preces monasticæ* DEO essent acceptis- Confraternitatum sodalitia.

Digitized by Google

simæ, plura noua instituta, & superstitionum messem insignem produxit, inprimis vero *confraternitates.* Has non tantum monasteria *virorum* & *puellarum* inter se inierunt, & semet ipsas receperunt in *communionem* omnium vigiliarum, orationum ac beneficiorum, sed admissæ quoque ecclesiæ, clerici, episcopi, imo & *laici*, qui quidem haud monachi facti, in *ius fraternitatis* tamen recepti, vt ex tot monachorum & monialium devotione & operibus bonis lucrum, vt credebant, caperent, licet ipsimet ab omni pietatis cultura longissime sæpe essent remoti.

In communionem a monachis accepta.

§. XLIX. Apud HVNDIVM *in metropol. Salisburg. tom. III. p.* 32 *edit. nouiss.* occurrit in *Gewolt. addit.* diploma de anno 1321. quo abbatum Præmonstratensium generale capitulum *comites de Hals cum eorum vxoribus & liberis*, ad fraternitatem suam admisit his verbis: *plenam participationem omnium bonorum, quæ in toto nostro sunt ordine, ipsis benigne in domino concedimus charitate, adiicientes de gratia speciali, quod omnes conditiones & deuotiones, quas de missis vel vigiliis seu aliis bonis operibus tam spiritualibus quam temporalibus in suis literis expresserunt siue statuerunt seu pro fratrum pietancia siue aliis operibus quibuscunque approbamus, ratificamus & confirmamus in perpetuum.* Anno 1038 monasterium in Osterhouen cum conuentu S. Mauritii in Altch similem *vnionem* iniit, cuius diploma refert GEWOLDVS *in addit. ad Hundii metrop. cit. l. p.* 31. Conditiones hæ fuerunt: *quod cum obitus alicuius vestrum nobis fuerit nunciatus, nomine suo in Kaln. nostro scripto, a quolibet sacerdote dicentur tres missæ, ab infimorum vero graduum quolibet dicetur vnum psalterium, & vnam quilibet corporalem recipiat disciplinam. Illiterati vero dicent centum & quinquaginta vicibus pater noster. Præterea singulis annis post dominicam, qua cantatur, Domine in tua, proxima vacante feria, generaliter pro omnibus fratribus defunctis in vestro monasterio apud vos specialis commemoratio fiet, talis videlicet, vt pulsatis campanis vigiliæ defunctorum & in mane missa vna cantetur publice in conuentu.* Alia similia *confraternitatum* diplomata formulasque referunt ANTON. MATTHAEI *lib. II. de nobil. c.* 36. LEVCKFELD. *in antiquit. Walckenrid. P. I. c.* 13. MABILLON. *in annal. v.* 159. *seqq. nou. edit.* DACHERIO adiectæ.

Etiam laici, quod diplomatibus illustratur.

§. L. De his ANTONIVS MATTHAEI *cit. l.* optime iudicat his verbis: *Et tanti operum monasticorum, tanti precum communio. Ea seculi tum cæcitas. Precibus non adiuti, nisi grandia pollicentes, nisi pretio paciscentes. Prosequisque incumbebat, vt humanam iustitiam, quæ tamen tam inquinata tot sordibus peccatorum, compararet, & suam faceret auro,*

Iudicium de his consortiis & communicatione precum monasticarum.

Digitized by Google

auro, argento, agris, omissa Christi iustitia, quæ non venalis, sed gratis datur vere pio & pœnitenti. Fide in DEVM comparatur cœlestis gratia, non pretio. Nec ad quæstum hac abutendum. Nec prætextu religionis Christi ones deglubendæ. Pecunia tua tecum sit in perditione, dicebat Petrus Simoni mago. Vetus tamen mona horum id institutum, fortunis, prædiis, agris, mancipiis, sollicitos de salute & imprudentes euertere, oblata precum communione & salutis æternæ certa spe, vt vulgo iactant, pro terrenis & perituris. Argumenta in contrarium, quibus Romanæ ecclesiæ doctores hanc *communicationem precum* defendunt, adfert in compendio TAMBVRINVS *tom. II. de iur. abbat. disp. 9. q. 4.*

Quinam recipiendi in monasterium?

§. LI. His prælibatis, de *transeuntibus ad religionem* iuxta seriem huius tituli quædam adducenda. Olim quidem ἄσκησις primitiuorum Christianorum neminem excludebat, sed quoscunque inuitabat, quamdiu libera, & nullis constricta vinculis erat. Durissimo iugo eidem in cœnobiis accedente, cui ferundo per totum vitæ tempus non omnes erant habiles, præcautiones quædam adhibendæ, nec omnibus promiscue aditus ad monasteria parefaciendus. *Probandi* prius erant intrare desiderantes, antequam reciperentur, tum vt suas explorarent vires, tum etiam vt congregatio iudicare posset. vtrum mores eorum *monachatui* conuenirent, quod satis optimum in se dicendum est, si ipsa *probatio* & *vita*, ad quam præparatio fit, careret næuis. Verum ipsa vita monastica a vero scopo magnopere desciuit, mentesque adeo constrinxit, vt in vera pietate sapere non potuerint. Eo melior & aptior quisque censetur, quo magis omnem eiurare potest rationem, & simpliciter ad *cæcam obedientiam* mentem suam componere. Contumaces & qui rationi rectæ aliquem adhuc locum relinquere intendunt, inepti sunt, non tolerandi inter monachos.

Probandi prius.

Nouitiis molestiæ quædam subeundæ.

§. LII. Hunc in finem *probandi*, & *per annum* inter *nouitios* constituendi. Imo iuxta regulam 58. BENEDICTI difficultates quædam subeundæ sunt, antequam inter nouitios quis recipiatur. *Ergo*, ait, *si veniens perseuerauerit pulsans & illatas sibi iniurias, & difficultatem ingressus post quatuor aut quinque dies visus fuerit patienter portare, & perstitere petitioni suæ, annuatur ei ingressus & sit in cella hospitum paucis diebus: postea autem si in cella nouitiorum, vbi meditetur & manducet & dormiat.* Iam supra *tit. 4. §. 5. huius libri* obseruaui, nouitios olim variis molestiis, iniuriis, & aliis incommodis fuisse vexatos, vt *patientia* eorum, irrationabili modo, probaretur, vnde in academiis *penalismus* quoque natus est. Qui ergo ad patienter ferendas iniurias per aliquot dies aptus deprehensus fuit,

Digitized by Google

fuit, ad *nouitiatum* ſibi aditum præparat. Verum hæ iniuriæ eo facilius ſuſtineri poſſunt, quia *pulſantes*, vt dicuntur, ſciunt, hac *patientia*, & non aliter ianuam monaſterii ſibi aperiri. Aeque olim ſtudioſi, vitam academicam intrare cupientes, hoc monaſtico more, malis quibusdam imaginariis erant afficiendi, & ſtultiſſimo more per varia contemtus genera ad vitam academicam, vt putabant, præparandi, quod *depoſitionis ritum* vocant. Quis vero vnquam tam ineptus erit, vt credat, *patientia* tali præmeditata, & quæ ex *lege* neceſſario ferenda & ſubeunda eſt, probari candidatum vitæ academicæ, vt inde dignus reputari queat? Tale certamen inſtar comœdiæ eſt, ſine vllo fructu & effectu. Nec enim bonus monachus vnquam inde factus eſt, quod per *hypocriſin* ad quoddam temporis ſpatium *ridiculum certamen* ſuſtinuerit, ſicuti in ſcena, qui perſonam miſerabilem, multis conuitiis iniuriisque affectam ſuſtinet, & vel IOBI aut SOCRATIS patientiam ad tempus repræſentat, in certamine patientiæ ſatis ſuperque probatus dici non poteſt. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

Quod ad academias olim tractum.

Forma inſtituendorum nouitiorum.

§. LIII. Nouitiis hisce præeſt *magiſter nouitiorum*, qui eos in *vita monaſtica* inſtituat, obſeruet, regulam inculcet, explicet, & iuxta eam vitam inſtituere doceat, vel iuxta BENEDICTI *reg.* 58. *qui illis prædicet omnia dura & aſpera, per quæ itur ad DEVM*, quæ omnia canoniſtæ plenius explicant, diſtinctius vero ESPEN. *P. I. iur. eccl.* [illegible]. 25. *c.* 2. Conf. MARTENE *in theſ. anecd. tom. I. p.* 683 vbi adfert epiſtolam ADAMI, abbatis Perſenniæ, quæ *formam inſtituendorum nouitiorum* plenius depingit edocetque.

In monaſteriis proteſtantium etiam retenrus annus probatorius.

§. LIV. Etiam inter proteſtantes, reformatione ſecuta, monaſteria plura in ſtatu ſuo quodammodo relicta, in quibus recipiuntur candidati theologiæ, vt in ſtudio pietatis, non tamen μοναχικῶς, exerceantur & ad officia ſacra præparentur. Tam durum iugum quidem hi, vt *monachi*, ſubire non coguntur, nec *intolerabilem legem* ſequi tenentur; ex vetere more tamen etiam vt plurimum *annum probationis* ſubire debent. Id diſerte prouiſum in **der Magdeb. Policey-Ordnung** *c. VI.* §. 6. Ein jeder, der in ein Evangeliſch-Lutheriſch Cloſter, **dem Herkommen nach**, recipiret wird, hat das **hergebrachte** annum probationis zu halten, und in ſelbigem Jahre über die Koſt und das Lager, Licht, Holtz und Wäſche, nichts zu fordern, auch zu gewarten, ob er mit Ablauf des probation-Jahrs nach Beſchaffenheit ſeiner Sitten und Verhaltens in den conuent aufgenommen, oder

Digitized by Google

oder aus dem Kloſter als eine unanſtändige Perſon, hinwieder dimittiret werde. In monaſteriis virginum itidem ex antiqua *obſeruantia* retinetur *annus probatorius;* plerumque tamen æque inane vetuſtatis ſimulacrum eſt, vt in capitulis cathedralibus & collegiatis *annus clauſtralis*, de quo *tit. IV. huius libri* actum eſt.

§. LVI. Haud abſolute reiiciendum eſſe arbitror *annum probatorium* & ſtatum *nouitiatus*, ſi modo aliquid emolumenti inde ſperari, & finis, quem maiores intenderunt, obtineri poſſet. Sed quod perægre & pene refugiens aſſerere cogor, etiam noſtra monaſteria, maxime puellarum, *reformatione* ſumma indigent. Excuſſimus *iugum monaſticum* plusquam ſeruile; ſed mitiſſimum Chriſti iugum in eius locum ſubſtituere haud debito curauimus modo. Non tantum næui inter aduerſarios notandi, ſed & virtutes eorum laudandæ; noſtra vero vitia eo magis damnanda, quo magis de *luce euangelii puriori* nobis gratulamur. Id certe, quod ſinceriores quiuis fatentur, primaria monaſteriorum deberet eſſe intentio, finis & ſcopus, vt eſſent *aſceteria*, & *vera pietatis ἄσκησις* in illis excoleretur. Id etiam catholici ſecundum morem ſuum, quo educati & innutriti ſunt, agunt, & rigoroſe obſeruant, licet media, ſecundum noſtram ſententiam, idonea non adhibeant.

Iudicium de hoc anno probatorio proteſtantium & vita haud emendata.

§. LVII. Noſtri ergo officii eſſet, vt veram *ἄσκησιν pietatis* in iis reſuſcitaremus, h. e. vt in *maſculinis* quidem *conuentuales* (nam *monachorum* adpellationem reprobamus:) ad *pietatis culturam ſolidam*, & *officia ſacra* præpararentur; in *fœmininis* vero puellæ ad *vnicum* illud *neceſſarium* adducerentur, & nosmet ipſi ita aduerſariis exemplo viuido oſtenderemus, quomodo in hisce aſceteriis vera pietatis *ἄσκησις* ſine opere operato, iugo votorum, & aliis regularum ad ſyllabam obſeruandarum vinculis, obtineri poſſet. Si eo modo noſtra monaſteria eſſent comparata, aliquis ex *anno probationis* eſſet expectandus fructus, vt ex moribus *novitii* vel *nouitiæ* iudicari poſſet, an ſerium haberet propoſitum, vnice DEO viuendi, & fidem operibus oſtendendi. Neque enim hæc *vita aſcetica* inhabiles ad officia humanitatis aliaque publica producere debet, id quod etiam nunquam intendimus, reiecto duro monaſtico vinculo.

Quomodo vita monaſtica inter proteſtantes deberet eſſe comparata.

§. LVIII. Non noua narro, ſed ea repeto, quæ ſinceriores theologi iam ante me obſeruarunt. Ratio in promtu eſt, quod magis in *reformanda doctrina* quam *moribus* occupati fuerint maiores. Audiamus B. SPENERVM, qui *in conſil. theol. German. P. II. c. 3. art. 2. ſect. 3. p.* 189. primo deſignat primæuum monaſteriorum ſcopum. Deinde ad ea delabitur,

Speneri iudicium.

Digitized by Google

quæ inter nos superſunt, & poſtquam oſtendit, quæ merito ex *vita monaſtica* a maioribus reiecta ſunt, ita pergit? Alſo wäre gleichwol ſehr nützlich geweſt, wo die Clöſter nicht eben gantz abgethan, und mit mancher Ungerechtigkeit ſecularisiret, ſondern mit Abſchaffung des Mißbrauches der rechte und erſte Gebrauch beybehalten oder ſorgfältig wieder eingeführet worden wäre, welches viele gottſelige Hertzen wünſcheten, und in ſolcher Art zu leben, ihnen eine ſtattliche Beförderung der Ubung des Chriſtenthums hoffeten. Was aber die noch bey uns übrige, ſonderlich weibliche Clöſter und Stiffter anlanget, ſo ſind mir zwar dieſelbige beſonders nicht bekant, was ich aber gleichwol von auch guten und deroſelbigen kundigen Gemüthern gehöret, hat mich faſt mehr betrübet als erfreuet, und verurſachet, daß ich ſehr in Bedencken ziehe, iemand, der einen ernſtlichen Vorſatz gefaſt, ſeinem GOtt rechtſchaffen zu dienen, in ſolche zu rathen. Indem weil, wie Ew. Hochgräfl. Gnaden ſelbſt bekennen, ſolche mehr zu Hofhaltungen, als Gottesdienſt verkehret werden, und die meiſte Zeit mit denen weltlichen conuerſationen und Eitelkeiten nebens dem äuſſerlichen Schein gewiſſer und beſtimmter Ubungen zugebracht wird, zu ſorgen ſtünde, daß ein gutes Gemüth, ſo darein kommen ſolte, entweder leicht ſelbſt zur Liebe ſolcher Eitelkeiten algemach mehr gebracht, und alſo, wo es gedacht, aus der Welt zu gehen, erſt recht tieffer hinein geführet werden möchte, oder wo ihm GOtt die Kraft und Gnade verleihet, ſolche Verſuchungen zu überwinden, würde es doch ein gantz unruhig Leben ſeyn, dergleichen weltliches Weſen und Aergerniſſen täglich vor Augen zu ſehen, und ſie doch nicht ändern zu können &c. Idem rurſus repetit *tom. cit. II. c. 3. art. 4 ſect. 6. p. 417.* nec in eo fallit.

Næui puellarum monaſteria intrantium.

§. LIX. Videlicet a *puellis* hodie inter proteſtantes in monaſteriis locus quæritur, vnice in hunc finem, vt *alimenta* inde habeant, & ſubſidia vitæ commodiora percipere poſſint, ſpe matrimonii forſan abiecta, non vt eo rectius ἀσκήσει pietatis ſe totas dare poſſint, in quem finem tamen hæc aſceteria ſunt condita. Quia enim votis non ligantur, nec regulis ſubiectæ ſunt, *libertatem* hanc in *licentiam* transmutant, & vix *externam honeſtatem* obſeruant. Nec hoc præcaueri poteſt, quia partim per viam *gratiæ* hæ recipiuntur, quæ deſiderio ἀσκήσεως nullo ducuntur; partim etiam ipſa *inſtituta* non ita comparata ſunt, vt ad ſolidam *pietatem*, verbo diuino conformem, puellas licentioſius viuentes deducere queant.

§. LX.

Digitized by Google

§. LX. Tempus *probationis* BENEDICTI lege est *annale*: olim ex IVSTINIANI constitutione *ad triennium* extendebatur. Ita enim in *nou.* 5. *c.* 2. edicit: *Sancimus igitur sacros canones secuti, vt, qui monasticam vitam profitentur, non statim a religiosissimis præsulibus venerabilium monasteriorum habitum monachalem accipiant, sed per integrum triennium siue liberi forte, siue serui sint, patienter expectent, habitu monachali nondum digni habiti, sed tonsura & veste eorum, qui laici vocantur, vtantur, & moneant, atque sacras litteras discant. Religiosissimi quoque eorum Præsules interrogent eos, vtrum liberi sint, an vero serui, & vnde eos vitæ monasticæ desiderium incesserit? cumque nulla praua occasione illos ad hoc perductos esse ab iis didicerint, in eorum numero habeant, qui eruditiuntur adhuc & monentur & perseuerantiæ atque honestatis eorum periculum faciant. Neque enim facilis est vitæ mutatio, quæ non fit cum animi contentione.* De tempore probationis ex Iustiniani lege.

§. LXI. Eo notabilior est hæc sanctio, quo vberior variis obseruationibus deprehenditur. (I) Generatim tota nouella illustre specimen præbet, quanta sollicitudine imperatores id egerint, vt res *monasticas* & *ecclesiasticas* recte ordinarent, idque *iure proprio*, virtute *summi imperii*, ex *legislatoria potestate*, quæ etiam circa hæc instituta, maximum in ab vsum olim cum summo reipubl. detrimento tracta, versabatur. Non hæc *iuris episcopalis* erant, & si *episcopi* quid de eis constituerent, ea tamen supremæ principum potestati subiecta erant, vt non satis protestantium ICtorum stylus redargui & reprobari possit, quo hodie hæc & similia iura sub periculosissimo æque ac falsissimo titulo IVRIVM EPISCOPALIVM principibus adscribunt. Tam grauem dominatum *stylus curiæ* vbique exercet, pro cuius abolitione omnium principum protestantium mentes & cogitationes deberent esse sollicitæ. Quamdiu diueris nostros principes *iura episcopalia* exercere, tamdiu simul *tacite* prodis, eos quodammodo in mala fide esse, quod horrendum dictu est. Obseruationes ex Iustiniani constitutione. Vi summi imperii res monasticas ordinauit.

§. LXII. Vtut (II) monachi eo tempore adhuc essent *laici*, nec in *clero qua tales* connumerarentur, vt vel ex *c.* 8 *cit. nou.* 5. liquet, adhuc tamen a *ceteris laicis* fuerunt distincti *veste monachali*: monachos enim singularem *humilitatem* in *vestibus* quæsiuisse, noto notius est, ex quo tandem factum est, vt more *philosophorum* antiquo, *pallio* vtentium, ipsis vestibus ab illis distinguerentur. Hoc tandem quoque ad ordinem *clericorum* pertransiit, postquam ex monachatu tot prælides euocati & ecclesiis dati sunt, qui facile suos mores clericatui communicarunt. Nec sanctimoniales Monachi vestibus a laicis distinguebantur.

Digitized by Google

ſeu virgines DEO dicatæ alio vtebantur more, quin potius *humilitatem* & *abnegationem mundi* etiam externis corporis tegumentis oſtendere ſtuduerunt. Nec hoc improbari potuiſſet, niſi in quandam vel *ſpurcitiem* vel *affectatam* abiiſſet *ſanctitatem*. *Velum* olim *virginibus* incognitum: nudato capite, vel *in capillis*, vt hodie, incedebant, vt vel TERTVLLIANI *tr. de vel. virgin.* docet, ſimulque omnes virgines velo ſubiiciendas eſſe, cenſet, vt eo magis *pudicitiæ*, *modeſtiæ* & *humilitati* conſulerent ſuæ. Hoc *velamen* ſanctimoniales eo magis ſuſceperunt, vt ſe a reliquis virginibus, mundi illecebris adhuc captis, diſtinguerent, quamuis *ſuperſtitioſa conſecratione veli* prælati ſuperſedere potuiſſent. Prudenter quoque (III) tam latum ſpatium iis præſtitutum fuit, intra quod eſſent explorandi monachi, quamuis nullis in oriente duris votorum vinculis conſtringerentur, quibus poſtea regula BENEDICTI eiusque interpretatio monachos ſubiecit. Et tamen hæc ipſa multum de hoc ſpatio remiſit, & *annum* nouitiis ſufficere credidit, cum tamen duriori hac ipſa ſubiiciantur conditioni, vt reuocare gradum illis nullo modo integrum ſit.

Latum ſpatium anni probatorii.

§. LXIII. Inprimis autem (IV) inquiſitio, durante tempore *probationis*, huc dirigitur, vt *cauſa impellens* ſedulo examinaretur. Plures hanc ἄσκησιν appetebant non *amore DEI* & *pietatis ſtudio*, ſed vel *pœnæ publicæ imminentis auertendæ gratia*, vt ex *c. 2. cit. nou. 5. §. 1.* conſtat, vel alterius friuolæ cauſæ intuitu, quod etiam poſtmodum quoque ſæpe factum eſſe, comprobat illud vulgatiſſimum: AVT MILES AVT MONACHVS, quaſi hæc vltima deſperationis vel potius peruerſæ & deperditæ vitæ ſolatia ſint. Iam VALENS in *l. 76. C. de decur.* & *l. 63. C. Theod. eod.* hac de cauſa ita edixerunt: *Quidam ignauiæ ſectatores, deſertis ciuitatum muneribus, captant ſolitudines ac ſecreta & ſpecie religionis cum cœtibus monazonton, congregantur. Hos igitur atque huiusmodi deprehenſos erui latebris conſulta præceptione mandamus, atque ad municipia patriarum ſubeunda reuocari & priſtinore noſtræ ſanctionis, familiarium rerum carere illecebris, quas per eos cenſuimus, vindicandas, qui publicarum eſſent ſubituri munera ſanctionum.* Hæc eſt illa conſtitutio, quam referunt OROSIVS, PROSPER AQVITANICVS, PAVLVS DIACONVS & IORNANDES, aiuntque, lege VALENTIS monachos iuſſos coactosque fuiſſe *militare*, h. e. muneribus publicis fungi, quæ *militiæ togatæ* nomine veniunt, adeoque graviter errant, qui præter hanc, adhuc aliam legem quærunt, qua id conſtitutum eſſe credidere, vt ſolide, pro more, demonſtrat IACOBVS GOTHOFRE-

Inquiſitio tempore probationis quorſum fuerit directa a-vo Iuſtiniani?

FREDVS *in comment. ad cit. l.* 63. Similem legem tulit MAVRITIVS teſte GREGORIO *lib.* 2. *ep.* 62. *ind.* II. *vt nulli, qui in manu ſignatus eſt, conuerti liceret, niſi aut expleta militia aut pro debilitate corporis depulſus.* Non potuit non monachis eorumque patronis bilem mouere hæc ſanctio, adeo vt GREGORIVS diſerte aſſerat, *hanc legem omnipotenti DEO minime concordare, quod per eam cœlorum via multis claudatur.* Vtraque tamen lex, vt rationes adductæ liquidum manifeſtumque reddunt, admodum ſalutaris, ipſique ἀσκήσει conformis fuit. Inde corruptionem ſeges monachatum ſeu ἄσκησιν μοναχικὴν, vt IVSTINIANVS in *cit. nou.* loquitur, inuaſit, quod *ſine debito examine* quoscunque ſpurciſſimos etiam receperint, vt credidiſſes, monachatum eſſe commune omnium otioſorum receptaculum, quo ſe vel a debitis contractis vel aliis moleſtiis liberarent, & poſtea ſe totos ſuperſtitioni, per tot imprudentiſſima animalcula promotæ, darent. Denique ſi nec hæc cauſa adeſt, plurimi tamen, otii amore & laborum fuga, vt victum hoc remedio ſancto vel quaſi ſibi comparent, monaſticam eligunt vitam, quod iam ſupra in ipſis proteſtantibus reprobaui. Quid enim prohibet, quo minus etiam noſtros mores reprobare liceat?

§. LXIV. Denique (V) recte IVSTINIANVS *vitæ mutationem* in his, qui monaſterium intrare geſtiunt, deſiderat, quæ vnicus ſcopus eorum fuit, qui hanc philoſophiam ſectati ſunt, quam tamen, tot obiectis impedimentis ex eorum, qui monachatus patres fuerunt, infantia, impetrare non potuere. Hæc proteſtantes ſe remouiſſe exiſtimant, & tamen recipiendo puellas in monaſteria de nulla re minus, quam de *vitæ mutatione* ſolliciti eſſe ſolent, quæ *tempore reformationis* vt plurimum ſepoſita fuit.

Scilicet ad vitæ mutationem.

§. LXV. Status *nouitiorum* in plurimis a *monachorum* ſorte differt in vtroque ſexu. Monachi vinculo *votorum* ad perpetuam ἄσκησιν obligantur, nec poſſunt vitæ ſtatum mutare: in *probatione* poſiti ſi recedere volunt, *ſecundum regulam B. Benedicti non videntur prohiberi ad priorem ſtatum redire, quæ videtur præcipere, vt in eadem veſte, in qua veniunt, reuertantur*, vt dicitur in *c.* 9. *in f. X. h. t.* INNOCENTIVS III. tamen in *c.* 16. *X. eod.* diſtinguendum eſſe credidit, vtrum is, qui conuertitur, vt ait, propoſuerit *abſolute* vitam mutare, vt ſub *habitu regulari* omnipotenti DEO de cetero famuletur; an *conditionaliter* experiri obſeruantiam regularem voluerit? Priori caſu ad minimum ad hunc effectum, vt regulariter viuat in *laxiori regula*, eum cogendum eſſe cenſuit, ſalua libertate in caſu poſteriori, vt tamen non viuat *ſeculariter*.

Nouitii poſſunt recedere.

Non æque facile ex philoſophia Innocentii III.

Digitized by Google

De qua iudicium adfertur.

§. LXVI. Mira omnino est pontificis philosophia, quæ vix subtilior fingi, & durior pro constringenda hominum libertate excogitari potuit. Non omne *propositum* statim vim *voti* habet, vt recte censuit SAMVEL BASNAGE, vir clarissimus *in diss. cit.* §. 9. Qui monasterium ingreditur, semper *propositum* serium habet, asceticam assumendi vitam; sed cum lege publica id non aliter fieri permittatur, quàm finito *probationis* anno, etiam *absolutum propositum*, quo monasterium ingressus est, haud adimit libertatem consilium suum mutandi. *Probationis annus* inanis & sine effectu foret, si omne *propositum absolutum* indispensabile iugum nouitiis imponeret, quod INNOCENTIVS censuit.

An valeat professio intra annum probationis?

§ LXVII. GREGORIVS IX. idem approbauit in *c.* 23. *X. h. t.* aliam tamen addit rationem, *quod quilibet renunciare valeat, quod pro se noscitur introductum*, indeque concludit, intra annum probationis *professionem* fieri posse. Eam etiam INNOCENTIVS III. iam adduxerat in *c.* 16. *X. h. t.* cum hac tamen declaratione, quod tempus probationis, non solum in *fauorem conuersi*, sed etiam *monasterii* indultum fuerit, vt *ille asperitates* illius, *hoc* vero *mores nouitii* valeat experiri, & vterque ita renunciare videatur ei, quod pro se noscitur introductum, si nouitius intra *probationis* tempus professionem monasticam facit, & eam monasterium recepit. Misere torquet & applicat regulas iuris INNOCENTIVS, vt vix conditione rabulistarum immunis esse videatur. Id enim in quæstione erat, vtrum in fauorem *nouitii* & *monasterii* hic annus esset præscriptus, & annon potius, vt ex *nouella* liquet, lege publica *vniuerso ordini monastico* imperatus, & per indirectum prohibitum, ne etiam volens intra annum *probationis* reciperetur? Legi autem *prohibitiuæ* & *præceptiuæ* renunciari nequit. Legem *prohibitiuam* ipse INNOCENTIVS III. hic agnoscit, subiungens nouum iuris Brocardicum: *quia multa fieri* PROHIBENTVR, *quæ si facta fuerint, obtinent firmitatem.* Quod si hic adest *lex prohibitiua*, adducta ratio de *renunciatione iuris* absurde applicata est. Imo ipse pontifex confirmat hanc prohibitionem aitque: PROHIBENDVM *est autem abbatibus, ne passim ante tempus quoslibet ad professionem recipiant.* ALEXANDER IV. & BONIFACIVS VIII. tantum ordinibus mendicantium *absolute* interdixerunt, ne *intra tempus probationis* professionem recipere queant sub pœna *nullitatis*: reliquis ordinibus libertatem maiorem indulserunt, quæ rursus rationi *anni probatorii* repugnant. Prudenter itaque & recte censuerunt patres Tridentini sess. XXV. *de regul. c.* 15 profes-

Digitized by Google

feſſionem ante annum factam ita nullam eſſe iudicandam, *vt obligationem nullam inducat ad alicuius regulæ vel religionis vel ordinis obſeruationem, aut ad alios quoscunque effectus.*

§. LXVIII. Porro monachi amittunt *proprietatem* bonorum & liberam de iis diſponendi poteſtatem, adeo vt ne quidem *teſtamentum* amplius condere poſſint; non item *nouitii*, vt iam ſupra *tit. de pecul. cleric.* §. 18. *p.* 967. obſeruaui. Sed hæc libertas nouitiis relicta illis magis nocuit, quam profuit. Plurimi intra annum *probationis* conſtituti ex ſemel ſuſcepto propoſito ingrediendi religionem de bonis ſuis per *donationem inter viuos* diſpoſuerunt, variis ad eas inſtigationibus inducti, vel renunciarunt aliis quibuscunque emolumentis, quo ſemel facto, ſimul ſibi facultatem ademerunt propoſitum mutandi ſuum: amiſſis enim bonis commodisque nihil amplius ſupererat, quam vt præcipitantiæ ſuæ pœnas darent, & profeſſionem facerent. Hoc animaduertentes patres Tridentini optime *cit. l. c.* 16. edixere: *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio, antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque piæ cauſæ valeat, niſi cum licentia epiſcopi ſiue eius vicarii fiat, intra duos menſes proximos ante profeſſionem: ac non alias intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione: aliter vero facta, etiamſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam iurata, ſit irrita & nullius effectus.* Prohibitum porro eſt, *ne ante profeſſionem quocunque prætextu a parentibus vel propinquis aut curatoribus eius monaſterio aliquid ex bonis eiusdem* (nouitii) *tribuatur, ne hac occaſione diſcedere nequeat, quod totam vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat, nec facile, ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit.* Hac ratione plene conſultum eſt *libertati nouitiorum*, vt voluntatem mutandi propoſitum ſemper retineant integram. Puellis inprimis ita proſpectum fuit, ne a parentibus vel aliis conſanguineis *per indirectum* conſtringi poſſint, quo minus conſilium, variis ſuggeſtionibus eis inculcatum, mutare queant, ſi ſe inidoneas ad vitam monaſticam videant.

Nouitii retinent teſtamenti factionem.

Optima diſpoſitio Tridentina contra donationes tempore probationis factas.

§. LXIX. Prohibitæ vero ſunt (I) tantum illæ diſpoſitiones, quibus quis *irreuocabiliter* adſtringitur, quippe quæ tantum libertatem mutandi propoſitum impedire poterant: non item quæ *reuocationi* ſubiectæ ſunt, vt teſtamenti factio & m. c. donatio, vt recte cenſent interpretes apud BARBOSAM *in collect. ad concil. Trid. cit. l. n.* 14. (II) Sed nec omnes obligationes prohibentur, ſed tantum illæ, quæ *intuitu vitæ monaſticæ* ſuſcipiendæ fiunt, vt inprimis *donatio inter viuos*, renunciatio officiorum publicorum, & ſic quoque *beneficiorum eccleſiaſticorum*, vt recte cen-

Prohibentur (1) irreuocabiles diſpoſitiones.

(2) Intuitu vitæ monaſticæ factæ.

Digitized by Google

censuit TAMBVRINVS *de iure abb. tom. III. disp. 6. qu. 10. n. 3.* par enim est ratio in renunciatione officiorum publicorum, & resignatione beneficiorum ecclesiasticorum, si fiat intuitu *religionis*. Ceteri contractus onerosi, vt emtio, locatio, similesque huc non pertinent, in quibus prædicta ratio cessat, nisi in *fraudem legis* tantum simulentur, vel quædam *donatio* intuitu *conuersionis* in iis lateat. Quid enim si donationis causa vilius pretium sit constitutum, quod non constituisset nouitia, nisi *consilium intrandi monasterium* habuisset?

(3) Donationes inter vivos.

§. LXX. Quod si (III) *donatio inter viuos* fuerit facta non obseruatis requisitis, in hoc concilio præscriptis, omni effectu caret, *iuramento* vel maxime corroborata. Vnde non prohibetur *nouitius* aliter de bonis suis disponere *cum licentia episcopi* & religionem ingredi. Quamvis enim pro *priori donatione* adduci posset, quod nouitius professionem fecerit, & ita nullitas ab eo amplius opponi, multo minus hæc exceptio secundo donatario prodesse possit; euidens tamen est ex hoc textu, *absolute* prohibitam esse donationem talem, & nouitio semper eius reuocationem integram esse. Permissa vero (IV) est donatio, facta *intra duos menses* ante professionem cum *licentia episcopi*: nec tamen hæc aliter valet, quam si nouitius professionem postea *sponte* fecerit, quæ *conditio tacita*, ex concilii dispositione, ei semper inest. Quid ergo si ante duos menses sine episcopi licentia sub expressa conditione: *si fueris professus*, fiat? validam eam esse vel inde nonnulli colligunt, quod talis obligatio non tollat adimatque libertatem a proposito resiliendi, id quod vnice Tridentini intenderunt; cessante autem legis ratione, cessare quoque eius prohibitio debeat. Qua de causa si nouitius vel nouitia postea professionem fecerit, validam eam esse iudicant, vt nec reuocare eam possit.

Quomodo validæ fiunt?

Illustratur hoc præiudicio.

§. LXXI. Grauiter ante sedecim, & quod excurrit, annos de eo casu Coloniæ Agrippinæ disputatum fuisse, ex actis ad facultatem nostram pro consilio suppeditando transmissis, didici, simulque consilium desideratum concepi. Duplex difficultas in eo casu occurrebat. Prima erat, quod puella nobilis *ante nouitiatum* omnia sua bona fratri consanguineo donauerat? altera, quod donationem fecerat sub conditione, *si monasticam vitam elegisset*. Paulo post nouitiatum suscipiebat, & *intra duos menses* ante professionem, cum *consensu episcopi*, reuocata priori donatione, in proximiorem quendam cognatum bona sua donatione conferebat. Inde lis ingens inter *priorem* & *posteriorem donatarium* orta, quis præferendus esset? Pro primo militabat

Digitized by

bat, (I) quod donatio facta esset *ante susceptionem nouitiatus*; prohibitio autem concilii intelligi deberet de iis, quæ iam *habitum nouitiarum* susceperunt, quippe de quo subiecto vnice loqui videbatur, id quod defendit WIESTNER *adh. t. n.* 55. cum pluribus aliis a BARBOSA *cit. l. n.* 18. allegatis: (II) quod donatio ita fuerit facta, vt non impediret libertatem mutandi propositum, id quod vnica *concilii Tridentini* intentio fuit, & ita ad hunc casum haud extendenda. Nihilominus Facultas posteriorem donatarium præferendum esse censuit, (α) quod donatio ante *nouitiatum* quidem, intuitu tamen *religionis* a puella, in monasterio educata, fuisset facta, in quem casum omnino *dispositio Tridentina* quadrat; quamuis enim primario de *nouitiis* loquatur, casum tamen duntaxat expressit, qui vt plurimum contingit, non excluso simili, in quo eadem ratio adest. Vid. FLAMIN. PARISIVS *de resignat. benef. lib. III. qu.* 13. *n.* 9. (β) Nec conditio expresse adiecta, *si professionem fecit*, eam donationem saluare potuit, quippe quæ eidem etiam inest, si cum *licentia episcopi* intra duos menses proximos facta, & tamen non aliter subsistere potest, quam si adhibitis requisitis facta est: sufficit quod ita fuerit inita, vt libere *ante professionem* reuocari nequiret, quales obligationes excluſit decretum Tridentinum, vt recte observat WIESTNER *ad h. t. n.* 61. Tunc autem demum fit irreuocabilis, si intra tempus præscriptum *cum licentia episcopi* vel eius vicarii, vel etiam capituli, sede vacante, fuerit facta. Quamuis enim etiam hæc *conditionem intrinsecam* habet, illa tamen id tantum operatur, vt expectandus sit euentus eius, quo existente, purificatur; non vero efficit, vt nouitius, in proposito suo persistens, eam possit professionem reuocare. WIESTNER *cit. l. n.* 62. ESPEN. *P. I. iur. eccl. tit.* 25. *c.* 3. §. 17.

§. LXXII. Ab hac tamen dispositione *soli Iesuitæ* excepti esse dicuntur, id quod probant, quos BARBOSA *ad cit. l. concil. Trident. n.* 41. laudat. Hæc exceptio fundata esse videtur in verbis dicti decreti Tridentini: *Per hæc tamen sancta synodus non intendit aliquid innouare aut prohibere, quin religio clericorum societatis Iesu, iuxta pium eorum institutum, a sancta sede apostolica approbatum, Domino & eius ecclesiæ inseruire possint.* Generalem societatis LAINEZIVM pro hac exceptione in consessu Tridentino verba feciſſe, & rationes diuersitatis plures attuliſſe, docet SARPIVS *in histor. concil. Trid. p* 1375. *edit. Lipſ.* quæ tamen, meo iudicio, tot inuolucris sunt repletæ, vt sub eis se ab vniuersis decretis, circa *religiosos* factis, liberare & excipere queant. Imo si verba adducta sedulo ponderantur, *equi-*

A dispositione Tridentina Iesuitæ excepti

æquiuoca, *generalia*, & ita comparata sunt, vt, qui est horum hominum genius, infinitam admittant interpretationem, semperque iis integrum sit, talem eligere, quam suæ societati, & eius rationibus conuentiorem duxerint. *Nimirum*, optime ait SARPIVS *cit. l. pater ille* (generalem ordinis intelligit) *aliorum incuria frui sciebat, iacto eo fundamento, cui sequentes Iesuitæ inædificare possent singularitatem eam, quæ in ipsorum societate conspicitur.* Hanc, quam vocat, *singularitatem*, mirifice ex rationibus politicis ambierunt vbique, nec se ad aliorum ordinum leges & instituta præcise conformare gestierunt. Rationes societatis peculiares id non permittunt, quæ sicut *singulares* & *exorbitantes* sunt, ita non mirandum, quod vbique *exceptionem* a *regula* facere studeant. Quæ in concilio Tridentino per sedecim capita *sess.* 25. sunt constituta, *fraudes* omnes præcauent, quæ committi possunt circa ingressum in ordines religiosos, *scandalis* inde emergentibus obicem ponunt, & *bona fide*, *sincere*, *seposita omni fallacia*, agendum esse, intendunt, iubent, constituunt. Quid vero, his suppositis, iudicandum sit de tali societate, quæ his constitutionibus ligari noluit, quæ id vnice per suum *generalem* egit, vt per clausulam *æquiuocam* & *captatoriam* patres concilii incautos circumueniret, alii iudicent. Meum iudicium non addam, quod tanquam ab homine putatiue hæretico profectum ipsis suspectum erit: maius forsan pondus habebit personatus MONTALTIVS *in epist.* 6. in qua de variis artibus a Iesuitis inuentis ad eludendam *euangelii*, *conciliorum* & *pontificum* auctoritatem plenius agit; fusius autem & apertius eas detexit ALPHONSVS DE VARGAS *de stratag. & sophism. polit. societ. Iesu*, inprimis *c.* 20. *sqq.*

Nouitii clericis accensendi secundum quid.

§. LXXIII. In eo tamen *nouitios* cum *professis* conuenire censet WIESTNER *h. t. n.* 44. quod æque *clericis* & *personis ecclesiasticis* annumerentur, earumque priuilegiis gaudeant, ac quidem *monachi*. Vid. etiam CAROL DE GRASSIS *de effect. clericat. in prælud. n.* 253. Id quod *secundum quid*, & eo respectu admitti potest, quatenus in monasteriis degunt, & *monastice* interim viuunt. Qua de causa *forum ecclesiasticum* fortiuntur, tanquam degentes in monasterio: DE GRASSIS *cit. l. eff.* I. *n.* 78. PHILIPPVS FRANCVS *in c.* 21. *iam citando n.* 3. gaudent priuilegio canonis: *si quis suadente diabolo*, h. e. qui illis manus infert, *ipso iure* excommunicatus est, a quo vinculo absolutio soli papæ reseruata. Id indicat pontifex in *c.* 21. *de sent. excommun. in* 6. *quamuis autem is, qui religionem ingreditur, religiosus censeri cum effectu non possit, donec sit tacite vel expresse professus: si quis*

Digitized by Google

quis tamen violentas manus in eum iniiciat, excommunicationis latæ ſententia canone vinculum non euadit. Liquet ex *cit. tx.* nouitios tantum quoad *certos effectus* religioſis & clericis annumerari, neutiquam vero *abſolute*. Qua de cauſa legato filiæ adiecta conditio: *cum nupſerit vel cœnobium ingreſſa fuerit*, minime videtur impleta per ſuſceptionem *nouitiatus*, cum conditio nondum perfecte impleta fuerit SVRDVS *deciſ.* 303. CHOPPIN. *lib. I. monaſtic. c.* 2. §. 3.

§. LXXIV. Quid ergo dicendum de *ſucceſſionis* caſu, ſi ſine cognatis deceſſerint, vtrum *fiſco* defertur nouitiorum hereditas, an *monaſterio*? Alias quidem monaſterio acquiruntur bona *profeſſi*, ſed non *nouitii*, ſi quidem heredes reliquerit. Nec teſtamenti factio reſtricta eſt intuitu *nouitii*, vti quoad monachos, cuius ratio diuerſitatis euidens eſt. Aſt ſi ſine *teſtamento*, ſi ſine *herede* deceſſerit, maior ratio emergit dubitandi. Equidem adhuc *cum effectu* non dicitur *religioſus*, hoc ſenſu, vt effectus *trium votorum*, vnde hodie in vniuerſum æſtimatur *ſtatus monaſticus*, in eum nondum quadrent; quia tamen *foro eccleſiaſtico* iam ſubiectus æque vt alius *clericus*, vix eſt, vt ſecundum iuris canonici principia *fiſco* hereditatem aſſerere poſſim, præſertim cum ſecundum eadem principia *nouitium* abſoluunt a *ſtatutis laicorum*, vt cenſet defenditque ALEXANDER SPERELLVS *in deciſ. for. eccleſ. P. I. dec.* 16 *n.* 17. Sed forſan noua contentio erit: vtrum *monaſterio* an *epiſcopo* hæc hereditas deferri debeat? Equidem monachum non facit *habitus*, ſed *profeſſio regularis*, vt in *c* 13. *X. h. t.* dicitur, adeoque nondum eſt de *corpore monaſterii*, vt ipſe SPERELLVS *cit. l. n.* 2. fatetur; arctiori tamen vinculo ſubiicitur *abbati* quam *epiſcopo*, imo bona defuncti clerici non *epiſcopo*, ſed *collegio*, cui addictus fuit defunctus, vindicantur. *c.* 12. *X. de teſtam.* Et quamuis nondum *corpori monachorum* inſertus ſit, conſtat tamen, cingendum haberi pro cincto in plurimis. Quis ſuccedat nouitio ſine herede decedenti?

§. LXXV. Ceterum ante *profeſſionem* nec alia negligenda ſunt requiſita. Legitima *ætas* quoque in profeſſis eſt neceſſaria, *c.* 1. 2. 6. 8. 11. 12. 14. *X. h. t.* cum olim maſculi ante XIV. puellæ ante XII. annum profeſſionem emittere haud potuerint, vt ex *cit. tx.* liquet, imo in congregatione monachorum duriori *plena pubertas* conſtituta ſit in *c.* 6. *X. h. t.* In *concilio Trident. ſeſſ. XXV. c.* 15. *de regul.* tam maſculis quam feminis dictus eſt annus *decimus ſextus expletus*, adeo vt profeſſio ante facta ſit nulla, nullamque inducat obligationem, aut alios quoscunque effectus. Moti forſan Aetas profeſſorum legitima.

Digitized by Google

ſunt Tridentini ex proteſtantium obiectionibus, qui *iuſtis de cauſis* cenſuerunt, hoc iugum monaſticum non recte imponi iis, qui vix *pubertatem* ingreſſi ſunt. Aſt, quod ingenue fateor, nec hac ætate tenera ſufficiens iudicium iis adeſt, qui hunc nexum ſubire volunt, quem nec ſatis intelligunt, nec iudicare poſſunt, an humeri oneri huic ferundo ſatis idonei ſint.

Sponte profeſſio facienda eſt cum conſenſu parentum, quandoque coacte.

§. LXXVI. Porro *conſenſus* quoque *parentum* haud excludendus eſt, quem *c.* 2. *X. h. t.* recte deſiderat; multo minus *conſenſus* eorum *ſpontaneus*, qui conuerti volunt, *c.* 1. *X. h. t.* niſi ratihabitio *iugi monaſticæ profeſſionis*, vt dicitur in *c.* 12. *X h. t.* ſubſecuta fuerit, quod etiam prouiſum in *concil. Trid. cit. l. c* 18. Additur tamen limitatio: *præterquam in caſibus iniure expreſſis.* Poſſunt ergo quandoque cogi, ſed *ſine votis*, ad religionem, quatenus monaſteria ſimul in *pœnitentiæ eccleſiaſticæ* ordinem relata ſunt. Iam olim IVSTINIANVS in *nou.* 134. *c.* 10. vxori adulteræ hanc impoſuit neceſſitatem, vt fuſtigata in monaſterium mittatur, data facultate marito, eam intra biennium reperendi. Hoc non facto, *tonderi eam, & monachicum habitum accipere* iuſſit IVSTINIANVS, pœnitentiæ perpetuæ agendæ cauſa, quæ magis *pœna*, quam *pœnitentia* eſt. Etiam clerici, graviter delinquentes, poſt *depoſitionem*, ſi *degradatio* diſplicet, monaſterio inuiti includuntur *agendæ*, vt volunt, *pœnitentiæ cauſa*, quamuis in rei veritate his delinquentibus monaſterium magis pro *carcere perpetuo* ſit. Hæc conſuetudo Gothis & Francis olim inprimis familiaris fuit, vt, quos odio infenſo proſequerentur, monaſteriis tanquam *perpetuo ergaſtulo* includerent, quod illuſtrat CHOPPINVS *lib. I. monaſt. tit.* 3. §. 26. vid. infra *tit. de adult. §. XXII.* Quæ ſequeſtrantur puellæ vel feminæ, ſolent etiam monaſteriis committi, ſed ſaluo *ſtatu* priſtino & ſine *votorum* emiſſione, adeoque huc non pertinent. Denique ſi puella ante decimum ſextum annum modo duodecim annis maior ſit, profeſſionem emittere deſiderat, ſollicitum cum eadem ab epiſcopo examen inſtituendum eſt iuxta præſcriptum concilii Tridentini *cit. l. c.* 17. *an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat, quid agat?* de quo examine conſulendus ESPEN. *P. I. iur. eccl. tit.* 25. *c.* 5.

An tales & ſimiles cautelæ ſufficiant?

§. LXXVII. Verum hæ & plures aliæ cautelæ negligi poſſent, *ſi iugum monaſticæ profeſſionis*, vt vocatur in *c.* 12. *X. h. t.* abeſſet, & iugum mitiſſimi Saluatoris in eius ſurrogaretur locum. Quamdiu illud ſupereſt, nec infinitæ aliæ præcautiones incommodis malisque occurrunt, quæ *hoc iugum* producit in religione ſolida & ad typum Chriſti effigiata. Edidit LVTHERVS *anno* 1528. *confeſſionem magnam*

Digitized by Google

magnam tom. III. Altenb. fol. 812. *seqq.* in qua, meo quidem iudicio, recte ita rationes subduxit: *Pulchrum esset, si monasteria & collegia conseruarentur, in quibus iuuenes in verbo DEI & disciplina honesta instruerentur, vt ex iis episcopi, pastores & ministri ecclesiæ, item ad rempublicam vtiles viri sumi possent; vt & feminæ piæ & doctæ, quæ familiæ postea laudabiliter regerent.* Ast monasteria, iugo hoc introducto, hunc finem non assequuntur, maxime in puellarum consortio, quæ ad omne vitæ consortium inidoneæ redduntur.

Inprimis durante iugo monastico.

§. LXXVIII. In *virorum monasteriis*, post restitutionem rei literariæ, lux felicior apparuit, postquam inprimis ex *familia Benedictinorum* tanquam ex equo Troiano prodierunt egregii & eruditissimi viri, quorum merita singularia in *rem literariam* merito veneramur. Hanc vtique monastica quies his peperit gloriam, & præ aliis prærogatiuam, vt in solitudine sua, musis magnopere grata, sine vllis obstaculis, quibus nos *laici* quotidie obruimur, & penitus inuoluimur, orbi literario ad minimum, si non *rei ciuili*, inseruire possint, id quod nec sua destitutum est *vtilitate publica.* Quodsi omnes eodem impetu & desiderio ruerent in hunc egregium campum, maior adhuc ex monasteriis exspectanda esset vtilitas. Ast si tam infinitas religiosorum familias animo meo repræsento. adhuc rari videntur nantes in gurgite Teucri, vt hi, quos eruditus orbis colit, vtilitatem illam non exhauriant, quæ ex monasteriis, stante *iugo monastico*, sperari posset.

Monasteria tamen virorum eruditionem promouerunt, restitutis humanioribus studiis.

§. LXXIX. Vtinam vero inter protestantes virorum monasteria quoque huc inter alia applicarentur, vt præter *ἄσκησιν solidæ eruditionis* desiderio ducerentur sodales, præsertim cum ab omni strepitu, studia impediente, remoti viuant, & rem literariam, variis editis speciminibus illustrare possint. Laudandi vtique inter protestantes sunt, qui hunc, quem LVTHERVS optauit serio, scopum vnice intenderunt, & monasteria in hunc finem in suo seruarunt statu. Exemplo sit augustissimus legislator noster, qui in *ordin. polit. Magd. c. VI.* §. 4. ita edixit: Und weil bey den fundationen der Clöster, sonderlich das Ansehen dahin gerichtet, daß in denenselben geschickte subiecta erzogen werden, welche der Kirchen, Schulen, Policeyen, so wol auch dem Haus-Stand nützlich seyn mögen; also sollen iedes mahl in die Clöster ehrliche, gottesfürchtige, und **dem studiren wohl ergebene junge Leute**, zuvorderst aber die Land-Kinder, aufgenommen, und die conuentus also ersetzet werden, daß sie in der That und Wahrheit *collegia pia eruditorum* seyn.

Monasteriorum vsus genuinus inter protestantes.

Digitized by Google

Ritus recipiendi nouitios apud Bursfeldenses.

§. LXXX. Tam *nouitiorum receptio*, quam *solennis professio* præscriptis expeditur ritibus, precibusque conceptis. De variis ritibus in receptione *nouitiorum* vsitatis plenus est EDMVNDVS MARTENE *de antiq. monachor. ritibus lib. V. c.* 2. ex quibus tantum referam *Bursfeldensium ritum*, quem IDEM §. 10. *cit. l.* ex eorum *ceremoniali* sistit, ne quid intactum relinquam. *Monachus quis fieri volens, si diligenter instando pulsauerit, & facta sibi difficultate perseuerauerit, post quartam aut quintam sui introitus diem ducatur in capitulum. Quo cum fuerit adductus, prosternat se ibidem super mattam, & interrogatus a præsidente, quid quærit, respondebit: misericordiam DEI & vestram confraternitatem. Tunc, surgere iussus a præsidente, proponatur ei asperitas ordinis, & totius obseruantiæ nostræ, vt sciat, qualibus subdi habeat institutis vel præceptis. Qui si a proposito suo nullo austeritatis timore auertitur, quæratur ab eo coram omnibus, vel ad partem in iis, in quibus abbas expedire iudicauerit, an exierit de ordine aliquo, an sit conditionis seruilis, an illegitimus, aut alicui mulieri fidem spoponderit, si sit adstrictus aliquo voto, vel cuiquam obligatus ad ratiocinia, occultum aut incurabilem habeat morbum, aut in susceptione aut executione ordinum patiatur impedimentum? præmissorum enim quædam si reperiantur in volentibus monachari, prorsus impediunt: quædam vero non mediocriter differtant eorum admissionem. Igitur si interrogatus dixerit, nihil horum in se habere, fueritque scholasticalibus competenter imbutus, & tam maturæ ætatis, vt ad comportanda onera conuentus iudicetur idoneus, non erit eius petitioni assensus expresse denegandus, nisi canonicum aliud obsistat. Nec tamen certificari adhuc debet de sua admissione; sed honeste dimitti a capitulo, ad maturius deliberandum, & probari ad tempus in habitu suo. Et si perseuerauerit insistens petitioni, solita humiliatione etiam priuatim coram fratribus exhibita, post aliquot dies cum abbati visum fuerit, super susceptione illius ad nouitiatum vota fratrum requirantur. Siue autem defectum natalium patientes, siue adolescentiores ætate aut scientia, vel moribus admodum rudes ad conuersionem venerint, dummodo in eis bonæ spei præsagia reluceant, admitti: sed non tam facile vt ceteri, quinimo durius probandi sunt, etiam tonsurationem, & habitus nouitiorum exhibitionem: ne postea cum confusione maiori & scandalo eos dimitti oporteat: turpius enim eiicitur, quam non admittitur hospes, profecto quia & illis naturalis vitii fomes crebro adhærere & in istis instituendis & diiudicandis plurimum esse laboris consueuit. Postquam igitur præhabitis necessariis cautelis abbas de consilio fra-*

Digitized by Google

fratrum aliquem ad nouitiatum ſuſcipere voluerit, primo veſtiatur in ſecreto iuxta modum noſtrum: deinde veniens in capitulum ſuperinduitus ſuperpellicio, illis mox ſe proſternat in terram. Interrogatus autem quid quærat, reſpondeat: miſericordiam DEI & veſtram confraternitatem; quem ad iuſſionem abbatis erectum, abbas difficultates ei ingerendo ipſum præmoneat de moleſtiis & tentationibus in conuerſatione regulari, in cohibendis propriis voluntatibus & obedientia ſectanda ſibi occurſuris; cum quanta diſtrictione obſeruantia regulæ a profeſſis exigatur, quam ſeuere negligentes & rebelles iudicentur, & duriora quædam ordinis. Et conſequenter auiſet eum, quid liceat ei ante profeſſionem, ſi velit libere exire, & nobis, ſi forſan eius diſplicuerit conuerſatio, etiam imitum dimittere. Quodſi adhuc imperterritus manens reſponderit, ſe de ſola pietate Dei fratrumque oratione confiſum ea prout diuina clementia conceſſerit impleturum; abbas dicat: Dominus, qui in te cæpit, perficiat; dimittensque eum admoneat, vt confeſſus ad communionem ſe præparet, & ſic ſuſcipiatur in choro ſub ſumma miſſa, in qua introducatur a magiſtro in chorum ſub euangelio ſeu credo, ſi cantetur: finitoque euangelio ſeu credo, aſcendat in presbyterium, & retro abbatem proſternat ſe pronus in terram & cantetur antiphona: veni Sancte Spiritus, prælato flexis genibus eandem imponente. Poſt cuius continuationem per conuentum ſuper formas procumbentem, ſubiungat verſus & collectas in collectario deſcriptas; quibus finitis erigatur, & flexis genibus ante prælatum exuatur & reinduatur modo & forma, in collectario deſcriptis; ex tunc annus probationis currere incipiat. Conf. ALTESERRA *lib. IV. aſcet.* c. 1. & 3. 4. Ceterum quæ *nouitiorum* probationis tempore *diſciplina*, quæ leges ab antiquo iis fuerint præſcriptæ, ſedulo expoſuit prælaudatus MARTENE *in comment. ad reg. Benedict. c.* 58. & in *tr. de antiq. monach. ritib. lib. V. c.* 3.

§. LXXXI. Propero ad *profeſſionis ſolennia*, quæ rurſus ex antiquis rerum documentis illuſtrat MARTENE *cit. l. ad reg. Bened.* quæque demum monachum faciunt. Equidem in *c.* 3. C. 20. *q.* 1. & *c.* 12. *X. h. t.* monachum aut *paterna deuotio*, *aut propria profeſſio* facere dicitur, non *habitus monachalis*, quem etiam nouitii gerere poſſunt, *c.* 13. 14. & 22. *X. h. t.* nec tamen *paterna deuotio* propriam *profeſſionem* excludit, ſed includit. Solebant nimirum parentes impuberes adhuc liberos monaſteriis *offerre*, vt fierent monachi, quæ *oblatio* non ſine ſolennibus expediebatur, teſte ALTESERRA *lib. IV. aſcet. c.* 9. Formulas & ritus offerendi pueros monaſte-

Monachus fit profeſſione vel paterna oblatione.

nasteriis tradunt MARTENE *de antiq. monach. ritibus lib.* 5 *c.* 5. MABILLON. *in analect. p.* 155. *sq. nou edit. in fol.* Ideo autem in tenera ætate potissimum tradebantur monasteriis, vteo rectius *monastica disciplina*, qua de causa in monasteriis scholæ in vsum *oblatorum* constitutæ erant, de quibus *concil. Aquisgran.* de anno 817. apud HARDVIN. *tom. IV. concil. p.* 1231. *c.* 45. *vt schola in monasterio non habeatur, nisi eorum qui oblati sunt.* Ita quidem *concilium Aquisgranense* censuit, neutiquam tamen in horum tantum gratiam scholæ in monasteriis erectæ: iam antea in puerorum quorumcunque erudiendorum gratiam scholæ habitæ, & post-hac continuatæ, obseruante ALTESERRA *lib. I. ascet. c.* 10. & specialius illustrante IO. LAVNOIO *de scholis celebr. seu a Carolo M. seu post eundem Carolum per occid. instauratis.* Hac de causa quoque augustissimus legislator in *ordin. polit. Magdeb. c. VI.* §. 5. hunc morem pristinum in monasteriis euangelicorum retinendum censuit his verbis: Wie denn auch, besage alter Landes-Recesse, in den Evangelischen Clöstern, eine gewisse Anzahl adel- und bürgerlicher Knaben, welche insgesamt Land-Kinder, und deren Anzahl unter sechs bey iedem Closter nicht seyn soll, aus des Closters Einkünften zu erziehen seyn, welchen dann, auf des Closters Kosten, ein sonderlicher zu Unterrichtung der Jugend wohlgeübter informator zu halten ist. Sed reuertor ad *oblationem* parentum, quæ iuxta *c.* 3. *C.* 20. *q.* 1. olim sufficiebat, adeo vt *adepta pubertate* oblatus nec contradicere nec monasterio excedere, sed patris oblationi acquiescere deberet. Vid. FRANC. FLORENS *P. II. oper. p.* 75. *ad cauf.* 20. *q.* 1. Humanitatis *postea* magis ratio habita, vt *oblatio patris* non sufficeret, nisi filius annos *pubertatis* ingressus eam ratam habuisset, adeo vt pœnitentia ductus recedere posset. *c.* 11. 12. & 14. *X. h. t.* Plura alia *instituta antiqua* circa *oblationes puerorum* habet MABILLON. *cit. l. p.* 157.

Scholæ oblatorum & puerorum aliorum in monasteriis,

etiam protestantium.

§. LXXXII. PROPRIA PROFESSIO ergo iure nouo monachum tantum facit, quæ nihil aliud est, *quam certa religionis solennis promissio, qua quis se ad obseruationem perpetuam certæ alicuius monachalis regulæ adstringit.* CORVIN. *de pers. & reb. eccles. P. I. lib.* 3. *tit.* 9. *n* 4. Promissio hæc *solenniter* debet fieri iuxta præscriptum *regulæ Benedict. c.* 58. quæ solennitas variis absoluitur precibus, relatis ab EDMVNDO MARTENO *de antiq. monach. rit. lib. V. c.* 4. Quemadmodum supra *Bursfeldensium ritum* in recipiendis *nouitiis* retuli, ita *ritum professionis* apud eosdem vsitatum ex prælaudato auctore *cit. l.* §. 59. *p.* 700. reperam.

Professio quid?

§. LXXXIII.

Digitized by Google

§. LXXXIII. *Nouitius per omnia probatus cum profiteri voluerit, & conſenſerit abbas, communicato conſilio fratrum, vocetur in capitulum; & ibidem cum proſtratus humiliter miſericordiam petierit, facultas ei adhuc recedendi, ſi voluerit, aut certe ſua omnia iuxta regularem traditionem diſtribuendi libera tribuatur. Quodſi perſeueret pulſans, optatus ei tribuatur aſſenſus, & facta manuali promiſſione de obedientia & fidelitate capitulo annali, dicatur ei, quod ad ſacram communionem ſe diſponat & profeſſionem propria manu ſcribat in cedula, cuius dorſo ſimiliter inſeribatur: Ego frater N. promitto obedientiam capitulo annali patrum de obſeruantia Burſfeldenſi ſubmittens me ſtatutis & ſtatuendis eiusdem. Poſtea ſub Euangelio ſeu credo, ſi cantetur, miſſæ illius, in qua ſuſcipiendus eſt, introducatur a magiſtro in chorum ritu ſupra præcedente capitulo de inueſtiendo nouitio exacto; finitisque collectis conſuetis erigatur; & ſtans in eodem loco legat alta voce per accentum profeſſionem ſuam ſub hac forma: Ego frater N. promitto ſtabilitatem & conuerſionem morum meorum & obedientiam ſecundum regulam S. Benedicti coram DEO & SS. eius in hoc monaſterio, quod conſtructum eſt in honore ſancti vel ſanctorum N. & N. in præſentia Domini N. Abbatis. Qua lecta & accepta venia in eodem loco, mox idem ipſe crucem in eadem cedula faciat. Deinde accedens ad dextrum cornu altaris, ponensque cedulam ſuper illud oſculatur altare; & ſic redit in locum ſuum retro abbatem. Et mox incipiens verſum: ſuſcipe me domine, ipſum ter dicat per accentum flexis in terram genibus; & conuentus eundem tertio repetat, ſubiungens gloriam poſt vltimam repetitionem. Poſtea a cantore imponitur Pſalmus: miſerere mei DEVS, decantandus alternatim per verſus ſuos ab vtroque choro cum gloria, ad quam non inclinandum eſt, ſicut nec ad gloriam poſt ſuſcipe. Impoſito vero pſalmo prædicto, mox nouitius flexis poplitibus humiliter ſe ante abbatem primo; deinde ante miniſtros, & conſequenter ante ſingulos fratres per ordinem, vtrumque percurrit chorum cum magiſtro, ipſum deducente, ac ſubmiſſa voce pro ſe orare petens. Quo facto, reuertatur in locum, vbi ante erat, ibique retro abbatem ſe proſternens. Finito autem pſalmo abbas conuerſus ad nouitium dicat v ſaluum fac ſeruum &c. & alia in collectario deſcripta. Omnibus itaque ibidem exaratis ritu ſuo peractis, poſtquam ab omnibus nouitius oſculatus fuerit; iaceat proſtratus ſuper formam in extremitate alterius chori vsque dum canitur: Agnus DEI, praterin eleuatione venerabilis ſacramenti: tunc magiſtro ei ſignum dante ſurgere debet, & ad communionem ſe præparare. Non enim congruit conſecratum ipſo conſecrationis die abſque S. communione remanere.*

Ritus profeſſionis apud Burſfeldenſes.

Abbas vero ſtatim vt oſculatus fuerit eum, vertendo ſe ad conuentum dicat, Dominus vobiscum, & proſequatur officium. Et notandum, quod fratres facies ſuas habere debent verſus altare dum præmiſſa aguntur: excepto quod ſub antiphona & collectis de Spiritu Sancto, iacent proſtrati ſuper formas: & dum conſecrandus circumducitur, reducunt fratres ab altari facies ſtantes e regione chorus contra chorum.

De tacita profeſſione.

§. LXXXIV. Hoc modo profeſſio *ſolenniter*, in *ſcriptis*, & *expreſſe* editur. *Tacitam* etiam profeſſionem admitti docet *c. 9. X. h.t.* quæ tamen iuxta *edictum Tridentinum* hodie non aliter, quam anno *δοκιμασίας* abſoluto, in plenum deduci poteſt effectum. Multa vt plurimum deſiderant ad *tacitam profeſſionem*, vt virtutem obligandi accipiat, quæ recenſet CORVINVS *P. I de perſ. & reb. eccleſ. lib. 3. tit. 9. n.* 10. quæ tamen non æque efficax cenſetur, ac quidem *expreſſa*. Ita *externo* rerum *apparatui* plus roboris ineſſe creditur, quam *voluntati* ſpondentis, vnde tamen omnis *vouentis* intentio vnice æſtimanda erat. Qua de cauſa forſan factum eſt, vt hodie tantum ſuperſint *expreſſæ*: *tacitæ* vero incognitæ, teſte ESPENIO *P. I. inr. eccl. tit. 27. c. 1. §. 7.*

Profeſſio monialium maiora ſolennia deſiderat.

§. LXXXV. Profeſſio *monialium* adhuc maiora deſiderat ſolennia, *conſecrationem* ſcilicet quandam, qua Chriſto deſponderi dicuntur, quem ritum a primis ſeculis maxime remotum eſſe, recte cenſuit SAMVEL BASNAGE *diſſ. de ſacris virgin §. 15.* inſerta *tom. annal. p.* 515. Exempla *Teclæ*, *Petronillæ*, aliarumque *virginum velatarum*, quæ refert TAMBVRIN. *de iur. abbatiſſ. diſp. 27. q. 1* nullo idoneo fulciuntur teſtimonio. Tempore TERTVLLIANI *velum virginum* iam in vſu fuiſſe, ne quidem ex ipſo TERTVLLIANO probari poteſt, qui in tr. *de virg. veland.* non *de velandis virginibus ſanctimonialibus*, ſed id potius egit, vt *virginibus Chriſtianis* velum *indiſtincte* commendaret. Conſuetudinis erat, vt virgines *aperto capite*, & ſic *in capillis*, incederent: maritis iunctæ demum velarentur. Hunc morem reprobat SEPTIMVS, velumque etiam virginibus, ex *decoro Chriſtiano*, imponendum eſſe iudicat. Virgines tamen, quæ *perpetuæ caſtitatis* ſtudio flagrabant, lubentes velum ſumſiſſe, ex *c. 3. cit. tr.* liquet, vbi TERTVLLIANVS: *O ſacrilegæ manus, quæ dicatum DEO habitum detrahere potuerunt.* Dicatus DEO habitus dicebatur ex *fine* vtentis, non ex ſingulari *conſecratione* vel *benedictione*, eo tempore adhuc incognita.

De velo virginum.

Et conſecratione virginum.

§. LXXXVI. *Velum* tamen hoc, quod diſtinctionis gratia ſolebant aſſumere virgines, *continentiæ & caſtitatis* deſiderio ductæ, ſeculo IV. ſolennem quandam conſecrationem produxit, vt INNOCENTII I. epiſt. ad

Digitized by Google

ad *Victricium Rhotomag.* epiſcopum ſcripta docet. Nam hoc tempore *conſecrationis* ritus mirifice productus & propagatus eſt, vulgoque creditum, *benedictione epiſcopali* nouam quandam *ſanctitatis* qualitatem rebus conſecratis imprimi. Serius tamen olim, quam hodie, hoc *velamen* accipiebant. Equidem quæ ad *ἄσκησιν* adſpirabant, per plures annos veſte fuſca & permodeſta incedebant, priuato conſilio, ſine vlla *profeſſione*, vt ex antiquitatibus oſtendit THOMASSINVS *P. I. de nou. & vet. eccl. diſcipl. lib.* 3. *c.* 42. §. 9. *ſeq.* ſed ad *velum* non ſtatim admiſſæ. Ante annum *quadrageſimum* ſanctimoniales non eſſe velandas, traditum eſt in *c.* 13. C. 20. *q.* 1. Alibi ante *annum* 25. haud admittebantur per *c.* 14 & 15. C. 20. *q.* 1. Conf. MARTENE *de antiq. eccl. ritib. tom. III. lib.* 2. *c.* 6. *p.* 109. Ipſum *velum*, puellis imponendum, *flammeum* dictum fuit, ex veteri Romanorum ritu, qui *velum*, quo *ſponſæ* caput nubebatur, dicebant *flammeum.* Vid. SAMVEL PETISCVS *in lex. antiq. Roman. voce flammeum.* Eiusmodi *flammeo*, ab epiſcopo conſecrato, caput ſuum nubebant puellæ, Chriſto deſponſandæ, vt hoc ritu myſtico cum Chriſto ſanctiſſimum iniiſſe matrimonium crederentur. Ritus hic epiſcopo reſeruatus erat, cautumque, ne puellarum conſecratio a *presbyteris* fieret: *c.* 1. C. 26. *q.* 6. nec hoc mirandum, cum *auctoritate epiſcopi* omnia dirigerentur, & presbyterorum quoque munera ab ea dependerent, vt ſuo tempore iam tradidit TERTVLLIANVS *de baptismo c.* 17. *p. m.* 230. *edit. Rigalt.* Id ipſum euidentius traditur in *c.* 2. C. 26. *q.* 6. *presbyter, inconſulto epiſcopo, virgines non conſecret;* iubente ergo & conſentiente epiſcopo olim etiam *presbyteri* admittebantur, quamvis in *occidente* tandem hoc ius epiſcopi ad ſua traxerint reſeruata, vt ex variis conciliis docet MARTENE *de antiq. eccl. ritib. lib.* 2. *c.* 6. §. 6.

Velum feriis aſſumtum.

Ab epiſcopo conſecratum,

non presbyteris.

§. LXXXVII. Abbatiſſæ ab hoc actu prorſus excluſæ; vtut enim *abbates iura* quædam *epiſcopalia* pedetentim ſibi propria fecerint, abbatiſſas tamen, vt feminas, quibus in eccleſia *tacendi* debitum impoſitum, minime admittendas eſſe, cenſuerunt, præſertim quod actus *benedicendi* crederetur *paſtoralis*, ordini cohærens, quod plenius illuſtrat ANDREAS DV SAVSSAY *in panopl. ſacerdot. lib. II p.* 542 *ſeqq.* In *c.* 3. C. 20. *q.* 2. hac de re ita cautum: *ſtatuimus, vt ſi abbatiſſa aut quelibet ſanctimonialis poſt hanc diffinitionem in tantam audaciam prorupit, vt aut viduam aut puellam virginem velare præſumat, iudicio canonico vsque ad ſatisfactionem ſubdatur.* INNOCENTIVS III. in *c.* 10. *X. de pœnit. & remiſſ.* abſonum pariter & abſurdum reputat, *vt abbatiſſæ moniales proprias benedicant,*

An abbatiſſæ ad benedicendi munus admiſſæ?

Digitized by Google

dicant, quamuis id ipſum ſimul oſtendat, abbatiſſas eo tempore plurimis in locis hoc munus ſibi aſſeruiſſe.

Solennes ritus in benedictione virginum adhibiti.

§. LXXXVIII. Ipſa *virginum benedictio* variis abſoluebatur ritibus, diligenter explicatis ab EDMVNDO MARTENIO *de antiq. eccl. ritibus lib. 2. c. 6. §. 8. ſeqq.* Ante omnia *temporis* habenda erat ratio, quia tantum *ſtatis temporibus* velamen imponebatur. *c. 11. C. 20. q. 1.* Præmittebatur *ſolennis conſecratio veſtium*, quibus induenda eſſet ſanctimonialis. His ipſis induebantur in *miſſæ celebratione*: ſequebatur *ſermo exhortatorius* ad virginem: deinde conſenſus eorum, ad quos virgo velanda pertinebat, poſtulabatur: hoc præſtito, a virgine *profeſſio* fiebat, accedentibus precibus vna cum *impoſitione manuum.* Hæc *benedictio* erat ex vſu primæuæ eccleſiæ, qua etiam iudæi vtebantur in *benedictionibus*, vt ſupra *tit. de tempor. ordinat. §. 12. ſqq.* obſeruaui. Peracta benedictione, epiſcopus *flammeum* ſeu *velum* capiti virginis imponebat, & præter hoc mitram in modum *coronæ* in ſignum virginitatis profeſſæ: addebatur & *annulus*, quo digiti ornabantur, in deſponſationis ſanctiſſimæ indicium. Poſt epiſcopus miſſarum ſolennia perſequebatur, in quibus conſecrata *communicabat*, & hoc ſignaculo actus conſecrationis obſirmabatur. Solennia precum in ipſa benedictione vſitatarum refert MARTENE *cit. l. p.* 116. *ſeqq.* Conf. ASCANIVS TAMBVRINVS *de abbatiſſ. diſp. 27. qu. 7.* Verum hic conſecrandi virgines ritus fere in deſuetudinem abiit, vt tantum adhuc hodie apud *virgines Cartuſianas* obſeruetur, docente MARTENE *cit. l. p.* 113. Multitudo forſan virginum, ad vitam aſceticam ruentium, & epiſcopoſum vita molliſſima effecit, vt ſine hac conſecratione virgines tandem ad *vitam aſceticam* fuerint admiſſæ.

Pro ingreſſu in monaſterium aliquid dare ſimoniacum cenſetur.

§. LXXXIX. Cum monachi & moniales ex reditibus monaſterii alantur, non iniquum eſſe videtur, vt hæ *dotem* inferant, illi vero in *compenſationem horum redituum* monaſterio aliquid ſoluant vel præſtent. Vid. *infra tit. de adult. & ſtupro. §. 5.* Enim vero eccleſiæ Romanæ doctores, & inprimis qui quodam zelo pietatis ducuntur, ſub his præſtationibus *ſimoniacam labem* latere opinantur. Nominabo inter plures alios, ESPENIVM, virum tum doctrinæ rarioris, tum ſinceritatis purioris, qui *P. I. tit. 26. c. 1. ſeqq.* *Simoniam* in eo, quod datur ab ingredientibus & pro *ingreſſu religionis* agnoſcit, & in *diſſert. canon. de vitio Simoniæ circa ingreſſum religionis* de nouo eandem materiam ſub examen reuocauit. Liberalior & facilior in excuſando hoc more eſt IO. ANSILLON. *de Simonia c. XV.*

§. 2.

Digitized by Google

§. 2. nec forsan alii desunt, qui alia atque alia via hunc morem vel incusabunt vel excusabunt. Peccatum *Simonis* ego prorsus in hoc more, quem indifferentem credo, inuenire nequeo. Plura in hac doctrina adferuntur, quæ ipsum *κεκνόμενον* constituunt; nec ipsæ rerum moralium appellationes a corruptionis vitio immunes sunt, quæ & alia similia impedimenta ante omnia remouenda sunt, antequam in hanc arenam descendam, quod *tom. IV.* ad *lib. V. tit. de Simonia* expediendum erit.

§. XC. Interim crederem, respiciendum esse ad conditiones, quibus erecta sunt monasteria, & inde æstimandum, vtrum recte in *compensationem alimentorum* aliquid soluatur nec ne? Si sufficientes reditus monasterio assignati hunc in finem, vt certus puellarum egentium numerus in eo educetur; si diserte cautum, ne propter *lucrum* vel *dotem*, quam vocant, puellæ in illud recipiantur, sed solius intentionis, qua trahuntur, ratio habeatur, omni spe lucri abiecta, inique agitur, si plus licitanti addicitur locus in monasterio: si *indigentes* deseruntur: si, quas serium *ἀστηρήσεως* desiderium tenet, frustra pulsant, vrgent, rogant. Ita vero peccatur *abusu*, non *Simonia*. Si tales deficiunt conditiones, vel vbi adsunt, reditus monasterii vel hospitalis non sufficiunt, non iniquum est, in compensationem perpetuorum alimentorum quidquam pro *introitu* soluere, modo præterea ratio personarum, quæ admitti debeant, habeatur, nec indistincte plus licitanti locus addicatur. Equidem *præbendarum* instar habentur hæc alimenta; ast nihil *spirituale* hic venditur, nec in *alimentis* hisce tale vitium, quod in venditione *munerum sacrorum* adest, deprehenditur. Qui omne, quod dicitur *ecclesiasticum* vel quasi, *spirituale* esse iudicant, sese aliosque decipiunt, vt aliquoties iam obseruatum est. Cetera præiudicia, quæ hic occurrunt, infra denudabo. Temperamentum circa hanc sententiam.

§. XCI. Qui hoc modo professionem ediderunt, *monachi* vel *conuersi* dicuntur, vt vel rubrica *tit. seq.* docet. Omnium olim hæc communis conditio erat, omnesque idem propositum & officium habebant. Interim hoc ipso olim non fiebant *clerici:* his potius contradistinguebantur, vt ex *c.* 3. *X. h. t.* liquet, adeoque *laici* manebant, vt supra obseruatum est. Apud ERASMVM *in colloq.* quod *πτωχοπλουσίους Franciscanos* appellat, monachus ita edisserit: *Olim monachi nihil aliud eramus, quam* PVRIOR PARS LAICORVM, *& hoc intererat inter monachum & alium laicum, quod nunc interest inter frugalem & bonum virum, suis manibus alentem familiam, & inter Schnap-hanum, ex prædationum reditu lactantem* Monachi per professionem clerici fiunt.

Digitized by Google

Quidam tamen dicuntur adhuc laici.

tem ſeſe. Mutata tandem rerum facies, vt monachi in *clericos* & *laicos* diſtributi fuerint. Illi dicti ſunt, ad quos ſpectat cura *officii ſacri*, in choro quotidie, ſtatis horis, adſunt, & hoc intuitu *ad chorum profeſſi* dicuntur: hi vero, qui monachis miniſtrant, curant res monaſterii, & ſeruilia opera expediunt. Illi *choriſtæ*, hi *fratres laici* & ſingulariter *conuerſi* dicuntur.

Dantur etiam ſorores laicæ & choriſtæ.

c. 10. *X. de ſepult. in f.* Ad *moniales* quoque eadem extenſa diſtinctio, inter quas dantur *ſorores laicæ* ſeu *conuerſæ* Layen-Schweſtern, & *choriſtæ* ſeu ad *chorum profeſſæ*. *Choriſtarum* melior eſt conditio, quam *conuerſorum* der Layen-Brüder, quippe qui tantum votum & ſeſſionem in conventu ſeu capitulo habent, non item *laici* vel *laicæ*. Conf. ESPEN. *P. I. iur. eccl. tit.* 31. §. 12. *ſqq.* ALTESERRA *in aſcet. lib. III. c.* 5. ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib. II. c.* 2. GONZALEZ. ad *c.* 8 *n.* 4. *X. de probat.* In eo conueniunt, quod *religioſi* ſint & tria emittant vota.

Origo fratrum laicorum.

§. XCII. Equidem olim ad omnes *miniſteria quotidiana* ex æquo ſpectabant, & ſeruitia ſingulis incumbebant, adeoque monachi ab hoc *opere manuali* a ſe inuicem non diſtinguebantur. Paulatim quidam ſeſe monachis ſpeciatim obtulerunt ad certum ſeruitium iis præſtandum, hac ſola contenti gloria, quod iis inſeruire poſſent, qui cum curarent res monaſterii, a *choro* & *capitulo* excluſi ſunt, dictique *laici*, quod *dignitatis eccleſiaſticæ*, qua reliqui iam præfulgebant monachi, expertes eſſent, rudes præterea, nullis innutriti artibus liberalibus. Præterea non omnes, qui ad religionem tranſeunt, fratres *chorales* ſeu *clerici* fieri poſſunt, veluti milites, ſpurii, debiles, rauci &c. MATTHAEI *cit. l.* ergo admiſſi ad monaſterium *conuerſi*, vel *laici* fiunt, qui nonnunquam diſtinctum *dormitorium*, imo & *proprium capitulum* habuerunt.

Oblati & donati diſtinguuntur a fratribus laicis.

§. XCIII. Ab his adhuc diſtinguendi ſunt *oblati* ſeu *donati*, qui ſe & ſua omnia monaſterio offerebant, vt dicitur in *c.* 8. *X. de probat.* ad *participationem orationum monachalium.* Hi obedientiam abbati, & fidelitatem monachis promittunt, votum autem *paupertatis* & *caſtitatis* non faciunt, adeoque vere *religioſi* non ſunt, *c.* 9. *de priuileg. in* 6. *clem.* 1. *de decim. c.* 10. *X. de ſepult.* quorum inſtitutum VRBANVS II. confirmauit, docente ALTESERRA *cit. l. in f.*

TIT.

Digitized by Google

TIT. XXXII.

DE

CONVERSIONE CONIVGATORVM.

§. I.

OPinio de singulari vita *meritoria*, quam generauit monachismus, & plus æquo extendit, etiam inter desponsatos plura peperit exorbitantia iura, paucis tantum tangenda, quod vsum in foris protestantium nullum habeant, nisi quod demonstrent, nouam auctoritate *ecclesiæ* approbatam esse causam dissoluendi matrimonium, quam scriptura S. ignorat, nec cuius Saluator noster meminit. Quo ipso largiuntur, plures causas constitui posse, quam quas Saluator recensuit, de quo ad *tit. de diuort.* agendum. Sed vix aliter patroni monachatus iudicare potuerunt, postquam per omnia secula tam egregia & omnem exsuperantia laudem iudicia de *vita monastica* tulerunt.

Monachismi fauor inter desponsatos noua peperit iura.

§. II. Distinguunt pontifices inter *sponsalia* & *matrimonium consummatum.* Illorum vinculum haud impedire constituunt, quo minus alter, inuito altero, monasterium eligere queat. Nec distinguitur inter sponsalia de *futuro* & de *præsenti*, cum etiam *post legitimum consensum de præsenti* id ipsum permissum est, vt dicitur in *c.* 2. *X. h. t.* Talia quidem sponsalia *ipsum matrimonium* inducunt, & quidem, quod notandum, quoad *vinculum*, quod *indissolubile* reddunt. Nihilominus tamen dissolvere potest huiusmodi vinculum, qui monasterium intrat, quia *ad DEVM dicitur transire*, quod votum fortius iudicatur, voto sponsalitio, ipso consensu coniugali stipato. Adeo autem dissoluuntur hæc *sponsalia de præsenti*, quæ tamen iam dicuntur esse *matrimonium*, vt alteri licitum esse dicatur *ad secunda vota transire:* quia, pergit pontifex in *cit. c.* 2. *cum non fuissent vna caro simul effecti, satis potest vnus ad DEVM transire & alter in seculo remanere.* Grauiter quidem obstare videbatur, quod in eiusmodi sponsalibus *verum* adesset *matrimonium*, hoc autem, vel Saluatore nostro iudice, dissolui non posset, nisi ob causam fornicationis. Sed in promtu

Sponsalia etiam de præsenti soluuntur per ingressum in religionem.

Ratio dubitandi dissolvitur.

Digitized by Google

promtu est responsio in *c. 7. in f. X. h. t.* quia hoc intelligendum est *secundum interpretationem sacri eloquii de his, quorum matrimonium* CARNALI COPVLA *est consummatum, sine qua consummari non potest.* Interpretationem *sacrilegii* posuisse videtur pontifex in dicto Saluatoris: *erunt duo in carne vna*, in quo indissolubilis vinculi auctoritas fundatur. Idem dubium INNOCENTIVS III. in *c.* 14. *X. h. t.* sibi formauit, & hanc, quam adduxi, rationem dubitandi ita illustrat: *quod ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de praesenti contrahitur, illis viuentibus, in nullo casu possit dissolui, vt viuente reliquo, alter ad secunda vota transmigret, etiamsi vnus fidelium, inter quos est ratum coniugium, fieret haereticus, & nollet permanere cum altero sine contumelia creatoris.*

Inde saepe odio sponsi eligitur vita monastica.

§. 11. Quibus irregularia in his, quae ex fontibus hausi, deprehendo, liceat eadem quibusdam obseruationibus illustrare. (I) Haec praxis multas sine dubio peperit *moniales*, non desiderium *vitae ascetica*, quod vnice ponderandum est. Vnicum scilicet supereſt remedium a *sponsalibus de praesenti* recedendi per vota monastica: quae ergo alienam a sponso mentem gerere incipit, suam salutem, odio sponsi, non amore DEI in monasterio quaerit, adeo vt sine qualibet causa ita fidem coniugalem frangere queat. *c.* 14. *X. h. t.* (II) Vinculi *indissolubilis* ratio primaria, vnica, & adaequata ex *commixtione corporum* trahitur, & quidem iuxta S. eloquii interpretationem in *c.* 2. 7. & 14. *X. h. t.* quod demum per *corporum commixtionem* vna caro facti dicantur coniuges, seu, quod idem est, in *societatem* coaluisse *indissolubilem.* Et tamen, quod *lib. IV.* demonstrandum erit, simul *vinculum indissolubile*, quod sponsalibus ex cautela quadam apponere solent, *ex solo consensu coniugali* trahitur, adeo vt, hoc interposito, *absolute* cogantur ad cohabitationem per *copulam sacerdotalem.* Si ergo *vinculum* demum fit *indissolubile* ex *commixtione corporum* vel ex *cohabitatione*, solus *consensus coniugalis* praepostere in sponsalibus interpositus hanc dissolui nesciam societatem non constituit. Et tamen constituit. Scilicet non constituit in *fauorem monachatus:* rursus constituit in fauorem *matrimonii.* Et tamen *iuxta sacri eloquii interpretationem*, ad quam in *c.* 7. *X. h. t.* prouocat, Christus *simpliciter*, de monachatu non loquens, in vnitate carnis posuisse dicitur *vinculum indissolubile:* quo posito nec in sponsalibus *de praesenti*, cohabitatione deficiente, tale vinculum quaerere possunt. Et tamen quaerunt, aliterque rursus Saluatorem interpretantur, quod *consensus* faciat matrimonium, non *concubitus*, quae quomodo inter se connecti, & in consonantiam deduci

Ita vero nec solus consensus facit matrimonium, sed commixtio corporum, quod sibi negatur.

possint,

Digitized by Google

poſſint, ego quidem conciliare nequeo. Nec enim Chriſtus aliter explicandus eſt intuitu *monachatus*: aliter deficiente hoc propoſito. Vtinam noſtrates, qui ne quidem canoniſtarum ſententiam ſatis perpendunt intelligunteque, in hac doctrina ſaniores eſſent, quorum doctrina tamen, vt ſuo loco demonſtrabo, adhuc minus cohæret, quamuis tamen facile vel ex hac obſeruatione conuinci poſſent, diſtinctionem inter ſponſalia de *præſenti* & de *futuro* incertiſſimis fulcris eſſe ſuffultam. (111) *Ad DEVM* dicitur *tranſire*, qui fidem datam, *conſenſu coniugali* munitam, frangit, modo *monaſticam vitam* eligat. Quid ergo, ſi odio ſponſi vel ſponſæ, vt plerumque contingit, id eligatur propoſitum? quid ſi ſponſus, pœnitentia tactus, eam, quam alia ratione deſerere nequit, interpoſitis perſonis inducat, vt profeſſionem faciat imprudens, & eo ſe illaqueet propoſito? obtinuit ſcopum veterator impius, & decepta voto ſuo præter ſuum meritum illaqueata eſt. Sed manum de tabula.

Ad Deum dicitur tranſire ſponſa rupta fide coniugali.

§. IV. Quodſi matrimonium *actuali cohabitatione* conſummatum, mutuo conſenſu diſſolui poteſt intuitu *religionis*, vel *ordinis ſacri*, vt loqui amant, quo caſu non *ficte*, ſed *vere* diſſoluitur vinculum ſanctiſſimum, cum nec *ordo ſacer*, nec *monachatus* vinculum coniugale ferat. Hæ tamen conditiones ſunt coniugibus poſitæ, vt marito, profeſſionem ambienti, vxor non tantum conſentiat, ſed etiam ipſa quoque vel ad religionem transeat, vel perpetuo caſtitatem ſeruare promittat. Id conſtitutum eſt in *c.* 1. 4. §. 6. 7. 8. 10. *X. h. t.* Ad communem obiectionem ex doctrina CHRISTI: *quod DEVS coniunxit, homo non ſeparet*, reſpondet NICOLAVS I in *c.* 26. C. 27. *q.* 2. *DEVS, non homo ſeparat, quando diuini amoris intuitu ex conſenſu vtriusque coniugis matrimonia diſſoluuntur.* Id tamen altioris indaginis adhuc eſſe, perſuaſiſſimum habeo, cum cauſam hanc DEVS nullibi admiſerit. Vrget tamen GREGORIVS in *c.* 19. C. 27. *qu.* 2. *quod DEVS, qui minora conceſſit, maiora non prohibuerit*, h. e. qui conceſſit diuortium ex cauſa *fornicationis*, quæ *minor* eſt, non intelligitur diſſolutionem prohibuiſſe ex cauſa *religionis*, quæ *maior* cenſetur. Quod argumentum in *theſi* ſatis ſanum eſſe iudico, quamuis ab applicatione ſecundum principia, quibus imbutus ſum, alienus ſim. Admiſere inque patres ex *cauſis maioribus* diſſolutionem huius vinculi, quod alias ſanctiſſimum eſt; quidni ergo plures alias excogitare poſſemus cauſas, ad quas hæc ratio *Gregoriana* applicari poſſet? Sed de his ſuo loco. Hic tantum indico fontes, ex quibus patres contra ſemet ipſos ſæpius argumentati ſunt.

Mutuo conſenſu coniuges ingredi poſſunt religionem.

Digitized by Google

Cur alter coniugum quoque vovere teneatur castitatem.

§. V. Quid vero est, quod alter non possit in seculo manere, sed itidem *castitatem* vouere teneatur? Forsan sufficeret vnius propositum, consensu alterius interueniente munitum. Ast, quod ego quidem auguror, magis voluerunt suspendere effectus vinculi indissolubilis, quam eos tollere. Si alter in seculo manere, h. e. ad secunda vota transire posset, in effectu tolleretur matrimonium *in totum*, quod ægre admisere: ceterum si alter, coniuge *professionem* faciente, etiam *castitatem* vovere cogitur, æque illi interdictæ sunt nuptiæ, & ita magis perpetua *quoad thorum & mensam* separatio conceditur, quam dissolutio totalis vinculi. Interim quia *sacer ordo* & *monachatus* cum matrimonio consistere nequit, dissolutionem quandam matrimonii constituere voluerunt, talem scilicet, qua matrimonium tollitur, & non tollitur.

TITVLVS XXXIII.

DE

CONVERSIONE INFIDELIVM.

§. I.

Inordinata huius materiæ tractatio.

HIc titulus cum prioribus & sequentibus tantum cohæret *nomine*, non *significatione*, & materiæ *affinitate*. Appellatio enim *conversionis* hic paulo aliter sumitur ac quidem in doctrina de *monachatu*. Nam (1) *conuerti* in materia *monastica* dicuntur in genere, qui *vitam monasticam* per *vota* eligunt, vt docet c. 20. X. *de regul. & transeunt. ad relig. & tit. de conuers. coniugat.* Inprimis vero hæc *conuersio* posita fuit in *abdicatione proprietatis* per votum *paupertatis*, quo intuitu etiam *regulares canonici* inter *conuersos* referuntur, quod ex hoc *voto* vita eorum perfectior sit secularium vita, vt *tit. de vit. & honest. cleric.* §. 29. obseruaui. Equidem haud nego, nomen *Christiani* haud sufficere, vt vere ad DEVM quis *conuersus* dicatur, adeoque & eos, qui *Christiani* dicuntur, *conuersione* multoties opus habere: vtrum vero talis *conuersio* & *cordium totalis*

Conuersio varia (1) monastica.

Digitized by Google

totalis mutatio per vitam monasticam & *vota* fiat, id ipsum est, quod ecclesiæ Romanæ & protestantium doctores in diuersas traxit sententias.

§. II. Specialius (II) *conuersi* inter monachos dicuntur, prout §. *vlt. tit.* 31. dictum, monachi *laici*, qui curant res monasterii, choro autem & capitulo haud interfunt. *c.* 10. *X. de sepult.* TRITHEMIVS *in chron. Hirsaug. ad ann.* 1069. *p. m.* 83 *edit. Basil.* ait: *Supra hunc monachorum numerum habebat & alios fratres barbatos complures, quos vsitato nos vocabulo* CONVERSOS *appellamus, qui laboribus manuum insistentes, temporalium curam secundum mandata seniorum agerent, & monachis contemplationi & orationi semper deditis corporum necessaria prouiderent.* In *act. SS.* ab HENSCHENIO & PAPEBROCHIO editis *ad d. XXII. Mart. tom. III. p.* 397. refertur vita FELKONIS LIAVKOMAE, vbi §. 3. horum *conuersorum* ratio ita refertur: *Moris fuit omnibus per Frisiam totam monasteriis, præcipuas agrorum suorum possessiones, grangias & allodia* FRATRVM CONVERSORVM & LAICORVM *colere laboribus, vnde &* MVNCKHVYSEN *dicta sunt. His quicquid ex lactariis, pecore & frumento præter necessariam supererat sustentationem, id optima fide & obedientia suo deferebant monasterio: & hinc magnus in monasteriis cœnobitarum alitur numerus.* Quam peruerse vero, imo ethnico more hi *conuersi* in cellulis suis, vulgo Munckhuysen, vixerint, *in sqq.* declaratur & refertur. Serius hos, nec ante seculum XI admissos fratres, quos *conuersos* vocant, solis externis ministeriis occupatos, censet MABILLON. *in annal. Benedict. tom. I. lib. 3. §. 8. cum alias*, pergit, *conuersi dicerentur adulti quique, qui ad professionem monasticam matura in ætate accedebant: qualis fuisse videtur Exhilaratus ille, quem conuersum vocat Gregorius M. nullo discrimine, quantumuis illiterati essent, ab aliis olim distincti.* Conf. EVNDEM *in act. SS. Benedict. sec. VI. p.* 2. *in præf. §.* 89. *seqq.* vbi pluribus de his *fratribus laicis* seu *conuersis*, eorumque statu agit.

(2) Eorum, qui monachis inseruiunt.

§. III. Denique (III) *conuersio* prædicatur de *infidelibus*, qui, eiuratis sacris idololatricis, fidem Christianam amplectuntur, & quod præcipuum esse debebat in *conuersione*, alios mores aliamque vitam ad exemplar Christi effigiatam assumunt. Hæc *conuersio vera* demum cordis & mentis mutatio est, non *monastica*, adeoque *conuersi* hoc sensu dicuntur, qui ex *infidelibus* facti sunt *Christiani, fideles*, & in Christum credentes, de qua *conuersione h. t.* agitur.

(3) Infidelium.

Fideles qui appellentur in ſenſu ſcripturæ S.

§. IV. Cum vero in hac *conuerſione infideles* dicantur fieri *fideles*, ante omnia quoque harum appellationum ſenſus ex ſcriptura & patribus eruendus eſt, vt, de quorum *conuerſione* adeo laborandum ſit, manifeſtum planumque fiat. Equidem *fideles* in ſacris appellantur, qui *viuida* in Chriſtum *fide* præditi, & *toto corde* in eum credunt, πιστεύοντες *Act. II*, 44. *IV*, 4. 32. *V*, 14. *VIII*, 13. 37. 1 *Cor. III*, 5. *Gal. III*, 9. obedientes fidei in Chriſtum facti, *Act*, *IV*, 7. *Rom. I*, 5. *XVI*, 26. & hac de cauſa quoque SANCTI vocati. *Act. IX*, 13. *Rom. I*, 7. *XV*, 31. *XVI*, 2. 15. 1 *Cor. I*, 2. *VI*, 1. 2. *Eph. I*, 2. 18. *IV*, 12. *Phil. I*, 1. Hæc & ſimilia ~~alia~~ prædicata innuunt, non ab *orthodoxia* vnice, ſed potiſſimum ab ipſa *praxi* Chriſtianismi ſolida, ſine qua *fides* non poterat eſſe *viuida*, eos *fideles* dictos, iisque oppoſitos fuiſſe, qui ea *fide ſaluifica* deſtituebantur, nec Chriſto nomen ſuum dederant. Erant vero *fideles* duplicis generis, tum ex *iudaeis*, tum ex *gentibus*. Poſtquam enim DEVS etiam

Fideles ex iudaeis & gentilibus.

gratia ſua illuminauerat gentiles, audita eſt paſſim appellatio *fidelium ex iudaeis ſeu circumciſione*, *Act. X*, 45. *XXI*, 20. & *ex gentilibus* ſeu adhuc in præputio conſtitutis, *Act. XXI*, 25. quibus itidem *portam fidei* aperuerat Deus, *Act. XIV*, 27. vt ſe ad eum conuerterent, *Act. XV*, 19. qui omnes tandem generali nomine, & quidem primum Antiochiæ, vocati ſunt CHRISTIANI. *Act. XI*, 26. His opponebantur *infideles*, qui prorſus alieni erant a fide ſaluifica in CHRISTVM, tam *iudaei*, *Act. XIV*, 2. *Rom. XV*, 31. quam *gentiles*, 1 *Cor. VI*, 6. *VII*, 12 *ſeqq. X*, 27. *XIV*, 24 2 *Cor. IV*, 4 1 *Tim. V*, 8. imprimis autem *iudaei*, vtpote quibus Meſſias tot vaticiniis annunciatus, & in ſalutem animæ ſpeciali pacto promiſſus erat, quem cum reſpuerent, gratia diuina gentilibus quoque communicata eſt. *Act. XIII*, 46. *Rom. XI.*

Infideles in ſenſu ſcriptu ræ S.

Fideles patribus ſunt baptizati.

§. V. In patris ſcriptis *fideles* primario appellabantur, qui per *baptiſmum* in eccleſiam recepti & *euchariſtiæ* participes facti, quæ ſignum *communionis* primarium erat. IVSTINVS martyr. *apol. II.* baptizatos vocat *credentes* & *a Chriſtianis aſcitos*. TERTVLLIANVS *de pudic. c.* 18. diſtinguit inter eos, qui ante & poſt *fidem*, h. e. baptiſma lapſi erant, & *de præſcript. hæret. c.* 41. eos a *non baptizatis* euidentius ſeparat: *Inprimis quis catechumenus, quis fidelis, incertum eſt.* AMBROSIVS *lib. I. de ſacram. c.* 1. eandem ſententiam confirmat, &, *in Chriſtiano viro*, ait, *prima eſt fides. Idcirco recte* FIDELES *dicuntur, qui baptizati ſunt.* Similiter AVGVSTINVS *tr. in Ioh. Interroga hominem Chriſtianum, reſpondet tibi: non ſum: adhuc quæris a eo: catechumenus an fidelis?* In *conſtit. apoſtol. lib. VIII. c.* 34. apud COTELERIVM *p.* 415. præcipitur: *fidelis ne domi quidem oret cum catechumeno: non enim æquum eſt, initiatum cum non initiato coinquinari.*

§. VI.

Digitized by Google

§. VI. Hoc vero *ſpecialiori ſenſu* non tam opponuntur his, qui prorſus *infideles* ſunt, quam *catechumenis*, nondum per baptisma in communionem eccleſiaſticam receptis aſſumtisque. Quamuis enim a fide in Chriſtum non eſſent alieni, & ſuo modo iam ad *eccleſiam* pertinerent, obſeruante IOSEPHO BINGHAMO in *orig. eccl. lib. I. c.* 3. non tamen in ſenſu ſpeciali *fideles* erant, h. e. fidelibus per baptisma aſſociati. THEODOSIVS M. in *l.* 2. *C. de apoſtat.* chriſtianos diuidit in *fideles*, & *catechumenos tantum*, &, his aut illis ad apoſtaſiam dilapſis, peculiares diſtinctasque pœnas ſtatuit, ex quo liquet, *catechumenos* inter *chriſtianos* quidem, ſed non inter *fideles* eo ſenſu relatos fuiſſe, id quod etiam patres agnouere in *concil. Conſtantin. I. c.* 7. apud HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 814. Eandem diuerſitatem intuitu *pœnitentiæ eccleſiaſticæ* obſervat quoad *fideles* & *catechumenos* etiam *concilium Nicænum c.* 11. & 14. Conf. BASNAGE *diſſ. de catechumen.* §. 1. *ſeqq. tom II. annal. eccl. c.* 563. inſerta. ALBASPINAEVS *de veter. eccl. ritib. lib. I. obſ.* 25. Ideo autem ſine dubio *ſpeciatim* baptizati dicti ſunt *fideles*, quod poſt *abrenunciationem* ante immerſionem a primis Chriſtianismi temporibus *publicam fidei Chriſtianæ profeſſionem* in eccleſia ediderunt, præuia ſolenni interrogatione, cuius formulas antiquas exhibet EDMVNDVS MARTENE *P. I. de antiq eccl. ritib. lib. I. art.* 13. §. 13. *ſeqq. p.* 121. *ſqq.* Catechumenis oppoſiti.

§. VII. Sicuti vero *fidelium* appellatio inter Chriſtianos paulo preſſiorem accepit ſignificatum, ita *infidelium* numero paulatim plures annumerati ſunt, qui adhuc tamen Chriſto nomen dederunt. Degenerauit enim tandem ſyſtema eccleſiarum vnitarum in *corpus* aliquod *politicum* & *dominantem eccleſiam* conſtituit, adeo vt qui *extra eam* deprehenſi fuerint, h. e. quos vel dominans eccleſia eiecit, & a corpore ſuo abſcidit, vel eos coëgit, vt ſe imperio eccleſiaſtico ſubducerent, & a formula eius recederent, *infideles* etiam dicti fuerint. Huc *hæreticos* referunt, quippe qui *fidem* (*formulam fidei* a dominante eccleſia præſcriptam) non habere, nec in *eccleſia* (h. e. in *ſyſtemate magno eccleſiarum* vnitarum ſub vna formula, quam *catholicam* dixere) eſſe dicuntur, ſecundum vulgatum illud, iam ab IRENAEO hæreticis fortiſſime oppoſitum: *extra eccleſiam non eſſe fidem, ſalutem, & Spiritum S.* Vid. RICCIVLLVS *de iur. perſon. extra eccleſ. grem. exiſt. lib. V. c.* 12. *n.* 8 PASSERIN. *de pollut. eccl. diſp. VIII. c.* 20. *n.* 2. Infidelium appellatio etiam extenſa ad hæreticos

Digitized by Google

ex ſententia patrum

§. VIII. Non recentioribus eccleſiæ Romanæ doctoribus hæc ſententia attribuenda: iam ſeculo IV. patres quidam eandem ſuam fecerunt, quod vix excuſari poteſt. Duriori calamo depingit hæreticos HIERONYMVS *dial. contr. Lucif. tom. II. p.* 138. &, *hæretici*, ait, *Chriſtiani non ſunt. - - - Igitur præfixum inter nos habemus, de hæretico ſic loquendum, ſicut de gentili.* ATHANASIVS *orat. II. contra Arianos tom. I. p* 316. *edit. Colon.* eiusdem eſt ſententiæ, & de his, qui ARII dogmata ſequebantur, aſſerit, *eos, eo quod Ariani ſint, Chriſtianos non eſſe*, & conſequenter *gentilium infidelium* conſortio haud eximendos. Paulo aliter cenſuere patres in *concil. Conſtantinop. I. c.* 7. ann. 381. Arianos quidem cum nonnullis aliis facilius recipientes; difficilius Eunomianos, Montaniſtas, Sabellianos pluresque alios. De horum receptione ita ediſſere: *quicunque ex his rectæ fidei adſcribi volunt, vt gentiles admittimus, & primo quidem die ipſos Chriſtianos facimus, ſecundo catechumenos, deinde tertio exorcizamus.* Magis horrida proponit AVCTOR *conſtit. apoſtol. lib. VI. c.* 18. apud COTELERIVM *p.* 348. *edit. Antwerp.* &, hæretici *magis irreligioſi*, ait, *ſunt, quam iudæi, & magis impii ac atbei, quam gentiles.* Vno verbo: ex mente huius auctoris infidelitate & impietate ſuperant iudæos, gentiles, atheos. Sine dubio incidit auctor, qui vndique omnia corraſit, in locum IRENAEI *lib. II. adu. hæreſ. c.* 9. vbi *impias & irreligioſas hæreticorum* ſententias damnat, & diſcipulos horum *ethnicis peiores* eſſe ait. Occaſionem hoc loco nactus FRANCISCVS FEVARDENTIVS, commentator Irenæi, virus ſuum in proteſtantes effundit, ſtultitiæque ſuæ documenta, vt paſſim alibi, ita hic quoque edit. Quis vero dubitaret, eundem vita, moribus & affectibus *gentiles* exæquaſſe? Neque vero tantum in ſcriptis patrum, quos intempeſtiuus in hæreticos furor decepit, ſed ipſis etiam *legibus publicis* hæc ſententia eſt propoſita, quæ vt plurimum ad ſuggeſtionem cleri contra hæreticos compoſitæ ſunt. CONSTANTINI M. decretum contra Arianos apud SOCRATEM *lib. I. hiſt. eccl. c.* 6. non adeo ab hac doctrina abludit; magis vero cum hac conſpirat *l.* 6. *C. de hæret.* quæ tamen correctior in *l.* 66. *C. Theod. de hæret.* reperitur, in qua hæreticis nomen *Chriſtianorum* negatur.

& legum ſtylo.

Recentiores hæreticos & infideles diſtinguunt.

§. IX. Mitiores tamen etiam inter ipſos eccleſiæ Romanæ Dd. nonnulli ſunt, vt ex traditis RICCIVLLI & PASSERINI liquet, exiſtimantium, proprie *infidelium* nomine præſertim in iure canonico venire ſolum *iudæos* & *gentiles*, non *hæreticos*, quia baptiſmum receperunt, nec a fide in CHRISTVM alieni ſunt, licet in ea errare dicantur. Accedit vero peeu-

Digitized by Google

peculiaris ecclesiæ Romanæ sententia, quod per baptismum sint facti ecclesiæ subditi, & magis *rebelles*, quam *infideles* dicendi sunt. Neque vero hac sententia hæreticorum causa fit melior; imo deterior. *Rebelles* in quouis *statu ciuili* maiori odio habentur, quam *hostes*. Vt itaque furor clericorum eos persecutionibus atrocioribus exponere & subdere possit, magis amarunt interpretes, eos ab *infidelibus* distinguere, vtpote in quos non æque sæuire permissum est. Equidem de *hæreticorum* conuersione laborandum; sed & *orthodoxis*, qui ita dici volunt, *conuersio morum* vtplurimum magis est necessaria, imo & singulis, quibus quotidie *media salutis* abundantissimè proponuntur. Ast hæc conuersio ad meum scopum primario non spectat, qui iura euoluere studeo, quæ circa *conuersionem infidelium* proprie dictorum peculiariter sunt constituta; quæ non item applicari possunt ad *conuersionem* Christianorum qua talium.

§. X. Magis vero *apostatæ* & *athei* infidelium numero habendi sunt. Equidem illi, qui a fide christiana prorsus desciuerunt, & ad gentilismum vel gentilem idololatriam transiuerunt, ab *infidelium* consortio ideo separat RICCIVLLVS *cit. l. n.* 7. quod ecclesiæ per baptismum subiecti fuerint, & adhuc sub eius *iurisdictione* esse censeantur. Considerant videlicet Romanæ ecclesiæ assectæ *infideles* eo primario respectu prout *extra gremium ecclesiæ* ita sunt constituti, vt nunquam in eo fuerint recepti; h. e. extra *rempublicam cleri maioris*, cuius imperio tantum tenentur Christiani, ceu *subditi* proprie dicti: *apostatæ* itaque, qui semel *subditi* huius regni facti sunt, non eodem cum ceteris infidelibus iure censeri possunt, qui *extra ecclesiam* absolute constituti sunt. In illos enim sæuissima quæuis constituunt, ignes, & cruciatus prædicant, & ita vt *subditos* suos damnant, puniunt, excruciant, quem dominatum non æque in hos exercere queunt. Hæc vnica ratio politica *apostatas* ab *infidelium* consortio separat, quamuis, ea seposita, quam protestantes haud agnoscunt, omnino *infideles* sint. Infideles etiam sunt apostatæ, non in sensu Romanæ ecclesiæ,

§. XI. *Atheos* sine omni dubio eodem considerant modo, quatenus *baptizati* sunt, quem illis relinquam, vt ecclesiæ Romanæ proprium. Alii itaque hos *infidelibus* peiores esse vel ideo arbitrantur, quod hi adhuc qualecunque numen venerentur & colant, atque aliquem cultum, licet peruersum & inanem, numini exhibeant, illi vero omnem prorsus diuinitatis conceptum in animis hominum delere gestiant, & vt & athei,

ita

ita a fide in CHRISTVM & DEVM sint alieniſſimi. Vel hæc vnica ratio ſufficit, vt eos *infidelium* claſſi inſerendos credam, modo de *atheismo* plene ſint conuicti, vel ad minimum *fidem in Chriſtum* inter ſomnia referant, qualicunque *naturali religione* contenti, cuiusmodi *infideles* ipſos inter Chriſtianos plures dari nemo negauerit. Couf. B. BVDDEVS *de atheismo c. II.* §. I. B. THOMASIVS *ad Lancell. lib. IV. tit. 4.* §. 14. *not.* 219.

imo & parvuli non baptizati.

§. XII. Denique etiam paruulos non-baptizatos *infidelium* catalogo adſcribunt, & quidem *negatiue talium*, vt loquitur PASSERINVS *cit. l. c.* 21. *n.* I. h. e. quod non ſint *fideles* eo ſenſu, quo parrestantum *fideles* dixere baptizatos. Magis ergo ſecundum patrum ſtylum non tam ſunt proprie *infideles*, quam *non-fideles*, h. e. non baptizati, & potius cum *catechumenorum* ſtatu conferendi. Hi vero *infideles* non amplius erunt, adeoque etiam paruuli, a fidelibus parentibus nati, & Chriſtianismo deſtinati, proprie inter *infideles* referri nequeunt.

potius non-fideles dicendi.

Conuerſio infidelium plura noua peperit iura.

§. XIII. Sic itaque ex hactenus dictis planum liquidumque eſt, quinam proprie ad ductum *h. t. conuerſionis* obiectum conſtituant, & de quorum *conuerſione* ad fidem Chriſtianam laborandum ſit. Sicuti vero ſtatus *infidelium*, reſpectu habito ad Chriſtianos, inter quos degunt, & vbi dominatum exercent, deterior omnino eſt; ita *conuerſio* eorum plura noua & peculiaria *conuerſis* tribuit iura, quorum pauca tantum *h. t.* attingit iura compilator; longe plura tamen per totum ius canonicum ſparſa deprehenduntur, quæ iuſta methodo, vt decet, & vna ſerie pro inſtituti ratione referam, ipſum *infidelium*, qua talium, ſtatum ad *lib. V. tit.* 6. reſeruaturus.

Ob conuerſionem ſperandam tolerandi infideles.

§. XIV. Tolerandos eſſe *infideles* inter Chriſtianos, non eiiciendos, exagitandos, turbandos, *cit. l.* euincam. Si omnia alia deficerent argumenta, vel illud vnicum ſufficeret, quod absque eorum tolerantia *conuerſio* eorum nec ſperari, nec concipi poſſit. Tot a plurimis conſilia ſuppeditantur, tot a theologis methodi, in conuertendis infidelibus adhibendæ præſcribuntur, quæ nullum poſſunt habere effectum ſperatum, ſi eos male habemus, de quorum ſalute ſumus ſolliciti. Præpoſtere omnino agitur, ſi expelluntur, ſi variis afficiuntur iniuriis & malis, erga quos charitatis maximæ effectus edere intendimus per conuertendi propoſitum. Fouendus eſt morbo laborans grauiſſimo, & in phreneſi conſtitutus a prudente & optimo medico non eiiciendus, verberibus tradendus, & noua afflictione excruciandus, qua medicina nulla excogitari poteſt inhumanior. Re-

Digitized by Google

Ete ERASMVS *in colloq.* quod *inquisit. de fide* inscribit, peruersam zelotarum methodum perstringit, & sub nomine Barbatii ait: *Si sic nobiscum egisset DEVS, periremus omnes.* Quærit vero Aulus: *quam ob rem?* Respondet prior: *quia, cum essemus inimici DEI, cultores idolorum, militantes in castris satanæ, h. e. modis omnibus excommunicatissimi, tum ille maxime confabulatus est per filium suum, suoque colloquio nos restituit in vitam, cum essemus mortui.* Approbat hanc philosophiam Aulus inquiens: *Ita quidem vere narras.* Tum vero Barbatius: *Imo male ageretur cum omnibus ægrotis, si medicus fugeret alloquium, quoties ingens morbus grauat miserum: imo cum maxime conueniebat adesse medicum.* Nec audiendi sunt, qui in *pertinaces*, quos vocant, & ab omni conuersione alienam mentem gerentes impetum & persecutionem suadent, admittunt, laudant. Qui hoc *inhumanitatis dogma* tradunt, suæ *impatientiæ* & *dominatus in conscientias*, quas suo *imperio absoluto* subiicere student, euidentissima edunt documenta. DEVS ipse tot infideles, sceleratos, monstra, vix humanitatis quid habentia, & brutorum more viuentes Christianos tolerat, eos ad *pœnitentiam* quotidie reuocat, licet refugiant, & eorum conuersionem patienter expectat: quidni ergo homines, qui de aliorum salute *æterna* solliciti sunt, DEI exemplum sequerentur? Ita suo tempore censuit B. STRYKIVS in *not. MSctis ad Myler. ab Ehrenb. de princip. & stat. imper. c.* 60. §. 1. & *cum spem*, ait, *conuertendorum iudæorum nobis faciat apostolus Rom. XI*, 25. *non ipsis deneganda sunt media conuersionis, quod fieret, si a consortio Christianorum penitus repellerentur.*

§. XV. Cura pro *conuertendis infidelibus* est duplex, vel *priuata*, vel *publica.* Illa singulis incumbit Christianis, non sua, sed quæ IESV CHRISTI sunt, quærentibus, qualem ardorem in primitiuis Christianis deprehendimus, qui non tantum pro sua, sed aliorum quoque *salute* laborarunt, & sub extremis vitæ discriminibus legationes pro *conuertendis infidelibus* sua sponte susceperunt. Neque vero hodie easdem negligendas aut insuper habendas esse, variis argumentis, & quidem ponderis haud exigui, ostendit IVSTVS HEVRNIVS *de legat. euangel. ad Indos capess. c. III. seqq.* & inprimis *c. IV.* vrget, *quod promissio facta de conuersione iudæorum finali nos ad annunciandum ethnicis euangelium vocet*, simulque aliis addit rationes, quæ studium in tali legatione suscipienda excitare possunt. Conf. GEORG. CALIXTVS *in orat de populis in religione a nobis dissidentibus ad veritatis agnitionem deducendis.* Quantam sollicitudinem pro salute Muhammedorum susceperint IO. CLENARDVS, passim prodit in *suis epistolis*, Cura pro conuertendis infidelibus priuata,

publica.

Quæ non tantum episcopis propria.

lis, adeo vt vsque ad vltimum vitæ suæ diem in hunc finem *Arabicæ linguæ* operam dederit, & varia subierit pericula. Hæc vero est, quæ *auctoritate publica* exercetur, suscipitur, & administratur per eos, qui publico iussu huic operi arduo præfecti sunt. Canonistæ hanc *publicam sollicitudinem* officio *papali* & *episcopali* adscribunt, nec negandum est, episcopis, quatenus sunt ecclesiæ doctores, animarum pastores, & verbi diuini dispensatores, ex *officio* incumbere, vt pro *conuersione infidelium* solliciti sint, exemplo antiquorum episcoporum, qui etiam cum dispendio vitæ suæ egregie in hac palæstra certarunt. Notæ sunt variæ *legationes*, quæ auctoritate pontificis Romani susceptæ sunt pro conuertendis Indis, aliisque infidelibus, quas inprimis hi, qui e *societate Iesu* nomen gerunt, sibi imponi præ ceteris passi sunt. Varia harum *legationum* fortuna fuit, & eo grauioribus subiecta obstaculis, quod, qui huic operi adhibiti fuerunt, qualitatibus debitis, infra enarrandis, destituti fuerint, nec apostolico more fidem christianam, relictis traditionibus religioni ex corruptione superadditis, annunciauerint. Fata harum legationum referunt ALOYSIVS FROIS in *relat. de statu rei Christ. in Iapon.* PETRVS GOMEZ *de reb. Indic.* EMANVEL ACOSTA *de reb. Iapon.* ANTONIVS VASCONCELLIVS *in relat. persecut. Iapon. de ann.* 1588. & 1589. NICOLAVS TRIGAVTIVS *in comment. rei christ. apud Iapon.* IDEM *in christiana expedit. ad Sinas suscepta a S. I.* IDEM *de christian. apud Iapon. triumphis.* IOSEPH A COSTA *de promulgat. euangel. apud barbaros.* HENRICVS HENRIQVEZ *epist. de reb. Indicis.* EMANVEL A COSTA *de rebus a societate Iesu in oriente gestis.* LVDOV. GVZMAN *de rebus a societ. in India, Iaponia & Sinis gestis.* PETRI RABADENEIRA *historia Hispan. societ. Indica.* ALVARVS SEMEDVS *in annuis literis e Sinis.* IDEM *in relatione de propag. eccl. in regno Sinæ.* IO. BAPTISTA *de* MORALES *histor. euangel. de China.* IO. ADAM SCHALLVS *in narrat. de init. & progressu mission. societ. Iesu apud Chinenses.* AEGIDIVS GONZALEZ d'AVILA *in theatr. eccles. de eccles. Indicis.* LVDOVICVS SOTELVS *in relat. ad Vrbanum VIX. de ecclesiæ Iaponicæ statu.* SEBAST. GONZALEZ *de præclare a S. I. in India orient. gestis*, COLLECTORES *literarum* a Missionariis scriptarum, quæ aliquot voluminibus editæ sunt sub titulo: *lettres edifiantes & curieuses ecrites des missions etrangeres par quelques missionnaires de la compagnie de Iesus*, pluresque alii, qui merita horum legatorum, a curia Romana missorum pro conuertendis infidelibus, tradiderunt, simulque huius sedis singularem sollicitudinem in propagando euangelio multis verborum lenociniis in cœlum extulerunt. Prolixius nuper admodum

Digitized by Google

dum IO. ALBERTVS FABRICIVS *in ſalutari luce euangelii toti orbi per diuinam gratiam exorieuti c.* 32. *ſqq.* de hoc argumento egit, auctoresque, qui *miſſiones religioſas* retulerunt, recenſuit. Aſt ſi *priuatione* publica ſollicitudo epiſcopis & pontifici adſcribitur, quatenus in *eccleſia*, tanquam in republica, imperant; ſi id eo tantum intuitu eis adſcribitur, quo numerus *ſubditorum eccleſiaſticorum* augeatur, & conuerſi ſubdantur iurisdictioni eccleſiaſticæ; ſi imperantes ab hac *cura publica* prorſus excluduntur, vt *laici*, inhabiles, ab hoc munere alieni, me omnino, omnesque proteſtantes habebunt diſſentientes. Tribuimus non ſine ratione *principi* & cuiuis imperanti hanc *curam publicam*, vi cuius plurimum auctoritate ſua ad hoc opus perficiendum contribuere, idoneos viros ei præficere, impedimenta quæuis remouere, & *publica tutela*, aliisque inſtitutis ſalutaribus illud fouere & promouere poteſt. Sed principibus ſecularibus communis.

§. XVI. Præuideo facile obiectiones nonnullorum inter proteſtantes, quas vt feliciter euadam, duo extrema euitanda eſſe iudico in determinando *officio* imperantis: α) ne eos ſequamur, qui ab omni principum cura hoc officium prorſus alienum eſſe iudicant: β) nec tamen etiam in eorum iuremus verba, qui primarium *magiſtratus ciuilis* officium in cura pro *ſalute æterna ſubditorum* collocant. Nam quod poſterius concernit, palam eſt, imperia haud eſſe condita primario *religionis* gratia, quippe quæ omnibus rebus publicis eſt antiquior, & extra ſtatum ciuilem æque commode excoli poteſt. Tranquillitas externa, per arma, leges, pœnas & iudicia, ſeu *remedia coactiua* obtinenda, coëgit homines diſſociatos ſibique haud fidentes, vt in *corpus ciuile* coaleſcerent. Quoad prius quoque admitto, per *imperia ciuilia* opus conuerſionis obtineri non poſſe, ſed illud diuiniora expoſcere ſubſidia, quæ intimos animi receſſus flectere, & mentem a tenebris ad lucem, a prauis motibus ad pacem internam & denique a morbo lethifero ad ſanitatem reuocare & in integrum reſtituere queant. Interim nemo in dubium vocabit, ſinceram ſubditorum pietatem, mores optime compoſitos vitamque ad imaginem Chriſti effigiatam ad finem reipubl. præfixum multum conferre, quippe quæ *noua* illa *vita* eſt, quæ ſubditos effrenatos domat, in officio retinet, operaturque, vt vita eorum ſit vere & conſtanter tranquilla. Vid. TERTVLLIAN. *in apol. c.* 35. 37. & 39. & *lib. I. ad Nat. c.* 17. Optime ARNOBIVS *lib. I. adu. gentes. p. m.* 6. *Cum hominum vis tanta, magiſteriis eius acceperimus ac legibus, malum malo rependi non oportere, iniuriam perpeti quam inrogare eſſe præſtantius: ſuum potius fundere, quam alieno polluere manus & conſcientiam* Obiectiones examinantur.

Digitized by Google

cruore: habet a Christo beneficium iamdudum orbis ingratus, per quem feritatis mollita est rabies atque hostiles manus cohibere a sanguine cognati animantis occepit. Quodsi omnes omnino, qui homines se esse non specie corporum, sed rationis intelligunt potestate, salutaribus eius pacificisque decretis aurem vellent accommodare paulisper, & non fastu & supercilio luminis, suis potius sensibus, quam illius commonitionibus crederent: vniuersus iamdudum orbis mitiora in opera conuersis vsibus ferri, tranquillitate in mollissima degeret, & in concordiam salutarem incorruptis fœderum sanctionibus conueniret. Paucis idem firmat verbis LACTANTIVS *de ira lib. I. c.* 12. &, *timor DEI*, ait, *solus est, qui custodit hominum inter se societatem.*

& verbis Buddei reiiciuntur.

§. XVII. Quæ cum ita sint, rectissime in hac re calculum posuit B. BVDDEVS *P. II. theol. moral. c. 3. sect. 7. §.* 17. *Etsi tranquillitas & conseruatio rerum publicarum neutiquam præcipuus religionis veræ scopus sit, qui potius in salute hominum æterna consistit, plurimum tamen ad securitatem tranquillitatemque rerum publicarum religionem, si recte administretur, conferre, palam est. Vnde & quam necessaria sit legitima religionis directio, patet.* Applicat hoc deinceps ad *veram religionem*, quæ Christiana est, & §. 19. ita continuat: *nihil magis ad veram rerum publicarum felicitatem tranquillitatemque confert, quam si vera religio floreat. Cum enim mala pleraque, quibuscum rebus publicis societatibusque ciuilibus conflictandum est, a prauis adfectibus vitiisque aut imperantium aut ciuium, speciatim ab ambitione, auaritia, & voluptate eorum proueniant, melior ea euitandi aut auertendi non est ratio, quam si cupiditatibus imponere modum, prauosque exuere affectus, condoceantur homines.* Atque hoc vnice impetratur per diuinissimam philosophiam.

Per religionem Christianam emendantur vitia rempubl. turbantia.

§. XVIII. Quis enim in dubium vocabit, doctrinam Saluatoris nostri genuinam, a falsis erroneisque sententiis repurgatam, esse primarium illud medium, quo hominum liberatio a prauis hisce adfectibus, rempublicam destruentibus & turbantibus, præ omnibus ceteris obtineri possit? Nulla gentilium philosophia, quacunque coruscet specie, nulla dogmata sapientum, a lumine rationis profecta, id præstare & efficere queunt, quod *diuinior* hæc *sapientia* suggerit, præstat & efficacissime operatur, quæ hominem prorsus immutat, feram naturam emollit, eumque præparat, vt commodum societatis ciuilis membrum fiat. Prolixiorem demonstrationem & illustrationem qui desiderat, adeat dissertationem B. BVDDEI *de concordia relig. statuque ciuil. c.* 1. & 3. & DANIELIS HVETII, præsulis eruditissimi *tr. de concord. rat. & fidei lib. III.*

§. XIX.

§. XIX. Non inutile erit aut iniucundum, Dn. BVDDEI doctrinam tantum in compendio referre. Generatim ostendit vir doctissimus, doctrinam Christi egregie honori & auctoritati impetrantium consulere, officia eorum designare & circumscribere, ciues vero & subditos ad obedientiam & legum culturam componere atque formare: satis nota esse tria vitia palmaria, *voluptatem, ambitionem & auaritiam*, vnde tot mala corpori ciuili conciliari solent: ea esse eradicanda & sedanda in subditis, nec absque hac medicina veram reipubl. quietem sperandam esse: eam proinde religionem, quæ his morbis medelam adfert, ad statum ciuilem conseruandum accommodatissimam esse: Christi vero doctrinam vnice id intendere, vt his vitiis animus hominum purgetur, & morbi mentis desperati sanentur: fugam horum trium capitalium vitiorum vbique inculcari, talemque vitam a CHRISTO commendari, quæ ad misericordiam, mansuetudinem, amorem intimum, patientiam, humilitatem & castitatem ducit: hac de causa neminem *verum Christianum* esse posse, qui non etiam simul *bonus ciuis* sit: e contrario gentilium religionem impuram, dominatui accommodatam, inanem, maleque cohærentem, imo in ea omnia comparata esse ad captandam rudem plebeculam, & superstitionis, reipubl. pestis, laqueis irretiendam: substitisse eandem in externis quibusdam ritibus ceremoniisque, sensus externos ferientibus, mentem haud mutantibus: Christianam religionem tot ambagibus, artibus, technis, insidiisque, ad fallendos simpliciores dispositis haud vti, & eo magis infidelium sacris præferendam, quod hæc inanem cultum habeant, & emendationem morum haud operentur &c. Quod ex doctrina Buddei illustratur.

§. XX. Merito ergo imperanti *cura religionis christianæ* & doctrinæ Saluatoris commendata esse debet. Est quidem inprimis officium *pastorum* in eo occupatum, vt errantes in viam salutis deducant, & gratiam CHRISTI omnibus enuncient; principis tamen *sollicitudo publica* haud excluditur, quæ *externa directione* & *publica tutela* multum ad *infidelium conuersionem* confert, prout iam antea obseruaui. Neque vero princeps tantum, qua *Christianus*, sed etiam qua *princeps*, hanc curam gerit, ad cuius *officium* pertinet, omnia illa media in vsum & praxin deducere, quæ in promouenda salute publica fallere non possunt. Non aliunde enim repeti debet *cura sacrorum doctrinæque publicæ*, cui inuigilat princeps, vt ciues ad vitam ciuilem eo aptiores reddantur. Huic cohæret *cura publica*, pro conuertendis subditis infidelibus suscepta, vt hi quoque boni ciues reddantur, illisque mediis non destituantur, quæ sanctissimum hoc conuersionis opus postulat. Multum confert summus princeps ad infidelium conuersionem.

Digitized by Google

Exemplo glorioso regis Borussiæ.

§. XXI. Idipsum egregie agnouit augustissimus rex Borussiæ gloriosæ memoriæ FRIDERICVS I. in edicto *de* 28. *August.* 1703. quo iudæorum preces consuetas, suspectas tamen, corrigendas esse censuit; de officio vero principis ita statuit: Wir Friedrich von GOttes Gnaden, König in Preussen ꝛc. Geben hiemit allen und ieden Prælaten, Graffen, Herren, denen von der Ritterschaft, Verwesern, Haupt- und Amt-Leuten, Magistraten in Städten und Flecken, Gerichts-Obrigkeiten, Befehls-Habern, Verwaltern, Schultzen in Dörffern, wie auch insgemein allen unsern Unterthanen, **Gläubigen und Ungläubigen, über welche der allerhöchste GOTT Uns in Unserm Königreich, Churfürstenthum, Fürstenthümern, Graff- und Herrschafften nach seinem Allerhöchsten Rath und Willen gesetzet**, nebst Entbietung Unsers gnädigen Grusses, zu vernehmen, daß Uns gebühre, Lob, Preiß, Ehr und Danck zu geben, dem, der Uns Königreich, Macht, Stärcke, Ehre und Herrlichkeit verliehen hat, und daß mit Uns alle, so auf Erden seine Stadt-Halter und seines Reichs Amt-Leute seyn, nebst Verherrlichung des grossen Nahmens GOttes, **auch diesen Haupt-Zweck haben müssen, daß sie nicht allein die zeitliche Wohlfahrt Ihrer anvertrauten Unterthanen befördern, sondern weil dieselbe nicht für diese Welt allein geschaffen, und in dem sterblichen Leibe eine unsterbliche Seele tragen, auch dafür nöthig zu sorgen haben, daß, wo sie nicht alle zu GOTT bekehret, wenigstens doch ihr Gericht ihnen einstens nicht schwerer werde.**

Wann dann in solcher Erwegung wir mit erbarmenden Augen das arme Juden-Volck, so Uns GOTT in Unsern Landen unterwürfig gemacht, ansehen, so wünschen wir wohl hertzlich, daß dis Volck, welches der HERR ehemals so hoch geliebet, und vor allen andern Völckern zu seinem Eigenthum erwählet hatte, endlich von seiner Blindheit möchte befreyet, und mit Uns zu einer Gemeinschaft in dem Glauben an den aus ihnen selbst gebohrnen Meßiam und Heyland der Welt gebracht werden. Weil aber das grosse Werck der Bekehrung zu dem geistlichen Reich CHristi gehöret, und unsere weltliche Macht keinen Platz darinnen findet, wir auch die Herrschaft über die Gewissen der Menschen dem HErrn aller Herren einig überlassen, so müssen wir Zeit und Stunde abwarten, welche der barmhertzige GOtt, sie zu erleuchten, seinem allein gnädigen Willen vorbehalten hat, indessen sie mit Geduld ertragen, und Mittel zu ihrer Bekehrung mit aller

Liebe

Digitized by Google

iebe und Sanftmuth anwenden lassen. Wie wir dann hiemit insonderheit die Geistlichen und Seel-Sorger ermahnet haben wollen, o oft sie Gelegenheit dazu ersehen, sich zu bemühen, wie sie dis ungläubige Volck mit Sanftmuth gründlich überzeugen, und dem Meßia, unserm HERRN, zuführen mogen, und alle und iede, so den Nahmen Christi unter uns bekennen, ernstlich dahin angewiesen, ihnen Aergerniß nicht zu geben, und keinen Stein des Anstosses in den Weg zu legen, dagegen wir auch die Bosheit, da sie sich wider CHristum JEsum unsern HErrn und Heyland und sein Reich erheben wolten, zu wehren und sie mächtiglich zu stohren, Uns höchst verpflicht zu seyn achten ꝛc. ꝛc.

§. XXII. Optime ita censuit augustissimus legislator, qui quidem *iram conuersionis publicam* ad officium suum reuocat, simul tamen recte idicat, *mediis violentis*, seu obtorto collo infideles haud esse conuertenos, cum omnem conuersio respuat coactionem, & libertatem spiritus exoscat. Nihil enim magis religioni conueniens est, quam ipsa conscientiae libertas, prout *diss. præliminar. ad tom. II.* vberius declaraui, & plenius exposuit FABRICIVS *V. C. cit l. c.* 26. quodque PVFENDORFFIVS in *append. ad tr. de hab. relig. ad vit. ciuil.* contra ADRIANVM HOVTVYN, s illustrat verbis: *Vt æternam salutem ciuibus procurent principes, impera in hos non sunt collata, cui obtinendæ alia media aliamque viam DEVS æscripsit. Et quanquam non negemus, ab ista quoque cura non alienum bere esse principem; ea tamen non eousque debet porrigi, vt per alia edia, quam diuinitus præscripta & probata expromatur & quæ genio regionis quadrant; multo minus vt ideo principibus tribuamus potestatem, tibus obtrudendi religionem etiam extraneam quamlibet, cum non quælibet religio saluti animarum sit proficua. Sicut & Abrahamus, credentium pater, filiis suis non præscribebat religionem pro lubitu, sed præcipiebat custodire viam domini, diuinis reuelationibus designatam & confirmatam.* Quocirca curæ principis pro *conuersione infidelium* illa tantum inlgeri debent media, quæ ipsi religioni christianæ conueniunt, & ipsa risti & apostolorum praxi sunt confirmata. Hæc imperans promore *cura* sua *publica* potest egregie, non tantum remouendo impedinta, quæ operi conuersionis a maleuolis obstrui solent, sed etiam *auritate publica* illa decernendo & adornando, quæ huic arduo negotio, indole religionis christianæ, inseruire queunt.

Sed sine remediis coactiuis.

§. XXIII.

Ope tamen missionariorum.

§. XXIII. Habent hodie reges principesque Christiani non tantum in numero suorum subditorum *iudaeos*, sed vltra mare in Asia & America dissitas regiones amplissimas, quas *infideles* inhabitant, gentilibus sacris & idololatricis ritibus addictissimi. Horum conuersio sine *missionariorum*, quos vocant, ministerio sperari vix potest, cum legitime gratia diuina lit annuncianda gentibus, & fides demum ex auditu veniat. Conf. HVETIVS *de concord. rat. & fidei lib I. c.* 2. §. 2. *sq.* vbi inter alia eleganter ait: *credere, nec quid credatur scire, est insanire.* Omnino ergo satisfacit suo officio princeps religiosus, si viros idoneos, probatos, debitisque instructos meritis subsidiisque huic operi præficiat, si missionarios ad gentes, subditos suos, ableget, eos publica tutela muniat, aliaque huic instituto inseruientia instituat, suscipiat, decernat. Hoc ipso simul opprobrium, quod protestantibus obiici solet, quasi in hac cura plus iusto segniores essent, delebitur, simulque iis, qui somnia quædam de *pseudo-apostolorum* missione excogitarunt & conuersioni gentilium, ipsimet haud conuersi, inuident, silentium imponetur.

Inter protestantes talis ablegatio missionariorum est non insolita,

teste Anglia & theologorum desiderio.

§. XXIV. Neque vero res hæc inter protestantes noua, inaudita, aut insolita existimanda est, quin potius Anglis gloria hæc debetur, quod magno cum successu seculo præterlapso Indis occidentalibus gratiam Saluatoris annunciauerint, quod literæ a CRESCENTIO MATHERO HERMANNO SPECHTIO, ADRIANO DE MEY & FRANCISCO VALENTINO anno 1687 & 1688 conscriptæ ad IOANNEM LEVSDENIVM & coniunctim anno 1699. Vltraiecti editæ egregie testantur. Nec quiescit in hoc ardore magna Britannia, sed iam dudum est, quo *collegium de propaganda fide*, viris integerrima fide & solida pietate conspicuis suffultum, in hunc finem constituit, cuius labor indefessus, sub tutela augustissimi regis sui, potissimum gentium conuersioni est destinatus & consecratus. Notissima etiam sunt desideria theologorum inclytorum, qui consilia sua iam dudum huc contulerunt, vt tenebræ inter gentes in tanta euangelii luce expellerentur, & Christus per *idoneos missionarios* iis annunciaretur. In horum numero est CHRISTIANVS RAVIVS, magnus ille linguarum orientalium scrutator, qui in *spolio orient. in fin.* ita edisserit: *Finimus vero, clementiam numinis suppliciter orantes, velit ipse ecclesiæ suæ nutritiis hanc piam generosamque indere mentem, qua demum & hunc præcipuum gazæ huius orientalis Christiano orbi dicatæ vsum & fructum longe maximum procurare, incumbens sibi Christiani magistratus officium ducant, vt col-*

Digitized by Google

collegium aliquod orientale de propaganda fide inſtituatur, quo non ita magnis ſumtibus ſex ad minus iuuenes excitatioris ingenii alantur, qui intra quadriennium ea perfectione linguarum, Hebraeae, Chaldaeo Syrae, Rabbinicae, Arabicae, Perſicae ac Turcicae & Aethiopicae, eaque doctrinarum peritia noſtra aut aliorum profeſſorum, fauente DEO, opera fideliſſima inſtruantur, vt bini eorum ad ſynagogas iudaeorum, bini ad Turcicas ſedes, ſed Anglis ſtatim e regione Hiſpaniae, rerum in vrbe Tanger dominis ſubiectas ad lucrifa iendos per DEI gratiam infideles mitti, & quaternis ſemper annis cum nouis aliis commutari poſſint; primoribus ſex ad functiones ſcholaſticas, eccleſiaſticas, vel academicas, ipſo illo ſacrarum rerum vſu, & variis tentationum experimentis, longe aptioribus futuris, quam multi, ſi non plerique, hodie in academiis pro dolor! per ſolutioris vitae quaſi bacchanalia aut martialia ad ſacras cathedras pertingunt, auro, dum minus meritis, redimendas; non deſuturis ſic idoneis ſuo tempore ſucceſſoribus profeſſorum in hoc aut alio ſanctiorum ſtudiorum orientalium collegio. Idem deſiderium declarauit oſtenditque ABRAHAMVS HINCKELMANNVS in eleganti praefatione, quam *Alcorano* nouiter anno 1694 edito praemiſit, qua inprimis docet, traditque, conuerſionem infidelium longe feliciores habituram ſucceſſus, ſtudio *pietatis* & *linguarum orientalium* maiori cum feruore exculto.

§. XXV. Tot virorum integerrimorum vota & expectationes excitarunt etiam ante aliquot annos potentiſſimum regem Daniae, illuſtri ſane & omnibus regibus ad imitandum propoſito exemplo, vt anno 1705. par nobile theologorum in Indiam ad conuerſionem Tamulorum, quos vulgo *Malabaros* dicunt, *auctoritate publica* & *regia ſollicitudine* mitteret, & hoc vere regio documento oſtenderet, quantum huic arduo negotio poſſit prodeſſe *cura publica* & ardor *pietatis* per quotidianas vigilias cum ſalute reipubl. coniunctus. Subiecit in vrbe *Tranquebar* DEVS potentiſſimo regi ſubditos infideles, ſacris Tamulorum profanis faſcinatos; hinc ſui officii eſſe credidit, fi id, quod vere regium eſt, ageret, & miniſterio *miſſionariorum*, legitime ad hoc opus conſtitutorum, eccleſiam ex gentibus colligeret, veritatisque diuinae ſemina per has oras maritimas ſpargeret. Tam ſanctiſſimo conatui non defuit gratia diuina: feruet opus medios inter fluctus, & prout *relationes* coniunctim editae docent, quotidie incrementa capit ſaluberrima, praeſertim cum viros idoneos & huic operi ſufficientes ei praepoſuerit rex ſapientiſſimus, quorum ſub vigiliis & prudentia: accedente gratia diuina, non poteſt non vberrimam aliquando producere meſſem. Acceſſit anno 1714. nouum regiae pietatis inſtitutum, quo

Inprimis vero exemplo regis potentiſſimi Daniae.

Digitized by Google

ſub ipſis oculis ſuis, regia in ciuitate, *collegii de curſu euangelii promouendo* prima iecit fundamenta, illudque egregiis præceptis, ſaluberrimis monitis, ſanctiſſimisque regulis inſtrui curauit, vt operariorum, fideliter & optime præparatorum, copia non deeſſet gentibus, quæ opem regiam implorant. Sicuti vero illuſtre magnæ Britanniæ collegium *de propaganda fide* eundem tenet curſum, eundemque ſcopum habet; ita hoc religioſiſſimum inſtitutum multis promouit modis, vt pietas Angliæ & Daniæ tandem opprobrium, quod proteſtantibus paſſim obiectum eſt, prorſus deleuiſſe videatur. Ita recte cenſuit DE LA ROCHE *dans la bibl. Angloiſe tom. I. p.* 467. *Quelques controverſiſtes de l'egliſe Romaine ont reproché aux Proteſtans, qu'ils ne faiſoint paroitre aucun zéle pour la converſion des païens, & qu'on ne voioit aucune miſſion Proteſtante parmi les infideles. Vn tel reproche ſeroit mal fondé à l'avenir, puis qu'il y a des miſſionaires Danois ſur la côté de Coromandel, & que nous avons en Angleterre une congregation de propaganda fide, compoſée d'un grand nombre de perſonnes auſſi illuſtres par la nobleſſe de leurs naiſſance, que par leur ſavoir & leur pieté.*

Singulares qualitates in miſſionariis neceſſariæ ſunt.

§. XXVI. Cauſa tam egregia omnino digna eſt, quæ paulo plenius illuſtretur ex ipſis rerum argumentis, vt, quos huic operi princeps optimus præficere debeat, inde liqueat. Sunt omnino in iis, quibus hoc arduum negotium concreditur, plures qualitates virtutesque neceſſariæ, vt *apoſtolica veſtigia* premere, & *genium euangeliſtarum* exprimere queant. Si miſſionarii ſunt inidonei & *ſal fatuum*, h. e. qui ea docent, quæ ipſimet haud faciunt: qui vita inculpata auctoritatem doctrinæ haud conciliant: qui quouis modo *Phariſæorum* more proſelytos faciunt, modo habeant, qui *conuerſorum* numerum impleant, non tam conuertunt infideles, aut mutant eorum mentem, quam nomen, & ſic ſcopum, quo optimus ducitur princeps, non attingunt, quos grauiter taxat CHRISTVS *Matth. XXIII*, 15.

Teſtimonio Clerici.

IOANNES CLERICVS, vir doctiſſimus, de *qualitatibus miſſionariorum* eorumque prudentia *tom. XXV. biblioth. ſelect. p.* 397. admodum febrie iudicat, &, *le P. Maffei*, ait, *raconte les efforts, que les Portugais firent, pour convertir les habitans de Congo à la foi Chretienne. Ils ne trouverent pas grande difficulté a perſuader au Roy de Congo & aux principaux de la Cour la Religion Chretienne, & ils baptizerent en MCCCCXCI. le Roy, la Reine, leurs fils aîné & pluſieurs autres. Ces peuples crurent, qu'ils croyoient tout ce, qu'on voulut, mais ils ne laiſſoient pas de conſerver leurs anciennes ſuperſtitions, quoi qu'incompatibles avec le Chriſtianiſme. La foi, ou plûtot je ne ſai quelle credulité vague prête à embraſſer tout ce qu'on leur auroit propoſé,*

posé, ne leur manquoit point ; non plus qu'aux autres peuples barbares, chez quĩ il eſt allé des Miſſionaires. Mais la morale Chrétienne, qui impoſe un joug aux paſſions & aux cupiditez, & qui enſeigne la juſtice, l'amour du prochain, & le pardon des injures, ne leur plaiſoit point, & c'eſt ce, qui eſt encore le plus grand obſtacle aux converſions, parmi les infideles. Auſſi les Miſſionaires, quis préchant depuis deux cents ans l'Evangile à ces peuples, devroint en avoir converti une bonne partie, n'ont-ils presque rien avancé, comme les relations modernes nous l'apprennent. Il y a bien de l'apparence, que ces gens-la multiplient beaucoup le nombre de leurs converſions, & qu'ils comptent mal-à-propos pour convertir ceux, qu'ils baptizent trop légerement, ſans les inſtruire, comme il faut, de la religion Chrétienne. Ces peuples ne raiſonnent que peu, ou point, & ne veulent pas quitter leurs anciennes coûtumes: D'ailleurs il faudroit entendre leurs langues à fonds, pour les inſtruire & les perſuader ſolidement ; & on trouveroit encore bien de la peine à exprimer en ces langues la religion Chrétienne. Il faudroit avoir penetré leurs coûtumes & en ſavoir les raiſons, pour les deſabuſer inſenſiblement. Mais ſur tout, il faudroit leur apprendre a raiſonner, les inſtruire dans l'hiſtoire & dans les ſciences de l'Europe, & leur donner du goût pour ce que nous eſtimons ; ſans quoi on ne peut guéres faire des converſions ſolides & veritables. La difficulté eſt, outre tout cela, de trouver des Miſſionaires, qui en ſoint capables. Ceux, que l'on y envoye, auroient beſoin eux mêmes d'etre inſtruits & deſabuſez de bien de ſuperſtitions, qui ne valent guéres mieux, que celles de ceux, qu'ils veulent convertir Il faudroit, que ce fuſſent des gens prudens & ſages, qui ſuſſent parfaitement les veritables fondements du Chriſtianisme, & qui pûſſent parler de ſes dogmes d'une maniere egalement conforme à la verité & proportionnée aux peuples, à qui ils ont a faire. Mais c'eſt ce qu'il eſt très difficile, pour ne pas dire impoſſibile, de trouver dans l'Etat, où les Chrétiens ſont aujourd'hui. Avant que d'inſtruire & de convertir les autres, il faudroit, que nous le fuſſions nous mémes. Eadem fere in compendio repetit vir doctiſſimus *tom. I. bibl. antiq. & modern.* p. 185. vbi tandem addit: *il eſt ſurprenant, que l'on veuille ſauver les autres, malgré toutes les difficultes, qu'on vient de marquer, pendant que l'on a bien de la peine, de ſe ſauver ſoi meme, & ceux de ſa propre nation.*

§. XXVII. Iuuat vero in rem præſentem ire, & tum ex *relationibus* miſſionariorum, tam in *Germania* quam *Anglia* publicatis, tum ex iudicio peritiorum & ipſius cauſæ penetralibus obſeruationes quasdam adferre, quæ Principi, miſſionem talem adornanti, commendatæ eſſe debent. In miſſionariis deſideratur (t) cognitio penitior linguæ paganicæ.

Digitized by Google

bent. Ante omnia (1) magnum huic rei adiumentum præbet, quod etiam CLERICVS iam obseruauit, COGNITIO EXACTISSIMA LINGVAE PAGANICAE, vt cum ipsis gentilibus eo promtius & facilius de rebus ad religionem pertinentibus conferre, & in eadem lingua, eisdem familiari, Christum annunciare possint. Agnouere huius desiderati necessitatem *missionarii Danici*, & in ea addiscenda, eiusque notitia in Europam transferenda, omnium spem & expectationem superarunt. Vid. **der Dänischen Mißionarien Bericht** *P. I. p.* & 220. *sqq.* LA CROZE *histoire du Christianisme des Indes p.* 535. *sqq.* Hac de causa collegium de *promovendo euangelii cursu* id vnice quoque iam agit, vt in *lingua Tamulica*, cuius præcepta iam in Germania typis sunt exarata, subiecta nonnulla præparentur, quæ in adiumentum inter Malabaros laborantibus transmitti possint.

Raymundi Lullii consilium.

Iam olim anno 1300. RAYMVNDVS LVLLIVS regem Francorum exhortatus est ad fundandum collegium in villa Parisiensi, in quo *linguae orientales* docerentur, *tanquam fidelium idiomata*, vt scilicet eorum idiomate iis euangelium annunciari posset. Vid. MARTENE & DVRANDVS *in thesaur. anecd. tom. I. p.* 1315. IDEM in *epistola ad amicum cit. l. p.* 1317 eandem agit causam, & *pro conuersione infidelium* sollicitus est, *videlicet vt locum siue loca ædificari faceret & dotaret, in quo siue in quibus religiosi aliique sanctæ conuersationis viri, qui ad hoc cœlesti gratia imbuti, discerent infidelium idiomata doctique & ad infideles profecti insipientibus summam scientiam, errantibus summam veritatem, morientibus vitam æternam zelo caritatis per diuersa mundi climata prædicarent.* Tam necessarium vero hoc institutum esse credidit LVLLIVS, vt *cit. l. p.* 1318. etiam *epistola ad vniuersitatem Parisiensem* scripta, id sedulo vrgeret, & *studium inprimis Arabicum, Tartaricum & Græcum* commendaret. Idem studium sedulo vrget IO. CLERICVS in epistolis suis *anno* 1565. Antwerpiæ editis, & inprimis *lib. I. p.* 35. animaduertit, non defuisse quidem apud Latinos, qui calamo sectam Muhammedanorum insectari fuerint, id vero minime sufficere, imo sine fructu esse docet, &, *sed quid*, scribit *ad Machometistas, si nos latine disputemus? quid ad hostes, si ensem vibremus, quem non sentiant? Neque enim tantum disputandum censeo, vt nostros tutos seruemus, ne præcipites abeant in falsam religionem, verum etiam ad nos pertinere arbitror, quod tot orbis nationes disiectæ a Christo pereant. Nec ob id dissimulandum est vulnus, quod vetus sit: sed quando vulnus est graue, facienda est medicina, id quod sine peri-*

Idem Ioannis Clerici.

tia

tia lingua Arabica fieri non poteſt. Quid ergo? parari volo, qui lingua & calamo valeant Arabico: vt vel coram miſcendis colloquiis vel abſentes queant cum illis confligere. Idem ſedulo paſſim alibi inculcauit, & inprimis *lib. II. p.* 218. *epiſtolam ad Chriſtianos, de profeſſione Arabica, militia que conſtituenda aduerſus Machometum* exarauit, in qua tum fata ſua in addiſcenda lingua Arabica enarrauit, tum inſtituti ſui rationem manifeſtare voluit, ſed eandem non abſoluit. Nuper admodum in Anglia idiomate Anglico anno 1720. literæ editæ ſunt, ſub titulo, quem noſtro idiomate referam: Ein extract einiger Brieffe, betreffend die groſſe Mildthätigkeit, und Nutzen, ſo ſich äuſſern würde, wenn man das Neue Teſtament und Pſalter in Arabiſcher Sprache drucken lieſſe zum Gebrauch der armen Chriſten in Palästina, Syrien, Meſopotamien, Arabien, Aegypten, und in andern Gegenden Orients, nebſt einem Vorſchlag wie eine ſo gute Unternehmung zu bewerckſtelligen. Optimo conſilio id fieri, quilibet ingenue fatebitur, qui horum chriſtianorum craſſam in rebus fidei ignorantiam intuetur, adeo vt hi quoque *legatione euangelica* indigere videantur.

§. XXVIII. Præterea (II) SOLIDÆ CHRISTIANISMI PRAXIS commendat eos qui conuerſioni infidelium inſeruiunt. Grauiter admodum queruntur prædicti miſſionarii, nullum fere grauius conuerſioni obſtaculum, quam ex *vita Chriſtianorum peſſima*, vnde religionem ipſam æſtimant, ſubnaſci. Vid. *cit. tr. p.* II. 16. 50 133. 150. 176. 342. 457. Idem obſeruat ERASMVS *lib. XXIII. epiſt. 7. edit. Londin. anno* 1642. *editæ*, vbi ita ediſſerit: *Obſecro te per DEVM immortalem, quid iſtis agetur rebus, maxime ſi ſupercilioſæ doctrinæ mores & vita ſimilis reſpondeat? ſi ex ſtrepitu noſtro pluſquam tyrannico, perſpexerint ambitionem noſtram, ſi ex rapacitate auaritiam, ſi ex ſtupris libidinem, ſi ex oppreſſionibus ſæuitiam, qua fronte ingeremus illis Chriſti doctrinam, ab hiſce rebus longe lateque diſcrepantem? Efficaciſſima Turcas expugnandi ratio fuerit, ſi conſpexerint in nobis elucere, quod docuit & expreſſit Chriſtus: ſi ſenſerint, nos non ipſorum inhiare imperiis, non ſitire aurum, non ambire poſſeſſiones, ſed præter eorum ſalutem & Chriſti gloriam nihil omnino quærere. Hæc eſt illa theologia vera, germana, efficax, quæ olim & philoſophorum ſupercilia, & principum inuicta ſceptra Chriſto ſubegit. Hoc agentibus nobis, aderit ipſe Chriſtus Neque veracomuenit, vt hoc argumento nos valde Chriſtianos declaremus, ſi quam plurimos occiderimus: ſed ſi quam plurimos ſeruauerimus: non ſi multa impiorum millia ſacrificauerimus orco, ſed ſi quam*

(2) Solida chriſtianiſmi praxis.

Quod verbis Eraſmi illuſtratur.

plurimos ex impiis reddiderimus pios: non ſi illos diris execrationibus devoueamus, ſed ſi piis votis ſalutem illis ac meliorem mentem a ſuperis optemus. Quod ſi hic non adſit animus, citius futurum eſt, vt nos in Turcas degeneremus, quam vt Turcas in noſtras partes pertrahamus. Et vt feliciter cadat Martis, ſemper anceps, alea, fiet, vt latius fortaſſe regnet pontifex, aut huius cardinales; non vt latius regnet Chriſtus, cuius regnum ita demum floret, ſi vigeat pietas, ſi charitas, ſi pax, ſi caſtitas: id quod optimi Leonis X. ductu atque auſpiciis fore confidimus, ni quod optimum eſt conantem aliorſum rapiat rerum humanarum æſtus. Ipſe Chriſtus ſeſe regni cœlorum vindicem ac principem profitetur, quod non aliter ſplendidum eſt, quam ſi triumphent cœleſtia. Neque enim ideo mortuus eſt Chriſtus, vt opes, vt copiæ, vt arma, reliquaque illa mundani regni tragœdia, quæ quondam penes ethnicos aut certe profanos principes fuit, ethnicis non ita multum abſimiles, nunc ſit penes ſacerdotes aliquot. Idem quoque inculcat *lib. XXVIII. epiſt. 4.* aiens: *Vereor, ne noſtri mores partim in cauſa ſint, quo minus Turcæ, Mahumetani, Saraceni, Meſchobitæ, Græci, & ſi quæ ſunt aliæ nationes, vel ſemi-chriſtianæ, vel ſchiſmaticæ, ſeſe adiungant ouili Chriſti, quo minus iudæi reſipiſcant a ſua cæcitate, qua tot iam ſeculis detinentur: quos equidem demirabor, ſi tam dilucidæ Chryſoſtomi rationes, ſi tam vrgentia ſcripturarum teſtimonia non ſaltem huc adigunt, vt pudeat, pigeatque tam diutinæ calamitatis.* Spem in *ſequentibus* ex loco Pauli *ad Rom. XI.* conuerſionis infidelium facit, & tandem ſubiungit: *Si, iudæis a Chriſto deficientibus, nos recepti ſumus, vt illos viciſſim ad æmulationem prouocemus, conandum eſt, vt in omni vita noſtra reſplendeat veritas, puritas & ſinceritas euangelica. Glorificemus & nos euangelium noſtrum. Id quidem inprimis eſt epiſcoporum ac ſacerdotum, qui dicuntur angeli Domini, ex quorum ore populus requirit legem DEI ſui: omnis tamen Chriſtianus pro ſua quisque portione glorificare poteſt euangelium, ſi, ſpretis iis, quæ ſunt ſuper terram, conuerſationem habeat in cœlis. Sic enim futurum eſt, vt Turcæ ſimul & Iudæi videntes opera bona noſtra, glorificent patrem noſtrum, qui in cœlis eſt, cupiantque in tale conſortium adſcribi.* Multum hic proficit CVRA imperantium PVBLICA, ſub quorum auctoritate hæ legationes ad gentes inſtituuntur, vt *ſollicite proſpiciant*, monente HEVRNIO *de legat. euang. ad Indos c. vlt. p. 294. ne hi, quos emittunt inter infideles, tam nautæ quam milites chriſtianam religionem ſuſpectam, DEI euangelium exoſum reddant ethnicis, perdantque eos praua ſua conuerſatione, quos ſermo DEI quotidie lucratur, quod prauis illorum moribus & vita reproba maiorem in*

mo-

Digitized by Google

modum fieri deprehenditur. Adeo vt nomen DEI & Christi, iam propter illos male audiat inter barbaros, quo nihil christiano magistratui intolerabilius, nihil accuratius studiosiusque corrigendum est. Tanta enim, addit, *multorum inter illos malitia esse dicitur, vt si consideres impuram libidinem, ebrietatem, fraudem, violentiam, non DEI populum esse iudicaueris, sed pessimum ethnicorum reiectamentum, ipsis ethnicis ob suam impietatem exosum.*

§. XXIX. Singularem præterea (III) PRVDENTIAM & SAPIENTIAM merito quoque desiderat CLERICVS in missionariis. Ipsimet Danici missionarii *cit. tr. p.* 15. *seq.* hoc fatentur. Ich erinnere mich, schribit vnus ex illis, daß unterschiedliche Gelehrte in Europa etwas von der Art und Weise, die Heyden zu bekehren, geschrieben haben; aber sie haben gut schreiben gehabt, da sie nur allein mit sich selbst argumentiret haben. Solten sie selbst unter die Heyden kommen, und ihres Zustandes sich recht erkundigen, so würden sie erfahren, daß solche Heyden auf ein argument oft 10. andere zu machen wissen. Daher ist eine grosse Weisheit vonnöthen, mit solchen Heyden umzugehen, und sie zu einer rechten Ueberzeugung zu bringen, daß ihr Heydenthum falsch, und unser Christenthum wahr sey. Solche Weisheit kan weder die logica, noch metaphysica geben, sondern einzig und allein GOTT. Daher diejenigen, so dessen vonnöthen haben, und mit solchen Heyden umgehen sollen, sich immerdar in einem solchen Stande zu leben befleißigen müssen, darin der Dreyeinige GOtt mit ihnen Gemeinschaft haben kan, und zur Stunde ihnen das zu wissen thun, was sie reden sollen. Inde preces quotidianæ a missionariis prælaudatis merito commendantur *in tr. cit. p.* 158. 218. 263. quippe quibus *sapientia* vera eaque *diuina*, vel SALOMONE teste, impetratur. Hanc *diuinam sapientiam* in his *legatis* etiam desiderat HEVRNIVS *de legat. euang. ad Ind. p.* 26. &, *haud quaquam*, ait, *Platonis aut Aristotelis genium quærimus: Pauli & Petri spiritum desideramus: hic propugnacula satanæ conuellet: hoc ariete turres Babel subuertemus &c.* Conf. IDEM *cit. l. p.* 40.

(1) Prudentia & sapientia.

§. XXX. Prudentia Christiana quoque id exigere videtur, vt, quia cum *infantibus*, imo qui vix adhuc infantes sunt, illis res est, lac illis præbeant, non cibos duriores. Loquor de doctrinarum Christianarum selectu, vt quæ scitu maxime necessaria sunt, & primario *ad vitam immutandam* spectant, illis proponantur, tradantur, explicentur, id quod rursus optime *missionarii Danici* obseruarunt, vt colloquia eorum, quæ cum

In quo prudentia consistat?

geu-

gentilibus miſcuerunt, docent. Habuere etiam olim veteres Chriſtiani iam labente ſeculo II. *diſciplinam arcani*, qua magis recondita in religione ſaluifica abſcondebantur catechumenis, ceu docet SAMVEL BASNAGE *diſſ. de catechum. §. 5. ſqq. tom. II. annal. p.* 565. Commendat hanc miſſionariis prudentiam admodum HEVRNIVS *cit. l. p.* 107. *ſqq.* & inprimis LEIBNITIVS *in nouiſſimis Sinicis* anno 1699. editis, atque in præfatione ſpeciatim ad duo eam capita reducit: *Rem autem ita agi velim*, ait, *vt ne intelligant quidem populi, quorum ſalutem meditamur, quibus Chriſtiani inter nos diſſideamus, cum omnes catholice conſentiamus in ea Chriſtianæ fidei præcepta, quæ ſi illa amplecterentur gentes, de ſalute earum nemo dubitaret; dummodo nihil hæreticum & ſubditiţium & omnino dubitatione graui libatum affricaretur. Qua in re ita prudenter agi oportet eccleſiæ veteris exemplo, vt neque omnia myſteria inconſulte ingerantur animis non præparatis, neque tamen ſtudio placendi gentibus Chriſtiana veritas detrimentum patiatur, vt in euangelio quodam Perſice compoſito factum eſſe queſtus eſt Ludouicus de Dieu.* Ceterum ſi ea methodo proceditur, quam quibusdam miſſionariis aliunde delegatis auctor literarum apud DE LA ROCHE *tom. IV. bibl. Anglic. p.* 480. attribuit, (quæ ſi vera eſt, admodum principiis rectæ rationis aduerſatur) de felici conuerſionis ſucceſſu parum ſpei ſupereſt.

(4) Scholarum erigendarum cura.

§. XXXI. SCHOLARVM quoque ERECTIO (IV) & iuuentutis ſedula inſtructio ingens conuerſioni adiumentum præbet, qua mentes teneræ, præiudiciis falſæ doctrinæ nondum oppletæ, eo facilius ad veritatis cognitionem trahi poſſint, exemplo veteris eccleſiæ, quæ tales catechumenorum ſcholas habuit. Vid. EVSEBIVS *lib. VI. hiſt. eccleſ. c.* 3. & *lib. V. c.* 10. Hanc præ ceteris prouinciam ſtrenue obſeruant *miſſionarii Danici*, vt referunt *cit. tr. p.* 16. 153. 190. 238. 335. 428. 629. Nec in hoc ſubſtitit indefeſſus eorum labor, ſed *ſcholam charitatis publicam* etiam pro *infidelium* liberis, in humanioribus aliisque ſcientiis inſtituendis, erexerunt, cuius rationes *p.* 845. 864. *ſqq.* 957. *ſq.* referunt. Hoc inſtitutum eo magis ſalutare cenſendum eſt, quod experientia doceat, animum hominis, ad rectæ rationis vſum accommodatum, ſcientiisque neceſſariis inſtructum facilius induci poſſe, & vi *veritatis*, ad quam recipiendam iam præparatus eſt, adigi, vt vanæ religionis commenta tandem agnoſcat, & ſolidioris veritatis ſtudio ducatur; antiquitates enim rerum aliæque ſcientiæ humaniores mentem purgant a præiudiciorum quisquiliis, iudicium acuunt, teneraſque infidelium mentes ad maiores & diuiniores veritates præparant.

§. XXXII.

Digitized by

§. XXXII. Ingens omnino conuerſioni obſtaculum adfertur ex inepta & plusquam barbara inſtitutione, omniumque rerum ignorantia, in qua plerique infidelium verſantur, quod vel iudæorum exemplo edocemur, quorum primarium ſcutum eſſe ſolet: *ſe literis non incubuiſſe; rabbinos conſulendos &c.* Adeo vero occœcatæ mentis ſunt, vt ne quidem, quæ ſana dictitat ratio, admittant, intelligant, percipiant: in hac ignorantia plerique obbruteſcunt, id quod conuerſioni eorum admodum officit. Quanta meſſis quoque in Europa foret ſperanda, ſi in rebus publicis, quas iudæi incolunt, publicæ erigerentur ſcholæ, & in his vnice iudæorum inſtitutio in variis ſcientiis, mentem excolentibus, ſub *cura principum publica* adornaretur. Hac de cauſa enim *ſcholæ publicæ* in rebus publicis erigendæ ſunt, vt ſubditorum mentes rudes variis ſcientiis expoliantur, vt commoda eius membra fieri poſſint. Cum vero infideles his liberos ſuos committere haud ſoleant, vtpote præcipue in vſum fidelium inſtitutis, expediret vtique, ſi in vſum *infidelium* peculiaria gymnaſia exſtruerentur, nec eorum educatio prorſus abiiceretur. Idem obſeruat CLERICVS *tom. VIII. bibl. ſelect. p.* 402. & varia allegat impedimenta, quæ opus conuerſionis retardare ſolent. Ait: *le premiere c'eſt, que les orientaux & d'autres peuples auſſi, ne s'aviſent guere d'examiner par la raiſon les principes de leur religion, pour voir, ſi elle eſt fondée; ſoit, qu'ils fuyent cet examen par ſuperſtition, ou par ignorance. Il eſt clair, qu'on ne peut ramener les infideles, qu'en raiſonnant, & que s'ils ne le veulent pas, ou qu'ils ne le ſachent pas faire, il n'y a pas moyen de les gagner. On en voit en Europe un exemple clair, dans les juifs.* Illuſtrat id ipſum erudite epiſcopus Abrincenſis DANIEL HVETIVS *de concord. rat. & fidei lib. I. c.* 2. & §. 2. hæc ſubiungit: *Inde colligere licet, rationem, pro obſcuritatis ſuæ modo, præuertere fidei in adeptione veritatis. Nam cum triplex nobis, ad rerum comparandam notitiam, inſtrumentum ſenſus, rationem, & fidem, largitus ſit DEVS; ſenſus rationi, rationem fidei prætexuit, vt ſenſuum infirmitati opem ferret ratio, rationis errores fides emendaret. Vtque prius ſenſibus vtimur quam ratione; ita prius ratione quam fide. Et quemadmodum ante ſentit homo, eſtque animal, quam rationis ſit particeps; ita prius rationis eſt particeps, quam fidei. Ad naturam enim hominis pertinet ratione eſſe præditum: at præter naturam eſt, fide eſſe præditum. Deinde cum fides ſit donum homini diuina gratia extra naturæ ordinem conceſſum, ratio vero naturæ humanæ contineatur, gratiamque præcedat natura, vtpote in qua recipiatur, ratio vtique ac naturalis cognitio præcedit fidem. Cumque fides,*

Ignorantia rerum moralium craſſa admodum impedit conuerſionem.

Digitized by Google

vt dixi, fit rationis emendatrix, priusque esse debeat, quod emendabile est, quam emendatio, omnino dicendum, debere rationem fidei anteuertere. Hoc tantum eum adduco in finem, vt inde palam fiat, quantum valeat ad fidem eo felicius instituandam infidelibus, si primum ad *rationem* reuocantur, & per vsum *rationis* eruditi, & variis ornati scientiis vanitatem religionis idololatricæ intelligant, qua cognita, ad solidiorem veritatis cognitionem facilius deducuntur.

(5) Peritia doctrinæ gentilis.

§. XXXIII. Hac de causa quoque (V) legati in DOCTRINA GENTILI debent esse exercitatissimi, vt vel proprio eos iugulare gladio, atque infantiam ineptiamque religionis paganicæ eis ob oculos ponere possint, exemplo patrum antiquorum, quibus nihil prius, nihil antiquius fuit, quam vt gentibus cultus sui vanitatem & irreligiositatem ex ipsa gentili theologia ostenderent. Vid. **Nachricht der Dänischen Mißionarien.** *p.* 18. 45. *sqq. &c.*

(6) Promtitudo, vt possint infidelibus eximere præiudicia contra nostram religionem concepta.

§. XXXIV. Præterea quoque (VI) COMMVNIA PRÆIVDICIA infidelibus sunt euellenda, contra nostræ religionis doctrinam concepta, quæ nostra culpa iis ingenerata sunt, præsertim vero persecutione, cui in nonnullis locis expositi fuere, & contemtu aucta. Inde grauius odium, horror & ira erga Christianos generatim nata sunt. Inde tanta calumniarum seges, quæ cursum euangelii sistit. Quos odio habent homines, ab iis nullam sibi salutem promittere possunt, quin potius persuasissimum habent, sibi ab iis quæuis mala imminere & salutis æternæ iacturam. Norunt Iudæi optime, quam pessime per plura secula a Christianis fuerint habiti: recolunt infideles Americani memoria durissimas iniurias ab his, qui *fideles* dicuntur, perpessas, quæ non possunt non omnem fiduciam erga eos, qui eorum saluti studeant, extinguere. vt conqueruntur *missionarii Danici tr. cit. p.* 49. Hoc ergo ante omnia agendum, vt luculenter intelligant gentiles, hæc facta improba a regulis nostræ religionis abhorrere, sanctissimamque CHRISTI doctrinam a præconceptis hisce opinionibus esse longe alienam.

(7) Amicæ collationes cum infidelibus instituendæ.

§. XXXV. Hoc vt obtineatur (VII) AMICÆ COLLATIONES cum infidelibus instituendæ, colloquia miscenda, cum omni *humanitate*, remoto *calore* & *fastu* commerciumque literarium cum iis, qui præ ceteris sagaciores esse videntur, excolendum. Id quoque curandum, vt fundamenta salutis typis simplicissime edita iis communicentur & fiducia erga eos, qui cum illis agunt, concilietur, vt talia scripta legant. Hoc præ ceteris egregie præstiterunt *missionarii Danici*, & felicissimo successu adhuc con-

Digitized by Google

continuant, vt vel hoc exemplo appareat, nihil esse iis inaccessibile, & insuperabile, qui strenua constantia, patientia & fide in DEVM ingruentes contradictiones vincunt, & innocentia vitæ sibi fidem amoremque inter infideles parare possunt. Legi hac de re merentur, quæ in *cit. tr.* ad hoc monitum pertinent, inprimis *p.* 56. *seq.* 91. 93. 96. 101. 103. 132. 142. 163. 193 196. 279. 315 505. 624. *&c.* Placet hoc ipsum illustrare verbis ERASMI *cit. ep.* 7. ita scribentis: *Ac mea sententia consultum fuerit, multo antequam armis experiamur, illorum animos epistolis ac libellis sollicitare. Sed qualibus epistolis? Non minacibus, non tyrannicis, sed quæ spirent vere paternam charitatem, quæ Petri Paulique pectus referant; quæ non titulum modo præferant apostolicum, sed ἐνέργειαν respiciant apostolicam. Non quod nesciam, fontem omnem ac venam Christianæ philosophiæ reconditam esse in euangelicis & apostolicis literis, sed sermo peregrinus, ac sæpe numero perturbatus, tum figuræ tropique obliqui, tantum habent difficultatis, vt nobis etiam non raro sudandum sit, priusquam intelligamus. Commodissimum itaque mea sententia fuerit, si muneris hoc viris aliquot iuxta piis ac doctis delegetur, vt ex purissimis fontibus euangelistarum & apostolorum ex probatissimis interpretibus vniversam Christi philosophiam in compendium contrahant, ita simpliciter, vt tamen erudite; ita breuiter, vt tamen dilucide. Quæ pertinent ad fidem quam paucissimis articulis absoluantur. Quæ ad vitam, item paucis tradantur, & sic tradantur, vt intelligant, Christi iugum blandum & commodum esse, non asperum: vt intelligant, sese patres nactos, non tyrannos; pastores, non prædones; ad salutem vocari, non ad seruitutem pertrahi. Homines sunt & illi, nec ferrum nec adamantem gestant in pectore, possunt mollescere, possunt officiis adiungi, quibus mansuescunt & feræ. Et efficax inprimis res est Christiana veritas. Sed quibus Romanus pontifex hoc negotii volet delegare, eadem opera mandabit, ne quid deflectant ab archetypo Christo, ne vsquam ad hominum affectus aut cupiditates respiciant. Simplicissima sane est veritas doctrinæ euangelicæ, quæ admodum corrupta est per lites & subtilitates scholasticorum, quæ non leue impedimentum conuersioni & obstaculum Christianismo attulerunt.* Obseruat id ipsum IDEM *cit. l.* vbi salse has spinosas concertationes depingit, perstringitque. Ita vero ille: *adornatur iam bellum in Turcas, quod quocunque consilio institutum, precandum est, non vt paucis quibusdam, sed vt in commune bene vertat omnibus. Sed quid futurum arbitramur, si victis (neque enim vniuersos opinor ferro trucidabimus) vt Christum amplectantur, Occamos, aut Durandos, aut Scotos, aut Gabrie-*

et literarum commercium.

Digitized by Google

les, aut Aluaros, propoſuerimus? Quid cogitabunt, aut quid ſentient (ſunt enim & illi, vt nihil aliud, certe homines) vbi audierint ſpinoſas illas, & inextricabiles argutias de inſtantibus, de formalitatibus, de qualitatibus, de relationibus? Præſertim vbi viderint, de iis adeo non conuenire inter magnos illos religionis profeſſores, vt frequenter vsque ad pallorem, vsque ad conuitia, vsque ad ſputa, nonnunquam & vsque ad pugnos inuicem digladientur? Vbi prædicatores pro ſuo Thoma eminus atque eminus dimicantes, Minoritas contra ſubtiliſſimos ac ſeraphicos doctores iunctis vmbonibus tuentes? Alios vt nominales, alios vt reales loqui? Si viderint rem vsque adeo difficilem eſſe, vt nunquam ſatis diſcuſſum ſit, quibus verbis de Chriſto ſit loquendum? perinde quaſi cum moroſo quopiam agas damone, quem in tuam ipſius perniciem euocaris, ſi quid te fefellerit in verbis præſcriptis, ac non potius cum clementiſſimo Seruatore, qui a nobis præter puram ſimplicemque vitam nihil exigit.

(8) Publica tutela.

§. XXXVI. Hoc propoſitum pium ſine dubio quoque admodum (VIII) promouet PVBLICA TVTELA, ſub qua miſſionarii gentilibus gratiam DEI annuncient, ſimulque, quæ ad hanc rem conducibilia ſunt, adornent. Ea non tantum gaudent prædicti miſſionarii, ſed etiam ſub alis potentiſſimi regis Daniæ plura alia inſtituta ſaluberrima adornata ſunt, multum miſſioni huic profutura, quæ referuntur in *præfat.* **der ſiebenden und achten** *Continuat.* **der Nachricht.** Denique (IX) quod olim Chriſtiani, in eccleſia apoſtolica, & per aliquot ſecula ſibi incumbere recte credidere, vt ſcilicet fratrum indigentiæ conſulerent, & ſibi inuicem ſuccurrerent, id quoque omnibus his, qui *conuerſionem infidelium* ſerio exoptant, (quod quidem quilibet fidelis quotidie in votis habere debet) commendandum ſuadendumque. Non quidem lucro & quæſtu tanquam hamo quodam ſunt infideles capiendi, & ad fidem trahendi; ita tamen comparatum eſt opus, in quo miſſionarii laborant, vt in remotiſſimis locis, ſine ſumtibus & expenſis, & ſine pauperum paſtura perfici haud poſſit. Hi ſumtus æque ſunt *depoſita pietatis* ac illi, qui erogantur in pauperes, aliosque pios vſus. Exempla non deſunt, quod ſumtus hi magis paſturæ miſſionariorum quam infidelium applicati fuerint, quod obſeruat quoque CLERICVS *cit. l. p.* 402. Aſt nec deſunt exempla eorum, qui alia *depoſita pietatis* in peſſimos conuerterent vſus, & pauperibus id ſubtraxere, quod iis deuotio aliorum deſtinauit. Quis vero inde colligeret, nihil ad alimoniam pauperum conferendum,

(9) Subſidia externa.

Digitized by Google

dum, aut opera charitatis non esse exercenda propter malitiam nonnullorum, qui eleemosynas in debitum finem haud conuerterunt? Quæ ad ipsam *intimam* conuersionis *rationem* pertinent, non tangam, quæ vel ipsa *christianismi indoles* suggerit, quæ ita a missionariis negliguntur, *conuersio infidelium* vt plurimum inanissima est.

§. XXXVII. Hæ sunt primariæ qualitates eorum, qui munere huius legationis sanctissimæ strenue fungi desiderant, quæ ita sunt comparatæ, vt etiam Romanæ ecclesiæ doctores *in thesi* plerasque agnouerint, desiderauerint, inculcauerint, quamuis prout supra hinc inde ostendi, in *applicatione* defectus variis ex causis apparuerit. HORATIVS TVRSELLINVS, qui vitam FRANCISCI XAVERII, primi *ex societate Iesu* pro conuertendis Indis admodum solliciti, scripsit, hinc inde egregia monita tangit, quæ antea dicta in thesi confirmant. Methodum eius non referam, nec laudes ei attributas tangam, quarum nec censorem nec iudicem me constituo, sed tantum quædam adferam, quæ ad rem præsentem facere videntur. Magis *sanctimoniam vitæ & prudentiam* quam *singularem eruditionem* in his legatis desiderari *lib. VI. c.* 18. his declarat verbis: *Quo circa censebat, ad apostolicum munus deligendos viros egregia diuque spectata fide, virtute, constantia, sanctitate: tum quia tales vtique viros res ipsa postularet; tum verò quoniam vsu doctus senserat, eam prouinciam esse grauissimis satanæ tentationibus, molestiis, ærumnis expositam. Proinde in eiusmodi dominicæ vineæ operariis prudentiam magis ac sanctitatem, quam scientiam doctrinamque expetebat, ratus ad tot tantasque difficultates superandas necessariam profecto esse virtutem; ad ethnicorum autem conuersionem plus momenti sanctimoniam facere quam doctrinam. Quodsi virtutem decoraret eruditio, tum vero aiebat egregios perfectosque euangelii præcones existere, Iaponiæ maxime opportunos, ceterisque locis, vbi acria barbarorum ingenia subtilibus interrogationibus Christianam religionem solerter explorent.* Agnouit XAVERIVS præterea, idiomate gentilibus proprio & vsitato vtendum, eique addiscendo admodum studendum esse. *Apud rudes homines*, ait TVRSELLINVS *lib. II. c.* 3. *ac seruos rudi & abiecto dicendi genere vtebatur de industria; quo facilius sermo notus in illorum aures atque animos influeret. Nec vero huius laboris fructus aut exiguus aut caducus fuit.* Idem etiam desiderabat in laborum suorum sociis, vt prælaudatus auctor *lib. VI. c.* 18. notat: *In omnibus ethnicorum cultoribus requirebat ingenium, facultatem ac studium peregrinæ linguæ addiscendæ, haud dubius, sine sermonis commercio in barbaris ad Christum aggregandis*

Xauerii testimonia quædam adducuntur.

Digitized by Google

nouisque Christianis instituendis nihil admodum profici posse. Itaque apostolos, priusquam gentes docere aggrederentur, diuinitus imbutos omnium facultate linguarum. De *scholis & puerorum educatione* admodum necessaria ex instituto XAVERII, eodem edisserit loco; *cap. XVI.* vero ostendit, quomodo conciones cum fructu inter neophytos instituendæ, *ne se ipsos prædicarent, sed Christum crucifixum*, h. e. *ne subtilibus quæstionibus disputationibusque a vulgi sensu atque intelligentia abhorrentibus tractandis doctrinam suam atque ingenium ostentarent, popularem auram plausumque captantes; verum eorum sermones plerumque in rebus versarentur moralibus, planis & ad vulgi captum accommodatis; quæ scilicet modeste, pie, prudenterque explicatæ haud parum valerent ad sanandas hominum mentes.* Hæc testimonia, quorum plura alia TVRSELLINVS tradit, tantum *illustrationis* gratia & *in thesi* hic adiicio, non vt in vniuersum ex XAVERII moribus & instituto hos legatos efformandos esse velim; nam aliunde iam fundamenta huius meditationis petii; quin potius vt ostenderem, in *thesi* plura talia ab illis, qui parum proficiunt in conuertendis infidelibus, tradi, sed vel aliunde impediri, & plura necessaria omitti, vel alias in applicatione insignem deprehendi defectum.

Per vim hostilem conuertendi methodus barbara est.

§. XXXVIII. Traduntur præterea adhuc plures alii modi, quibus *infideles* ad fidem Christianam trahi possint. Barbarus & ipsi religioni contrarius modus, per *vim hostilem* conuertendi infideles, etiam in iure canonico passim reprobatur quod alias a *dominatu in conscientias* non alienum est. Ait GREGORIVS in *c.* 3. *D.* 45. *Qui sincera intentione extraneos a Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis non asperitatibus debent studere, ne quorum mentem reddita ad planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nam quicunque aliter agunt, & eos sub hoc velamine a consueta ritus sui volunt cultura suspendere, suas illis magis, quam DEI causas probantur attendere.* Pergit post pauca: *agendum vero est, vt ratione potius, & mansuetudine prouocati, sequi nos velint, non fugere: vt eos, ex eorum codicibus ostendentes, quæ dicimus, ad sinum matris ecclesiæ DEO possimus adiuuante conuertere.* Similiter CLEMENS III. in *c.* 9. *X. de iudæis* ait: *Statuimus enim, vt nullus Christianus inuitos, vel nolentes ad baptisma eos venire compellat.* Plurium aliorum pontificum, vt CALIXTI, EVGENII, ALEXANDRI & COELESTINI sententiam æquissimam secutus quoque est INNOCENTIVS III. *lib. II. ep.* 302. *edit. Baluz.* vbi verba Clementis repetit. Hæ & similes constitutiones admodum necessariæ fuerunt, quod hæc violenta ad baptismum dedu-

Digitized by Google

deductio olim vſitatiſſima fuerit. Conf. RICCIVLL. *lib. II. de iur. perſon. extra eccleſ grem. exiſt. c.* 31. GONZALEZ. *ad cap. cit. 9. n.* 5. REINKING, *de regim. ſec. lib. II. cl* 2, *c.* 3. Fuere etiam, qui licet hunc modum non probarent, non abſolute tamen reiicerent. In *hiſtor. Iſidori Hiſpal.* apud PHILIPP. LABBEVM *tom. I. bibl. nou. MSCt. p.* 69. hæc ſingularis ratio occurrit: *Anno Heraclii imperii ſecundo Siſibutus poſt Gundemarum regali faſtigio euocatur, qui initio regni iudæos ad fidem Chriſtianam promouens æmulationem quidem habuit, ſed non ſecundum ſcientiam; poteſtate enim compulit, quos prouocare fidei ratione oportuit. Sed ſicut ſcriptum eſt, ſiue per occaſionem ſiue per veritatem Chriſtus annunciatur, in hoc gaudeo & gaudebo.* Vix ab illis ſeparandi ſunt, qui legem infidelibus dixere, vt vel ſolum verterent, vel, quod approbat FERMOSINVS *ad c.* 9. *X. de iud. qu.* I. *n.* 8. baptiſma reciperent. Nec olim hæc methodus conuertendi iudæos incognita fuit, eamque titulo *ſanctæ ſeueritatis* & *violentiæ ſalutiferæ* honorarunt, quamuis parum referat, vtrum quis *directo*, an per *indirectum* vim patiatur, cum in exilio grauiſſima quoque calamitas latitet. Multus eſt & diffuſus in hac quæſtione MAIOLVS *ſupr. cit. l. de perfid. iudæor.* qui tamen ab hac *amica conſuſione*, vt loquuntur, non adeo alienus eſt, quam Hiſpani vt plurimum ſecuti ſunt. Sed ſatis probe de illa BZOVIVS *ad ann.* 1497. §. 27. iudicat, &, *quid enim?* ait, *tu rebelles animos nullaque ad id ſuſcepta religione conſtrictos adigas ad credendum ea, quæ ſumma contentione aſpernantur, & reſpuunt? idque tibi aſſumas, vt libertatem voluntatis impedias, & vincula effrenatis mentibus iniicias? At id neque fieri poteſt, neque Chriſti ſanctiſſimum Numen approbat. Voluntarium enim ſacrificium, non vi mala coactum ab hominibus expetit; neque vim mentibus inferri, ſed voluntates ad ſtudium veræ religionis allici & inuitari iubet. Porro autem quis ſibi id arrogare poteſt, quod ſolus diuinus ſpiritus efficit in eorum animis, qui non ad extremum vitæ ſpiritum illius benignitati repugnare contendunt? Ille namque ſolus eſt, qui mentes illuſtrat, & allicit, & inuitat, & eos, qui tantum munus non animo pertinaci & ingrato repudiant, ad Chriſti confeſſionem & ſocietatem perducit. Poſtremo quis non videt, quam indignum ſit, hominibus in religionis ſtudio diuerſis tot myſteria, tot res ſacroſanctas, tantam rerum diuinarum rationem committere, & ſceleris occaſionem iis, qui Chriſti diſciplinam ludibrio habent, inconſiderate præbere, & ita religionem per religionis ſimulationem indigniſſime violari?* Muhammedorum ſcilicet hæc methodus eſt, qui per arma homines ad fidem ſuam traxerunt. Denique ſi vel maxime eccle-

ecclesia Romana per arma infideles non conuertit amplius, conuersos tamen per arma *in fide* retinendos censet, vt optime illustrat Dn. LA CROZE *cit. l. p.* 525. *seqq.*

Nec recte coguntur ad prædicationem verbi diuini audiendam.

§. XXXIX. Mitiores quasdam vias alii excogitarunt, quæ tamen vel aliquid *coactionis* continent, vel ad veram conuersionem parum conferunt. Huc referunt, quod singulis diebus sabbathi conciones Christianorum sub certa pœna visitare cogi possint, id quod cum aliis approbant FERMOSINVS *ad c.* 5. *X. de iudæis qu.* I. *n.* 12 MYLER. AB EHRENB. *de princip. & statib. imp. c.* 60. §. 7. RICCIVLL *cit. tr. lib. II. c.* 37. REINKING. *cit. l. n.* 41. contenduntque, hunc modum non esse *coactionem*, sed *efficacem persuasionem*. In concilio Basileensi *sess.* 19 *c.* 5. apud HARDVIN. *tom. VIII. concil. p.* 1190. *sq* etiam hic modus approbatus, &, vt *iudæi aliique infideles ad orthodoxam conuerterentur fidem*, instituta quædam proposita sunt, inprimis vt *omnes diœcesani quoridam in literis diuinis bene eruditos aliquot vicibus annuatim deputent in locis, vbi iudæi aut alii infideles degunt, ad prædicandum & explanandum taliter catholicæ fidei veritatem, vt ipsi infideles, qui audiunt, suos valeant errores recognoscere. Ad quam prædicationem sub pœnis tam commercii per fideles illis interdicendi, quam aliis ad hoc opportunis ipsos infideles cuiuscunque sexus in annis discretionis constitutos, accedere compellant. Ipsi autem diœcesani ac prædicantes ita se erga illos propitios ac caritate plenos exhibeant, vt non solum propalationæ veritatis, sed aliis humanis officiis ipsos Christo lucro faciant. Christianos autem cuiuscunque dignitatis aut status, quomodolibet impedientes, ne iudæi ad huiusmodi prædicationem conueniant, haud arceantur, notam fautoriæ infidelitatis incurrere ipso facto decernit.* Addunt patres huius concilii, non alios prædicantes horum conuersioni deputandos esse, quam qui peritiam habent *Hebraicæ, Arabicæ, Græcæ* & *Chaldææ linguæ*. Idem constituit GREGORIVS XIII. voluitque, vt *in omnibus locis, in quibus adest numerus aliquis competens iudæorum, qui synagogam constituat, semel saltem in hebdomade pro eorum conuersione prædicatio habeatur, ad quam* SVB POENIS *accedere cogantur omnes vtriusque sexus, maiores duodecim annis, & legitime non impediti in ciuitate habitantes, vel aliunde aduenientes, etiam si ibi domicilium non habeant, per circuitum, ita vt saltem tertia eorum pars semper adsit.*

Si vel maxime extra ecclesias Christianorum ea instituatur.

§. XL. Huic alii addunt hanc cautelam, vt talis prædicatio non instituatur in *ecclesiis Christianorum*, a quarum ingressu infideles abhorrent; sed in alio loco publico, veluti in *curia*, vel vbi alias conuentus solennes haberi solent. Imo per *indirectum* iustam belli

Digitized by Google

belli, infidelibus inferendi, cauſam ſubnaſci, ſi annunciationem *doctrinæ ſalutaris* impediunt, & conuerſos male habent, quia hoc modo iniuriam Chriſtianis facere dicuntur, vt philoſophatur FERMOSINVS *ad c. 9. X. de iudæis qu. 1. n. 12.* Verum, vt hanc poſteriorem obſeruationem prorſus ridiculam non tangam, qualiscunque demum præcautio hic adhibeatur, ipſe tamen modus conuertendi ita comparatus eſt, vt a *coactione* haud abſit, & parum ſalutis inde ſperari poſſit. In eo enim cum reliquis conuenit, quod *inuiti* & *recuſantes* ad *conciones* eorum, a quorum abhorrent doctrina, audiendas trahantur, cogantur, & ſub pœna adigantur. Nulla eſt diligens & ſedula attentio in iis, quibus *inuitis* & *reclamantibus* aliquid proponitur: abhorret animus ab eo, quod ex præconcepta opinione improbat, & neſcire mauult, quam intelligere: deeſt omnis fiducia erga eos, qui nos cogunt, vel eos inuiti audiamus. Quis ergo fructus ex tali conuerſionis modo expectandus, qui humanæ naturæ prorſus aduerſatur, nec ad animum penetrare poteſt? Vnde non deſunt exempla, infideles, hoc modo ad conciones audiendas collectos, vel aures cera obturaſſe, vel occaſionem inde arripuiſſe, ſeſe magis mutua confœderatione obdurandi contra doctrinam Chriſtianorum, mentemque ab ea magis magisque abalienandi. Præparandi ante omnia omni *humanitate* adhibita ſunt infideles, vt ſponte audiant eos, & cum iis colloquia miſceant, qui hac de re cum ipſis conferre inſtituunt, prout in §. *antec.* iam obſeruaui.

§. XLI. Non poſſum facere, quin etiam memorem ſingularem plane & nouam rationem conuertendi infideles per *ſocietatem matrimonialem*, quæ admodum commendata eſt in *obſeru. Halenſ. tom. X. obſ.* 10. & a FABRICIO *in ſalut. lucc euang. c 29. p. 515. ſqq.* tacta. Præuidit AVCTOR *huius obſeruationis* grauiſſima obſtacula, maxime inde oritura, quod matrimonium cum infidelibus prorſus reprobatum ſit. Inde hanc matrimonii libertatem multis argumentis, tam ex *ſcriptura ſacra*, quam ex *ratione recta* petitis, firmare ſtudet, & mala, quæ matrimonia Chriſtianorum cum infidelibus contracta premere dicuntur, omnibus malorum & impiorum coniugiis communia eſſe dicit; addit tamen præcautionem in §. *vlt. dictæ obſeruat.* ne fideles ſolo veſano amore deluſi ad hæc matrimonia prouolent, hoſtemque domeſticum ſibi adiungant; ſed, moribus perſonæ amatæ probe perſpectis, animique habitu accuratius cognito, accedente ſpe conuerſionis, principem adeant, illiusque *diſpenſationem* expetant, ne contra *leges publicas imperii* egiſſe dicantur. Si verum fateri licet, intentio

De modo conuertendi infideles per promiſcua matrimonia.

Digitized by Google

AVCTORIS non tam hæc fuiſſe videtur, vt ad *modos conuertendi* infideles aliquid conferret, ſed vt *libertatem matrimonicrum cum infidelibus* laxaret, quorſum omnia eiusdem argumenta collineant, quibus obiter tantum hunc effectum addit. Quænam vis iplius argumentis inſit, late non disquiram, paucis tantum monens, effectum, quem ex tali matrimonio ſperat, incertiſſimum, & vt plurimum fruſtraneum eſſe. Permittuntur hodie matrimonia inter diuerſæ religionis Chriſtianæ conſortes, qui in *principiis* non adeo diſſident; rariora tamen eorum exempla ſunt, qui coniugem errantem in ſuam pertraxerint ſententiam; multo minus ergo talis conuerſio ſperanda erit a coniuge *infideli*, ne dicam, periculum ſubeſſe, ne ex tali *conſortio intimo*, & quod omnes alias coniunctiones ſuperat, coniux fidelis ſeduci, & ad apoſtaſiam trahi poſſit. Nec hoc euitari poterit præcautione adducta, cum conſtet, matrimonio contracto, mores alterius ſæpe mutari, vt quo magis amor coniugalis creſcit, eo magis ſæpe alter ad alterius mores, exemplo SALOMONIS, ſapientiſſimi licet mortalium, ſeſe attemperare ſtudeat, quo ipſo tandem effectus ex tali matrimonio ſperatus æque facile inuerti quam obtineri poterit. 1 *Reg. XI*, 3. 4.

De modo conuertendi per interuentum pecuniæ.

§. XLII. Denique nec illos ſine cenſura relinquendos eſſe cenſeo, qui *venalem religionem* noſtram faciunt, & *interuentu pecuniæ* proſelytos facere intendunt, quod non improbat VERMOSINVS *ad c. 9. X. de iudæis qu.* I. *n.* 4. quaſi dona non cogant, nec tollant libertatem. Modum hunc olim admodum fuiſſe frequentem, docet BASNAGE *dans l'hiſtoire des Juifs lib. VIII. c.* 6. §. 5. nec GREGORIVS *lib. III. dialog. c.* 7. credidit, hanc conuerſionis methodum improbandam eſſe, *quia*, ait, *ſi non conuertuntur parentes, ad minimum eorum liberos lucramur.* Verum recte animaduertit BASNAGE *cit. l. c.* 12. §. 20. hanc rationem admodum inutam eſſe. Ait: *La maxime n'eſt pas ſure, car les Enfans diſſimulent ſouvent que les Peres; & il n'eſt pas permis, de faire du mal, dans l'eſperance incertaine, qu'il en arrivera du bien.* Scite admodum ait BONIFACIVS in *c.* 2. C. I. *qu.* 2. *Nusquam legimus, Domini diſcipulos, vel eorum miniſterio conuerſos quempiam ad Dei cultum aliquo interuentu prouocaſſe: niſi forte de pauperum alimento quis inconcinne proponat, quorum nulli, cuiuscunque profeſſionis eſſet, victualia negabantur. Scimus equidem, quod omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum, a quo bonæ voluntatis donum accipit, qui ſancto deliberationis arbitrio gratis Deo ſeruire diſponit. Reſtat ergo, vt qui pro aliqua eccleſia-*

ſtica

Digitized by Google

ſtica ſuſceptione munus accipit, donum Dei, quod a patre luminum deſcendere debuit, vendat; munus autem largiens importunus emat. Quid autem de diuini doni venditoribus, vel emtoribus conſequatur, concludi neceſſe eſt. Cauete ergo fratres, quam ſit ambiguum, quod petiiſtis conſilium, quod quidem ſecundum veſtræ voluntatis propoſitum nulla inuenimus ratione confirmatum. Verumtamen, ſi veſtræ neceſſitati adeo eſt opportunus, quem reperiſtis, dum tamen omnis abſit pactio, omnis ceſſet conuentio, nullaque veſtræ eccleſiæ fiat diſtractio, accedat, gratis Deo ſeruire incipiat, ſuique regiminis deuote geſtet obſequium: & poſtmodum vos quaſi ſubſidii gratia, aliaque ſuæ eccleſiæ munera largiri fratrum ſolatio Romana permittit eccleſia.

Amica conuerſatio cum infidelibus magis promouet eorum conuerſionem.

§. XLIII. Tutior eſt ſine dubio illa methodus, qua Saluator noſter vſus eſt, quamque apoſtoli ad gentes miſſi prudenter & cum ſucceſſu adhibuerunt, vt infideles, qui inter nos viuunt, paulo humanius tractemus, nec eorum commercia aut colloquia amica vitemus. Ita cenſuit AVGVSTINVS in *c.* 17. *C.* 23. *qu.* 4. aiens: *Infideles non poſſumus Chriſto lucrari, ſi eorum colloquium vitamus, & conuiuium. Vnde & Dominus cum publicanis & peccatoribus manducauit & bibit.* In eandem non obſcure inclinavit ſententiam GREGORIVS M. in *c.* 3. *D.* 45. aiens: *Qui ſincera intentione extraneos a chriſtiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis, non aſperitatibus debent ſtudere, ne, quorum mentem reddita ad planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduerſitas. Nam quicunque aliter agunt, & eos ſub hoc velamine, a conſueta ritus ſui volunt cultura ſuſpendere, ſuas illi magis quam Dei cauſas probantur attendere.* Poſt pauca pergit: *cur iudæis, qualiter ceremonias ſuas colere debeant, regulas ponimus, ſi per hoc eos lucrari non poſſumus? Agendum ergo eſt, vt ratione potius & manſuetudine prouocati ſequi nos velint, non fugere: vt eos, ex eorum codicibus oſtendentes, quæ dicimus, ad ſinum matris eccleſiæ Deo poſſimus adiuuante conuertere.*

Quam canones imprudenter damnant & prohibent.

§. XLIV. Hoc tamen non obſtante tam *leges* quam *canones* admodum huic *conſortio amico* reſiſtunt, magnum diſcrimen inter *fideles* & *infideles* inducendo. Non tantum enim infideles a Chriſtianis ſecundum ius vtrumque ſeparandi ſunt quoad *veſtitum*, ſed inprimis quoad *ſtatum*, & *iura communia*, quorum intuitu adeo deterioris conditionis ſunt, vt fere *maculati*, & *ſeruilis* quodammodo *conditionis* habeantur, & ab omni *commercio ciuili* & *ſacro* excludantur, vt RICCIVLLVS *cit. tr. lib. II. c.* 22. *ſeqq.* plenius indicat. Pleniſſima de hoc commercio familiari cum infi-

Digitized by Google

delibus interdicto sunt concilia & pontificum decreta, in quibus hæc ratio commendatur: *Quoniam iudæorum mores & nostri in nullo concordant, & ipsi de facili ob continuam conuersationem & assiduam familiaritatem ad suam superstitionem & perfidiam simplicium animos inclinant.* Vid. *c.* 8. *X de iud.* In *concilio Venet.* anno 465. *can.* 12. apud HARDVINVM *tom. II. concilior. p.* 798. & GRATIANVM *c.* 14. C. 28. *qu* 1. clericis *iudæorum conuiuia* prohibita, simulque iis interdictum est, *ne eos ad conuiuium quisquam excipiat.* Similiter in *c.* 13. C. 28 *qu.* 1. qui desumtus est ex *concilio quinisexto c.* 11. apud HARDVIN. *tom III. concil. p.* 1663. clericis sub *depositionis*, & laicis sub *excommunicationis* pœna prohibitum, *ne quis cum iudæis habitet, aut aliquem eorum in suis infirmitatibus vocet, aut medicinam ab eis percipiat, aut cum eis in balneo lauet;* quod etiam repetitum *c.* 5. *X. de iud.* In *concilio Eliberitano* anno 313. celebrato *can.* 50. apud HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 255. constitutum: *Si quis clericus vel fidelis cum iudæis cibum sumserit, placuit eum a communione abstinere, vt debeat emendari.* In *concilio Matisconensi I.* anno 581. celebrato *can.* 15. apud HARDVIN. *tom III. concilior. p.* 453. idem confirmatum, vt *nullus Christianus iudæorum conuiuiis participare præsumat; quod si facere quicunque, quod nefas est dici, clericus aut secularis præsumserit, ab omnium Christianorum consortio se nouerit compescendum quisquis eorum impietatibus fuerit inquinatus*, quod etiam in *concilio Epaonensi* anno 517. celebrato, *can.* 15. apud HARDVIN. *cit. l. tom. II. p.* 1049. confirmatum. Plura alia specialia huc pertinentia collegit RICCIVLLVS *cit. tr. lib. II. c.* 41. veluti, quod Christianis haud permissum esse debeat, vna eademque *fibola* cum infidelibus vti, barbitonsorem iudæum ad venam secandam adhibere, aut accedere ad eorum nuptias, ludos, vel choreas, vel eosdem ad nostras nuptias inuitare, vel sepulturis eorum interesse, quod anno 1322. in *concilio Palentino can.* 21. apud HARDVIN. *tom. VIII. concil p.* 1479. cautum fuit. Et longum foret omnes conciliorum adducere dispositiones, quæ tali commercio, admodum salutari resistunt. Conf. FERMOSINVS *ad c.* 1. *X. de iudæis qu.* 2. Proinde non mirandum est, ex his *obstaculis imprudentissimis* magis impediri conuersionem infidelium, quam mala inde meruenda præcaueri, quæ ita comparata sunt, vt alia ratione declinari possent. Quam diu itaque his legibus viuitur, quas admodum commendat RICCIVLLVS *cit. l. lib. II. c.* 38. *seq.* imo quamdiu status *fidelium* & *infidelium* in iure communi fruendo haud exæquatur in nostris rebus publicis, vix vlla conuersionis spes superest.

& sic impediunt conuersionem.

§. XLV.

Digitized by Google

§. XLV. Quamuis vero violenta eiusmodi conuerſio a pleris- Infidelibus li-
que improbetur; plures tamen non iniquum eſſe cenſuerunt, iudæis beros recte
& aliis infidelibvs liberos ſuos auferre, eosque baptizare, vt ita a tene- auferri,& eos
ra ætate ad fidem Chriſtianam educentur. Iam olim *anno* 633. in *con-* inuitis paren-
cilio Todetano IV. can. 60. apud HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 591. id tibus baptiza-
conſtitutum fuit his verbis: *Iudæorum filios, vel filias, ne parentum vl-* ri poſſe, plu-
tro inuoluantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decernimus; depu- res ſtatuunt.
tatos aut monaſteriis, aut Chriſtianis viris ac mulieribus Deum timentibus: vt ſub eorum conuerſatione cultum fidei diſcant, atque in melius inſtituti tam in moribus quam in fide proficiant. Tempore IVSTINIANI & ſucceſſoris eius in oriente hæc ſeueritas incognita fuit. Id tantum cautum in *Nouell.* 144. *c.* 2. quæ eſt IVSTINI, ſucceſſoris IVSTINIANI, vt infideles non aliter ad baptiſmum admittantur, quam ſi per duos annos in fide inſtituti fuerint, infantes autem eorum, qui per ætatem doctrinam intelligere nequeunt, ſtatim admiſit, quod tamen intelligendum eſt, ſi *parentes* adhuc *catechumeni* id deſiderauerint. Admodum olim de hac quæſtione diſceptaſſe Dd. conſtat ex iis, quæ a RICCIVLLO *cit. tr. lib. II. c.* 32. FERMOSINO ad *c.* 9. *X. de iudæis qu.* 2. *n.* 1. *ſqq.* & VLDALR. ZASIO *tom. V. qu.* 1. *de iudæis*, adducta ſunt, duobus prioribus, quod mireris, in *negatiuam*, ZASIO vero in *affirmatiuam* magis nclinantibus.

§. XLVI. Rationes ZASII plures ſunt, quas cum epicriſi refe- Ratio prima
ram. *Primum* eſt, quod maius vinculum ſit *matrimonii*, quam *patriæ* a matrimonii
poteſtatis, cum hæc pro lubitu, non illud tolli poſſit; iam vero, per- diſſolutione
git, *matrimonia* propter infidelitatem ſoluuntur, ergo multo magis deſumta exa-
patria poteſtas in his, quæ impedimento fidei ſunt, ſublata dici debet, minatur.
vt non obſtante ea ad baptiſmum rapi poſſint paruuli. Verum quis non videt argumenti huius ineptiam? Id vnice inde infertur, quod ſicvti coniux ad fidem conuerſa *quandoque*, iuſta de cauſa, recedere ab infideli poſſit; ita & liberi, *ſponte* ad fidem Chriſtianam inclinantes, ſub obtentu *patriæ poteſtatis* non poſſint a conuerſione reuocari. Neque enim *ipſo iure* per conuerſionem tollitur matrimonium, vt fidelis infidelem relinquere cogatur, & ſic nec aſſeri poteſt, vinculum *poteſtatis patriæ* ſolui, & quidem eo tempore, vbi ne quidem infantes baptismum deſiderare poſſunt. Si ſemel infideles recepti ſunt in tutelam reipublicæ, communi quoque iure & libertate frui debent quoad *educationem* liberorum, ſine qua *publica tutela* frui nequeunt, quin potius, loco

Digitized by Google

eius publicas calamitates, perſecutiones, & oppreſſiones ſe perpeti, iuſte obiicere poſſunt.

Altera ab æterno interitu præcauendo deſumta examinatur.

§. XLVII. *Alteram* rationem inde petit, quod *æternus interitus animæ longe ſit grauior temporali.* Cum ergo, infert, ſubuenire ei, cui periculum *mortis temporalis* imminet, fraterna charitas & docet & iubet, maiori & nexu & præcepto ſubueniendum ei, cuius anima periclitatur. Ieiunam hanc eſſe philoſophiam, quis non animaduertit? Si quid veri huic argumento ineſſet, etiam *conuerſio violenta infidelium* approbanda foret, ſub hoc prætextu, quod ſicuti perire volenti reſiſtendum ſit, ita multo magis, cui æternæ ſalutis iactura imminet, *per vim* ad conuerſionem rapiendus ſit. Vtrumque quidem præcauendum, ſed diſpari ratione. Illud etiam *vi adhibita*, adeo, vt etiam, qui ſibi manus violentas inferre intendit, a propoſito reuocetur & impediatur: hoc vero, quia curam animæ tangit, adhibita tali medela, quam *ſana ratio* & *religionis indoles* approbat, quæ ab omni coactione aliena eſt. Eodem argumento infideles & hæretici, & maxime Saraceni, vti poſſent, ſi dominante religione præualerent, cum nos infideles & hæreticos eſſe credant, quod tamen ZASIVS iis haud indulgebit. Interim tamen, quod quisque iuris in alterum ſtatuit, idem ius quoque contra ſe admittere debet.

Tertium argumentum a dominio Dei deſumtum ſub examen reuocatur.

§. XLVIII. *Tertium* argumentum huc redit, *quod homo magis ſit Dei, quam patris naturalis, a quo tanquam cauſa minus principali corpus habet, cum Deus ſit corporis creator & animæ.* Iam vero, pergit, pater iſte temporarius Deo creatori reniti non debet, filios ſuos per principes, qui a Deo ſunt conſtituti, in familiam ſuam vindicanti, & quaſi liberali cauſa a dæmonis grauiſſima ſeruitute aſſerenti. Dominium creatoris violari credit, dum *patris iuri* parcitur, abſurdumque eſſe, vt modicula patris poteſtas plus poſſit ad perdendum, quam auguſta creatoris dominatio ad ſaluandum. *Cedat ergo*, animoſe concludit, *iudæus perfidus Deo fideli, perditor ſaluatori, trux benigno, cruentus innocenti, mancipium domino, dæmonis proles Dei filio, tenebræ luci, ſtyx cælo, fileatque cum ſua poteſtate colluuioſus pater, vt ſuum vindicet luminoſus creator.* Si ZASIVS fuiſſet iudæus vel Saracenus, eodem ſine dubio argumento contra Chriſtianos vteretur; quid vero tum ipſemet reſponderet ZASIVS alicui fideli, imprudenti quodam zelo æſtuanti? Quærit hic de *dominio Dei* in creaturas, quod *patriæ poteſtati* præferendum eſſe negari nequit. Quis vero illud dominium in his terris exercere debet? Reſpondet ZASIVS: princeps, cui eo ipſo dominatum in *animam* & *conſcientiam* tri-

Digitized by Google

tribuit, quia ipſe Deus dominium in corpus & animam exercet. Verum hoc magis *clero* videtur indulſiſſe, qui *miniſterio principis* in his, quæ ad *fidem* & *conuerſionem* ſpectant, vti ſolet, in quo abſurdo refellendo vlterius non immorabor.

§. XLIX. Hic non ſubſiſtit ZASIVS: plures addit rationes frivolas, quæ imbecillitatem iudicii eius arguunt. *Quarta* enim eius ratio hæc eſt: *baptiſmum ad ſalutem eſſe efficaciorem verbi diuini prædicatione.* Si ergo ei ſocordia imputatur, qui publicare diuinam ſeriem negligit, multo fortius imputandum eſt ei, qui, cum potuit, paruulos infideles fonte ſalutis non lauerit Illuſtrat hoc ipſum ex dicto Prophetæ, *maledictum eſſe eum, qui opus Dei negligenter faciat.* Reſpexit forſan ZASIVS ad eorum ſententiam, qui infideles ad conciones audiendas cogi poſſe opinati ſunt, quos iam ſupra refutaui; vel ſi huc non collineat, ex eius argumento contrarium inferri poſſe autumo. Sicuti enim infidelibus inuitis *verbum diuinum* obtrudi nequit, ita nec *baptiſmus* inuitis dandus illisque obtrudendus, qui ſub *lege libertatis conſcientiæ* recepti ſunt, quam integram ſeruare nequeunt, *ſi fides Chriſtiana* illis obtruditur, qui ab eorum educatione pendent. Id ſemper in baptiſmo paruulorum creditum fuit, parentum fidelium, liberos baptiſmo offerentium, fidem liberis quoque prodeſſe, quod ad hunc caſum nullo modo applicari poterit. Quartum argumentum ab efficacia baptiſmi deſumtum examinatur.

§. L. *Quintam* rationem rurſus ex limitibus *patriæ poteſtatis* deducit, oſtenditque ex variis iuris articulis, hanc in perniciem liberorum tendere non debere; *quod ſi verum eſt*, ait, *vbi de temporariis commodis agitur, quanto magis procedere debet, vbi de æternis, de ſpiritualibus, de cura animarum tractatur.* Hoc vero argumento tantum probatur, liberos prætextu *patriæ poteſtatis* impediri non poſſe, quo minus *ſponte* ad noſtram tranſeant religionem; vt autem inuitis parentibus eripiantur, & ab iis in ea ætate, in qua nullum adhuc ſenſum religionis habere poſſunt, ſeparentur, inde minime euinci poterit. Neque enim, ſi inuitis parentibus baptizati eſſent, eorum *educationi* vlterius permitti poſſent, ſed principi permiſſum foret, ad inſtar mancipiorum infantes recens natos parentibus prætextu *religionis* auferre, quod admodum luctuoſum foret, omnique humanitati, quæ tamen ſubditis debetur, contrarium, quod agnoſcit FERMOSINVS *cit. l. n.* 2. Neque enim ſubditi qua tales, ſiue fideles fuerint, ſiue infideles, mera principis ſunt mancipia, ſed *libertate ciuili* gaudent, & iure familiæ ſuæ fruuntur. Quinta ratio a reſtricta poteſtate patria hauſta reprobatur.

§. LI.

Digitized by Google

Sextum argumentum erroneum eſt, inde deductum, quod infideles ſint mancipia.

§. LI. *Sextum* argumentum lepidum eſt & ex quisquiliis priſtinarum tenebrarum natum. Ait: iudæos *ſeruos* eſſe, & ſic per principem tanquam *mancipia* vendi, vel, ſi ita videatur, bonis ſuis tanquam *peculii iure* exſpoliari poſſe, quod ex iure canonico, eiusque interpretibus illuſtrat. Huic argumento paucis repono illud HORATII: *odi profanum vulgus & arceo.* Ad tit. *de iudaeis* ſtatum infidelium ab iniuria maleuolorum vindicabo, oſtenſurus, eos *ſeruorum proprie dictorum* numero non habendos, ſed *ſubditorum* ceterorum claſſi inferendos eſſe, oppidoque falſum, bona eorum *iure peculii* iis recte auferri, quod tot legibus & canonibus aduerſatur. Ipſe ZASIVS in argumentis adductis *patriæ poteſtatis* eos compotes fecit: quomodo ergo in hoc argumento eos *ſeruis* annumerare poteſt, qui *patriam poteſtatem* in liberos nullam habent? Aut ergo hoc argumento abſtinere, aut vero in prioribus argumentis ſimpliciter negare debuiſſet, iudæos in poteſtate ſua liberos habere.

Septimum argumentum petit ex iure ciuili, quod pater ob impietatem liberos emancipare cogatur.

§. LII. In *ſeptimo* argumento rurſus ſui immemor eſt, illudque rurſus ex *viribus patriæ poteſtatis* trahit, quod pater liberos, quos male tractat, aut ad impietatem deducit, emancipare debeat. Teneamus lupum auribus. Quid enim inde aliud concluditur, quam quod pater ad liberos religionis intuitu emancipandos cogi poſſit, ſi ſcilicet *ſponte* noſtris ſeſe offerunt ſacris, ſi *ſerio* ad conuerſionem adſpirant, a qua per paternam diſciplinam retrahuntur? Id ipſum vero ad infantes tenellos, in cunis adhuc iacentes, applicari nequit, vtpote quibus nullum deſiderium ambiendi ſacra noſtra tribui poterit. *Octaua* ratio minus concludit. Ait, non eſſe maiorem poteſtatem patris iudæi in filios, quam patris Chriſtiani in liberos ſuos; hunc autem cogi poſſe, vt liberos ſuos baptismo offerat, ergo etiam illum. Sed ratio diuerſitatis in propatulo eſt, quod Chriſtiani *legibus eccleſiaſticis* viuant, non iudæi, & ſic illi iure communi Chriſtianorum vti debeant, quo exemti ſunt iudæi, quantum ad religionis culturam attinet, vt infra ad *tit. de iudæis* euincam. Plura adhuc circa hoc argumentum moneri poterant, cum etiam illud alia ratione in abuſum trahatur, a quibus tamen abſtineo, interim B. L. ablego ad illa, quæ PHILIPPVS A LIMBORCH *in hiſtor. inquiſit. lib. III. c.* 22 *p.* 237. *ſeq.* de hoc argumento ediſſerit.

Octauum argumentum reiicitur, quo a patris poteſtate Chriſtianorum ad infidelium poteſtatem concludit.

Nona ratio cum tertia conuenit, &

§. LIII. *Nona* ratio cum tertia fere conuenit. Quod ſi domino temporali, ait, ſi patri naturali, exhiberi ſibi ſuum, ſuam prolem petenti, interdicto ſuccurritur, quanto magis æterno & domino & patri ſuum

fium & ſeruum & prolem in familiam ſuam reducere cupienti mos eſt gerendus. Argumentum hoc *a foro ciuili* petitum eſt, ſed ita comparatum, vt inde appareat, nihil tam abſurdum, quod non aliqua ratione iuris inſulſe applicata colorari & incruſtari queat. Merito hic inquirendum foret, cuinam nomine Dei de *liberis exhibendis* actio competeret? Si dicis, *principi*; ante omnia ad cauſam ſe legitimare deberet, quod hanc poteſtatem a Deo receperit, qui quidem vult omnes homines ſaluos fieri, non tamen per *brachium ſeculare*, verum per alia *media ſpiritualia*. *Decimam* rationem petit ex præcepto Saluatoris, quo *inimicos noſtros* diligere iubemur, charitatis autem primarium ſignum eſſe, ait, reuocare errantem. Hæc ratio plus probat, quam debebat, quia ſi eidem aliqua vis ineſſet, ſub prætextu *charitatis* infideles indiſtincte rapi poſſent ad baptiſmum, quod abſurdum eſt. Charitas coactionem nullam admittit, maxime in iis, quæ conſcientiam tangunt, quæque non poſſunt fieri ſaluo iure communi, quo quilibet gaudet.

ex interdicto de liberis exhibendis deſumta.

Decima ratio a dilectione inimicorum petita reiicitur.

§. LIV. Denique in *vltima* ratione prouocat ad illud FABINIANI, *quod ſumma ſit ratio, quæ pro religione facit*, quæ ratio tanto ICto indigna eſt. Loquitur ICtus ethnicus de *religione*, ſiue qualitate, quæ *ſepulchris* olim tribuebatur, & ex hac hypotheſi maxime erronea concludit, in quæſtionibus controuerſis primario illam eſſe rationem admittendam, quæ *religioni* fauet, ſiue qualitati ſepulchrorum accommodata eſt. Quis vero inde argumentum ad *religionem*, quatenus *doctrinam Chriſtianorum* denotat, traheret? In ſequentibus reſpondet ad rationes diſſentientium, quas antea deduxerat, quod vt ſub incudem reuocemus, haud neceſſe eſt, cum argumenta ab ipſo in contrarium adducta iam ſatis reprobata ſint. Supereſſet, vt pro firmanda noſtra ſententia argumenta RICCIVLLI in medium adduceremus, quæ tamen pleraque ex *ſcholaſtica theologia* deſumta ſunt, vt ſub his ſecure contendere vix liceat. Hoc vnico ergo noſtram ſententiam firmabimus præſidio, quod nullum ſolidum argumentum proferri poſſit, quo principi ius iudæorum, in tutelam publicam ſemel receptorum, liberos auferendi attribui poſſit. Denique etſi RICCIVLLVS & FERMOSINVS aliique nobiſcum conſpirent, addunt tamen quasdam limitationes, in quibus ſententiam contrariam admittendam cenſent, veluti ſi paruulus in mortis articulo conſtitutus ſit; aliasque, quas ita comparatas eſſe iudico, vt facile reiici poſſint. Talem ſane methodum conuertendi infidelium liberos CHRISTVS haud præſcripſit, quam proinde eius ſerui & miniſtri, quibus hoc negotii datum eſt, minime adhibere debent.

Vltima ratio gentilis eſt.

Digitized by Google

Mancipiorum infidelium liberi a dominis baptismo offerri possunt,

§. LV. Docent vero tum obiectiones Zasianæ, tum nostræ responsiones, hoc de his *infidelibus*, qui sunt *liberi*, nec in alterius proprietate constituti, intelligendum esse. Illis ius saluum & illibatum in *liberos* relinquendum, nec parentes infideles a consortio liberorum abstrahendi, quod necessario faciendum esset, si inuitis iis ad baptismum trahi possent. REINKING. *de regim. secul. lib. II. class. 2. c. 3. n. 43. Captiuorum infidelium*, qui in iustam seruitutem sunt deducti iure retorsionis, diuersa est ratio, cum nati ex ancillis dominorum *proprietati* subiiciantur, vt cuius dominus mox infantem matri auferre, educationem eius aliis committere, & sic quoque eum *suo iure*, quo pater, baptismo offerre potest. RICCIVLL. *cit. l. c.* 32. *n.* 29. BALDVINVS *de casib. consc. lib. IV. c.* 8. *cas.* 8. *n.* 3. REINKING. *cit. l. n.* 44. L. B. de LYNCKER *de baptism. & expositi.* *c.* 1. §. 6. FERMOSIN. *ad c.* 9. *X. de iudæis qu.* 2. *n.* 19. *sq.* Neque dubium est, quin etiam infantes, ab infidelibus parentibus *expositi*, baptismo a Christianis, qui eorum curam & educationem, quam parentes derelinquerunt, susceperunt, baptismo offerri possint, cum hoc modo nemini iniuria inferatur.

An ex stupro nati?

Denique idem quoque dicendum videtur de liberis ex *stupro infidelium* natis, si rationi vulgari Dd. inhæremus, quæ communiter ex viribus *patriæ potestatis* desumi solet, quam hoc casu leges patri denegant. Ego hic subsisto, cum ab efficacia *patriæ potestatis* decisionem vnice haud petendam esse existimauerim, sed potius ab *educatione*, quæ parentibus debetur, quæque στοργὴν naturalem iis conciliavit, ob quam durum foret, liberos a parentibus auellere. Qui ex stupro nati sunt, licet in potestate parentum *ciuili* non sint, sub *matris* tamen *potestate naturali* sunt, a qua auelli, tanquam mera mancipia, haud debent, nec possunt. Ne dicam, inter Germanos matri quoque quandam potestatem in liberos legitimos competere, nec omnia inter nos componi posse ad scita rigorosa patriæ potestatis inter Romanos vsitatæ.

Quid si liberi sponte se offerant baptismo, inuitis parentibus?

§. LVI. Plus roboris habent argumenta ZASII antea reiecta eo in casu, si liberi infidelium, sub potestate quidem adhuc constituti, eius tamen sunt ætatis, vt religionis negotium intelligere & sensum pietatis admittere possint, *sponte* sese offerant baptismo, & serio conuerti desiderent. ZASIVS *cit. tr. de iudæis qu. II.* speciatim hoc thema pertractat, docetque, quod, non obstante contradictione parentum, ad baptismum admitti possint. Agitata est ante decennium, & quod excurrit,

Digitized by Google

rit, hæc quæſtio Berolini, in caſu, quo duæ puellæ, iudæorum filiæ, tenerioris adhuc ætatis, fidem Chriſtianam amplecti deſiderabant, parentibus anxie & ſollicite id agentibus, vt eas a propoſito auocarent, contenderentque, ſibi liberos ſuos eſſe exhibendos reſtituendosque. Duplex hic quæſtio tum de *voluntate* liberorum ſufficiente, tum de *iure parentum* incidit. Illa ante *legitimam ætatem* rarius ſeſe exſerit, adeoque quæ illa dicenda ſit, in diſcrimen ambiguum vocatur. Neque enim negari poterit, poſſe infantes quandoque impetu quodam iuuenili, ſine vero conuerſionis deſiderio, adduci, vt ſe baptiſmo offerant, cum vix *ſenſum religionis* habeant. ZASIVS *cit. l.* & RICCIVLLVS *cit. l. c.* 33 annum *ſeptimum* impletum ſufficere putant, vt deſiderium eorum admitti poſſit, idque inde probant, quod hac ætate iam tali ſint intellectu præditi, vt poſſint quædam *negotia ciuilia* peragere, peccare, & ſe naturaliter obligare, adeoque vel ex Chriſti monito, paruulos non eſſe impediendos, quo minus ad eam veniant, colligit. Ego rurſus hic ſubſiſto, nec ex ſolis annis, ſed ex aliis circumſtantiis, quæ deſiderium conuerſionis in paruulis genuerunt, iudicandum eſſe arbitror, an ſerio voluntatem ſeſe conuertendi habeant? Id negotii dandum eſt theologis diſcretis, vt, quod factum eſt in caſu Berolinenſi, intima cordium eorum perſcrutentur, quo facto, gratiæ diuinæ, quæ in iis operatur, locus relinquendus eſt. De *iure parentum* contranitentium hic non adeo quærendum eſt, cum poteſtas eorum ad ea, quæ *gratia diuina* in liberis operatur, extendi non debeat, quin quod plerique contendant, tranſeuntem ad fidem catholicam liberari a patria poteſtate, vt FERMOSINVS *ad c.* 5. X. *de iudæis qu.* 2. *n.* 3. ſtatuit, quam ſententiam infra examinabo. Quamvis vero pontifex in *c. f. X. h t.* rationem aliquam *patriæ poteſtatis* habendam eſſe exiſtimauerit, de hoc caſu tamen non loquitur, ſed de eo poriſſimum conſultus fuit, apud quem, ſecuto diuortio, filius educandus ſit, vtrum apud patrem *fidelem*, an matrem *infidelem*? vbi pro patre decidendum eſſe ſtatuit, tum *ob patriam poteſtatem*, tum ob *fauorem fidei*. Conf. REINKING. *cit. l. n.* 46. Ceterum ſi in cauſis, quæ conſcientiam tangunt, & opus conuerſionis concernunt, poteſtas principis eiusque imperium quieſcit, ecquis quaſi patri maius imperium in liberos concedet, qui ad diuerſam religionem accedere volunt?

Quæ hoc in caſu ſit legitima ætas?

§. LVII. Quodſi *infideles* ad fidem noſtram tranſire parati ſunt, rurſus *nouum ſtatum* induunt, & quidem, ante baptiſmum *catechumenorum*; poſt illum vero, *fidelium*, qui in multis adhuc diſtinguuntur.

Conuertendi ſtatum catechumenorum induunt.

Digitized by Google

tur. Scilicet quamdiu infideles olim adhuc præparandi erant, & in rudimentis fidei informandi, quod inprimis per *catechesin* fiebat a *catechistis*, numero *infidelium* absolute accenseri non poterant, sed in quadam cum Christianis iam erant communione, quæ demum *plene* per baptismum perficiebatur. A baptismo enim *vniuersi iuris sacri* inter *fideles* dependebat communio, qua catechumeni nondum gaudebant. Inde diuersus eorum status, diuersaque iura, quæ nec hodie in totum cessant. Sic (I) nondum dicuntur esse in *ecclesia*, quatenus hæc *cœtum fidelium* denotat, qui tales demum dicuntur post baptismum. In hoc sensu stricto patres vt plurimum *ecclesiæ* conceptum formant, quo posito, catechumeni *ecclesiæ* accenseri non possunt, quod vlterius illustrat RICCIVLLVS *lib. III. cit. tr. c.* 4. Quia tamen (II) iam in *limine* sunt *ecclesiæ*, non absolute *extra ecclesiam* dici possunt, nec antiquitas eos *absolute* excluſit, adeo, vt nonnunquam catechumenos ad episcopatum admouerit, ceu exemplo AMBROSII constat, id minime facturа, si nullum prorsus cum ecclesia haberent commercium. Vid. GISBERT. VOETIVS *P. I. polit. eccles. lib. II. c.* 2. *p.* 32. Inde in quibusdam cum reliquis Christianis fidelibus conueniebant, in quibusdam differebant, imo & *catechumenorum* classes erant, vt ostendit BASNAGE *dissert.* 12. *de catechum.* §. 2. *tomo II. annal. eccles. p.* 563. inserta, ex quibus etiam quandam iurium inter se diuersitatem habebant. In eo *cum fidelibus* conueniebant, quod catechumeni legibus Christianorum se subiicerent, vt obseruat ALBASPINAEVS *ad can.* 10. *concilii Eliberini in fin.* simulque reciperent, se Christi legem secuturos, vt IDEM *ad Tertullian. de pœnit. c.* 7. docet, quamuis posterius de illis intelligendum sit, quorum baptismus iam iam proxime instabat.

An sint in ecclesia?

In limine ecclesiæ sunt,

legibus ecclesiæ subiecti.

§. LVIII. In hoc tamen a *fidelibus* distinguebantur: (α) quod pariter *cum fidelibus* non orarent, nec *eu harisiæ* interessent, multaque iis occultarentur. Communio *precum* & *eucharistiæ* summum *communionis ecclesiasticæ* argumentum erat, inde CLEMENS *lib. VIII. constitution. cap.* 40. ait: *Fidelis vna cum catechumeno nec domi orat. Non est enim æquum, initiatum vna cum eo, qui non est initiatus, coinquinari.* Vid. BASNAGE *cit. l.* §. 6. Imo ne quidem orationem Dominicam recitare poterant, obseruante ALBASPINAEO *lib. I. de veterib. eccles. ritib. obseru.* 19 §. 6. & *seqq.* sed post primas conciones & *ante celebrationem eucharistiæ* secedere iubebantur. In *concilio Arausicano I.* anno 449. celebrato *can.* 19. & 20. apud HARDVIN. *tom. I.*

Non iisdem fruuntur cum fidelibus sacris.

con-

concilior. p. 1785. adeo indigne habiti sunt, vt ne quidem ad baptisterium accedere potuerint. Additur praeterea: *a fidelium benedictione etiam inter domesticas orationes, in quantum caueri potest, segregandi informandique sunt, vt se reuocent, & signandos vel benedicendos semotim offerant.* Quam sedulo praeterea iis *disciplina arcanorum* occultata fuerit, docet BASNAGE *cit. l.* §. 4. & *seq.*

Nec olim ecclesiastice sepeliebantur.

§. LIX. Hac de causa si in *statu catechuminatus* decedebant, ecclesiastice non sepeliebantur, quod constitutum est in *concilio Bracarensi I.* anno 561. celebrato *can.* 17. apud HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 352. *Item placuit, vt catechumenis fine redemtione baptismi defunctis, simili modo neque oblationis commemoratio, neque psallendi impendatur officium.* Ex his enim *oblationibus*, quae pro defunctis fiebant, communio ecclesiastica inducebatur, a qua adhuc excluſi erant ante baptismum catechumeni, vt plenius ostendi in *dissert. de iure denegandi communion. caemet.* §. 6. & *sqq.* Inde admodum errat ALBASPINAEVS *lib. I. cit. obs.* 10. *in f.* existimans, catechumenorum *oblationes* receptas fuisse ante baptismum defunctorum, quod testimonia contraria reperire non potuerit, quorum vestigium tamen iamiam adductum est. Quemadmodum vero tam seuere hodie cum *catechumenis* non agitur, nec ipsimet a *communione precum* excluduntur; (quod vix in maioribus nostris excusari poterit) ita quoque nec *communio cameterii* illis deneganda erit, si serium studium conuersionis prae se tulerint, praesertim cum nec olim, qui in *statu paenitentiae* mortui erant, ab hac communione excluderentur.

Delinquentes paenitentiae publicae haud subiecti sunt,

§. LX. Praeterea quoque (β) non iisdem, quibus fideles, subiiciebantur censuris ecclesiasticis. Qui per baptismum *fidelium* numero adscripti erant, & ad *communionem ecclesiasticam* admissi, per delicta grauiora illa excidebant, & per *excommunicationem* eiiciebantur, nec restituebantur in integrum, antequam *paenitentiam ecclesiasticam* egissent. Quia vero catechumeni nondum in *communionem* erant admissi, etiam ab illa nec excludi, nec *publicae paenitentiae* subiici poterant, in hunc finem, vt communioni restituerentur. Obseruat id ipsum ALBASPINAEVS *lib. II de veterib. eccles. ritib. c.* I. *n.* 2. aiens: *Publicam non fuisse paenitentiam, catechumenos non fuisse coactos in foribus aut limine templorum paenitentiae leges subire, neque quas baptizati tolerare tenebantur paenas & afflictationes, argumento & indicio illud est, quod nullibi apud patres deprehendas, neque vllum proferre exemplum possis, quo quis-*

Digitized by Google

quam catechumenus ſqualido quodam ſacco, quo opertus in conſpectum eccleſiæ ſeſe dederit. Deinde non ea de re vllum verbum factum legas, quempiam catechumenum pœnitentiæ publicæ gradum ingreſſum, aut inter flentes lamentantesque, aut audientes, ſubſtratos aut ſine oblatione communicantes, qui ſunt quatuor pœnitentiæ publicæ gradus. Interim alia quadam ratione coërcebantur, veluti quod *figentes genua* audire verbum tenerentur, & ſi in peccato perdurarent, prorſus abiicerentur, vt cautum in *concilio Neocæſarienſi* anno 314. celebrato *can.* 5. apud HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 284. In *concilio Nicæno can.* 14. catechumenis *lapſis* iniunctum, vt tribus annis ſint inter *audientes* tantummodo, poſthæc autem cum catechumenis orent. Similem differentiam quoque obſeruauit THEODOSIVS M. anno 383. in *l.* 2. *Cod. Theod. de apoſtat.* vbi non æquali pœna plectendos cenſuit *fideles*, & *catechumenos* apoſtatas. Ait: *Chriſtianis ac fidelibus, qui ad paganos ritus cultusque migrarunt, omnem in quamcunque perſonam teſtamenti condendi interdicimus poteſtatem, vt ſint absque iure Romano. His vero, qui Chriſtiani & catechumeni tantum, venerabili religione neglecta, ad aras & templa tranſierint, ſi filios vel fratres germanos habebunt, h. e. ſuam aut legitimam ſucceſſionem teſtandi arbitratu proprio in quaslibet alias perſonas ius adimatur.* Hoc diſcrimen tamen poſtea ſuſtulit ARCADIVS anno 396. in *l.* 6. *Cod. Theod. de apoſtat.* Superſunt etiam rudera quædam *pœnitentiæ eccleſiaſticæ* in noſtris eccleſiis, quæ itidem ad fideles, in catechumenatu exiſtentes, ſi forſan de ſtupro, alioue delicto grauiori, maculauerint, applicari nequeunt, quæ iis demum imponuntur, qui ad *euchariſtiam* admitti deſiderant, cuius communionem adhuc catechumeni non habent. Quid? quod ſi vel maxime quædam *apoſtaſiæ pœna* ſuperſit, illa tamen nec hodie ad catechumenos extendi poterit, ſi, relicto conuerſionis propoſito, ad idem reuertantur lutum, quod derelinquere deſtinauerant, vt nec Catholici diffitentur, teſte RICCIVLLO *lib. III. cit. tr. c.* 4. *n.* 28.

aliter tamen coërciti.

§. LXI. Ex his, ni fallor, liquet, ſtatum horum catechumenorum, qui *infidelium* ſacra eiurare intendunt, reuera eſſe *intermedium* inter *infideles* & *fideles*, adeoque quæuis iura ſacra *fidelium* iis applicari non poſſe. Quamuis enim nomine *Chriſtianorum* veniant tum in *cit. l.* 2. *Cod. Theod. de apoſtat.* tum in *c.* 15. *C.* 28. *qu.* 2. plures tamen effectus ex baptiſmo dependent, qui illis applicari nequeunt. Sic catechumenus cum *fideli* matrimonium inire non poteſt; prout cenſuit AMBROSIVS in

Veniunt tamen nomine chriſtianorum.

Non tamen catechumenus

Digitized by Google

in *cit. can.* 15. aiens: *Si Chriſtiana ſit, non eſt ſatis, niſi ambo initiati ſitis ſacramento baptiſmatis.* Et vix eſt, vt hodie nos tale matrimonium ante baptiſmum admiſſuri ſimus. Eadem ratione nec ad munus *patrinorum* admitti poſſunt, nec ad officia eccleſiaſtica, adeo, vt ſi quis per *errorem* ordinatus fuerit, poſt baptiſmum reordinari debeat, quod baptiſmus ſit *fundamentum omnium ſacramentorum*, ante cuius ſuſceptionem non ſuſcipitur aliud ſacramentum, quoniam *vbi fundamentum non eſt, ſuperædificari non poteſt*, vt dicitur in *c.* 3. *de presbyt. non baptizato.* Cum vero inter proteſtantes ordinario a claſſe *ſacramentorum* excludatur, non præciſe *reordinatio* foret neceſſaria, ſi talis error contingeret, præſertim cum a *charactere indelebili*, quem ordinatio imprimere dicitur, ſimus alieniſſimi. De cetero, quia iam quodammodo Chriſtianorum numero accenſentur, eos etiam in ſtatu catechumenatus conſiſtoriis eccleſiaſticis ſubiici crediderim, in cauſis, quæ huc ſpectant, vnde ne quidem catechumenus pro lubitu infidelem coniugem derelinquere, & divortium cum ea facere poterit, infidelibus alias permiſſum, quod *concilio Eliberino can.* 10. iam conſtitutum fuit, vt *ad cit. can.* ALBASPINAEVS oſtendit. Breuiter: ex ratione ipſarum legum eccleſiaſticarum facile colligi poterit, quænam iis applicari poſſint, nec ne?

cum fideli matrimonium celebrat, nec ordinari poteſt. Subiiciuntur tamen eccleſiaſticis iudiciis.

§. LXII. Per *baptiſmum* ergo demum iura *fidelium* conſequuntur conuerſi, & *ſocietati* ſeu *communioni eccleſiaſticæ* inſeruntur, iusque *fraternitatis*, tam ſancte olim excultum, adipiſcuntur. Inde olim mox, baptiſmo peracto, *oſculo pacis* excipiebantur, ad locum, vbi fratres erant congregati, deducti, cum quibus S. cœnæ participes fiebant *omnimodæ communionis* argumento, vt IVSTIN. *in apol. in f.* refert. Addit TERTVLLIANVS *de baptiſmo in f.* quod, *poſtquam de ſanctiſſimo lauacro aſcenderint, primas manus apud matrem* (eccleſiam) *cum fratribus aperuerint*, h. e. expanſis manibus cum fratribus orauerint, cum ante baptiſmum ad *communionem precum* haud eſſent admiſſi, prout ante dictum. Simul tamen hæc vita noua alios mores poſtulabat, quod ante baptiſmum *ſolenni ſtipulatione* confirmandum erat, quia alioquin ad priſtinos mores reuertentes *ejectionis* periculo ſubiacebant. Hæc erat *confœderatæ diſciplinæ* ratio apud Chriſtianos, cui ſe ſubiicere debebant, qui in *ius fraternitatis* recipiebantur. Inde fiebat, vt catechumeni baptiſmum ſæpius ad extremum vitæ halitum differrent, quo a metu amittendi communionem, & a duriſſima diſciplina *pœnitentiæ publicæ* eſſent liberati. Quin difficilius peccatorum remiſſionem poſt bapti-

Poſt baptiſmum ius perfectæ communionis conſequuntur. Sæpe tamen olim baptiſmum diutius differebant.

Digitized by Google

baptiſmum obtineri poſſe credebant, vt docet ex patrum doctrina MORINVS *de pœnit. lib. III. c.* 7 §. 4. additque: *Ideo cum antiqui Chriſtiani hanc doctrinam ſibi perſuaſam haberent, eorum plurimi baptiſmum in finem vitæ differebant, vt ne baptiſmum peccantes luctuoſis pœnitentiæ laboribus criminum remiſſionem redimere cogerentur*, quod etiam *cap.* 9. §. 4. repetit.

Poſt baptiſmum converſi dicuntur tranſire in poteſtatem eccleſiæ,

§. LXIII. Primarius vero, inter ceteros conuerſionis effectus, eſſe dicitur, quod conuerſus in *poteſtatem eccleſiæ*, h e. *cleri* tranſeat, & ſic huius legibus & ritibus ab ea inductis viuere debeat. Neque enim eadem indulgentia erga *conuerſos* vtuntur, qua primitiui Chriſtiani erga *fideles ex iudæis*; his plura ex ritibus iudaicis permittebantur, vt eo magis ſeſe ad horum mores conformarent. Sequioribus temporibus praxis diuerſa recepta. In *concil. Lateran. IV. anno* 1215. celebrato *c.* 70. apud HARDVIN. *tom. VII. p.* 71. occurrit decretum contra iudæos converſos factum, *qui prioris ritus reliquias retinentes Chriſtianæ religionis decorem tali commixtione confundunt.* Hoc ipſum prohibitum, ſub lepida tamen ratione: *cum autem ſcriptum ſit, maledictus homo, qui terram duabus viis ingreditur, & indui veſtis non debeat lino lanaque contexta, ſtatuimus, vt tales per prælatos eccleſiarum ab obſeruantia veteris ritus omni modo compeſcantur, vt quos Chriſtianæ religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit, ſalutiferæ coactionis neceſſitas in eius obſeruatione conſeruet; cum minus malum exiſtat, viam domini non agnoſcere, quam poſt agnitam retroire.* Ieſuitæ tam ſtricto iure cum conuerſis ſuis non agunt, qui, quod ex gentilismo CONFVCII doctrinam ſapit, iis permittunt, id quod curiæ Romanæ multum negotii dedit.

& priſtinos ritus deponere debent.

Quod tamen ex regulis prudentiæ temperandum.

§. LXIV. Equidem non iniquum eſt, vt, qui inter nos viuunt *iudæi conuerſi*, noſtræ *liturgiæ* ſeſe accommodent, cum diuerſo iure vti non debeat, qui in ſocietatem quandam eſt receptus; at in eccleſiis inter gentiles prius plantandis ſæpe res *conſilii* eſt, vt mores quidam, qui non æque facile a gente deponi poſſunt, haud tamen improbi ſunt, tolerentur magis, quam intempeſtiuo quodam zelo reprobentur & damnentur, quo fortiores infirmioribus ſe accommodent. Obſeruaui ex *relat. miſſion. Danicor. p.* 416. Tamulicos ob *morum contrarietatem* a noſtra doctrina abhorrere, qui tamen quandoque indifferentes ſunt, & ſine ſcandalo, meo quidem iudicio, iis relinqui poſſent, cum tractu temporis etiam eorum indifferentem rationem ipſimet converſi agnituri ſint, cognitum habentes, in ſola *fide in Chriſtum* ſalutem quærendam eſſe, cetera eſſe *infirma* quædam *elementa*, *vmbras*, &

& mera hominum inuenta. In *concilio Toletano IX.* anno 655. celebrato *c.* 17. apud HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 976. aliquid adhuc ex veteri ritu iudæis baptizatis relictum videtur, quo cautum, vt *baptizati iudæi festis præcipuis noui testamenti serie consecratis, ac diebus illis, qui olim sanctione veteris legis sibimet censebantur esse solemnes, in ciuitatibus publicisque conuentibus cum summis Dei sacerdotibus celebrent.*

§. LXV. Ne vero ad errores eiuratos reuerterentur, omne commercium conuersis cum *infidelibus* sub grauiori pœna est interdictum, ceu constat ex *c.* 62. *concil. Tolet. IV.* apud HARDVIN. *tom. III. concil. p* 591. & GRATIANVM in *c.* 12. C. 28. *q.* 1. Qua de causa de *matrimonio* conuersi cum *infideli* non leuia dubia suborta sunt, vtrum illud *post conuersionem* dirimendum, an vero in suo statu relinquendum? Concilium Toletan. IV. *c.* 63. qui in *c.* 10. C. 28. *q.* 1. refertur, magis inclinauit in *separationem*, ex principio in *can.* 62. posito. Edicunt patres: *Iudæi, qui Christianas mulieres habent in coniugio, admoneantur ab episcopo ciuitatis ipsius, vt, si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quod si admoniti noluerint, separentur; quia non potest infidelis in eius permanere coniugio, quæ iam in Christianam translata est fidem.* Hæc sanctio oppido contraria est consilio illi, quod supra recensui de conuersione per coniugia fidelium cum infidelibus coutrahenda, imo recedit a PAVLI doctrina 1 *Cor. VII*, 10. *sqq.* vbi docet, non esse recedendum a coniuge infideli, cohabitationem non recusante. Hanc doctrinam apostolicam etiam secuti AVGVSTINVS *in c.* 8. & 9. C. 28. *q.* 1. AMBROSIVS *in c.* 7. *eod.* papa EVTYCHIANVS *in c.* 3. *eod.* & INNOCENTIVS III. in *c.* 7. & 8. *X. de diuort.* Non ergo licite *separationem* quærit coniux fidelis, nisi deseratur ab infideli, quæ doctrina potius retinenda, quam patrum Toletanorum, qui plura ex ingenio suo acerbiori durissima in infideles constituere, quod legem vniuersalem ecclesiasticam haud facit.

Commercium iis cum infidelibus olim interdictum fuit,

inde diuortium ab infideli coniuge olim concessum,

quod improbatur.

§. LXVI. Admittit etiam hoc casu pontifex *totale* diuortium in *cit. c.* 7. sed non æque illud indulgendum censet eo in casu, quando contractum est matrimonium inter fideles, & postmodum alter ex iis ad *gentilitatis errorem* transierit; hoc casu tantum *separationem* quoad *thorum* & *mensam* indulget, vt fideli haud sit integrum, infideli viuente, ad secunda conuolare vota. Rationem diuersitatis inde petit, quod priori casu matrimonium *verum* quidem contractum sit, sed non *ratum*, nec *indissolubile*; posteriori autem id, quod ab initio fideles contraxerunt, & *verum* & *ratum* fuerit, & hac de causa *ob sacramentum fidei* indissolubile. Congruit hæc conclusio cum principiis doctrinæ ecclesiæ Ro-

Quidsi vnus ex fidelibus ad gentilem religionem transierit.

Digitized by Google

manæ: minime cum noſtris. Inde non dubium, quin, tali caſu inter nos emergente, totale diuortium ob *deſertionem* apoſtatæ indulgeri debeat, BRVCKNER *in deciſ. matrim. c.* 18. *n.* 8.

Quid de liberis cenſendum, vno ex coniugibus conuerſo?

§. LXVII. Sicuti vero conuerſus iam eſſe dicitur *ſub poteſtate eccleſiæ*, ita maius ius quoque habet quoad *liberos* ex tali matrimonio cum infideli ſuſceptos. In *concilio Toletano IV. can. cit.* 62. id cautum eſt: *filii, qui ex talibus nati exiſtunt, fidem atque conditionem matris* (conuerſæ) *ſequantur: Similiter & hi, qui procreati ſunt ex infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Chriſtianam ſequantur religionem, non iudaicam ſuperſtitionem.* Non obſcure quoque eandem deciſionem ſequitur GREGORIVS IX. in *c.* 2. *X. h. t.* in caſu, vbi *maritus* erat ad fidem Chriſtianam conuerſus, poſtulauitque, vt ab vxore infideli, a qua ſeparatus erat, filius quadriennis exhiberetur. Patri eundem aſſignandum eſſe cenſuit pontifex, tum ex *ratione ciuili*, quod *patriam poteſtatem* in eum habeat; tum ex *ratione canonica*, quod *fauor fidei Chriſtianæ* pro conuerſo militet, idem ſine dubio in caſu inuerſo reſponſurus, ſi *mulier* ad fidem Chriſtianam tranſiiſſet. Quia vero ſupra monui, inuito patre liberos non eſſe ad baptiſmum rapiendos, dubium occurrit, an inter proteſtantes huic deciſioni ſtandum ſit? Equidem ſi pater infidelis coniugem fidelem poſt conuerſionem haud deſeruit, ſi eidem adhuc cohabitat, patri directio & poteſtas in liberos ſalua manere debet; ſi vero eam vel domo eiecit, vel malitioſe deſeruit, vel alias ei cohabitare renuit, prout plerumque contingit, apud *matrem* nutriendi & educandi ſunt, *expenſas patre præbente*, vt dicitur in *nou.* 117. *c.* 7. quæ etiam ad hunc caſum non inepte applicatur.

Quæ ſint conuerſis omittenda?

§. LXVIII. Quoniam autem hoc modo contingere poteſt, vt quæ ante *conuerſionem* permiſſa fuere infidelibus, poſt eam in delictum tranſire videantur, Chriſtianis quippe vetita; inde paucis videndum, quousque ad eorum *omiſſionem* conuerſi teneantur? Et quidem quæ ſine vlla difficultate omitti poſſunt, veluti ne *die ſolis* laborent, quæ itidem ex legibus eccleſiaſticis facienda ſunt, ad ea omittenda vel facienda obligantur. Aſt quia nonnulla non ſine ſumma *difficultate* omitti, vel quæ iam legitime contracta ſunt, non ſine iniuſtitia diſſolui poſſunt, maior inde difficultas ſubnaſcitur. Ea ipſa potiſſimum in *matrimonio*, olim ſecundum ritus infidelium contracto, conſpicitur, quod tamen ſæpe contra doctrinæ noſtræ rationes eſt. Quid ergo ſi alter vel vterque coniugum ad fidem conuertantur, an matrimonii vinculum, legibus noſtræ religionis contrarium, diſſoluitur?

§. LXIX.

Digitized by Google

§. LXIX. Tres hic potiſſimum caſus adducit pontifex in *c.* 8. & 9. *cit. X. de diuortiis.* *Primus* eſt, ſi in gradu prohibito matrimonium contractum, veluti *cum fratrum viduis*, quem caſum pontifex in *c.* 9. *cit.* adducit. Iam olim GREGORIVS M. *lib. XII. epiſt.* 31. conſultus reſpondit: *vt in gradu prohibito coniuncti non ſeparentur, aut communione eccleſiæ ideo priuentur.* Eandem ſententiam ſequitur INNOCENTIVS III. *cit. l.* addens rationem, *quod per ſacramentum baptiſmi non diſſoluantur coniugia, ſed crimina dimittantur.* Addi poteſt hæc ratio, quod obligatio legis ad hunc caſum plane extraordinarium applicari nequeat, durumque foret, bene concordata matrimonia, conuerſione ſecuta, dirimere. *Alter* caſus eſt de *polygamia* deſumtus. Equidem inter nos in gente iudaica hic exiſtere nequit: poteſt tamen inter orientales contingere, inter quos etiam principes Europæi ſuos habent ſubditos. Quid ergo ſi *maritus polygamus* inter Malabaros, qui plures vxores ducere poſſunt, conuertatur, an omnes retinere poteſt, an vero vni tantum adhærere, ceteras vero & quasnam dimittere tenetur? Reſpondet pontifex in *c.* 8. *cit.* polygamiam eſſe contrariam *Chriſtianæ fidei*, adeoque cum *conuerſione* ſtare haud poſſe. Idem quoque defendit B. STRYK. *in not. ad ius eccleſ. Brunnem. lib. II. c.* 17. §. 30. quod conuerſus peccatum hoc emendare & ſecundum *ius diuinum* viuere debeat, qua de cauſa *prior* ducta retinenda, *poſterior* dimittenda, cum illa prærogatiua iuris gaudeat. *Tertius* caſus eſt, ſi infidelis ante conuerſionem ſecundum leges, quibus tunc viuebat, vxorem dimiſit, quam dimittere non potuiſſet ſecundum doctrinam Chriſti. vtrum conuerſus eam recipere teneatur? Pontifex diſtinguit, vtrum vterque coniugum, an autem alteruter convertatur? Priori caſu, re adhuc integra, v. c. antequam maritus aliam duxerit vxorem, dimiſſam recipere cogitur, quam ſe iniuſte dimiſiſſe nouit; non vero ſi iam aliam duxerit, vel illa ab alio ducta eſt. Poſteriori putat pontifex, viuente ea, maritum conuerſum non poſſe aliam ducere, niſi illa renuat ei cohabitare, aut ad eum reuerti, quia tunc ob *deſertionem* vinculo coniugali ſolutus eſt, id quod vt plurimum contingit.

Non diſſoluitur tamen matrimonium in gradu prohibito antea contractum.

An polygamia diſſolvenda?

An conuerſus vxorem antea dimiſſam recipere teneatur?

§. LXX. Denique ex *poteſtate eccleſiæ*, in quam per baptiſmum tranſiiſſe dicuntur, illud quoque deducunt, quod cogi in poſterum poſſint, vt fidem Chriſtianam retineant. Ita cenſuere patres in *concilio Toletano IV. c.* 59. apud HARDVIN. *tom. III. concil p.* 590. & GRATIANVM *c.* 94. *de conſecrat. D.* 4. aientes: *Plerosque ex iudæis, qui dudum ad Chriſtianam fidem promoti, nunc blasphemantes in Chriſtum, non ſolum*

Cogi poſſe cenſent conuerſos, vt fidem Chriſtianam retineant.

Digitized by Google

ſolum iudaicos ritus perpetraſſe noſcuntur, ſed etiam abominandas circumciſiones exercere præſumſerunt. De quibus conſultu piiſſimi ac religioſiſſimi domini noſtri Siſemundi regis hoc ſanctum decreuit concilium, vt huiusmodi transgreſſores pontificali auctoritate correcti ad cultum Chriſtiani dogmatis reuocentur: vt quos propria voluntas non emendat animaduerſio ſacerdotalis coërceat. Ii autem, quos circumciderunt, ſi filii eorum ſunt, a parentum conſortio ſeparentur: ſi ſerui, pro iniuria corporis ſui, libertati tradantur. Ratio huius deciſionis in promtu eſt, quia, qui ſemel ſub *iurisdictionem eccleſiaſticam* venere, in eos *eccleſia* ſeu *clero* idem ius *cogendi* competit, vt in hæreticos ceterosque apoſtatas. In primitiua eccleſia *lapſi*, qui a fide Chriſtiana deſciuerant, non *minis* aut *coactione* reducebantur, ſed *ſeria adhortatione*: hac admiſſa, *pœnitentiæ publicæ* ſubiiciebantur, & ægre recipiebantur, niſi demum ſeriæ pœnitentiæ documenta edidiſſent, quod vel CYPRIANI ſcripta demonſtrant. Imperio ſacro in eccleſia formato & ſtabilito, omnia ad ſchemata politica compoſita, & per vim coactiuam in rebus *fidei* & *conuerſionis* agi cœptum eſt. Hinc grauiſſimæ pœnæ in *apoſtaſiam* conſtitutæ in vtroque codice *tit. de apoſtatis*, quæ etiam his applicatæ, qui ad priſtinos reuertuntur errores, per *nouell. Leon. 55. inf.* quia hi æque *apoſtaſiam* committunt. Defendit easdem pœnas GEORGIVS HENRICVS LEHMANN *diſſ. de iur. apoſtat.* Helmſtadii habita, quæ materia tamen admodum diffuſa eſt, vt hic examinari nequeat, commodiori reſeruanda occaſioni.

De iuribus eorum ſpecialibus.

§. LXXI. Vidimus *obligationem conuerſorum* quoad *ſacra*: paucis de *iuribus* eorum ſpecialia quædam tangenda ſunt. Qui ſunt membra eccleſiæ, ab eius præfectura quoque excludi nequeunt. Verum non facile neophyti ad *epiſcopatum* eligendi. Suadit id olim PAVLVS I *Tim. III.* nec ſine ratione, quoniam non ſatis ſemper in fide firmati erant. dem in conciliis paſſim inculcatum, & a patribus approbatum, cuius veſtigia collegit GRATIANVS in *c.* 1. & 2. *D.* 48. *c.* 9. *D.* 61. Conf. *concil. Laodic. c.* 3. apud HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 782. CLAVDIVS ESPENCAEVS *lib. II. digreſſ. c.* 12. *p.* 204. RICCIVLLVS *de neophyt. c. II. ſeqq.* THOMASSIN. *P. II. de vet. & nou. eccl. diſcipl. lib I. c.* 62. §. 18. *ſeqq. c.* 85. 86. 87. vbi copioſiſſime antiquorum placita de *neophytis* refert, illuſtratque egregie. Sicuti vero huiusmodi diſpoſitiones ſine dubio intelligendæ ſunt de recenter *conuerſis*, ita *conuerſi* non abſolute repelluntur a beneficiis eccleſiaſticis, ſed etiam ad canonicatus admittuntur iuxta *c.* 7. *X. de reſcript.* vbi pon-

pontifex Tornacenſi epiſcopo ita reſpondet: *Pro eo, quod iudæus extiterit, ipſum dedignari non debet.* Multo minus repellendi ſunt, qui a iudæis originem trahunt, quamuis alias ab hæreticis deſcendentes irregulares habeantur, cum hos fere maiori odio proſequantur, quam infideles. Conf. GONZALEZ. *ad cit. c.* 7. *n* 9.

§. LXXII. Quemadmodum vero *fidei fauor* inſignis fuit, odium vero ἀπιστίας & idololatriæ quoad *infideles* itidem in eccleſia propagatum eſt; ita ſtatus *fidelium* & *infidelium* in multis diuerſa iura accepit, & infinita in *fauorem fidei* & *conuerſionis* ſunt conſtituta contra ius commune. Neminem cogi poſſe ad rem ſuam vendendam, & ſic ad mancipia dimittenda, tralatitium eſt. Fauor *fidei & conuerſionis* mox exceptionem format, adſtringitque dominum, vt ea dimittat. Iam ſupra notaui, iudæos Chriſtiana mancipia habere non poſſe. Idem quoque in *c.* 1. *X. de iudæis* ad eum caſum extenſum, ſi Chriſtianus fieri deſiderat, vt, datis duodecim ſolidis, quicunque Chriſtianorum ſeu ad ingenuitatem, ſeu ad ſeruitium ea licentiam habeat redimendi; id quod deſumtum eſt ex *concilio Matisconenſi I.* de anno 581. *c.* 16. apud HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 553 & GRATIANVM *c.* 18. *D.* 54. Idem iam cenſuit GREGORIVS in *c.* 15. *D.* 54. conſtituitque, *ne ſi de iudæorum ſeruitio, non ſolum iudæus, ſed etiam quisquam paganorum fieri voluerit Chriſtianus, poſtquam voluntas eius fuerit pateſacta, hunc ſub quolibet ingenio, vel argumento, cuipiam iudæorum vemundandi facultas ſit, ſed is, qui ad Chriſtianam conuerti fidem deſiderat, defenſione epiſcopi in libertatem modis omnibus vindicetur*, vt tamen dominus ſeruetur indemnis, ſi Chriſtianus emtor intra tres menſes pretium ſoluere velit, imo ſi poſt tres menſes, quo a gentili comparatus eſt, voluntatem ſuam declarauerit, mox ad libertatem perduci debet, quod hunc non ad *vendendum*, ſed ad *ſeruiendum* ſibi dicatur comparaſſe. Idem repetitum in *concilio Toletano XII. c.* 9. apud GRATIANVM in *c.* 17 *D.* 54. & *c.* 19. *X. de iud.* vbi GREGORII ſententia expoſita eſt. Maius priuilegium addidit IVSTINIANVS in *l.* 56. §. 3. *C. de epiſc. & cleric.* decreuitque, vt, *ſi quis ex iudæis, vel paganis, aut hæreticis habuerit ſeruos nondum catholicæ fidei ſanctiſſimis myſteriis imbutos. & pradicti ſerui deſiderauerint ad orthodoxam fidem venire, poſtquam catholicæ eccleſiæ ſociati fuerint, in libertatem modis omnibus ex præſenti lege eripiantur, & eos tam iudices prouinciarum, quam ſacroſanctæ eccleſiæ defenſores, nec non beatiſſimi epiſcopi defendant, nihil pro eorum pretiis penitus accipien-*

Mancipia ad conuerſionem adſpirantia manumittenda,

imo ex lege Iuſtiniani mox libera fiunt.

tibus dominis. Quod si forte posthac etiam ipsi domini eorum ad orthodoxam fidem conuersi fuerint, non liceat eis ad seruitutem reducere illos, qui eos ad fidem orthodoxam præcesserunt. Sed si quis talia vsurpauerit, pœnis grauissimis subiacebit.

Non tamen si in seruitio fidelis domini fuerint.

§. LXXIII. Inde simul iudicium ferri potest de eorum doctrina, qui *mancipia conuersa* indistincte in libertatem vindicant, qua de quæstione plenius agit B. Dn. LVDOVICI *diss. de effectu baptismi iurid. §. 5. & seqq.* Vt plurimum qui hanc sententiam defendunt, ad textus iam adductos prouocant, mirifice tamen omnia confundunt. Distinguendum videlicet est, vtrum in seruitute domini *fidelis* an *infidelis* conuertendi fuerint? posteriori casu facilius ad libertatem peruenire poterant, non tamen absolute ex doctrina *antiquorum canonum* liberi olim fiebant, sed tunc demum, si dominus Christianus eos pretio redimere paratus erat, qui in eo casu seruum sub suam redigebat potestatem. Multo minus ergo priori casu asseri poterit, mancipia in potestate dominorum christianorum existentia per *conuersionem* seu *baptismum* ad libertatem *ipso iure* deduci, vt plenius docet B. THOMASIVS *quæst.* 8. *ad diss.* 15. & 16. *de ratione status.* Imo experientia recentior testatur, mancipia Turcica etiam post conuersionem ad fidem Christianam in statu suo pristino perdurasse, cum nulla ratio, ob quam necessario manumitti debeant, adferri possit. Nec in ecclesia primitiua, quæ exuberantissima charitate & fide excelluit, coacti sunt domini fideles, mancipia post *conuersionem* manumittere, vt docet PAVLVS. *Ephes. VI*, 9. Quin 1 *Timoth. VI*, 2. diserte docet, seruos post conuersionem sub prætextu *fraternitatis christianæ* dominos suos haud spernere, sed potius cum maiori fidelitate eis seruire debere. Nec, quod PAVLVS *epist. ad Philemon. v.* 16. adfert, contrariæ sententiæ fauet, qua admonet PHILEMONEM, vt ONESIMVM seruum fugitiuum, a se conuersum, recipiat, non vt *seruum*, sed tanquam *charissimum fratrem.* Hæc verba id tantummodo indicant, seruitutem ex charitate Christiana temperandam, nec, more gentili, permissu etiam legum Romanarum, cum eo vt *fugitiuo* agendum esse, qui atrocissime olim habebantur, vt docet *tit. D. de fugitiu.* Præcauet id vnice PAVLVS, quod summo iure in eum statuere poterat PHILEMON, quod tamen ONESIMO iam remittendum erat ex *christiana charitate.* Similiter nec leges hanc manumissionem imperant, nec ratio aliqua eam suadet, quin potius metuendum est, ne domini auari potius impediant conuersionem mancipiorum, quam promoueant, animaduertentes iacturam mancipii sui sibi imminere. Quæ de cetero

Digitized by Google

cetero in contrarium afferuntur ex constitutionibus PII V. & PAVLI III. resoluit B. THOMAS. *cit. l.* §. 8.

§. LXXIV. Olim sane infideles *conuersi* nihil adeo ex conuersione lucrabantur, vt potius, quod praua consuetudo introduxerat, sæpe *iacturam omnium bonorum* paterentur. Liquet id ipsum ex *c.* 5. *X. de iud.* desumto ex *concilio Lateranensi III.* de anno 1179. *c.* 26. apud HARDVIN. *tom. VI. P. II. concil.* p. 1683. quo ita cautum fuit: *Si qui præterea DEO inspirante ad fidem se conuerterint christianam, a possessionibus suis nullatenus excludantur, cum melioris conditionis ad fidem conuersos esse oporteat, quam antequam fidem susceperint, habebantur. Si autem secus fuerit factum, principibus seu potestatibus eorundem locorum iniungimus, sub pœna excommunicationis, vt portionem hereditatis suæ & bonorum suorum ex integro eis faciant exhiberi.* Sed nec ita consuetudo hæc irrationabilis desiit, prout CAROLI VI. Francorum regis *diploma* de ann. 1393. *apud* IOH. MABILLON. *tom. III. analect. p.* 485. *edit. in fol.* docet huius tenoris: *Carolus DEI gratia Francorum rex. Notum facimus vniuersis præsentibus pariterque futuris, quod cum quadam consuetudine sine vsu, qui in regno nostro plerisque aliis mundi climatibus diutius inoleuit, seu aliter a priscis dicatur temporibus hactenus obseruatum, quod dum aliqui sectæ iudaicæ abinde curant recedere, spiritu illuminati diuino, ac erroris limitibus derelictis, euulsisque squamis perfidæ cæcitatis inhærent fidei orthodoxæ, sacrique baptismatis recipiunt sacramentum; bonis, quæ præ habebant, nudantur omnino, & sic suis viduati rebus efficiuntur & remanent pauperes & inopes. Vnde interdum accidit, quod tales, qui antea locupletes, se cernunt egenos, & quosdam ex eis vitam quasi quærere mendicatum, in pristina deuia relabuntur, ad vomitum damnabiliter remeando, in suarum prob dolor animarum perniciem, opprobriosumque scandalum legis nostræ, ac totius populi Christiani. Nos antehabita deliberatione & consilio præmaturo, affectantes iam dictis dispendiis & inconuenientibus posse tenus obuiare, ac aduertentes, quanta sit in excelsis in perditæ ouis recuperatione iucunditas, certisque aliis considerationibus excitati, harum serie literarum edicimus, ordinamus, constituimus, irrefragabiliter sancimus, quod deinceps, cum aliquos vtriusque sexus iudæos regnum nostrum, tam in Gallica, quam in Occitana, proxime, longius vel in posterum incolentes, continget sancti Spiritus infusione & gratia illustrari, ac sacri fontis vnda renatos, apertis luminibus cordium eorundem, suum verum cognoscere creatorem; per huiusmodi operationem tam salubrem & meritoriam adeoque laudandam,*

Olim conuersorum bona confiscabantur.

dam, quæ ſingulis ſic agentibus debet fore vtilis, non nociua, nullis ſuis mundanis rebus aut bonis debeant aliqualiter ſpoliari; etiam nec quouis modo priuentur quantorumcunque exiſtant pretii & valoris: quin potius easdem res & bona habere, tenere, & explectare, de ipſisque plene & libere ad ſuum diſponere libitum valeant, ſibique ſit licitum & permiſſum perinde ac ſi poſt præmiſſum actum bona & res acquiſiuiſſent prædictas, aut ad eos iuſtis ex titulis perueniſſent, prætacta conſuetudine ſiue vſu, nec non conſtitutionibus, ordinationibus & ſtatutis generalibus aut localibus regni noſtri iam dicti, ac defenſionibus, & mandatis contrariis nullimode obſtantibus in hac parte. Subiungit vir doctiſſimus MABILLONIVS, ſe alias eiusdem argumenti literas poſſidere *de anno* 1381. quibus iudæus quidam nomine IOSEPHVS DE VESOV, poſt baptiſmum publicatione bonorum affectus, partem eorum dono regio recepit, aliis in priuatos quosdam erogatis.

Moris huius ratio.

§. LXXV. Natus forſan hic prauus mos inde videtur, quod creditum fuerit, bona ante baptiſmum quæſita ex *iniuſto lucro*, vſuraria prauitate, aliisque *titulis illicitis* acquiſita præſumi, adeoque a recenter conuerſo ſalua conſcientia retineri non poſſe, quin potius, quod ſcelere acquiſitum, a fiſco vindicari debere. Colligo id ex diſpoſitione *concilii Baſileenſis ſeſſ* 19. *c.* 6. quæ indicant, ne eo quidem tempore, ſc. 1434 morem antiquum deſiiſſe. Indicant id patres his verbis: *Si quis iudæorum ad fidem catholicam conuerti voluerit, bona ſua, quæcunque habet mobilia & immobilia, ei intacta illæſaque permaneant. Quod ſi huiusmodi bona ex vſura aut illicito quæſtu fuerint acquiſita, ac notæ ſunt perſonæ, quibus foret de iure reſtitutio facienda (quia non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum) illis reſtitui omnino oportet. His vero perſonis non extantibus, quia talia per manus eccleſiæ in pios eſſent vſus conuertenda, hæc ſancta ſynodus vicem gerens univerſalis eccleſiæ in fauorem concedit ſuſcepti baptiſmatis, tanquam in pium vſum, apud ipſos remanere debere: ſub pena diuini anathematis interdicens tam eccleſiaſticis quam ſecularibus, vt nullam ſuper his quouis quæſito colore moleſtiam inferant, aut inferri patiantur; ſed magnum ſe feciſſe lucrum exiſtiment, dum tales Chriſto lucrati fuerint.* Mitior hæc videtur eſſe ſanctio antiqua illa conſuetudine adducta; in effectu tamen eccleſia, ſi ſtricto iure vti vellet, ſibi *ius confiſcandi* competere contendit. Obſeruat id ipſum clariſſimus BASNAGE *dans l'hiſtoire des Juifs tom. IX. P. II. c.* 33. §. 4. *p.* 910. aitque: *Ce réglement eſt ſingulier; car l'egliſe n'a point le droit de s'approprier les biens des particuliers, prin-*

Digitized by Google

principalement lors qu'ils ſont acquis, avant qu'on ſoit entré dans l'egliſe, & dans le tems de l'ignorance. Si l'egliſe a ce droit, elle ne peut l'exercer au préjudice des enfans, & des heritiers de ceux, à qui la reſtitution eſt due. Enfin, on mettoit par là un obſtacle à la converſion des Juifs, en leur arrachant, ce qu'ils avoient acquis.

§. LXXVI. Ceterum quoad ſtatum *dignitatis* maiorem conuerſis indulſerunt prærogatiuam. Supra iam notatum eſt, infideles *leuis notæ macula* aſperſos cenſeri, quæ a nonnullis *canonica infamia* dicitur, quod fama eorum diminuta ſit apud *clericos* tam diu, quam diu haud fuerint conuerſi. Vid. GONZALEZ *ad c.* 54. *X. de teſtib. n.* 2. Tollitur hæc macula per *emendationem vitæ* ſeu *conuerſionem*, vt in *cit. c.* dicitur, efficitque, vt inter *honeſtos* reputandi ſint. Sic in *concil. Tolet. XVI. de anno* 693. *c.* I. apud HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 1794. de conuerſis ita dicitur: *id æquitatis ordo depoſcit, vt, qui fide Chriſti decorantur, coram hominibus nobiles atque honorabiles habeantur.* In *concil. Baſileenſi cit. l.* hoc vlterius extenſum his verbis: *& quoniam per gratiam baptiſmi ciues ſanctorum & domeſtici DEI efficiuntur, longeque dignius ſit regenerari ſpiritu, quam naſci carne, hac edictali lege ſtatuimus, vt ciuitatum & locorum, in quibus ſacro baptiſmate regenerantur, priuilegiis, libertatibus & immunitatibus gaudeant, quæ ratione duntaxat natiuitatis & originis alii conſequuntur.* Inde mouit RICCIVLLVS *tr. de neophyt. cap.* 8. hanc quæſtionem: *vtrum neophyti debeant cenſeri inter nobiles, an vero ignobiles?* cenſetque *n.* 3. eos, ſi nobiliter viuant, accipere nobilitatis gradum primum, ex hoc lepido argumento, quod ſicuti plebeius a ſenatore adoptatus conſequatur nobilitatem, adeo vt dicatur filius ſenatoris, ita multo magis ſufficere debeat baptiſmus, qui illum facit Chriſti filium. Hic merito dici poſſet: *ſi tacuiſſes, philoſophus manſiſſes.* Sed infinitæ eiusmodi argumentationes vbiuis fere in huius ſortis ſcriptoribus obuiæ ſunt, ex quibus non potuere non infiniti propullulare errores. Id facile admiſerim, poſt conuerſionem infideles ad *collegia opificum*, aliasque *dignitates* adipiſcendas habiles fieri, a quibus ante conuerſionem ob ſtatum quodammodo inquinatum erant excluſi: quin etiam hoc æquum eſt, vt a cenſu aliisque exactionibus, quibus iudæi ſubiecti ſunt, poſt conuerſionem liberentur, quod etiam *concil. Tolet. XVI. cit. l.* conſtituit; aſt vt præterea *ſingularem dignitatis ſtatum* conſequantur ex ſola conuerſione, nulla euincit ratio.

Omnis macula per conuerſionem tollitur,

& conuerſi inter honeſtos referuntur:

ad dignitates admittuntur.

& officia publica.

§. LXXVII. Equidem a quibusdam in dubium vocatum fuit, teste RICCIVLLO *de neoph. c.* 5. vtrum conuersi etiam ad *publica officia* promoueri possint? Recenter conuersos ægre admittendos esse iudicat, 1) quod talibus committere officia publica, res periculi plena sit: 2) quod de probitate vitæ conuersi non satis constet, adeo, vt ne quidem existimandus sit integræ fidei aduersus fidelem, sed a testimonio repellendus sit. Qui autem iam dudum baptizati, & inter christianorum consortia bene versati sunt, eos rectissime ad munia publica admoueri posse statuit *cit. l. n.* 9. *sqq.* Equidem de *officiis sacris* hic non est quæstio, a quibus vt plurimum *neophyti* repelluntur, vt supra obseruaui. De officiis *secularibus* nulla quidem occurrit legis prohibitio, non tamen confundi debent regulæ *prudentiæ* cum *regulis iuris.* Hæ conuerso non amplius resistunt: sæpe illæ, non quod neophyti, sed quod plerumque inhabiles sint infideles, & inprimis iudæi, quibus officia publica commendari queant. Ita enim, teste experientia, instituuntur iudæi, vt rarius partes reipublicæ illis concredi possint, quæ non nisi optime instructos & variis scientiarum doctrinis imbutos admittunt. Pro captu ergo eorum statuendum, quænam eis committi possint munia. Rationes Ricciullianæ admodum ieiunæ sunt, ostenduntque, sæpe minus firmatos in fide christiana, rudes & inermes admitti ad baptismum, antequam de *sincera* eorum *conuersione* satis constet. Hoc præcauendum, id quod si fit, nihil impedit, quo minus, quatenus alias habiles sunt, muneribus publicis præfici queant.

Sæpe tamen inepti sunt ad officia publica.

Notatur defectus communis, quod rarius conversis de idoneo vitæ genere prospiciatur.

§. LXXVIII. Rarius tamen conuersis hodie de idoneis vitæ subsidiis, nec de *commodo vitæ genere* prospici, experientia testatur. Plerique, postquam conuersi esse dicuntur, otio tempus consumere, & eleemosynas colligere coguntur, cum nec quæstui, cui ante conuersionem *more iudaico* dediti erant, amplius incumbere debeant, nec aliud vitæ genus eligere possint, ad quod vel inidonei censentur, vel quod ipsimet ob pigritiam eligere recusant. Hinc testimoniis conuertentium ampliſſimis præditi dimittuntur, quibus de ciuitate in ciuitatem ambulant, & mendicantes aliis graues sunt, putantes, se iam priuilegium libere mendicandi & otiosam agendi vitam nactos fuisse. Etiam hoc ipsum inter næuos & impedimenta, quibus conuersio infidelium sistitur, referendum, quod imperantes summi, quibus cura conuertendi infideles incumbit, huc sollicitudinem suam haud dirigant, vt *conuersi* mox post conuersionem eo adigantur, vt idoneum vitæ genus eligant, & ad id statim

Digitized by Google

ſtatim præparentur. Daintur vbique infinita vitæ genera, ad quæ facile applicari & præparari poſſent, ſi maiori prouidentia & ſolertia id illi, quorum res eſt, agerent, & collegia certa inſtituerent, quæ conuertendorum vel conuerſorum curam gererent. Quamdiu id negligitur, non alios, quam otioſos & deſides recipimus conuerſos, qui non raro tandem furum ſocietati ſeſe adiungunt, & ſub prætextu *conuerſionis* deteriores redduntur, vel rurſus ad prius lutum reuertuntur. Equidem *in concil. Baſil. ſeſſ. XIX. c.* 6. ita cautum: *Ipſi quoque diœceſani non ſolum chriſtianos ad ſubueniendum illi adhortentur; ſed tam de reditibus eccleſiarum, prout poterunt, quam de bis, quæ ad pauperum vſus per ipſos conuertenda deuoluuntur, huiusmodi neophytos ſuſtentare non negligant;* nec negandum eſt, hoc praxi primitiuæ eccleſiæ admodum conforme eſſe, qui inprimis *pauperum conuerſorum curam* habuere, & cauebant, vt ex penu eccleſiæ alerentur, *Act. VI*, 1. *ſeqq.* quorum exemplum etiam ſupra adduxi atque commendaui. Verum hæc miſericordiæ opera tantum *pietatis ſubſidia* eſſe debebant, illis potiſſimum indulgenda, qui aliunde ſe ſuſtentare nequeunt; iis vero deneganda, qui laborare, vel idoneum vitæ genus eligere, cum poſſent, recuſant. Hæc tamen hodie vix amplius recuſari poſſunt, poſtquam in pleriſque rebus publicis deſunt ordinationes idoneæ, quibus conuerſis proſpicitur.

§. LXXIX. HENRICVS III. rex Angliæ anno 1234. teſte MATTHAEO PARIS in *hiſt. Angl. ad cit. ann. p.* 332. ex more illorum temporum, quæ tot monaſteria *pro redemtione animæ* ædificabantur, intra eiusmodi clauſtrum colligendos, & publice alendos conuerſos eſſe cenſuit, *domumque conuerſorum* Londini conſtituit, *ad quam confugientes iudæi conuerſi, relicta iudaismi cæcitate, ſub quadam honeſta viuendi regula, certum haberent in vita ſua domicilium, tutum refugium, & ſufficiens vitæ ſuſtentamentum, ſine ſeruili labore, & fœnoris emolumento. Vnde factum eſt, quod in breui congregatus eſt ibidem conuerſorum numerus copioſus, & ibidem baptizati & chriſtianorum lege inſtructi viuant laudabiliter, perito rectore ad hoc ſpecialiter deputato gubernati.* Obſeruat præterea CANGIVS in *gloſſar. voc. conuerſi ex* PRYNNEO *in libert. eccl. Angl. tom. III. p.* 835. reges primo conuerſis victum & amictum contuliſſe; verum cum iis impenſis ob ingruentia bella ſufficere minus poſſent, eorumque numerus ſat magnus eſſet,

Inde alicubi domus conuerſorum erectæ, in quibus aluntur.

Digitized by Google

in abbatias & monaſteria ſingulatim illos amandaſſe, a quibus ad victum neceſſaria perciperent. Hæc cura pro *conuerſis* non improbanda penitus; ad minimum oſtendit, olim haud ita poſt *conuerſionem* derelictos fuiſſe, vt quidem hodie. Quemadmodum vero circa vitam eiusmodi monaſticam plura monenda ſunt, præcauendumque, ne his, qui *otii* gratia ad fidem noſtram prouolant, aſylum præbeamus; ita tutiora facilius inſtituta in rebus publicis adornari poſſent, quæ conuerſos ad tale vitæ genus eligendum, vnde ſe ſuosque alerent, inducere valerent, quod modis omnibus his, quorum res eſt, commendamus.

An liberi conuerſi a patria poteſtate ſint liberati?

§. LXXX. Præterea *conuerſioni* hunc effectum tribuunt, quod filios ad fidem Chriſtianorum transeuntes a patria poteſtate liberet, quia per baptiſmum homo dicitur *noua creatura* fieri. FERMOSIN. *ad c. 5. X. de iud. qu. 5. n. 3. & 4.* MARQVARDVS de SVSANNIS *de iudæis & aliis infidel. P. 3. c. 4. n. 8.* RICCIVLLVS *lib. II. de iur. pers. extra grem. eccl. exiſt.* c. 29. *n.* 5. Ratio adducta admodum iciuna eſt; magis concludit, quam adfert RICCIVLLVS *cit. l. n.* 6. quod Chriſtianus non debeat eſſe ſubiectus poteſtati illius, de quo ſuſpicio eſſe poteſt, quod illum ad *infidelitatis errorem* deducturus ſit. Verum hæc ſuſpicio per ſe non tollit patriam poteſtatem in totum, ſed tantum efficit, ne ad *exhibendos liberos* agere pater poſſit; proinde ſicuti ob *nequitiam patris* conſtitui poteſt, vt *ſine diminutione patriæ poteſtatis* apud alium filius moretur; *l. 3. §. 5. D. de liber. exhib.* ita quoque idem in hoc caſu recte per magiſtratum decernitur, vt tamen filius conuerſus non ſtatim *ſui iuris* fiat. Quodſi præterea pater infidelis filio inſidias ſtruat, & variis peſſimis machinationibus, vt fieri ſolet, ipſi moleſtus ſit, *maleque contra pietatem filium adficiat*, tunc demum recte cogi poteſt pater ad filium emancipandum, *l. f. D. ſi a parent. quis manum.* quia *abuſus patriæ poteſtatis* merito omne ius patri in filium adimit. Reliqua iura, quæ alias liberis debentur, etiam conuerſis ſalua manent, veluti quod illis debeantur alimenta, filiæ dos, ſucceſſio ab inteſtato, & quod ob conuerſionem exheredari a patre non poſſint, & quæ ſunt alia, quæ non adeo dubitationem recipiunt, vid. BARBOSA *ad c. 5. X. de iud. n. 3 ſq.*

An conuerſis ſtatim a parentibus viuentibus debeatur legitima?

§. LXXXI. Huic ſimilis fabula eſt, quod liberis conuerſis debeatur ſtatim *legitima* a parentibus viuentibus, cum alias legitima viuentis non detur. BERL. *P. III. concl.* 14. *n.* 31. Addit CARPZ. *P. III. C.* 12. *def.* 12. hanc rationem, quod iuſte metuendum ſit, ne pater

Digitized by Google

pater omnem ſuam ſubſtantiam in odium filii conuerſi alienet, & ita hoc modo eum debita portione defrauder, quod etiam approbant RICCIVLLVS *cit. l. n.* 13. DIETERICH *de iur. & ſtatu iudæor. in republ. chriſtian p.* 415. aliique plures a BERLICHIO *cit. l.* allegati. Verum nulla ſolida iuris ratione hæc ſententia defendi poterit, vt recte cenſuit B. THOMAS *diſſ. de legitima viu. c.* 1. § 7. *ſqq.* Qui *ius* hoc *ſingulare* fingunt, fere vnice *odio infidelium* ducuntur, ſine legum aſſiſtentia, absque quibus tamen *ius ſingulare* conſtitui non poteſt. Fraudis conſilium, quod a patre infideli imminere creditur, liberis nullum ius tribuit, petendi a patre viuente legitimam; ſed tantum efficit, vt poſt mortem parentum iis ius competat reuocandi hæc bona in fraudem legitimæ alienata. *l. f. D. ſi quid in fraud. patroni.* Poteſt pater in fraudem legitimæ multa facere, etiamſi liberi religionem haud mutauerint, nec tamen ea de cauſa liberis conceſſum eſt, ob eiusmodi ſuſpicionem ſtatim a patre adhuc viuente legitimam petere, ſed demum poſt eius mortem *querela inofficioſi* vel *alia ſimili* agere.

§. LXXXII. Adhuc fauorabilior eſt effectus conuerſionis, quem nonnulli fingunt, quod ob delicta ante conuerſionem commiſſa puniri non poſſit conuerſus. IVL. CLARVS §. *fin. qu.* 51. *n.* 19. aliique a TIRAQVELLO *de pæn. temper. vel remitt. c.* 25. *n.* 2. laudati. In hunc errorem incidiſſe videntur, quod legerint, per baptiſmum *crimina dimitti*, vt in *c.* 3. *D.* 26. dicitur, & reperit pontifex in *c.* 9. *X. de diuort.* conuerſo tanquam *nouo homini*, nec ſtupra, nec alia, quæ antea fuerunt, imputari, nec ei obeſſe, vt ait HIERONYMVS in *c.* 1. *D.* 26. in baptiſmo relaxari quod culpæ eſt, *c.* 4. *D.* 26. totum aboleri id, quod ante baptiſmum peccatum, & velut non factum fuerit, haberi *c.* 2. *de conſecr. D.* 4. & quæ ſunt aliæ huius generis formulæ in conciliorum decretis & patrum ſcriptis vſitatiſſimæ. Verum quis non animaduertit, hic aperte *effectum ſpiritualem*, quem *conuerſioni* tribuit S. ſcriptura, trahi ad *forum ciuile*, & a *remiſſione peccatorum* a DEO facta argumentum duci ad *remiſſionem pœnæ criminalis.* Peſſimi latrones, qui vniuerſo generi humano fere bellum indixere, ſæpe hodie ad atrociſſimum ſupplicium trahuntur, ſeriam pœnitentiam agunt, reueraque conuertuntur: quis vero aſſereret, remiſſionem pœnæ criminalis ſequi poſt remiſſionem peccatorum, peracta ſedulo pœnitentia? Ipſe TIRAQVELLVS *cit. l.* quamuis alias multa ſine iudicio colligere, & defendere ſoleat, non tamen potuit adduci, vt eundem errorem cum ceteris erraret, ſed ingenue fatetur, ad-

Pœna per conuerſionem non tollitur.

ductos textus, ad quos prouocare solent, ad *forum pœnitentiale*, vt loquuntur, pertinere.

Iudæorum error circa proselytos.

§. LXXXIII. Iudæi similem, meo iudicio, errorem commisere. Notum est, quod qui ex gentilibus in fœdus diuinum recipiebantur per baptismum, circumcisionem & oblationem, numero proselytorum insererentur. Baptismum Rabbini *regenerationem* dicunt, voluntque, proselytum veluti *infantem recens natum* habendum esse, omnemque eius cognitionem pristinam in ipso baptismo euanuisse, seu desiisse, vt ethnicis ad iudaismum deductis sororum matrumque matrimonio vti liceret. SELDENVS *lib. I. de synedr. c.* 2. BASNAGE *tom. I. annal. ad ann.* 29. §. 13. Tam late *regenerationis* effectum, qui *spiritualis* esse debebat, extendebant, & hic quoque, meo iudicio, ex eadem ratione pœnas criminum antea commissorum tolli existimare debuere. Verum hæc crassior & carnalis philosophia a christianis merito abesse debet.

An conuersus militare possit?

§. LXXXIV. Sed etiam hunc effectum GRATIANVS in *c.* 4. *D.* 52. conuersioni adscribit, quod conuersus post baptismum contra fideles militare haud possit. Probat id ipsum ex *concil. Toletano I. c.* 8. anno 400. celebrato, vbi ita; *Si quis post baptismum militauerit, & chlamydem sumserit, aut cingulum ad necandos fideles, etiamsi grauia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem.* Apud HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 991 desunt verba hæc: *ad necandos fideles*, & sine dubio ab imperito quodam quem GRATIANVS secutus, adiecta, qui *mentem Toletanorum* hoc modo eruere, & clarius exprimere voluisse videtur. Militiam conuersis haud interdicunt, sed ad eum effectum tantummodo ei limites ponunt, ne ad ordines sacros admitti posset, qui post baptismum miles factus erat. *Irregularitatem* quandam ei adhærere credebant patres Toletani, quam sanguinis humani effusio conciliabat; si quis vel maxime ei tantum interesset; proinde hunc effectum respuo reiicioque.

An conuersi habeant privilegia miserabilium personarum?

§. LXXXV. Vltimo loco etiam non omittendum, quod conversis priuilegia *miserabilium personarum* tribuant, eo quod ipsimet inter *miserabiles personas* referendi sunt. DIETERICVS *de iur. & stat. iud. in republ. christ. p.* 144. Sed non aliunde sententiam suam probat, quam auctoritate FELINI & REBVFFI, quorum somnia sine legibus non sequor. Possunt esse *miserabiles*, propterea quod sint orphani, quod in summa egestate viuant &c. sed qua *conuersi* tales non sunt, in sensu iuris ciuilis, cum etiam bonis abundantes fidem christianam recipere possint.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS XXXIV.

DE

VOTO ET VOTI REDEMTIONE.

§. I.

EX *votis* magis iure nouiori *ſtatum monaſticum* æſtimari, quam ex *vita vere aſcetica*, titulo XXXI. iam indicaui; vnde autem hæc rerum metamorphoſis originem traxerit, hoc titulo, quo *votorum indoles* ex ſuis eruenda eſt inuolucris, inquirendum eſt. Neque enim alia de cauſa de *votis* doctrina hic inſpergitur, quam quod *tria vota monaſtica* omne in *monachatu* ferant punctum, peculiarem quaſi *religionem* conſtituant, & inſolitos ſingularesque producant effectus. Neque vero ſatis perſpicue id ipſum intelligi & explicari poteſt, niſi ſimul generalis doctrina de *votis*, in eccleſia Romana vſitatiſſima & admodum practica, perluſtretur, id quod forſan compilator ſua quoque collectione intendit, vt tum *rubrica*, tum *textus ipſimet* manifeſtum reddunt. Connexio.

§. II. VOTVM, tum iuxta BRVNNEMANNVM *lib. II. iur. eccl. c.* 7. §. 1. tum CORVINVM *de perſ. & benef. eccl. P. I. lib.* 3. *tit.* 10. §. 1. eſt *boni operis, præuia deliberatione, libere DEO facta promiſſio, cum animo ſe obligandi DEO.* Paulo aliter B. TITIVS *in iur. priu. lib. IV. c.* 13. §. 5. conſtituens, votum eſſe, ait, *deliberatam promiſſionem DEO vel ob DEVM, ſiue ex pietate, eccleſiæ ſimiliue ſocietati facta.* Hæc definitio etiam *promiſſa eccleſiæ* & ab ea acceptata comprehendit. Equidem quomodo quis ſe *eccleſiæ* obligare poſſit, nullis premitur dubitandi rationibus. Plerique tamen, qui de *votis* agunt, non aliter promiſſa *eccleſiæ* facta huc referunt, quam quatenus vouens DEO ſe obſtrinxit ad aliquid *eccleſiæ* præſtandum, ita vt qui cum eccleſia vel eam repræſentantibus contraxit, non *vouiſſe*, ſed *contractum* iniiſſe; qui autem DEO quid promittit, *votum* nuncupaſſe dicitur. Voti definitio.

§. III. Quid vero eſt, quod homo, creatura abiectæ ſortis, DEO aliquid promittere & offerre poſſit? Quid homo creatori dabit? aut quomodo ſe eidem peculiari obſtringet nexu, qui totus DEI eſſe, atque An homo Deo quid promittere poſſit?

Digitized by Google

atque totus ei viuere debet? Quotidie in precibus Deo cor offerimus: quotidie emendationem morum ſtipulamur: an ergo quotidie vouemus? an preces quotidianæ, ſuſpiria aliaque deuotionis opera ſunt vota? Præterea cui quid promitto, cui me obligo & obſtringo, tale quid offero, vt eius interſit, promiſſum a me præſtari: hac deficiente circumſtantia, vinculum iuris deficit. Ecquid autem DEO omnipotenti promitti poteſt, vt eius interſit, hoc vel illud præſtari? Sunt hæc negotia hominibus propria, quæ ad DEVM non ſine difficultate trahuntur.

Vota ex ritu ſacrificiorum ortum traxere.

§. IV. Hos ſimilesue vt ſoluam nodos, *votorum* verum finem ex antiquiſſima hominum praxi eruere neceſſe eſt. *Voti religionem* & apud fideles antiqui fœderis & apud gentiles *cultus diuini* peculiaris ſpeciem fuiſſe, vel ipſa denominatio *religionis*, voto adiici ſolita, indicat, qua *ſolui* dicebatur, qui id, quod vouerat, præſtiterat. Ritus *ſacrificiorum* huic mori *vouendi* anſam dedit, adeoque ſicut *illa*, ita quoque *vota* fidelibus & infidelibus communia fuere. Quæ *ſacrificiorum* vera cauſa, & *offerentis* vera intentio in ſacrificio antiquitus fuerit, alibi declaratum eſt. Generatim cultum diuinum, eumque *præcipuum*, *ſummum*, atque *auguſtiſſimum* collocabant veteres in *ſacrificiis* atque *oblationibus*, ab exordio mundi mox in vſum deductis. Munera hæc fuere Deo oblata in *fide* & *humilitate*, qua demum Deo accepta erant. Nullis olim vinculis hæc ligata videbatur religio; prout æſtuans ad Deum deuotio impellebat homines, Deo victimam offerebant, vel aliud quid, quod Deo acceptabile credebant.

Sacrificiorum præparatoria erant.

§. V. Quia vero fideles perſuaſiſſimum habebant, ſacrificia DEO in *fide* oblata grata acceptaque fore: ita eadem *deuotionis* praxis *vota* produxit, quo ſe ad Deo quid offerendum obſtringebant, adeoque *ſacrificiorum præparatoria* erant. Supra iam *tit. de decim. §. III.* obſeruaui, oblationes Deo factas fuiſſe vel ex *voluntate* libera, vel ex *voto*. Hoc ſe quis in futurum adſtringebat, vel ad *victimam*, vel ad *decimas* ſimileue quid Deo offerendum pro beneficio quodam a diuina gratia impetrando, vel ad diſcrimina imminentia auertenda. Hæc *votiua ſacrificia* & *oblationes* cultum Dei eo tempore vſitatum reſpiciebant, & hac de cauſa ipſa *vota* religionis argumentum deuotionisque teſſera erant. Tale votum pro felici itineris ſucceſſu a Deo impetrando nuncupat IACOB. *Geneſ. XXVIII*, 20. Simile votum ELIPHAZ, ipſo Moiſe antiquior, memorat *Iob. XXII*, 27. Talium quoque votorum omnis Græcia, & omne Latium plena ſunt. Si diſcrimina ſubeunda; ſi

Inde votiua ſacrificia.

Etiam apud gentiles.

Digitized by Google

ſi arduum ſuſcipiendum erat negotium, optatum ſucceſſum primario a *voti religione*, qua ſe ad certas *oblationes* numini faciendas obſtringebant, ſperandum eſſe, credebant. Hac religione ducebatur CAMILLVS dictator, qui vrbe egreſſus hoc ſuſcipiebat votum: *Tuo ductu, Pythice Apollo, tuo que numine inſtinctus pergo ad delendam vrbem Veios, tibique hinc decimam partem prædæ vouco.* LIVIVS *lib. V. c.* 21. Aliud exemplum voti inter gentiles vſitati refert TERTVLLIANVS *in apol. c.* 12. *p. m.* 108. Infinita alia exempla & votorum formulæ occurrunt, quæ plena manu congeſſit BRISSONIVS *lib. I. de formul. p.* 95. *ſqq.* Habebant hæc ſuas leges, ceremoniasque proprias, in compendio relatas a SAMVELE PITISCO in *lexic. antiq Rom. votum* & PAVL. MERVLA *de ſacrific. Rom. c. VI. §.* 4. Illa autem voto ſolenni numini promittebantur & hoc ipſo conſecrabantur, quæ ſecundum *religionis leges* ei accepta & grata eſſe credebantur, quo ipſo factum, vt varii generis vota, e. c. pro exſtruendis templis, ſacrificiis, decimis aliisque rebus Deo conſecrandis, nuncuparentur.

§. VI. Sacrificiis, lege Moſaica, receptis approbatisque, non poterat non quoque *voti religio* in priſtino manere ſtatu. Quia tamen *ceremonialis cultus* non eadem, vt olim, *libertate* conſtabat, ſed *lege divina* circumſcriptus erat, voti quoque religio, ex eo cultu determinati, peculiares accipiebat limites, vt optime obſeruat CHEMNITIVS *in exam. concil. Trident. p. III. lib.* I. *ſect.* 2. *c.* 6. §. 4. Neque aliter eo tempore fieri potuit; *vota* enim quid aliud erant, quam *certi cultus* Deo exhibendi promiſſio deliberata? Nouum vero *cultum*, reuelatione diuina haud approbatum, voto recipere, & ſe ad alium adſtringere, velle, nefas videbatur. Quamuis vero CHEMNITIVS *cit. l.* contendat, illa, quæ voto promiſſa, fuiſſe vel *moralia*, h. e. mandata, vel *ceremonialia*, ex libero deuotionis affectu producta, & ad ea, quæ lege Moſaica in cultu externo approbata erant, relata; palam tamen eſt manifeſtumque, primario tantum vota directa ad ea, quæ *legis ceremonialis* erant, fuiſſe; cum, quæ *abſolute* mandata erant, quæ intermitti haud poterant, voto nullo indigerent, nec ideo, quod *vota* promiſſa eſſent, obligarent, ſed iam aliunde ſufficientem obligandi haberent efficaciam. Inane erat votum, illorum intermiſſionem ſpondere, quæ prohibita expreſſe erant, veluti de adulterio non committendo, homicidio non perpetrando &c. ſicuti ſuperfluum erat, illa vouere, quæ neceſſario *per legem* facienda erant, vt ſabbathum celebrare, parentes honorare &c. Neque propter hæc, quæ *præcepta* & *prohibita* erant, *votorum* vſus inualuit, ſed propter

Lege Moſaica cum ſacrificiis religio votorum recepta.

Sed limitata.

Vota non fiunt de iis, quæ lege præcepta aut prohibita.

Digitized by Google

ea, quæ *abſolutam neceſſitatem* non habebant, *cultui* tamen *ceremoniali* inſeruiebant, & per *votum* demum in *neceſſitatem* tranſibant. Eius ſententiæ quoque TERTVLLIANVS *de ieiun. c.* II. *p. m.* 550. fuiſſe videtur, aiens: *Illud in medio eſt, quædam ex his officiis a DEO homini imperata, legem conſtituiſſe; quædam ab homine DEO oblata votum expunxiſſe: tamen & votum, cum a DEO acceptatum eſt, legem in poſterum facit, per auctoritatem acceptatoris. Exinde enim faciendum mandauit, qui factum comprobauit.*

Vota erant libera.

§. VII. Proinde *votorum religio* erat *libera* & *ſpontanea*, vt expreſſe cautum *Deut. XXIII*, 22. *Eccleſ. V*, 4. & ita ad *legem ceremonialem*, eiusque praxin aſſiduam habebat reſpectum. Sic vota nuncupabant de ſolenni ſacrificio peragendo, 2 *Samuel. XV*, 7. §. quorſum etiam votum Iephtheum *Iudic. XI*, 30. *ſqq.* referri debet. Hoc ſicuti ab homine Hebræo ſuſceptum, ita ſecundum legem explicandum erat, vtpote cui integrum haud erat, illas DEO vouere victimas, quas lege ei mactare nefas erat, vt optime obſeruat CLERICVS *ad cit. l.* Erant etiam vota de *abſtinendo* ad carnis impetus frangendos, *Num. XXX*, 14. qualia inprimis vota *Nazaræorum* erant, explicata *Num. VI*, 1. *ſqq.* & illuſtrata a SPENCERO *de LL. Hebr. ritual. lib. III. diſſ.* 1. *c.* 6. *ſect.* 1. & CLERICO *in Pentat. ad cit. l.* Huius exempla & veſtigia paſſim occurrunt, vt *Jud. XIII*, 5. 1 *Sam. I*, 11. *Act. XXIII*, 18. *XX*, 24. Præterea aliæ plures res voueri poterant, v. c. ager, domus, pecora, frumentum &c. cum facultate tamen votum redimendi, *Leuit. XXVII*, 2. *ſqq.* qua facta redemtione, res in ſuum reuertebatur ſtatum, quem per votum amiſerat: voto enim fiebat *ſancta, Deo dicata, commercio hominum exemta*, & ita *nullius*.

Sub lege ceremoniali erant cultus diuini ſpecies.

§. VIII. Hæc fuit *votorum* ratio ſub & ante Moſen, imo ſub ipſis etiam ethnicis, quorum ſacerdotes plurima ex fidelium religione decerpſerant & cultu idololatrico adulterauerant. Erat vtique *cultus diuini* ſpecies, quamdiu Deo placuerat, *cultum ceremonialem*, ad certa ſacra externa adſtrictum, ſibi exhiberi. Nec mirandum eſt, PAVLVM adhuc aliosque fideles ex iudæis voto *Nazaræatus* ſe obſtrinxiſſe, *Act. XVIII*, 18. *XXI*, 24. cum ſub ipſis fidei incunabulis fideles ex iudæis, ne quidem apoſtolis exceptis, inſtituta veteris teſtamenti ſollicite obſeruarent. Ananiam quoque & Sapphiram *Act. V.* votum feciſſe ATHANASIVS *de paſſ. & cruc. domin. tom I. p.* 993. *edit. Pariſ.* aſſerit, aiens: *qui cum Deo vota feciſſent, ex votis ſubtraxerant;* ſed ſine omni fundamento; quod liquet ex *verſ.* 4. vbi PETRVS rotunde fatetur, & agrum

&

Digitized by Google

& pretium agri ante *oblationem* fuiſſe in eius libero arbitrio. Offerebat autem *ſubdole* partem pretii in *vſus pauperum* loco integri pretii, quod ſeſe offerre ſimulabat, & ita propter *extremam hypocriſin* puniebatur.

§. IX. Eiusmodi in nouo teſtamento *religio voti* non ita vſum habere amplius potuit, vt in veteri fœdere. Reſtituit enim Saluator ſuo aduentu *libertatem* cultus diuini, voluitque in poſterum potius Deum in *veritate*, quam externis hisce elementis & ſignis *ſpirituque* magis quam *legis vinculis* conſtricta religione inuocandum eſſe, *Ioh. IV*, 23. quod apoſtoli tandem animaduertentes magnopere pro *libertate* hac concertarunt. Cultu hoc ita emendato & reformato, *voti* quoque *religio* exſpirauit, nec vſus eius ad noui fœderis ſimplicitatem accommodatus fuit, qua de cauſa noſtrates recte docent, cultum Dei in nouo teſtamento in *votis* faciendis haud quærendum eſſe, obſeruante CHEMNITIO *cit. l. c.* 7. Nec primæui chriſtiani ea nuncupaſſe, *certo cultu* Deo exhibendo, leguntur, ne quidem *aſcetæ*, duriori quamuis abſtinentia, *voluntaria* tamen, conſpicui. NARCISSVS amore *vitæ philoſophicæ* ſine vllo *voto* ſeſe in ſolitudinem abdebat; tandem vero ad ſuam reuertebatur eccleſiam. *Cælibatus* & *virginitas* in magno habebantur pretio, plurimique hac abſtinentia inclareſcebant; aſt *voti cultus* his non accedebat, ſed opera dabatur, vt in *ſpiritu* & *veritate* ſe totos Deo conſecrarent.

Votorum vſus non aeque in N. T. ac veteri.

Nequidem apud aſcetas.

§. X. Equidem Auctor *de la vie de S. Cyprien*, qui *Pariſiis anno* 1717. prodiit, *p.* 41. 65. & 79. euidentiſſima ſe reperiſſe veſtigia votorum *cælibatus* exiſtimat in operibus CYPRIANI, demonſtrantia, ad minimum circa medium ſeculi III. *votorum religionem* vſitatam fuiſſe. Non adeo quidem mirandum foret, ſi votorum ſolennium exempla tempore epiſcopi Carthaginenſis adferri poſſent, quo iam quædam ita compoſita erant, ad quæ cultus *votorum*, fœderis antiqui exemplo, applicari poſſet. Non tamen veritas huius praxeos tam euidens eſt, vt omni careat dubio. Audiamus perpendamusque verba CYPRIANI. Primus locus eſt in *tr. de habitu virgin. p. m.* 94. *edit. Oxon. vt, quæ ſe Chriſto dicauerint, & a carnali concupiſcentia recedentes tam carne quam mente ſe DEO* VOVERINT, *conſumment opus ſuum magno præmio deſtinatum; nec ornari iam aut placere cuiquam niſi domino ſuo ſtudeant.* Epiſcopus Oxonienſis *votorum religionem* eo tempore vſitatam his verbis demonſtrari poſſe, ingenue fatetur. Alter locus eſt in *epiſt.* 4. Interrogatus erat CYPRIANVS de quibusdam virginibus, quæ *cum in ſtatu ſuo eſſe & continentiam firmiter tenere decreuerint, detecta ſint poſtea in eo-*

Examinantur argumenta diſſentientium ex ſeculo III. depromta.

Digitized by Google

dem lecto pariter manſiſſe cum maſculis. Firmiter ſibi perſuadet AVCTOR *de la vie de S. Cyprien p.* 65. *in not.* CYPRIANVM de iis virginibus, quæ *votum virginitatis* ſuſceperant, locutum fuiſſe, id quod colligit ex ſubſequentibus verbis: *Quod ex fide ſe Chriſto dicauerunt, pudice & caſte ſine vlla fabula, perſeuerent*, & paulo poſt: *Quid? Chriſtus, dominus & iudex noſter, eam virginem ſuam ſibi dicatam & ſanctitati ſuæ deſtitutam iacere cum altero cernit.* Denique: *quæ hoc crimen admiſit, non hominis, ſed Chriſti adultera eſt.* Obſeruauit iam DVPINIVS, ſatente prælaudato Auctore, CYPRIANVM in *cit. epiſt.* 4. de iis virginibus loqui, quæ *propoſitum ſimplex*, ſine *voto*, caſtitatem conſeruandi habebant, & ita *decreuerant*, continentiam tenere. Iam vero non omne *propoſitum* aut *conſilium* ſtatim votum eſt, vt non diffitentur huius doctrinæ vindices apud CORVINVM *P. I. de perf. & benef. eccl. lib.* 3. *tit.* 10. *n.* 3. Verba, quæ *voti formalis* verum ſenſum præ ſe ferre dicuntur, minime eum euincunt, cum & *decretum propoſitumque* de ſeruanda virginitate id efficiat, vt virgo *ſe ex fide Deo dicaſſe* dici queat. Quodſi voti reæ fuiſſent, de quibus loquitur CYPRIANVS, matrimonium inire ſine gravi peccato haud potuiſſent, quod his tamen haud interdictum erat. *Si autem*, ait epiſcopus Carthaginenſis, *perſeuerare nolunt vel non poſſunt; melius eſt nubant, quam in ignem delictis ſuis cadant.* Iamiam RIGALTIVS hoc quoque obſeruauit, & *voti religionem* in hisce defeciſſe contendit. Nec in primo loco de *voto continentiæ* ſermonem eſſe, integer *de habitu virgin.* liber docet. Virgines, quæ propoſitum *caſtitatis ſeruandæ* conceperant, ſine vlla tamen *voti religione*, recte dicuntur *ſe Chriſto dicauiſſe, ſe mente Deo vouiſſe*, quod vel *cit. epiſt.* 4. docet. Plures eo tempore virgines erant, a *voto monaſtico* alieniſſimæ, in *propoſito* tamen ſeruandæ virginitatis conſtantes, eodem modo vt apud Therapeutas eiusmodi virgines olim fuerant, teſte EVSEBIO *lib. II. hiſt. eccl. c.* 17., quæ *vsque ad extremam ſenectutem virgines manebant.* De his, non *monaſticis*, loquitur CYPRIANVS, imo in genere ſermonem ad *virgines* dirigit, inquiens: *Nunc nobis ad virgines ſermo eſt.* Virgines non quascunque intelligit, ſed eas, quæ *virginitatis* propoſitum ſuſceperant, quæ *virgines* principaliter dicebantur; *voto* autem nullo obſtrictæ erant.

Voti religio tandem inualuit cultu novo ceremoniali introducto.

§. XI. Quemadmodum vero iam ſeculo III. plura ad ſtatum teſtamenti veteris & cultum Leuiticum inclinare cœperunt, *quarto* vero & *ſequente* maiori cum impetu omnia ad eum ruerunt; ita *voti reli-*

Digitized by Google

religio ad cultum, nouo prorſus ſacerdotio ornatum plurimisque inſolitis inſtitutis inſtructum, facile applicari potuit, nihilque adſtante rerum facie, patribus prius aut antiquius fuit, quam *cultum votorum* commendare, celebrare, & in eo *deuotionem* extraordinariam quærere. Rariora in patribus primitiuæ eccleſiæ, quæ tribus prioribus floruit ſeculis, *votorum* veſtigia occurrunt; imo ad ea nuncupanda adhortationes aut commendationes deſunt, quia ipſam Chriſtianiſmi praxin in *veritate* & *ſpiritu* vrgebant commendabantque. Hac neglecta & imaginibus rerum ſacrarum introductis, *voti religio*, *ad vmbras* accommodatiſſima, in pretio haberi & inculcari cœpit. Pium vtique cenſebatur, abſtinere, ieiuniis corpus affligere, preces quotidie fundere, opera miſericordiæ exercere, inuiſere frequentiſſime templa, ſimiliaque: aſt ſi hæc ex *voto* DEO promiſſa & fideliter exhibita erant, opera pietatis eſſe excellentiora & illuſtriora, imo DEO magis placitura iudicarunt, vt ex doctrina doctorum catholicorum demonſtrat VOETIVS *P. II. de polit. eccl. lib. 4. tr. 4. ſect. 1. c. 2. §. 5.* Incenſus hoc modo ardor & zelus quidam in hominibus indiſcretus, ad *votorum* nuncupationem, eſſe cœpit, adeo vt materia eorum latiſſime dilatata fuerit. In veteri fœdere hæc circumſcripta, & ad certas res reſtricta, nec vouenti integrum fuit, pro lubitu quascunque res vouere: praxis noui teſtamenti corruptior, prorſus indomita, & nullis adeo vinculis conſtricta fuit, id quod ad patrimonium eccleſiarum magnas fecit acceſſiones.

§. XII. Sed etiam ſucceſſu temporis *durius vinculum* votis iniectum fuit, quod nec vetere teſtamento, nec iure eccleſiarum antiquo eis inerat. Neque enim olim votum *virginitatis* abſolute impediebat nuptias, licet perfidia earum, quæ temere contra *votum* ad eas properabant, cenſuris eccleſiaſticis ſubiicerentur, & ad pœnitentiam agendam adducerentur, quod liquidum eſt ex *c.* 2. 7. 9. 14. 41. C. 27. *q.* 1. LEO I. *in c.* 1. C. 20. *qu.* 3. euidentius de voto *monachatus* ita loquitur: *Propoſitum monachi proprio arbitrio & voluntate ſuſceptum deſeri non poteſt abſque peccato. Quod enim vouit DEO, debet & reddere. Vnde qui relicta ſingularitatis profeſſione ad malitiam vel ad nuptias deuolutus eſt, publicæ pœnitentiæ ſatisfactione purgandus eſt: quia etſi innocens militia & honeſtum poteſt eſſe coniugium, electionem tamen meliorem deſeruiſſe transgreſſor eſt.* Peccaſſe ergo talis transgreſſor arguitur, non vero matrimonium diſſoluitur. Cum duriſſimo vinculo.

Digitized by Google

Diſcrimine habito voti ſolennis & minus ſolennis.

§. XIII. Tandem vero his votis *nexum indiſſolubilem* fuiſſe iniectum conſtat, ſubtili quadam excogitata diſtinctione inter votum *ſolenne* & *minus ſolenne*, cuius forſan auctor cum Scholaſticis fuit GRATIANVS poſt *c.* 8. *D.* 27. vbi veterum ſententias hoc modo conciliare ſtuduit. THEODORVS in *c.* 3. *D.* 27. hac diſtinctione non eſt vſus, ſed ſimpliciter pronunciauit: *Si vir votum virginitatis habens, adiungitur vxori, poſtea non dimittat vxorem, ſed tribus annis pœniteat.* Hoc modo etiam idem textus repetitur in *c.* 42. C. 27. *q.* 1. & quamuis in *cit. c.* 3. vox *ſimplex* textui inſerta ſit, eam tamen ab omnibus MSCtis abeſſe & ex *gloſſa interlineari* textui irrepſiſſe, notant correctores, quam poſtea pontifices, Decreto ſine examine vtentes, approbarunt in *c.* 4. *ſqq. X qui cler. vel vouent. matrim. contrab. poſſ.*

Votum obligat ſine acceptatione hominis.

§. XIV. Vt vero de *vinculo* voti & eius *qualitate* eo rectius conſtet, natura eius paucis examinanda. In voto (I) fit PROMISSIO DEO. Promiſſio quæuis duorum conſenſu conſtat, *oblatione* promittentis & *acceptatione* eius, cui fit promiſſio. Hanc in voto deficere, & ſolam *oblationem promittentis* ſufficere, communiter aſſerunt, id quod de *acceptatione hominis* omnino verum eſt; neque enim votum *homini*, ſed DEO fit, adeoque illius *acceptatio* adeſſe nequit. *Acceptationem* tamen *Dei* accedere, non inepte iudicat B. TITIVS *in iur. priu. lib. IV. c.* 13. §. 6. quæ ex præſcripto diuinæ *reuelationis* præſumitur, ſecundum quam vota nuncupata ſoluenda eſſe Deus iuſſit. Id ipſum eleganter obſeruat TERTVLLIANVS *de ieiun. c.* II. *p. m.* 550. *votum, cum a Deo* ACCEPTATVM *eſt, legem in poſterum facit per auctoritatem* ACCEPTATORIS. *Exinde enim faciendum mandauit, qui factum comprobauit.*

Promiſſio fit Deo.

§. XV. Promiſſio hæc *ſoli* DEO fit, quia potiſſimum ad cultum ei exhibendum tendit. Quod in *pauperum* vel *piarum cauſarum* commodum promittitur, etiam per *votum* fieri poteſt, ſi Deo promittit vouens, ſe in pauperes vel vſum eccleſiarum hoc vel illud erogaturum eſſe. Quamuis enim etiam *expreſſo pacto* cum his, qui eccleſiam repræſentant, vel curam pauperum habent, eo nomine contrahi poſſit, vt ex *pacto vero* ita teneatur & conueniri poſſit; non dubium tamen eſt, quin etiam hic cultus *voto* perfici queat, vtpote quod quis voluit in *redemtionem captiuorum*, in *ſolatium pauperum* &c. quæ opera miſericordiæ ſibi acceptiſſima eſſe, ipſe profeſſus eſt Saluator *Matth. XXV*, 35. 36. 40. Eſſe tamen diſcrimen inter *votum* & *pactum*, res ipſa loquitur. Voto enim *obligatio* Deo ſoli quæritur; pacto vero etiam *homini*, cui

Inde diſcrimen inter votum & pactum.

pro-

Digitized by Googl

promissio facta. Proinde ex *pacto* etiam externo obligatio *directo* nascitur, vt is, cui *ius ad rem* quæsitum est, agere possit contra promittentem: non item ex *voto*. Deest inter homines, qui *directo ius ad rem* ex voto persequi, & cogere *suo iure* vouentem possit, & quamuis perfidus in Deum omnino grauissime peccet, quia tamen soli Deo *obligatio* quæsita, ei quoque vltio relinquenda. Ita ATHANASIVS *de passion. & cruc. dom. tom. I. oper. p.* 993. rationes subducere videtur: *Scire debemus, & nequaquam ignorare, quæcunque nos promittimus Deo, non ea deinceps nostra esse, sed Dei: & si inde quid defraudemus, ea non nos sumere iam tanquam nostra, sed vt DEI sacrilegio compilare*, cuius DEVS ipse est vindex, quod exemplo Ananiæ & Sapphiræ illustrat, per errorem supponens, eos votum nuncupasse.

§. XVI. Dixi: ex *voto* soli DEO *primario* obligari vouentem, non *homini* ius esse quæsitum, vt exinde agere queat; id quod de *regula* intelligo, quæ ex *voti* conceptu fluit. Ex *accidente* contingere potest, vt homo quoque *executionem voti* vrgere, & vouentem ad eam compellere possit, idque vel *potestate diuinitus concessa*, qua DEVS etiam ius sibi debitum persequi potest: vel *publica lege ius exigendi certis personis indulta*. Illa olim præditi erant *sacerdotes* in antiquo fœdere, quos DEVS huic rei, ceu certæ cultus speciei, præfecerat, vt votum vouentes præstarent, vel certis casibus iuxta legem, auctoritate sacerdotum, redimerent. Sicuti ergo in aliis, ita quoque in *exactione votorum*, iure DEI, sibi delegato, vtebantur.

Quatenus executio votorum hominibus commissa?

scil. sacerdotibus in veteri fœdere.

§. XVII. Eandem potestatem etiam *clerus maior noui fœderis* seu *episcoporum cohors* sibi vindicat, idque ex duobus omnino argumentis: (I) quia *sacerdotium veteris testamenti* cum omni iure & prærogatiua in episcopos translatum est, adeoque eadem potestate fungi & gaudere debent, qua olim *sacerdotes*. Hoc principium a temporibus CYPRIANI in scriptis patrum tam altas radices egit, vt sine vlla hæsitatione conclusiones quotidie inde formentur, & vniuersum ius canonicum eo ipso infectum sit, vt sæpissime obseruaui, speciatim autem supra *lib.* I. *tit.* 2. §. 109. *p.* 170. & *tit.* 15. §. 10. *p.* 488. *tit.* 24 § 3 *p.* 553. (II) quia episcopis & inprimis pontifici in Petro omnis potestas in cœlis & terra data & communicata est per Christum, *Matth. XXVIII*, 18. quippe qui *successores apostolorum* se dicunt, iuxta CYPRIANI & aliorum patrum hypothesin, adeoque *apostolica*, imo *vicaria Christi potestate* funguntur. Non solus pontifex *vicarius Christi* dicitur: omnes episcopi idem prædicatum sibi vindicant asserunque, Quid euidentius effato ISIDORI

An quoque in nouo?

PELV-

Digitized by Google

PELVSIOTAE *lib. I. ep.* 136. *episcopus*, ait, *qui Christi typum gerit, ipsius munere fungitur.* Vtrumque fundamentum coniungitur in *capitul. Carol. lib. VII. cap.* 390. *apud* BALVZ. *tom. I. p.* 1109. vbi *sacerdotes vice Dei in ecclesia legatione fungi* dicuntur. Sed hoc notissima sunt & pluribus aliis illustrata locis a IOANNE LAVNOIO *p. III. epist. 2. & passim alibi.* Addi etiam posset (III) quod episcopi sint *animarum curatores*, quorum iurisdictioni potissimum causæ *peccatorum* subiectæ sunt, pro quibus præcauendis illi strenue vigilant. Hanc proinde promittit sententiam INNOCENTIVS III. in *c. 6. X. h. t.* aitque: *Licet vniuersis liberum sit arbitrium in vouendo, & necessitas in votis locum non habeat, sed voluntas; vsque adeo tamen solutio necessaria est post votum, vt* SINE PROPRIAE SALVTIS DISPENDIO *alicui resilire non liceat ab his, quæ sponte & solenniter repromisit.*

Talem potestatem circa vota non habent ministri ecclesiæ protestantium,

§. XVIII. His sub fundamentis ius *votum exigendi, transmutandi*, vel in eo *dispensandi* sibi tribuunt episcopi: non æque tamen protestantes. Nam primum fundamentum non agnoscimus, & ministris ecclesiæ, qualescunque fuerint, *sacerdotium veteris testamenti* cum omni iure & prærogatiua communicatum esse negamus. Alterum, quod a *vicariatu Christi* desumitur, & a *successione apostolica*, itidem vel æquiuocum est, vel petit id, quod est in principio, quod alibi iam traditum est. Vltimum forsan maioris momenti est. Iurisdictioni episcopali quod subiectum est, *consistorio* vt plurimum tribui solet, vtpote per quod principes euangelici *episcopalem iurisdictionem* explicare dicuntur. Quodsi ergo nostræ ministri ecclesiæ ea non sunt præditi potestate, vt *votorum arbitri* & iudices, *vice Dei*, esse possint, ad minimum tamen ea causa consistoriis vindicanda est. His in genere WEBERVS *de consistor. iur. c. 27. sect. 25. casus & causas conscientiæ* vindicat, tanquam *obiectum genericum consistorii, eo quod primaria illius iudicii intentio est, conscientiam informare, pacare, & iudicare*, vt in fine *cit. cap.* WEBERVS ait. Accedit, quod vota *iuramentis* æquiparare soleant, quæ suo modo ad *potestatem ecclesiasticam* plurimi trahere intendunt, vt *lib. II. tit.* 2. §. 30. indicaui. Enimuero sicuti posterius adhuc dubium esse, *cit. l.* ostendi, ita in doctrina de *votis* id tantum in quæstione est: *Vtrum consistoria ea polleant potestate, qua episcopi vtuntur, vt vota indistincte, vice Dei, exigere, & vouentes ad ea soluenda adigere queant?* Exercent consistoria nostra, vt aliquoties dixi, iurisdictionem a principe sibi delegatam, adeoque quatenus principes, virtute *imperii*, eam exercent, etiam consistoria, ex *delegatione*, ea vtun-

nec consistoria.

Digitized by Google

tantur. Principes autem *iure episcopali* consistoria adornare, dirigere & instruere non recte dicuntur, nec ad hoc iudicium temere & indistincte trahendum, quicquid episcopi ex erronea persuasione, vt *Dei vicarii*, sibi singulariter vindicarunt, praesertim in solutione *votorum*, quorum plura ita comparata sunt, vt, nisi sponte praestentur, virtutem suam amittant.

§. XIX. Pergo itaque ad alterum fundamentum, si legibus publicis votis quibusdam *efficacia externa* tributa, & certis quibusdam personis *ius exigendi* concessum. Neque enim dubium est, quin legislator obligationi *internae* quandoque, iusta causa id suadente, possit *externam vim* & *efficaciam* tribuere. Distinguendum vero ante omnia est inter votum *personale* & *reale*: illud personae vouentis facto & deuotione constat; hoc vero sumtu expeditur, & bona respicit, vnde aliquid *in honorem Dei* vel *pietatis causa* exsoluendum est. BRVNNEM. *lib. II iur. eccl. c.* 7. §. 6. Illud obligationem *externam* non accepit, nisi *iure canonico*, quo quaeuis negotia, conscientiam tangentia, *imperio externo* diriguntur, quod tamen protestantes damnant, & ea de causa id ipsum in hac materia in suas trahere partes nequeunt. Huc pertinet votum *ieiunii*, *abstinentiae &c.* adeoque admitto sententiam B. TITII *tit. l.* §. 12. voti *personalis* obligationem heredi imponi non posse, vtpote si testator dixerit: *T. heres esto, si singulis hebdomadibus votum ieiunii a me celebratum continuauerit.* Iure quidem canonico haec sententia in *c.* 6. *X. h. t.* fundata est, quippe quo quaeuis vota *externam vim cogendi* acceperunt; id vero a saniori doctrina, quam nos amplectimur, alienum est. Nam 1) quod in defuncto tantum *internam obligationem* ex sua natura produxit, id in *herede* plus operari nequit. Accedit 2) quod talis conditio, qua quis *spe lucri* ad cultum quendam inuitatur, a turpitudine haud aliena & sic pro non scripta habenda sit, vt in simili casu docet KNIPSCHILD. *de fideic. famil. c. VI* §. 391. *seqq.*

Exigi possunt vota ab hominibus, si vis externa per leges iis quaesita,

quae deest in votis personalibus.

§. XX. In voto *reali* adest *obligatio externa*, idque ex *impositione legis*, cuius est, factum quodcunque *obligatorium* reddere vel eidem obligationem detrahere. Haec ratio solidior & sanior est, quam iuris canonici, quae omnem vim votis ex *sacerdotio* & *vicariatu Christi*, episcopis proprio, assignandam esse iubet; ius *ciuile* autem votum *reale* confirmauit, & ex hac *confirmatione* vim accepit. Ideo autem confirmauit, quod *patrimonium*, seu *causam bonorum*, non vnice *factum personale simplex* vouentis respiciat, adeoque eo facilius executioni dari & coactionem recipere possit. In *l.* 2. *pr. de pollicit.* notanter ea de causa

adest vero in voto reali.

Digitized by Google

dicitur: *Si quis rem aliquam vouerit, voto obligatur, quæ res perſonam vouentis, non rem, quæ vouetur, obligat.* Addit, *voti obligationem ad heredem tranſire conſtat*, veluti ſi quis decimam bonorum pauperibus voverit, & antequam eam ſeparauerit, deceſſerit, *heres ipſius decimæ nomine obſtrictus eſt. cit. l. 2. in f.* Cui autem hoc caſu exactio competit? Epiſcopo ab antiquo hæc tributa eſt per *legem publicam*, non ex cauſa *ſacerdotii* veteris teſtamenti, multo minus ex *vicariatu Chriſti;* ſed quia a primordio eccleſiarum presbyteri, inter quos *primi* ſunt epiſcopi ſecundum HILARIVM *in* I *Tim. III.* fuerunt *omnium indigentium curatores*, vt IVSTINVS *apol. II. in f. p.* 99. ait, adeoque nemini id, quod ad *pauperum patrimonium* augendum referri debet, potius committendum fuit, quam epiſcopo, cui per tot ſecula ex eadem ratione *cura bonorum eccleſiaſticorum*, quæ ſunt *patrimonium pauperum*, concredita fuit. Hæc peculiaris officii ratio conciliauit quoque epiſcopis hanc prouinciam, vt, quæ *voto reali* vel in *vſus pauperum* vel *captiuorum*, vel *eccleſiarum* promiſſa fuerunt, ab iis exigerentur, & in debitum finem conuerterentur. Vid. *l. 46. C. de epiſc. & cler.* Hanc rationem etiam recte amplectimur in noſtris eccleſiis, vt, cui cura patrimonii ſacri commiſſa eſt, is quoque ex *lege publica* ſe ad hanc exactionem legitimare queat, & debitorem ad ſolvendum votum compellere.

In quibus epiſcopo olim exactio data.

§. XXI. Obligant ergo *vota*, ſed non omnia *æquali modo*: *realia* etiam externam obligationem & actionem producunt, non item *perſonalia*, quorum obligatio hoc intuitu *imperfecta* dici poteſt, vel *conſcientiæ*. Neque tamen credendum eſt, vinculum illud, quod intuitu *hominum* imperfectum eſt, intuitu Dei tale quoque eſſe, quin potius reſpectu eius *perfectiſſimum* eſt, conſcientiamque ſtringit, vt grauiſſime peccet, qui votum non ſoluit. Quamuis enim vota haud ſint *commendanda* cum eccleſiæ Romanæ doctoribus, cultu noui teſtamenti ea non amplius ſuadente; *nuncupata* tamen, niſi aliunde vitium habeant, ſunt ſoluenda, nec credendum eſt, obligationem votorum legi ceremoniali ſimpliciter deberi. Elegantер illuſtrat SPENERVS in theol. Bedencken *tom. II. c. 3. art. 1 ſect. 3. p. 9.* his verbis: Ich halte davor, die Ehrerbietung gegen ſeinen GOTT erfordere dieſes, daß er, was er einmal demſelben zugeſaget, alſo lang zu halten willig ſey, als ihm müglich iſt, und derſelbige ihn nicht davon losſpricht. Wir haben GOttes ausdrücklichen Befehl in dem Alten Teſtament 4 Moſ. 30, 3. Wenn jemand dem HErrn eine Gelübde thut, oder einen Eyd ſchweret, daß er ſeine Seele verbindet, der ſoll ſein Wort nicht ſchwächen, ſondern alles thun,

Voti perſonalis obligatio reſpectu Dei eſt perfectiſſima.

thun, wie es zu seinem Munde ist ausgegangen. Und 5 Mos. 23, 21. u. f. Wenn du dem HErrn deinem GOTT eine Gelübde thust, so solt du es nicht verziehen zu halten. Denn der HERR dein GOTT wirds von dir fordern, und wird dir Sünde seyn. Wenn du das Gelöben unterwegen lässest, so ist dirs keine Sünde. Aber was zu deinen Lippen ausgegangen ist, solt du halten und darnach thun, wie du dem HERRN deinem GOTT freywillig gelobet hast, das du mit deinem Munde geredet hast. Diese Verordnungen aber haben wir nicht anzusehen, als wären sie allein Stücke des Levitischen Gesetzes, so uns Christen nicht verbinden: indem sie vielmehr eine Pflicht sind der natürlichen Gerechtigkeit. Dann diejenige Gerechtigkeit und Wahrheit, welche von mir fordert, daß ich meinem Nächsten, dem ich etwas zugesaget habe, das Versprochene halte, erfordert nicht weniger von mir, daß ich GOTT das Angelobte halte: und wie sich mein Nächster drüber beschweret, und es als einen Mangel der Wahrheit, der Liebe, und, so er sonderlich vornehmer ist, des respects annimmt, wo ich mit der Leistung zurück bleibe, ja so viel höher er gegen mir ist, solche Unterlassung zu so viel mehrerem Schimpff sich anziehet; eben also streitets auch wider die Ehrerbietung gegen GOTT so wohl, als wider die Wahrheit, wo ich mir die Freyheit nehmen wolte, dasjenige zu schwächen, was ich meinem GOTT gelobet habe, gegen welchen ich gleichwol alles unterlassen solte, was nur den geringsten Schein einer Verachtung gewinnen möchte. Weswegen ich auch nicht sehe, wie unsere Christliche Freyheit uns dieser Verbindung losmache: Denn es hat uns zwar freylich unser liebster Heyland, wie von dem Mosaischen knechtischen Gesetz, also von aller dienstbahren Beobachtung äusserlicher Dinge frey gemacht, daher sich ein Christ, so in dem Glauben stehet, kein Gewissen über etwas dessen, so zum Munde eingehet oder sonsten den Leib berühret, machet, sondern getrost durchhin, nemlich durch alle menschliche dem Gewissen aufgelegte Ordnungen reisset: aber der HERR hat uns von der Pflicht der Wahrheit und der Ehrerbietung gegen sich nicht frey gemacht, sondern diese ist eher genauer als vorher. Ja, wie niemand sagen wird, daß ich aus der Freyheit, die ich in Christo habe, frey sey von denjenigen Zusagen, welche ich meinem Nächsten gethan habe, und er also ein Recht gegen mich daraus erhalten hat; so sehe ich nicht, wie die Zusagen gegen GOTT weniger verbindlich seyn, und um solcher Befreyung willen ohne Sünde hintan gesetzet werden könten; und

igitized by Google

hingegen wie ich den Nahmen nicht zu haben, daß ich meinen Worten gegen den Nächsten keine Kraft gegeben hätte, das äusserste und meine gröste Ungelegenheit thue; so muß mir auch die Beschwerde, so ich von dem Gelübde habe (immer zu reden von demjenigen, in dero Haltung keine Sünde stecket,) zu vermeiden nicht so lieb seyn, deswegen mich von demselben mit Verletzung der Wahrheit loß zu würcken.

In voto desideratur arbitrium discretionis,

§. XXII. Præterea (II) in omni voto, vt in quauis promissione, desideratur tum *arbitrium discretionis*, vt in *c.* 2. *X. h t.* dicitur, *cum intentione seria & constante, sese voto obligandi*, tum *libera potestas*. Quicquid *in tenera ætate facilitate* potius, quam ex *arbitrio discretionis*, seu *iudicio discretiuo* promissum, non obligat vouentem, neque DEVS tale promissum acceptasse præsumitur ex summa, qua erga homines imbecilles est, benignitate. *cit. c.* 2. *Arbitrium discretionis* desiderat *maturum iudicium*, vt id, quod vouemus, plene intelligamus, simulque perspectum cognitumque habeamus, id ipsum intra vires nostras positum esse. *Eccles. V*, 1. Si quid vouemus, antequam de virium nostrarum vigore sufficiens ferre iudicium possimus, votum reuera *indiscretum* est,

intentio constans

qualia plura sunt *monastica*, vt nostrates obseruant. Denique *intentio constans* vel ideo adesse debet, quia, vt supra iam obseruaui, *propositum simplex* voluntatis, v. c. de non nubendo, votum non constituit, nec obligat, vt ALEXANDER III. in *c.* 3. *X. b. t.* non diffitetur. Plures olim tale *propositum*, continentiam seruandi, gessisse, supra notaui: *votum* id autem fuisse nemo dixerit. Equidem cor hominum scrutatur DEVS, mentemque intelligit; non tamen id ipsum in *votum* detorquet, quod sine *intentione vouendi* homo proposuit. Aliud enim est, sibi quid *proponere*, mente decernere: & aliud, DEO sanctissimo quid *polliceri*, *cum intentione se DEO obligandi*. Non semper qui proponit aliquid promittere, id ipsum promittit, nec *destinatio* vbique in actum deducitur, adeoque effectum habere nequit.

& facultas vouendi.

§. XXIII. Denique *facultas vouendi* in quibus deest, horum vota non valent, nec *iure diuino*, nisi hi consentiant, quorum consensus desideratur. Id rursus naturale est, & omni promisso commune. Vnde etiam iure ciuili approbatum, *l.* 2. §. 1. *de pollicit.* Ius quoque canonicum non abhorret ab hac doctrina, *c.* 7. *X. b. t.* singularem tamen collocat exceptionem in *voto vltramarino*, quo olim se cruce signati ad subsidium terræ sanctæ ferendum obstringebant, quippe quod mariti *sine vxorum voluntate* nuncupare potuere, quod propter ex-

Exceptio est in voto vltramarino.

Digitized by Goo

extremam neceſſitatem conſtituiſſe videtur INNOCENTIVS III. in *c. 9. verſ. in tanta X. h. t.* Facile enim præuidebat, vxores rarius conſenſuras fuiſſe in tam periculoſiſſimum iter, experientia doctas, hac inſulſa expeditione fere vniuerſam iam exhauſtam eſſe Germaniam, vt vix ſeptem mulieres poſſent inuenire virum, vt BERNHARDVS teſtis eſt.

§. XXIV. Denique (III) id quoque euidens eſt, id, quod vouetur, debere eſſe *poſſibile* & *licitum*, non tamen *præceptum*: quod ex *lege diuina* per ſe mandatum eſt, voto ſuperflue promittitur, vel ſi promittitur, eſt tantum debiti noſtri recordatio. Vota *illicita* nullum vinculum habere, *in theſi* verum eſt; quæ vero talia ſint, *in hypotheſi* cum eccleſiæ Romanæ doctoribus non conuenimus. In tribus *votis monaſticis* hi perfectionem ſummam, *opus meritorium*, cultumque diuinum quærunt: nos ea reprobamus, nicht allein, weil ſie auch in Vermeſſenheit und noch darzu Einbildung des Verdienſtes geleiſtet werden, ſondern auch **weil die gelobte Keuſchheit nicht in des Menſchen Gewalt ſtehet**, und die knechtiſche Verbindung an Menſchen zu blinden Gehorſam ein ſündlicher Strick iſt, vt ait SPENERVS *vol. II.* der *theol.* Bedencken *P. II. p.* 19. & plenius explicat CHEMNITIVS *in exam. concil. Trid. cit. l.* Vota *peregrinationum* noſtris aduerſantur principiis, quæ illi ex ſuis in ſummo habent pretio. Votum *crucesignatorum* in ſeculo barbaro ad *expeditionem in terram ſanctam faciendam* ſanctiſſimum & rei chriſtianæ admodum ſalutare credebatur, quod tamen ei magis nocuit, quam profuit, vt non diffitetur FLEVRY *tom. XVIII. hiſtor. eccl. in diſcurſ. prælim.* ne dicam de aliis cauſis, quæ illud damnarunt. Votum *ieiunii* licitum eſſe cenſetur communiter: quandoque tamen *impoſſibile* eſſe poteſt, & *peccaminoſum*, ſi ſaluo corporis ſtatu ſeruari nequit. Ita iudicat B. SPENERVS *vol. II.* der *theol.* Bedencken *c. 3. art. 1. ſect. 4. p.* 13. Indem **die wiſſentliche Schwächung der Geſundheit** in dieſem Fall eine Art des Selbſt-Mords wäre, und wir alſo bey unſerm Gewiſſen verbunden ſind, alles dasjenige, was in unſerm Willen ſtehet, zu vermeiden, wodurch das Leben abgekürtzet, die Geſundheit geſchwächet, und wir alſo GOtt und dem Nächſten länger und ungehinderter zu dienen gehindert würden. Alſo würde ſich derjehige, **der dennoch wiſſentlich wider ſeine Geſundheit darinnen handeln wolte**, ſothaner ſchweren Sünde ſchuldig machen, und die Verantwortung alles deſſen auf ſich laden, was er ſonſten noch Gutes ausrichten können, und ſich darzu untüchtig gemacht hat. Ceterum in genere nos damnamus vota *meritoria*,

Vouetur poſſibile & licitum.

In applicatione tamen ſæpe hæret aqua.

vitoria, nec in iis *per se* cum BELLARMINO *de monach. c.* 16. quærimus *cultum diuinum*, quamuis forsan *vouentes* vt plurimum ex opinatione duci videantur.

Episcopis attribuitur ius vota mutandi & relaxandi, excepto voto vltramarino aliisque solius papæ dispositioni reseruatis.

§. XXV. Quod supra de *iure sacerdotali*, episcopis in vota nuncupata tributo, dictum est, id inprimis sese exserit in *redemtione*, *mutatione*, *dispensatione*, & *dilatione* votorum, quam potestatem ius canonicum *episcopis* vindicat, quippe qui *sacerdotium præstantius* & *potentius*, quam veteris testamenti mystæ, consecuti dicuntur. Nec vllum votum a *potestate episcopali* excipitur in iure canonico, quam *vltramarinum* in *c.* 9. *X. h. t.* circa quod omnem potestatem sibi reseruauit sedes papalis. Ex stylo tamen curiæ Romanæ adhuc quatuor huic adiungi solent, scilicet 1) *religionis approbatæ*, 2) *castitatis perpetuæ*, 3) *peregrinationis ad limina Petri*, & 4) *ad S. Iacobum Compostellanum*, quæ ad *reseruata apostolica* communiter referunt, testibus CORVINO *de pers. & benef. eccles. P. I. lib.* 3. *tit.* 10. *n.* 109. SANCHEZ. *de matrim. lib. VIII. disp.* 9. & BARBOSA *de offic. & potest. episc. p.* 2. *all.* 37. *n.* 1.

Epicrisis.

§. XXVI. Reseruata hæc sunt *nouioris instituti*, & ex superstitione recentiori nata. Votum *religionis approbatæ* olim tale vinculum non habuit, vt desertio eius prorsus esset nulla, licet pœnitentia coërceretur ecclesiastica. Nec votum *castitatis perpetuæ* nuptias omnimodo impediebat, vt supra iam obseruaui, adeoque dispensatio non tam *grauis* aut *ardua* censebatur, vt ab episcopis fieri haud posset. Votum *vltramarinum* demum INNOCENTIVS III. ad sua *reseruata* traxit, quod vniuersa in terram S. expeditio ad *rationem status aulæ Romanæ* pertineret, de qua singulis episcopis arbitrium non erat relinquendum, sed iis tantum, quibus vt in *c.* 9. *X. h. t.* dicitur, *speciatim hoc demandatum esset.* Votum *peregrinationis ad S. Iacobum Compostellanum* post famam demum vel potius fabulam de corpore apostoli IACOBI minoris in Compostellana sede metropolitana inuento, & ita post seculum XII. nuncupari cœptum est. De veritate huius *translationis* saniores inter pontificios admodum tribuant, & adeo in ambiguo hærent, vt se omni probatione destitutos esse ingenue fateantur. TILLEMONTIVS *dans ses memoires pour servir à l' histoire eccles. tom. I. p.* 3. *p.* 1075. *seqq. in not.* 7. & 8. trutinatis omnibus argumentis, tandem concludit, incredibile esse, vt concursus peregrinantium ingentissimus aliter fieri potuerit ad hunc D. martyris tumulum, quam propter certissima & manifesta miracula, quibus DEVS hunc cultum approbauit, quod facere non potuisset, nisi reliquiæ ei, cuius nomen præ se ferunt, asseri deberent. Sola ergo

Digitized by Google

ergo miraculorum copia hanc opinionem, quæ, vnde orta ſit, ignoratur, confirmauit; & tamen, quod mirandum eſt, hæc demum edita ſunt, vel dicuntur, poſtquam Compoſtellanæ eccleſiæ interfuit ea edi. Sed linquo hoc *miraculoſum argumentum*, & duntaxat venas aperio, vnde *ſanctitas huius peregrinationis* ducta, tandemque creditum fuerit, votum hoc tam arduum eſſe, vt de eo ſolus pontifex diſponere poſſet. Accedere forſan potuit peculiaris ratio, quod olim immenſa hominum copia ſe hoc voto obſtringeret, cuius præſtatio variis ex cauſis difficilis reddi poſſet, vt pro eo redimendo ad curiam Romanam frequentiſſimus eſſet confluxus, non ſine eiusdem emolumento.

§. XXVII. Denique *peregrinationes ad limina Petri* itidem ex iisdem rationibus a pontifice redimendæ fuerunt, cuius inprimis interest, eas vel ſecundum votum ſuſceptum fieri, vel a curia Romana redimi. Tales enim *redemtiones* admodum rei Romanæ vtiles, & ita obtentu faciles olim fuiſſe non diſſimulauit THOMAS CANTIPRATENSIS, qui circa medium ſeculi XIII. floruit, & *lib. II. operum c.* 3. de his redemtionibus ita cenſuit: *Sed de his multi fidelium non ſufficiunt admirari, qui crucem pecunia redimunt, & hanc in tam modica pecuniæ quantitate, vt vix decimam, vix viceſimam, vel vix certe bonorum ſuorum ſaltem mobilium ſaluis hereditatibus integris centeſimam partem dare velint: cum enim laboris iter diſplicuerit, vel certe lucrorum ſuorum viderint tempora deperire, quærunt diſpenſationes. Legatos Roma multiplicat, qui eos pecunia mediante ſanctificent, liberosque a peccatis per literas recommendent.* Manifeſtius *myſterium iniquitatis* aperuit MATTHAEVS PARIS *ad ann.* 1240. *p.* 470. &, *eiusdemque*, ait, *temporibus inceperunt ipſi prædicatores, fratres & minores & alii viri literati, præcipue theologi, cruce ſignatos abſoluere a voto ſuo: accepta tamen pecunia, quanta ſufficere videbatur vnicuique ad viaticum vltramarinum. Et fœdum eſt in populo ſcandalum cum ſchismate. Abſurdum enim videbatur etiam ſimplicibus, quam diuerſis muſcipulis ſimplicem DEI populum ſubſtantia ſua moliebatur Romana curia priuare, nihil petens niſi aurum & argentum.*

Cur voti peregrinationis ad limina Petri redemtio pontifici reſeruata?

§. XXVIII. Fundamenta, quibus hæc præterea *pontificis & epiſcoporum* poteſtas, diſponendi de votis, innititur, iam quidem aliquoties tacta ſunt; non iniucundum tamen erit, eadem doctorum eccleſiæ Romanæ teſtimoniis illuſtrare. GRANNANIETO *in catena iur. ad c.* 1. *X. h. t. n.* 2. poteſtatem hanc epiſcopalem inde petit, *quia epiſcopi in terris repræſentant ipſum Deum, quoad commutanda vota facta; nam omnia*

Fundamenta huius poteſtatis epiſcopalis.

Digitized by Google

omnis eccleſiæ gubernatio, diſpenſatio & poteſtas eſt ipſis tributa, cum in locum apoſtolorum ſucceſſiſſent. Sicque cum epiſcopus repræſentet Dei perſonam, qui creditor eſt in promiſſionibus votorum, ad eum pertinet iudicare, an votum commutari poſſit in aliud magis acceptum, merito poteſt ex cauſa remittere & diſpenſare obligationem DEO factam, & debitum in aliud commutare; nam cum ex voluntate creditoris aliud pro alio ſolvi poſſit, & cum per votum DEO obligemur, recte poteſt huiusmodi obligatio tolli, vel in aliam rem commutatio fieri, ipſo DEO, ſeu eius miniſtro volente. Hæc philoſophia eſt plana & ita optime compoſita, vt *commercium votorum* epiſcopis nemo in dubium vocare queat. In eundem fere ſenſum etiam philoſophatur BARBOSA *ad c. 5. n 2. X. h. t.* aitque, pontificem *in obligatione voti diſpenſare nomine ipſius DEI creditoris, cui obligatio facta fuit quæſita. Etenim cum plures poſſint dari iuſtæ cauſæ, ob quas ius illud competens DEO ex prædictis actibus remitti oporteat, recte fit, vt ſicut quicunque creditor humanus ius ſibi debitum remittere poteſt, ita DEVS ius ſibi ex iuramento & voto quæſitum remittere poſſit. Vnde cum lege ordinaria illius reuelationem non habemus, oportuit in terris eſſe aliquis, qui tanquam vicarius DEI eius nomine talem faceret remiſſionem.* Audiamus etiam WIESTNERVM *ad h. t. n.* 65. aientem: *Demum obligatio voti tollitur diſpenſatione, ſiue eius* DEI NOMINE *facta relaxatione ſeu remiſſione.* Poſt pauca pergit: *quam poteſtatem a Chriſto immediate S. Petro eiusque ſucceſſoribus ſummis pontificibus, Matth. XVI,* 18. *verbis: tu es Petrus &c. quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis, & paſce oues meas Ioh. XXI,* 18. *conceſſam, & ab ipſo naſcentis eccleſiæ primordio propagata conſuetudine ſtabilitam, epiſcopis aliisque prælatis communicandi grauiſſima ratio fuit, quod ea ad fidelium ipſis ſubditorum rectam gubernationem, ſpirituale bonum & animarum ſalutem promouendam plurimum conferat, imo neceſſaria ſit.* Quodſi hanc conſuetudinem ab ipſo naſcentis eccleſiæ primordio productam probare debuerit WIESTNERVS, vel PSEVDO-ISIDORI quisquilias vel ſcrinia DIONYSII *Areopagitæ* & PSEVDO-CLEMENTIS compilare neceſſum haberet, in quibus tantum ſuæ cauſæ præſidium inuenire poſſet, quamuis ita illi male conſuleret. GONZALEZ *ad c.* 1. *X. h. t. n.* 10. etiam hanc communem Romanæ eccleſiæ traditionem ſequitur, &, *hoc caſu*, ait, *per prælatum, qui auctoritatem commutationi præſtat, explicatur DEI conſenſus, qui eſt tantum creditor in hac obligatione: vnde, cum conſenſu creditoris fiat commutatio, aliud pro alio recte ſolui poteſt.*

§. XXX.

Digitized by

§. XXVIII. Hæc principia produxere varium circa vota commercium, & principaliter quidem (1) *redemtionem* eorum pro *eleemosynis*, approbatam in *c.* 1. 2. 8. & 9. *X. h. t.* Hæc operatur *absolutionem ab obligatione voti*, & quidem *dispensatione* interueniente, pro qua reuera *pretium* soluitur, vtut pro *eleemosynis* votum *redimi* dicatur. Quod soluitur *monachis* & *clericis eleemosyna* esse fingitur, quia tam *monachi* quam *clerici* sunt κατ' ἐξοχὴν *pauperes*: illi quidem propter *votum paupertatis*; hi vero, quod possideant, & consumant *patrimonium pauperum* seu bona ecclesiastica. De illis epistola *abbatis & monachorum Fiscannensium ad regem* WILHELMVM *Angliæ* apud EDMVNDVM MARTENE & DVRANDVM *P. I. thes. anecd. p.* 198. notabilis est, vbi hæc occurrunt: *Namque vestros pauperes dilaniat, vestros dico, non nostros, quia abbatia vestra est.* Horum patrocinium suscipit THOMASSINVS *P. III. de vet. & nou. eccl. disc. lib. I. c.* 4. §. 4. *in f.* clericos considerandos esse iudicans, *tanquam persona Christi indutos, tanquam vicem omnium circumgestantes pauperum.* O beatos hos pauperes, quibus nihil in omnium rerum abundantia deest! Quis vnquam tibi persuadere potuisset, ita omnium rerum vocabula contra natiuam indolem immutata, inflexa & in *sensum nouum clericalem* detorta fuisse, vt sub specie *sanctitatis & pietatis* corruscarent?

Redemtio votorum fit per quæstum,

§. XXIX. Quod *prælatis*, imo & *pontifici* soluitur pro voti redemtione seu impetranda *dispensatione*, dicitur *eleemosyna*, per *quæstores* huic negotio idoneos, h. e. *prædicatores* similesque, tanquam *merx venalis* redemtio exposita, pretium determinatum, & exactum est, vt §. *XXVI. seq.* obseruaui. Quantum soluendum sit *redemtionis pretium* pro voto vltramarino, determinauit pontifex in *c.* 8. *X. h. t.* h. e. *secundum facultates rerum, quas potuere & facturi essent expensas, compensato præterea personarum labore.* Discretionem tamen a ceteris prælatis in *redemtione* votorum *pro eleemosynis* desiderat pontifex in *c.* 1. *X. h. t.* vt perpendant, *vtrum peregrinatio, an recompensatio* (per pecuniam) *melior fuerit, & magis DEO accepta?* Vnde autem hoc æstimabunt? sine dubio ex eo, quod *ecclesiæ* vtilius videtur, quippe quod *DEO* acceptius esse credunt, modo per *ecclesiam* non primario *clerum* intelligerent. Sunt itaque prælati iudices & arbitri, quid hoc casu, suadentibus circumstantiis, *DEO magis acceptum sit?* & de hoc illi tantum iudicium ferre possunt, quia *vicarii DEI & omnium rerum spiritualium arbitri* constituti sunt. Simoniaci denique criminis vel labis imputatio illis non extimescenda est, quia id, quod soluitur, *eleemosyna*, non *pre-*

quæstoribus interuenientibus.

Digitized by Google

tium esse fingitur; & praeterea *ex pio affectu* soluitur, in *finem bonum*, in vtilitatem *ecclesiae*, & quae sunt alia inuolucra, quibus hoc commercium tegi solet.

Inde praxis dispensandi pro pecunia inualuit.

§. XXX. Neque vero haec *proeleemosynis* redemtio in hac materia inusitati quid spirat, latissimus *dispensationum* campus est in aula Romana, & foecundissimam auri fodinam concellariae apostolicae expeditiones sistunt, vt vel PYRRHICORRADI *praxis dispensat. apostolic.* docet. Fontem, vel binis verbis, hic attigisse necesse erit, vnde etiam praxis *dispensationum* communis in nostra fora deriuata est. Dispensationem circa leges quandoque vtilem necessariamque esse, nemo in dubium vocabit, adeoque si, iustis suadentibus circumstantiis, legislator contra legem *gratiam* indulget, aduersus officium haud agit. Ast quod, *pretio praestito certo*, dispensationes in matrimonialibus aliisque negotiis fieri soleant, infucatis hisce *eleemosynis* debetur, quae pro *redimenda dispensatione* solui dicuntur. Hae legum obseruantiam venalem reddiderunt, effeceruntque, vt reuera tantum pauperiores iis obstringerentur, quod *eleemosynas* has soluere non valerent; ditiores vero facillime ab earum nexu liberari possent, vtpote quibus suppetit copia, hanc *publicam* redimendi *mercem*. Hic grauissimus abusus, qui per multa tempora in aula Romana regnauit, historia teste, peperit vulgatum illud: *dispensationem esse omnis bonae disciplinae nouercam*, imo tandem quaeuis optima peruertit instituta antiqua, ex quibus vix tristis quaedam imago superest. Plerisque plane placet, parvo ere redimere potius id, quod vouerunt, quam molestiori eius obseruationi sese subiicere, & ideo id plerisque placet, quod sciant, pro *eleemosynis* talia esse venalia. Huc vero merito trahere licet illud PETRONII:

Quid faciunt leges, vbi sola pecunia regnat,
Aut vbi paupertas vincere nulla potest?
Ergo iudicium nihil est nisi publica merces:
Legibus ast latis solus inhaeret inops.

Absolutio a voto temere suscepto,

§. XXXI. Sicuti vero mediante *dispensatione* votum redimitur, quod in se *validum* erat, ad minimum, secundum doctrinam ecclesiae Romanae; ita (II) adhuc datur *absolutio* ab eo voto, quod *temere* susceptum est, nec vinculum reuera habere videtur. Id pontifex in *c.* 2. *X. h. t.* innuit his verbis: *Nos autem ipsum a voto, quod in aetate tenera facilitate potius quam ex arbitrio discretionis promisit, absoluimus.* Tale votum ex supra traditis, imo ex ipsa canonistarum doctrina, vinculum nul-

Digitized by Googl

nullum conſcientiæ iniicit, & ita *abſolutione* nulla indigere videtur, cum *laxare vinculum* nihil aliud ſit, quam *liberare aliquem ab obligatione, qua tenebatur.* Enim vero quia de hoc prius *a iudice eccleſiaſtico* inquirendum eſt, an voti obligatio teneat? *abſolutionem a peccato*, quod *temerarius vouens* commiſit, vel ideo requirunt, ne ſemetipſum iudicem in cauſa ea conſtituat, quæ tantum *iudici eccleſiaſtico* reſeruata eſt. Talis vero *abſolutio* in effectu nihil aliud eſt, quam *declaratio*, votum non ligare; & tamen, quod mirandum, pontifex ſimul *temere* vouenti imponit, *vt idem votum eleemoſynis redimat*, quod ſane haud neceſſe fuit, ſi, vt pontifex innuit, votum absque *arbitrio diſcretionis* nuncupatum eſt. quæ potius eſt declaratio nullitatis.

§. XXXII. Verum, vt conſtat ex doctrina B. SPENERI *tom. vlt.* der *theol.* Bedencken *P. II. c.* 3. *art.* 1. *ſect. V. p.* 14 diſtingunt communiter inter vota, quæ tantum *non recta*, & quæ ſimul *non rata* ſunt. Hæc dicuntur, quæ *absque peccato* ſeruari non poſſunt, quæ omnino non ligant, interim ſecundum ius canonicum *abſolutione* indigent, h. e. *declaratione iudiciali*, votis vinculum deeſſe. Illa vero, quæ *non recta*, licet *rata*, ſunt, obligare dicuntur, quamuis in *modo* vouendi aliquid peccatum ſit, quod contingit in *voto temerario*, ſine *arbitrio diſcretionis*, emiſſo. Atque huc referunt dictum SALOMONIS *eccleſ. V*, 4 & 5. *melius eſt, vt non voueas, quam vt vouras & non reddas. Ne det os tuum, vt peccare faciat carnem tuam, neque dicas coram angelo ipſo*, (ſeptuaginta vertunt πρὸ πρόσωπε τε Θεε, vel ſecundum interpretationem B. SCHMIDII *coram ſacerdote, qui ate votum exigit*; ſacerdotes enim *angelos* dici tralatitium eſt) *quod error ſit*, ſeu quod votum emiſeris ſine iudicii diſcretione; *ne quid iraſcetur DEVS propter vocem tuam & diſſipabit opus manuum tuarum?* Id omnino ex hoc loco liquet, voti executionem non eſſe eludendam ſub prætextu, quod *inconſultum* ſit: poſtquam voti ſuſcepti pœnitet vouentem, fingi tales ſolent *exceptiones*, quæ tamen in rei veritate non ſunt fundatæ. Vult ergo rex ſapientiſſimus, *in dubio* votum eſſe ſoluendum, nec talem *inanem* exceptionem eſſe admittendam, niſi de ea euidenter conſtet. Hanc adiicio limitationem, quam SALOMO excluſiſſe non videtur. Etenim ad voti efficaciam omnes ad vnum *deliberati animi propoſitum* deſiderant, quo deficiente, votum dici nequit *ratum*. BRVNNEM. *lib* 2. *de iur. eccleſ. c.* 7. §. 4. WIESTNER *ad h. l. n.* 6. SANCHEZ. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 20. *n.* 13. TITIVS *in iur. priu. cit. l.* Quia vero rarius de hoc defectu tam Diſtinctio inter vota non recta & non rata.

Digitized by Google

euidenter conſtare poteſt, vt nullum ſuperſit dubium, præter *abſolutionem* etiam *redemtionem voti* in adducto caſu vrſit pontifex.

Voti temerarii exemplum.

§. XXXIII. Tale votum edidiſſe videtur EDVARDVS rex Angliæ circa annum 1050. quo ſeſe obſtrinxerat, de *itinere ad limina B. Petri & Pauli* ſuſcipiendo, vti ex diplomate eiusdem apud SPEELMANNVM *fol.* 628. & ALFORDVM *in annal. biſtor. Angl. ad cit. an. n.* 13. liquet. Reclamabant vero admodum proceres regni, abſentiam regis regno admodum periculoſam, hoſtibus vero & ſeditioſis valde vtilem fore aientes, & id vnice agentes, vt rex a *voto temerario* ſolueretur. LEO IX. pontifex, re per regem ad ſe delata, cenſuit, eum a voto abſolvendum eſſe hac vſus formula *cit. l. auctoritate DEI & ſanctorum apoſtolorum & ſanctæ ſynodi, abſoluimus te* A PECCATO ILLIVS VOTI, *pro quo DEI offenſam times: & ab omnibus negligentiis & iniquitatibus tuis: ea nimirum poteſtate vſi, quam dominus in B. Petro conceſſit nobis, dicens, quæcunque ſolueritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlis. Deinde præcipimus tibi, ſub nomine ſanctæ obedientiæ &* POENITENTIAE, *vt expenſas, quas ad iſtud iter parauerat, pauperibus eroges, & cœnobium monachicum, in honore S. Petri apoſtolorum principis, aut nouum conſtruas, aut vetuſtum emendes & augeas, & ſufficientiam victualium fratribus de tuis reditibus conſtituas &c.* Hoc forſan eo conſilio a pontifice factum, vt *Weſtmonaſterium*, pene deſtructum, rex reſtitueret, præſertim monachi cuiusdam reuelatione, quam in gratiam monachorum publicabat, accedente. In his literis pontifex quodammodo ſtylum mutauit, regemque *a peccato voti* abſoluit, & in modum *pœnitentiæ* præd. ctæ impoſuit onera.

Commutatio votorum.

§. XXXIV. Denique (III) eadem auctoritate diuina, qua prælatos ſuos muniunt, *commutationibus* quoque locum relinquunt. *c.* 1. *X. h. t.* Imo quandoque ne quidem *epiſcopi* auctoritas delideratur, ſi id, quod in locum *voti* ſurrogatur, euidenter melius eſt. Etenim votum quodcunque propria auctoritate in *votum ſolenne religionis* commutari poſſe docent interpretes ad *c.* 4. *X. h. t.* quod *monaſtica profeſſio* ſit vita *angelica*, *perfectiſſima*, & omnia cetera ſuperet vota. Ita luditur votis, & fides data facile frangi poteſt. Iam *tit. XXXII* demonſtraui, minus recte *votis monaſticis* tribui efficaciam diſſoluendi *ſponſalia*, quod etiam de aliis *votis* dicendum eſt, quatenus nullum in ſe vinculum habent. Sanctitas fidei, quæ in *voti ſolutione* occurrit, maior vtique apud DEVM eſt cenſenda, quam vana monaſticæ vitæ profeſſio. Ceterum quænam in commutatione a prælatis faci-

Digitized by Google

facienda obſeruanda ſint, in *c.* 7. *X. h. t.* traditur, quæ omnia latius perſequi non iuuat. Neque enim ad praxin proteſtantium hæc applicari poſſunt, vtpote qui *redemtionem*, *abſolutionem* aut *commutationem* votorum ignorant, nec *vicarium DEI* vllum in his terris agnoſcunt, hac præditum poteſtate, vt *vice DEI*, tanquam *creditoris*, de voto diſponere poſſit. Si quis votum fecit, eum ad illud ſoluendum adhortamur, ſiquidem vinculum habet: de hoc ſi dubitatur, *conſcientiæ* vovens ſuæ hoc conſulere modo ſolet, vt conſilia theologorum expetat, qui de *voti obligatione* mentem ſuam exponant, & ita iudicem talem *votorum* non habemus, nec neceſſarium ducimus, qualem catholici, Denique *votis perſonalibus* obligationem externam deeſſe, ſupra dixi, adeoque in eccleſiis Euangelicis deficit, qui *vice DEI* per cenſuras aliaque *media coactiua* vota exigere poſſit.

TITVLVS XXXV.

DE

STATV MONACHORVM ET CANONICORVM REGVLARIVM.

§. I.

In monachatu quædam hierarchia peculiaris adeſt,

QVemadmodum in clero proprie dicto, ita quoque in *monachatu* ſingularis adeſt *hierarchia*, & tam optime cohærens *diſciplina*, ſeu *regiminis ratio*, vt vix concinnior excogitari poſſit. Rei monaſticæ enim compages aliter conſeruari non potuit, quam ſi in *vnam* quandam ſinguli ordines coaleſcerent *rempublicam*, idoneis præfectis, iuſta *ſubordinatione* inter ſe diſtinctis, inſtruerentur, & legibus ſuis propriis viuerent. Arque vniuerſa hæc monaſtici ordinis *inſtituta* STATVS *monaſticus* & DISCIPLINA *monachalis* vocari ſolet, vt tum *rubrica* h. t. tum *c.* 1. *X. h. t.* docent. Quid enim aliud eſt *ſtatus*, quam id, quod facit *ſtare* & *ſubſiſtere* rempublicam aliamue ſocietatem, quod ea de cauſa *ratio ſtatus* vocari ſolet. Sic *ſtatus rei Romanæ* in iure ciuili denotat *vniuerſum regiminis publici complexum*, & quicquid ad illud

quæ ſtatus appellatione venit.

Digitized by Google

pertinet. Simili ratione *ſtatus monaſticus b. t.* denotat peculiare illud *regimen* & *ordinem politicum*, quo ſingulæ religiones approbatæ cohærent, diriguntur, & gubernantur, vnde *ius publicum monaſticum* confici poteſt. Et cum ſingulæ respublicæ in *ordine imperantium & parentium* conſiſtant, & iura tam *imperantium* quam *ſubditorum* ſollicite in iis diſtinguenda ſint; ita quoque in explicando hoc *ſyſtemate monaſtico* tanquam ſpeciali quodam *corpore ciuili* procedendum, vt tum *regiminis rationem* & *iura imperantium*, tum ipſorum *monachorum obligationem & intimam ſubiectionem*, indeque fluentem peculiarem *perſonæ conditionem* tradam.

Ineptia interpretum circa huius tituli expoſitionem.

§. II. Licet vero ſinguli textus huc vergant, & *ſtatum monaſticæ reipubl.* nobis ob oculos ponant, neſcio tamen, quo facto contigerit, vt interpretes, qui *commentaria & ſyntagmata* ad Decretales ediderunt, huius materiæ prorſus immemores fuerint, & tantum vulgaria quædam vel de *monachorum vita*, vel exemplo WIESTNERI de *votis monaſticis* tradiderint, cum tamen hæc ab hoc titulo ſint aliena, illa vero vix minimam huius tituli partem conſtituat. Pauciores compilatores veram intentionem ſedulo inſpexerunt, quæ ante omnia eruenda, ſi ea, quæ ei deſunt, ſupplere & quatenus fieri poteſt, res inordinate poſitas in ordinem reducere intendimus. Structuram ergo totius *corporis monaſtici* tanquam in tabella quadam *b. t.* delineabo, ea, quæ ad ſtatuum proteſtantium iura in monaſteria referenda ſunt, commodius traditurus titulo ſequente.

Syſtema monaſtici regiminis antiquum diuerſum ab hodierno.

§. III. Syſtemata *monaſtici regiminis* & diſciplinæ monachalis ratio aliter olim, maxime in primordio ſuo, compoſita fuit: aliter tractu temporis cohærere, & in arctiorem ſocietatem coaleſcere cœpit. Antiqua regiminis ratio nouam generauit, adeoque eius primum facies iſtenda. Auſpicia eius demum reperenda ſunt ab eo tempore, quo *aſcetarum* capita diſcipulos in deſertis collegerunt, & quasdam inter ſe *ſocietates* conſtituerunt, vel, vt rectius dicam, *gymnaſia* quædam & *ſcholas*, more philoſophorum, erexerunt. Ipſum regimen vel *externum* vel *internum* erat. Illud extra *ſodalitia monaſtica*: hoc *intra illa* ſeſe exſerebat. Ad illud pertinet *epiſcoporum* in monachos *poteſtas*, & horum *ſubiectio ciuilis*.

Olim erat vel internum vel externum.

Olim monachi non erant ſubiecti epiſcopis,

§. IV. Olim epiſcoporum inſpectioni & directioni tantum ſubiecti erant *clerici*, & quamuis *laici* quoque epiſcopos in ſummo haberent honore, vt *eccleſiarum*, quibus & ipſimet inſerti erant, *præpoſitos*;

Digitized by Google

tos; ſpecialior tamen nexus erat inter *epiſcopum* & *clerum*, & hic ſuo modo illi erat ſubiectus. Quia itaque *monachi* quoad ſtatum ſuum ab initio meri erant *laici*, ab his non ſeparabantur, nec magis ac hi epiſcopis ſuberant. Eandem ergo auctoritatem, quam *epiſcopus* in *clerum* ſibi vindicabat, neutiquam ſibi in *monachos* arrogabat, vt recte ESPENIVS *P. III. iur. eccl. tit.* 12. *c.* 1. §. 7. cenſet, ſed ſub *abbate* & *præceptore* ſuo erant, (vt, qui in gymnaſiis philoſophorum erant, ſub philoſophorum directione degebant) & vna cum plebe cetera inter *laicos* communicabant, quod liquidiſſimis demonſtrat argumentis ALTESERRA *lib.* 3. *aſc. c.* 8. Nihilominus tamen IDEM *cit. l. c.* 5. adeo epiſcoporum poteſtatem & auctoritatem extendit, vt *monachos* æque vt reliquum *clerum* epiſcopis ſtatim ab initio ſubiectos fuiſſe aſſerat, quod tamen *ſtatui monachorum* & *legibus eccleſiaſticis* aduerſatur. In oriente enim vsque ad tempora *concilii Chalcedonenſis* ab epiſcoporum poteſtate liberi immunesque fuerunt: in *occidente* etiam adhuc poſt illud.

ſed tantum abbati.

§. V. In ORIENTE ante *concilium Chalcedonenſe* magna iam erat monachorum copia, prout *tit. XXXI.* indicaui, nec minor eorum *audacia* & *poteſtas*. Epiſcopis hi ſæpe opem auxiliumque præſtabant, quippe qui nihil prius, nihil potius habebant, quam vt monachis, tanquam exercitu quodam ſacro ſtipati, eo magis ſui potentatus deſideria & conatus exequi, eosque in ſuas partes trahere poſſent, tum quod non leuis eorum eſſet ſanctioris vitæ opinio, tum quod inſolentius agere & ad reſiſtendum proni eſſe viderentur. Quid in ſeditione, quæ anno 387. Antiochiæ concitata eſt, egerint, quantaque temeritate officialibus, ab Imperatore miſſis, reſtiterint, docet THEODORETVS *lib. V. hiſt. eccleſ. c.* 20. Non minores turbas Alexandriæ contra THEOPHILVM, illius eccleſiæ epiſcopum, excitarunt, relatas a SOCRATE *lib.* 6. *hiſt. eccleſ. c.* 5. Aſt CYRILLO ſedem Alexandrinam tenente, ſcena mutata, & in huius fauorem grauiſſima anno 415. ſeditio contra præfectum coorta eſt ab his, qui nil niſi ſanctos innocentesque mores ſpirabant. Eiecerat CYRILLVS epiſcopus vrbe iudæos, præfecto Alexandrino ORESTE murmurante & permoleſte id ferente, vt par erat. Id ipſum turbis internis anſam dedit, quæ per monachos a CYRILLO in auxilium e deſerto vocatos admodum auctæ ſunt. Ita enim SOCRATES *lib.* 7. *hiſt. eccl. c.* 14. *Quidam ex monachis, qui in Nitriæ montibus habitabant, feruentiore animo præditi cum inde a Theophili temporibus, qui eos iniuſte aduerſus Dioſcorum fratresque eius armauerat, tum quoque acri zelo incenſi pro Cyrillo fortiter pugna-*

Monachorum audacia epiſcopis non raro grauis.

quandoque vero vtilis.

Digitized by Google

gnare instituere. Egressi igitur ex monasteriis circiter quingenti viri in vrbem veniunt, & præfectum observant in vehiculo procedentem. Ad quem accedentes, immolatorem eum appellant, & paganum, multisque aliis contumeliis afficiunt. En zelum monachorum sanctum! Quidam ex iis, AMMONIVS, iacto lapide percussit ORESTEM in capite, quod facinus nouam ad turbas fecit accessionem. Etenim sine mora populus Alexandrinus accurrit, aduersus monachorum impetum præfecto opem laturus, AMMONIVMQVE comprehensum sistit præfecto, qui secundum legum præscriptum tormentis hominem subiiciens eo vsque excruciauit, quoad ei vitam adimeret. Quid vero ad hæc CYRILLVS, tanti gregis monastici dux & imperator? *Martyrem illum vocari iussit, magnitudinem animi illius multis laudibus in ecclesia prosecutus, qui pro pietate certamen subiisset.* Ecquis vero haud ingemiscceret ad hanc CYRILLI ineptiam? Ipse SOCRATES *cit. l.* eam animaduertit, hæc subiungens: *Sed qui modestiores erant ex ipsis etiam Christianis, hoc Cyrilli studium erga Ammonium non probarunt. Compertum enim habebant, hunc temeritatis suæ pœnas dedisse, non autem tormentis immortuum esse, dum Christum negare compelleretur. Quamobrem & ipse Cyrillus huius rei memoriam paulatim silentio obliterauit.* Quantam denique vim in *Ephesina synodo secunda*, in causa Eutychis, Archimandritæ, DIOSCORI impulsu, intulerint episcopis, FLAVIANI depositioni consentire nolentibus monachis, docent acta *concilii Chalcedonensis* apud HARDVINVM *tom. II. concil. p.* 82. 94. 102. Videlicet BARSVMAS Archimandrita per literas imperatoris iussus erat, ire ad *synodum Ephesinam*, vt in ea locum omnium Archimandritarum orientalium teneret, ceu docent literæ apud EVNDEM *cit. l. p.* 75. Stipatus hic ingenti monachorum turba synodo interfuit, magisque per *vim* quam *rationem* egit. Si credimus DIOGENI Cyzici episcopo, ceterisque episcopis, qui concilio Chalcedonensi adfuerunt, grauiora facinora admisit. Ita enim DIOGENES in *concil. dicto art. IV.* apud HARDVINVM *cit. l. p.* 423. *Barsumas, qui inter illos intrauit, occidit beatum Flauianum. Ipse instabat, & dicebat: occide. Et non est positus in petitionibus. Quare introiuit? omnes reuerendissimi episcopi clamauerunt: Omnem Syriam Barsumas euertit! duxit super nos mille.*

Ex his rationibus monachi in concilio Chalcedonensi episcopis subiecti sunt.

§. VI. Ex his adductis circumstantiis duo maxime obseruo: I) monachos in agris syluisque pererrantes ad turbas dandas admodum pronos procliuesque fuisse, adeoque rei & publicæ, imo & ecclesiasticæ interfuisse, vt horum temeritas domaretur & coërceretur: II) episcopos,

Digitized by Google

pos, per *potentatum* magis quam *iure* agentes, indomitam monachorum turbam ſæpe in auxilium ſuum vocaſſe, ſeſeque hoc exercitu ſacro contra diſſentientes aliosque armaſſe. Huic malo remedium quærere ſtuduit *concilium Chalcedonenſe*, intolerabili faſtu monachorum, ſub BARSVMA militantium, adeo tactum, vt quouis modo Archimandritas epiſcopis prorſus ſubiiciendos neceſſum crediderint. Hac de cauſa ita *c.* 4. apud HARDVINVM *tom. II. p.* 601. & GRATIANVM in *c.* 12. *C.* 16. *q.* 1. edixerunt: *Qui vere & ſincere ſingularem ſectantur vitam*, (vel *monaſticam vitam*, vt apud IVSTELLVM & VOELLIVM *in bibl. iur. canon vet. p.* 62. legitur) *competenter honorentur. Quoniam vero quidam vtentes monachali habitu eccleſiaſtica negotia ciuiliaque conturbant, circumeuntes indifferenter vrbes, nec non monaſteria ſibi inſtituere tentantes, placuit, nullum vsquam ædificare aut conſtituere monaſterium aut oratorii domum ſine conſcientia ipſius ciuitatis epiſcopi. Eos vero, qui per ſingulas ciuitates & regiones in monaſteriis ſunt, ſubiectos eſſe debere epiſcopo, & quieti operam dare, atque obſeruare ieiunia & orationes in locis, in quibus ſemel DEO ſe deuouerunt, permanentes, neque communicare eccleſiaſticis, neque ſeculares aliquas tractare actiones, relinquentes propria monaſteria, niſi forte iubeantur propter vrgentes neceſſitates ab ipſius ciuitatis epiſcopo.*

§. VII. Id ergo vnice egerunt epiſcopi, α) vt Archimandritas ſibi ſubiicerent, qui ante hoc concilium ab *epiſcopis* haud dependebant, atque ita β) præcauerent, ne in poſterum contra ſe agerent, vimque ſibi inferrent, ſed potius γ) vt eorum ope contra alios, ferente neceſſitate, vti poſſent. Non aliter enim ſecundum hunc canonem relinquere monaſteria poſſunt, quam *iubente epiſcopo* eosque *euocante*. Nam quamuis etiam ante hanc ſynodum, vt oſtendi, epiſcopis præſto fuerint, id tamen ab eis per *preces*, non iure *diœceſano* ſeu per *imperium* impetrabant, adeoque *iure ſuo* opem auxiliumque denegare iis poterant, quod poſt hunc canonem monachis non amplius integrum fuit. Ita patres turbis & audaciæ monachali obicem ponentes *ſibi* magis, quam *eccleſiæ* & *reipublicæ*, proſpicere voluiſſe videntur. Interim nec hoc negari nequit, *reformationem monachorum* admodum neceſſariam fuiſſe, imo ſalutem eccleſiæ & reipubl. deſideraſſe, vt Archimandritæ, a quorum nutu monachi dependebant, ſuperiori cuidam ſubiicerentur, qui eos in officio contineret. Epiſcoporum plerumque auctoritas haud ſufficiens frenum, meo iudicio, erat ad turbulentos compeſcendos, imo nec hi ſub ſuam poteſtatem eos, iure quodam, vindicare poterant, quod *laici* eſſent, cen-

Concluſiones inde deductæ.

Conſultius factum fuiſſet, ſi magiſtratui ciuili fuiſſent ſubiecti.

Digitized by Google

censui *ecclesiasticorum* haud inserti. Consultius itaque & rationi *iuris ecclesiastici* conformius fuisset, si præfecto cuidam ciuili, *imperio maiori* munito, Archimandritæ subiecti fuissent, quod tamen patres non tantum haud concesserunt, sed etiam imperatoribus auctores fuere, vt hanc subiectionem, *synodo Chalcedonensi* introductam, ratihaberent corroborarentque.

In occidente non statim episcopis subiecti sunt.

§. VIII. Quamvis vero huic synodo etiam LEO papa interesset, imo præfecturam in ea teneret, simulque huius canones in occidentem cum noua versione *codicis canonum vniuersæ ecclesiæ* peruenirent, non tamen statim secundum huius concilii statuta per *occidentem* abbates cum monachis episcopis subiecti fuere, sed in sua libertate, vt *laici*, subsiterunt. Anno 455. &, ita quatuor post synodum Chalcedonensem annos habitum est *concilium Arelatense III.* quo monachis & abbatibus ius pristinum conseruatum est. Aiunt patres apud HARDVINVM *tom. II. concil. p.* 781. *Monasterii vero omnis laica multitudo ad curam abbatis pertineat, neque ex ea sibi episcopus quidquam vindicet: aut aliquem ex illa clericum, nisi abbate petente, præsumat. Hoc enim & rationis & religionis plenum est, vt clerici ad ordinationem episcopi debita subiectione respiciant: laica vero omnis monasterii congregatio ad* SOLAM ET LIBERAM ABBATIS PROPRII, *quem sibi ipsa elegerit, ordinationem dispositionemque pertineat.* In *concilio Carthaginensi* sub REPARATO episcopo idem anno 534. constitutum erat apud HARDVINVM *cit. l. p.* 1177. *Cetera vero monasteria etiam ipsa libertate plenissima perfruantur, seruatis limitibus conciliorum suorum in hac duntaxat, vt quandocunque voluerint sibi clericos ordinare, vel oratoria monasteriis dedicare, episcopus, in cuius plebe vel ciuitate locus monasterii consistit, ipse huius muneris gratiam compleat, salua libertate monachorum: nihil in eis præter hanc ordinationem vindicans, neque ecclesiasticis eos conditionibus aut angariis subdens. Oportet enim in nullo monasterio quemlibet episcoporum cathedram collocare, aut qui forte habuerint, habere: nec aliquam ordinationem quam leuissimam facere, nisi clericorum, si voluerint habere: esse enim debent monachi in abbatum suorum potestate.* In *synodo Carthaginensi* sub BONIFACIO episcopo *anno* 525. concilii Arelatensis III. constitutio repetita & recepta est, apud HARDVINVM *tom. II. concil. p.* 1089. Hoc præmisso, porro patres ita edicunt: *Erunt igitur omnia omnino monasteria,* SICVT SEMPER FVERVNT, *a conditione clericorum modis omnibus libera, sibi tantum & Deo placentia.*

§. IX.

Digitized by Google

§. IX. Paulatim tamen etiam in *occidente* seculo VI. cœperunt *episcopis* subiici monachi, vt ex variis argumentis palam est. Id primum ex *concilio Chalcedonensi* receptum, ne absque *episcopi auctoritate* monasteria exstruerentur. Id ipsum cautum in *concilio Agathensi anno* 506. celebrato *c.* 27. apud HARDVINVM *tom. II. concil. p.* 1001. *monasterium nouum nisi episcopo aut permittente, aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat.* vid. *c.* 12. C. 18. *q.* 2. In *c.* 58. idem fere repetitum: *cellulas nouas vel congregatiunculas monachorum absque notitia episcopi prohibemus institui.* vid. *c.* 13. C. 18. *q.* 2. Præterea in *c.* 56. qui in *c.* 40. C. 17. *q* 4. refertur, alienatio quoque abbatibus interdicitur sine *episcopi* consensu: *in venditionibus, quas abbates facere præsumunt, hæc forma seruetur, vt quicquid sine episcopi notitia venditum fuerit, ad potestatem episcopi reuocetur.* In *concil. Aurel I. c.* 19 *anno* 511. celebrato apud HARDVINVM *tom. II. concil. p.* 1011. & GRATIANVM *c.* 16. C. 18. *q.* 2. directo abbates episcopis subiecti sunt: *Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant; & si quid extra regulam fecerint, ab episcopis corrigantur.* In *Epaonensi synodo anno* 517. celebrata *c.* 10. idem, quod in *Agathensi* cautum erat, repetitum: *cellas nouas aut congregatiunculas monachorum absque episcopi notitia prohibemus institui.* Denique in *concilio Aurelianensi V.* anno 554. celebrato, *c.* 2. apud HARDVINVM *tom. III. concil. p.* 328. idem confirmatum: *vt monasteria vel monachorum disciplina ad eum pertineat episcopum, in cuius sunt territorio constituta.* Et *c.* 5. *vt episcopi de puellarum monasteriis, quæ in sua ciuitate sunt, curam gerant, ne abbatissæ eius monasterii aliquid liceat contra regulam facere.*

Seculo VI. etiam eis subiici cœperunt.

§. X. Hæc quæ a patribus in conciliis sunt constituta, *legibus ciuilibus* postea corroborata confirmataque sunt. Equidem in *l.* 40. C. *de episc & cler.* quasi in compendio sensus conciliorum hactenus adductorum, & in *l.* 44. *pr. eod. vers. sed si viri* exemplum *curæ episcopalis* refertur; generatim autem in *cit. l.* §. 1. de *potestate episcopali* editur, *quod DEO amantissimi cuiusque ciuitatis episcopi inspicere diligenter monachorum degentium in monasteriis sub sua cura ordinatis conuersationes debeant*, simulque plenius in seqq. *inspectio episcopalis* in monachos determinatur. Hac de causa quoque in *l.* 47. C. *eod. confirmatio abbatum & abbatissarum* electarum *episcopo* tribuitur, prolixumque foret, legum ciuilium sanctiones referre omnes. Pariter in *occidente* per *capitularia* regum Francorum episcopis abbates monachique subiecti sunt, vt vel *synodus Vernensis* de *anno* 755. sub PIPINO *c.* 5. apud BALVZ *tom. I.*

Quod legibus ciuilibus corroboratum.

Digitized by Google

capit. p. 169. docet: *vt monaſteria tam virorum quam puellarum ſecundum ordinem regulariter viuant. Et ſi hoc facere contemſerint, epiſcopus, in cuius parochia eſſe videntur, hoc emendare debet &c.* In *capitular.* CAROLI M. *de anno* 789. apud EVNDEM *cit. l. p.* 222. *concilii Chalcedonenſis* edictum approbatum, & rurſus *anno* 802. *cap.* 15. apud EVNDEM *cit. l. p.* 366. *ſeq.* ita cautum eſt: *Abbates autem & monachi omnimodis volumus & præcipimus, vt epiſcopis ſuis omni humilitate & obedientia ſint ſubiecti, ſicut canonica conſtitutio mandat*, quod etiam repetitum *lib. V. capitul. cap.* 27. apud EVNDEM *cit. l. p.* 830. *c.* 29. *p.* 831. & *lib. VII. c.* 12. *p.* 1033. Conf. IOACH. VADIANVS *lib. I. de colleg. monaſt. Germ. veter.* apud GOLDAST. *tom. III. rerum Allem. p.* 17.

Non tamen a nexu ciuili exeinti.

§ XI. Eo ipſo vero, quo *epiſcopis* ſubiecti ſunt abbates cum monachis, a *nexu ſubiectionis ciuili* haud ſunt liberati, præſertim cum ne quidem *epiſcopi*, quorum inſpectioni ſubditi erant, vllam a *ſubiectione ciuili* immunitatem ſibi aſſererent, ſed imperatoribus regibusque, ſacra ſcriptura iubente, ſubeſſent. Tam in *oriente*, quam *occidente* leges de *monachis* & *monaſteriis* latæ id oſtendunt, declarantque, abbates ſummis paruiſſe imperantibus, eorumque legibus, diſciplinam monaſticam determinantibus, fuiſſe directos. De teſtamentis monachorum virginumque DEO dicatarum diſponit *l.* 13. *C. de SS. eccleſ.* Monaſteriis qualitatem eccleſiaſticam indidit, omnemque a rebus eorum præſcriptionem excluſit IVSTINIANVS in *l.* 23. *C. eod.* Succeſſionem ab inteſtato in bona monachorum ordinat *l.* 20. *C. de epiſc. & cler.* De vinculo monachali in *l.* 29. & 53. *C. eod.* de foro monachorum competente in *l.* 33 & *l.* 37. §. 2. *C. eod.* de ſeruis monachis in *l.* 38. *C. eod.* de fugitiuis in *l.* 39. *C. eod.* de iurisdictione epiſcoporum in monachos in *l.* 40. & 44. *pr.* & §. 1. *C. eod.* de ſeparatione monaſteriorum vtriusque ſexus & inſpectione epiſcoporum in vitam & mores monachorum in *l.* 44. *C. eod.* de electione & confirmatione abbatis vel abbatiſſæ in *l.* 47. *C. eod.* de monachorum vacatione a cura & tutela in *l.* 52. *C. eod.* & de monachis hæreticis in *l. f. C. de apoſtatis* plena agitur manu. Præſertim vero IVSTINIANVS in *nouellis* de monachis & monaſteriis plura edixit, ipſorumque ſtatum, iura, moresque determinauit. Plena eſt *nou.* 5. de monaſteriorum ædificatione, profeſſione & communi vita monachorum aliisque ad *diſciplinam monaſticam* pertinentibus præceptis. Quædam addita in *nou.* 122. *c.* 33. *ſeqq.* ſpeciatim vero in *nou.* 133. mores monachorum formati ſunt. De accuſatione

Digitized by Google

ne abbatum & monachorum agit *nou.* 137. *c.* 3. *ſqq.* quæ omnia ſatis produnt, ſtatum *monachorum* olim a reliquis *ſubditis* haud fuiſſe diuerſum, nec cognitam eo tempore illam philoſophiam, qua ſe ad inſtar *clericorum* imperio ciuili ſubducere conati ſunt.

ſed ſubditi erant æque ac alii.

§. XII. Nec diuerſus fuit monachorum *ſtatus* ſub *Francis* & *ſtirpe Carolingica*, quin potius ita comparatus, vt a ceteris ſubditis haud diſtinguerentur, imo, quod magis eſt, monaſteria liberiori regum diſpoſitioni, quam reliqua ſubditorum bona, fere ſubeſſent. Ne quidem monachus quis fieri poterat absque regis licentia ſecundum *cap.* 287. *lib.* 6. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 969. Longum foret, ſi ex capitularibus regum Francorum omnia eruere vellem, quæ de *ſtatu monachorum* eorumque diſciplina vberrime ſunt conſtituta, quæ ſupremam in monaſteria arguunt poteſtatem. Id vero inprimis huc pertinet, quod *miſſi dominici* monaſteria viſitauerint, & *reformationem* eorum curauerint. Sub PIPINO *anno* 739. factum eſt ſequens capitulare, exhibitum a BALVZIO *cit. l. p.* 537. *Stetit nobis, vt miſſos noſtros, vnum monachum & vnum capellanum direxiſſemus infra regnum noſtrum prouidendo & inquirendo per monaſteria virorum & puellarum, quæ ſub ſancta regula viuere debent, quomodo eſt eorum habitatio, vel qualis eſt vita aut converſatio eorum, & quantum vnumquodque monaſterium de rebus habere videtur, vnde viuere poſſit.* Similiter *lib. I. cap.* 116. apud EVNDEM *cit. l. p.* 726. *ſeqq. & lib. V. cap.* 143. *p.* 852. *& c.* 373. *p.* 903. *ſeq. viſitatio* & *reformatio* monaſteriorum miſſis in mandatis datur, vnde certiſſimum de *ſtatu abbatum* & *monachorum* illius temporis per Germaniam & Galliam capi poteſt argumentum.

Etiam ſub Francis & ſtirpe Carolingica.

§. XIII. Quod vero adhuc expreſſiorem in monaſteria *ſuprema poteſtatis ciuilis* ſignificationem habet, etiam adeo libere reges de iis diſpoſuerunt, vt eadem *iure beneficiario* laicis concederent commendarentque. De huiusmodi *commendatoribus* loquitur *cap.* 8. *lib.* 2. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 738. *abbatibus quoque &* LAICIS *ſpecialibus iubemus, vt in monaſteriis,* QVAE EX NOSTRA LARGITATE HABENT, *epiſcoporum conſilio & documento ea, quæ ad religionem canonicorum, monachorum, ſanctimonialium pertinent, peragant.* In *cap.* 333. *lib. V.* apud EVNDEM *cit. l. p.* 896. fit itidem mentio laicorum, qui *monaſteria* habent, quemadmodum etiam in *concil. Mogunt. de anno* 888. *c.* 25. apud HARDVINVM *tom. VI. p. I. conc. p.* 409. de his im patres conſtituerunt: *de monaſteriis clericorum, monachorum atque puellarum, quæclericis ſiue* LAICIS BENEFICII IVRE *donata ſunt, placuit,*

Monaſteria in feudum dabant.

Digitized by Google

vt tales eis præficiant prouisores & præpositos, sicut in Cabilonensi concilio scriptum est, qui & præesse nouerint & prodesse &c. Constituebant enim hi *commendatarii*, vt vocantur, *præpositos & prouisores*, vt officio abbatis fungerentur, reditus autem pinguiores sibi reseruabant. Vnde abbates alii erant *legitimi & regulares*, ex monastico ordine electi; alii *abbates comites* vel *milites*, quibus monasteria in feudum data. Conf. THOMASSINVS *P. II. de discipl. eccl. lib.* 3. *c.* 12. *seqq.* Neque vero hoc adeo demirandum est, cum, prout tum *tit. de feudis* tum *tit. de decimis* obseruaui vberius, ex variis causis de ipsis ecclesiis, bonis ecclesiasticis, oblationibus & decimis disposuerint reges, eaque passim *iure feudi* militibus concesserint.

Status monachorum antiquus a Baluzio depictus.

§. XIV. Secundum hæc *statum monasteriorum & monachorum* antiquum optime depingit BALVZIVS *in not. ad Lupum*, atque *p.* 344. *antea*, ait, *lege generali per omnes vbique prouincias promulgata monasteria erant prorsus in potestate episcoporum, adeo vt si quippiam illic actum fuisset extra regulam, ab episcopis corrigeretur. Deinde vero paulatim regis nostri eorum monasteriorum in se susceperunt curam, deque* STATV *eorum monachorum regni auctoritate cognoscebant. - - Itaque monasteria, vt seculi nostri verbis vtamur, erant per eas tempestates immediate subiecta auctoritati regiæ, & ad eam, nullo medio, respiciebant. Et quoniam eo præsidio monasteria indigebant, vt facilius occurrerent contradictionibus siue episcoporum siue aliorum quorumcunque, ii, qui monasteria de nouo fundabant, ea ponebant sub tuitione & defensione principis.* Persequitur doctissimus auctor hoc argumentum vlterius *p.* 369. *seq. & p.* 373. docetque, libertatem vnice dependisse ex *regum beneficio*, quod etiam illustrat MABILLON. *lib. VII. annal. Benedict. p.* 193.

Suberant inferioribus iudicibus, nisi beneficio regum essent exemti.

§. XV. Adeo videlicet status *monasteriorum & monachorum* a sorte ceterorum subditorum eorumque bonorum haud differebat, vt, nisi speciatim a *iudicum inferiorum* potestate, munere regio, eximerentur, eis subesse cogerentur. Hanc vero immunitatem a *iurisdictione comitum & magistratuum inferiorum* pleraque monasteria anxie quæsisse, tum prælaudatus BALVZIVS *cit. l.* iam notauit, tum infinita ostendunt declarantque diplomata, quo ipso factum, vt *immediate* Cæsari regibusque parerent. Formulæ harum *exemtionum* a comitum ceterorumque magistratuum iurisdictione variæ fuere, de quibus quædam adferam. GEWOLDVS *in add. ad Hundii metrop. Salisb. tom. II. p.* 7. *edit. nouiss.* adfert LVDOVICI pii præceptum, in quo hæc formula: *Petiitque vt nos*

Digitized by Google

nos eum cum rebus & hominibus supra dicti monasterii similiter sub sermone tuitionis nostræ susciperemus. Dat subinde potestatem monasterio, vt si quid controuersiæ emergat, *liceat illi & suis potestatem habere ad nos veniendi, vt in nostra præsentia causa, quæ contra illum vel suos exorta fuerit, iustum & legitimum terminum accipiat.* Alia eiusdem imperatoris formula in *diplom. VIII. ibid. cit. l. p.* 10, *vt nullus iudex publicus vel quilibet ex iudiciaria potestate, aut vllus ex fidelibus nostris, tam præsentibus quam & futuris, neque comites neque centenarii neque exactores in ecclesias aut loca vel agros, seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni nostri iuste & legaliter tenet ac possidet, vel etiam in ea, quæ in iure ipsius monasterii voluerit diuina pietas augeri, ad causas audiendas vel freda & tributa exigenda, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius monasterii, tam ingenuos, quam seruos, sclauos, accolas, super terram ipsius commanentes, nec iuste nec iniuste distringendo, & nullas redhibitiones vel mansiones aut paratas faciendas, aut illicitas occasiones requirendas nostris nec futuris temporibus ingredi audeat - - - sed liceat memorato viro suisque successoribus res prædicti monasterii &c. sub tuitionis atque emunitatis nostræ defensione, remota totius iudiciariæ potestatis inquietudine, & vulgari appellatione quieto ordine & tranquilla securitate possidere.* In alio FRIDERICI II. diplomate de anno 1236. apud EVNDEM *cit. l. p.* 124. hæc breuis sed satis notabilis occurrit clausula: *ab omni iure comitum & iudicum eximimus & liberos esse concedimus.* Similiter apud LINDENBROGIVM *in script. septentr. p.* 130. *sqq.* ex edit. FABRICII aliquoties hæc occurrit formula: *omni iudiciaria potestate remota.* Apud SCHATEN. *in annal. Paderborn. ad ann.* 1174. in CONRADI imperatoris diplomate sequentia occurrunt: *vt nullus iudex publicus licentiam in homines ad præfatum monasterium pertinentes vllam iudiciariam habeat exercere potestatem.* Sed quid γλαυκ' εἰς Ἀθήνας? notiora hæc sunt, & vbiuis obuia, vt ea in dubium vocari non debeant, cum in propatulo & aprico sit, per plura secula monasteria *sola imperatorum indulgentia* a *ducum, comitum* & *ordinariorum iudicum* iurisdictione fuisse exemta, & ita imperatori *immediate* vel sub *aduocatis* paruisse.

§. XVI. Eremim ea de causa monasteriis dabant *aduocatos* seu *vicedominos*, vt vocantur, qui tum rerum ad monasterium pertinentium *curam* gererent, tum *iustitiam* facerent *iurisdictionemque* nomine cæsaris exercerent. Quandoque potestatem dabant monasteriis eligendi

Imperatores monasteriis dabant aduocatos,

Digitized by Google

di ſibi *aduocator*, quandoque vero ipſimet potentiores vicinos de *aduocatia* inueſticbant, de qua pleniusagit MATTHAEI *de nobil. lib. II. c.* 29. & 30. Neque vero, quod MAGERVS *c.* 2. *de aduoc. arm. n* 233 *ſqq.* affirmare auſus eſt, *aduocatia* omnis ſimplici abſoluebatur *protectione*, ſed vt plurimum plus *poteſtatis* in ſe continebat, ipſumque *ius gladii* inuoluebat, ceu MATTHAEI *cit. l. & tr. de iure gladii c.* 23. *n.* 4. claris aſſeruit documentis. Neceſſe enim erat, vt, quia monaſteria plerumque eximerent ab omni *ordinariorum iudicum* poteſtate, eis *alium iudicem* darent, qui de cauſis ad monaſterium hominesque eius pertinentibus cognoſceret, cum nec ipſi abbates olim iurisdictionem vllam exercerent, nec imperatores talium cauſarum cognitionem ſubire poſſent. Qua de cauſa ſæpiſſime in diplomatibus, quæ de exemtione monaſteriorum ab ordinariorum iudicum poteſtate diſponunt, addi ſolet, vt coram *aduocatis* lites monaſteriorum finiantur. Prælaudatus MATTHAEI *tr. de iur. glad. c.* 31. *n.* 1. adfert chartam HENRICI *de anno* 1046. in qua hæc duo euidentiſſime connectuntur: *vt nullus ſeruus aut liber prælibatæ eccleſiæ coram vllo præſide vel iudice noſtro ad cauſas audiendas aut freda exigenda coactus veniat, ſed coram aduocato ipſius eccleſiæ finiantur.*

quandoque iure gladii inſtructos.

§. XVII. Præterea ſi monaſteriis relicta erat poteſtas ſibi eligendi *aduocatum*, ille tamen *bannum* ab imperatore accipiebat. Docet id charta HENRICI VI. *de anno* 1073. apud GEWOLDVM *in addit. ad Hundii metropol. Salisburg. tom. II. p.* 191. in qua monaſterium Eberſperg conſtituit *regalem abbatiam in perpetuum, omnimoda libertate ſublimatam, & ab omni ſubiectionis obligatione liberam, vt nullus archiepiſcoporum, epiſcoporum, ducum, marchionum, comitum vel aliquorum omnino perſona præſumat hanc moleſtare, vel a iuris ſui ſtatu diminuere.* Poſt pauca hæc ſubiiciuntur: *Nullus etiam aduocatus ibi hereditario iure exiſtat, ſed abbas communicato fratrum collegii conſilio iuſtum & idoneum defenſorem ſemper eligant, qui poſtquam de iure & rebus eccleſiæ conſeruandis per ſacramentum certitudinem fecerit, bannum a rege vel imperatore ſuſcipiat.* Eiusdem fere tenoris chartam ineditam *de anno* 1090. adduxi in *obſerv. ad Petr. de Marca de C. S. & I. lib. I. c.* 12. *obſ.* 18. §. 2. *de aduocati quoque electione hoc ſtatutum eſſe notandum eſt, vt quemcunque abbas loci illius cum conſilio fratrum ſuorum ad defendendam monaſterii libertatem & iuſtitiam vtilem inuenire poſſit, qui non pro terreno commodo, ſed pro æterna mercede hoc patrocinium ſuſcipere velit, hunc absque vllius contradictione eligat, & bannum legitimum non iure hereditario eum a rege ſuſcipere efficiat &c.* Pluribus hoc thema exornauit argumentis & documentis HERTIVS *de iaclit. ordin. ciſterc. libert. ſect. III.*

Electi a monaſteriis bannum accipiebant ab imperatore.

§. XVIII.

Digitized by Google

§. XVIII. Ceterum etiam hoc ex argumentis adlatis manifeſtum eſt, monaſteria, quæ non fuere *exemta a iudicum ordinariorum* poteſtate, eam declinare non potuiſſe. Verum & aliis de cauſis comitum & ducum iurisdictionem plura agnoſcere coacta ſunt, quod paucis indicandum, vt ſtatus *immediatorum* & *mediatorum* monaſteriorum inde clarius liqueat. Extincta *Carolingica ſtirpe*, ſub imperatoribus Saxonicis *ducum* poteſtatem inſignia accepiſſe incrementa quis negauerit? Non ergo demirandum, ſi monaſteria, in eorum territoriis ſita, ad ius ſuum pertinere arbitrati ſunt, & ſupremam in ea iurisdictionem exercuere. Neque enim eo tempore ea iam inceſſerat prælatos monachosque opinio, ſe ab omni *iurisdictione ciuili* exemtos eſſe, adeoque paſſim *iuris territorialis* veſtigia hinc inde occurrunt.

Quædam monaſteria agnouere comitum & ducum iurisdictionem.

§. XIX. HENRICVS Leo inprimis huius iuris egregia edidit ſpecimina. Elegerant canonici Lubecenſes HENRICVM abbatem Brunſuicenſem, quod tamen non aliter quam cum conſenſu *ducis* perficere poterant. Aſſenſum præbuit dux, quod ipſimet in literis apud ARNOLDVM Lubecenſem *c.* 13 a LEIBNITIO *tom. II. ſcript. Brunſuic.* editum, fatentur: *quem non ſolum electione canonica nobis præficiendum decreuimus, ſed etiam principis noſtri, domini ducis, qui cum nobis in dominum & patrem ſpiritualem deſignauit, auctoritate vſurpamus.* Anno 1280. confirmauit emtionem a præpoſito Stedenburgenſis eccleſiæ factam, vt *dominus territorii*, hoc reſcripto: DEI *gratia* HENRICVS *dux de Brunſwig omnibus in perpetuum. Cum dominus Iohannes Stedeburgenſis eccleſiæ præpoſitus ac familiares ſui vna cum domino Eiberto de Aſſeboreh & ſuis legitimis heredibus in emtione quorundam prædiorum concordarent coram nobis, rogauerunt, vt talem ordinationem, tanquam coram* DOMINO TERRAE *factam, firmare dignaremur &c.*

Exempla monaſteriorum ſub ducibus mediatorum, qui electos confirmarunt abbates, itemque contractus.

§. XX. Anno 1290. OTTO comes palatinus Rheni & dux Bauariæ monaſterio in Alderſpach. Ciſterc. ordinis immunitatem ſingularem conceſſit apud GEWOLDVM *tom. II. in addit. ad Hundii metrop. Salisb. p.* 47. *edit. nouiſſ.* in hæc verba: *Nolumus homines dictæ Alderſpacenſis eccleſiæ attinentes, imo etiam alios, ſiue aduenas ſurſum aut deorſum venientes aut nobis duntaxat videlicet proprietatis titulo attinentes, & in prædiis dictæ eccleſiæ reſidentes aliqua iudicum noſtrorum quærere placita, ſed huiusmodi homines ſiue coloni ſuperius expreſſi coram abbate ipſius eccleſiæ vel officiali ſuo iuri ſtare in omni, quam ad inuicem inter ſe habuerint materiam contentionis, ſed & alii extranei, ſi forte aliquam adverſus ſupra nominatos colonos habuerint materiam contentionis ſimiliter*

Immunitates a iudicibus ordinariis conceſſere.

Digitized by Google

coram abbate ac officiali supra dictis tanquam forum rei sequentes volumus stare iuri, ac expoſcere complementum iuſtitiæ ab eisdem, niſi forte dictus abbas aut officialis eius talibus negligeret iuſtitiam exhibere, quo legitime probato, ad diffinitionem noſtrorum iudicum eodem recurrere volumus & examen. Hoc tamen excepto, quodſi homines memoratæ eccleſiæ contra alium, qui extra conditionem, vt præmiſſum eſt, dicto cœnobio non attinet, quicunque talis fuerit, noſter vel alterius, tunc examinatio vel diffinitio talis cauſæ ad abbatem aut officiales ſuos non pertinet, ſed iudex noſter, quicunque fuerit, debebit tales actiones cognoſcere & iudicio terminare. Item ſi aliquis hominum dicti monaſterii in furto, latrocinio, homicidio vel raptu aut ſimili maleficio, quod vltimum ſupplicium vel pœnam ſanguinis requirit, notorie deprehenſus fuerit, de talibus iudex noſter cognoſcet, &c. Inſignia in hoc diplomate *ſuperioritatis territorialis* documenta occurrunt. Nam 1) eximit comes palatinus Rheni monaſterium a poteſtate *iudicis ordinarii* a ſe conſtituti, cui alias ſubiectum fuiſſet: II) iurisdictionem abbati confert in homines monaſterii, & quidem III) *dependenter*, ſaluo recurſu ad iudicem ordinarium in caſu denegatæ iuſtitiæ. Denique IV) eidem criminalia ſeu *iurisdictionem altam* reſeruat, quæ omnia comitis palatini ducisque Bauariæ poteſtatem in dictum monaſterium deſignant.

Viſitationibus auctoritatem ſuam dederunt.

§. XXI. Cum finita ſynodo prouinciali anno 1451. *viſitatio* & *reformatio* quorundam monaſteriorum eſſet ſuſcipienda, commiſſarii id ipſum ſine *dominorum territorii* aſſenſu & auctoritate facere non poſſe exiſtimarunt. Id teſtantur commiſſarii apud BVSCHIVM de *reformat. monaſt. lib. IV. c.* 3. a LEIBNITIO *tom. II. ſcript. Brunſu. p.* 958 editum, his verbis: *Principes terrarum, in quarum* DISTRICTV & POTESTATE *dicta monaſteria, per nos viſitanda & reformanda, fuerunt conſtituta, primum adire deliberauimus, eorum conſenſum & fidelem aſſiſtentiam ſuper præmiſſis requiſituri. Quidam ergo principes,* MONASTERIORVM ILLORVM DOMINI, *literas nobis dederunt ſigillatas, ſub certis tenoribus infra ſcriptis pro pleniſſimo eorum aſſenſu, in quibus ſuis mandarunt ſubditis, vt nobis in cunctis nobis commiſſis obedirent.* WILHELMVS Landgrauius Thuringiæ hunc in finem ad omnia monaſteria ſuæ ditionis literas & mandata dedit, vt *viſitatores* hoſce reciperent. Ipſas literas exhibet BVSCHIVS *cit. l. c.* 5. huius tenoris: WILHELMVS *Dei gratia Dux Saxoniæ, Landgrauius Thuringiæ Marchio Misnienſis, vniverſis & ſingulis abbatibus, præpoſitis, prioribus, prioriſſis & conuentibus monaſteriorum ordinis canonicorum regularium in principatu, domi-*

Digi Google

mirio & diſtrictu noſtro conſiſtentibus, ſalutem noſtrumque fauorem. Venerabiles, deuoti & dilecti, noueritis, cum ex ſingulari deſiderio ad hoc inclinemur, vt ordo veſter, omniumque in noſtro principatu ordines, iuxta antiquam ſuam inſtitutionem, regularisque obſeruantiæ normam debite reformentur, prout in quibusdam noſtri diſtrictus monaſteriis noſtro fauore inchoata reformatio eſſe dignoſcitur: hinc eſt, quod venerabiles patres noſtri, deuoti dilecti domini, Iohannes & Paulus, noui operis & S. Mauritii, in extra Hallas, monaſteriorum ordinis veſtri præpoſiti, pie nos informantes, quomodo ipſi a ſanctiſſimo in Chriſto patre domino apoſtolico, & eius loco, a reuerendiſſimo fautore noſtro, ſingulariter nobis dilecto, domino Nicolao de Cuſa, presbytero cardinali tituli S. Petri ad vincula, per Allemaniam legato, ad ipſa veſtra monaſteria, authoritate apoſtolica, viſitanda & reformanda, ornati ſint & adſtricti; humiliter & inſtanter nos ſupplicarunt, quatenus noſtram eis fidelem aſſiſtentiam ad præmiſſa præbeamus. Quapropter deuotorum noſtrorum Iohannis & Pauli Hallenſium præpoſitorum ſanctis informationibus & iuſtis eorum ſupplicationibus pie inclinati, ad honorem omnipotentis DEI & animarum plurimarum ſalutem aſſenſum fauorabilem, aſſiſtentiam, & bonam noſtram voluntatem in præmiſſis exhibentes, ipſis duobus præpoſitis ad tam ſanctam & laudabilem reformationem merito perficiendam, iuxta omnem noſtram poſſibilitatem fideliter nos cooperaturos promiſimus & promittimus per præſentes. Idcirco ab omnibus & ſingulis vobis diligenter ſerioſeque deſideramus, vt huiusmodi bullis & mandatis apoſtolicis iuxta omnem earum tenorem, prout tenemini, promto animo libenter obediatis & ſatisfaciatis, propter animarum veſtrarum ſalutem perpetuam, dictos deuotos patres benigne ſuſcipiendo & gratioſe pertractando, eorumque decretis & conſiliis libenter obtemperando, prout in præmiſſis plene de vobis confidimus. Dedimus etiam dictis patribus viſitatoribus per omnem iuris noſtri diſtrictum & ditionem ſecurum ſaluum conductum, ab omnibus aduocatis, iudicibus, ciuitatibus & ſubiectis noſtris firmiſſime obſeruandum & pro eis reſpondendum: quod ab omnibus vobis gratanter accipimus, & habere volumus. Datum Erfordiæ noſtro ſub ſigillo præſentibus impreſſo, dominica poſt Ægidii anno Domini 1451.

§. XXII. Anno 1455. dux WILHELMVS ſenior Brunſuicenſis *reformationem* monaſteriorum in terris ſuis ſitorum cum *viſitatoribus papalibus* ſuſcepit, &, auctoritate inprimis ſua perfecit, qua opus habebant viſitatores, qui alias ipſum viſitationis negotium ſibi proprium eſſe cenſebant. Monaſterium in Wenninefen intrans, pro imperio dixit: Reformarunt monaſteria.

dixit: *domina prioriſſa & vos ſorores omnes volo, vt reformationem aſſumatis & regulam veſtram obſeruetis.* Contra extreme refractarias his tandem vſus minis: *ſi adhuc vos vultis reformare, tunc volo vos in terra mea ſuſtinere; ſin autem non, tunc currus iam ſunt parati, qui vos de terra mea euehere debent, forſan nunquam redituras.* Euentum rei plenius deſcribit BVSCHIVS *cit. l. lib.* 2. *c.* 1. & 2. Eodem imperio peregit *reformationem monaſterii Marienſeenſis*, illisque itidem reluctantibus, minatus eſt, ſe ſtatim moniales de terra ſua eiecturum eſſe, ſi *reformationem* vlterius reiecerint, teſte EODEM *cit. l. c.* 3. Moniales in Borſingenhuſen, referente EODEM *cit. l. c.* 4. iam dudum reformare dux tentauerat, quod etiam ope *viſitatorum* prædictorum perfecit. Superſedeo plura adferre documenta, poſtquam hanc prouinciam ſatis egregie iam exornarunt HERTIVS *de iactit. vulgo ordin. Ciſterc. libert. & exemt. a ſuperior.* & REINHARD *de iur. princip. circa ſacra ante reformat. cap. III.* §. 12.

Nec hodie monaſteria in terris catholicorum ſuperioritati in totum ſubducta,

§. XXIII. Equidem negari nequit, iam dudum monaſteria exemplo ordinis clericalis, exemtionem a *ſuperioritate territoriali*, imo ab *omni ſubiectione ciuili* tentaſſe, eamque *iuris* cuiusdam *diuini* præſidio muniuiſſe, de quo infra dicendi locus erit; non tamen vbique prælati id, quod ſedulo anhelarunt, conſecuti ſunt. Id non adeo demirandum eſt, illa, quæ quodammodo *curæ epiſcopali* cohærebant, *ſtatibus territorialibus* pro more eius temporis denegata fuiſſe. Iam ante obſeruaui, concurriſſe quidem principes ad *reformationem monaſteriorum*, ſed magis vt ſua *auctoritate* & *poteſtate ciuili* ſeu *brachio ſeculari* eam tuerentur & ſubleuarent, quam dirigerent & adornarent, vt vel exemplum reformati monaſterii Steterborgenſis apud BVSCHIVM *de reform. monaſt. lib.* 2. *c.* 18 illuſtrat. Aſt quæ alia *poteſtatis ciuilis* munia erant, haud deſuerunt principes intuitu monaſteriorum in terris ſuis ſitorum, præſertim cum eorum prælati *ſtatus prouinciales* eſſent, & quæ exemtionum priuilegia intuitu *iurisdictionis eccleſiaſticæ epiſcopalis* pleraque impetrauerant, ad exemtionem a *ſuperioritate territoriali* nullo modo trahi poſſent. Nulla fere in Germania eſt ditio, in qua non etiam Romanæ eccleſiæ addicti iura plura *poteſtatis ciuilis* in monaſteria exercerant, vt vel exempla a B. HERTIO *cit. l.* adducta docent. Ne quidem *Ciſtercienſes*, præ ceteris alias, ratione ſui inſtituti, paupertatem & humilitatem ſectantes, abſtinuerunt a poſſeſſione ampliſſimorum fundorum, quorum intuitu magis magisque ſe obſtrinxere *poteſtati ciuili.* Iam Alexander III. in *c.* 3. *X. h. t.* hoc iis obiurgauit, quod contra ordinis

ſed abbates ſtatus prouinciales ſunt,

nec Ciſtercienſes libertate hac gaudent.

ſui

ſui regulam *villas*, *eccleſias & altaria poſſideant*, *fidelitates & hominia benigne ſuſcipiant*, *iuſtitiarias & tributarias teneant*. Hoc vero ideo reprobat pontifex in *Ciſtercienſibus*, quod ſuæ *regulæ* immemores paupertatem abiecerint, non vero quod, dum talia bona poſſiderent, ad inſtar ceterorum *ſubditorum*, quæ ex *ſuperioritate territoriali* præſtanda ſunt, præſtent. Verum longe illuſtrior *ſubiectio monaſteriorum* poſt reformationem facta eſt, poſtquam etiam *epiſcopalis iurisdictio* in ea quieſcere iuſſa, & *exemtiones papales* deſierunt quoad ea, quæ in *territoriis proteſtantium* ſita ſunt, de quibus *tit. ſqq.* agendum.

§. XXIV. Status hic prælatorum & monachorum per plura durauit ſecula, vt *iurisdictioni epiſcopali* in ſpiritualibus, vt loquuntur, ſubeſſent, de cetero autem imperatorum, regum, principumque *ſubiectione ciuili* ſimul tenerentur. Circa ſeculum XI. plura monaſteria novum induerunt ſtatum per *exemtiones a ſede papali* impetratas, vi quarum ſeſe *epiſcoporum iurisdictione* eximere tentarunt prælati, epiſcopatus honorem ipſimet in ſuis monaſteriis ambientes. Ea enim plures iam rerum abundantia, dignitate, & variorum priuilegiorum prærogatiua inclaruerant, vt prælaturæ eorum *diœceſes epiſcopales* exæquarent, & nihil eorum gloriæ deeſſe videretur, quam vt, ſtatu priſtino ita *eminenter* immutato, ſubducerentur epiſcopali iurisdictioni, & ſedi papali immediate ſubiicerentur.

iurisdictioni epiſcopali

plura monaſteria ſubtracta per exemtiones papales

§. XXV. Seculo XI. tales a Romano præſule factas exemtiones *totales* adhuc in Gallia rariores fuiſſe oſtendunt geſta patrum in *concil. Anſano* anno 1025. celebrato apud HARDVINVM *tom. VI. concil. P. I. p.* 839. *ſeq.* Ordinauerat archiepiſcopus Viennenſis quosdam ex monachis Cluniacenſis cœnobii, in epiſcopatu Matisconenſi ſiti. GAVSLENO, huius diœceſeos epiſcopo, attentatum hoc ad concilium deferente, & Viennenſi archiepiſcopo Odolonem abbatem in ſui defenſionem ad *priuilegium* prouocante, illud a curia Romana impetratum in medium allatum eſt, *quod eis talem* LIBERTATEM *tribuebat, vt nulli, in cuius territorio degebant, nec alicui aliquatenus ſubiacerent epiſcopo; ſed quemcunque vellent, vel de qualibet regione, adducerent epiſcopum, qui faceret ordinationes vel conſecrationes in eorum monaſterio. Relegentes ergo ſancti Chalcedonenſis & plurimorum authenticorum conciliorum ſententias, quibus præcipitur, qualiter per vnamquamque regionem abbates & monachi proprio ſubeſſe debeant epiſcopo; & ne epiſcopus in parochia alterius audeat ordinationes vel conſecrationes abſque licentia ipſius epiſcopi facere; decreuerunt, chartam non eſſe ratam, quæ canonicis non*

circa ſeculum XI.

Digitized by Google

ſolum non concordaret, ſed etiam contrairet ſententiis. Adiudicauerant quoque dominum abbatem non poſſe exiſtere archiepiſcopo legitimum auctorem canonicæ defenſionis. Vnde prædictus archiepiſcopus ratione conuictus petens veniam a Gauſleno epiſcopo, loco ſatisfactionis firmauit, per quales ipſe voluit fideiuſſores, vt vnoquoque anno, quamdiu ambo viuerent, tempore quadrageſimæ ſufficientem olei de oliuis ad conficiendum chriſma ipſi perſolueret ſine negligentia. Inuſitati prorſus quid ſpiraſſe hanc exemtionem, nec pontificem tam ingentem canonibus antiquis cladem inferre potuiſſe, crediderunt patres huius concilii, adeoque *priuilegium* productum *ipſo iure* nullum eſſe. Archiepiſcopo inprimis id vitio verterunt, quod ſe tali priuilegio capi paſſus fuerit, qui tamen vel ex tot pontificum propria confeſſione, de qua vid. LAVNOIVS *P. III. epiſt.* 3. ſcire poterat & debebat, pontificem *canonibus* ſubiectum eſſe, nec eos ſoluere poſſe. Id ipſum adhuc poſt hæc tempora agnouit INNOCENTIVS III, *lib. II. epiſt.* 115. *edit. Baluz. p.* 418. &, *quæ in derogationem*, ait, *ſanctorum canonum attentantur, tanto potius infringi volumus & carere robore firmitatis, quanto auctoritas vniuerſalis eccleſiæ, cui præſidemus, ad id nos prouocat & inducit.* Recruduit rurſus noua controverſia circa exemtionem *monaſterii Cluniacenſis* anno 1063. inter DROGONEM epiſcopum Matisconenſem & HVGONEM abbatem, quæ cauſam dedit, vt *concilium Cabilonenſe*, pontificis auctoritate, haberetur, & in eo *cauſa exemtionis* tractaretur. Remiſſiores longe fuere patres in hoc, quam in *Anſano concilio*, exemtionem monaſterii agnoſcentes, nec pontifici deſuper controuerſiam mouentes; quid? quod epiſcopus Matisconenſis ob violata huius monaſterii priuilegia pœnitentiam ſubire coactus fuerit. vid. HARDVIN. *cit. l. p.* 1139. *ſeqq.* Ita variant hominum iudicia, prout timor, ſpes & libertas eos impellit. In *Anſano concilio* libertate ſentiendi plena gaudebant, cui nomine epiſcopi Romani nemo intererat. *Cabilonenſe* Oſtienſis epiſcopus ex *delegatione pontificis* congregauerat, in eo omnia in *ſedis papalis augmentum* dirigebat, nec patres ius *eximendi monaſteria* papis in dubium vocare poterant, libertate ſentiendi ſublata, & metu grauioris mali incurrendi ſupreſſa.

Examinantur exemtiones ſeculo VI. & ſeq. factæ. (1) Quædam ſunt ſpuriæ.

§. XXVI. Memorantur quidem aliquot *exemtiones, ſeculo VI. & ſeq.* iam occurrentes; verum plura circa easdem ſunt monenda, quæ *recentiores* ab *antiquis* magnopere diſtinguunt. (1) Quædam grauiſſimis argumentis merito in dubium vocantur, quorſum cauſa Pariſienſis monaſterii a S. Germano exſtructi & D. Vincentio dedicati referenda, in quam plenius inquiſiuit IO. LAVNOIVS *in aſſert. inquiſ. in priuil. S. Medar-*

Digitized by Google

Medardi p. 2. quæ controuerſia tamen compoſita eſt anno 1668. referente DV BOIS *in hiſtor. eccl. Pariſ. lib.* L. *c.* 6. §. 6. (II) Pleræque exemtiones tantum eo directæ ſunt, ne epiſcopi ſibi aliquam circa *patrimonium* & *reditus* monaſterii poteſtatem vindicarent, quibus ſolenne admodum erat, bona monaſterii ad inſtar ceterorum redituum eccleſiaſticorum invadere, variisque grauare exactionibus. Salua vero de ceteto manſit epiſcopis inſpectio & ſollicitudo in vitam & mores monachorum, adeoque talis exemtio non *totalis*, ſed *partialis* fuit, vt optime obſeruat ESPEN. *p. III. iur. eccl. tit.* 12. *c.* 2. quamuis in eo erraſſe videatur, quod omnium exemtionum hanc fuiſſe indolem & rationem crediderit, vt ex mox dicendis apparebit. (III) Non aliter exemtiones monaſteriis indulgebantur, quam *auctoritate regum* & ex *decreto ſynodi*, adeoque etiam *conſenſu epiſcopi*, intuitu cuius exemtio indulgebatur, vt perſpicue docet P. DE MARCA *de conc. S. & imp. lib. III. c.* 16. Neque enim ſedi papali eo tempore integrum erat, iurisdictionem epiſcoporum turbare & pro lubitu de *monaſteriorum iure* diſponere. Denique (IV) quædam prorſus exemta ſunt epiſcoporum iurisdictioni, & ſedi papali immediate ſubiecta; ſed admodum pauca, & nonniſi ex *indultu regum & ſaluo iure regum*, cuius ſub *tutela* & *manu* bona monaſteriorum tenebantur. Secundum hæc *exemtionum* exempla ſunt examinanda, quæ in medium protulit PETRVS DE MARCA *cit. l.* quorum pleræque tantum *immunitatem* intuitu *bonorum* continent, non vero ſimul memorant, quod ſedi papali *immediate* ſubiecta eſſe debeant.

(2) Quædam tantum patrimonium reſpiciebant.

(1) Omnes cum conſenſu epiſcoporum fiebant.

§. XXVII. Fuldenſi monaſterio ſpecialiter totalis exemtio tributa eſt, quod præceptum PIPINI apud BARONIVM *ad ann.* 755. *n.* 29. euidenter docet, in quo ſimul modus concedendi has exemtiones elegantter exprimitur. *Et ideo*, ait PIPINVS, *hanc noſtram præceptionis ſeriem ob honorem Dei & venerationem S. Petri conſcribi iuſſimus, per quam priuilegium ſedis apoſtolicæ a B. Zacharia tibi collatum*, CVM CONSENSV EPISCOPORVM CVNCTORVMQVE FIDELIVM *noſtrorum per omnia roboramus, præcipientes, vt nullus ſacerdotum in regno noſtro diuinitus nobis conceſſo in præfato monaſterio iurisdictionem aliquam ſibi vindicet* PRAETER APOSTOLICAM SEDEM, *ita vt, niſi ab abbate monaſterii fuerit inuitatus, nec miſſarum ſolemnia ibi quisquam præſumat celebrare: ſed iuxta id quod* SVBIECTVM CONSTAT APOSTOLICAE SEDI, *firmitate priuilegii inconcuſſe roboratum permaneat.* Sibi hoc præcepto non abiudicat PIPINVS ius & auctoritatem in bona monaſterii, ſed illud tantum quoad *regimen ſpirituale*, quod vocant, *im-*

Exemtio Fuldenſis monaſterii,

Digitized by Google

immediate ſedi papali ſubiicit. Eo ambitu non gaudet priuilegium *li-*

S. Dionyſii, *bertatis* monaſterio *S. Dionyſii* ab epiſcopo Pariſienſi indultum, quod BIGNONIVS *ad Marculf. form.* apud BALVZ. *tom. II. capitul. p.* 867. refert, quamuis MABILLONIVS *in annal. Benedict. tom. I. lib.* 14. *n.* 20.

Luxouienſis. plenariam ei exemtionem aſſeruiſſe videatur. Plenior eſt exemtio *Luxouienſis* monaſterii, quod itidem immediate ſedi papali ex CLODOVEI diſpoſitione ſubiectum eſt, ceu docet diploma apud MABILLON. *in annal. Benedict. tom. I. p.* 689.

Immunitas monaſteriorum regiorum.

§. XXVIII. Denique omnia monaſteria *regia* vel *regalia* ſingulari *immunitate* & *libertate* intuitu *bonorum* gaudebant, ſoli regi tantum ſubiecta, vt probat ALTESERRA *in aſcet. lib.* 7. *c.* 12. non tamen propterea *inſpectioni epiſcopali* quoad *vitam*, *mores*, & *diſciplinam* penitus erant ſubducta, niſi ſpeciatim, quod monaſteriis quibusdam olim honori dabatur, *ſedi Romanæ* eſſent ſubiecta. Ex hoc principio olim diſputarunt epiſcopi Conſtantienſis deputati cum monachis monaſterii S. Galli apud GOLDASTVM *tom. II. rer. Alleman. in centur. chart. c.* 96. vbi ſequens refertur documentum: *teſtes auditi ſuper controuerſia, an monaſterium S. Galli ſub ditione epiſcopi Conſtantienſis eſſe deberet, an vero magis ſui iuris eſſet? Pars epiſcopi Hattonis dixit, quod noſtrum monaſterium temporibus Pippini & Karoli epiſcopis Conſtantienſibus eſſet ſubiectum. Noſtri vero iurati dixerunt, quod noſtrum monaſterium in loco libero, non in fiſco* (in feudo vid. CANGIVS voce *fiſcus*) *non in terra eccleſiaſtica eſſet, non per vllius hominis traditionem; ſed in ſolo imperatorum arbitrio ſtare, quem ei loco præficiat.* Nec alia fere olim diſciplina

etiam in oriente. in oriente obtinuit, quod obſeruat INNOCENTIVS III. *lib. XIII. epiſt.* 39. *edit. Baluz.* aiens: *cum libera monaſteria, que* IMPERIALIA *vocantur, Græcorum quoque dominio nulli eſſent archiepiſcoporum vel epiſcoporum ſubiecta, præſentium vobis auctoritate mandamus, quatenus inquiſita & cognita veritate, in monaſteriis illis regalibus regni Theſſalonicenſis, quod græcorum tempore archiepiſcopis vel epiſcopis ſubiecta non erant, non permittatis, archiepiſcopos vel epiſcopos iuris aliquid indebite vſurpare.*

Recentiores exemtiones ab antiquis prorſus diverſæ.

§. XXIX. Longe diuerſam ab his explicatis exceptionibus indolem & naturam habuerunt recentiores illæ, circa *ſeculum XI.* reluctantibus epiſcopis, & *ſine conſenſu regum & principum*, a curia Romana monaſteriis indultæ, quas magnopere reprobauit damnauitque BERNHARDVS, obſeruantibus MARCA *cit. l.* & ESPENIO *P. III. iur. eccl. tit.* 12. *c.* 4. § 23. præſertim cum circa hæc tempora pleraque monaſteria *libertatem* hanc ambirent, & multum auctoritati epiſcoporum con-

Digitized by Google

contra praxin antiquam detraherent. Plures vt plurimum referuntur cauſæ, quæ pontifices ad concedendas has *exemtiones* induxerunt mouerunrque, quas longa ſerie enarrat, ſimulque explicat auctor anonymus *dans le traité hiſtorique & dogmatique de priuileges & exemtions eccleſiaſtiques c.* 14. *&* 15. *p.* 131. *ſeqq.* Principalem ASCANIVS TAMBVRINVS *tom. I. de iur. abb. diſp.* 15. *q.* 3. *n.* 1. deducit ex abuſu *poteſtatis epiſcopalis*, quo factum, vt, ſicuti pater, patria poteſtate abutens, cogitur filium emancipare, ita etiam epiſcopi, ſua poteſtate in monaſteria abvtentes, coacti fuerint, ea a ſua poteſtate dimittere. *Prætextum* ſapit hæc ratio, non *iuſtificat* exemtiones. Si ob *abuſum* epiſcopi ſuo iure eſſent priuandi, a Romano initium faciendum, imo ſinguli cogendi eſſent ad caſas redire. Verum hoc colore vtendum erat, vt eo magis pontifex ſeſe legitimaret ad cauſam, & ſuam poteſtatem, etiam inuitis & recalcitrantibus epiſcopis eximendi monaſteria, incruſtaret, quod ius prorſus *nouum* & a moribus priſtinis eccleſiæ alienum eſt, vt iam declaraui.

Quarum cauſa fruſtra in abuſu epiſcopalis poteſtatis quæritur.

§. XXX. Si arcana perſcrutari conſilia permiſſum eſt, crederem, iure recentiori *duas* potiſſimum *cauſas* hanc *inſolitam* produxiſſe *exemtionem*, quarum altera a monachorum plurimorum gloria & auctoritate; altera a ſedis Romanæ grauiſſimo ardore abſolutam potentiam per vniverſam extendendi & conſtituendi eccleſiam, deſumenda eſt. Ex reformationibus monaſteriorum plures nouos inualuiſſe ordines noto eſt notius: ſinguli ſub ipſis ſuis auſpiciis mox inclareſcebant, & adeo gloria ſanctitatis ſingularis eminebant, vt digni viderentur ſingulari priuilegio. Alios ordines bonorum opulentia, quæ animum addit, ferociores fecit, vt nullius imperio, excepto *papali*, ſubeſſe deſiderarent, ſcientes, Iouem Romanum trans alpes commorantem, leni [redacted]gum iis impoſiturum eſſe. Verum hæc monachorum argumenta forſan non ſuffeciſſent, niſi *ſedis Romanæ* aliis de cauſis interfuiſſet, tot ordinum exemtiones facere, eosque *immediate* ſibi ſubiicere.

Veræ cauſæ adferuntur.

§. XXXI. Duplicem inprimis hæc ipſa vſum inde habebat: (1) vt infringeret minueretque epiſcoporum poteſtatem & iurisdictionem, ſedi Romanæ admodum inuiſam, ſuamque augeret. Refertæ erant diœceſes epiſcoporum infinitis monaſteriis: in ea ex iure antiquo epiſcoporum iurisdictio ſeſe extendebat; per *exemtiones* vero frequentiſſimas non leuem patiebatur iacturam. E contrario pontifex vbique locorum nouas ſibimet *diœceſes immediatas* formabat, condebat, exſtruebat ex monaſteriis ſibimet immediate ſubiectis, vnde ingentes ad ſuam

Sedis Romanæ commoda ex exemtionibus.

Digitized by Google

abſolutam poteſtatem fecit acceſſiones. Accedebat alia ratio, quod monachorum *obedientiam* & *deuotionem* erga ſedem Romanam eo magis firmaret, quo maiori fauore eos amplecteretur, & honore inſigniore afficeret. Per monachos enim, maxime Zelotas, *hierarchiam* multum roboris & adiumenti accepiſſe quis negauerit?

Auctoritatem papalem per exemtiones auctam fuiſſe plures falſi ſunt.

§. XXXII. Non diſſimulat hanc primariam exemtionum cauſam, AVCTOR anonymus, §. *antec.* adductus, quin potius *c.* 16. *p.* 154. adducit teſtimonium abbatis cuiusdam Ciſtercienſis, hoc vtentis argumento: *per hoc, quod in qualibet prouincia ſunt aliqui exemti & priuilegiati immediate ſub ſummo pontifice, huiusmodi poteſtas & auctoritas declaratur.* Ita omnino eſt; ſed ſimul id ipſum eſt, quod epiſcopis ſemper admodum graue, & rei eccleſiaſticæ noxium fuit, vt declarat MARCVS ANTONIVS *de* DOMINIS *de republ. eccl. lib. VI. c.* 5. §. *vlt.* BERNHARDVS, cuius tempore *exemtionum* paſſim nouæ prorſus rationes fiebant, conſilium hoc arcanum ſedis Romanæ itidem grauiter redarguit, & *lib.* 3. *de conſiderat. c.* 4. ad EVGENIVM III. ita ſermonem ſuum dirigit: *murmur loquor & quærimoniam eccleſiarum. Truncari ſe clamitant & demembrari. Vel nullæ vel paucæ admodum ſunt, quæ plagam iſtam non doleant, aut non timeant. Quæris: quam? ſubtrahuntur abbates epiſcopis, epiſcopi archiepiſcopis, archiepiſcopi patriarchis & primatibus. Bonane ſpecies? Mirum ſi excuſari queat vel opus. Sic faſtitando probatis vos habere plenitudinem poteſtatis; ſed iuſtitiæ forte non ita. Facitis hoc, quia poteſtis; ſed vtrum & debeatis, quæſtio eſt.* Deſino plura addere teſtimonia, quæ plena manu, & ſincero veritatis ſtudio collegit vir doctiſſimus ESPENIVS. *P. III. iur. eccl. tit.* 12. *c.* 4.

Exemtiones abolere ſtuduit concilium Conſtantienſe,

§. XXXIII. Cum ergo grauiſſimi abuſus *exemtionum harum* omnium in oculos incurrerent, de iis eradicandis actum eſt in *concilio Conſtantienſi*, præſertim cum illud quoque vitium plurimis accederet, quod tempore *ſchiſmatum* pontifices, pro fauore ſibi conciliando, in concedendis his immunitatibus profuſiſſimi fuerint. Harum abolitionem vrſerunt inprimis *patres Conſtantienſes*; quod conſtat ex *reformator. c.* 20. apud Dn. VON DER HARDT *tom. I. concil. Conſtant. P.* 10. *p.* 620. *quod omnes exemtiones, quibuscunque religioſis domibus aut aliis locis vel perſonis quibuscunque a tempore ſchiſmatis per Romanos pontifices conceſſæ, præter conſenſum ordinariorum, aut ſine cauſæ cognitione indiſtincte reuocentur, caſſentur, irritentur & annullentur.* Plenius hanc reuocationem explicat MARTINI V. *reformatio* anno 1418. nationibus in concilio oblata *art. IX.* apud EVNDEM *cit. l. P.* 23. *p.* 1028. *attendentes, quod*

Digitized by Google

quod a tempore obitus felicis recordationis Gregorii XI. prædeceſſoris noſtri nonnulli Romani pontifices aut pro Romanis pontificibus ſe gerentes, & in ſuis diuerſis obedientiis reputati, pro ſua voluntate aut pro importunitate petentium, nonnullas eccleſias, monaſteria, capitula, conuentus, prioratus, beneficia, loca & perſonas a iurisdictione ordinariorum tempore dicti Gregorii nullatenus exemtas vel exemta de nouo a dictorum ordinariorum iurisdictionibus exemerunt, in graue ipſorum ordinariorum præiudicium: nos volentes huiusmodi præiudicio obuiare, omnes exemtiones &c. ſacro approbante concilio reuocamus. Inſertum eſt hoc decretum *ſeſſ.* 43. dicti concilii *c.* 6 apud HARDVINVM *tom. VIII. concil. p.* 879. Verum vtut plura ad reformationem eccleſiaſtici ſtatus & inprimis aulæ Romanæ hoc concilio, non ſine ingenti difficultate & apparatu, conſtituta ſint, adeo tamen emendationem ægrotanti corpori haud attulerunt, vt pleraque in ſtatu corrupto & veteri luto permanſerint, imo noua quotidie incrementa acceperint. ſed ſine effectu.

§. XXXIV. Quæ mala hæc imprudentiſſima tot eccleſiarum *exemtio* pepererit, LEO X. in *concil. Lateran.* V. anno 1515. habito ingenue prodit, & *ſeſſ. X.* apud HARDVINVM *tom. IX. concil. p.* 1775. iis variis modis proſpicere ſtuduit, conſtituendo 1) vt hi, quibus exemtorum correctio & punitio a ſede Romana eſt demandata, ſtrenue officio ſuo ſatisfaciant, & epiſcopi operam dent, ne hi in ſuo munere negligentes exiſtant. 2) Si hi in negligentia nihilominus permanſerint, vt epiſcopi *auctoritate delegata* contra exemtos procedere poſſint, & ad ſedem Romanam cauſam inſtructam referant. 3) Dat diœceſanis poteſtatem monaſteria puellarum exemta in ſuis diœceſibus exiſtentia, quotannis viſitandi, atque ita innouat CLEMENTIS V. conſtitutionem in *concilio Viennenſi* editam. vid. *clem. 2. X. h. t.* 4) Addit: *exemtiones autem de cetero absque rationabili cauſa, & quorum intereſt minime citatis, pro tempore conceſſas, nullius roboris & momenti eſſe decernimus.* Hoc modo vero omnes fere *exemtiones* a ſeculo XI. conceſſæ ſunt, & ita merito irritandæ forent. Promtiſſima tamen reſponſio. Per clauſulam: *non obſtante*, nihilominus papa poteſt *exemtiones* non citatis iis, quorum intereſt, concedere, & quibusuis conciliis derogare, ſi credimus ERASMO a CHOCKIER *de iurisd. ordin. in exemt. P. I. q. 2. n. 4.* Ita ludunt interpretes, ſine iudicio quiduis corradentes, inter quos primatum tenet CHOCKIERIVS. Commentarium ad conſtitutionem *Leoninam* dedit, & prædicto tractatui ſubiecit; ſed ſatis ieiunum & inermem, id vnice agens, vt Romanæ ſedi quiduis tribuat, quam ineptiſſi- Varia remedia Leonis X. contra exemtiones.

me etiam argumenta cohæreant. Reliqua ex dicta *conſtitutione Leonica* non addam, ne inſtituti mei limites tranſiliam.

Tandem etiam quædam contra eas tentata ſunt in concilio Tridentino.

§. XXXVI. Recruduerunt denuo querelæ contra exemtiones *in concilio Tridentino*, quibusdam, omnes exemtiones eſſe abuſum, reputantibus: aliis eas defendentibus, & *exceſſum* duntaxat tollendum eſſe cenſentibus. Quæ altercationes deſuper emerſerint, enarrant PAVLVS SARPIVS *in hiſtor. concil. Trid. p.* 368 *ſeqq. edit. Lipſ.* & ESPENIVS *cit. l. c.* 6. vbi etiam docet, quid hoc concilio tandem circa *exemtiones* conſtitutum fuerit, quæ reguſtare non lubet.

Sublata inueſtitura per annulum & baculum prælati maiorem libertatem nacti intuitu imperii.

§. XXXVII. His exemtionibus non contenti prælati, liberiorem adhuc ambierunt ſtatum, & ciuili cæſarum poteſtati ſe ſubducere omni ope anniſi ſunt. Illorum ope, imo auctoritate & diſpoſitione plura monaſteria id honoris conſecuta erant, vt *immediate* iis parerent, & in eorum *tutela* & *ſubiectione ſpeciali* eſſent, quod ſupra declaratum eſt. Extorſit tandem pontifex HENRICO V. inueſtituram per *annulum* & *baculum*, & hoc ipſo fere omnem poteſtatem cæſarum in epiſcopos infregit, hosque, vt *ſtylo Bernhardino* loquar, emancipare coëgit. Inſignem cladem, cæſari hoc facinore papali illatam, ſcriptores rerum imperii viuis coloribus depingunt, & inprimis ONVPHRIVS PANVINIVS in *vita Gregorii VII.* ipſaque experientia, optima rerum magiſtra, vlterius declarauit. Non ergo demirandum, ſi etiam prælati, beneficio imperatorum tantis immunitatibus præditi, vt fere epiſcopis exæquarentur, ex principiis aulæ Romanæ ſeſe in *libertatem* vindicarent, &, quantum fieri potuit, priſtinæ *ſubiectioni* ſeſe ſubtraherent. Quam inique hac in re egerint monachi, explicat IOACHIMVS VADIANVS *de collег. monaſt. German. veter. lib. I.* apud GOLDASTVM *tom. III. rer. Aleman. p.* 17. vbi ſpecies *exemtionum* duas refert, & alteram, quæ huc pertinet, his depingit verbis: *Secundam* (exemtionis ſpeciem) *quæ peſſima fuit, ipſis monachis debemus, qui principum patrocinio elati & ſuam illam ad opulentiam admiſſi & conuerſi, demum ne ipſos quidem tam bene meritos principes adeo reueriti ſunt, quin ſeculis inſecutis & proximis quidem, cum Romanorum pontificum poteſtas non modo ingens, ſed formidabilis etiam facta eſſet, & contemtim iam ab illis Germaniæ imperatores tractarentur, ſenſim eſt ad vrbis antiſtites diſceſſum & Romanæ ſedi immediate (vt vocant) ſubiecti ſunt, qui Francis & transrhenanis Germaniæ principibus opes omnes ſuas & fortunas debebant. Tanta enim indulgentia habiti, vt illos merito parentum loco vereri & amare neque alios quærere patronos debuiſſent,*

Digitized by Google

ſent, quorum fidei & protectioni ſeſe committerent, quando ita ab illis iam inde a iactis fundamentis protecti & defenſi fuiſſent, vt præter omnium rerum ſecuritatem, ad opes illas & ſatietatem plus quam modicam, non niſi principum fauore peruenerint. Primum quidem noſtri regnum illud nouum vrbis, quod reiecta imperatorum auctoritate ſibi ipſis nullo iure pontifices arrogaſſent, admirati, de ſuis etiam, h. e. de priuatis dominis cogitare cœperunt. Quid enim aliud erat ſedi Romanæ ſubiici, quam imperatorum & epiſcoporum veteri iuri & auctoritati muncium remittere? quando iam orbis ſibi perſuaſiſſet, ita omnem eccleſiaſticæ adminiſtrationis poteſtatem illuc pendere, vt quicquid ſemel ſedis illius nutu & voluntate decretum eſſet, illud ipſum ne imperatoribus quidem, nedum epiſcopis reſcindere liceret. Pontifices igitur, qui alienis opibus inhiabant, hoc vno per initia erant contenti, quod iſto tutelæ patrociniique prætextu ditiſſima Germaniæ monaſteria ſuarum partium feciſſent, donis etiam & priuilegiis honoratis abbatibus. Enarrat in ſequentibus, quo facto tandem factum, vt *inueſtituram* illam decantatam reſpectu prælaturarum amiſerint cæſares, & ipſa *renunciationis* diplomata, quæ etiam *abbatum Teutonici regni* diſerte faciunt mentionem, aliunde ſatis nota, ſubiicit, ſimulque docet, quia iniuria ſe pontifices imperio cæſarum ſubtraxerint, eorumque veſtigia reliqui *clerici maiores & minores* preſſerint.

§. XXXVIII. His veluti gradibus in imperio noſtro prorupit & profundiſſimas egit radices diſtinctio inter *prælatos immediatos & mediatos*, quæ etiam diuerſiſſimum *monaſteriorum ſtatum* introduxit. *Immediati* dicuntur quidam prælati duplici reſpectu, tum reſpectu *hierarchiæ*, tum reſpectu *imperii*. Illi dicuntur, qui exemti ſunt ab *epiſcoporum iurisdictione*, ſoli pontifici immediate ſubiecti, quorſum pertinent plures ordines, vt Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes, Prædicatorum, Fratrum Minorum, Carmelitani, Societatis Ieſu, Carthuſianorum, aliique, quos recenſet ASCANIVS TAMBVRINVS *tom. I. de iur. abb. diſp. 15. cap. 4.* Hac de cauſa cum BVSCHIVS in quodam monaſterio *monialium Ciſtercienſium* reformationem ſuſcipere vellet, non leues ſibi ſubortas fuiſſe difficultates ipſe commemorat *lib. II. de reform. monaſt. c. 6.* apud LEIBNIT. *tom. II. rerum Brunſuic. p. 865.* aiens: *Monaſterium monialium ordinis Ciſtercienſis diœceſis Magdeburgenſis prope & extra oppidum Hallenſe exemtum eſt a iurisdictione ordinarii archiepiſcopi Magdeburgenſis, quia ordini ſuo incorporatum, & a capitulo ipſius ordinis abbati de Tynna commiſſum, qui confeſſorem fratrem monaſterii ſui ibidem*

Inde prælati vel immediati vel mediati.

Immediati reſpectu eccleſiæ.

Digitized by Google

ibidem ſemper commanentem, ordinare ſolet. Vnde & eisdem gaudent priuilegiis, quibus totus ordo; & ita ordinarius loci nihil eis habet mandare de his, quæ ordinem concernunt, niſi in quantum de iure, h. e. ſemel in anno eas viſitare. (vid. *clem. 2. h. t.*) *Archiepiſcopus ergo Fridericus tempore meo, cum eſſem ad nouum opus Hallis præpoſitus, non potuit eas per potentiam reformare, quia exemtæ, & per ſe ad reformationem non fuerunt inclinatæ. Contigit autem quatuordecim abbates ordinis Ciſtercienſis Hallis ſeruare colloquium, videlicet de Saxonia, Misnia & Thuringia, de mandato abbatis Ciſtercienſis, in quo abbas de Volckenrode præſidens fuit, vices abbatis tenens Ciſtercienſis. Quod audiens archiepiſcopus Magdeburgenſis, me miſit ad abbates præfatos, in concilio congregatos, vt nomine ſuo eos rogarem, quatenus inde non recederent, quin dictum monaſterium prius reformarent.* His deinceps ſubiungit, quomodo per hos reformatio fuerit facta.

Immediati reſpectu imperii.

§. XXXIX. Reſpectu IMPERII *immediati* prælati dicuntur, qui *ſtatus imperii* ſunt, *votum ſeſſionemque* in comitiis habent, & *territorio*, ſi quod habent, *immediate* gaudent. Neque enim omnes tali territorio inſtructi ſunt, vt exemplis monaſteriorum *Buchauienſis*, *Lindauienſis* & *Ratisbonenſis*, das ober und nieder Münſter zu Regensburg, conſtat, conf. L. B. de LYNCKER. *de ſuperior. territor. p.* 60. HEIDER. *in actis Lindau.* HVNDIVS *in metropol. Salisb.* ex antiquo tamen *vocem* & *ſeſſionem* in comitiis habent, & iure *ſtatus* fruuntur. Vnde etiam *onera imperii* ſimul ferunt, & in *matricula imperii* certa quota adſcriptæ ſunt prædictæ abbatiſſæ, ceu docet matricula de *anno* 1654. relata a MAVRITIO *diſſ. de matric. imper.* Non itaque ſtatim *immediate* dicendi ſunt ratione *imperii* & iure *ſtatus* gaudent, qui ſunt *immediati* reſpectu *hierarchiæ*, ſeu ſedi papali immediate ſubiecti, id quod tot ordines, §. *antec.* relati, demonſtrant, adeoque recte dici poſſunt *mediata monaſteria* intuitu *imperii*, quæ *immediata* ſunt intuitn *regiminis eccleſiaſtici*. Quod dum non recte diſtinguunt *ordinis Ciſtercienſis* ſodalitia, id agere ſolent, vt ab omni *ſuperioritate territoriali* ſe eximant, quæ exemta ſunt *iurisdictioni ordinariorum;* cuius contrarium tamen obſeruauit demonſtrauitque HERTIVS de *iactitat. ord. Ciſterc. libert. a ſuper. territ. & aduoc. Benedictini* inprimis hunc ſibi ab antiquo honorem acquiſiuerunt, vt plures ex illis *immediatorum* imperii ſtatum habeant; neque enim omnes in eundem referendos eſſe cenſum liquet: quin etiam præterea quidam ex *Præmonſtratenſium*, *Ciſtercienſium* & *Auguſtini* ordinibus huc referendi ſunt.

§. XL.

Digitized by Google

§. XL. Ceterum prælati hi *immediati* sunt in duplici differentia: quidam *principali dignitate* fulgent, gefürſtete Aebte; quidam eo charactere destituuntur, nec ad fastigium *principale* euecti sunt. Illi *viritim* in comitiis suffragia ferunt post *episcopos*; hi vero *curiatim*, in *duo scamna* diuisi. Illi sunt sequentes secundum IMHOFFIVM *in notit. proc. imper. lib. III. c. 23. sqq. p.* 108 *sqq.* 1) *Fuldensis*, primas Germaniæ & Galliæ & imperatricis archicancellarius. 2) olim *Hirschfeldensis*; hodie vero hic prælatus desiit, postquam hæc abbatia per *I. P. art. XV.* §. 2. in principatum mutata, & domui Cassellanæ assignata. 3) *Campidunensis*, archimareschallus imperatricis, 4) *Eluacensis*, 5) *Murbacensis*, 6) *Ludrensis*, 7) *Berchtolsgadensis*, 8) *Weissenburgensis*, 9) *Prumiensis*, 10) *Stabulensis* & 11) *Corbeiensis*. Quidam fulgent principali dignitate, qui recensentur.

§. XLI. Hi vero, qui *curiatim* vota ferunt, in duo scamna *Suevicum* & *Rhenanum*, distinguuntur. SVEVICI scamni prælatis ab IMHOFFIO *cit. l. c.* 28. *p.* 115. accensentur sequentes: *Salmansweilensis*, ordinis Cisterciensis: *Weingartensis*, ord. Benedictini: *Ochsenhusanus*, itidem Benedictinus: *Elchingensis* eiusdem ordinis: *Irsingensis* Benedictinus: *Vrspergensis*, Præmonstratensis ordinis: *Reggenburgensis*, eiusdem familiæ: *Rodensis*, eiusdem ordinis: *Weissenauensis*, itidem Præmonstratensium ordini addictus: *Soretanus* & *Marchthalensis*, eiusdem ordinis: *Petershusensis* Benedictini ordinis: *Wettenhausensis*, Augustini regulam sequens: *Gengenbacensis*, Benedictinus. RHENANO scamno assident hi: *Kaisersheimensis*, ordinis Cisterciensis: *Oedenheimensis*, *Werdinensis*, Benedictini: prælatus cœnobii *SS. Vdalrici & Afræ*, Benedictinus, S. cæs. Mai. consiliarius & capellanus perpetuus: *Monasteriensis in valle Gregoriana*, Benedictini ordinis abbas; *S. Georgii in Isnia*, abbas *monasterii S. Cornelii ad Indam*: *S. Emmerami*, eiusdem ordinis: denique *Ottenburanus* & *Zwifaltensis*, itidem Benedictini ordinis. Præter hos quoque nonnullos alios prælatos recessibus imperii subscripsisse, obseruat PFEFFINGER. *ad Vitriar. iur. publ. lib. I. tit.* 15. §. 17. *p.* 1299. simulque eosdem recenset. Quidam hac dignitate non gaudent, in duo scamna diuisi,

§. XLII. Præterea etiam nonnullæ *abbatissæ* huiusmodi prælatorum collegiis annumerantur, & *curiatim* cum illis suffragia ferunt, prout *huic* vel *illi scamno* addictæ sunt. *Sueuico* quinque annumerantur secundum prælaudatum IMHOFFIVM *cit. l. c.* 29. Lindauiensis, Heggenbacensis, Gutenzellensis, Rotenmunsteriensis, Baindtensis. *Rhenano* scamno assident Essensis, Buchauiensis, Quedlinburgensis, Andlauiensis, Herfordiensis, Gerenrodensis, abbatissæ monasterii inferioris & superioris Abbatissæ quædam horum prælatorum collegiis annumerantur.

Digitized by Google

rioris Ratisbonenſis, Burſcheidenſis, & Gandersheimenſis, inter quos nonnullæ *Auguſtanam confeſſionem* ſequuntur, omnes vero per legatos in comitiis comparent.

Quidam ſunt abbates mitrati.

§. XLIII. Præter hunc ſtatum, quem obtinent prælati intuitu *imperii*, quidam adhuc ſingularem acquiſiuerunt intuitu *dignitatis eccleſiaſticæ extraordinariæ*, qua inter ceteros præeminent. Sunt enim quidam *mitrati* ſeu *infulati*, vt loquuntur, quidam non. Illi dicuntur, qui ex *ſpeciali priuilegio* pontificis pontificalibus inſigniis vti poſſunt, & his ipſis fere ad *epiſcopalem honorem* accedunt: qui hac prærogatiua deſtituuntur, dicuntur *non-mitrati*. Iam ſupra obſeruaui, abbates mox a priſca *humilitate* deſciuiſſe, & affluentia bonorum immenſorum irretitos fuiſſe, vt *propriam* exſtruerent *diœceſin*, epiſcopisque exæquarentur, quod conſilium admodum promouit nimia erga eosdem procerum veneratio. Hæc eadem *ſanĉta ambitio* nonnullos quoque induxit, vt *ornamenta epiſcopalis dignitatis* a ſede Romana *ſpeciali priuilegio* impetrarent, absque quo hæc nemo ſibi arrogare poteſt, vel teſtis eſt pontifex in *c.* 6. *de priuil. in* 6. dicens: *apoſtolicæ ſedis benignitas nonnullis abbatibus aliisque prælatis, quibus non competit ex propria dignitate, conceſſit in eccleſiarum ſuarum gloriam & honorem, quod mitra & aliis pontificalibus vti poſſint.*

quidam non-mitrati.

Mitratos reſpuunt Præmonſtratenſes.

§. XLIV. Contra regulas *humilitatis* ex arrogantia quadam hunc nouum ſtatum *mitratos* iuduiſſe, agnouere *Præmonſtratenſes*, qui *mitratos* inter ſe tolerare noluerunt, quorum inſtitutum probauit INNOCENTIVS III. *lib. I. epiſt.* 179. *edit. Baluz. p.* 107. *Significaſti ſiquidem nobis, quod communi conſilio abbatum veſtri ordinis ſtatuiſtis, quod nullus abbatum veſtrorum mitra vel chirothecis vtatur, ne forſan ex ipſis ſupercilium elationis aſſumat, aut ſibi videatur ſublimis, cum his vti ſe viderit, quæ pontificibus & maioribus eccleſiarum prælatis a ſede apoſtolica ſunt conceſſa Nos igitur - - confirmamus - - ſtatuentes, vt ſi qua forſan eccleſia laxioris ordinis veſtram voluerit regulam profiteri, huiusmodi pontificalibus, etiamſi ea prius habuerit, vlterius non vtatur, imo potius humilitatem ſeruet, & in ea ſtatuta veſtri ordinis imitetur.*

Mitrati pontificalia habent.

§. XLV. Pauciſſimis olim hæc dignitas tributa fuit, obſeruante THOMASSINO *P. I. de diſcipl. eccleſ. lib.* 3. *c.* 39. §. 10. mox plures eundem ambierunt honorem, tam *exemti*, quam non-*exemti*, ceu docet *c.* 6. *de priuil. in* 6. & reditus monaſteriorum pro acquirenda hac prærogatiua profuderunt; neque enim talia *gratis* concedere ſolet aula Romana. Referuntur vt plurimum inter pontificalia: *baculus*, *mi-*

Digitized by Google

mitra, *annulus*, *chirothecæ* & *ſandalia*. Equidem *baculus paſtoralis* iam olim omnibus abbatibus communis, nec in eo hæc ſingularis dignitas, de qua quæritur, poſita fuit; in ipſa enim ordinatione abbates olim ab epiſcopo accipiebant baculum, teſte MABILLONIO *in annal. Benedict. ad ann.* 599. §. 30. *p.* 254. Qua de cauſa PETRVS BLESENSIS *epiſt.* 90. vbi docet, abbates ornamentis epiſcopalibus inſigniri, *baculi* mentionem non facit. Ait: *de benedictione gaudeo, ſed inſignia epiſcopali eminentiæ in abbate nec approbo nec accepto: mitra enim & annulus atque ſandalia in alio quam in epiſcopo quædam ſuperba elatio eſt & præſumtuoſæ oſtentatio libertatis.* Quemadmodum vero *pedum epiſcopale* paulo ſerius demum in eam excreuit longitudinem & formam, ita credibile eſt, baculum abbatum *ſimpliciorem* ab *epiſcopali virga* diſtinctum, & hac de cauſa tandem *baculum epiſcopalis formæ* pontificalibus annumerarum fuiſſe. Fuldenſem abbatem BERTHOLDVM primum anno 1133. *mitra*, *baculo*, *annuloque* inſignitum fuiſſe, docet BROWERVS *lib. IV. antiq. Fuld. p.* 298. & SCHATEN. *in annal. Paderborn. ad cit. ann.* qui ſuo exemplo mox alios eodem ambitionis æſtu incendit.

ſc. baculum, mitram, annulum, chirothecas, ſandalia.

§. XLVI. *Pontificalia* hæc abbatibus per priuilegium conceſſa *quædam*, non omnia *iura epiſcopalia*, iis largiuntur, & ſic quoque *maioritatem dignitatum*, vt dicitur in *c.* 6. *de priuil. in* 6. Ad inſtar epiſcoporum *propriam diœceſin* habent, in eaque *iuriſdictionem fere epiſcopalem* exercent. Præterea quædam ex iis, quæ *ordinis* ſunt, exercere poſſunt, non quæuis; neque enim *conſecrationem epiſcopalem* accipiunt, ſine qua illuſtriores actus *ordinis epiſcopalis* exerceri non poſſunt. Huc referunt 1) quod poſſint mitrati ſolenniter populo benedicere, TAMBVRINVS *de iur. abb. tom. I. diſp.* 21. *q.* 8. & 9. quod alias primarium *ſacerdotum* munus eſſe creditur ſecundum doctrinam ANDREAE DVSAVSSAY *in panopl. ſacerd. P. II. lib.* 2. *c.* 4 *ſeqq.* 2) conſecrare calices, patenas & alia vaſa eccleſiaſtica, quod magis eſt, teſte EODEM *cit. tr. P. I. lib.* 8. *c.* 10. *art.* 1. *p.* 205. & TAMBVRINO *cit. l. diſp.* 23. *qu.* 2. imo 3) & altaria, obſeruante TAMBVRINO *cit. l. q.* 4. Nonnulli etiam 4) eccleſias ſui ordinis conſecrare poſſunt. Præterea vero 5) *primam tonſuram* conferunt & *ordines minores*, quod hodie ad vſum pontificalium referri docet ESPEN. *P. I. iur. eccl. tit.* 31. *c.* 6. §. 10. 6) In conciliis ipſos epiſcopos immediate ſequuntur, CORVIN. *de perſon. & benef. eccl. P. I. lib.* 3. *tit.* 14. *n.* 7. & ita 7) reliquos omnes prælatos non-mitratos præcedunt; HOEPPING. *de iur. inſign. c. II. n.* 424. Vtamen 8) in conciliis ab epiſcopis

Inde quædam iura epiſcopalia iis tributa, cum diœceſi

benedicere,

conſecrare vaſa ſacra & altaria,

conferre primam tonſuram poſſunt.

Præcedunt non-mitratos.

Digitized by Google

ſcopis *mitra* diſtinguantur, in *c.* 6. *de priuil. in* 6. determinatum eſt, quæ mitra in conſeſſu patrum vti debeant, & quæ ſunt alia plura præeminentiæ iura, quæ ex hoc peculiari *ſtatu*, ex *pontificalium* conceſſione impetrato, dependent, vt fere in paucis ab *epiſcopis* differant.

Singuli ordines ſunt ſubregimine generalium & prouincialium.

§. XLVII. Dictum eſt hactenus de *ſtatu monachorum* prælatorumque *ciuili* & *eccleſiaſtico*, quatenus epiſcopis vel pontifici immediate ſubſunt. Enimuero vt eo arctius hæc *monaſtica reſpublica*, per vniuerſum diffuſa orbem, propriis ſuis fulcris contineretur, *proprioque* quodam *regimine* gauderet, *peculiarem* adhuc *magiſtratum* ſuperioris inferiorisque ordinis acceperunt, & *hierarchiam* quandam *ſingularem* conſtituerunt. Intelligo abbates *generales* & *prouinciales*, qui iurisdictionem ampliſſimam in ſuos ordines exercent, de quorum inſtitutis pauca præmittenda ſunt. Ordo S. Benedicti a regulis ſuis primaque ſinceritate adeo declinauerat, vt *reformatione*, ſæpius etiam ſuſcepta, indigeret, & varia remedia pro eius redintegratione excogitarentur. Zelus hic quosdam permouit, vt in nouas abirent familias, retenta tamen regula S. BENEDICTI, inter quos mihi iam quidem nominandi ſunt *Præmonſtratenſes*, auctore NORTBERTO anno 1120. & *Ciſtercienſes* anno 1098. in peculiares cœtus abeuntes. His nihil potius antiquiusque erat, quam vt collapſam *diſciplinam monaſticam* reſtituerent, eaque curarent, quæ ad eius perpetuam cuſtodiam & conſeruationem facere poſſent. In hunc finem *Ciſtercienſes* conſilium inierunt de *capitulo* ſeu *conuentu* quotannis celebrando, in quo de *reformatione ordinis*, *diſciplinæque emendatione* ageretur, quod inſtitutum etiam *Præmonſtratenſes* ſecuti videntur. Teſtis eſt HELMOLDVS *lib. I. hiſtor. Slau. c.* 90. vel iuxta alios *c.* 91. apud LEIBNITIVM *tom. II. ſcript. Brunſuic. p.* 613. *Hi ſingulis annis celebrant concilium apud Ciſtertium & decernunt ea, quæ vtilia ſunt.*

Generalium origo ex capitulis generalibus quotannis celebrandis

a Ciſtercienſibus.

Approbatio Innocentii II.

§. XLVIII. Annuit huic inſtituto INNOCENTIVS II. qui poſt annum 1130. ſedit, & ordinis nouam regiminis formam approbauit. Epiſtolam confirmatoriam exhibent EDMVNDVS MARTENE & DVRANDVS *in theſ. anecdot. tom. I. p.* 389. *Placet equidem nobis & hoc ipſum apoſtolica auctoritate confirmamus, quod videlicet ſingulis annis in vno monaſteriorum celebrare conuentum communiter decreuiſtis. - - Proinde quod veſtro communi decreto de ordine monaſtico conſeruando & correctione fratrum ſecundum regulam B. Benedicti & aliorum S. patrum regulas veſtra diſcretio conſtituet, nos auctore DEO ratum habebimus.* Non itaque demum EVGENIVS III. vt putat ESPEN. *P. I. iur. eccl. tit.* 32. *c.* 3.

Digitized by Google

c. 3. §. 15. hoc inſtitutum *capitulorum generalium* firmauit, ſed, quod iam ante INNOCENTIVS II. roborauerat, repetiit.

§. XLIX. Hæc *capitula* & conuentus abbatum Ciſtercienſium magnam *rei monaſticæ* ſalutem afferre credebantur, & in tanto erant honore & exiſtimatione, vt epiſcopi, reges & principes eis intereſſe, pium ſalutareque ducerent, vt docet ALTESERRA *lib. VI. monaſtic c.* 5. Hæc ratio permouit INNOCENTIVM III. vt in *concilio Lateranenſi IV.* anno 1215 celebrato *c.* 12. apud HARDVINVM *tom. VII. concil. p.* 30. generatim *ſingulis ordinibus* iniungeret, de *capitulis* huiusmodi ad exemplum *Ciſtercienſium* habendis. Repetita ſunt huius ſanctionis capita in *c.* 7. *X. h. t.* quæ pro vberiori dicendorum illuſtratione hic præmittam. *In ſingulis regnis*, aiunt Lateranenſes, *ſiue prouinciis fiat de triennio in triennium ſaluo iure diœceſanorum pontificum, communecapitulum abbatum atque priorum, abbates proprios non habentium, qui non conſueuerint tale capitulum celebrare: ad quod vniuerſi conueniant, præeditionem non habentes, apud vnum de monaſteriis ad hoc aptum: hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plus quam ſex euectiones, & octo perſonas adducat. Euectiones* certum numerum equorum ſeu veredorum continebant, obſeruante GONZALEZIO ad *c.* 6. *de cenſib. n.* 3. quamuis olim, iure Romano, denotauerant *diplomata* iis neceſſaria, qui curſu publico iter facere vellent. Vid. PITISCVS *in lexic. antiq. Rom. voc. euectiones.* Quia vero ceteris ordinibus horum capitulorum ratio adhuc erat incognita, Ciſtercienſibus vero admodum familiaris, ita porro ſancitum eſt: *aduocent autem caritatiue in huius nouitatis primordiis, duos Ciſtercienſis ordinis abbates vicinos, ad præſtandum ſibi conſilium & auxilium opportunum; cum ſint in huiusmodi capitulis celebrandis ex longa conſuetudine plenius informati.* Id tantum ad *primordia* horum *capitulorum* pertinet, nec perpetuum ius Ciſtercienſibus hoc ipſo datum.

Ad quosnis ordines hoc poſtea tractum.

§. L. Iam *præſidatus* hoc modo definitur: *Qui absque contradictione duos ſibi de ipſis aſſocient, quos viderint expedire. Ac ipſi quatuor præſint capitulo vniuerſo, ita quod ex hoc nullus eorum auctoritatem prælationis aſſumat: vnde, cum expedierit, prouida poſſint deliberatione mutari.* Poſtquam vero *generales* & *prouinciales* ordinum conſtituti ſunt, præſidatus hic deſcriptus ceſſauit. Negotium huius capituli principale in hoc conſtituitur: *Huiusmodi vero capitulum aliquot certis diebus continue iuxta morem Ciſtercienſis ordinis celebretur: in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis & obſeruatione regulari:*

De præſidatu horum capitulorum, et negotio principali.

lari: & quod ſtatutum fuerit, illis quatuor approbantibus, ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur, omni excuſatione, contradictione, ac appellatione remotis, prouiſo nihilominus, vbi ſequenti termino debeat capitulum celebrari: & qui conuenerint, vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter ſimul omnes communes expenſas: ita quod ſi non omnes potuerint in iisdem, ſaltim plures ſimul in diuerſis domibus commorentur. Ab hoc *capitulo vlterius viſitatores* conſtituuntur, qui ſecundum formam præſcriptam viſitare & reformare debeant ſingula monaſteria, grauiores caſus ad pontificem referre, nec a *diœceſanis* in hac viſitatione impediri, vt ſpeciatim *in ſeqq.* exponitur. Præcauendum enim vtique erat, ne a *diœceſanis*, iure ſuo viſitationem ſibi tribuentibus, impedirentur, quod, tot ordinibus poſtmodum exemtis, non adeo hodie amplius verendum eſt. Quale autem officium eſſe debeat horum viſitatorum, a *generali* abbatum capitulo delegatorum ad *viſitationis* officium exequendum, plenius determinat HONORIVS III. in *c.* 8. *X. h. t.* & CLEMENS V. in *concilio Viennenſi*, ceu in *clem.* 1. *h. t. in f.* refertur, hæc omnia innouauit approbauitque. Oſtendunt vero hæc ipſa, talia noua & operoſa inſtituta propter *reformationem ordinis* primario quidem fuiſſe introducta: præterea tamen plura alia ordinibus attulit commoda, vt ſub his *nouis magiſtratibus* arctius ſinguli ordines cohærerent, & adeſſent, qui curam vniuerſi ordinis haberent, hanc ſibi *ſupremam legem* eſſe ducentes, ſalutem ſcilicet & conuerſationem, imo augmentum ordinis.

Præter generalia capitula, quidam ordines prouincialia introduxere.

§. LI. Sicuti vero hæc capitula inſtar *comitiorum* ſunt, quibus interſunt ordinum prælati; ita variam paulatim ſecundum inſtituta ſingulorum ordinum peculiaria acceperunt formam, in qua ſinguli fere ordines diſcrepant. Neque in eo, quod Cluniacenſibus, Ciſtercienſibus aliisque Benedictinis in more poſitum eſt, vt tantum *generale capitulum* celebrent, ceteri ordines recentiores ſubſtiterunt, ſed tum *generalia*, tum *prouincialia* introduxerunt capitula, vt iis *generalis*, his *prouincialis* præeſſet, negotiisque ordinis tum *vniuerſim*, tum per *prouinciam* inuigilent, de quibus paucis agendum.

Caput ordinis generalis.

Eius iura.

§. LII. Summum ſcilicet ordinis cuiusque caput eſt GENERALIS, inter ſuos *patriarcha* quidam, imo *pontifex*, magiſtratum tam excellentem gerens, vt ordo, per vniuerſum ſparſus orbem, fere vnice eius iuſſibus pareat, & veneratione ſumma eum perſequatur.

Capi-

Digitized by Google

Capitula generalia conuocat: ea dirigit: concluſa & ſtatuta exequitur: omnes cauſæ ordinis ad eum tanquam ad ſummæ dignitatis apicem referuntur: præ ceteris, quantum humano aſſequi poteſt conſilio, ordinis ſui bonum tuetur, ſuſtinet, conſeruat: in conciliis magna cum auctoritate agit, & vt paucis omnia complectar, eſt *ſui ordinis papa.* Quid ergo mirum, quod *hi generales ordinum* etiam Romæ, vbi *hierarchia* condita, fundata, & ſuper vniuerſum diffuſa eſt orbem, commorentur, quamuis hoc callidiſſimo pontificum conſilio in morem abiiſſe credat HERTIVS *de iaclit. ord. Ciſterc. libert. a ſuper. territ. in add. p.* 126. ne forſan potentiam ſuam, in præiudicium pontificis, nimium extendant, & tandem ordinis quandam independentiam inducant. Intereſt vero præterea cuiusque familiæ religioſæ, vt in *vrbe* degat *generalis*, quo ea, quæ ad *hierarchiæ monaſticæ* ſalutem facere videntur, eo expeditius peragere, & perficere poſſit, & præterea ſingulæ nationes, in quibus religioſi degunt, eo facilius *generali*, in vrbe degenti, obtemperent. Romæ commoratur.

§. LIII. *Ciſtercienſes* tamen & *Præmonſtratenſes* ab hoc more diſcedunt, quorum *generalis* in Gallia, tanquam in *ſolo natali* degit. *Præmonſtratenſium* enim fundator S. NORTBERTVS inter alia ſtatuit, vt quotannis abbates ad capitulum generale *Præmonſtratum* conuenirent ad *feſtum S. Dionyſii*, quem morem ſtrenue poſtea continuerunt, indeque factum, vt præfectus ordinis in loco, qui ei auſpicia dedit, ſederet. Pari conſilio vſos fuiſſe *Ciſtercienſes*, & capitula generalia in Gallia habuiſſe, iam ſupra obſeruaui, qua de cauſa Gallia hanc retinuit prærogatiuam, vt *ordinis generalis* ibi perpetuo commoretur, voceturque *chriſtianiſſimi regis in Burgundiæ ſenatu primus conſiliarius natus*, *vniuerſi ordinis caput & ſuperior generalis.* Vid. HERTIVS *cit. l. p.* 10. Obſeruat tamen cardinalis de LVCA *tom. III. de regul. diſc.* 2. *n.* 25. non omnes his generalibus ſubeſſe, ſed *Ciſtercienſium* & *Præmonſtratenſium* religionem eſſe diuiſam in *plures prouincias*, quarum ſingulæ proprium *generalem* in proprio generali capitulo eligant, vt ita generalis in Gallia non ſit ſuperior ordinis *extra Galliam* conſtituti, vtut *ordinis caput* dicatur intuitu præcedentiæ, quam præ reliquis habeat. Sub *generali* in pluribus ordinibus ſunt *prouinciales*, diuiſo in plures prouincias ordine, cui præeſt, capitulum prouinciale indicit, dirigitque, & prouinciæ ſibi concreditæ, vt caput eius, peculiarem curam gerit. Excepto generali Ciſtercienſium & Præmonſtratenſium.

Digitized by Google

Electio generalis

§. LIV. *Generalis* in *capitulo generali* eligitur, ab his, qui secundum regulas ordinis electores sunt constituti, quales vt plurimum sunt *prouinciales*, ordinem suæ prouinciæ repræsentantes, quod specialius explicat PASSERINVS *de elect. canon. c.* 35. *n.* 4. *seqq.* Electio peragitur demum *sede vacante* vel *elapso tempore*: sunt enim in quibusdam ordinibus generales *perpetui*: sunt etiam *temporales*, ad triennium durantes, quo elapso, nouus statim eligitur, ceu docet IDEM *cit. l. n.* 24. *seqq.* Electio ipsa regulariter *Romæ* expeditur, in præsentia sedis apostolicæ, conuocante ad capitulum eo, cui statuta ordinis hanc prærogatiuam concesserunt, de quo rursus consulendus est PASSERINVS *cit. l. n.* 34 *seqq.* Confirmatio electi secundum formam præscriptam petitur, vel aliorum prælatorum, a pontifice per *c.* 16. & 33. *de elect. in* 6. & hoc modo *caput sui ordinis* constitutus est. Similiter electio *prouincialis* peragitur in *capitulo prouinciali* ab omnibus, qui ex regulis statutorum ei interesse & suffragium ferre possunt, nisi ex præscripto ordinis *generalis* prouincialem constituat, quæ omnia specialibus obseruationibus exornat prælaudatus PASSERINVS *cit. l. c.* 36. *n.* 2. *seqq.* Electus confirmatur a *generali*, vtpote qui *immediatus* eius superior est.

& prouincialis.

Forma regiminis aristocratica censetur.

§. LV. Quamuis vero *generalis* totius ordinis *caput* sit, eius tamen potestas non est *monarchica*, sed, prout volunt, ex *aristocratia* temperata, quod de singulis ordinibus speciatim monstrat TAMBVRINVS *de iur. abb. tom. III. disp* 1 *q.* 2. *n.* 2. *seqq.* De *forma* enim *regiminis* solliciti fuere, postquam hac noua institutione res monasticæ in peculiarem quendam *statum* seu *rempublicam* sunt euectæ & peculiaribus legibus, regimen publicum determinantibus, instructæ. Generalis enim suis instructus est *senatoribus*, qui vulgo vocantur *diffinitores*, & supremi iudices in capitulo generali cum suo prælide agunt, de quibus agunt TAMBVRINVS *cit. l. quæst.* 2. *seqq.* & PASSERINVS *de elect. canon. c.* 37. *Huiusmodi diffinitores*, ait PASSERINVS *cit. l. n.* 2. *capituli generalis, totam religionem repræsentant, dicunturque coadiutores, collegæ & participes officii generalis, & velut religionum senatores sunt & supremi iudices. Ex eis enim integratur supremum religionum tribunal, vnde habet supremam quandam potestatem in totam religionem, quæ est potestas capituli seu congregationis generalis.* Hac de causa quoque quilibet illorum eligitur a qualibet ordinis prouincia, in capitulo prouinciali. Eiusmodi *coadiutores* vel *senatores* etiam habet *prouincialis*, de quibus itidem consulendus est PASSERINVS *cit. l. n.* 27. cum TAMBVRINO *cit.*

Digitized by Google

cit. l. qu. 4. n. 4. id quod vel binis retuliſſe verbis ſuffecerit, vt ſtructura *regiminis publici monaſtici* ſummatim inde liqueat. Tam diffuſum enim eſt *ius publicum monaſticum*, vt exactior eius explicatio & repræſentatio peculiarem expoſceret tractatum, cuius vel fontes tantum mihi indicandi ſunt.

§. LVI. A præfectis his *generalibus* & *prouincialibus* differunt *locales*, ſingulis familiis monachorum præpoſiti, variisque muniis inter ſe diſtincti. Quælibet congregatio proprium caput habet, ſeu *abbatem*, h. e. *patrem monachorum*, prout deriuatio vocis indicat, illuſtrata ab ALTESERRA *lib. II. aſcet. c.* I. & ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib. II. c.* 25. *p.* 451. Mox enim, vbi monachi in congregationes peculiares collecti ſunt, abbatum *cuſtodiæ* & *directioni* ſunt ſubiecti, qui monachos in officio continerent, & monaſterii iura tuerentur, vnde etiam ἡγούμενοι & *præpoſiti* dicti, obſeruante MATTHAEI *cit. l. vigilem curam & diligentem ſolicitudinem gerentes de omnibus, vt de officio ſibi commiſſo dignam DEO poſſint reddere rationem*, vt ait pontifex *in c.* 6. *X. h. t.* Nulla olim præfulgebant ſingulari dignitate: auctoritate tantum in ſuos inſtructi, de cetero ob vitæ ſanctitatem quandoque *venerabiles*, alias *oſtiariis* etiam poſtpoſiti, quod olim nudi eſſent *laici*. Iam vero fuſius enarratum eſt, ad quem honoris eccleſiaſtici apicem tandem deuenerint, vt vel *epiſcopalem cathedram* referre videantur. Non amplius *patres* & gregis pauperculi duces, ſed *principes*, imo *duces territoriorum* ſunt. Id ipſum in cauſa fuit, vt quidam ordines *humilitatis* argumento *abbatum* nomen repudiauerint, alioue ſuos magiſtratus inſigniuerint, ne retento nomine, quod iam in *grande decus eccleſiaſticum* transmutatum eſt, tandem humiliratis immemores a propoſito ſuo, exemplo *Benedictinorum*, prorſus degenerarent.

Præfecti locales, abbas, olim oſtiariis poſtpoſiti.

§. LVII. Scilicet quamuis vt plurimum tantum quatuor regulas primarias conſtituant, ad quas ſe ordines monaſtici componere debeant, BASILII ſcilicet, BENEDICTI, FRANCISCI & AVGVSTINI, in ſingulis tamen nouæ & infinitæ familiæ exortæ ſunt, quæ inſtitutis propriis inter ſe in his quatuor ordinibus principalibus differunt. Vt enim de BASILII regulis ſubiectis ordinibus nihil dicam, vtpote *orientali eccleſiæ* potiſſimum propriis, *Benedictini*, ſeu *monachi nigri*, vt vocantur in *c.* 10. *X. de tempor. ordinat.* fere in triginta diſtinctas abierunt congregationes, quorum diuerſæ appellationes occurrunt, & illuſtrantur *dans l'hiſtoire du clergé ſeculier tom. II. p.* 165. ex variis huius ordinis reformationibus hinc inde natæ. Harum familiarum di-

Benedictini abbates retinuere.

Digitized by Google

diuersarum capita pleraque nomen *abbatum* retinuerunt, adeo vt nec Cistercienses seu *monachi albi* illud repudiauerint, vtut studio singulari *humilitatis* ducti, & Benedictinis, tanquam Samaritani iudæis odio fuerint. vid. ALTESERRA *ad c.* 10. *de tempor. ordinat. & qual. ordin.* Quidam vero *abbates* haud habent, quod indicat pontifex *c.* 7. & 8. *in f. X. b. t.* vbi facit mentionem *abbatum*, & *priorum proprios abbates non habentium.* Huiusmodi *priores conuentuales*, quos vocant, *Carthusiani* sibi constituerunt, quorum familia anno 1084. nata est, quinque sibi primi *fratres laicos*, de quibus supra actum, assumserunt. Vid. *histoire de clergé cit. l. p.* 237. NATAL. ALEXANDER *ad sec. XII. c.* 7. *art.* 8. *p.* 588. Similiter *fratres Eremitæ ordinis S. Guilielmi*, vel *alborum mantellorum*, vt vocantur, *priores* tantum habent, & quidem *temporales*, vt plurimum ad *quadriennium.* Qui toti præest ordini *prior*, *generalis* vocatur, vt docet diploma INNOCENTII IV. apud CHOPPINVM *lib. I. tit.* 1. §. 5. Est etiam ex Cistercienſium ordine quædam propago seu *ordo vallis caulium*, qui sub *priore* viuit, de quo vid *de* VITRIACO *histor. occid. c.* 17. Denique etiam COELESTINI, a COELESTINO V. papa seculo XIII. fundati, sub *prioribus temporariis* degunt, qui a *prouinciali priore* constituuntur teste CHOPPINO *cit. l.* §. 7. Forsan hi ordines, vtut BENEDICTI regulam sequerentur, *priores temporales* habere maluerunt, vt *regias nominationes* excluderent, quæ adhuc in constituendis abbatibus prævalebant, ad *temporarios* autem magistratus huiusmodi extendi non poterat. Pergo ad *mendicantes* sub DOMINICI & FRANCISCI regula militantes. DOMINICI discipuli seu *Prædicatores* loco abbatis *priorem temporalem*, a *prouinciali* priore confirmandum habent, de cuius electione agit PASSERINVS, ordinis huius procurator generalis *de elect. c.* 38. institutа vero eius & merita enarrat ordinis huius socius NATALIS ALEXANDER *ad secul. XIII. c.* 7. *art.* 5. *p.* 236. *seqq.* FRANCISCI discipuli seu *fratres minores* militant sub imperio *ministrorum & custodum* seu *guardianorum*, quorum sæpius iniicitur mentio in *c.* 3. *de V. S. in* 6. & *c.* 1. *extrau. Iob. XXII.* Habent totius ordinis caput *generalem ministrum a prouincialibus ministris & custodibus* eligendum, & quamuis in regula scriptum fuerit, *omnium custodum multitudinem ad generale capitulum conuenire* debere; hoc tamen NICOLAVS IV. in *cit. c.* 3. ita declaravit, *vt singularum prouinciarum custodes vnum se constituant, quem cum suo prouinciali ministro pro se ipsis ad capitulum dirigant, voces aut vices suas committentes eidem.* De electione *ministri prouincialis*

Carthusiani aliique habent priores.

hæc

Digitized by Google

hæc traduntur in *clem.* 1. *de V. S. vt ipſius miniſtri electio penes capitulum prouinciale reſideat, quam idem capitulum die ſequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur. Ipſius autem electionis confirmatio ad miniſtrum pertineat generalem.* De variis huius ordinis ſpeciebus agitur *dans l'hiſtoire du clergé tom. II. p.* 356. *ſeqq.* AVGVSTINI denique regulam magno numero diſtincti inter ſe ordines ſequuntur, quos recitat BARBOSA *lib. I. iur. eccl. c.* 41. *n.* 88. *ſqq.* & AVCTOR *de l'hiſtoire du clergé tom. III.* Inter hos etiam canonici *regulares* & *ſeculares* referuntur, qui *præpoſito* ſubſunt, vid. ANTON. MATTHAEI *lib. II. de nobil. c.* 25. *p.* 457. inter quos in Germania eminent *præpoſitus Eluangenſis*, qui præeſt canonicis ſecularibus, & *Berchtolsgadenſis*, canonicos regulares S. Auguſtini ſub ſe habens. Præmonſtratenſes itidem ab initio *præpoſitos* habuere, poſtea *abbates* acceperunt. *Ieſuitas* annumerant quoque ordinibus S. AVGVSTINI, ſingulari regimine ab aliis diſtinctos. Perpetuum *generalem* Romæ reſidentem habent, *monarchico* quodam more imperantem ex ſingularibus huius ſocietatis rationibus. Hic ceteros ſuperiores conſtituit, vt *prouinciales* & *rectores*, qui poſteriores loco *abbatum* ſunt. Vid. *hiſtoire du clergé tom. III. p* 113. BARBOSA *cit. l. n.* 196. Et infinitum foret omnium ordinum præfectos ſigillatim referre: ſufficit vel ex his conſtare, magiſtratus eorum ordinarios dici *abbates*, *præpoſitos*, *priores*, *rectores*, *cuſtodes* ſeu *guardianos*.

De Ieſuitarum regimine.

§. LVIII. PRIORES, de quibus hactenus actum, & qui loco *abbatum* ſunt, dicuntur *conuentuales*. Sunt præterea *clauſtrales* vicarii abbatum, & poſt eum monachis præfecti. His abſente, mortuo, vel remoto abbate, competit tota monaſterii iurisdictio, teſte TAMBVRINO *tom. II. de iur. abbat. diſp.* 1. *qu.* 4. *n.* 4. Generatim in *c.* 6. *X. h. t.* hæc de eo traduntur: *Prior autem præ ceteris poſt abbatem potens ſit in opere & ſermone, vt exemplo vitæ verboque doctrinæ fratres ſuos & inſtruere poſſit in bono, & a malo etiam reuocare, zelum religionis habens ſecundum conſcientiam, vt delinquentes corripiat, & caſtiget, obedientes foueat & confortet.* Vicariis hisce neceſſario iuſtruendi erant abbates, vtpote qui vt plurimum variis aliis curis & deliciis inhiantes ſollicitudini monaſticæ vacare non poſſunt. In nonnullis congregationibus ab ipſo abbate: in aliis vero a capitulo eligitur, teſte TAMBVRINO *tom. III. de iur. abb. diſp.* 2. *qu.* 4.

Priores clauſtrales diſtinguendi a conuentualibus.

A quo conſtituantur?

§. LIX. Hisce ſimiles ſunt *priores* & *præpoſiti obedientiarum*, de quorum origine quædam iam dixi ſupra *tit. de præb. & dignit.* §. 175. *p.* 407.

Vt & priores obedientiarii.

Digitized by Google

p. 407. Rem omnem harum *obedientiarum*, quarum fit mentio in *c.* 6. X. *h. t.* explicat MABILLON. *in præf. ad sec. V. act. Benedict.* §. 53. his verbis: *Hæc fuit in nobilioribus monasteriis disciplina, vt quælibet minores sub se haberent colonias, quæ cellæ, proposituræ, obedientiæ, prioratus, monasteriola, & monasteria passim, imo & abbatiæ aliquando vocabantur. In illis cellis erant præpositi seu ad nutum abbatis, qui principi monasterio præerat, amouendi: & si qui abbates illis præficiebantur, non nisi prius habito primi abbatis consensu eorum, fiebat electio, ab eodem postea confirmanda. Qui in cellis illis residebant, in singulos annos certum censum principi monastico referebant, certisque diebus ad conuentum indictum adesse tenebantur. Huius institutionis duplex fuit causa: vna, vt, quia crescente monachorum numero non omnes facile intra vnius loci ambitum contineri poterant, in varia loca dispersi degerent, sub vnius abbatis disciplina: altera, vt, cum diteſcentibus monasteriis prædia, fundi villæque plures accessissent, quo fructuosior & fidelior eorum esset administratio, maiorum auctoritate consilioue prouisum est, vt cultioribus fertilibusque locis monachos præficerent, & ad continendos in officio seruos, gubernandosque rite colonos, ecclesias ibi construerent, quas ibi regebant.*

Cellæ dependent a principali monasterio.

§. LX. Liquet ex his, I) *cellas* has vel *obedientias* seu *prioratus*, Münchhausen, dependisse a monasterio principali, & nonnunquam *monasteria* alicuius momenti comprehendisse, qualia magno numero vsque ad 200. numerauit Cluniacense cœnobium. ANTON. MATTHAEI *lib.* 2. *de nobil. c.* 25. *p.* 452. II) Quandoque tantum frugum & penoris aliarumque rerum conditoria fuisse. vid. BROVWER. *lib. I. antiq. Fuldens. c.* 7. Vnde forsan *cellæ* dictæ, & his præfecti *cellarii*. Prædia, in quorum gratiam constitutæ erant, quæque ad certam *cellam* relatæ, dictæ fuisse videntur KELLNHOEFFE, vt Kelln, vel Keller, idem sit, quod *cella* seu curtes ad certam *cellam monasticam* pertinentes. Minus probabile est, Kellnhöffe, vocatas fuisse *a colonis*, vt in *actis Lindau. p.* 771. adfertur, quia ita qualescunque fundi *a colonis* possessi hac appellatione insigniri debuissent, id quod tamen dici nequit, quin potius *a cella*, vt in *actis Lindau. p* 772. rectius asseritur, idemque denotant, quod alibi die Closter- und Chor-Höffe, vel Münchhöffe, aut Seelhöffe. III) Tales *prioratus* tantum *temporales* fuisse, ne *priores* ibi constituti indepen-dentiam quandam paulisper affectarent, & ius quæsitum principalis monasterii interuerterent. Id ipsum INNOCENTIVS III. in *c.* 6. *X. h. t.* quoque constituit, iens: *Nec alicui committatur aliqua obedientia per-*

Finis earum.

Inde, Kellnhöffe.

Prioratus obedientiarii tantum temporales.

Digitized by Google

pe-

petuo possidenda tanquam in sua sibi vita locetur, sed cum oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocetur. Graue hoc prioribus nonnullis visum fuit, qua de causa per *sub- & obreptionem* a curia Romana literas *confirmationis* impetrabant de obedientiis, quoad vixerint, possidendis, quod reprobatum est in *c. 5. & 6. X. de confirm. vtil. vel inutil.*

§. LXI. Ceterum sicuti *prior claustralis* vicaria abbatis potestate in vniuersum monasterium omnesque eius obedientias dicto modo gaudet, ita dantur particulares *vicarii, decani* scilicet, qui curam *decaniæ* sibi commissæ gerunt. Monasteria enim numerosiora in plures cohortes, ex *decem monachis* vt plurimum constantes, fuere diuisa, quibus sub regimine abbatis & prioris præficiebantur *decani*, & ita sæpe plures in vno monasterio electi fuere, prout monachorum copia id postulabat. Vid. TAMBVRIN. *tom. III. de iur. abb. disp. 2. qu. 2. n. 3.* Decani monasteriorum.

§. LXII. Abbatum similiumue præfectorum constitutionem quod concernit, equidem vt plurimum per viam *electionis* regimini præficiuntur, secundum regulam BENEDICTI aliorumque ordinum fundationem. Enimuero sub regibus Francorum non semper hæc electio monasteriis salua fuit. Regales abbatias plerasque ab ipsis regibus accipiebant abbates: quædam specialiter priuilegiatæ erant, quibus *ius abbatem eligendi* concessum erat, quales erant Anienſis & Deruensis abbatiæ, ceu docet epistola LVDOVICI PII *de ann.* 822. apud BALVZIVM *tom. I. capitul. p.* 622. *& de anno* 827. *p.* 652. Equidem LVDOVICVS PIVS anno 816. omnibus monasteriis hanc libertatem restituisse legitur apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 564. *cap.* 5. *monachorum siquidem causam qualiter DEO opitulante ex parte disposuerimus, & quomodo ex se ipsis sibi eligendi abbates licentiam dederimus, & qualiter DEO opitulante quieti viuere propositumque suum indefesse custodire valerent, ordinauerimus, in alia schedula diligenter annotari fecimus, & vt apud successores nostros ratum foret & inuiolabiliter conseruarentur, confirmauimus.* Verum id parum obseruatum fuisse, docent adducta priuilegia, posthæc quibusdam cœnobiis data, quod etiam obseruat THOMASSINVS *P. II. de discipl. eccl. lib. 2. c.* 28 §. 6. ac ex aliis argumentis illustrat. Anno 824. monasterio Corbeiensi LVDOVICVS PIVS speciali priuilegio electionem indulsit apud SCHATEN *in annal. Paderborn. ad cit. annum statuentes etiam decernimus, vt quandoquidem diuina vocatione abbas prædicti monasterii de hac luce migrauit, quamdiu ipsi monachi inter se tales inueniri potuerint, qui ipsam congregationem secundum regulam S. Benedicti* Abbates eliguntur. Olim a regibus, nisi essent specialiter priuilegiati.

Digitized by Google

regere valeant, PER HANC NOSTRAM AVCTORITATEM & CONSENSVM *licentiam habeant eligendi abbatem*, quod LVDOVICVS Germanicus *anno* 848 confirmauit apud SCHAREN *cit. l. p.* 131.

Etiam in Germania regales abbatiæ a regibus collatæ.

§. LXIII. In aliis monasteriis, priuilegio tali haud instructis, libere abbates constituebant reges in *Gallia* & *Germania*, & abbatias *regiis* annumerabant *beneficiis*, nec hoc adeo demirandum, cum etiam *episcopatus* per *annulum* & *baculum* conferrent. Quæ vero fata tandem huius *inuestituræ* fuerint, noto notius est, quam HENRICVS dimittere coactus fuit, quo ipso simul electio libera monasteriis est restituta, quorsum decretum CALIXTI III. respicit apud OTTONEM Frisingensem *lib. VII. c.* 46. *concedo electiones episcoporum & abbatum Teutonici regni, quæ ad regnum pertinent, in præsentia tua fieri &c.* Verum constat quoque electiones prælatorum postea prædæ aulæ Romanæ cessisse, donec tandem per *concordata nationis* Germanicæ inter NICOLAVM V. & FRIDERICVM III. etiam monasteriis *electio* fuerit restituta, de quibus hinc inde actum est.

Quomodo electio fiat?

§. LXIV. Electio abbatis ad *conuentum* pertinet, eodem instituenda modo, quem *tit. de elect. & postulat.* tradidimus. Conf. TAMBVRINVS *tom. I. de iur. abb. disp.* 5. *q.* 3. *Confirmatio* electorum *episcopo* regulariter debetur, nisi sunt *exemti*. In terris protestantium prælati vtriusque religionis confirmandi sunt a *domino territorii*, qui etiam per *commissarios* dirigit vt plurimum electionem. *Immediati* abbates & abbatissæ, Augustanæ confessioni addicti, nulla indigent confirmatione, sed mox a cæsare inuestiendi sunt, quæ omnia tantum per indicem referre placet, cum distinctius & vberius *lib. I.* de his materiis actum fuerit.

Confirmatio a quo petenda?

Virtutes prælatorum.

§. LXV. *Virtutes & qualitates* prælatorum plures ab interpretibus referuntur, quas regustare non placet, cum sæpius de *qualitatibus* prælatorum agendi, mihi oblata fuerit occasio. In compendio ideam & formam *abbatis boni* effigiunt monachi Fuldenses in *libello supplici*, quem CAROLO M. obtulerunt apud BROVWERVM *lib. III. antiq. Fuld. c.* 12. hoc modo censentes: *Abbas sit benignus infirmis, propitius delinquentibus, affabilis fratribus, mœstorum consolator, laborantium adiutor, benevolorum auxiliator, bene certantium hortator, lassorum refocillator, cedentium sustentator, cadentium restaurator, omnes fratres amet, nullum oderit, & nullum zeli vel liuoris dolo persequatur, fiatque non turbulentus vultu, non anxius animo, non nimius in iudicio, non obstinatus in consilio, sed hilaris facie, lætus mente, discretus*

Digitized by Google

tus in opere, consentiens in vtilitate, & quando aliquis de fratribus praeoccupatus fuerit in aliquo delicto, non statim tyrannica vindicta illum exerucict, sed misericordi disciplina corrigere festinet, conuersumque clementer suscipiat, nec prana suspicione denuo illum fatiget, neque perpetuo odio exterminet.

§. LXVI. Ita abbas imperium suum in monachos merito temperare & moderare debet, qui ratione *muneris* sui *pater*, non *despota* aut *dominus*, est. Quid? quod ne quidem in *regimine monastico* ex instituto ordinis quæuis, inconsulto conuentu, peragere queat, & hunc in finem ab antiquis temporibus *capitula* introducta sint. Supra iam tum *tit. de cleric. non resid.* §. 12 *p.* 224. tum *tit. ne sed. vac. aliq. innou.* §. 6. *p.* 624. originem & denominationem *capitulorum* ex instituis antiquis monasticis deduxi, ostendique, ea per CHRODOGANGVM cum monastico vivendi more ad ecclesias cathedrales traducta fuisse, vnde, quæ supra *tit. ne sed. vac.* dicta sunt, hic suo modo applicari possunt. Tria potissimum capitula inter monachos celebrantur: *generalia*, *prouincialia*, & *localia*, vt liquet ex *c.* 7. & 8. *X. b.* De duabus speciebus iam supra actum. *Localia* abbas cuiusuis monasterii cogit, & quidem secundum regulam, fere quotidie *disciplinæ* gratia, vt iam supra *tit. de cleric. non resid.* §. 12. obseruaui. Conf. TAMBVRIN. *tom. III. de iur. abb. disp.* 1. *quæst.* 8. Præterea vero etiam *conuentum* seu *capitulum* cogit pro necessitatibus monasterii, adeo vt quædam valide sine eius concursu peragere nequeat. In tali conuentu *suffragia* ferunt monachi, seu *vocem habere* dicuntur in *c.* 8. *in f. X. h. t.* non *clerici seculares*, per abusum in monasteria recepti, per *cit. c.* 8. non *laici* fratres, vulgo Layen-Brüder, sed tantum *chorales*, prout supra *tit. de regul.* § 92. *p.* 222. iam dictum est.

Cum capitulo plura agere debet.

Capitula tria inter monachos.

§. LXVII. Potissimum in *conuentu monachorum* agitur de rebus monasterii alienandis, vtpote quas abbas sine *solemnibus* alienare nequit, *c.* 5. *X. de probat.* de qua materia supra *lib. III. tit.* 13. sufficienter actum. Sunt vero singulis ordinibus seu peculiaria statuta, quæ prælatorum potestatem vel laxant vel restringunt, ante omnia inspicienda. In regula BENEDICTI *c.* 3. hæc habentur: *Quoties aliqua præcipua agenda sunt in monasterio, conuocet abbas omnem congregationem, & dicat ipse, vnde agitur; & audiens consilium fratrum tractet apud se prudenter, & quod vtilius iudicauerit, faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus; quia sæpe iuniori dominus reuelat, quod melius est.* In capitulis ecclesiarum cathedralium idem obseruari, supra dictum est, vt, quoties *causæ arduæ momentique magni* inciderint, episcopus in-

De quibus rebus agatur in capitulis?

Digitized by Google

consulto capitulo ea minime peragat, adeoque quæ *lib. III. tit.* 11. dicta sunt, etiam huc pertinent, nisi regulæ ordinis peculiares aliud suadeant, quod illustrat TAMBVRINVS *tom. III. de iur. abb. disp.* 1. *qu.* 6. Sede abbatiali vacante per mortem vel alio modo, interim ad conuentum redit omnis monasterii administratio in *spiritualibus* & *temporalibus*, *c. vlt. de regul. in* 6. *c.* 8 *X. de consuet. c.* 2 *de restit. in integr.* adeoque quæ supra *lib. III. tit.* 9. dicta sunt, etiam huc trahenda.

Status singulorum monachorum priuatus.

§. LXVIII. Atque hæc quidem ad *regimen* seu *statum* monasteriorum *publicum* spectant. *Status* religiosorum *priuatus* singulorum itidem singularis est, tum ante, tum post *professionem*, de quo discrimine supra iam actum. Post *professionem*, *clericorum* statum quodammodo inducunt, vt supra dictum, eorumque priuilegia sibi tribuunt. Praterea vulgo *pro mortuis* haberi dicuntur, *c.* 8. C. 16. *q.* 1. quod tamen tantum *mystice* intelligendum, non quoad *effectus iuris*, qui *mortem naturalem* desiderant. Vid. *lib. III. tit.* 25. §. 19. Amittunt testamenti factionem, *cit. tit.* 25. §. 18. quicquid acquirunt, acquirunt monasterio, quo intuitu a quibusdam *seruis* æquiparantur, quod argumentum tamen fallit. Vid. *lib. III. tit.* 27. §. 19. 20. Loco eorum succedit monasterium *ibid.* §. 21. Excluduntur a feudis & fideicommissis familiæ, *ibid.* §. 26. quæ omnia ex voto *paupertatis* vulgo deducunt, quod *capitis* quandam *diminutionem* inducit, vt *proprietatis* non amplius dicantur capaces. Votum *obedientiæ* operatur, vt *velle* non credantur, quia parere in omnibus tenentur mandato prælati sui, adeoque *sui iuris* dici nequeunt. Vnde ne quidem contractus celebrare possunt, absque maioris partis capituli & abbatis licentia, *c. pen. X. de fideiuss.* nec negotiis secularibus sese immiscere, *c.* 1. *seqq. ne clerici vel monachi*, de quo infra *tit. vlt.* huius libri agendum. Et vt paucis dicam, *status monachorum* ita comparatus est, vt fere omnium iurium vsu priuati sint, respectu ad *singulos* habito: in *corpore* enim considerati omnium iurium vsum plenissime habent, adeoque si dixeris, monachos *singulos* per professionem quodammodo *capite minui*, h. e. statum *ciuilem* & *personam* amittere, haud erraueris.

Officia monachorum.

§. LXIX. Ceterum quæ monachorum *officia* & *agenda* concernunt, infinita sunt, secundum *regulas* tam stricte obseruanda, vt nihil accuratius fingi vel excogitari possit. Plura ex his moribus monasticis ad *capitula ecclesiarum cathedralium* tracta esse, supra *tit.* 1. *huius libri* & *tit.* 4. obseruaui, quæ tamen inter protestantes non tam *monastice* essent obseruanda.

§. LXX.

Digitized by Google

§. LXX. In hoc vero prorſus diſceſſimus a more eccleſiæ Romanæ, quod *conuentuales*, *monachæ* vel *canoniſſæ*, quæ in monaſteriis noſtris degunt, *capitis* nullam *diminutionem* patiantur, quia *votis* nullis adſtringuntur. Proinde haud amittunt rerum ſuarum proprietatem, & de illis libere diſponunt, niſi teſtamenti factio illis ex *ſtatuto peculiari* in fauorem monaſterii, vt ſuccedat, ſit interdicta; matrimonium, ſi reſignare velint, iis conceſſum, & ita fere degunt vt *canoniſſæ ſeculares*, itidem nullo adſtrictæ voto; de cetero tamen ſe ſuamque vitam componere debent ad *regulas præſcriptas*, de quo ſupra *tit. XXXI. §. 57. ſqq.* quædam dicta ſunt. Status conventualium inter proteſtantes.

TITVLVS XXXVI.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS, VT EPISCOPO SINT SVBIECTAE.

§. I.

AD ordines *religioſorum* pertinent *monaſteria* cum infinitis pertinentiis, de quibus vel ideo ſeorſim agendum, quod abundantia bonorum, quæ maiorum procliuis voluntas in res monaſticas iis peperit, ac varia produxit iura, quæ quotidie in litem deduci ſolent. Aucta hæc ſunt ex *diſſidio religionum*, & ſubſecuta *pacificatione*, qua multum iuri canonico detractum, & monachorum principia intuitu bonorum ſuorum mutata, quibus hodie *catholici* & *proteſtantes* inter ſe vtuntur. Ceterum præter *monaſteria* ſunt etiam plures aliæ *domus religioſæ*, eisdem fere iuribus cum *monaſteriis* gaudentes, de quibus itidem hoc titulo agitur. Vt vero ordine procedam, ante omnia *monaſteriorum* iura ſecundum *leges imperii publicas*, quatenus iis iuri canonico quid detractum, agam, & ſubinde pauca etiam de reliquis *domibus religioſis* adiiciam. Lites variæ circa monaſteria eorumque bona ex diſſidio religionum.

§. II.

Digitized by Google

Monaſteriorum in deſertis ratio.

§. II. Non repetam, quæ *tit. XXXI.* de *monachorum* primordiis dixi. Id ſaltim inde liquet, *monaſteria* in deſertis fuiſſe *ſolitariorum habitacula*, ſine vllo apparatu, ſpeluncis magis quam habitationibus ſimilia. PACHOMIO duce & auſpice, monachi per ſyluas diſperſi collecti ſunt in cœtus, per regulas compoſitos, in communibus ædibus, quas *cœnobia* dixere; neque enim hæc *monaſteria* amplius ex rei veritate dici poterant, poſtquam loco vitæ ſolitariæ *communis* inualuerat. Quia vero his cœnobiis nomen *monachorum* relictum, etiam *cœnobia* eorum promiſcue dicta fuere *monaſteria*, quam appellationem etiam conſtanter retinuere. Primitus monaſteria quoque *ἀσκητήρια* dicta fuiſſe liquet ex SOCRATE *lib. I. hiſtor. eccl. c.* II. aſſerente, PAPHNVTIVM, in ſuperiori Thebaide epiſcopum, a puero *ἐν ἀσκητηρίῳ* educatum fuiſſe. *Cœnobia* eo tempore nondum cognita erant, quo PAPHNVTIVS pueritiæ annos agebat: nec credibile eſt, horrida ſolitariorum hoſpitia in ſyluis iam eo tempore electa fuiſſe, vt in iis educarentur pueri & adoleſcentes, quippe quæ adultorum *ἄσκησιν* requirebant. Vbinam ergo tale *aſceterium* reperiendum, in quo PAPHNVTIVS educari potuit? Oſtendi *tit. XXXI.* vitam aſceticam non in *ſyluis*, ſed in vrbibus, ac mediis in hominum cœtibus, a chriſtianis quibusdam peractam fuiſſe in ſumma abſtinentia, quorum ædes propriæ *aſceteria* recte dici poterant, quod in iis *vita aſcetica* ſummo cum feruore coleretur, &, qui horum educationi ſeſe commiſerant, ad vitam aſceticam hoc modo præpararentur. Virgines ſeculo III. iam in huiusmodi *ἀσκήσει* inter *priuatos parietes* vixiſſe dixi, quarum ædes dici poterant *aſceteria*, non quidem eo conceptu, quo hodie *monaſteria* vocamus, ſed eo, qui *vitæ aſceticæ* eius temporis conueniens erat. Denique dicuntur etiam *clauſtra*, vnde vox germanica Kloſter ortum traxit.

a cœnobiis diſtincta,

quæ tamen etiam monaſteria dicta.

Aſceteria quid?

Cœnobia primitus libere exſtruebantur ſine epiſcopi auctoritate.

§. III. *Cœnobiorum exſtructio*, poſtquam agros & vrbes implebant, ab initio libera erat, nec vlla iurisdictio epiſcopo aut alia diſpoſitio competebat, vt ſupra *tit. XXXV.* §. 5. plenius aſſertum. Neque enim cum *templis* ſeu *eccleſiis*, qui epiſcopi iam ſub CONSTANTINO ſui iuris eſſe credebant, teſte ATHANASIO *in epiſt. ad vit. ſolit. agent. p.* 840. *oper. tom. I. edit. Colon.* conferri poterant *cœnobia*, ſed eo tempore nihil aliud quam *laicorum piorum & abſtinentium habitacula* in communi poſſeſſa, nec ab aliis ædibus diſtincta erant. Et ſicut has ædificare ſingulis permiſſum erat, ita nulla prohibitum erat lege, *cœnobia* exſtruere, nec ad hoc *conceſſione publica* vel *epiſcopi* opus erat.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV. Seculo VI. demum in occidente conſtitutum eſt, *monaſteria* noua absque *auctoritate epiſcopi* ædificari non poſſe, quod conſequens noui eius iuris fuit, quo monachi epiſcopis ſubiecti fuere, prout *cit. l.* fuſius ex ipſis rerum argumentis demonſtraui. Confirmavit IVSTINIANVS hoc ius nouum, quod patres Chalcedonenſes conſtituerant, & inter alia in *nou.* 5. *c.* 1. ita cenſuit: *illud igitur ante alia dicendum, vt omni tempore & in omni terra ſi quis ædificare venerabile monaſterium voluerit, non prius licentiam eſſe hoc agendi, quam Deo amabilem locorum epiſcopum aduocet, vt ille manus extendat ad cælum & per orationem locum conſecret Deo, figens in eo ſalutis noſtræ ſignum, (dicimus autem adorandam & honorandam vere crucem) ſicque inchoet ædificium, bonum vtique quoddam hoc & decens fundamentum ponens.* Non demirandum eſt, eundem morem ritumque, in templis ædificandis vſitatum, a IVSTINIANO in exſtruendis *monaſteriis* præſcriptum fuiſſe, quoniam hæc eo tempore illis iam erant aſſimilata, iisdemque iuribus inſtructa, vt docet *l.* 23. *pr. C. de SS. eccleſ.* Ceterum ſub Francis monaſteria fuiſſe duplicia etiam ſupra dictum, *epiſcopalia & regalia:* hæc *regia auctoritate* condita, atque protectione ſpeciali munita erant; illa vero *epiſcopali*, in quæ epiſcopis plus poteſtatis relictum. Denique plura aliter exemtionem impetraſſe itidem dictum, quæ omnia vel binis reguſtaſſe verbis ſuffecerit.

Seculo VI. vero non aliter quam auctoritate epiſcopali.

Sub Francis etiam regia auctoritate.

§. V. Cum itaque ſecundum doctrinam huius tituli monaſteria regulariter epiſcopi iurisdictioni ſubſint, inde fluit, 1) *ſine eius auctoritate hodie noua exſtrui non poſſe. c.* 10 12. C. 18. *q.* 2. *c.* 4. *de priuil. in* 6. Patres Tridentini *ſeſſ.* 25. *de regul. c.* 3. ius antiquum canonicum redintegrarunt: *nec de cetero ſimilia loca erigantur ſine epiſcopi, in cuius diœceſi erigenda ſunt, licentia.* Conf. TAMBVRINVS *tom. III. de iur. abb. diſp.* 5. *qu.* 1. BARBOSA *lib. II. iur. eccl. c.* 12. *n.* 6. *ſeqq.* ESPEN. *P. I. iur. eccleſ. tit.* 24. *c.* 3. vbi etiam docent, hodie quosdam ordines *pontificii conſenſu* opus habere. In terris proteſtantium ſcena magnopere mutata, quod vt eo euidentius intelligatur, notandum eſt, quæſtionem hic formari vel de *euangelicis* vel de *catholicis.* Euangelici in regionibus A. C. rarius ædificant vel formant monaſteria: quandoque tamen eadem adornari poſſe, vtut non *monaſtico more*, quid prohibet? Quodſi itaque quis conſilium ceperit de *aſceterio*, vt forſan rectius dixeris, vel de *puellarum* A. C. *cœnobio* adornando, ſub directione *abbatiſſæ* vel *directricis* ita inſtituendo, vt ad ſolidam virtutem & praxin chriſtianismi

Nec hodie erigi poſſunt ſine epiſcopi auctoritate.

Euangelici auctoritate principis.

co magis præparentur, indubium eſt, *auctoritate principis* id opus perfici & conſtitui poſſe, non quod *epiſcopali iure* ita agat, ſed quod tale aſceterium cum legibus ſuis, quibus fundatum eſt, *publica auctoritate*, & priuilegiis, huiusmodi domibus religioſis quæſitis, in perpetuum gaudeat. Et olim ipſos reges Francorum per aliquot ſecula poteſtate vſos fuiſſe, diplomata antiqua loquuntur, quo ipſo in *mundiburdio*, *regio*, vt aiebant, erant, a regibus dependebant, ab eis prælatos, leges, aliaque iura accipiebant, & vt paucis dicam, ita in *manu regia* erant, vt *beneficiis regalibus* annumerarentur. Imo nec hodie permiſſum eſt in *Gallia* alibique ſine regis principisque conſenſu ſpeciali monaſterium exſtruere, obſeruante ESPENIO *cit. l.* §. 12. Non ergo inuidendum eſt noſtris principibus, ſi iure antiquo vtantur, & ſua auctoritate conſtituant, dirigant & ſuſtentent talia aſcetcria, qua confirmatione & auctoritate interveniente *corporibus publicis piis* annumeranda ſunt. Exemplum recentiſſimum eſt in hac ciuitate, illuſtri quondam cancellario de IENA puellarum nobilium cœnobium vltima voluntate conſtituente, & auguſtiſſimi regis noſtri confirmationi & auctoritati ſubiiciente, quæ poſt mortem eius quoque huic inſtituto acceſſit, & ſtatutis vim *legis* attribuit, aliisque prærogatiuis iuribusque fundationem hanc condecorauit. Et ſicuti olim reges vel conſtituebant prælatos, vel liberam electionem monaſteriis indulgebant, ita hodie quoque in nouis hisce aſcetcriis, auctoritate principum fundatis, de electione ſtatuendum, prout in prima fundatione, quæ legem fundamentalem conſtituit, cautum eſt.

Exemplo regum Francorum.

§. VI. Priuatis non æque permiſſum eſt, ſuo ſumtu ſuisque auſpiciis monaſteria erigere, in quibus ſcilicet ordines a ſede Romana probati coëant, iuribus monachorum fruantur, & iuxta regulam approbatam viuant. Hæc inſtituta cum *votis* ſolenniter nuncupatis hodie de eſſentia ad vitam monaſticam deſiderantur, & ita lege publica eccleſiaſtica compoſita & adornata ſunt, vt publicis demum auſpiciis, & *auctoritate epiſcopali*, ſuſcipienda & amplectenda ſint, præſertim cum *clericorum* ſorti monachi adſcribendi. Inter proteſtantes ſcena prorſus mutata eſt. Neque enim hæc inſtitura monaſtica cum *votis* proteſtantes receperunt, nec in monaſteriis, ſuo iuri, expulſis monachis, ſubiectis, ad illa ſe compoſuerunt, adeoque *per ſe vita aſcetica* a quibusdam deuotionis cauſa electa non præciſe deſiderat licentiam *conſiſtorii*, nec requirit auctoritatem *principis territorii*. Quid enim? ſi aliquot puellæ, ſinceræ pietatis excolendæ ſtudio, conſilium ceperint, in pri-

Priuato ausu non licet monaſteria erigere apud catholicos,

facilius inter proteſtantes,

vatis

Digitized by Google

vatis ædibus ad inſtar *virginum abſtinentium primitiuæ eccleſiæ* viuere, ſeque in certas adſtringere leges, ſocietatis ſuſceptæ gratia? id minime iis interdictum eſſe perſuaſiſſimnm habeo, cum nec eccleſiæ Romanæ aſſeclæ tam rigidi ſint, vt tales *deuotionis priuatæ* cauſa initas coitiones abſolute reprobent, id quod vel exemplum *Beguinarum*, quæ inſtar *monialium*, ſine *votis* tamen, vixerunt, comprobat. Hæc priuatis auſpiciis in multis locis ſeſe olim coniunxerant in priuatis ædibus, ceu docet IOANNES XXII. in *c. vn. extrau. comm. de relig. domib.* aſſerens, *in multis mundi partibus plurimas eſſe mulieres vulgo Beguinas vocatas, quandoque in parentum aut ſuis, interdum vero in aliis aut conductis ſibi communibus domibus in ſimul habitantes vitamque ducentes honeſtam.* Equidem ſupra iam oſtendi, multis eas expoſitas fuiſſe calumniis a clero monachisque perferendis; hæ tamen inſtitutum earum haud ſuſtulerunt, nec effecerunt, vt coitiones hæ penitus interdictæ fuerint; ne dicam iam de aliis *fratrum ſororumque* ſocietatibus priuatis, inter eccleſiæ Romanæ conſortes frequentiſſimis.

imo & catholicos quoad ſodalitia priuata.

§. VII. Non deerunt forſan, qui hisce *priuatis congregationibus* nomen *monaſterii* denegaturi ſunt, cum nec eius formam aut eſſentiam, ſed tantum *figuram* referre videantur. Dixi vero iam antea, monaſteriis catholicæ eccleſiæ hæc *aſceteria* minime conuenire, quippe quæ vitæ monaſticæ rationem potiſſimum in *tribus votis* & *ſuſceptione certæ regulæ* collocant; hanc vero rationem proteſtantes haud ſunt amplexi, quam nec primitiuæ eccleſiæ praxis in *vita aſcetica* præciſe deſiderat, & ſi nomen *monaſterii* displicet, *aſceteria* forſan rectius hæ *priuatæ congregationes* dici poſſunt, quatenus vnice propter ἄσκησιν inſtituta ſunt, quæ nullibi interdicta eſt. In eo tamen a reliquis congregationibus, *publica auctoritate* probatis & munitis, diſtinguuntur, quod *publicum corpus* non conſtituant, *priuilegiis* huiusmodi ſocietatibus tributis non gaudeant, & ædes, in quibus coniunctim habitant, a ſorte ceterarum ædium haud eximantur, nec *fori priuilegio* gaudeant, *corporibus piis* alias indulto. Horum iurium piis cauſis attributorum, fruitionem iis demum conciliat apud eccleſiæ Romanæ aſſeclas *epiſcoporum auctoritas*, & apud nos *principum publica approbatio*, quæ ſimul hisce congregationibus publicam defenſionem protectionemque addit, qua carentes non ſemper tutæ & ſecuræ viuunt. Nil ſane vſitatius aut frequentius eſt, quam vt tales ſocietates, innoxiæ quamuis & laudabiles, in crimen ab inuidis vocentur & in ſuſpicionem, neſcio cuius hæreſeos?

Differunt tamen a ſodalitiis publica auctoritate approbatis

Digitized by Google

ſeos? trahantur, ad quas calumnias auerruncandas *publica approbatione* quandoque opus eſt.

De libera monaſteriorum exſtructione in ciuitatibus mixtis.

§. VIII. Ceterum ipſa *monaſteriorum nouorum* exſtructio in imperio noſtro non amplius a libero epiſcoporum catholicorum dependet arbitrio, ſed per *pacem Weſtphalicam* admodum reſtricta eſt. Specialibus id ipſum declarandum eſt obſeruationibus. Prima eſt de *ciuitatibus imperii mixtis*, vtrique religione addictis, in quibus quid catholicis in *exſtruendis monaſteriis* liceat? iam ſuperioribus comitiis dubitatum fuiſſe refert AVCTOR *meditat. ad inſtr. pac. art. V.* §. 29. qua occaſione quæſtio hæc formata: **Status controuerſiæ.** Wo in einer Reichs-Stadt die gantze Gemeinde und Bürgerſchaft, den Magiſtrat mit eingeſchloſſen, getheilter Religion iſt, und ieder Theil einen öffentlichen Kirchgang und Uebung ſeiner Religion vor dem Jahr 1624. hergebracht, und deſſen zu dieſer Zeit in poſſeſſione vel quaſi geweſen iſt, ob in ſolchem Stand dem einen oder andern Theil frey und unverwehrt ſeyn ſolle, was zu Ziehrung, Vermehrung und Erhaltung, Troſt, Wohlſtand und Nothdurfft ſeiner Religions-Uebung dienlich ſeyn kan, es beſtehe nun ſolches in Aufrichtung neuer Stifftung, Kirchen, Schulen, Klöſter, Einführung oder Veränderung geiſtlicher Perſonen, ohngeachtet dergleichen anno 1624. den 1. Ian. nicht vorhanden geweſen, auf ſeinen eigenen Koſten, ohne Schmählerung des gemeinen Guths einzuführen und vorzunehmen? Multa in hac quæſtione ſunt coaceruata, de quibus forſan rectius ſigillatim agitur, cum in vna ſpecie plures occurrant dubitandi rationes, quam in altera. Sufficiat ergo hic potiora momenta attuliſſe de *nouorum monaſticorum* introductione.

Sententia catholicorum.

§. IX. CATHOLICI vt plurimum vrgere ſolent, 1) epiſcoporum iurisdictionem eſſe tantum ſuſpenſam intuitu *proteſtantium*, non catholicorum; eam his potius expreſſe reſeruatam in *art. V.* §. 16. a *iurisdictione epiſcopali* autem monaſteriorum exſtructionem dependere: 2) liberum religionis exercitium in *art. V.* §. 29. ciuibus permitti, & prorſus prohiberi, *ne quis alteram partem de religionis ſuæ exercitio eccleſiæ ritibus & ceremoniis deturbaret*; liberum autem religionis exercitium etiam deſiderare *monaſteriorum* non tantum liberum vſum, ſed etiam *exſtructionem* ſecundum hypotheſin eccleſiæ Romanæ: 3) nec poſſe diſtingui inter mutationem exercitii religionis *magnam* & *parvam*; eam potius diſtinctionem a mente pacis religioſæ & Weſtphali-

cæ

cæ esse alienam; secundum quam vtrique parti *liberum exercitium* religionis permittendum sit.

§. X. PROTESTANTES in contrariam eunt sententiam hisque potissimum ducuntur argumentis. Videlicet quod aliis in controversiis inter vtriusque religionis consortes constitutum est fundamentum, hic quoque ante omnia adferendum esse, eoque præmisso, rationes adductas euanescere arbitrantur. Ea de causa prouocant ad fundamentum toties in *instr. pacis* inculcatum, id quod repetitur in *art. V. §. 29.* verbisque *significantissimis* exprimitur: ANTE OMNIA *vero &c. in eum* STATVM, *in quo cal. Ian. prædicti anni* 1624. *tam* IN SACRIS *quam in profanis fuerunt, non minus ac reliqui status imperii superiores, plenissimi reponantur, inque* EO *absque vlteriori turbatione, perinde atque illæ, quæ tunc temporis adhuc possederunt, aut interea possessionem recuperarunt, vsque ad amicabilem religionum compositionem conseruentur.* Inde concludunt, colliguntque, quicquid *ante omnia* obseruandum, supponendum, & attendendum, id pro *regula* & *norma* principali habendum esse: STATVM vero *anni* 1624. 1. *Ian.* vel vt alibi dicitur, *vsum, habitam possessionem*, & *obseruantiam* exercitii religionis primario in *ciuitatibus mixtis* obseruari debere, adeoque quicquid est contra eundem *statum*, illumque singulariter immutat, id omne prohibitum esse, cum *status* ille conseruandus sit, *absque omni turbatione.* Finge vero, aiunt, in quadam ciuitate mixta catholicos tantum vnum possedisse monasterium; exstructionem autem duorum vel trium meditari, quid putas, an idem status, qui *ante omnia* inspiciendus est, in tali ciuitate, *absque turbatione* conseruatur, qui anno 1624. fuit? anpon religionis exercitium augetur? monasteria enim hodie templa noua quoque desiderant: monachorum, noua quotidie molientium, turbam attrahunt, &, quod caput rei est, ciuitatem implent hominibus, protestantium religioni hostibus infensissimis, quales sunt monachi, & inter hos imprimis *Iesuitæ.* Quis crederet, pergunt, absque *turbatione* eundem statum hic conservari, & in eum statum rem restitui, qui anno 1624. fuit? *Restituere videtur*, ait ICtus in *l. 2. §. 43. ne quid in loco publ. qui in pristinum statum reducit: quod fit siue quis tollat, quod factum est, siue reponat, quod sublatum est;* neutiquam vero qui *noui quid facit. l. 3. §. 13. & 15. de itin. act. priuat.* Proinde si *certi temporis possessio* fundamentum decidendi constituit, (vt in his controuersiis,) in *eodem modo*, quo illo tempore fuit, res conseruanda, adeoque legem neque *amplioris modi neque aliæ* Protestantium sententia.

Digitized by Google

permiſiſſe, *dici poteſt*, vt in caſu ſimili de *poſſeſſionis ſtatu eodem* conſervando loquitur 1Ctus in *l.* 1. §. 15. *de aq. cottid. & æſtiu.* nec *aliter* illa re vtendum, quam *ſicuti* eo anno quis vſus fuerat. *l. vn.* §. 8. *D. de fonte.* Id deſiderat *ſtatus poſſeſſionis certi temporis*, quem paciſcentes fundamenti loco ſuppoſuere, & ex quo rationes adductas dubitandi hic alienas eſſe docent. Nam primum argumentum *de iure diœceſano* deſumtum vel ideo diſſentientibus prodeſſe non poſſe cenſent, quod illud eatenus ex mente *inſtrum. pacis* limitatum ſit, etiam intuitu catholicorum, ne *contra ſtatum anni decretorii*, aut cum iniuria proteſtantium id exerceatur. Similiter *liberum exercitium* religionis iuxta *ſtatum poſſeſſionemque prædicti anni*, qui ANTE OMNIA eſt intuendus, intelligendum, non vero nouum introducendum eſſe. Aliud enim eſſe, *liberum poſſeſſionis exercitium*, prout illud certo tempore fuit, alicui conſeruare, & aliud: *nouum* quid facere, vſum & obſeruantiam augere, ampliare, poſſeſſionis limites ad certum tempus reſtrictos extendere, & ſtatum priſtinum immutare. Denique diſtinctionem, quæ in vltimo adfertur argumento, non carere fundamento, quatenus *leuior mutatio* alteri parti haud fraudi eſt, quia per hanc *ſtatus priſtinus* non adeo immutatur. *l.* 1. *in f. de riuis.* Hæc ſunt argumenta potiora partis vtriusque, quæ magis referre, quam certi quid in ea *controuerſia publica* conſtituere lubuit, quo more etiam in ſequentibus vtar.

De territoriis epiſcoporum, in quibus ſubditi proteſtantes degunt,

§. XI. Altera obſeruatio concernit *epiſcopatus* catholicos, ſeu territoria, quibus epiſcopi præſunt, vaſallos tamen, Landſaſſios, magiſtratum ſubditosque plures, A. C. addictos habent, qui *anno* 1624. liberum religionis exercitium in vrbibus, vicis pagisque exercuere. Hoc caſu rurſus eadem mouentur dubia, ſi non maiora, quod epiſcopo *ius diœceſanum* per totum epiſcopatum competat, & illud libere exercere poſſit, donec prohibitio doceatur. Inprimis vero hic allegari ſolet, ſubditis *ius prohibendi* minime indulgeri, ſed ſufficere, ſi in ſacris ſuis conſeruentur, eorum vero minime intereſſe, ſi vel maxime epiſcopus noua exſtruat monaſteria. Hoc quoque in *tertia obſeruatione* adferri ſolet dubium, adeoque nihil impedit, quo minus eam ſimul priori adiungamus. Concernit illa caſum, ſi princeps imperii A. C. vel religionem mutat, vel ſucceſſor, Romanæ eccleſiæ aſſecla ſuccedit in principatum, ſacris proteſtantium vnice addictum, vbi inidem de *principis ſecularis catholici* poteſtate disquiritur, quid ipſi ſecundum *inſtrum. pacis* liceat? vtrum noua in gratiam religioſorum hinc inde exſtruere

vel etiam de territorio catholicorum principum.

queat

Digitized by Google

queat monaſteria? Quod epiſcopo in epiſcopatu virtute *iuris diœceſani* concedunt, id principi ſeculari vindicare ſolent vi *iuris territorialis*. Vtroque caſu principi territorii cum ſuis ſubditis res eſt, & vtroque caſu de *iure prohibendi* quæſtio exſurgit, ad quod eo difficilius ſubditos admittunt, quo magis hoc ipſo *iuris diœceſani* & *territorialis* exercitium ſublime reſtringitur, coangustatur, imo fere in totum impeditur.

§. XII. Mouit hæc quæſtio non leues turbas in diœceſibus Hildeſienſi & Wormatienſi, nec non in palatinatu Rhenano, electore cleri ſuggeſtionibus *ius reformandi*, in A. C. addictorum ſubditorum eadem euidentiſſimam, contra tabulas pacis extendente, & epiſcopis Hildeſienſi & Wormatienſi ex *iure diœceſano* vel etiam *territorii* varia innouantibus, qui motus ad varia ſcripta publica de *iure reformandi* euulganda anſam dederunt. Noto notius eſt, catholicos præſidium cauſæ ſuæ in *iure reformandi* & *diœceſano* quærere, ſimulque contendere, illud in *art. V.* §. 30. pro *regula* aſſumtum conſtitutumque fuiſſe: vt *hoc ius, quod ſtatibus ratione territorii & ſuperioritatis in negotio religionis competit, impediri haud oporteat;* huic vero *regulæ* tamdiu inſiſtendum eſſe, donec *exceptio* legitime probata fuerit; eam quidem in *art. V.* §. 31. deprehendi, & vigore illius §. 31. ius territorii exerceri non poſſe in præiudicium ſacrorum, quæ landſaſſi, vaſalli, & ſubditi *anno* 1624. *quacunque anni parte* poſſederunt; aſt *hac exceptione* haud impediri principem territorii, quominus noua monaſteria, citra onus & præiudicium eorum, ædificet, aliaue noua ſacra inducat; imo ſufficere, ſi ſubditi in poſſeſſione ſacrorum ſuorum conſeruentur, quæ minime turbari videntur, per novorum monaſteriorum exſtructionem &c.

Applicatio ad exempla recentiora.

Catholicorum præſidia.

§. XIII. Hæc & plura alia patroni huius cauſæ adferre ſolent, quæ non tantum circa hanc quæſtionem, ſed circa alias plures verſantur, veluti circa *exſtructionem templorum* &c. Quoniam vero nulla monaſteria, iuxta morem Romanæ eccleſiæ, ſine *ſacello* exſtrui poſſunt, adeoque argumenta, quæ horum exſtructionem prohibent, hic quoque recurrunt, pleniorem quidem huius cauſæ tractationem ad *tit. XLVIII.* reiiciendam eſſe duxi; interim nec hanc cauſam hic prorſus deſerere licebit. Videlicet quæ proteſtantes his reponunt, hæc potiſſimum ſunt, quæ in compendium contraham, & hic referam. Ex hiſtoria pacificationis & contextu inſtrumenti pacis docent, in huiusmodi controuerſiis pro *regula fundamentali* ius territoriale & ſuperioritatis aſſumendum non eſſe, nec in tabulis pacis *regulæ* loco conſtitui potuiſſe. Illud vtrinque

Proteſtantium fundamenta.

Digitized

que eo tempore in confeſſo erat: de *legitimo* eius *exercitio* tantum contendebatur, & hac de cauſa limites certi erant conſtituendi, qui *fundamentum*, *regulamque* in ipſo iure reformandi collocarent. Abſurdum vtique fuiſſet, id ipſum pro *regula fundamentali* conſtituere, ad controverſias ſopiendas, quæ ex eius *exercitio* infauſto & illegitimo erant natæ. Aliud vtique fundamentum inueniendum fuit, ad quod in poſterum recurreretur, quoties de *exercitio* huius iuris quæſtio incideret, h. e. *regula* conſtituenda fuit, quæ *ius territorii in negotiis religionis* in poſterum compeſceret, determinaret, cohiberet, ne more antiquo in abuſum erumperet. Hæc regula eſt *ſtatus*, *vſus*, *habita poſſeſſio*, & *obſeruantia anni* 1624. & quidem intuitu ſubditorum, *quacunque eius parte*, vt recte huc applicari poſſit illud HORATII *de art. poët.*

vſus,
quem penes arbitrium eſt, & vis & norma.

Id verbis apertiſſimis declarat *art. V.* §. 25. & 33. vt alia loca prætermittam. Idem docet §. 32. iubetque, vt ſubditi deſtituti & turbati *in eum, in quo anno* 1624. *fuerunt*, *ſtatum* PLENARIE *reſtituantur*. *Plenarium* autem *ſtatum* eius anni non retinent, ſibi vbique monachorum familiæ, vicini admodum inquieti & turbidi, intruduntur, monaſteria noua collocantur, & vbi ſacra catholicorum anno 1624. non erant publicum liberumque exercitium accipiunt. Id ne quidem ſine *turbatione ſacrorum*, quibus A. C. conſortes addicti ſunt, concipi poſſe, ex quotidiana experientia euincunt proteſtantes, iis in locis, in quibus huiusmodi innouationibus admodum affliguntur, grauantur, turbanturque ſubditi. Denique hoc quoque vrgent, haud opus fuiſſe, in *art. V.* §. 27. domino territorii in caſu reluitionis ſpeciatim indulgere, vt in territorio ad ſe, facta reluitione, reuerſo, ſuæ religionis exercitium publice introducere poſſet, ſi hoc indiſtincte ex *iure territorii* in omnibus & quibuscunque caſibus liceret, nec *ſpecialiter* hic, quod a regula magnopere deuiat, aliquid conſtitutum fuiſſet. Cum ergo ſubditi in *plenario ſtatu* anni 1624. conſeruandi ſint; cum *huius obſeruantia* vnice *regulam* conſtituere debeat iuxta *art. V.* §. 33. ſimul quoque id omne prohibitum cenſeri debet dominis territorii, quod *plenarium ſtatum*, in quo ſubditi anno 1624. fuere, immutat, minuitque, & *obſeruantiæ* huius aduerſatur, id quod fit per exſtructionem nouorum monaſteriorum.

Monaſteria mutari non poſſunt, quo

§. XIV. Altera concluſio, quam ex *iure diœceſano* in monaſteria deducunt, hæc eſt, *ordines religioſorum ab vno monaſterio in aliud transferri, aut expulſis veteribus colonis, alterius ordinis ſocios ſubſtitui*

non

non posse, sine episcopi auctoritate. c. 41. *C.* 16. *qu.* 7. Olim etiam regum principumque iussu talem mutationem factam fuisse, aliquot exemplis declaraui *tit. de præbend.* In *mendicantium* mutatione speciatim *pontificis* auctoritas desideratur per *c. vn. de exess. præl. in* 6. Denique quando que etiam abbates generales cum consilio & consensu capituli generalis ex *priuilegio* talem transmutationem monachorum facere possunt, assignatis reditibus veteris monasterii aliis congregationibus indigentioribus, vt docet TAMBVRINVS *tom. III. de iur. abbat. disput.* 5. *qu.* 4. *n.* 2.

ad ordines religiosorum sine episcopi consensu.

§. XV. Insignem vero mutationem etiam in hac *ordines mutandi* facultate factam fuisse per tabulas *pacis Westphalicæ*, res ipsa loquitur. Duo vero hic casus sunt distinguendi: aut enim quæritur de *ordinum mutatione* in territoriis protestantium, aut in iis, quibus catholici magistratus vel solum, vel pro parte præsunt. Illo casu quid obtinere debet, decisum est in *art. V.* § 26. Prorsus videlicet interdicta est facultas mutandi ordines, hac vnica subiecta limitatione: *nisi talium religiosorum ordo plane interciderit: tunc enim magistratui catholicorum liberum esto ex alio in Germania ante dissidia exorta vsitato ordine nouos religiosos substituere.* Quæ ratio, mens, & sententia huius dispositionis sit, dixi *in præfat.* ad tr. B. D. SLEVOGTII *de iur. altarium.* Præterea vero id illustrari optime posse reor ex responso *anno* 1718. a facultate nostra concepto, quæ sequentem in modum respondit ad magistratus Francofurtani interrogationem:

In territoriis protestantium mutatio non æque libera est.

Resonsum.

Ob der in *I. P. art. V.* §. 26. excipirte casus, wenn ein Orden gäntzlich erloschen seyn würde, sich bey denen Antonitern dergestalt ereuget, daß die surrogatio PP. Cappucinorum nunmehro statt finde?

Ob wohl die PP. Cappucini einwenden, 1) daß sie in locum derer Antoniter gesetzet, und dahero ex eorum persona alle iura geniessen müsten, was die Antoniter An. 1624. geniessen können, nachdeme diese all ihr Recht auf sie transferiret, und nach dem Oßnabrüggischen Friedens-Schluß art. V. §. 14. alle Güter, welche An. 1624. die Catholische in possession gehabt, auch ihnen verbleiben und restituirt werden müsten, dahero 2) nicht so wohl auf die Qualität des Ordens, als der Güther zu sehen, einfolglich auch der Intention des Westphälischen Friedens nicht zuwider sey, wenn loco derer Antoniter die PP. Cappucini surrogiret würden, welchem denn 3) der Art. V. §. 26. nicht zuwider liesse, worin zwar verordnet, ne in alios religiosorum ordines, quam quorum regulis primitus dicata sunt monasteria, commutentur, nisi talium religiosorum ordo plane interciderit, dennoch hier vielmehr

Digitized by Google

auf den mentem legis zu ſehen ſeye, welcher anzeigete, daß ſolches vornehmlich in fauorem der Catholiſchen verordnet worden, indeme die Catholiſche Ordens-Perſonen unter ſich geklaget, und ſchriftliche gravamina übergeben, wie die Catholiſche Obrigkeit pro lubitu denen Geiſtlichen die Kloſter weggenommen, und andern Orden eingegeben, mithin gebeten, daß ſolches inkünftige nicht mehr geſchehen möge, worauf denn auch in faveur der Ordens-Perſonen denen Catholiſchen geiſtlichen Obrigkeiten in terris Auguſtanæ Confeſſ. die Gewalt reſtringiret, alſo dadurch nicht der Stadt Franckfurt, ſondern denen Antonitern ein ius prohibendi acquiriret worden, daß wider ihren Willen kein anderer Orden in das qu. Kloſter eingeführet werden könne, welches anietzo, da die Antoniter Anno 1627. das Kloſter verkauft, nicht in quæſtione ſey, dabey 4) nur in fauorem Proteſtantium dieſes angehänget, daß extincto priſtino ordine zwar ein neuer, doch kein anderer Orden, als welcher in Germania ante diſſidia religionis exorta vlmus geweſen, eingeführet werden könne, weil die Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandte nur dadurch intendiret, damit die PP. Ieſuitæ, als deren Orden nach denen Religions-Strittigkeiten erſt entſtanden, aus denen Orten gelaſſen werden möchten,

AVCT. *Meditat. ad Inſtr. P. cit. l. p.* 401. *ſeqq.*

im übrigen 5) denen Proteſtanten nach des ietzo angeführten Auctoris Meynung wenig daran gelegen ſeye, Cappucinos aliosque fratercullos mendicantes, an Dominicanos, & Franciſcanos, vel Benedictinos habeant. Cum igitur, pergit auctor, ratio vnica legis, cur hoc contra nouos ordines placitum fuerit, metus ſit & odium in Ieſuitas, ſaltim vltra ea diſſidia religionis, inter quæ iſti Loiola patre nati ſunt, ad antiquiora recurrere non eſt neceſſe, dum abunde Proteſtantium rebus prouiſum, ſi hanc ſaltim gentem ſuis pomeriis arceant, alſo, da auch 6) allhier keine Jeſuiter der Stadt obtrudiret worden, dieſelbe kein ius prohibendi, ne PP. Cappucini in locum Antonitarum ſurrogentur, aus dem gedachten Friedens-Schluß ſich anmaſſen könne, endlich auch 7) die daſelbſt angehängte conditio, niſi talium religioſorum ordo plane intercideric, allhier exiſtiret ſeye, als welche Worte nicht vom gantzen Römiſchen Reich, ſondern von einem abſonderlichen Orte zu verſtehen, wie in præſentí von der Stadt Franckfurt gleichfalls zu ſagen ſeye, allwo der Antoniter-Orden dergeſtalt herunter kommen, daß dieſelbe den Gottesdienſt alda nicht wohl mehr verſehen, da doch die Intention der Compaciſcenten ohne Zweifel geweſen, daß der Gottesdienſt in denen Kir-

Digitized by Google

Kirchen, welche die Catholische An 1624. beſeſſen, ſeiner erſten fundation gemäß continuiret werden ſolle, und wenn dieſes von dem alten Orden nicht mehr geſchehen möchte, alsdenn erſt einen andern zu ſubſtituiren erlaubt ſeyn ſolle, welcher caſus allhier exiſtiret ſeye, da, wenn man in den Worten des I. P. den völligen Abgang eines Ordens verſtehen wolte, dieſes abſurdum daraus folgen würde, daß, wenn anno 1624. 100. Antoniter-Kloſter geweſen, und anietzo 98. abgegangen oder verlaſſen, zu Höchſt aber und zu Cölln noch Antoniter ſich befinden, welche doch obbeſagte 98. Klöſter nicht beſetzen könten, alsdenn dieſe contra intentionem paciſcentium ohne Gottesdienſt ſo lange verbleiben müſten, bis die beyde letztere Klöſter auch abgegangen, über dem es auch faſt niemalen geſchehen dörfte, daß ein Orden gäntzlich abgehen ſolle, wohin der Auctor Meditationum ad I. P. p. 400. gleichfalls zu reflectiren ſcheinet; allenfalls weil nach der contrairen Meynung der Oßnabrüggiſche Friedens-Schluß den Religions-Frieden corrigiren müſte, ſolches von der Stadt zuförderſt deutlich zu erweiſen ſeyn würde, cum derogationes iurium ſint ſtrictæ interpretationis, letzlich 8) die ſurrogatio aliorum ordinum aus keinem andern Endzweck beliebet worden, als daß in denen Klöſtern der Gottesdienſt vsque ad finem mundi dauren und conſeruiret werden möchte, welches nicht geſchehen könte, wenn man erſt den völligen Abgang eines Ordens, wie etwa der Tempel-Herren, erwarten wolte, und obwol 9) die Antoniter zu Höchſt noch in dem Stande wären, daß ſie ihren Hoff beziehen, und daſelbſt den Gottesdienſt abwarten könten, wie ſie denn auch würcklich an Sonn- und Feyer-Tagen die ſacra in ihrer Kirchen abwarten, dennoch ſolches nicht eo, quo debebat, modo verrichtet, noch den Orden gemäß täglich abgewartet werden könte, alſo in effectu davor zu halten ſeye, als ob die religioſi in dieſem Kloſter abgegangen, zumal 10) die Stadt Franckfurt nicht prætendiren könte, daß die ſacra ins künftige nicht anderſt, als wie ſie eben anno 1624. verrichtet, in der Kloſter-Kirchen verrichtet würden, welche kein oratorium priuatum ſeye, ſondern auch anno dicto ſacra publica gehabt hätte, und noch exercirte, und nicht zu glauben, daß man dieſen Hoff allein loco refugii gebraucht, und wenn auch ſolches geſchehen wäre, dennoch denen Antonitern unverwehret ſeyn würde, den völligen Gottesdienſt daſelbſt anzurichten,

AVCTOR *Medit. ad I. P.* 200. 202. & 208.

cum oſtendi non poſſit, magiſtratum Francofurtanum dicto anno habuiſſe ius prohibendi, ne ſacra illimitate in eccleſia Antonitarum fierent.

Weilen aber dennoch diese angeführte Schein-Gründe, wenn sie genau examiniret werden, ihre Schwäche von selbsten offenbaren, und an den Tag legen, zumal 1) bereits in vorigem erwiesen, daß die Antoniter anno 1627. ihr Recht auf die PP. Cappucinos nicht transferiren können, und wenn solches gleich geschehen, die Antoniter nach dem Friedens-Schluß in solches Kloster, eiectis Cappucinis, wieder eingesetzet werden müssen,

Inst. Pac. Art. V. §. 32.

weil doch unleugbar einmal ist, daß anno 1624. die Cappuciner den Töngers-Hoff nicht besessen, sondern erst anno 1627. darin immittiret worden, und was darbey von der anno 1663. gewaltsamen Entsetzung angeführet, nunmehro nicht weiter in consideration zu ziehen ist, cum vnicum solum huius transactionis, restiturionis, obseruantiæque futuræ fundamentum sit die 1. Ianuar. 1624. habita possessio, irritis prorsus exceptionibus, quæ ex introducto alicubi locorum exercitio interimistico, vel anterioribus aut NB. secutis pactis (quorsum etiam hic contractus, si validus fuisset, referri deberet) generalibus aut specialibus transactionibus, vel litibus motis, cautisue decisis, vel etiam decretis, mandatis, rescriptis, paritoriis, reuersalibus, litis pendentiis, & aliis quibuscunque prætextibus & rationibus desumi possent,

Art. V. Instr. Pac. §. 25.

wodurch denn alle die prætexte und rationes, so de spolio angeführet worden, cassiret sind, zuförderst aber 2) nichtig vorgegeben wird, daß man nicht so wohl ad qualitatem ordinum, als bonorum sehen müsse, da doch das Gegentheil aus dem Oßnabrüggischen Friedens-Schluß Art. V. §. 36. deutlich zu sehen, worin expresse verordnet, ne monasteria in alios religiosorum ordines, quam quorum regulis primitus dicata sunt, commutentur, welches denn 3) nicht in fauorem catholicorum, wie irrig vorgegeben wird, sondern vielmehr der Augspurgischen Confessions-Verwandten also verordnet ist, angesehen ohnleugbar ist, daß in gedachtem Art. V. nicht die grauamina derer Catholischen unter sich, als worüber damals kein Streit vorgefallen, sondern alleine die Strittigkeiten, welche zwischen denen Catholischen und Protestanten entstanden, verglichen sind, adeoque transactio quoque ex ipsa lite mota accipi & intelligi debet, cum relationem habet ad lites, quæ per illam deciduntur; quicquid ergo in lite non fuit, ad illud transactio quantumcunque generalis minime extendenda est.

BRVN-

Digitized by Google

BRVNNEM. *ad l.* 31. *n.* 1. *seqq. C. de transact.*
HARPRECHT. *respons.* 29. *n.* 174. *seqq.*
IOSEPHVS VRCEOLVS *de transact. qu.* 81. *n.* 5 *seqq.*

hierbey auch keine gründliche Ursache angezeiget werden mag, warum dergleichen transmutatio ordinum alleine in denen Protestirenden Ländern verboten worden, hergegen in denen Catholischen Prouincien der geistlichen Obrigkeit freygelassen seyn solte, da vielmehr solches, wenn es in fauorem der religiosen primario verordnet worden, en general und absonderlich in denen Catholischen Prouincien mit verboten seyn müste; vielmehr 4) wahrscheinlicher ist, daß solchen articul die Protestanten vrgiret, um zu verhindern, daß keine unruhige religiosen, als Jesuiten, in denen Evangelischen Ländern einschleichen möchten, welches der gedachte Auctor Medit. ad Instr. P., den die PP. Cappucini so ofte vor sich anführen, gar wohl bemercket; quin Protestantium gratia, qui hæc odio Iesuitarum inprimis mouere, ne aliquando sibi inuitis inquieti isti & importuni obtrudi eiusmodi colore possint, prohibitio facta fuerit, dubitari non debet: neque enim veriti sunt, hunc ordinem nominatim suis in propositionibus designare, eumque excluſum velle,

AVCTOR. *Medit. cit. l. p.* 398.
BVCKISCH. *ad I. P. ad art. V. §.* 26. *obs.* 46.
SAM. PVFEND. *lib. XIX. Rer. Suecic. §.* 9.

woraus denn von selbst erhellet, daß das ius prohibendi nicht denen Antonitern, sondern der Stadt Franckfurt zukomme, welcher ohne deme wider Willen keine unbequeme Einwohner obtrudiret werden mögen, vielmehr einem ieden Magistratui in denen freyen Reichs-Städten vi superioritatis frey zu lassen ist, daß sie nach ihrer Conuenienz davon iudiciren können, welche von einer andern religion unter ihnen wohnen, und frey betteln sollen, adeo vt nec Imperator inuitis obtrudere subditos vel ciues possit,

KNIPSCHILD. *de iur. & priuil. ciuit. imper. lib.* 2. *c.* 29. *n.* 133.
RAVCHBAR. *lib.* 2. *qu.* 22 *n.* 22.

quia hac ratione turbaretur statuum iurisdictio & autonomia ipsis competens,

KNIPSCHILD. *cit. l. n.* 134.

dahero auch S. Käyserl. Majest. in dero allergnädigstem rescripto vom 17. Iul. 1712. das desiderium der PP. Cappucinorum nur recommen-

Digitized by Google

mendiret, womit aber dieſe Gelegenheit genommen, iure ſuo, daß ſie eingenommen werden müſſen, zu begehren, worzu ſie doch nur ein ius mere imperfectum haben, und obwol 5) in regard der Ieſuiten der gedachte Art. V. §. 26. errichtet ſeyn mag, dennoch genug iſt, daß nicht allein dieſelbe ausgeſchloſſen, ſondern überhaupt verboten iſt, daß Proteſtantibus inuitis kein anderer Orden aufgedrungen werden mag, cum occaſio non ſemper legem reſtringat, ſed ſæpe generalem prohibitionem inducat,

arg. l. 1. §. 5. D. poſſul.

keines weges dahero von denen Ieſuiten alleine verſtanden werden mag, und 6) poſita hac generali prohibitione denen PP. Cappucinis die exceptio: tua non intereſt, nicht mehr zu ſtatten kommen kan, welche abſonderlich in denenjenigen Fällen, worzu nur jemand ein ius imperfectum hat, von ſelbſten ceſſiret, vornemlich aber 7) der Vorwand, als wenn die conditio Art. V. §. 26. allhier exiſtiret, offenbar irrig iſt, da die PP. Cappucini ja ſelbſten geſtehen, daß noch bis dato die Antoniter den gedachten Töngers-Hoff bewohnen, ihre ſacra daſelbſten bisweilen nach ihrer commodität und Gelegenheit exerciren, Meſſen leſen, zum Gottesdienſt läuten laſſen, und alſo auch nicht einſten an dem Ort der gedachte Orden plane, wie expreſſe erfordert wird, ausgegangen iſt, neque enim poteſt dici plane interiiſſe, cuius aliquod adhuc exercitium ſupereſt,

l. 18. de ſeru. præd. ruſt.
l. 2. quemadm. ſeruit. amitt.

im übrigen die Worte des gedachten Frieden-Schluſſes ſo klar ſind, daß ſie ſich nicht dahin verdrehen laſſen, wenn nur der Orden an einem Ort auf die Neige kommen, ob er ſonſten an andern Orten nicht gäntzlich abgegangen, weil aus deſſen Interpretation ein viel ſchädlicher abſurdum folgen würde, daß nemlich, wenn die Catholiſche ein in proteſtirenden Landen gelegenes Kloſter mit andern verbotenen Ordens-Leuten beſetzen wolten, ſie nur ſolches durch ihre Verordnung an dem Orte ausgehen laſſen, und andern religioſen dahin zu gehen nicht permittiren könten, da ihnen denn allemal, wenn ſie den Orden zu ändern vor gut befinden, an ſtatt der vorigen andere Ordens-Leute zu admittiren begehren dörften, aus der irrigen, doch von denen PP. Cappucinis behaupteten Meinung, daß der Orden an dem Ort ausgegangen ſeye, welches ja offenbar eine ſophiſtiſche interpretation ſeyn, und in fraudem legis geſchehen würde, vielmehr alſo dem Magiſtratui zu Franckfurt die

regula,

Digitized by Google

regula, quod monaſteria in alios ordines transmutari non debeant, quam cui primitus dicata fuere, ſo lange zu ſtatten kommen muß, bis die Exception, worin ſich die PP. Cappucini gründen, von ihnen erwieſen iſt, und weilen dieſelbe ihrer Meynung nach dubia iſt, billig in dubio bey der regul zu verbleiben iſt, welche denn durch das angeführte abſurdum keinen Anſtoß erleidet, zumal es ſonſten heiſſet, poſito impoſſibili ſequitur impoſſibile, und denen Proteſtanten wenig daran gelegen, ob 98. Klöſter, die Anno 1624. mit Antonitern beſetzt geweſen, antezo noch ferner mit dergleichen Leuten beſetzt werden können oder nicht, indeme nicht ſie, ſondern der Catholiſche geiſtliche Stand davor zu ſorgen hat, daß, wenn ſie in denen Klöſtern den ihrer Meynung nach ſo nöthigen Gottesdienſt nicht wollen untergehen laſſen, alsdenn dieſe Klöſter mit eiusdem ordinis ſubiectis beſetzet werden mögen, wiewol ein ſolcher caſus nicht zu befürchten und zu vermuthen, daß, wenn noch Ann. 1624. allein in denen proteſtirenden Ländern 100. Kloſter von Antonitern übrig geweſen, dieſelbe ſo bald herunter kommen, und nur noch in wenig Klöſtern beſtehen ſolten, da man wohl weiß, mit was vor argumentis die Layen zum Kloſter-Leben perſuadiret, und dieſer und jener Orden in ſolchem befürchtenden caſu angeprieſen werde, da es hier auch heiſſen würde: non deficit alter, alſo daß ein ſolcher caſus, den man in dem angeführten abſurdo ſupponiret, wol nicht dabilis iſt, hergegen dasjenige abſurdum, ſo aus der PP. Cappucinorum interpretation flieſſet, gar leicht, ja ſo oft, als nur die Catholiſchen wollen, exiſtiren könte; 8) und was ferner den Endzweck der beliebten ſurrogationis aliorum ordinum betrifft, ſolcher wol dahin abzielen mag, daß das Kloſter mit andern Mönchen ſacrorum cauſa wieder beſetzet werden möge, dennoch dieſer finis in gedachtem Oßnabrüggiſchen Friedens-Schluß ſehr limitatus iſt, und daher nicht illimitatus zu achten, wie die PP. Cappucini vermeynet, daß es beſſer ſeye, wenn ein anderer Orden, als der ihrige, dahin geſetzet werde, der täglich und in maiori copia die ſacra daſelbſt verwalten könne, welches opus operatum pietatis die Franckfurter keinesweges verlangen, und ihnen inuitis ex natura ſacrorum nicht obtrudiret werden mag, es dahero 9) nicht darauf ankömmt, ob Anno 1624. der Magiſtrat zu Franckfurt ein ius prohibendi gehabt habe, daß der völlige Gottesdienſt von denen Antonitern daſelbſt exerciret werde, ſondern ob ihnen ſolches nicht anietzo, da der Antoniter-Orden nicht plane ausgegangen, gegen die

PP.

pp. Cappucinos zuſtehe, welches in antecedentibus zur Gnüge beygebracht iſt;

So erhellet hieraus allenthalben ſo viel, daß der in Inſtr. Pac. Art. V. §. 25. excipirte caſus, wenn der Orden gäntzlich erloſchen ſeyn würde, ſich bey denen Antonitern nicht ereuget, und dahero die ſurrogatio PP. Cappucinorum nicht ſtatt finden könne.

Quid permiſſum ſit circa ordinum mutationem in territoriis catholicorum, in quibus A. C. ſubditi degunt?

§. XVI. Alter caſus maioribus inuolutus eſt dubiis, de quo magnis animi contentionibus diſputatum fuit inter vtriusque religionis proceres, occaſione non tantum *Cappucinorum*, poſt inſtrumentum pacis ex ciuitate Hildeſienſi ex hac cauſa electorum, quod *anno* 1624 in eo monaſterio *Ieſuitæ tyrones*, non Cappucini fuiſſent, quorum reſtitutionem epiſcopus Hildeſienſis ſummopere vrgebat; ſed etiam, quod ex ciuitate Kauffbeira Ieſuitæ migrare iuſſi fuerint, qui demum anno 1627. ibidem recepti fuerunt, cui etiam *cauſa Hæxterana* acceſſit. Fata harum cauſarum plenius enarrantur cum argumentis hinc inde propoſitis ab AVCTORE *medit. ad inſtrum. pac. ad art. V.* §. 29. *p.* 473 *& ad* §. 31. *p.* 556. *ſeqq.* 563. *&* 595. *ſeqq.* LONDORPIO *P. VII. lib.* 7. *p.* 1068. *ſqq.* AVCTORE *de iure reformand. p.* 99. *&* 187. 196 *ſqq.* Cauſa Cappucinorum amicabili compoſitione ſopita eſt, quam refert LONDORPIVS *cit. l. n.* 66. Quid vero in *cauſa Hæxterana* actum fuerit, ex ipſo protocollo, quod integrum refert AVCTOR *iur. reformandi anno* 1710. *editi p.* 187. *ſeqq.* ſatis liquet, vbi ſimul docetur, ſubdelegatos, catholicæ religioni addictos, id egiſſe, vt cantilenam decantatiſſimam de *regula* in *art. V.* §. 30. poſitæ, & ſubiecta eidem §. 31. *exceptione*, (in quem ſenſum detorſerunt inſtrumentum pacis) pro norma deciſionis aſſumerent, & ex his principiis necterent concluſiones, euangelicos magnopere grauantes, rei catholicorum autem admodum proficuas, quod eo facilius efficere potuerunt, poſtquam, excluſis & contradicentibus ſubdelegatis A. C. addictis rem omnem compoſuere.

Proteſtantium ſententia.

§. XVII. Hæc principia etiam nimis incaute ſecutus eſt AVCTOR *medit. inſtrum. pac. ad art. V.* §. 31. *p.* 569. ſeductus illis argumentis, quæ in *receſſu Hæxterano*, mutilate ab ipſo adducto, allata fuere. Quandoquidem vero iam antea oſtendi, proteſtantes in hoc cauſæ ſuæ arcem conſtituere, quod omnia in *eundem ſtatum*, qui *anno* 1624. fuit, PLENARIE ſint reſtituenda, *obſeruantiamque* etiam huius anni inter ſubditos & principem *regulam* vnicam eſſe debere iuxta §. 33. *art. V.* inde non potuerunt non colligere, nec talem ordinum mutationem contra ſtatum anni 1624. fieri poſſe. *Nudus ſtatus*, quidem ait AVCTOR *medit.*

Digitized by Google

medit. ad I. P. cit. I. iuri reformandi impedimentum non poſſit, ſed facto aliquo poſſeſſionis ſubditorum opus eſt. Regerunt vero proteſtantes, hac interpretatione id effici, vt plus poteſtatis dominis territorii, vbi ad ſacra eccleſiæ Romanæ transeunt, indultum dici debeat, quam iis in *art. V.* §. 1. conceſſum eſt, qui inter proteſtantes ad alterius partis ſacra transierit, a quibus tamen ſubditis nullum adeo incommodum metuendum fuit. Et tamen paciſcentes hac in re tam circumſpecte & caute omnia determinarunt, ne in *caſu mutationis publicum religionis exercitium* immutari queat. Grauiora incommoda & mala ex tranſitu domini territorii ad ſacra eccleſiæ Romanæ, teſte experientia, ſubditis euangelicis imminent, quibus haud fuiſſet occurſum, niſi vtrinque tum a parte *domini territorii*, tum a parte *ſubditorum ſtatus idem*, ſine vlla immutatione, qui fuit anno 1624. permanere impoſterum deberet. Addunt noſtrates, ſpecialius rem deciſam eſſe in *art. V.* §. 26. cuius ſententiam diſtincte & absque vlla contorta explicatione referam. Videlicet 1) in *cit.* §. agitur de *catholicis, qui monaſteria, fundationes, et ſodalitia mediata die* 1. *Ian.* 1624. *realiter poſſederunt.* Indicant vero tum §. *antec.* qui de *proteſtantibus* agit, tum præciſus diei 1. Ian. terminus, non de *catholicis ſubditis*, ſed de his, quorum in §. *antec.* 25. facta erat mentio, h. e. *de catholicis electoribus, principibus & ſtatibus*, imo in genere de *catholicis proceribus*, quales etiam ſunt *epiſcopi* & *prælati*, agi. II) Adiudicantur illis monaſteria, quæ dicto termino poſſederunt. III) Extenditur hoc etiam ad eum caſum, *vtut in A. C. ſtatuum territoriis & ditionibus ea ſita ſint.* De hoc caſu ergo non *ſolitarie*, aut *principaliter* agitur, ſed cum de eo iuſte dubitari potuiſſet, hæc declaratio omnis dubii tollendi gratia additur. Principaliter ergo de iis monaſteriis agitur, quæ in *territoriis catholicorum* ſunt ſita, et ab iis *realiter* poſſeſſa, vtpote qui caſus frequentior erat, & vſitatior, cum ad rariorem forſan ille referri debeat, ſi in A. C. ſtatuum territoriis adhuc monaſteria quædam poſſederint. IV) Mox ſubiicitur limitatio: *nec in alios religioſorum ordines monaſteria commutentur*, quæ, ſaluis bonæ interpretationis regulis, cum BVCKISCHIO *ad cit. §. obſ.* 46. reſtringi nequit ad eum caſum, *ſi catholici ſtatus in A. C. ſtatuum territoriis & ditionibus monaſteria poſſederunt*, alioquin verba ita formari debuiſſent: *non tamen* HOC VLTIMO CASV *in alios religioſorum ordines commutentur.* Aſt hæc reſtrictio limitationi deeſt, ergo neceſſario ad præcedentem integram propoſitionem referri debet, vt ſenſus ſit, monaſteria a catholicis ſtati-

ſtatibus *anno decretorio* ſiue *in territorio*, ſiue *extra territorium* poſſeſſa, iis quidem eſſe relinquenda, ſed ſine vlla facultate *ordines religioſorum immutandi.* V) Præterea vero magiſtratui eccleſiaſtico, qui *iure diœceſano* plura innouare potuit, limites præſcribendi, ne similiter *ordinum mutationem* ſibi arrogaret, *niſi talium religioſorum, quorum regulis primitus dicata fuerunt monaſteria, ordo plane interciderit.* Tunc enim *magiſtratui catholico* ſubſtituendi alios facultas data eſt. Quinam autem *magiſtratus catholici* nomine veniant, paulo infra traditur *verſic. Et ſi electionis.* vbi *magiſtratus catholicorum eccleſiaſtici* fit mentio, vtpote cui demum, non *principi ſeculari*, ex eccleſiæ Romanæ principiis, talis ſubſtitutio ſalua & integra eſt. Hæc videtur ſimpliciſſima analyſis verborum huius §. 26. vnde proteſtantes colligunt, etiam idem obtinere debere in ciuitatibus *mixtis*, quod & indicant argumenta ſupra §. X. adducta.

Receptio nouorum monachorum integra eſt magiſtratui religioſorum. Per inſtrum. pacis tamen reſtricta.

§. XVII. Tertia concluſio eſt, *magiſtratui religioſorum integrum eſſe, nouos recipere monachos, numerumque augere, adhibito tamen capituli conſenſu*, quem in receptione *nouitiorum* deſiderant, teſte TAMBVRINO *tom. III. de iur. abb. diſp. VI. qu.* I. & 15. Ea vero poteſtas augendi numerum monachorum, & pro lubitu quosuis ſubſtituendi rurſus *magiſtratui catholicorum* eſt ademta in *art. V. I. P.* §. 26. in illis monaſteriis, in quibus catholici & A. C. addicti promiſcue vixerunt, & quæ a ſtatibus realiter poſſeſſa ſunt. En verba inſtrumenti pacis: *in quibuscunque vero fundationibus, eccleſiis collegiatis,* MONASTERIIS, *hoſpitalibus eiusmodi mediatis catholici & A. C. addicti promiſcue vixerunt, viuant etiam poſthac promiſcue numero prorſus eodem, qui die prima Ian. anno* 1624. *ibidem repertus fuit, publicum etiam religionis exercitium idem maneat, quod quouis in loco dicto anno dieque vſitatum fuit abſque vnius vel alterius partis impedimento.* Quando ergo quæſtio naſcitur de *numero monachorum*, ſecundum *hunc* §. dici I. Ian. terminus inſpiciendus eſt: de aliis vero ſubditis eorumque exercitio religionis agitur §. 31. *art. V.* Quodſi ergo dominus territorii vi huius §. 26. ad ſeruandum monachorum numerum in monaſterio obſtrictus eſt, ſequitur, vt hæc diſpoſitio quoque ad *ciuitates mixtas* applicari debeat. Rariſſimo exemplo bonam fidem æquitatemque hic agnoſcit BVCKISCH *ad I. P. art. V.* §. 75. tandemque allatis in vtramque partem argumentis concludit: *manet ergo firmum, etiam in aliis mixtis vrbibus numero miniſtrorum eccleſiæ ſeu ordinum religioſorum anni* 1624. *plures alios, niſi tranſactione vel mutua voluntate & conſenſu vtriusque partis, addi non poſſe.*

Digitized by Google

posse. Ipsius fundamenta regustare nolo: id tantum addo, potissimum ex §. 26. adducto decisionem formari posse. Est in ciuitatibus hisce magistratus ex *vtraque religione* compositus: neutri quidem integrum est alterum in *libero religionis exercitio* impedire; supra tamen iam monitum, id ipsum *exercitium* vltra *anni decretorii* limites extendi non posse; & quidem in hoc casu eo magis, quod nec catholicis magistratibus eiusmodi augmentum permissum sit, vbi promiscue hactenus vixere catholici & A. C. addicti. Qui enim in *communione* tali viuunt, ex natura eius impedire possunt, ne inuita altera parte tale fiat augmentum. Quidni idem dicamus de magistratu religioni vtrique addicto? neutra pars vi *iuris reformandi* monachorum vel conuentualium numerum augere, pluresque, quam qui olim in termino decretorio in monasteriis adfuerunt, admittere potest: altera pars alteram necessario impedit, si exercitium suæ religionis augere, eique quid addere velit, adeoque demum mutuo consensu id fieri posse videtur.

§. XVIII. Quarta conclusio est, *quodlibet monasterium subiectum esse episcopo, in cuius diœcesi situm est, nisi probatum fuerit exemtum*, *c.* 8. *X. h.t.* adeoque eadem visitare, reformare & corrigere potest, si religiosos a regula sua deflectere compertum habet, *c.* 12. & 19. *X. de offic. iudic. ordin. c.* 7. *X. h.t.* aliosque actus *iurisdictionis ecclesiasticæ* & *ordinis* in ea exercere, *c.* 10. *D.* 50. *c.* 10. *C.* 16. *q.* 1 *c.* 1. *C.* 18. *q.* 2. quos alias in quoslibet sibi subiectos clericos exercet. Sunt præterea in partem sollicitudinis vocati *generales* & *prouinciales*, a quibus *visitatores* constitui possunt, ad reformanda monasteria, saluo tamen iure diœcesano ordinariorum, *c.* 7. *de statu monach.* quod *ad cit. tit.* plenius declaratum est. In territoriis statuum euangelicorum scena admodum mutata est. Etenim speciatim *art. V.* §. 25. *de monasteriis mediatis* ita cautum: *quæcunque monasteria, collegia, &c. mediata, vt & eorum reditus iuraque, quocunque eo nomine appellata fuerint, A. C. electores, principes, status anno* 1624. *die prima Ianuar. possederunt, ea omnia & singula siue retenta semper, siue restituta, siue vigore huius transactionis restituenda iidem possideant, donec &c.* Agitur hic 1) de monasteriis *mediatis*, h e. in *territoriis protestantium* situs, & *superioritati territoriali* subiectis, cuius auctoritatem in posterum vnice agnoscere debent: 2 a statibus euangelicis possessis. Notum enim est, per reformationem plura monasteria, electis monachis, a dominis territorii occupata, & in meliores vsus applicata fuisse, quorum recuperationem bello tricennali anxie quærebant

Monasteria subiecta sunt episcopo.

Non vero in statuum protestantium territoriis.

Digitized by Google

rebant catholici, vt varia eorum esset fortuna, mox his, mox illis eiectis, docet. Placuit ergo, vt omnia in statum illum, in quo *an.* 1624. *d.* 1. *Ian.* fuere, reducerentur, atque hic terminus & habita in eo possessio, *vnicum solumque restitutionis obseruantiæque futuræ fundamentum* esset, omnibus exceptionibus quiescentibus & irritis, veluti quod non essent de territorio statuum A. C. vel exempta &c. Præterea in maiorem securitatem hæc additur clausula: *nec A. C. addicti posthac in habita vel recuperata possessione vllo modo turbentur, sed ab omni persecutione furiæ & facti perpetuo tuti sint, donec controuersiæ religionis compositæ fuerint.* Quodsi ergo vnicum solumque *futuræ obseruantiæ* fundamentum debet esse *habita possessio anni* 1624. *d.* 1. *Ian.* necessario inde fluit, ne quidem dominum territorii, ad sacra Romanæ ecclesiæ transeuntem, statum horum monasteriorum contra obseruantiam *anni* 1624. mutare, eaque monachis inde eiectis reddere, aut alios ordines in iis introducere posse. Quid enim *futuræ obseruantiæ* aliud indicat, quam quid in futurum in hisce monasteriis irrefragabiliter obseruari debeat? Quid *habita possessio* aliud inuoluit, quam illud ipsum exercitium, quo *anno* 1624. monasteria detinuit princeps? Quodsi ergo princeps hoc anno eadem ita detinuit, & possedit, vt vel iuuentuti erudiendæ applicata, vel conuentuales A. C. addicti in eis educati, vel aliis vsibus destinata fuerint, hæc *possessio habita*, h. e. prout habita est, *futuræ* quoque *obseruantiæ* fundamentum esse debet, ne dominus territorii, qui mutauit religionem, contra eam aliquid tentare possit. Agnouit hanc æquitatem potentissimus rex Poloniæ in publico edicto *de anno* 1705. *d.* 24. *Aug.* quod exhibet AVCTOR. *tr. de iure reformandi p.* 238. hac declaratione vsus: Gleichwie uns aber in Religions-Sachen und deren annexis, die geringste Neuerung oder turbation vorzunehmen, oder andern zu verhengen, so wenig jemahls zu Sinn kommen, als gnüglich allen dergleichen Besorgungen in diesem Stücke, durch den westphälischen Friedens-Schluß vorgebauet worden &c. Neque vero existimandum, aliorum aut subditorum haud interesse, in quem vsum posthac monasteria princeps applicet. Quid enim refert, vtrum monasteria noua exstruat, an vero *statum monasteriorum antiquorum*, vnde monachi anno 1624. iam eiecti erant, muret, & religiosos contra *statum anni decretorii* in iis introducat? Iam vero nec principem in casu mutatæ religionis noua exstruere posse monasteria in territorio, in quo subditi A. C. anno 1624. exercitium suæ religionis principaliter habuerunt, pro-

Digitized by Google

proteſtantes defendunt, vrgent, ſtatuuntque; ergo per conſequentiam nec monaſteria antiqua, quorum ſtatus tamen mutatus eſt, reclamantibus ſtatibus prouincialibus ſubditisque, religioſis rurſus concedere poteſt.

§. XIX. Sunt vero *mediata* monaſteria in duplici differentia: quædam ſacris Romanæ eccleſiæ adhuc addicta; quædam vſibus proteſtantium, ſacris antiquis prorſus deletis, inſeruiunt. Illa religioſis illis relinquenda, qui *realiter* ea anno 1624. poſſederunt, ordinibus tamen haud mutatis per *art. V.* §. 26. Neceſſe omnino fuit, *realis poſſeſſionis* mentionem facere. Qui ante *inſtrum. pacis* ſcripſere interpretes pacis religioſæ, ſophismata plurima in fraudem proteſtantium excogitauerunt, ad eludendum huius pacis effectum. Aſſerebant, haud amiſiſſe poſſeſſionem *ciuilem*, qui paulo ante pacem religioſam electi ex monaſteriis erant; illos eandem potius retinuiſſe, cum ex *capite ſpolii* ſtatim potuerint reſtitui, vt proinde his pax religioſa prodeſſe haud poſſet. Ita olim philoſophabatur anonymus in *declarat. pacis relig. art.* 17. apud LEHMANNVM *in act. pac. relig. lib. III. c.* 37. Vt itaque huiusmodi ſycophantis omnia ſubterfugia præcluderentur, *realis poſſeſſio* deſiderata fuit, abſque qua monachi ex *anno decretorio* reſtitui nequeunt. Hæc vero, vnde veteres migrarunt coloni, vel adhuc qualitatem *bonorum eccleſiaſticorum* inter proteſtantes retinuerunt, vel amiſerunt, *ſeculariſatione* interueniente. De ſingulis caſibus quid cenſendum ſit ſecundum leges imperii, paucis indicandum eſt.

Mediata in territoriis proteſtantium poſſidentur vel a catholicis, vel a proteſtantibus.

§. XX. Videlicet monaſteria *mediata*, in quibus adhuc *religioſi ordines* degunt, ſubſunt *ſuperioritati territoriali*, ab omni *iure diœceſano* aut *iurisdictione epiſcopali* liberata. Idem ſpeciatim in *art. V.* §. 29. ad *ciuitates liberas imperii*, in quibus magiſtratus cum ciuibus A. C. addicti ſunt, extenſum, applicatumque eſt, vt monaſteria & cœnobia a monachis adhuc poſſeſſa, in eo ſtatu, qui fuit *d.* 1 *Ian.* 1624 relinquantur. Ius vero *diœceſanum* & tota *iuris dictio eccleſiaſtica* cum *omnibus ſuis ſpeciebus* ordinariis competens, ſpeciatim ſuſpenſa ſunt in territoriis proteſtantium per *art. V.* §. 48 ita quidem, vt ſe *intra terminos territorii cuiusque continere* debeat. Iam quidem in *pace religioſa* hæc ſuſpenſio decreta, ſed admodum ambigue, nec pleno cum effectu, quem per *inſtrumentum pacis* demum obtinuit.

Catholici religioſi ſubſunt territoriali poteſtati, ſuſpenſo iure diœceſano, ſuſpenſo iure

§. XXI. Effectus huius *ſuſpenſionis* in ſequentibus ſpecialius illuſtratur. Aut enim A. C. addicti *catholicis ſtatibus*; aut catholici *ſtatibus*

cuius ſuſpenſionis effectus

Digitized by Google

traditur quoad monachos in territoriis euangelicis degentes,

bus euangelicis ſubſunt. Primo caſu ſtatus prouinciales & ſubditi, qui *anno* 1624. iurisdictionem eccleſiaſticam episcoporum agnouerunt, eidem quoque in poſterum ſubeſſe iubentur, ſalua *confeſſione & conſcientia.* De altero caſu verba hæc ſunt: *eodem etiam iure A. C. magiſtratuum catholici ſubditi cenſeantur, inque hos, qui anno* 1624 *publicum religionis exercitium habuerunt, ius diœceſanum, quatenus episcopi illud dicto anno quiete in eos exercuerunt, ſaluum eſto.* Senſus verborum planus eſt, ſi modo cauillationes omnes exeſſe iubentur. Qui iuxta editionem Moguntinam *corporis receſſum imperii* poſt verbum: *habuerunt*, periodum *puncto* claudunt, & nouam verbo: *ius diœceſanum* incipiunt, prorſus ſenſum turbant, omnia ex ſtatu naturali diuellunt, & imperfectam abrumpunt orationem, quod plenius illuſtrat AVCTOR *medit. ad I. P. cit.* §. 48. *p.* 725. *ſeq.* Quis vero crederet, paciſcentes verba, quæ ſenſum nullum vel minus cohærentem aut ſanum habent, in re tam ſeria & ardua protuliſſe? Scilicet id vnice intenditur, id agitur, vt *ius diœceſanum* episcopis in ſubditos catholicos, & ita quoque in *monachos*, in terris proteſtantium commorantes, ſaluum illibatumque conſeruent, id quod tamen vano conatu fieri quis negauerit? Fac, nouam periodum inchoandam a verbo: *ius diœceſanum*, parum tamen hæc callitidas aduerſariis *proderit.* En enim ſeriem verborum, male licet cum prioribus connectentem: *Ius diœceſanum quatenus epiſcopi illud dicto anno quiete in eos*, h. e. ſubditos catholicos magiſtratuum proteſtantium, *exercuerunt, ſaluum eſto.* De ſolis *ſubditis catholicis*, & ſic etiam *monachis*, clauſtris ſuis incluſis, ſtatuum proteſtantium, hæc verba eſſe capienda, proxime antecedentia indigitant, quæ tantum de iis diſpoſuere. Aut ergo episcopi *dicto anno* in monaſteria, in territoriis proteſtantium ſita, exercuere iurisdictionem quiete, aut non. Illo caſu eam retinent, QVATENVS illam *quiete* exercuere. Hoc vero nullum amplius ius illis in hæc monaſteria relictum, ſuperioritate territoriali prorſus reclamante, quæ *extranei principis eccleſiaſtici* imperium in territorio haud patitur, admittit, tolerat, quod tantum per modum *exceptionis* in vnico caſu, *quatenus anno* 1624. *quiete exercitum fuit*, reſeruatum eſt. Denique ſi §. 49. *art. V.* priori periodo additur, res adhuc planior redditur.

Turbatus verborum I. P. art. V. §. 48. ſenſus declaratur.

vel in ciuitatibus mixtis.

§. XXII. De *ciuitatibus mixtis* ibidem ſpeciatim diſponitur, quod epiſcopis catholicis in A. C. ciues nulla debeat eſſe iurisdictio: *ac catholici*, addunt paciſcentes, *iuxta obſeruantiam dicti anni* 1624. *ſuo iure*

Digitized by Google

iure experiantur. Si in his ciuitatibus, vbi vtraque religio prædominatur, in *ciues catholicos* episcopis ius diœcesanum non aliter quam *secundum obseruantiam anni* 1624. conseruatum est, quis crederet, illud ipsum episcopis *absolute & plene simpliciterque* conseruatum fuisse in *monasteria*, in protestantium territoriis sita, cum illud aperte cum *superioritate territoriali* pugnet, illam minuat, & fere tollat, atque instar *seruitutis*, quæ in fundo alieno exercetur, se habeat? Parum sibi prospexissent protestantes, si *iuri diœcesano* episcoporum locum reliquissent etiam in monasteria adhuc a monachis possessa, cum tale *imperium extranei principis* bellum *superioritati* indicat, eius ambitum circumscribat, ac potestatem eius legitimam contra protestantium principia, quæ nec tempore pacificationis deseruerunt, interuertat. Neque hæc interpretatio noua, insolita aut theoretica est, sed praxi & obseruantia imperii corroborata, quamuis nonnunquam episcopi, occasione ferente, quædam innouare soleant, illam interpretationem amplexantes, quæ eorum ausibus fauet, vtut rectæ rationi & sano sensui contrarietur.

§. XXIII. Monasteria ergo, in quæ prædicto anno episcopi *ius* nullum *diœcesanum* amplius exercuere, nec ob *suspensionem* eius in posterum illud exercere possunt, subsunt vnice statuum protestantium iurisdictioni, eiusque legibus parent, salua itidem *fide & conscientia*, quia eodem iure cum subditis A. C. censeri debent secundum *cit.* §. 48. Neque est, quod adeo de vi conscientiis inferenda meruant, a qua protestantes alieni sunt, *libertati conscientiæ* fauent, & facile patiuntur, vt exercitium suæ religionis, *quatenus* illud dicto anno habuerunt, inposterum quoque exerceant. Si eandem æquitatem semper agnoscerent Romanæ ecclesiæ consortes, nec subditos A. C. addictos contra tabulas pacis cogerent, vt liberos suos scholis catholicorum contra *confessionis suæ* principia committerent; si *symbolicorum librorum* vsum iis non interdicerent; si eosdem obtorto collo ad adorationem *venerabilis* haud compellerent; si denique, prout par erat intercederent, quominus clerus liberos eorum ad inseruiendum cultui missatico adhiberent, res salua foret, & pax imperii publica, tot hominum sanguine acquisita, haud turbaretur. Sed tangamus paucis *effectum iuris territorialis* in monasteria catholicorum. Quæ de eo dicta sunt in *dissert. de iure stat. protest. in monast. cathol. c. II.* non mea sunt, sed respondentis meditationi & industriæ debentur, quæ

Monasteria ob talem suspensionem subsunt territoriali iuri.

Digitized by Google

quæ quatenus ab eis, quæ hactenus dicta sunt, recedunt, mea haud facio.

In quæ haud admittitur imperium extraneum sacrum.

§. XXIV. Superioritati territoriali inter protestantes id præcipue *in sacris* datum est, vt *extranei imperii sacri* effectus, iussa, mandata, aut dispositionem intra limites sui territorii haud admittere teneatur. Eiusmodi *imperium sacrum extraneum* tum in pontifice, tum in episcopis & generalibus prouincialibusque collocamus, quorum visitationi, correctioni, mandatis, statutisque monasteria catholicorum in territoriis protestantium sitorum non amplius subiacent, ad minimum vt aperte per *mandata* & *iussus* nihil in his monasteriis disponere queant. Iam olim quoque vsitatum fuit, vt in pluribus regnis papales bullæ effectum nullum ante *confirmationem regiam* habuerint, qua interueniente, demum robur acceperunt, & executioni datæ sunt. Iure antiquo Germaniæ & Galliæ id obtinuisse, MARCVLFI *formulæ lib. I. c.* 2. demonstrant, quod etiam obseruat SIGNONIVS *in not. ad Marculf. cit. l.* apud BALVZ. *tom. II. capitul. p.* 874. &, *satis*, ait, *ostendit hoc lemma, non priuilegio tantum episcopi, sed & consensu & confirmatione regis opus fuisse, quod plene hæc formula declarat &c.* In aliis quoque regnis paulatim hoc ius constitutum est, prout declarat REINHARD. *de iure princ. Saxon. circa sacra ante reformat. c. II.* §. 6. optima sane ex ratione, tum ne bullæ contra tranquillitatem regnorum, quod sæpius factum esse, historiæ docent, aut *iura regia* publicarentur; tum etiam quia independentia non leue imperiorum detrimentum accipit, si *extranei episcopi* iussus citra confirmationem regiam legem subditis præscribere possint. Seculo præterlapso in augustissimo cameræ iudicio consilium comitatus de Reeckheim domino suo eiusque sublimitati territoriali hoc ius strenue contra abbatem quendam asseruisse, docet HERTIVS *de superior. territ.* §. 11. *in f.* & in *notis* subiectis plenius illustrat.

Sicuti nec iure antiquo sine consensu regis.

Inde ius placiti in Gallia & Belgio.

§. XXV. In Gallia & Belgio adhuc hodie idem sanctissime obseruari testis est ESPEN. *P. II. iur. eccles. tit.* 24. *c.* 6. quod vocare solent *ius placiti*, vel barbare *placeti*, quia bullæ papales tunc demum effectum accipiunt, si illis consensus regius accommodatus est per formulam *placet* vel *pareatis*, prout Galliæ formula fert. Addit PETRVS DE MARCA *de concord. sacerd. & imp. lib. II. c.* 12. §. 8. id ideo receptum fuisse, vt ex regis mandato inquireretur, *an per bullas papales aliquid libertatibus ecclesiæ Gallicanæ contrarium induceretur*, simulque præiudicium *iurisdictioni episcoporum* crearetur? Hunc in finem

Digitized by Google

finem decreto regio, quod IDEM *lib. IV. c.* 21. *in f.* recitat, *anno* 1639. cautum eſt, vt ante omnia partes *breuia* ſua offerrent epiſcopis, in quorum diœceſi executio fieri deberet, hique intra triduum mentem ſuam deſuper declararent, vt, porrectis bullis breuibusque vna cum epiſcoporum relatione, princeps, quod vtilius viſum fuerit, conſtituere & executionem earum vel permittere vel inhibere poſſet. Multo minus ergo epiſcopi vigore *iuris diœceſani* contra *libertatem regni* quid inducere poſſunt, adeo vt tale quid audentibus grauiſſima immineat animaduerſio.

§. XXVI. Quæ cum ita ſint, non adeo pontifex & epiſcopi catholici habent, quod conquerantur de *ſuſpenſa iurisdictione*, & quod eius vigor quieſcat in terris proteſtantium: hic adhuc grauiores cauſæ ſunt, propter quas actum *iurisdictionis proprie dictæ* a papa vel epiſcopis exercendæ admittere non poſſint, niſi quatenus ex poſſeſſione *anni decretorii* ius illis quæſitum eſt. Loquor de *aperta executione* horum mandatorum: quæ *clam*, & remotis arbitris a *monaſteriis* ſponte recipiuntur, de illis non iudicat nec forum nec eccleſia. Hac de cauſa ipſe princeps monaſteria per *commiſſarios catholicos* viſitat, in defectus inquirit, emendanda corrigit, viſitatores vero a *capitulo generali* vel *prouinciali* deputatos excludit, niſi *gratia ſpeciali* viſitationis poteſtatem eis fecerit. His tamen merito adiunguntur commiſſarii principis, vt præcaueant, ne vltra limites procedant, nec in alia, quam quæ iis conceſſa ſunt, inquirant. Plura enim, quæ corrigenda & emendanda ſunt, *ordinem, vota* & *diſciplinam monaſticam* concernunt, quorum reformatio huiusmodi viſitatoribus vel aliis *catholicis miniſtris*, ſibi ſubiectis, a principe delegari poteſt, ſi eius veniam impetrauerint.

Maiores cauſas habent euangelici principes imperium pontificis vel epiſcoporum in ſuis territoriis haud admittendi. Sed ipſi principes inſpectionem in monaſteria exercent.

§. XXVII. Hac de cauſa quoque prælati aut monachi nullis cenſuris eccleſiaſticis ab *epiſcopis* aut *papa* ſubiici poſſunt, adeo vt ſine effectu ſint quoad beneficia cultumque ſacrum, ſi *de facto* forſan decretæ. Multo minus totum monaſterium a papa *interdicto* conſtringi, aut prælatus *remoueri* poteſt, quia hæ cenſuræ *iurisdictionis eccleſiaſticæ*, in territorio proteſtantium ſuſpenſæ, effectus ſunt. Proinde ſi vel maxime epiſcopus vel papa ſententiam *banni*, *ſuſpenſionis*, *remotionis* aut *interdicti* ferat, & clandeſtinis artibus eandem in monaſterio publicari curet, in *reluctantes* tamen nihil operabitur. Si monachi prælato ſuo excommunicato amplius communicare nolint ſententia lata, princeps iure ſuo agit, ſi eam nullam declarat, prælatum tuetur, & ſub grauiori pœna illis iniungit, vt ei, more priſtino, obedientiam præſtent. Dico

Ceſſant cenſuræ papales in hæc monaſteria.

Digitized by Google

contra *reluctantes* cenſuras effectu omni deſtitui. Vt plurimum enim ex doctrinæ ſuæ principiis epiſcoporum & papæ imperium ſacrum, quod *conſcientiam* ſimul ſtringere, ſeu *ligare* & *ſoluere* vice Chriſti dicitur, ingens apud eos pondus habere ſolet, vt ſpiritualiter ſe mortuos iudicent, niſi a quibus occiſi reſtituantur in integrum, & ad vitam reducantur. Huic accedit etiam hæc opinatio, quod credant, in ſacris ſe nulli alii ſubeſſe poſſe, quam *magiſtratui eccleſiaſtico*, cui tantum a Saluatore poteſtas ſacra in *clerum* & *in rebus eccleſiaſticis* ſeu *ſpiritualibus* commiſſa exiſtimatur. His ducti principiis vt plurimum ſacrum epiſcoporum aliorumque ſuperiorum in ſe *clam* admittunt imperium, a cenſuris abſolutionem petunt, & ſe in his, quæ *diſciplinam monaſticam* concernunt, præceptis prouincialium ſubiiciunt.

ſoli principi reſeruato iure animadvertendi.

§. XXVIII. Sicuti vero hi conatus tantum *clandeſtini* ſunt, nec aliam quam *vitioſam poſſeſſionem* operantur, non *quietam*; ita, ſi quid monachi vel prælati deliquerint, non dubium eſt, quin hi a principe territorii *remoueri* vel *ſuſpendi*, & aliis debitis pœnis, præuio proceſſu & cauſa cognita, affici poſſint. Hac poteſtate iam ante reformationem vſos fuiſſe duces Saxoniæ, demonſtrat B. REINHARD. *de iur. princip. Sax. circa ſacra ante reform. c. III.* §. 9. exemplo abbatis Portenſis IOANNIS, per commiſſarios ducis GEORGII ob crimen peculatus depoſiti. Quidni ergo hodie, poſtquam ſuperioritas territorialis ab antiquis cleri Romani principiis inter nos purgata eſt, hac poteſtate principes in monaſteria & prælatos ſibi ſubiectos vterentur?

Prælati ſunt ſtatus prouinciales.

§. XXIX. Sicuti vero iam olim monaſteria horumque prælati in *ſtatuum prouincialium* numerum relati, & *homagio* obſtricti fuere; ita *catholici* quoque prælati hodie ſub proteſtantibus ſtatibus eundem retinent ſtatum, & multo magis conſuetum *homagium* præſtare tenentur.

Subſunt foro principis.

Nec *forum principis* declinare poſſunt, vtpote quod *ſuperioritatis* inſigne argumentum eſt, præſertim poſtquam, ſuſpenſa iurisdictione eccleſiaſtica, impedimentum illud remotum, quod olim liberum eius exercitium circa monaſteria impediebat, & per *I. P. art. VIII.* §. 1. ſtatus imperii *in libero iuris territorialis tam in eccleſiaſticis quam politicis exercitio* ſtabiliti & firmati ſunt. Quodnam vero forum monaſteria ſubire debeant, ipſe princeps determinat, qua de re ita cautum eſt *in ordin. renou. 1. proceſſ. Magd. c. VI.* Ob wol in dem §. 3. dieſes Capituls verſehen, daß dem Kläger in actione reali unbenommen, Beklagten vor dem Ge-

Digitized by Google

Gerichte, darunter die angesprochene Güther gelegen, unerachtet derselbe etwan ratione fori persona priuilegiata wäre, zu belangen, so werden doch unter diesen priuilegirten Personen, das Dom-Capitul und die Prälaten von Clöstern und collegiat-Stifftern, welche Stände des Landes sind, nicht verstanden, sondern wenn dieselbe entweder als collegia, oder einige ihres Mittels und deren Habe in personalibus oder realibus in Anspruch genommen werden, soll solches Inhalts unsers edicts vom 24. Febr. 1693. nirgends anders als vor der Regierung, welche das Regiment an unser statt im Lande führet, geschehen.

§. XXX. Ceterum hæc *superioritas territorialis* in *monasteria catholicorum* se continere debet intra limites a *pace Westphalica* terminatos, & ita vigore illius religioli in eo relinquendi sunt statu, in quo anno 1624. fuere. Eiici ergo & vt migrent cogi amplius nequeunt, multo minus bona eorum vlibus secularibus applicari, sed in exercitio suæ religionis libero secundum obseruantiam *anni decretorii* relinqui debent. Aequitatem hanc agnouit serenissimus legislator in *ordin. Magdeb. polit. c. VI.* §. 13. Mit denen Römisch-Catholischen Clöstern und dem exercitio religionis soll es in dem Stande verbleiben, wie es im Jahr 1624. den 1. Jan. gewesen, und über das ihnen nichts eingeräumet werden. Similiter in §. 14. in solchen Catholischen Clöstern mögen zwar die von Alters hero übliche diuina verbleiben, doch soll keine Messe mit Zulauff des evangelischen Volcks geschehen, vielweniger die Einwohnende und Eingesessene zu deren Anhörung genöthiget werden.

Vt tamen monachi in statu anni 1624. relinquantur.

§. XXXI. Atque hæc & similia iura statibus A. C. addictis in monasteria in territoriis suis sita ex *sublimi territorii iure* competunt. Possunt vero præterea etiam aliis ex *antiqua obseruantia*, *pacto* alioue *titulo* in monasteria mediata varia competere iura, quæ illis itidem conseruata sunt, vtut hi sint A. C. addicti, & possessores monasteriorum catholici. Ait lex publica *art. V.* §. 26. *Quodsi quoque A. C. addicti in eiusmodi bonis ecclesiasticis mediatis dicto anno dieque a catholicis realiter plene vel ex parte possessis iura præsentandi, visitandi, inspectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturæ, hospitationis, seruitiorum, operarum habuerunt: item parochos, præpositos ibi aluerunt, iura ista illis sarta tectaque manent.* Hæc iura ita comparata sunt, vt eriam iis, qui *superioritate territoriali* non gaudent, competere possint, veluti patronis, aduocatis, &c. Ecclesiarum cathedralium capitula nonnunquam

Habent præterea status euangelici alia iura ex pacto alioue titulo in monasteria catholicorum.

Digitized by Google

ab antiquo ſibi quædam ex his iuribus acquiſiuerunt: quædam fundatores monaſteriorum in ipſa *fundatione* ſibi reſeruarunt, vti paſſim ex diplomatibus liquet. Mirum vero eſt, quod hic *decretorii termini* non fiat mentio. Equidem poſſeſſionibus catholicis, qui hæc monaſteria poſſederunt, diſertis verbis hic terminus præſcriptus eſt. Vtrum vero etiam hi, qui iura prædicta ſibi aſſerunt, in *reali poſſeſſione* horum iurium præciſe illo tempore eſſe debuerint, non adiicitur, quamuis id ex præcedentibus quodammodo colligere velit AVCTOR *medit. ad I. P. p.* 411. ego vero in medium relinquo, cum ex §. 46. *art. V.* non leue dubium contra auctoris coniecturam moueri poſſit, quod ipſemet *p.* 693. adducit.

Monaſteriorum, in quibus proteſtantes degunt, ſtatus, item quæ ſeculariſata.

§. XXXII. Quod ad monaſteria a *proteſtantibus* plene, expulſis monachis, poſſeſſa attinet, illa quidem, quæ adhuc inter ipſos vſibus piis inſeruiunt, licet *regulæ fundationum* mutatæ fuerint, qualitatem *bonorum eccleſiaſticorum* adhuc plene retinent, adeoque ſecundum eorum iura, quæ paſſim in præcedentibus allata ſunt, æſtimari debent. Quæ vero in *ſeculares vſus* mutata fuere, priſtinam ſuam quodammodo exuerunt naturam, interueniente *ſeculariſatione*, de qua dictum eſt *lib. III. tit.* 13. §. 57. *ſeqq.* Interim tamen omnino ſub *art. V.* §. 25. comprehenduntur, cum bona ibidem denominentur ſecundum *primordialem* ſuam *qualitatem* & *primæuam fundationem.* Quæ enim bona *eccleſiaſtica* mediata a ſtatibus proteſtantibus *anno* 1624 *d.* 1. *Ian.* poſſeſſa fuere, illa etiam in poſterum retinere debent, licet illa ipſi ſub priſtina qualitate dicto anno non amplius poſſederunt. Neque enim tantum *monaſteriorum* fit mentio: ſed additur notanter: *vt & eorum reditus, iuraque, quocunque ea nomine appellata fuerint.* Sufficit ergo, vel reditus monaſteriorum eo tempore fuiſſe poſſeſſa, licet monaſterium ipſum eo tempore alius poſſederit.

De reditibus monaſterii a ſtatibus euangelicis poſſeſſis, monaſterio extra territorium ſito.

§. XXXIII. Equidem AVCTOR *medit. ad I. P. art.* 5. §. 25. *p.* 310. meminit, in comitiis ſuperioribus illud inter dubia propoſitum fuiſſe: Ob diejenigen geiſtl. Zinß und Güther, welche unter dem Gebieth eines Standes der Augſpurgiſchen confeſſion gelegen, und von demſelben anno 1624. und darin gezogen worden, ob gleich das Cloſter, worzu ſonſten ſolch Zinß und Güther von Alters her gehörig geweſen, nicht unter demſelben Gebieth gelegen, in Krafft des §. *quæcunque monaſteria* ihm zuforderſt verbleiben, und nicht wiederum zu dem Cloſter, worzu die fundiret und geſtifftet wären, gefolget werden ſolle? Verum deciſio huius dubii ex §. *cit.* 25. peti poteſt,

Digitized by Google

:ſt, in quo quæuis ſubterfugia ſublata per verba ſubſequentia, ſecundum quæ omnia bona, acceſſiones, reditus, *vbicunque ſiti fuerint*, etiam *extra territorium*, ſimpliciter in eum reſtitui ſtatum iubentur, in quo *anno* 624. fuere. Qualiscunque ergo *poſſeſſio* ſufficit, ſiue *totius monaſterii*, ſiue eius *bonorum redituumue*, quamuis penes poſſeſſorem non amplius ſint *reditus monaſteriorum* qua talium, ſed, mutato ſtatu, reditus cameræ; denominantur enim ſemper ex ſua *priſtina* & *primordiali qualitate*, & ſecundum illam æſtimantur intuitu tabularum pacis Weſtphalicæ, in quibus ſolum *factum poſſeſſionis*, *vſus* & *obſeruantia anni prædicti* attenditur, exceptionibus quibuscunque remotis. Catholici forſan, quibus non omnis ſpes recuperandorum bonorum horum ademta eſt, aſſerendum potius eſſe exiſtimabunt, ſuſpenſum tantum eorum vſum ſacrum eſſe, non prorſus immutatam qualitatem, quia, quod ſemel DEO dicatum, in profanos vſus transferri non poſſit, prætereaque tabulæ pacis eorum ſub *qualitate eccleſiaſtica* mentionem ſemper iniiciant. Aſt non neceſſe eſt, huic obſeruationi diutius immorari, cum parum noſtra referat, qua ſpe clerus Romanæ eccleſiæ lætetur, ſed id potius agamus, vt fidem latam ſeruemus, & poſt DEVM in inuictiſſimi imperatoris ſerium auguſtiſſimumque deſiderium, quod a iuſtitiæ tramite ſe deflecti haud patitur, fiduciam collocemus.

§. XXXIV. Præter *monaſteria* dantur etiam aliæ plures *religioſæ domus*, quarum varias enarraui ſpecies *lib. III. tit.* 5. §. 24. *p.* 575. *& tit.* 26. §. 14. *p.* 985. In inſtrumento pacis *art. V.* §. 25. hæ dominantur ſpecies: *monaſteria*, *collegia*, quæ §. *ſeq. ſodalitia* vocantur, *Balliuiæ*, *commendæ*, *templa*, *fundationes*, *ſcholæ*, *boſpitalia*. Appellatio *boſpitalium* generalis eſt, docente VRBANO III. in *c.* 4. *X. h. t.* & ſub ſe comprehendit ſpecies illas, quas locis allegatis enarraui, quæ proinde ab §. 25. ſimul intelliguntur, præſertim cum additur generalis clauſula: *liaue bona eccleſiaſtica mediata*, item: *quocunque ea nomine appellata fuerint*. Denominatio *ſodalitiorum* & *collegiorum* itidem generalis eſt, vt etiam *congregationes religioſorum* comprehendat; ſpeciatim tamen *fraternitates* denotat, quarum infinitæ ſpecies ſunt, hunc in finem inſtitutæ, vt opera certa *pietatis* vel *deuotionis* ſecundum leges confœderationis a ſodalibus præſtentur, de quibus agit ESPEN. *P. II. iur. eccl. tit.* 37. *c.* neutiquam tamen §. 37. *ſeqq.* horum *ſuperſtitionem* diſſimulat, ad quam præcauendam conſtitutum eſt, vt ſubſint *viſitationi* & *directioni* epiſcoporum.

Variæ ſpecies religioſarum domuum.

Digitized by Google

Quando dicantur religiosæ?

§. XXXV. Vocantur generatim hæ domus *religiosæ* tunc demum, secundum *c.* 4. *X. h. t.* si *auctoritate episcoporum* fundatæ exstructæ sunt, quia illorum demum est, eis qualitatem *spiritualem*, vt loquuntur, vel *ecclesiasticam* indere, adhibita benedictione precumque formulis. Nec alia de causa *cœmeteria* inter res *religiosas* referuntur, quam quod auctoritate episcopi, cum *benedictione*, erigantur & constituantur, vt ad *tit. de sepult.* §. 10. *p.* 1045. obseruaui. Si *priuato ausu*, non concurrente episcopali auctoritate, huiusmodi domus eriguntur, in pauperum aliorumque miserabilium gratiam, id quod nemini interdictum est, *profanæ* dicuntur, hoc sensu, quod qualitas *rerum ecclesiasticarum* iis desit, prout supra iam obseruaui, simulque ostendi, qua ratione inter protestantes hæc bona priuilegia *rerum ecclesiasticarum* consequantur. Cum itaque res mere seculares, h. e. sine *qualitate ecclesiastica*, maneant, ordinariis quoque subsunt iudiciis, nec *consistorium* iurisdictionem suam in eas porrigere potest.

Profanæ sunt, deficiente auctoritate episcopi.

Hospitalibus præficiendi fideles administratores.

§. XXXVI. De *commendis*, *Balliuiis*, *cœmeteriis* & *monasteriis* iam actum est, & cum de *templis* infra *tit. XLVIII.* seorsim edisserendi locus erit, pauca hic tantum subiungenda sunt de *hospitalibus*. His vt præficiantur fideles *administratores* & *curatores* ante omnia necesse est, id quod etiam iura antiqua inculcant. Adesse enim debent, qui non tantum fideli rerum administrationi inuigilant, ærarium pauperum sub sua cura habent, & operam dant, ne res pauperum detrimentum capiat; sed etiam qui secundum *leges fundationum* omnia dirigant, ordinem præscriptum diligenter obseruari curent, nihilque non agant, vt secundum institutum, quod pietas maiorum produxit, pauperes debito modo alantur, & ad sedulam *pietatis* culturam, quæ eiusmodi sodalitiorum prima & principalis cura esse debebat, deducantur, legitimisque mediis, in sacris præscriptis, trahantur. Est quidem opus misericordiæ & pietatis per se laudabile, alere pauperes, infirmos sustentare, reficere fessos, & denique afflictis succurrere. Enimuero vbi horum gratia *sodalitia publica* eriguntur, *domus religiosæ* publica sub tutela exstruuntur, idque agitur, vt, qui nostra ope indigent, in iis viuant, reficiantur & sustententur; non tantum prouidendum est *corpori* afflictorum, sed, quod magis est, *animæ*, quam plerumque ipsi pauperes magnopere negligunt, vnice victui inhiantes. Id ipsum omnium seculorum methodus probatissima commonstrat: id *leges* harum domuum *fundamentales* docent, ita vt plurimum efformatæ, vt hanc sollicitudinem pro *salute* egenorum *aterna* simul pro scopo habeant,

Qui leges fundationum obseruent,

simul corpori & animæ afflictorum prospiciant.

Digitized by Go

beant, quamuis media non ubique idonea deprehendantur, & remiſſiori, quam par erat, ſtudio hæc ipſa quæri ſoleat.

§. XXXVII. Hac de cauſa 1) ab antiquiſſimis retro ſeculis cautum fuiſſe legimus, vt pii & ſanctiori integritate conſpicui clerici vel ſacerdotes hoſpitalibus darentur, queis *cura animæ* æque eſſet commendata ac quidem medicis, coquis, miniſtris, & generatim adminiſtratoribus *cura corporum*. Laudat PALLADIVS CHRYSOSTOMVM *in vita eius c.* 5. quod varia infirmorum receptacula conſtruxerit, *præficiens his duos ex ſacerdotum numero religionis ſummæ viros & medicos & coquos & miniſtros*. In *concil. Chalced. c.* 8. de his *clericis, qui præficiuntur ptochcis, monaſteriis & martyriis* cauetur, *vt ſub epiſcoporum poteſtate permaneant*, quam forſan quidam ſubterfugere volebant, ideo quod eccleſiis, epiſcopo ſubiectis, non eſſent præfecti, ſed aliis *domibus religioſis*, ante hoc concilium epiſcopo haud ſubditis. Inde hoſpitalibus prouidi paſtores dandi.

§. XXXVIII. Ea de cauſa 2) epiſcopi primario curam habebant pro exſtruendis eiusmodi hoſpitalibus. Illis, vt ſæpe dictum eſt, inprimis *pauperum cura* commendata eſſe debebat: bona eccleſiaſtica his deſtinata, & in hos ab epiſcopo impendenda erant, vt primarium epiſcoporum officium circa alendos curandosque pauperes occupatum fuiſſe recte quis dixerit. Quis vero crederet, epiſcopos tantum de *alimentis* ſollicitos fuiſſe? In *concilio Colon. I. anno* 1536. *P. XI. cap.* 1. apud HARDVIN. *tom. IX. concil. p.* 2021. antiquiſſima hæc eccleſiæ & reipubl. ſollicitudo egregie depingitur: *non ſolum canonicis conſtitutionibus, ſed & imperialibus ac regalibus inſtitutis antiquitus pientiſſime ſancitum eſt, vt habeantur, quam fieri poteſt, frequentia in republ. xenodochia, ptochotrophia, orphanotrophia, gerontocomia, & brephotrophia & id genus alia loca pietati conſecrata, in quæ recipiantur peregrini, pauperes, inualidi, ſenes, parentibus orbati atque inopes liberi, infantes expoſiti, furioſi, leproſi, contagioſique atque perpetuis morbis obſiti, atque aliæ miſerabiles perſonæ: idcirco curæ noſtræ imminebit, vt eiusmodi loca vbi conſtituta ſunt, ſarta tecta teneantur, vbi vero diſſipata ſunt, reſtaurentur, reformenturque. Denique vbi necdum conſtituta ſunt, epiſcopali noſtra prouidentia ædificentur conſtruanturque. Pauperum enim curam nobis Chriſtus præcipuam eſſe voluit, & horum toties meminit diuiniſſimus Paulus apoſtolus.* Id rectiſſime obſeruant patres huius ſynodi, oſtenduntque, *paſtoris ſacerdotisque* officium tam latiſſimum habere ambitum, vt ſi gregem, ſi ſubditos, ſi regimen ambiat, in his domibus Sollicitudini epiſcopali ab antiquo ſubiecta, ob curam pauperum iis concreditam.

Digitized by Google

mibus exſtructis vel exſtruendis materiam inueniat inſignem, pauperes paſcendi, regendi, alendi, quod antiquorum epiſcoporum exemplis illuſtrat THOMASSINVS *P. I. de diſcipl. eccl. lib.* 2. *c.* 89. Additur vero *cap.* 2. *cit. concil.* optime: *Hic ante omnia curandum nobis eſt, vt in domibus iſtis, quæ ad ſalutem animarum pertinent, minime negligantur: ſed ante omnia de ſacramentorum adminiſtratione pauperibus debilibus & ægrotis prouideatur.* Adiicitur elegans ratio in *concil. Mediol. V. de anno* 1579. *P. III. c.* 15. apud HARDVIN. *tom.* X. *concil. p.* 1091. *Si enim iis ad corporis victum curamque benigne ſuppeditatur, illud etiam maxime curandum eſt, vt ſpirituale doctrinæ chriſtianæ poculum eisdem tribuatur.* Quia vero vulgo creditum fuit, *regulam monaſticam* eſſe optimam viuendi rationem & Chriſto acceptiſſimam, ſanctiſſimam, angelicam, nonnunquam pauperibus debilibusque in his diuerſoriis receptis præſcripſerunt *regulam monachalem*, exiſtimantes, ſub hac eos optime Chriſto militare poſſe. Id factum fuit in *concil. Pariſ. de anno* 1212. *P. III. c.* 9. apud HARDVIN. *tom. VI. P. II. p.* 2012. *De domibus leproſorum & hoſpitalibus infirmorum, & peregrinorum ſalubri conſilio ſtatuimus, vt ſi facultates loci patiantur, quod ibidem manentes poſſint viuere de communi, competens eis regula ſtatuatur, cuius ſubſtantia in tribus articulis maxime continetur: ſcilicet vt proprio renuncient, continentiæ votum emittant, & prælato ſuo obedientiam fidelem & deuotam promittant, & habitu religioſo non ſeculari vtantur.* In hoc ergo *in genere* conſpirarunt ſanctiones eccleſiaſticæ, hæc diuerſoria ita eſſe adornanda, vt eſſent *ſolidæ pietatis exercitia, virtutum chriſtianarum gymnaſia*, nihilque negligeretur, quod ad excitandam infirmorum deuotionem facere poſſet, quo & *animæ* & *corpori* afflictorum proſpiceretur.

Etiam inter proteſtantes hoſpitalia regulis pietatis ſubiacere debent.

§. XXXIX. Eundem ſcopum habent etiam, vel ad minimum habere debent, *hoſpitalia* inter proteſtantes, quod leges eorum fundamentales loquuntur. In *modo* eſt tantum quoddam diſcrimen, quia optimam viuendi rationem haud trahimus ex *monaſticis inſtitutis*. Regulas Chriſti, ad viuidam fidem & cordium mutationem ducentes, ſequimur: his vnice acquieſcimus: his vnice viuimus. Vtinam vero etiam proteſtantium inſtituta vbique ita eſſent comparata, vt finis hic obtineri poſſet, qui vel ſocordia adminiſtratorum vel paſtorum negligentia vel fuga emendationis vt plurimum impeditur.

§. XL.

Digitized by Google

§. XL. Hunc finem vt obtinerent maiores, *episcopis* subiecerunt hospitalia, vtpote qui olim magis *duces morum* quam *regni* erant. His inspectio in ea data, cum potestate præficiendi iis *directores*, *administratores*, aliosue *officiales* necessarios. Vocantur hi a IVSTINIANO generaliter in *l.* 46. §. 1. & 3. *C. de episc. & cleric. piarum actionum administratores*, vel *piarum actionum diœcetæ & curatores*; a BASILIO *epist.* 392. *œconomi pauperum*; a patribus conciliorum *rectores xenodochiorum & hospitalium.* vid. *tom. III. concil. Gallic. p.* 124. *clem.* 2. *b. t.* Specialiter vero *Xenodochi*, *orphanotrophi*, *brephotrophi*, *ptochotrophi*, *nosocomi*, *gerontocomi* in *l.* 46. § 1. *C. de episc. & cleric.* & *l.* 42. §. 9. *C. eod. paramonarii & œconomi* in *l.* 46. §. 3. *eod.* Primario tamen constitutio horum officialium ad *fundatores* eorumque heredes, vel quos ipsi designauerint, pertinet, salua *inspectione episcopali*; idque vi *iuris patronatus*, quod in has religiosas domus æque hi, qui eas fundarunt, sibi acquirunt, ac quidem hodie in ecclesias. Ipse IVSTINIANVS in *cit. l.* 46. §. 3. hoc discrimen animaduertit, &, *si quidem*, ait, *aliquos diserte hi, qui defecerunt, præposuerint rebus, illos quidem permittant* (episcopi) *habere administrationem: ipsi vero non administrent quidem, sed administrationem illorum inspiciant, aut obseruent &c. Si vero neminem diserte hi, qui moriantur, præstituerint administrationi, sed in heredum potestate totum posuerint, hi autem rem neglexerint, continuo ipsi DEO amabiles episcopi administrent & præficiant supra scriptas personas.* Sic itaque ad episcopum *constitutio præfectorum* pertinet tantum in *subsidium*, si fundatores iure suo vti neglexerint, vel alias omne ius in eas illi cesserint. Idem adhuc repetitum est in *concilio Ticinensi de anno* 850. *c.* 15. apud HARDVINVM *tom. V. concil. p.* 29. *Similiter & de finedochiis* (xenedochiis) *statuimus, vt quæque in episcoporum sunt potestate secundum dispositionem eorum, qui ea instituerunt, gubernentur. Quæ autem sub defensione quidem sunt ecclesiæ, sed iuxta institutum* (institutorum) *decreta per heredes vel pertinentes, qui religiosam vitam duxerint, regi debent; procuret episcopus, vt ab eis non negligantur: & si in aliquo malæ tractationis obnoxii reperiuntur, ecclesiasticæ subiaceant disciplinæ. Quodsi heredes siue clerici siue seculares adeo importune contra maiorum suorum decreta ire tentauerint, vt testatoris institutionem supprimere vel obscurare nitantur, & inter se finedochii substantiam diuidere, nuncietur sacratissimo imperatori, vt eius auctoritate huiusmodi transgressorum nequitia coërceatur.* Addunt patres in *c. seq.* 16. etiam xenedochia quandoque olim sub defensione *sacri palatii* posita fuis-

Ex causa promouendæ pietatis hospitalia episcopis subiecta. Officialium varia denominatio, quorum constitutio ad fundatores primario spectat, in subsidium ad episcopum, quandoque ad principes,

Digitized by Google

fuiſſe, & ſic ad *diſpoſitionem principis* pertinuiſſe, qua tamen nonnunquam abuſi, ea illis, quibus contra decreta inſtitutorum non licebat, dederunt, quod patres reprobant. Neque hoc mirandum eſt. Etiam monaſteria & eccleſiæ a regibus, prout aliquoties obſeruaui, laicis in feudum data, & ab vſu primordiali in prorſus diuerſum vſum detorſa. Eandem fortunam non raro experta *hoſpitalia*, quod merito improbarunt epiſcopi. Sic itaque ex fundatorum inſtituto quædam ab *epiſcoporum* dependebant *directione*, quibus præfectos ipſi dabant: alia *fundatorum* eorumque *ſucceſſorum* arbitrio parebant, ſalua epiſcopali inſpectione, quibus vi *iuris patronatus* conſtituebant adminiſtratores. Denique alia erant ſub *principum tuitione* & *diſpoſitione*.

in ciuitatibus quandoque ad ſenatum,

§. XLI. Nec hodie diuerſa rerum facies eſt. In ciuitatibus pluribus ſenatui ius patronatus & directio hoſpitalium more antiquo competit, inprimis *fundationis* iure. Hic præfectos adminiſtratoresue conſtituit, quæ ad eorum curam, conſeruationem & vtilitatem ſpectant, procurat, rationes exigit, ceteraque *directionis* munia implet. Non dubium tamen eſt, quin *conſiſtorio* ſuprema inſpectio in hanc directionem competat, ſaluo iure *patronatus*, de qua paulo poſt agendum. Orphanotropheum, quod in ſuburbio noſtræ ciuitatis a B. FRANCKIO exſtructum eſt, ſpeciales leges accepit anno 1702. a potentiſſimo rege FRIDERICO I glorioſæ memoriæ. Prima lege ſanciuit, daß ſolches Werck hinkünftig unter unſerm hohen Namen, Schutz und auctorität, und als ein publiques Werck conſideriret werde. De directione & foro eius hoc cautum eſt: Soll das ganze Werck ein annexum unſerer Univerſität zu Halle und derſelben iurisdiction unterworfen ſeyn; die direction aber erwehnten Profeſſor Francken bey ſeinen Lebzeiten, und ſo lange er in unſern Landen bleibet, ob er gleich an einen andern Ort von uns berufen werden möchte, gelaſſen werden, wie denn auch ſolchen Falls ihm nach Gutbefinden jemanden zu ſubſtituiren, der die ſubdirection des Wercks führe, frey ſtehen; und da er nach GOttes heiligen Rath-Schluß mit Tode abgehen möchte, zur direction des Wercks kein anderer genommen, als den er ſelber bey Lebzeiten darzu benennet, und im Teſtament eingeſetzet; dabeneben aber die curatel einigen gewiſſenhaften, geſchickten und verſtändigen Männern, und zwar denen, welche er ebenfalls darzu benennet haben wird, aufgetragen und anvertrauet werden ſoll, welche dahin zu ſehen haben, damit das ganze Werck ſo, wie es angefangen, gewiſſenhafft fort-

ſalua conſiſtorii inſpectione.

fortgeſetzet, und es in eben ſolcher Ordnung mit den ſucceſſoribus gehalten werde.

§. XLII. Cauendum tamen, ne in terris proteſtantium iuris *canonici*, imo & *ciuilis* ſanctiones incaute nimis applicentur. Cura *miſerabilium perſonarum & domuum*, earum gratia exſtructarum, merito ad *magiſtratum* quoque pertinet, cuius eſt, prouidere, vt in republica eiusmodi *hoſpitalia publica* exſtruantur, & rite gubernentur. Principi ergo, *qua tali*, non qua *epiſcopo*, hæc ſuprema inſpectio competit, qui eam vel conſiſtorio, vt olim imperatores epiſcopis, vel alii collegio demandare, & leges his diuerſoriis præſcribere poteſt. *Magiſtratus* quoque *oppidanus* eandem curam recte ſibi vindicat intra pomœria ciuitatis ſibi concreditæ vi *politiæ*, cui præfectus eſt, vt non diffitetur BRVNNEMANNVS *in iur. eccleſ. lib. I. c. 6. m. 12. §. 19.* Quid enim magis ſaluti ciuitatis conducit, quam conſtruere *publica diuerſoria*, in quæ recipiantur infirmi, pauperes, ſenes, furioſi, mente capti, infantes parentibus orbati, aliique fortunæ iniuria calamitoſi? Quid magis quietem publicam firmat, quam purgatoria facinoroſorum ſeu ergaſtula? Hæc ergo magiſtratus vi *officii ſui* exſtruunt, nec *confirmatione principis*, vt *epiſcopi*, ſpeciali indigent, cum ad hoc ſint conſtituti, vt ciuitatis ſalutem promoueant, curent, eique ſoli inuigilent, quæ potiſſimum in exſtructione huiusmodi diuerſoriorum conſiſtit. Non tantum ergo qua fundatores ex *iure patronatus* ea dirigunt gubernantque, ſed etiam qua *magiſtratus*, vt nihilominus iura piarum cauſarum ex fine ſibi propoſito hæc opera publica habeant, ſi vel maxime ſpeciali *domini territorii confirmatione* deſtituta fuerint.

Cura harum domuum etiam magiſtratui recte vindicatur,

ſine principis confirmatione.

§. XLIII. Iure canonico non referuntur inter *domus religioſas*, nec priuilegiis eccleſiaſticis gaudent, quæ *epiſcopali auctoritate* haud ſunt munita, ſed a laicis tantum exſtructa, docente ESPENIO *P. II. iur. eccl. tit. 37. c. 2. §. 38.* Dicuntur potius talia loca mera *laicalia*, non *religioſa*, quod qua ratione fiat, in proparulo eſt. Olim ſane non erat ſic. Meminiſſe debebant epiſcopi, ſibi olim hanc *inſpectionem* concreditam fuiſſe a principibus, eamque ſe *iure delegato* exercuiſſe. In confeſſo quidem eſt, a primis eccleſiæ incunabulis epiſcopos curam pauperum & infirmorum præcipuam habuiſſe, vt ſæpe monitum eſt; ſed hæc cura *priuata* erat: *publica* reipublicæ ex fine ei præfixo competiit, & hoc intuitu imperatores iis conceſſerunt *publicam* hanc *inſpectionem*, de qua eis rationes reddere debuere. Verum conſtat ex antiquis rerum

Vtrum talia hoſpitalia religioſis accenſeri debeant?

Digitized by Google

documentis, epiſcopos paulatim conniuentia cæſarum talia iura *priuatiue* & ſuo quaſi iure ſibi adſcripſiſſe, vnde decretales iuris canonici originem ſuam traxere, in quarum applicatione caute verſandum eſt, quamvis parum fideliter id ab ICtis proteſtantibus fieri, manifeſtum ſit. CARPZOVIVS enim *lib. I. iurispr. conſiſt. def.* 92. *n.* 6. inſpectionem hoſpitalium iuribus epiſcopalibus vindicat more ſolito, & regimini ciuili fere abiudicat. Eandem repetit ſententiam LINCK. *de iur. epiſc. c.* 10. *n.* 43. &, *in territoriis proteſtantium*, ait, *ad curam epiſcopalem refertur prouiſio hoſpitalium, vt prouentus eorum conſeruentur, ædes ſartæ tectæ, in ſubſidium quoque ex collectis ciuium permaneant, & œconomi ſeu adminiſtratores eorum ad præſtandam cautionem adigantur.* Conf. REINKING. *de regim. ſecul. & eccl. lib.* 3. *cl.* 1. *c.* 3. *n.* 21. STEPHAN. *de iurisd. lib.* 3 *p.* 1. *c.* 14. *n.* 118. BRVNNEM. *lib.* 1. *iur. eccl. c.* 6. *m.* 12. §. 19. Interim ne quidem apud Romanæ eccleſiæ aſſeclas tam ſtricte iuri canonico inſiſtitur: quibusdam in locis magiſtratus ſecularis, ſine vlla *inſpectione epiſcopali*, hoſpitalia dirigit, exſtruit, gubernat, vt de praxi Belgica teſtatur ESPEN. *cit. l.* §. 40. *ſeqq.* Quid ni ergo magiſtratui öppidano inter proteſtantes ex cauſis adductis idem concedendum eſſet? Manet quidem principi, vt ſupremo omnium rerum moderatori, *ſuprema inſpectio*, qui leges etiam hoſpitalibus præſcribit; aſt vt id præciſe ſub *qualitate epiſcopali* faciat, & eam curam *conſiſtorio* ſuo deleget, non eſt neceſſe.

Praxis proteſtantium ex ordinat. eccleſ. demonſtratur.

§. XLIV. Obſeruarunt id ipſum ſatis prudenter conditores nonnulli *ordinationum eccleſiaſticarum*, ex quibus quædam teſtimonia adferre lubet. In *ordin. eccleſ. Magdeb. c.* 27. §. 5. magiſtratui *principalis cura* hoſpitalium commiſſa eſt: Es ſoll der Rath in Städten über die beſtellte Vorſteher auch noch zwey Perſonen aus ihrem Mittel die inſpection auftragen, welche gleichfalls oftmahls in die Hoſpital gehen, und mit Fleiß erkundigen ſollen, wie Haus gehalten werde, und nebſt den Vorſtehern dahin ſehen ꝛc. Hac de cauſa rationes quotannis ab œconomo reddi iubentur, im Beyſeyn der Vorſteher und des Hoſpitals geordneten inſpectorn, jedes Orts Obrigkeit und des Pfarrers. Similiter in der Hälliſchen Regim. Ordn. *de anno* 1687. *art.* 15. § 4. Soll der Rath unſerer Stadt Halle auf des Hoſpitals inuentarium über alle deſſen Güther und Einkünfte auch Brieff. Urkunden gute Obacht haben. In *ordin. eccleſ. Brunſuic. & Lunæb. de anno* 1709. *P. I. c.* 21. §. 2. ſeculari magiſtratui hæc ſollicitudo quoque concredita eſt.

Alle

Digitized by Google

Alle ſolche Vorſteher und Rechnungs-Führer bey Kirchen, Hoſpitalien und Armen-Kaſten, ſollen von denen Gerichts-Herren und Beamten mit Zuziehung des Paſtoris erwählet, und darauf von dem Superintendenten, Gerichts-Herren und Beamten nach der deſſen Ordnung beygedruckten Eydes-Formul in Pflicht genommen werden. In *Vinarienſi lib.* 2. *c.* 30. idem prouiſum eſt: So ſoll hinfort beneben den **Verordneten des Raths**, auch jedes Orts Pfarrer die inſpection und Aufſehen auf die Hoſpitale, wie viel derſelben in einer Stadt ſeyn möchten, mit Ernſt, ohne einige exception oder Ausrede deren, ſo ſich deſſelben beſchweren und priuilegia vorwenden möchten, auferleget und befohlen ſeyn, damit ſie, wie darin hausgehalten, bey denen viſitationibus eigentlich, und mit Grund der Wahrheit berichten, und die Beſſerung vorzunehmen, aus dem Conſiſtorio nothdürfftige Verordnung geſchehen möge. Relicta ergo hic eſt conſiſtorio *ſuprema directio* & *inſpectio*, quod iuri veteri congruit. Eadem fere verborenus repetita *in ordin. eccl. Coburg. c.* 28. *n.* 4. ſimulque *n.* 12. viſitatio frequens ſenatui adiunctis paſtore & quibusdam ex ordine ciuium iniuncta eſt. In *Caſſel. ordin. conſiſt. c.* 44. *Superintendenti* & *magiſtratui loci* hæc prouiſio demandata eſt, vt tamen de cauſis grauioribus conſiſtorio referant, eiusque deciſo rem committant.

§. XLV. Sic ergo officiales diuerſi generis hoſpitalibus præficiuntur, ſcilicet *adminiſtratores*, *prouiſores*, & *inſpectores*. Iſti adminiſtrant res hoſpitalium, Hoſpital-Verwalter; illi dirigunt operamque dant, vt ad debitum finem quæuis adornentur, infirmis & aliis miſerabilibus perſonis proſpiciatur, ædificia in ſuo ſtatu conſeruentur, & non aliæ perſonæ in hæc diuerſoria recipiantur, quam in quorum finem primitus ſunt conſtituta. Hi vero obſeruant ceteros, & inſtar cuſtodum & obſeruatorum ſunt, adeoque frequens *viſitatio* iis incumbit. Hac de cauſa non alii præfecti aſſumendi, quam quos morum grauitas, fidelitas & ſinceritas vitæ commendat, ſeu vt neruoſe ait IVSTINIANVS in *l.* 46. §. 3. *C. de epiſc. & cler. qui cogitant & animo concipiunt magni Dei timorem & terribilem magni & nunquam finiendi iudicii diem, ad quam illos reſpicientes conuenit omnia facere cum ad DEVM coordinata mente.* Eadem eſt ſententia CLEMENTIS V. *in c.* 2. *h. t. in* 6. aientis: *Eorum gubernatio viris prouidis, idoneis & boni teſtimonii committatur, qui ſciant, velint & valeant loca ipſa, bona eorum*

Varii officiales hoſpitalium.

Qualitas eorum.

Digitized by Google

rum ac iura vtiliter regere, & eorum prouentus & reditus in personarum vsum miserabilium fideliter dispensare, & quos in vsus alios bona prædicta conuertere præsumtio verisimilis non existat. Easdem qualitates in his præfectis etiam *ordinationes prouinciales* desiderant, & quidem ex *necessitate finis*, qui aliter obtineri nequit, quam si his instructi qualitatibus hisce officiis præficiantur.

Officiales iuramento obstringendi cum cautione & inuentarii confectione.

§. XLVI. Præterea vt hic obtineatur finis, consultum est, I) vt *iuramento* solenniter adstringantur administratores & prouisores *ad instar curatorum & tutorum*, vt dicitur in *cit. c.* 2. Idem iniungunt *reformat. polit. de anno* 1548. & *anno* 1577. *tit.* **von Pupillen und Minderjährigen:** ibi: Die Kirchen-Pfleger und Fürsteher mit Eyden und Gelübden zu belahden. Formula iuramenti, quam præstare debent die Prouisoren der Hospitalien und Arm-Häuser, in ducatu Guelpherbytano, occurrit in *eiusdem ordin. eccles. P. I. p.* 164. II) Vt *cautionem idoneam* præstent, quæ etiam nonnunquam a tutoribus & curatoribus exigitur. Equidem de iure ciuili orphanotrophi ab hoc fideiussionis grauamine liberati sunt in *l.* 34 *C. de episc. & cler.* quod tales essent eligendi, quorum fides, probitas, & sinceritas esset perspecta & cognita; at vero cum talis præsumtio fallere queat, non inique *cautio* ab iis exigi solet. Hanc diserte exigit *ius electorale Saxonicum* per *art. gener.* 33. *vers.* **soll iedes Orts Obrigkeit,** & *Coburgensis c.* 29. §. 2. imo ratio iuris optima commendat, de qua vid. CARPZ. *lib. I. iurispr. consist. def.* 92. III) Vt *inuentarium* solenniter de omnibus mobilibus & immobilibus conficiant, quod iubet CLEMENS V. in *c.* 2. *cit.* ibi: *de locorum ipsorum bonis inuentaria conficere*, & ipsa administrationis legitimæ indoles, adeo vt quicquid hac de consignatione in materia *tutelæ* tradi solet, hic quoque repeti debeat.

Curent ante omnia, vt abvsus tollantur & collapsa instituta reducantur.

§. XLVII. Quia vero nihil frequentius est, quam vt salutaria instituta in abusum trahantur, aliisque prædæ cedant, vel etiam a scopo suo inertia prouisorum deflectant, (1) præcipue id curandum, vt *abusus* tollantur, *defectus* emendentur, & *collapsa instituta* reducantur. Conquestus de hoc næuo inueterato est CLEMENS V. in *concil. Viennensi* relato in *clem.* 2. *h. t.* illumque emendare instituit, *cum ea* vt recte rationes subducit, *quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium conuerti.* Addit tamen limitationem: *salua quidem sedis apostolicæ auctoritate*, qua clausula sibi plenissimum arbitrium de bonis hisce statuendi & disponendi, more maiorum deprauato, reseruauit. Eninuero episcopus epi-

Sedi papali abusus integri.

Digitized by Google

episcoporum cogitare debuisset, ad suum exemplum totum componi orbem sedi subiectum, nec mores, quos pontifex in se probat, in episcopis ceterisque prælatis reprobari posse. Olim vitio versum fuit regibus Francorum aliisque principibus, quod sua potestate abusi monasteria, templa, aras, ceteraque iura sacra in militarem vsum, contra *primordialem* eorum *institutionem*, traxerint, in quo vtique non raro peccatum est. vid. FILESACCVS in tr. *de sacrileg. laico.* Non melior tamen causa bonorum ecclesiasticorum reddita est, postquam imperio principum subtracta, & priuatiuæ dispositioni *pontificis* ceterorumque *prælatorum* subiecta sunt. Eadem, mutatis personis, luditur fabula: hoc vel *vniones hospitalium*, quibus potentioribus in prædam cessere, imo & beneficia in iis clericis assignata, in quorum gratiam tamen primitus haud constituta, docent, quem abusum CLEMENS V. *cit. c.* 2. ipsemet agnouit taxauitque.

§. XLVIII. Leges ecclesiasticæ antiquæ in hac re non deficiunt, deficit tamen sæpissime earum praxis ex desidia eorum, qui hospitalium curam habere deberent. Generatim IVSTINIANVS in *l.* 42. §. 6. *C. de episcop. & cler.* mandat, fideliter esse dispensanda & eroganda bona eorumque reditus illis, qui in his locis commorantur. *Manifestum est enim*, subiungit, *quod quisque derelinquit vel donat, siue in scriptis siue sine scriptis xenodocho, vel nosocomo, vel ptochotropho vel orphanotropho, idcirco dat, vt pie per ipsum dispensetur, vt qui multam de eorum pietate præsumtionem & occasionem habeat, qui iis in locis præfecti sunt.* Inde vero recte ita concludit: *Neque vero iustum est, ipsum ea, quæ sub prætextu eorum, qui sub eius cura sunt, accipit, non in ipsos vel pro ipsis impendere, sed in propriam personam auferre & proprio lucro applicare, timore DEI contemto: quis enim tali curæ propositum non existimet ideirco eam suscepisse, vt non solum, quæ extrinsecus ad eum peruenient, sed etiam omnia, quæ habere eum contigerit, in eam rem impendat?* Legum cura de præcauendis abusibus hospitalium,

§. XLIX. Huc quoque directa fuit pontificum antiquorum & maiorum sollicitudo, vt *instituta pia ἀκριβῶς* obseruarentur. In *concil. R m. c.* 23. sub EVGENIO II. *anno* 826. habito, (quod *tom. V. concil. p.* 67. refert HARDVINVS,) & in *c.* 3. X. *h. t.* relato ita sancitum: *Per sollicitudinem episcoporum hæc, quorum diœceseos existunt, ad eardem vtilitates, quibus constitutæ sunt, ordinentur, vt debitis atque curæ pertinentibus reuertantur.* In *concilio Arelatensi de anno* 1260. apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p.* 514. *c.* 13. grauiter contraria praxis notatur item concil. liorum

taxa-

Digitized by Google

taxaturque: *item in ciuitatibus & oppidis prouinciæ noſtræ boſpitalia pauperum multa ſunt, quorum regimina vt frequentius laici & clerici ſeculares multiplici prece & pretio aliquando etiam per literas papales & mandata principum & potentum conſueuerunt occupare, nec ibi pauperibus aliquid miniſtratur, ſed omnia bona & eleemoſynæ talium boſpitalium per huiusmodi rectores in vſus proprios aſportantur & deuorantur, ordinamus & ſtatuimus, prout in iure cauetur*, vt per prælatos locorum tales abuſus emendentur, & rationes ſollicite exigantur. In *concilio Viennenſi* anno 1311. celebrato CLEMENS V. famoſus templariorum exſtirpator, ordinariis locorum iniunxit, *vt loca ipſa ſtudeant ſalubriter reformare, an occupata, deperdita & alienata indebite in ſtatum reduci debitum faciant, & ad ipſarum miſerabilium perſonarum receptionem & ſuſtentationem debitam, iuxta facultates & prouentus locorum ipſorum rectores prædictos compellere non omittant.* vid. *clem 2. h. t.* Renouauit celebrem hanc ſanctionem, *quia contingit*, concilium Tridentinum *ſeſſ. VII. de reform. c.* 15. *& ſeſſ. XXV. de reform. c.* 8. CLEMENS V. eodem anno in *concil. Rauennat. II. rubr.* 25. apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p.* 1370. eundem næuum taxat. *Item cum boſpitalium bona conſumantur, deuaſtentur & occupentur, etiam per laicos, & ſæpe ſine aliquo titulo vſurpata detineantur, & eorum reditus in pauperes non conuertantur, ad quod deputata ſunt, ſtatuimus, quod boſpitalia alicui non concedantur, nec aliqui inſtituantur in iis, nec ea, qui habent, valeant detinere, niſi ſint religioſi & ſine vxore &c.* Hoc ipſo præcauere voluerunt, ne *vxorati* res hoſpitalium ad ſe raperent, & in *vſus liberorum* forſan conuerterent, quod metuendum erat.

de reformandis abuſibus.

& bonis in debitum finem conuertendis.

§. L. Hamburgi eadem de cauſa leges hoſpitalium ſanxerunt, vt œconomus ſit *ſine liberis*, quorum gratia vt plurimum rapiuntur bona & pauperibus intercipiuntur. Proinde cum anno 1716. facultas noſtra de *œconomo boſpitalis S. Iobi*, qui non tantum liberos habebat, ſed etiam non adeo ſuo ſatisfeceratofficio conſulta eſſet, ſecundum narrata ita reſpondit:

Quod reſponſo illuſtratur.

Ob wohl den Oeconomum excuſiren möchte, daß man ſich bishero ſo genau an die alte Ordnung nicht gebunden, vielmehr vielfältig davon abgegangen, und dahero ihm daraus, daß er Kinder habe, keine inhabilität affingiret werden konte, wie er denn dieſem Amte bereits viele Jahre vorgeſtanden, und die Herren Vorſteher ihm dasjenige, worin ſie ſelbſten pecciret, und gegen die alte Ordnung gehandelt, nicht wohl opponiren mögen.

c. 8. X. de conceſſ. præb. & eccl. non vac.

Hier-

Digitized by Google

Hiernechſt die imputirte defraudationes noch nicht ſo völlig beygebracht, noch er darüber mit ſeiner defenſion und Verantwortung gehöret, alſo man noch zur Zeit nicht wiſſen kan, was zu ſeiner defenſion er anführen möchte, cum quævis cauſa excuſet a dolo, & præterea etiam temeraria quædam credulitas dolum excludat,

TIRAQVELL. *de pœn. temper. cauſ.* 43. *n.* 5.

welches E. E. um deßwillen zu gute kommen möchte, daß man ſchon etliche mahl wegen des Fettes und Abknappung am Eſſen ihm Vorhaltung gethan, dennoch, wie nach der Ordnung wohl billig geweſen, mit ihm keinesweges hart verfahren, ja nicht einſten die reſtitution des unterſchlagenen von ihm begehret, endlich ad remotionem nicht leicht zu ſchreiten iſt, vtpote quæ famam minuit, & graue præiudicium remoto infert.

Weil aber dennoch nach der alten Ordnung, nach welcher kein *Oeconomus* Kinder haben ſoll, E. E. allerdings zu dieſem Amt inhabilis iſt, da er notorie Kinder hat, welches die Vorfahren ohne Zweifel um deßwillen verordnet, damit dem œconomo dadurch keine Gelegenheit gegeben werde, denen Armen etwas zu entziehen, und denen Kindern zuzuwenden, welches auch in den alten Rechten einiger maſſen verſehen, und verordnet, daß die Biſchöffe, welche vor dieſen die Armen-Gelder verwalteten und diſponirten, ohne Kinder ſeyn ſolten, damit nicht dasjenige, was denen Armen verordnet, die Kinder verzehreten,

l. 42. §. 1. *C. de epiſc. & cler.*

und das bisherige Verfahren, dadurch man die alte Ordnung hindangeſetzet, ſeine Perſon um deſtoweniger habilitiret, als denen Vorſtehern nicht erlaubet geweſen, von denen alten Ordnungen, woran ſie ſchlechterdings verbunden, nach ihrem Gutdüncken abzugehen, adeoque quod contra leges factum eſſe cognoſcitur, pro infecto vtique habendum,

l. 5. *C. de LL.*

quæ enim præciſe a legibus requiruntur, tantæ neceſſitatis ſunt, vt vel vno deficiente requiſito, res ipſa plane nulla ſit,

RICHTER. *de ſignif. aduerb. voc. præciſe.*

welches abſonderlich nunmehro in conſideration zu ziehen iſt, da E. E. unterſchiedlicher defraudationen überführet worden, und ſich ſonſten ſehr verdächtig gemachet, daß er noch vieles veruntrauet haben müſſe, und wenn ſonſten nichts mehr, als was in denen gedruckten Motiven

Digitized by Google

§. 10. und 11. sich befindet, gegen den Oeconomum verhanden wäre, Er dennoch, **der alten Ordnung nach, seines Amts zu entsetzen seyn würde, als worin mit deutlichen und klaren Worten versehen, daß, wenn der Küchen-Wirth oder Frau betreten werde, daß dieselbe denen Armen etwas**, NB. **es wäre klein oder groß, zum Schaden und Nachtheil gehandelt, sie so fort ohne alle Begnadigung ihres Dienstes verfallen und entsetzet seyn solten.**

vid. *motiu. p.* 24.

Absonderlich da der ietzige œconomus sich gar nicht wollen warnen lassen, und ob er wol schon wegen Unterschlagung des Fettes in anno 1704. an die **Ordnung** verwiesen, er doch vor weniger Zeit darauf ertappet, und daß er dergleichen verkauffet, überwiesen worden, ja auch zu befürchten, daß bey anzustellender Untersuchung mehr dergleichen defraudationes heraus kommen werden, welche zu verhüten sind, und dahero mit der remorion um destomehr zu verfahren, je ein grösseres delictum in solcher defraudation sich hervorthut, amico enim quippiam rapere furtum est: ecclesiam defraudare sacrilegium est. Accepisse, quod pauperibus erogandum sit, & esurientibus plurimis, vel cautum esse velle, vel timidum: aut, quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat.

HIERONYM. *ad Nepot. de vit. cleric.*

Perpende ergo, quantorum homicidiorum in die iudicii reus erit, qui modo tot viduis, tot orphanis diuersisque pauperibus, vnde viuere debeant, subtrahet.

DAMIAN. apud BARON. *ad ann.* 1055. *n.* 2.

Proinde piarum rerum administratores, quales sunt xenodochi, ptochotrophi aliique, pessima administratione probata, statim expellendi, & alii instituendi sunt,

l. 46. §. 3. *C. de episc. & cler.*

wobey denn die angegebene Excüsen des œconomi von keiner Erheblichkeit sind, da der dolus mehr als zu klar aus denen angeführten Umständen erhellet, und ihm dadurch eine defension, wenn es mit ihm zur inquisition kommt, nicht abgeschnitten ist:

So erhellet hieraus allenthalben so viel, daß C. E. seines Amts billig zu entsetzen sey.

§. LI.

§. LI. Sed etiam (II) id ſedulo curandum, ne alii in hæc infirmorum miſerabiliumque perſonarum diuerſoria recipiantur, quam qui alieno auxilio publicoque hoc adiutorio indigent, eoque digni ſunt. Iniquum eſt, otioſis hominibus, qui aliunde ſibi de victu proſpicere poſſunt, aditum ad ea aperire, aut *indignos* admittere, quod præcauere ſedulo ſtuduit *concil. Mediol. I.* de anno 1565. apud HARDVINVM *tom. X. concil. p.* 705. edicens, *ne ea loca, quæ bonorum ſubſidio ſunt addicta, circulatoribus, aleatoribus, nebulonibus & iſtiusmodi nequiſſimis hominibus pateant.* Idem ſenſus eſt *concil. Mediol IV. P. III. c.* 12. *de anno* 1576. apud HARDVIN. *cit. l. p* 943. *in pauperum delectu non egeſtatis inopiæque ſolum, ſed morum etiam ac vitæ probitatis ratio habeatur. Quo in genere hæc præter cetera de illis inueſtigentur, an ſcilicet doctrinæ chriſtianæ ſcholas frequentent; an fidei prima rudimenta teneant, atque religioſe & pie viuant?* Magis ad *ergaſteria* validi & impii mendicantes relegandi, quam ad hæc *pietatis hoſpitia* admittendi, quippe qui hoc *publicæ miſericordiæ beneficio* indigni, & ita compoſiti ſunt, vt partem ſinceram in eandem rabiem trahere poſſint. Sunt leges ſingulis hoſpitalibus propriæ, quæ *qualitates ſpeciales* recipiendorum determinant, ab inſpectoribus caute obſeruandæ. Perditur beneficium, quod *indignis* confertur. Male collocatur, quo pigritia alitur, & alimenta neceſſaria ad labores ineptis, ſenibus, & infirmis ſubtrahuntur.

Digni in hoſpitalia recipiendi.

Non validi & impii mendicantes.

§. LII. Ceterum qui recipiuntur, vel *in perpetuum* ſeu ad tempus durabile recipiuntur, vel *ad breue tempus.* Huc pertinent *peregrinantes pauperes*, quibus hoſpitium in his diuerſoriis, ad breue tempus præbetur, quo more plura hoſpitalia vtuntur. Approbatus hic eſt in *ordin. eccleſ. Magdeb. c.* 27. §. 13. cautumque, daß denen fremden Armen, die ihres Zuſtandes rechten Bericht geben, oder Kundſchaft haben, keine Nachtherberge verſaget, und da ſie ſchwach und kranck, nicht alſofort des andern Tages wieder verſtoſſen, ſondern nach der Vorſteher und Hoſpital-Inſpectorn Ermeſſen und Gutachten länger geduldet, und mit Speiß und Tranck verſehen werden ſollen. Sed etiam hic delectus habendus, nec indiſtincte quicunque vagantes inertesque mendicantes recipiendi, vt bene *cit. l.* monitum: Gleichwohl hiedurch keinen geſunden ſtarcken Bettlern zu ihrem Hin- und Herlauffen, Müßiggang und Landbetteln gleichſam Vorſchub gethan, und Anlaß gegeben, auch die Behutſamkeit gebrauchet werden, daß die fremden unpäßlichen Leute nicht ſo fort in

Recipiuntur vel ad tempus vel in perpetuum.

Digitized by Google

ein Gemach unter die ordentlichen alumnos kommen, bis man weiß, wie es um ihre Kranckheit stehe. In *Vinariensi lib. II. c.* 30. *in f.* aliisque Saxonicis idem fere constitutum, damit das Einkommen der Hospitalien auf die rechten Armen und Dürfftigen, welche ihr Brodt nicht mehr gewinnen können, angewendet, und also zum Besten angeleget werden möge.

Administratio ipsa fidem & diligentiam desiderat.

§. LIII. Denique (III) *administratio rerum* ad hospitalia pertinentium singularem postulat *fidem, diligentiam,* & *sollicitudinem.* Neque enim tantum administratores sunt instar *tutorum* & *curatorum,* quibus æquiparantur in *clem.* 2. *h. t.* sed etiam, quod magis est, *patrimonium pauperum,* quod DEI recte vocatur, sub sua habent administratione. Aiunt patres in *concil. Mediol. IV. de anno* 1576. *P. III. c.* 12. apud HARDVIN. *tom. X. concil. p.* 940. satis accommode ad rem: *Munus, quod gerunt, sæpe sibi proponant eiusmodi esse, in quo non profanæ cuiusquam administrationis negotiive, sed sanctæ spiritualisque actionis partes atque officia DEO gratissima caritatis opera exsequantur, pie, religiose & quam diligentissime.* In præcedentibus adhuc expressius officium fidelium administratorum depingitur: *Quicunque piorum locorum administrationem procurationemve suscipiunt gerantve, illud inprimis sæpe meminisse debent, se pauperum, pupillorum, viduarum, senum, egestati aut ægritudini laborantium, peregrinorum & aliorum & id generis hominum, aliena ope egentium, prout propria vniuscuiusque loci instituta ratio est, curam sustinere, & illam quidem tanti esse, vt cum potissimum episcopo, tanquam communi omnium, & eorum præcipue miserabilium hominum parenti, ea sacrosanctis canonum legibus commissa sit; tum quicquid in illos vel misericordiæ vel beneficii, vel operæ, vel opis, vel officii confertur; quicquidue rursus damni, detrimenti iniuriæue infertur, id omne Christus dominus sæpe in euangelio demonstrat in se collatum aut illatum esse, ac propterea se in die iudicii, prout bene illis factum aut neglectum omissumve in eorum necessitatibus subleuandis erit, retributurum. Quare primo ii valde curent, vt in omnibus suscepti muneris partibus satisfaciant; deinde videant, vt nihil quicquam a curæ, quam gerunt, ratione alienum vllo modo pactione admittant: tum id sollicite studeant, vt quæ officia illis pro administrationis susceptæ munere debent, obeant, atque adeo præstent omni piæ caritatis affectu; ob oculos maxime in iis ipsis proposito semper Christo domino, cui illis & alendis & vestiendis cibum, potum, vestitum aliamve curam atque operam ministrant.* Quæ cum ita sint, exactam diligentiam,

Digitized by Google

tiam, qualem optimus paterfamilias rebus ſuis adhibere ſolet, impendere, & ſic ad minimum culpam leuem præſtare debent, imo forſan adhuc maiorem, vt res pauperum & miſerabilium perſonarum intacta & illibata conſeruetur. Præſtatio enim culparum potiſſimum determinanda eſt ex grauitate & pondere negotiorum commiſſorum, vt oſtendi *diſſ. de cauſ. arduis & maior. c. II.* §. 20. Sicuti vero hæc adminiſtratio, prout dictum eſt, inſignem & præcipuam fidem, curamque deſiderat maximam, & *cauſis arduis* recte accenſeri debet, ita quæuis culpa ab adminiſtratoribus præſtanda.

§. LIV. Secundum hæc principia anno 1716. menſ. Nou. facultas iuridica in caſu, quo œconomus *defraudationibus occultis*, prout referebatur, non leuia damna hoſpitali dediſſe arguebatur, ita reſpondit ſecundum ea, quæ *in facto* adducta ſunt: Quod reſponſo illuſtratur.

Hat ein gewiſſer Vorſteher des Hoſpitals zu N. ſeinem Eyd und Pflicht gemäß, eine genaue Unterſuchung derer eingeriſſenen Mißbräuche und daher cauſirten groſſen Verfalls dieſes Armen-Hauſes angeſtellet, und dabey ſeinen collegen vorgeſtellet, daß das Hoſpital in kurtzer Zeit gantz eingehen würde, nachdem man nicht allein von der erſten Stifftung gäntzlich abgewichen, ſondern auch die Beſtellung der menage an ſich ſelber ſo übel eingerichtet wäre, daß von demjenigen, was den Provenern zu ihrem Unterhalt deſtiniret ſey, nicht einmahl die Helffte denenſelben gereichet, inmaſſen von denen 22074. Pf. Fleiſch nur 9958. Pf. denen Provenern gelieffert würde, und alſo mehr als die Helffte verlohren ginge, wobey denn vornehmlich deutlich gewieſen worden, daß der ietzige œconomus der vornehmſte Urheber ſolcher Unordnung und Gebrechen ſey, und um deſto eher caſſiret werden müſſe, weil er nicht allein ſeiner Perſohn wegen inhabilis ſey, ſondern auch ſich ſonſten wegen ſeiner übeln adminiſtration ſeines Amts verluſtig gemacht, welches alles doch die andern Herren Vorſteher in keine conſideration ziehen wollen: Daher gefraget wird:

1) Ob N. wegen der überführten defraudationes nicht gehalten ſey, dem Hoſpital völlige Erſtattung alles deſſen, was man beweißlich machen kan, von ihm verwahrloſt zu ſeyn, zu thun?
2) Ob nicht die Herren Vorſteher nach ihrem Gewiſſen obligiret ſind, denſelben ab officio zu remouiren, und

zu Ergäntzung des durch ihn cauſirten Schadens anzuhalten?

Ob nun gleich bey der erſten Frage vor N. angeführet werden möchte, daß er noch zur Zeit keiner defraudationum überführet, und, worin ſolcher Schade beſtehen ſoll, gezeiget worden, deficiente autem damno, de reſtitutione eius fruſtra quæritur,

B. HARPRECHT. *reſp.* 98. *n* 174.

welches dann auch in dubio billig zu præſumiren, cum quilibet adminiſtrator pro ſe præſumtionem habeat, quod officio ſuo bene functus fuerit, donec contrarium probatum fuerit,

c. 11. *X. in f. de præſumt.*

MYLER. ab EHRENB. *in hyparch. c.* 10. § 2. *ſeqq.*

und dahero vor allen Dingen euidens probatio defraudationis & damni dati erfordert wird, wobey denn auch bey dem angegebenen Schaden den œconomum exculiren möchte, daß die Vorſteher ſeine Haushaltung bishero gebilliget, und wegen Abgang des Fleiſches und Verkauffung des Fettes keine defecte gezogen, ja nicht einſten, laut *p.* 11. der **gedruckten** *motiuen*, ihn zu Erſtattung des verkaufften Fettes angehalten, oder dem Hoſpital reſeruiret, und er alſo die Rechts-Regul, ad iura remiſſa non dari regreſſum, vor ſich habe, auch darin nichts ferner ihm beygemeſſen werden könne, was die Vorſteher einmahl approbiret, cum quod ſemel approbatum, amplius reprobari nequeat.

l. 9. *D. de negot. geſt.*

Weil aber dennoch 1) allhier nicht de damno in priuatæ rei adminiſtratione dato, vbi remiſſioni locus eſſe poteſt, ſondern vom Schaden, ſo denen Armen im Hoſpital durch übele Verwaltung des œconomi zugefüget iſt, die Rede iſt, in welchem der Vorſteher factum, wenn daraus eine approbatio erzwungen werden ſolte, dem Hoſpital nicht præiudiciren mag, zumahl die Vorſteher billig zu bedencken haben, daß ſie denen bonis pauperum tanquam ſibi commendatis, non tanquam propriis vorgeſetzet ſind,

concil. Carthag. IV. c. 31.

adeoque hoſpitalium adminiſtratores potius tutoribus & curatoribus quam ſimplicibus procuratoribus æquiparantur,

clem. 2. *de relig. domib.*

HARPRECHT. *vol. nou. conſ.* 31. 67

und

Digitized by Google

und dahero denen Rechten und ihren beſondern Pflichten nach allerdings verbunden ſind, davor zu ſorgen, ne quid pauperibus ſubtrahatur,

THOMASSIN. *P. III. de eccl. diſcipl. lib.* 3. *c.* 32. §. 2.

Dannenhero auch, wenn man 2) gleich dem œconomo bey der Rechnung nachgeſehen, und das veruntraute und den Armen entwandte nicht gefordert, dadurch dennoch derſelbe a reſtitutione damni dati nicht befreyet werden mag, cum ſicuti gratioſa remiſſio adminiſtratori rerum ciuitatis facta, ſit ipſo iure nulla, ita quoque quod gratioſe ſit in perniciem hoſpitalium, nullius momenti cenſendum eſt;

arg. l. 12. C *de tranſact.*

Wiewohl auch 3) dergleichen remiſſio allhier nicht einſten anzutreffen, vielmehr die Herren Vorſteher durch unterſchiedl. actus, welche in den gedruckten *motiuen p.* 10. & 11. angeführet ſind, ihre diſplicence zu verſtehen gegeben, und daß die Erſetzung des Schadens damahls nicht ſo fort gefordert ihme keine exception geben mag, in übrigen 4) der Schade, und daß der ged. œconomus von dem denen Armen deſtinirten Unterhalt vieles unterſchlagen, aus den angeführten factis ziemlich am Tage lieget, indem in den gedruckten *motiuen p.* 7. *ſq.* erwieſen, daß er von dem eingeſchlachteten Fleiſch nicht einſten die Helfte den Pröbenern gereichet, und das übrige auf den Abgang wegen der Knochen und Einſieden gerechnet, welches doch, Hauswirthſchaffts-verſtändiger Leute Urtheil nach, einen ſo groſſen Abgang nicht bringen kan, ingleichen vor den Brunnenmeiſter jährlich 4. Rthl. 8. Schl. angeſetzet, ſo derſelbe nicht bekommen, das Fett zu ſeinem Nutzen verkauffet, und den Armen entzogen, deſſen er nicht allein durch das beyliegende inſtrumentum notarii noch neulich überführet iſt, ſondern auch ſchon darüber anno 1704. zur Rede geſetzet, und er auf die Ordnung verwieſen worden, worin ſolches dem œconomo expreſſe unterſaget worden,

vid. *motiu. p.* 7.

auch ſonſten denen Rechten und Billigkeit gemäß iſt, cum nihil æquitati tam congruum ſit, quam vt, quæ ad vſum pium deſtinata, in eundem vertantur,

HARPRECHT. *vol. nou. conſ.* 4. *n.* 13.

vnde etiam necatores pauperum dicuntur, qui illa, quæ pauperibus deſtinata ſunt, ſibi vindicant.

con-

concil. Aurel. V. c. 13. *&* 26.
THOMASSIN. *cit. l. c.* 29. §. 2. *&* 4.
GERHARD. *du* BOIS *in hiſt. eccl. Pariſ. tom. II. lib.* 16. *c.* 7. §. 6.

quippe quæ mera depoſita pietatis ſunt,

TERTVLL. *in apol. c.* 39.

vt, qui ea, quæ ex tali reditu veniunt, in ſinus ſuos colligunt & pauperes fraudant, & fame conficiunt, grauiſſime peccent,

c. 7. *in f.* C. 11. *q.* 2.
c. 23. C. 12. *q.* 1. *in f.*

proinde quod pauperibus ablatum, omnino reſtituendum,

c. 18 C. 12. *q.* 2.
c. 32. *ibid.*

quia œconomus non prædo, ſed diſpenſator pauperum fidelis eſſe debet,

l. 33. §. 4. C. *de epiſc. & cler.*

zu geſchweigen, was er an Holtz und Kohlen verkauffet, bey reparirung des Hauſes verwandt zu haben berechnet, welches eine ſolche exceſſiue ſumme ausmachet, die keine fidelem adminiſtrationem arguiren, vielmehr dieſer wegen genaue Erkundigung einzuziehen, allerdings den Vorſtehern Gelegenheit giebt: und wenn auch der Schade noch geringer ſeyn ſolte, dennoch ſolcher keinesweges zu negligiren, da nicht allein in der angezogenen **Ordnung** expreſſe enthalten, daß, woferne der Küchen-Wirth oder Frau betreten würde, daß dieſelbe denen Armen etwas, **es wäre klein oder groß**, zum Schaden oder Nachtheil gehandelt, ſie davor ſtehen ſolten, ſondern die Rechte ſolches durchgehends beſtätigen, quacunque enim in re œconomi res pauperum minuiſſe vel læſiſſe vel proprium quæſtum quæſiſſe videbuntur, reſtituant,

l. 42. §. 5 C. *de epiſc. & cler.*
concil. Nannet. c. 10.

quippe quod inſtar ſacrilegii habetur, et olim reſtitutione quadrupli puniebatur.

c. 10. C. 12. *q.* 2.

So erhellet hieraus allenthalben ſo viel, daß der œconomus ſo wol wegen bereits überführten als noch zu überführenden defraudationen dem Hoſpital völlige Erſtattung thun müſſe.

End-

Digitized by Google

Endlich ſo viel die letzte Frage betrift, ob wohl die Hrn. Vorſteher ſich bishero geweigert, gegen den Oeconomum gebührend zu verfahren, und vor ſich die præſumtion haben, daß ſie ihm zu Liebe ihr Gewiſſen nicht werden hindangeſetzet haben.

Weil aber dennoch davon, was bishero geſchehen, kein Schluß auf die Schuldigkeit derer Herren Vorſteher zu machen, cum non exemplis, ſed legibus iudicandum ſit, und was etwa unterlaſſen, durch gebührende Vorſtellung noch erſetzet werden kan, in übrigen aus denen vorhin angeführten Umſtänden richtig und klar iſt, daß die Herren Vorſteher allerdings in ihrem Gewiſſen verbunden ſind, davor zu ſorgen, daß das Veruntrauete dem Hoſpital gut gethan, und der bisherige Oeconomus nach ihrer alten Ordnung abgeſetzet werde, zumahl ſie wiſſen, quod res pauperum non ſint noſtræ, quarum procurationem tantum gerimus, adeoque proprietatem earum damnabili vſurpatione nobis vindicare non debemus,

AVGVSTIN. *epiſt.* 50.

neque vero iuſtum eſt, prouiſorem ea, quæ ſub prætextu eorum, qui ſub eius cura ſunt, accipit, non pro ipſis vel in ipſos impendere, ſed proprio lucro applicare, timore Dei contemto,

l. 42. §. 6. *C. de epiſc. & cler.*

zumal die conniuentia denen Herren Vorſtehern ſelbſten zum groſſen Schaden und Nachtheil gereichen wird, vtpote qui ſunt conſtituti, vt ſint obſeruatores actus oeconomi & cuſtodes, imputabiturque eis, cur, ſi male eum verſari viderunt, ſuſpectum eum non fecerunt,

arg. l. 3. §. 2. *D. de admin. & peric. tut.*

Sie auch darneben, denen bekanten Rechten nach, in ſubſidium dem Hoſpital zu Erſetzung alles Schadens verbunden bleiben würden, quippe qui tutoribus & curatoribus æquiparantur, nec ad hoc dantur, vt bona hoſpitalium mergantur, ſed vt conſeruentur,

HARPRECHT. *vol. nou. conſ.* 69. *n.* 77. *& conſ.* 58. *n.* 132.

Endlich die Verantwortung, nunmehro, da die defraudationes an dem Tage liegen, deſto gröſſer werden würde, wenn ſie ihrem Gewiſſen nach die Unterſuchung unterlaſſen ſolten, neque enim a culpa immunis eſt, qui in ea, in quæ inquirere debebat, non inquirit,

FELICIVS *de ſociet. c.* 21. *n.* 84.

CRAVETTA *conſ.* 115. *n.* 3.

imo & ille quoque damnum dediſſe intelligitur, qui cauſam damni præbet, nec euitat, quod euitare poterat & debebat.

l. 27. §. 3. *ad L. Aquil.*
CYRIACVS *contr.* 358. n. 30.
HEESER. *de rat. redd. loc.* 10. *n.* 28. *sqq.*

So ſind dahero die Vorſteher allerdings ihrem Gewiſſen nach verbunden, den ietzigen Oeconomum zu remouiren, und ihn zu Erſetzung des durch ihn dem Hoſpital zugefügten Schadens anzuhalten. V. R. W.

Ita ad *narrata* reſpondit Facultas iuridica, nec aliter ſecundum *principia iuris adducta* reſpondere potuit. Multa tamen *in facto* nobis relato fuiſſe poſtea negata, in publico ſcripto 1718. ſub titulo: abgenöthigte Ehrenrettung edito, obſeruaui, adeoque non tam de *iure* quam de *facto* ſuperſuit diſceptatio.

Rationes reddendæ ſunt ab his adminiſtratoribus. Quibus omnino obnoxii ſunt, non obſtantibus legibus antiquis,

§. LV. Quo vero eo minus negligentiæ adminiſtratorum & quorumcunque præfectorum locus relinqui, & per conniuentiam quid committi poſſit, ſingulis annis *rationes* ſunt reddendæ & excutiendæ. Equidem an rationibus reddendis obnoxii ſint orphanotrophi, dubitari poſſet ob *l.* 32. *C. de epiſc. & cler.* vbi imperatores de *orphanotrophis* Conſtantinopolitanis ita diſponunt: *huiusmodi pium atque religioſum officium pro tempore orphanotrophos ita peragere conuenit, vt minime ratociniis tutelaribus ſeu curationibus obnoxii ſint.* Addunt rationem: *graue enim atque iniquum eſt, callidis quorundam (ſi ita contigerit) machinationibus eos vexare, qui propter timorem DEI parentibus atque ſubſtantiis deſtitutos minores ſuſtentare atque velut affectione paterna educare feſtinant.* Idem IVSTINIANVS poſtea repetiit in *nou.* 131. *c.* 15. & tamen IDEM in *l.* 42. §. 2. *C. de epiſc.* œconomos rationibus reddendis obnoxios fecit, & cum iis pari iure frui debere *xenodochos & orphanotrophos* cenſuit in *nou.* 123. *c.* 23. vt inde concludendum ſit, inter *œconomos & orphanotrophos* haud diſtinguendum eſſe. Nec nodum ſoluunt, qui cum GOTHOFREDO *in not.* aſſerunt, *orphanis* non eſſe rationes reddendas, ſed *epiſcopo;* cum generaliter diſponant adductæ leges, eosque ab omnibus rationibus reddendis abſoluant. Forſan imperatores ſeſe compoſuerunt ad mores quorundam epiſcoporum Cpolitanorum, qui ea fidelitate & probitate res *orphanorum* gerendas eſſe cenſuere, vt ne quidem ab adminiſtratoribus rationes exigi poſſint. Hac perſuaſione prorſus ſingulari imbutus GREGORIVS NAZIANZENVS, *vt ne redituum quidem & adminiſtrationis rationem ab iis, qui eccleſiæ negotia procuraſſent, repetierit; nec ſupellectilis ſacræ deſcriptionem; cauponum verius quam eccleſiaſticorum virorum id eſſe ſtatuens, ac præſectorum,*

non

Digitized by Google

non epiſcoporum; atque his rebus omnes erudiens, vt conſcientiæ puritatem potius DEO offerant, quam vt rationibus referendis muneris ſui adminiſtrationem hominibus probare niterentur. Vid. GREGORIVS presbyter *in vita Nazianz.* His moribus inſtructos eos eſſe voluere imperatores LEO & ANTHEMIVS *cit. l.* 32. vt ne quidem rationes ab eis eſſent exigendæ. Aſt cum rariſſimi tam inſigni integritate præditi deprehenderentur, & leges non piis & pura mente præditis, ſed ignauis, perditis, & improbis ſcribantur, neceſſum fuit, exemplo tutorum eos rationibus reddendis ſubiicere, quod IVSTINIANVS in *nou.* 123. *c.* 23. demuo repetiit, vt mirum ſit, eum in *nou.* 131. *c.* 15. repetiiſſe legem LEONIS & ANTHEMII, quæ tamen non *vniuerſalis* eſt, ſed ad Conſtantinopolin reſtricta. En mobilitatem & imprudentiam ingenii TRIBONIANEI, quod nullibi expreſſius quam in legibus appareat. Verum non diutius huic immorandum dubio, cum *decreta conciliorum* id, quod in *l.* 42. §. 5. *C. de epiſc & cleric.* conſtitutum eſt, confirment.

§. LVI. Videlicet ſecundum *cit. l.* ſingulis annis ab his adminiſtratoribus rationes epiſcopo ſunt reddendæ. Quamuis enim hi alias cum *tutoribus & curatoribus* comparari ſoleant, *l.* 32. *C. de epiſc. nou.* 131. *c.* 15. *elem.* 2. *h. t.* hi vero *de iure ciuili* ſingulis annis rationum reddítioni haud ſint obnoxii, quæ regulariter demum, finita tutela & cura, exigitur: aliud tamen *de iure ciuili* in his adminiſtratoribus conſtitutum eſt, quod indicium præbet, ſollicitudinem, quæ iis incumbit, longe præſtantiorem maioremque iudicatam olim fuiſſe, creditumque, non vnice normam, tutelis datam, attendendam eſſe. Ipſe IVSTINIANVS in *l* 42. §. 5. *C de epiſc. & cleric.* hanc legem ſingulariter *hoſpitalibus* dedit, & in duobus maxime receſſit a doctrina *tutelis* præſcripta. Primum eſt, *vt ſingulis annis rationem referant ſanctiſſimo epiſcopo ſuæ adminiſtrationis; & quacunque in re videbuntur res eccleſiaſticas minuiſſe vel læſiſſe, vel proprium quæſtum quæſiſſe, hoc eccleſiaſticis rebus reſtituant.* Idem repetitum in conciliis. In *Arelatenſi* anno 1620. celebrato, *c.* 13. apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p.* 515. ius commune expreſſe confirmatum: *ordinamus & ſtatuimus, prout in iure cauetur*, *vt* -- ANNIS SINGVLIS, *ipſis inſtitutoribus ſuis. vel deputatis ab eis, rationem de omnibus reddant.* Similiter in *concilio Viennenſi*, quod in *clem. 2. h. t.* refertur, cautum eſt, *vt ordinariis ſeu aliis, quibus ſubſunt loca huiusmodi, vel deputandis ab eis,* ANNIS SINGVLIS *de adminiſtratione ſua teneantur reddere rationem.* Denique concilium Tridentinum *ſeſſ. XXII. de reform. c.* 9. & *Mediol. IV. de anno* 1576. *P. III. c.* 12.

et quidem ſingulis annis.

quod & in conciliis cautum,

Digitized by Google

& legibus Germanicis.

apud HARDVIN. *tom. X. concil. p.* 941. idem corroborant repetuntque. Neque *leges Germanicæ* ab hac dispositione recedunt, sed eam strictè sequuntur. Cautum quippe in *reform. polit. de anno* 1548. *tit.* von *pupillen* und Minderjährigen. §. und dieweil mit den Kirchen-Leuten, Gefällen und Güthern, & in *ordin. polit. de anno* 1577. *tit.* 32. vt tum tutores tum administratores bonorum ecclesiasticorum & piorum locorum *singulis annis* rationes reddant, adeo vt *sponte*, non requisiti, statuto tempore eas offerre debeant. Conf. HEESER. *de ration. reddend. loc. IV.* In *ordin. eccles. Magd. c.* 27. §. 4. & fere plerisque omnibus, præsertim Saxonicis, idem constitutum, quod etiam ex praxi Belgica illustrat. ESFEN. *P. II. iur. eccl. tit.* 37. *c.* 4. §. 6.

Heredes eodem modo tenentur vt administratores piarum causarum.

§. LVII. Alterum, quod IVSTINIANVS in *cit. l.* 42. singulariter constituit, heredes administratorum concernit, vt hi quoque similiter idem, quod defunctus præstare debuit, præstent: Ait: *si vero non redditis rationibus defuncti fuerint, tunc ipsorum heredes subiiciantur tali discussioni, & conueniantur pro restitutione omnium, quæ ex ea causa debere illos, constiterit.* Similiter *in nou.* 123. *c.* 23. *Si quis autem ex ecclesiasticis, cui aliqua talis dispensatio credita est, ante rationum expositionem & debitorum solutionem moriatur, iubemus eius heredes simili modo & rationibus & exactionibus subiacere.* Mitius alias cum heredibus *tutorum & curatorum*, & qui his annumerari solent, proceditur, vt ex gesto defuncti tantum de *dolo* & *lata culpa* teneantur, nisi lis iam cum defuncto fuerit contestata. *l.* 1. *C. de hered. tut. & cor. l.* 4. *D. de fideiuss. & nominat. l.* 4. *& 6. D. de magistr. conueniend.* Id vero ad administratorum, de quibus hic agitur, heredes haud esse extendendum, euincunt verba adducta, ex quibus liquet, heredes pro restitutione *omnium* quæ ex illa causa debere administratores constiterit, conueniri posse, adeo vt *simili modo* & rationibus & exactionibus obnoxii sint, id quod fauore pauperum miserabiliumque personarum merito constituendum fuit.

Episcopo rationes reddendæ,

§. LVIII. *Forum rationum reddendarum* competens est *ecclesiasticum* de iure communi. Cum enim episcopo *inspectio* in hæc pia instituta commissa sit, merito quoque eidem, tanquam inspectori supremo, rationes reddi debuere, secundum ea, quæ §. *XXIV.* adducta sunt *l.* 42. §. 3. *C. de episc. & cler.* Speciatim in *nou.* 123. *c.* 23. IVSTINIANVS ita edixit: *Oeconomos autem & xenodochos, nosocomos, ptochotrophos & aliorum venerabilium locorum gubernatores, & alios omnes clericos iubemus pro creditis sibi gubernationibus apud proprium episcopum,*

Digitized by Google

pum, cui ſubiacent, conuenirl, & rationem ſuæ gubernationis facere & exigi. Fluxit hoc ex *inſpectione*, epiſcopis demandata, & cura generali pauperum, quæ olim primaria *officii epiſcopalis* pars erat.

§ LIX. In *clem. 2. X. h. t.* præter *ordinarios* & alii admittuntur, quibus rationes reddi debent. Ait pontifex: *ordinariis ſeu aliis, quibus ſubſunt loca huiusmodi, vel deputandis ab eis, ſingulis annis de adminiſtratione ſua teneantur reddere rationem.* Diſtinguendum enim eſt, vtrum ſimpliciter ſubſint *epiſcopo* hoſpitalia; an aliis *fundatoribus*, veluti *ſenatui oppidano* aliisque patronis. Priori caſu rationes *ordinario* loci merito reddendæ; non poſteriori, quo potius ſenatui vel aliis patronis eæ reddendæ ſunt, quippe quibus eo caſu omni iure, maxime inter proteſtantes, ſubſunt, vt ex illis, quæ ſupra adducta ſunt, liquet. Temperamentum tamen hic adiecerunt patres Tridentini *ſeſſ. XXII. de reform. c.* 9. edicentes, quod, *ſi ex conſuetudine aut priuilegio aut conſtitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda eſſet: tunc etiam cum iis adhibendus ſit ordinarius, ita vt aliter factæ liberationes adminiſtratoribus minime ſuffragari debeant.* Cum enim generatim hoſpitalia ſubiecta ſint *epiſcoporum* inſpectioni, non iniquum viſum fuit, eum quoque rationibus reddendis adhibere, imo &, ſi adminiſtratores contumaces ſint, eius iurisdictione eosdem compellere. BONIFACIVS de VITALLINIS *in comment. ad clem. h. t. n.* 107. vel aliis, quibus ſubſunt.

§. LX. Nec ab hoc inſtituto eccleſiæ Romanæ abludunt proteſtantium ordinationes. In *ducatu Magdeburgico* rationes reddi iubentur, in Beyſeyn der Vorſteher, und des Hoſpitals geordneten Inſpectorn, iedes Orts Obrigkeit und des Pfarrers. Vid. *ord. eccleſ. Magd. c.* 27. §. 4. In *Coburg. c.* 28. §. 3. rationes reddi iubentur für den Rath in Gegenwart des Pfarrers. In *ordin. conſiſt. Marchica tit.* 15. *p.* 59. *cautum*, daß ſie ſollen dem Rathe und Pfarrer in Beyſeyn zweyer Perſonen aus den vier Wercken und zween von der Gemeine jährlich beſtändige Rechnung thun, welche Rechnung der Rath und der Pfarrer, auch einer von den Gewercken oder Gemeine verſiegeln, und bis auf der viſitatoren Zukunfft wohl verwahret hinterlegen ſollen, damit ihnen gebührlicher Beſcheid davon gegeben werden könne. In *Guelpherbytana P. I. c.* 21. generatim ſancitum: Ihre Rechnung ſollen ſie mit Schluß eines jeden Jahres ſchlieſſen, und darauf bey Vermeidung 5. Thlr. Straf ihren vorgeſetzten Obern Conſenſus eccleſiarum proteſtantium.

Digitized by Google

bern innerhalb Monaths-Frist einschicken. Ceterum quæ alias in rationibus reddendis obseruanda sint iura, hic intacta relinquo, quippe quæ in hac doctrina a iure communi non recedunt.

TITVLVS XXXVII.

DE

CAPELLIS MONACHORVM ET ALIORVM RELIGIOSORVM.

§. I.

Tenor huius tituli.

POtiora, quæ de *rebus monasticis* pro ratione instituti tradi debuere, absoluta sunt. Vnicum adhuc huius tractationis supereſt caput de *capellis monachorum* seu ecclesiis & *oratoriis*, quæ in monasteriis aliisque domibus religiosis exstrui solent. Habent hæc sacella sua iura peculiaria, & ab aliis ecclesiis, maxime *parochialibus*, magnopere differunt, speciatim enumeranda. Præterea non tantum in his ædibus, quas commemoraui, *capellæ* fuerunt: exstructæ sunt etiam in agris, castellis, villis, cœmeteriis, palatiis, ædibus priuatis, imo ipsis in *ecclesiis cathedralibus*, vnde de his variis *capellarum* speciebus agendum.

Significatio capellæ varia & obscura.

§. II. CAPELLAE significatus varius est, vt ex glossariis SPEELMANNI & CANGII aliisque glossographis liquet. Equidem ANTON. MATTHAEI *ad Anonym. de reb. Vltraiect. p.* 117. capellas ait, *olim fuisse ædes sacras, quas in prædiis suis viri illustres habebant, vbi sacris operabantur, faciente hæc & ministrante iis proprio sacerdote, capellano ob id dicto.* Nec negari potest, hunc significatum esse primarium, & eo sensu quoque monachis *capellas* tribui, aliisque domus religiosas inhabitantibus. Sed vix differentia specifica ab ecclesiis *parochialibus* inde capi potest, ne dicam, solis viris illustribus capellas non fuisse proprias. Videlicet id ex antiquitatibus liquet, *capellas*

Digitized by Google

pellas primitus *oratoria* dicta fuisse, quibus etiam instructa erant monasteria, adeoque, quæ olim inter hæc & *ecclesias publicas* diuersitas fuit, illa etiam *capellis* tribuenda, & inde harum conceptus formandus. Necesse proinde erit, tum de ipsa *capellarum* appellatione quædam adferre, tum *oratoriorum* propria perscrutari iura, a quibus possit progressus fieri ad iura *capellarum monachorum*, quæ speciatim hic tradenda sunt.

§. III. *Capellæ* etymologia in sensu, quo hic occurrit, ambigua & variis subiecta est opinionibus. Eam a *cappa*, vocabulo Francis proprio, deriuandam esse plerique asserunt, vt DV SAVSSAY in *panoplia sacerd. P. I. lib.* 7. *c.* 1. SPEELMANNVS & CANGIVS *in glossar. hac voce*, HOSPINIANVS *de orig. templ. lib.* 3. *c.* 2. Ast vero, quo factum consilio, vt *sacellis* & *oratoriis priuatis* hæc appellatio adscripta assignatue fuerit, non adeo liquet. Quæ de *cappa Martini* episcopi Turonensis vulgo adferri solent, ab HOSPINIANO congesta sunt, nec tædiose repetam, cum, meo iudicio, rem non explicent, sed implicent. Vocem *Cap* esse origine Celticam notauit LEIBNITIVS *in collect. etymol. P. II. p.* 102. certumque est, idem significare quod *tegumentum capitis*, *pileus*, Gallis *chapeau*, quemadmodum etiam *capellus* hoc sensu accipitur, notantibus HENSCHENIO & PAPEBROCHIO *in actis Sanctor. ad* 20. *Martii p.* 157. *& p.* 161. *lit. e.* Generalius *tegumentum corporis* significat, vt notat SPEELMANNVS, quo significatu adhuc hodie Germani in variis prouinciis vtuntur. Sic variæ *cappæ* species, monastica, laica, clericalis &c. hoc sensu occurrunt, de quibus agit DV SAVSSAY *cit. l. c.* 2. Inde *capella* in diminutiuo dicta quasi *breuior cappa*, obseruante CANGIO *voce capella*, seu *breuius* aliquod *tegumentum*, quo corpus vel caput tegitur. Deriuatio eius ambigua.

§. IV. Videtur vero sensu vulgari hæc vox tracta fuisse ad alia *tegumenta & inuolucra*, quibus res pretii alicuius asseruantur & teguntur, & inde non mirandum, etiam *conditoria*, quibus *reliquiæ martyrum* & alia *cimelia sacra* cum vestibus, imo toto denique apparatu missatico asseruata fuere, *cappas* & *capellas* dicta fuisse, notante SPEELMANNO *in gloss. hac voce*, quod hoc tegumento asseruarentur res ad sacrum vsum destinatæ, atque miraculis refertæ, sedula cura asseruandæ & tegendæ, ne quouis aspectu facile vilescerent. Nec capella S. MARTINI meo iudicio in formula MARCVLFI *lib. I. form.* 38. aliud est, quam *conditorium, quo reliquiæ huius sancti asseruabantur*, super quibus iuramenta præstabant; non vero breuior cappa seu vestimentum huius viri, vt opinatur Ad quæuis conditoria hæc vox tracta.

CAN-

Digitized by Google

CANGIVS *hac voce.* Vix enim probabile eſt, hanc cappam tamdiu aſſeruatam fuiſſe, cum maior veneratio ipſis reliquiis huius ſancti ineſſet, quam nudæ eius cappæ. Quicquid vero huius rei ſit, adhuc tamen haud eſt euictum probatumque, ab hac *cappa* MARTINI *capellas* dictas fuiſſe, nec neceſſe eſt, vt ab hac occaſione *remotiſſima* originem rei trahamus, cum *proximior* veroſimiliorque in promtu ſit, a *cappa* vel *capella*, quatenus *tegumentum* quoddam generaliter denotat, deducta.

Peregrinantes in conditorio quoddam reliquias SS. & cimelia ſacra aſſeruabant, quod capella dicebatur.

§. V. Videlicet moris erat peregrinantibus, reliquias ſanctorum ſecum ferre, ad vſum ſacrum, qui ſine illis ex praxi eccleſiæ illius temporis, quæ etiam adhuc continuatur in Romana eccleſia, peragi & rite celebrari non poterat. Repoſitorium, in quo reliquiæ & vaſa ſacra in vſum ſacrorum priuatorum comparata, aſſeruabantur, *capellæ* nomine veniebat, quod eſſet tegumentum & conditorium reliquiarum. EKKEHARD. iunior *in caſ. S. Gall. c.* I. apud GOLDAST. *tom. I. rerum Allem. p.* 15. huius capellæ mentionem facit: *diſpoſuit igitur adhuc viuens, ad titulum S. Petri, cui iam ibat, qui eſt in cimiterio S. Galli, capellam, qua itinerans vtebatur, cum reliquiis & libris & omnibus vtenſilibus ſacris, in quo & corpus illius cum omni honore humatum eſt.* Apud MATTHAEVM Pariſienſem *ad ann.* 1242. *p.* 525. hæc occurrunt; *In hac fuga amiſit dominus rex Angliæ capellam ſuam*, i. e. *omnia ornamenta ſacerdotalia precioſiſſima, & multa alia, quæ longum eſſet enarrare, præter reliquias.* Illuſtrior adhuc locus occurrit in charta PHILIPPI, Flandriæ comitis, *de anno* 1191. apud EDMVNDVM MARTENE & DVRANDVM *P. I. theſ. anecdot.* vbi fecit donationem de *capella ſua, quam*, ait, *mecum defero in itinere Hieroſolymitano.* Addit: *ad quam capellam pertinent duo candelabra argentea, duæ pelues argenteæ, quatuor ampullæ argenteæ, calices duo, vnus aureus, alter argenteus, fiſtula argentea* (addit MARTENE *in not. ad communionem, quæ olim fiebat ſub vtraque*) *caſulæ duæ & duplicia indumenta, thuribulum argenteum, & ornamenta altaris, altaria portatilia duo & cruces tres, philacterium paruum, cum quo pax defertur.* In diplomate *de anno* 1231. apud GEWOLDVM in *addit. ad* HVND. *metrop. Salisb. tom. II. p. m.* 17 *edit. nouiſſ. capellani* officium inter ea collocatur, quod *capellaniæ* ducis *vtenſilia conſeruare debeat*, quæ vtenſilia in *capella* ſeu *conditorio aſſeruabantur.* Et hanc appellationem iam vſitatam fuiſſe ante Carolingorum tempora, euincit formula MARCVLFI iam adducta, ad quam HIERONYMVS BIGNONIVS apud BALVZ. *tom. II. capit. p.* 925.

-Digitized by

925. hæc notat: *Capellam pro capſa dici, in qua martyrum oſſa conderentur, vel hic locus cuincit. Nam & ſuper capſam iurare lex Alaman. h. t. 6 dicit. Sic etiam accipitur in formulis incerti auctoris c.* 3. EVODIVS *de miraculis S. Stephani lib. I. capella argentea, in qua erat reliquiarum portio. Reliquias igitur S. Martini in palatio aſſeruatas innuit hæc formula.* In *breuiario diuiſionis theſaurorum* CAROLI M. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 489 de capella non diuidenda hæc habentur: *capellam, i. e. eccleſiaſticum miniſterium tam id, quod ipſe fecit atque congregauit, quam quod ad eum ex paterna hereditate peruenit, & integrum eſſet, neque vlla diuiſione ſcinderetur, ordinauit.*

§. VI. Breuiter: *conditorium* & *repoſitorium*, quo ſacra hæc cimelia cum reliquiis aſſeruata ſunt, *capellæ* appellationem habuit. Videtur autem mox in morem tranſiiſſe, vt *peculiaris ædicula* aſſeruandis his capellis deſtinata fuerit, maxime, quæ in priuato erant patrimonio; illuſtriores enim eiusmodi capellas habuiſſe, in itinere ſecum duxiſſe, easque inprimis in *expeditionem bellicam* & *vltramarinam* abeuntibus inſeruiiſſe, dictum eſt. Redeuntes ſolebant has *capellas* ſacras oratoriis vel ædiculis includere, quo ipſo factum, vt *oratoria* tali nomen *capellæ* acceperint, quaſi *capellæ* hoſpitium, & tandem quæuis *oratoria*, in quibus cultus miſſaticus haberi poteſt, *capellæ* fuerint dicta, cum absque *reliquiis ſanctorum* & *apparatu miſſatico* cultus hic peragi minime poſſet, adeoque potentiores capellas ſuas, domeſticis ſacris inſeruientes, oratoriis priuatis, in caſtris exſtructis, includerent.

Hæc conditoria quandoque in ædiculis aſſeruabantur ſacris.

Inde oratoria capellæ nomen induere.

§. VII. Hac ratione fontem aperui, vnde iura *capellarum* propria haurienda ſint, non aliunde ſcilicet, quam ex ſcitis eccleſiaſticis circa *oratoria* conſtitutis. Hæc in eo ab *eccleſiis publicis* diſtinguuntur, quod ſint eccleſiæ minores, vtibus ſacris *extraordinariis* & priuatis inſeruientes; *eccleſiæ* autem publicæ omnibus pateant, ſacris publice peragendis deſtinatæ, vt notat MABILLON. *in annal. Benedict. ad ann.* 586. *lib. VII. c.* 38 *in f.* Antequam religio chriſtiana in plenam eſſet libertatem reſtituta, differentia hæc ignota erat. In quocunque loco chriſtiani *ſacrorum cauſa* conueniebant, ibi *eccleſia*: ſi ſub perſecutionibus libertate quadam gaudebant, peculiaria quidem loca, boni *ordinis cauſa*, ſacris ſuis deſtinare ſolebant, quæ tamen non formam *templorum publicorum*, ſed magis *oratoriorum priuatorum* habebant. Reſtituta libertate paſſim *templa* condita, *eccleſiæ publicæ* conſtitutæ, & *oratoria* quoque *priuata* in vſus *extraordinarios* vel priuatos exſtructa. In illis publici con-

Inde iura capellarum haurienda ex legibus oratoriis datis.

Olim oratoria ab eccleſiis non differebant,

ſed tunc demum, vbi templa condita.

Digitized by Google

ventus, ſtatis temporibus, fiebant, h. e. ſacra publica, communia, conſueta: hæc vel priuatis quorundam ſacris vacabant, vel alias in peculiarem vſum applicabantur.

Oratoria ſub ſepulchris martyrum exſtructa,

§. VIII. *Martyrum ſepulchra* in magno apud omnes erant pretio. Iam olim chriſtiani in *die martyrii* ſolemnes conuentus circa illa agere ſueuerunt, imo in more poſitum fuerat, circa illa preces fundere. Hac de cauſa factum, vt *oratoria* ſeu ædiculæ minores ſub ſepulchris his conderentur precum gratia aliorumque ſacrorum, quæ quandoque in his peragebantur. Contemtui quidem hæc ſacra *extraordinaria* habebant, & ſolis eccleſiis publicis, ſacris *ordinariis* deſtinatis, vtendum eſſe conſtituebant, quod reprobauit *concilium Gangrenſe c. vlt. ſi quis ſuperbo affectu utens, & abhorrens conuentus martyrum & ſacra, quæ in eis celebrantur & eorum memorias, anathema ſit.* In *concil. Carthag. V.* anno 401. itidem fit mentio eiusmodi *oratoriorum*, ſimulque *abuſum* quendam ſupprimit: *placuit, vt altaria, quæ paſſim per agros aut vias, tanquam memoriæ martyrum conſtituantur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab epiſcopis, qui eisdem locis præſunt, ſi fieri poteſt, euertantur.* Ad inanes rumores ſæpe talia oratoria in memoriam alicuius martyris hinc inde in viis & agris exſtruebantur, & cultus quidam eis dicabatur, quod non ferendum eſſe cenſebant patres, ſi non liquido conſtaret, ibi martyrem ſepultum eſſe. Atque hæc ſacra quidem erant *extraordinaria*, non *conſueta*, vt illa, quæ in *eccleſiis publicis* ſtatis temporibus per liturgias fiebant.

non ſine abuſu.

Potentiores in caſtris ſuis oratoria exſtruebant priuata,

§. IX. Præterea vero potentiores in caſtellis & agris, in vſus ſuos priuatos ſuorumque paſſim exſtruebant *oratoria*, idque etiam patrum crebra admonitione & approbatione. CHRYSOSTOMVS ſuo tempore auctor ſuaſorque potentioribus fuit, vt pro ſe ſuisque talia oratoria exſtruerent. Sic enim *homil.* 18. *in acta: oro ac ſupplico, & gratiam peto, imo & legem pono, vt nullus, qui habet villam, appareat carere eccleſia. Ne mihi dixeris, prope eſt, in vicina eſt, magnus eſt ſumtus, non magnum commodum: ſi quid habes, inſumendum in pauperes, illuc inſumes melius quam ibi.* In ciuitatibus eccleſiæ publicæ præſto erant, nec in illis *oratoriorum* vlla neceſſitas: illæ deficiebant vt plurimum in agris, ruſticisque impoſita neceſſitas, ad ciuitates ſacrorum cauſa transire; inde patres adhortabantur ditiores, villis inſtructos, vt *oratorium* quoddam exſtruerent.

imo & in ciuitatibus.

§. X. Non deerant tamen, qui etiam in *ciuitatibus* tandem ſibi *oratoria* in ædibus ſuis conſtruerent, quamuis hæc *ſacra priuata* inuiſa eſſent.

Digitized by Google

essent. Multis de causis id non promiscue concedendum singulis arbitrabantur imperatores, tum ne *sacra publica* contemtui haberentur vilescerentque; tum etiam ne hæreticis, quos eliminandos censebant, ansa præberetur, in *priuatis oratoriis* sacris vacare. IVSTINIANVS inprimis *in nou.* 58. restrinxit hanc licentiam exstruendorum oratoriorum. *Et veteribus legibus*, ait, *sancitum est, vt nemini plane liceat domi sanctissima* (missam) *celebrare, sed vt publice sacra & DEI cultum peragi sinat* (*secundum sanctiones, quæ hac de re sacris actis traditæ sunt*) *& nos quoque in præsentiarum hanc legem ferimus, quam firmissime valere volumus. Omnibus enim magnæ huius ciuitatis, quin & totius nostræ ditionis incolis interdicimus, in domibus suis oratoria habere, & in illis sacra mysteria celebrare, ibique ea fieri, quæ a catholica & apostolica doctrina abhorrent.* Quæ tamen non æque permissa in oriente. Cultum missaticum ergo potissimum in iis habendum esse vetat, in quo primaria cultus diuini pars eo tempore & posthac posita fuit: ceteros deuotionis actus in *priuatis oratoriis* exercere suo modo permittit his verbis: *Sed si quidam sacras domus in ædibus suis se omnino putant habere debere, in illis ad preces solum, & quidquam aliud eorum, quæ ad diuinum ministerium pertinent, agatur, permittimus. Neque enim inuidendum illis est, si domus aliquas præter illas habere, in iisque tanquam sacris orare, ab aliis vero omnibus* (sacris scilicet seu actibus religionis) *abstinere velint.* Mox tamen hanc subiicit limitationem, sub qua etiam in *priuatis oratoriis* diuina celebrare mysteria permisit: *nisi tamen quosdam clericos ad illas inuitare velint*, cum consensu episcopi; quo casu etiam liturgia in vniuersum ibi haberi potest, quatenus ad hoc speciatim ab *episcopo* deputati fuerint. In compendio hanc legem retulit GRATIANVS in *c.* 33. *de consecr. D.* 1. qui non tam ex *concilio Aurelianensi*, vt BVRCHARDVS & IVO censuere, sed ex *cit. nou.* desumtus est. Denique & in *synodo Trullana c.* 31. apud EVNDEM *c.* 34. *de consecr. D.* 1. eadem sententia firmata est: *clericos, qui ministrant, vel baptizant in oratoriis, quæ intra domus sunt cum consensu episcopi loci hoc facere præcipimus. Si quis vero hoc non obseruauerit, deponatur.* Quocirca *oratoriorum* seu *capellarum* erectio in ædibus *ciuitatum* non est *absolute* prohibita: id tantum ex suggestione patrum interdictum, ne sacramenta ibidem administrarentur, & in vniuersum *cultus diuinus* haberetur, nisi consentiente episcopo, quem tamen parcius suum consensum interposuisse probabile est, ne *sacra publica* in ecclesiis vilescerent, si cuilibet potentiorum ditiorumque cultum priuatum sibi eligere, integrum fuisset.

Digitized by Google

Leo postea hac liberius permisit.

§. XI. Hisce tamen non obstantibus pruritus in *oratoriis* exstruendis adeo plerosque in oriente occupauerat, vt etiam mediocris fortunæ ciues ea sibi parassent. Indicat id LEO imperator, nec improbat, in *nou.* 4 aiens: *Siquidem cum diuina gratia in omnibus fere omnium non modo potentiorum, sed etiam tenuiorum domibus sacraria* (εὐκτήρια) *DEO erecta sint.* Explicat ibidem LEO philosophus mentem legum anteriorum imperatorum, & *placuit*, ait, *veteribus, vt quæ sacrificia & communiones in priuatis ædibus fiunt, ab illis sacerdotibus, qui ad generales ecclesias pertinent, solis celebrentur.* Episcopi enim erat, clericos ecclesiæ cathedralis ad *oratoria* delegare sacrorum causa; non vero permissum singulis, 1) suis præficere oratoriis presbyteros, suo sumtu alendos; 2) nec aliis parochialibus ecclesiis præfectis integrum erat officium sacrum ibidem peragere. LEO multa in *cit. nou.* 4. & 15. innouauit, constituitque, vt sacerdotes non tantum ecclesiæ generalis seu cathedralis, sed etiam aliarum ecclesiarum parochialium ab his, qui *oratoria* possident, aduocari possint, pro cultu diuino in iis celebrando, idque sine *speciali episcopi* permissione, quæ olim necessaria erat.

Rationes huius libertatis exstruendi oratoria.

§. XII. Hoc ipso derogatum est nouellæ 59. & 131. *c.* 8. simulque in *nou. Leonis* 15. noua extensio facta vt etiam præter sacrificia *baptismus* in priuatis oratoriis peragi posset, ex hac ratione, *quod nunc diuina gratia omnes peruersæ opiniones essent profligatæ*, & sic nullum hæreseos propagandæ periculum ex priuatis oratoriis amplius immineret. Non immorabor huic rationi, quæ magis *prætextum coloremque*, quam *adæquatam causam* constituere videtur. Nunquam gliscentes hæreses quieuerunt, maxime in *oriente*, tot opinionum varietate scissa: Veritati magis consentaneum est, vt adseramus, LEONEM libertati sacrorum magnopere fauisse, & *monopolio sacro* dicam scripsisse. Neutiquam ergo mirandum, THEOPHILVM *in paraphrasi instit. lib.* 2. *tit.* 1. §. 8 rebus sacris præter ecclesias etiam annumerasse τὰ μαρτυρεῖα *sacella martyrum*, καὶ τὰ εὐκτήρια *oratoria*. Vixit scripsitque THEOPHILVS post LEONIS tempora, quod vel inde liquet, quia nonnulla ex *Basilicis* sua fecit, & quia in oriente *oratoria* consecratione initianda erant solenni, vt sacerdotes rem diuinam in iis facere possent, rebus quoque sacris cum *sacellis martyrum* annumeranda erant, æque vt ecclesiæ publicæ, in quibus cultus sacer *ordinarius* & *publicus* peragebatur.

§. XIII.

Digitized by Google

§. XIII. Pariter magnates in *occidente* oratoria ſua priuata in ædibus, caſtris, ſeu caſtellis habebant, miſſarum ſolennium agendarum gratia, quod ex variis GREGORII M. teſtimoniis probatum dedit THOMASSIN. *P. I. de vet. & nou. eccleſ. diſcipl. lib. II. cap.* 93. §. 7. *ſeqq.* In hiſce *oratoriis*, in agris & villis exſtructis, *extraordinaria ſacra* fiebant, ceu docet *concil. Agath. de anno* 506. *c.* 21. vbi *oratoria hæc a parochiis* hoc modo diſcernuntur, quod in his *legitimus & ordinarius conuentus* fiat, non item in illis, in quibus tantum in quibusdam feſtiuitatibus conceſſum erat, *vt ibi miſſas tenerent propter fatigationem familiæ.* Hac de cauſa in *concilio Epaonenſi anno* 517. celebrato *c.* 25. ſancitum, *ne ſanctorum reliquiæ in oratoriis villaribus ponerentur, niſi forſitan clericos cuiuscunque parochiæ vicinos eſſe contingat, qui ſacris cineribus pſallendi frequentia famulentur. Quodſi illi defuerint, non ante proprii ordinentur, quam eis competens victus & veſtitus ſubſtantia deputetur.* Si cultui *ordinario* oratoria inſeruiiſſent, prohibitio hæc ceſſare debuiſſet. Nec ſufficiebat aliquis aut rarior cultus: pſallendum erat frequentiſſime *cineribus ſacris*, adeoque aut vicini presbyteri ibidem rem diuinam frequenter facere, aut proprium ſacerdotem oratorio præficere debuerunt, qui *cineribus ſacris* cultum exhiberet. Ita declinata iam erat res in eccleſia, vt in cultu diuino primaria ratio *cinerum ſacrorum* haberetur, vt crederes, magis his, quam DEO, eum fieri. Poſtquam vero magnates *capellas* ſuas priuatas *oratoriis* incluſerunt, ſacerdotes peculiares, dotatos, illis præficere debuere, qui quotidie *miſſam* vel *liturgiam* ibi celebrarent, prout vſus *miſſarum priuatarum* poſtulabat.

vſus oratoriorum in occidente in villis,

in quibus ſacra extraordinaria fiebant,

quibus presbyteri tandem præpoſiti.

§. XIV. Nec tantum per *concilia*, ſed etiam per *leges antiquas* oratoriis, quæ iam paſſim *capellæ* ob rationem ſupra allatam vocantur, iura ſingularia ſunt data. In eo tamen differentia fuiſſe videtur, quod eſſent oratoria ſine *capellis*, h e. ſine reliquiis ſanctorum aliisque ſacris vaſis ornamentisque; alia vero his inſtructa, quæ *capellæ* nuncupatæ videntur. Illorum vſus frequentiſſimus teſte ODONE abbate Glannafolienſi & Foſſatenſi, qui ſecalo IX. floruit, & *hiſtoriam translationis S. Mauri* compoſuit, relatam a MABILLONIO *in actis Benedict. ſect. IV. P. II. p.* 150 Refert *c.* 2. Regionem comitem in domo ſua, quæ *Boſcus* vocabatur, oratoriolum compendioſe conſtructum, *vt nobilioribus mos eſt*, habuiſſe, in quo & matutini hymni recitabantur & pſalmi & preces chriſtianæ. Talia facilius ſingulis concedi poterant, ad vſum *domeſticæ devotionis*, quam ea, in quibus *liturgia omnis* explicaretur, id quod ſine *reliquiis ſanctorum* fieri non potuit. Cum vero id nonnunquam magna-

Quædam tamen erant ſine capellis,

ad vſum domeſticæ devotionis,

tes tentarent, in capitularibus id interdictum apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 650. 905. 1171. 1279. *Qui in domo ſua oratorium habuerit, orare ibidem poteſt. Miſſas tamen in eo celebrare non audeat, nec agere cuiquam permittat ſine permiſſu & dedicatione epiſcopi illius loci. Quodſi fecerit, domus illius fiſci viribus addicatur. Comes vero, qui hoc cognouit, & non prohibuit, publica pœnitentia multetur vel honore priuetur.* Preces quidem cum hymnis fundi poterant in loco non-conſecrato haud vero *miſſa* celebrari: hæc *dedicationem loci* poſtulabat, nec ſine reliquiis ſanctorum peragi poterat, nec ſine auctoritate epiſcopi.

non ad miſſam celebrandam.

Quædam cum capellis & conſecratione,

§. XV. Parcius *oratoria conſecrata*, quæ *capellæ* nuncupatæ, habebant, ad quorum exſtructionem *conſenſum epiſcoporum* deſiderabant, quem ægre & non ſine difficultate interponebant, ne cultus *ordinarius & publicus* cum clero eidem adſcripto in *ciuitatibus* detrimentum caperet. Si *extra ordinem* hæc gratia potentioribus indulgebatur, *dos* erat eidem conſtituenda, vnde *ſacerdos* ſuſtentari poſſet. In *capit. de anno* 830. apud BALVZ. *tom. I capit. p.* 401. *c.* 21. hac de re ita cautum: *Vt qui oratorium conſecratum habet vel habere voluerit, per conſilium epiſcopi de ſuis propriis rebus ibidem largiatur, vt propterea illi vici canonici non ſint neglecti.*

& dote certa,

vt in palatiis regum,

§. XVI. Regibus facilius hæc indulta fuit gratia, vt oratoria in ſuis palatiis *conſecrata* haberent, quippe quibus erant ſuæ *capellæ*, quas reduces ex bello vel itinere oratoriis includere ſolebant. Præficiebant his proprios ſacerdotes ſeu *presbyteros capellanos*, vt vocantur in capitularibus apud BALVZ. *tom. I p.* 824. inde dictos, quod *capellæ* regiæ, quæ in bello vel itinere regem comitabatur, eſſent præfecti. Diſerte *lib. VII. cap.* 123. apud BALVZ. *tom. I. capit.* 1049. clericis prohibetur in hoſtem pergere, *niſi illi tantummodo, qui propter diuinum miniſterium, miſſarum ſcilicet ſolennia adimplenda, & ſanctorum patrocinia portanda ad hoc electi ſunt, i. e. vnum vel duos epiſcopos cum* CAPELLANIS PRESBYTERIS *princeps ſecum habeat.* Dicebantur etiam in *capella regis habitare, capit. Carol. M. de anno* 794. *c.* 36. apud EVNDEM *cit. l. p.* 268. quod indicium præbet, has capellas in *palatiis regum* fuiſſe ampliſſimas, vt etiam *capellani* circa eas habitare & commorari poſſent. Eodem ſenſu dicti ſunt *de capella regis eſſe* in *capit. de villis de anno* 800. apud EVNDEM *cit. l. p.* 333. *c.* 6. qui a ceteris presbyteris clericisque in eo differebant, quod parochiam certam non haberent, nec beneficium *curatum*, vt loquuntur, ſed *ſimplex*, nul-

quibus capellani præfecti,

nullam adeo animarum curam annexam habens. Proinde quoque non æquum iudicabatur, vt decimæ ecclesiis ordinariis seu parochis destinatæ subtraherentur, & *capellis* seu *nouis oratoriis* attribuerentur; *c.* 43. *C.* 16. *qu.* 1. *lib. II. capitul.* 39. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 748. multo minus vt *oblationes* in *capellis* pendente missa factas, capellani sibi attribuerent, quod parochis hæ cum decimis essent assignatæ in victum & sustentationem, *c.* 43. *C* 16. *q.* 1. quamuis *iure recentiori* id varie immutatum fuerit, numero capellarum admodum aucto, prout declarat ESPEN. *P. II. iur. eccles. tit.* 33. *c.* 10. *sqq.*

sine decimis & oblationibus.

§. XVII. Cum vero plura essent *palatia* regum Francorum, adeo vt singulæ prouinciæ his essent instructæ, de quibus videndi SCHILTERVS *tom. I. iur. publ. lib. IV. tit.* 4. §. 2. THOMAS REINESIVS *de palat. Lateran. p.* 11. *sq.* capellarum quoque *palatinarum* & *dominicarum* non minimus erat numerus, quas *iure suo* reges in palatiis suis exstruebant. Non tamen sine inuidia & dolore episcoporum. Regum vestigia proceres vt plurimum premebant, rati id honori suo cedere, si præ plebe eminerent, singulique suos *domesticos sacerdotes* seu *capellanos* haberent. Non rectius hanc litim restingui posse censebant episcopi, quam si ipsimet reges iure suo parcius vterentur. Auctores ergo regi fuerunt, vt sacra illa domestica & priuata, quibus aulici, relictis ecclesiis ordinariis, intererant, in capellis palatinis coërceret restringeretque. Indixerat LVDOVICVS pius *concilium Parisiense VI.* anno 829. pro corrigendis moribus & emendandis defectibus celebrandum. In hoc patres *lib. III. c.* 19. hæc constituere: *De presbyteris & capellis palatinis contra canonicam auctoritatem & ecclesiasticam honestatem, inconsulte habitis, vestram monemus solertiam* (regem intelligunt) *vt a vestra potestate inhibeantur, quoniam propter hoc & honor ecclesiasticus vilior efficitur, & vestri proceres & palatini ministri in diebus solemnibus, sicut decet, vobiscum ad missarum celebrationes non procedunt.* Vid. HARDVIN. *tom. IV. concil. p.* 1357. Neque enim reges credebantur a *lege parochiali* excepti. Metropolitanus se ordinarium regis sacerdotem & quasi parochum profitebatur, vt adhuc ex more antiquo edisserit MENOCHIVS *cons.* 389. *n.* 30. aiens: *rex Francorum, etiamsi assidue vagetur, & nunquam Parisiis moretur; quia tamen in metropolitana ciuitate præcipuum habitaculum habere præsumitur, eius ciuitatis archiepiscopo tanquam proprio sacerdoti subiicitur.* Rex & regina Angliæ *speciales & domestici parochiani archiepiscopi Cantuariensis* dicuntur EADMERO *lib. VI. histor. pr.*

Plures erant capellæ regiæ prout palatia plura erant,

sed harum capellarum vsus restrictus,

quia nec reges a parochiis exemti.

Cum

Cum itaque reges sacra hæc publica fere negligerent, *domesticis* contenti, & ad horum exemplum magnates componerentur, hunc defectum abolendum esse credidere. Annuit desiderio episcoporum LVDOVICVS pius edixitque *lib. V. capit.* 324. apud BALVZ. *tom. I. cap. p.* 896. *placuit nobis, vt sicut ab episcopis & reliquis sacerdotibus ac DEI seruis admoniti fuimus, nec capellæ in palatio nostro vel alibi absque illa nostra sine permissu vel iussu episcopi, in cuius est parochia fiant.*

Nihilominus & proceres oratoria priuata habuere.

§. XVIII. Sine dubio huic concilio interfuit AGOBARDVS, Lugdunensis archiepiscopus, anno 813. ad hanc sedem admotus, qui in libro *de priuil. & iure sacerdot.* §. 9. *p* 134 *ex edit. Baluz.* abusum insignem, circa *domestica sacra* passim commissum, notat. Præmittit varia testimonia ex sacris de dignitate sacerdotii & his subiicit sequentia, morem istius ævi corruptum repræsentantia: *Hæc pauca veteris ac noui testamenti collegimus testimonia, in quibus quasi in speculo contueri valeamus fœditatem nostri temporis omni lacrymarum fonte plorandam, quando increbuit consuetudo impia, vt pene nullus inueniatur anhelans & quantumcunque proficiens ad honores & gloriam temporalem, qui non* DOMESTICVM *habeat* SACERDOTEM, *non cui obediat, sed a quo incessanter exigat licentiam simul atque inclitam obedientiam non solum in diuinis officiis, verum etiam in humanis; ita vt plerique inueniantur, qui aut ad mensas ministrent, aut saccata vina misceant, aut canes ducant, aut caballos, quibus feminæ sedent, regant, aut agellos prouideant. Et quia tales, de quibus hæc dicimus, bonos sacerdotes in domibus suis habere non possunt, (nam quis esset bonus clericus, qui cum talibus hominibus deboneslari nomen & vitam suam ferret?) non curant omnino, quales clerici illi sint, quanta ignorantia cæci, quantis criminibus inuoluti; tantum vt habeant presbyteros proprios, quorum occasione deserant ecclesias seniores & officia publica. Quod autem non habeant eos propter religionis honorem, apparet ex hoc, quod non habent eos in honore. Vnde & contumeliose eos nominantes, quando volunt illos ordinari presbyteros, rogant nos aut iubent dicentes: habeo vnum clericionem, quem mihi nutriui de seruis meis propriis aut beneficialibus siue pagensibus; aut obtinui ab illo vel illo homine siue de illo vel illo pago: volo, vt ordines eum mihi presbyterum: Cumque factum fuerit, putant ex hoc, quod maioris ordinis sacerdotes non eis sint necessarii, & derelinquunt frequenter publica officia & prædicamenta &c.*

Quibus domesticos sacerdotes præponebant,

eosque ad viliora officia adhibebant.

A procerum nutu hi dependebant,

§. XIX. Varia suppeditat hic locus notatu dignissima, ad exornandam iurisprudentiam ecclesiasticam antiquam facientia. 1) Ec-

Digitized by Google

Etenim miniſtri, oratoriis præpoſiti, a magnatum nutu prorſus dependebant: quilibet enim, eiusmodi ſacello inſtructus, *ſacerdotem domeſticum* ſibi eligebat, nominabat, conſtituebat, ſola ordinatione epiſcopo relicta, cui offerebatur, tum vt eum *examinaret*, tum vt *ordinaret*; neque enim ſine *ordinatione* rem diuinam facere poterat. Quia vero id ſæpe epiſcopi recuſabant, horum *ſacerdotum domeſticorum* pertæſi, indeque non raro odia & contentiones inter clericos & laicos oriebantur; *concilium Pariſienſe VI.* antea laudatum, *lib. I. c.* 22. apud HARDVINVM *tom. IV. p.* 1312. *anno* 829. hac de re ita cenſuit: *de* CLERICIS *vero* LAICORVM, *vnde nonnulli eorum conqueri videntur, eo quod quidam epiſcopi ad eorum preces nolint in eccleſiis ſuis eos, cum vtiles ſint, ordinare, viſum nobis fuit, vt in vtriſque partibus pax & concordia ſeruetur, & cum caritate & ratione vtiles & idonei eligantur. Et ſi laicus idoneum vtilemque clericum obtulerit, nulla qualibet occaſione ab epiſcopo ſine certa ratione repellatur: & ſi reiiciendus eſt, diligens examinatio & euidens ratio, ne ſcandalum generetur, manifeſtum faciat.* Admodum proſpexit hic canon laicorum iuri libertatique, vnde effectum eſt, vt *capitularibus* quoque *lib. V. cap.* 330. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 895. inſereretur. Notanter in eo canone domeſtici hi ſacerdotes vocantur *clerici laicorum*, ideo quod his inſeruirent, in eorum miniſterio eſſent, & ſorte ceterorum *officialium* viuerent. AGOBARDVS id plenius declarat, nec reprobat: id tantum damnat reprehendendumque cenſet, quod adeo magnatum *miniſterio* addicti fuerint, vt quandoque ad *viliſſima ſeruitia & officia domeſtica*, cum dedecore *ſacerdotalis honoris*, ſimul adhibiti fuerint. Hos ergo more ceterorum *officialium* & *miniſterialium* alebat dominus: ipſos in ſuo comitatu habebat: eis in variis aliis negotiis peragendis vtebatur: eos pro lubitu etiam dimittebat: denique per eos *ſacra domeſtica* peragebantur in *oratoriis*.

Ab epiſcopo ordinandi, non reiiciendi.

§. XX. Hi ſacerdotes domeſtici (11) eiusmodi eccleſiis præficiebantur, quæ in iure & poteſtate erant laicorum. Erant enim *oratoria domeſtica* conſecrata quidem ab epiſcopo, in hoc tamen a ceteris eccleſiis *publicis* prorſus diſtincta, quod eſſent quodammodo *iuris priuati* & in *patrimonio* magnatum nobiliumque, quibus *iure* quodam *proprietatis* attribuebantur. In capitularibus aliisque eius temporis ſcitis ſemper fere hæ eccleſiæ ſiſtuntur, vt *nobilium patrimonium priuatum*. Apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 720. hoc capitulare, quod etiam *lib. V. cap.* 213. *p.* 865. repetitur, occurrit: *Si laici clericos probabilis vitæ & doctrinæ epiſcopis conſecrandos,* SVISQVE IN ECCLESIIS *conſtituendos*

Præficiebantur oratoriis domeſticis.

Quæ in patrimonio erant procerum.

Digitized by Google

obtulerint, nulla qualibet occaſione eos reiiciant. In verbis *concilii Pariſienſis VI.* adductis itidem eccleſiæ domeſticæ laicis ita attribuuntur, vt inde apparear, eas in eorum dominio fuiſſe. Apud EVNDEM *tom. II. capit. p.* 338. capitulare occurrit, contra eos directum, qui ſine conſenſu epiſcopi presbyteros *in eccleſiis ſuis* conſtituunt, vel de *eccleſiis ſuis* eiiciunt, h. e. quæ in eorum patrimonio erant.

Diuiſioni hereditariæ ob noxia.

§. XXI. Adeo autem *in patrimonio* eſſe cenſebantur, vt etiam in familiæ erciſcundæ iudicium inter coheredes venirent, de quibus capitulare occurrit apud EVNDEM *cit. l. c.* 34. Nouum *proprietatis* argumentum traditur in *cap.* 30. apud EVNDEM *cit. l. p.* 339. *Statutum eſt, vt ſi quis liber homo per conſenſum epiſcopi eccleſiam in ſua conſtruxerit proprietate, fonteſque ab epiſcopo in ea fuerint conſecrati, ideo non perdat ſuam* PROPRIETATEM, *ſed ſi epiſcopus voluerit, officium ſacri baptiſmatis in ſuam eccleſiam tranſferat, ipſa vero eccleſia, a qua tranſfertur, in* CONSTRVCTORIS *maneat* IVRE. Similiter *in capit. reg. Franc.* apud EVNDEM *tom. II. p.* 257. *ſeq.* agitur *de eccleſiis imperatoris & imperatricis & comitum ac vaſallorum imperialium.*

Non vindicanda ab epiſcopis.

§. XXII. Notari hic quoque merentur HINCMARI *literæ canonicæ ad clerum & plebem eccleſiæ Laudunenſis* apud BALVZ. *tom. II. capit. p.* 622. *ſqq.* vbi inſtruit epiſcopum Laudunenſem variis monitis, & *c.* 6. de *his eccleſiis*, quæ *in proprietate nobilium* erant, hæc ei dat præcepta: *eccleſias quoque in proprietatibus liberorum hominum ac coheredum exiſtentes, vt ſuæ* (epiſcopi) *tradantur eccleſiæ, non debet cogere: ſed ſecundum ſynodalia & imperialia capitula, quæ regularia probat eſſe eccleſia, ſatagat, quatenus dotis immunitates, ſicut ceteræ eccleſiæ,* AVCTORITATE REGIS *habeant, & ipſæ ab eisdem liberis hominibus potiantur.* Attentaſſe quosdam epiſcopos, vt magnates ſuas eccleſias eis cederent, traderentque, inde liquet, qui eo forſan ducti principio, quod poſteros occœcauit, quod laici eccleſias in patrimonio & proprietate ſua habere non poſſent, quod potius in *iure ſacerdotum* eorumque poteſtate eſſe cenſerentur,, id quod eo tempore adhuc improbat HINCMARVS: id tantum vrget, vt *dos* eiusmodi eccleſiarum immunitatem accipiat *auctoritate regis*, vnde dependebat, non ex *iure diuino*, quod poſtea creditum eſt.

Epiſcopis inimen ex multis cauſis inuiſa.

§. XXIII. Erant vero (III) hæc oratoria priuata ex duplici cauſa epiſcopis inuiſa, tum quod *eccleſiæ ordinariæ*, quæ & *maiores* vocantur, ab eis fere deſererentur, tum quod presbyteros iis addictos fere

fere *episcoporum* subtraherent *iurisdictioni*, sibique prorsus vt *ministros suos & officiales* subiicerent. Prius satis declarant verba AGOBARDI adducta, quibus etiam consonant *rescriptum consultationis episcoporum in synodo Ticinensi anno* 855. *congregatorum*, relatum tum ab HARDVINO *tom. V. concil. p.* 98. tum a STEPHANO BALVZIO *tom. II. capitul. p* 352. vbi patres congregati *c.* 3. querelas AGOBARDI repetunt: *Doctrina vero & prædicatio in populo partim episcoporum & reliquorum sacerdotum, partim vero populi negligentia, non sicuti necessarium est, procuratur. Et sacerdotum quidem iniuria nullatenus est excusanda. Quidam vero laici, & maxime potentes ac nobiles, quos studiosius ad prædicationem venire oportebat, iuxta domus suas basilicas habent; in quibus diuinum audientes officium, ad maiores ecclesias varius venire consueuerunt. Et dum soli afflicti & pauperes veniunt, quid aliud, quam vt mala patienter ferant, illis prædicandum est? Si autem diuites, qui pauperibus iniuriam facere soliti sunt, venire non renuerint, admoneri vtique possent, vt eleemosynis peccata sua redimerent, & a fluxu rerum temporalium abstinerent; admonendi igitur sunt potentes, vt ad maiores ecclesias, vbi prædicationem audire possunt, conueniant, & quantum domus omnipotentis DEI diuitiis & honoribus ceteras antecedant, tanto ad audiendum præcepta conditoris sui alacrius festinent.*

Quod sacri ordinarii episcoporum delererentur,

§. XXIV. Posterius itidem supra verbis AGOBARDI illustratum est, quibus merito addendus *c.* 18. *concilii Ticin. ann* 850. habiti apud HARDVIN *tom. V. concil p.* 24. Reprobant in hoc canone presbyteros laicos illos, qui *presbyteros domesticos* prorsus sibi subiiciunt, & ab *episcoporum iurisdictione* subtrahunt, inquientes: *Nulla ratione clerici aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina & prouidentia gubernantur.* Tales enim acephalos, *i. e. sine capite* prisca *ecclesiæ consuetudo nuncupauit. Docendi igitur sunt seculares viri, vt si in* DOMIBVS SVIS *mysteria diuina iugiter exerceri debeant, quod valde laudabile est, ab his tamen tractentur, qui ab episcopis examinati fuerint, & ab ordinatoribus suis commendatitiis literis comitati probantur, cum ad peregrina forte migrare est.* Id ergo vnice egerunt episcopi, ne presbyteri hi *oratoriorum domesticorum* visitationi, iurisdictioni, & inspectioni episcoporum subducerentur, sed ad instar presbyterorum, qui in *titulis minoribus* sacris vacabant, sub inspectione episcopi haberentur. Quæ omnia si sollicita peruoluo mente, fontem & originem *ecclesiarum patronatarum* in villis pagisque me inuenisse arbitror, quippe quæ a primis suis initiis nihil aliud fuere, quam *ec-*

& presbyteri domestici subtraherentur episcoporum iurisdictioni.

Inde origo ecclesiarum patronatarum petenda.

Digitized by Google

cleſiæ iuxta domus nobilium exſtructæ, quarum mentionem *ſynodus Ticinenſis* adducta §. *antec.* mentionem iniicit, quod binis verbis hic tantum indicandum, *titulo* vero *ſeq.* plenius demonſtrandum eſt.

Inde ſacerdotes aulici adhuc hodie vocantur capellani,

§. XXV. Perſequar vero reliqua, quæ de *capellis* & *capellanis regiis* ſupereſſe videntur. Erant *capellani* nihil aliud quam *ſacerdotes domeſtici*, capellis hiſce priuatis præfecti. Auctis capellarum generibus, plures quidem nati ſunt *ſacerdotes capellani;* primario tamen eo nomine inſigniti ſunt, qui a potentioribus & magnatibus capellæ aulicæ vel domeſticæ eſſent præpoſiti. Vnde eſt, 1) quod in pluribus locis adhuc hodie aulici ſacerdotes *capellani* vocentur, quod *capellæ aulicæ* ab antiquo

& legatorum, præpoſiti fuerint: 2) quod eos quoque *capellanos* vocare ſoleant, quos *legati* aliique potentiores ſecum in itinere & comitatu ſuo, ad ſacra priuata facienda, habent; hi enim ſunt proprie *ſacerdotes domeſtici*, capellæ quas ſecum ferunt ſacris eccleſiæ Romanæ addicti, præfecti: 3) quod templa aulica ab his capellis originem trahant, quæ olim *palatina* dicta fuere, quod eſſent in *palatio regio*. Tres has concluſiones ſigillatim illuſtrare iuuabit.

& templa aulica a capellis originem trahunt.

Capellani a ceteris presbyteris diſtincti,

§. XXVI. Quod primum concernit, capellani a ceteris presbyteris in eo diſtinguebantur, quod hi quidem in eccleſiis *communibus* ſeu *parochiis* ordinarie ſacra facerent, ſuum *peculiarem gregem* haberent, & de reditibus eccleſiæ viuerent, eſſentque ſacerdotes *eccleſiæ parochialis;* hi vero *ſacris priuatis* & *domeſticis* præeſſent, & *extra ordinem* rem diuinam in vſum priuatum magnatum, & qui in eorum familia erant, facerent, qui tamen, vt ſupra oſtenſum, eo ipſo non eximebantur obligatione frequentandi eccleſiam *maiorem*, ſeu *parochialem*, quin potius adſtricti olim erant, id quod inter catholicos adhuc obſeruari credo, vt in paſchate, natali domini, aliisque ſolennioribus feſtis in *parochiali eccleſia* miſſam audirent, vt *Agathenſe concilium* c. 21. relatum in *c.* 35. *de conſ. D.* 1. ſanxit.

erant miniſtri principum & magnatum.

§. XXVII. Hi *capellani* erant miniſtri magnatum principumque, ab eis conſtituebantur alebantur, dimittebantur, reliquisque *miniſterialibus* prorſus adſcribebantur. Vnde 1) dicebantur *clerici palatii* vel *palatini*. vid. LVPVS *ep.* 25. item *de domo & menſa ducis vel principis* eſſe, tanquam *domeſtici ſacerdotes*, ex penu principis ſalarium accipientes ad inſtar ceterorum officialium. Liquet id ipſum ex diplomate de *anno* 1172. apud AVBERTVM MIRAEVM in *notit. eccleſ. Belg. c.* 98. *tom. I. p* 706 *nouiſſ. edit* in quo HVGO III. dux Burgundiæ aſſerit, ſe votum, de eccleſia *in ſua curte* (hodie *palatium* vel *aulam principis* vocamus)

Digitized by Google

mus) exſtruenda, exſoluiſſe, decemque clericos in ea conſtituiſſe. Eandem eccleſiam, prout *capellarum* ratio poſtulat, ſibi vindicat his verbis: *Quoniam autem eccleſia iſta ſpecialiter* MEA EST *& præcipuum tribulationis meæ refugium, & oblatio votiua DEO liberatori meo &c.* De *qualitate* vero *horum clericorum* hæc adiungit: *Vt vero iidem capellani mei de menſa mea & domo eſſe manifeſtius cognoſcatur, in feſtis annalibus, i. e. in natiuitate domini, in paſcha, in pentecoſte, in omnium ſanctorum, ſi dux vel duciſſa Diuione fuerimus, accipient de expenſa curiæ, tanquam commenſales ducis, in perpetuum duos ſolidos pro pane, quatuor ſextarios vini, quatuor ſolidos pro coquina vel æquiualens. Oblationes omnes & beneficia capellæ ducis & duciſſæ, vbicunque ſint, apud Diuionem, ex integro ipſorum erunt, nec capellanus ducis vel duciſſæ in eis quicquam habebit, niſi iure canonicatus & non iure capellaniæ; ſiquidem nec dux nec duciſſa capellanum habebit, niſi decanum capellæ vel aliquem de canonicis ipſius; qui videlicet decanus vice domini papæ curam animæ ducis vel animæ duciſſæ habere debet;* (hodie vocamus den Königl. oder Fürſtl. Beicht-Vater) *ſicut in præſenti habet curam animæ meæ Nicolaus* CAPELLANVS MEVS & DECANVS CAPELLAE, *quam curam ipſe a domino papa Alexandro ſumſit.* Sunt ergo confeſſionarii regii principumque nihil aliud, quam *capellani*, qui ſpeciatim curam animæ eorum gerere dicuntur, conſcientiamque eorum dirigunt, quos pro lubitu ſibi eligunt dimittuntque. Solebant præterea in hiſce capellis palatinis ſibi *ſepulturam* eligere, id quod quoque HVGO conſtituit, vocatque illam eccleſiam in fine diplomatis *cubile & reclinatorium animæ ſuæ.*

Quod diplomate illuſtratur.

§. XXVIII. Similis tenoris diploma tradit IDEM *lib.* I. *donat. Belg. c.* 145. *tom. I. p.* 453. *nouiſſ. edit.* c. 138. in quo IOANNES IV. dux Brabantiæ *anno* 1416. declarat, abbatem Parcenſem eſſe *perpetuum* & *hereditarium capellanum* ducis Brabantiæ: *Capellanus noſter fidelis & in Chriſto dilectus nobis expoſuit, quod prædeceſſores ſui Parcenſes abbates de iure & antiqua conſuetudine fuerint* ARCHICAPELLANI (Ober-Hof-Prediger) & CONFESSORES PERPETVI *prædeceſſorum noſtrorum Brabantiæ ducum, ipſisque etiam iure competierit ratione prædictæ Parcenſis in ſummis feſtiuitatibus coram præfatis ducibus & in ipſorum capella myſtica ſeruitia & alia officia celebrare diuina, nobis humiliter ſupplicando, quatenus ipſum prædictæ ſuæ eccleſiæ ac ſuorum ſucceſſorum nomine in omni eo iure, quod ſibi in præmiſſis quomodolibet competere poterit, conſeruare dignaremur, literasque deſuper concedere opportunas. Hinc eſt &c.*

Aliud diploma de perpetuo & hereditario capellano.

Digitized by Google

Capellani etiam aliis officiis aulicis præfecti.

§. XXIX. Adeo autem capellani *de domo & mensa regis* vel *principis* esse dicebantur, vt reges nonnunquam eosdem simul aliis ministeriis præficerent, eosque, quod *eruditione* aliis præstarent, in consilium adhiberent. Credebatur omnis *solida eruditio* eo tempore penes clericos esse, ita vt *κατ' ἐξοχὴν sapientes* & *eruditi* dicerentur: ceteris proceribus magis *armis*, quam *rei litterariæ* vacantibus. Non ergo mirandum, clerum & quidem inprimis *aulicum* seu *palatinum* rebus agendis, scribendis, expediendis admotum fuisse, vt inter plures alios testis est EKKEHARDVS iunior *de casib. monast. S. Galli c.* II. apud GOLDAST. *tom. I. rerum Allemann. p.* 45. *assumtus est interea in aulam Ottonum patris & filii, Hedewiga agente, Ekkehardus, vt capellæ semper immanens doctrinæ adolescentis regis nec non summus dexter esset consiliis.* Capellani itaque erant *scribæ secretarii* & *arcanorum imperii administri*, vt addit GOLDASTVS *in not.*

Archicapellanorum singularis præeminentia.

§. XXX. Principatum inter *capellanos* gerebat *archicapellanus*, tanta præeminens dignitate, vt, qualemcunque locum in ecclesiæ hierarchia teneret, *archiepiscopos* præcederet, etiam in synodis, quod esset *summus aulæ sacerdos & primarius regis administer.* In palatio CAROLI CALVI hanc præfecturam tenuit EBROINVS Pictauiensis episcopus, prælatus in concilio Vernensi *anno* 844. habito WENILONI Senonum archiepiscopo, vt præfatio huius concilii docet, & ex SIRMONDO notat HARDVINVS *ad cit concil tom. IV. concil. p.* 1474. cum BALVZIO ad P. DE MARCA *de C. S. & I. lib. IV. c.* 7. §. 3 & COINTIO *in annal. Franc. ad ann.* 784. §. *VI. p.* 249. Non fuit tamen hoc munus olim *perpetuum*, sed *temporarium*, vt BALVZIVS *in not. ad Lupum* colligit ex eius *epist.* 97. nec semper episcopi, multo minus archiepiscopi id exercuere. Imo hi rarius: vt plurimum *abbates, presbyteri, diaconi.* Id HINCKMARVS obseruat *tom. II. p.* 206. *A tempore vero Pipini & Caroli interdum per presbyteros, interdum per episcopos, regia voluntate atque episcopali consensu: per diaconos vel presbyteros magis quam per episcopos hoc officium executum extitit, quia episcopi continuas vigilias supra gregem suum debent assidue exemplo & verbo vigilare, & non diutius secundum sacros canones a suis abesse parochiis.* Præ ceteris tamen episcopos archiepiscoposque hunc ambiisse honorem, praxis antiqua docet, quæ tot episcopos archiepiscoposque *archicapellanos* exhibet.

temporaria tamen,

Summum cum comite

§. XXXI. Cum *comite palatii* summum in *aula regis* obtinebat locum, quod illustrat illustris MARCA *de C. S. & I. lib. IV. c.* 7. §. 3.

Sicuti

Digitized by Google

Sicuti enim *comes palatii* de omnibus *ſecularibus* negotiis grauioribus, ita *archicapellanus* de *eccleſiaſticis* curam gerebat, & non raro a *manu regum* erat archiuo regio præfectus, quod tot indicant diplomata, ab *archicapellanis*, vt *archicancellariis*, ſubſcripta. Neque enim *archicapellanorum* munus, qua tale, ad *cancellariam regiam* ſeſe extendebat, ſed huius præfectura ſæpe illis, vt principatum primarium in aula gerentibus, ſimul demandabatur. Teſtis eſt HINCMARVS *de ordin. palat. c.* 16. archicapellano ſociatum fuiſſe ſummum cancellarium, *qui a ſecretis olim appellabatur*, quaſi geheime Schreiber. Hac ſub qualitate *archicapellani* tot diplomata ſubſcripſere, vt infinita exempla oſtendunt, quorum inſignem copiam congeſſit MALINKROT *de archicancell. S. Rom. imper.* cum PFEFFINGERO *ad Vitriar. ius publ. lib. I. tit.* 14 §. 7. *lit. b.* Conf. SPEELMANNVS & CANGIVS *in gloſſar.* voc. *capellanus.* Inde factum eſt, vt, quia hæc duo munia eſſent coniuncta, *archicapellanorum* & *archicancellariorum* nomina promiſcue ſæpe vſurpata fuerint. palatii in aula obtinebat locum.

§. XXXII. Harum *capellarum* palatinarum ea erat immunitas, vt ab *epiſcoporum ordinaria iurisdictione* prorſus eſſent exemtæ, & ſic quoque *clerus palatinus* ea *exemtione* gauderet, quod eſſet regum principumque *domeſticus clerus*, vt variis teſtimoniis docet CANGIVS *cit. l. p.* 780. Eodem priuilegio paſſim gauiſæ ſunt *capellæ ducum* principumque, quale exemplum eſt in *capella ducis* Burgundiæ Diuionenſi, cuius fundationem §. 27. retuli. Huius mentionem facit INNOCENTIVS III. in *c.* 16. *X. de priuil.* aſſeritque, quod *capella ducis Burgundiæ gaudere dicatur huiusmodi priuilegio, quod nullus archiepiſcopus vel epiſcopus in perſonas canonicorum eiusdem capellæ ſuſpenſionis vel excommunicationis interdicti ſententias audeat promulgare.* Sicuti vero ex principiis hierarchiæ Romanæ hoc modo capellani *immediate* pontifici ſubiecti in eccleſiaſticis, de cetero autem, prout antea viſum eſt, de *domo & menſa* regum vel principum ad inſtar ceterorum *officialium* fuerunt; ita quoque inter proteſtantes *ſacerdotes aulici* immediate principi ſunt ſubiecti, non tantum ab inſpectione ſuperintendentum immunes, ſed in quibusdam locis ne quidem *conſiſtorio* ſubſunt. Sicuti enim *conſiſtoria* introducta ſunt ad imaginem *conſiſtoriorum epiſcopalium*, quorum iurisdictionem explicant, adeoque hæc non poſſunt eam exercere in capellanos regum principumque: ita non abſonum fuit, *ſacerdotes aulicos*, & inprimis *archicapellanum* den Ober-Hof-Prediger eximere iurisdictioni conſiſtoriali, vt *immediate* principi ſubeſſet, quamuis for- Capellani aulici ab epiſcoporum iurisdictione exemti, in terris proteſtantium immediate principi ſunt ſubiecti.

Digitized by Google

forsan inter protestantes non eadem & vniformis vbique praxis deprehendatur.

Pro lubitu olim capellani a principibus constitui & dimitti potuere,

§. XXXIII. Id tamen simul inde liquet, *sacerdotes aulicos* vel *capellanos* proprie dictos esse principum ministros officialesque, h. e. vt formula antiqua vtar, de *domo* & *mensa* principum. Ea de causa sine dubio olim quoque factum, vt tales capellani pro lubitu regis principisque constitui & dimitti potuerint. Loquor de *simplici dimissione*, quæ a *remotione ob delictum* pluribus modis differt: hæc difficilius illa facilius locum inuenit, quatenus in genere ministri ad arbitrium principum dimitti possunt bona, vt loquuntur, pace. Hanc dimissionem quoque olim a capellanis obtinuisse obseruat HALVZ. *ad Lupum eiusque epist.* 97 *p.* 442. *edit. Antverp.* aitque: *Hinc colligere possumus, munus archicapellani sic tribui solitum a principe, vt ei, cui datum erat, adimi posset pro arbitrio principis. Ea de causa Hildesiam monet Lupus, vt, quia scire non potest, quam diuturna futura sit hæc administratio, tempore bene vtatur.* Hoc ipsum vt per indirectum impedirent *capellani* & inprimis *archicapellani*, per diplomata specialia eam gratiam experierunt, vt *hereditario* & *perpetuo iure* hanc prouinciam sibi & posteris acquirerent, ceu diplomata supra adducta loquuntur.

Inde olim hæc beneficia dicta manualia.

§. XXXIV. Inde quoque fontem mihi inuenisse videor, quo factum fuerit, vt *capellaniæ* a canonistis vt plurimum dicantur *beneficia manualia*, h. e. talia, quæ in *manu* & *libera potestate* conferentis sunt, vt pro lubitu ea reuocare queant. LOTTERIVS *de re benefic. lib. I. qu.* 33. *n.* 1. *sqq.* LEVRENIVS *in praxi benefic. P. I. qu* 63. OTTERVS *de officiat. c.* 13. PEREZ DE LARA *in tr. de capellan. cap.* 6. *n* 22. Cum enim *capellani* ab antiquis temporibus *domestici sacerdotes* fuerint, de *domo* & *mensa* magnatum, crediderunt, eos simpliciter in sua esse manu, vt, suadentibus id circumstantiis, officium iis demandatum reuocare & alii conferre possent. Quid ergo de *archicapellanis protestantium* dicendum est, an etiam ad instar aliorum officialium a principe in pace dimitti possint? De eo multas lites in exemplo singulari ante aliquot annos motas fuisse ostendi *in diss. de iure princip. circa dimiss. minist.* quas quidem hic haud examinabo, sed infra V. D. ad *lib. V.* excutiendas reseruo.

Dantur etiam legatorum capellani.

§. XXXV. Propero ad alteram conclusionem, qua obseruatum est, *capellanos* etiam dari *legatorum*, aliorumque magnatum, inter facientium, vt eorum ministerio in sacris peragendis vtantur, qui quidem ex merito dicendi sunt *sacerdotes domestici*. Habent enim

Digitized by Google

enim etiam legati sua *sacra domestica oratoria*, in quibus eorum *capellani* sacra, quibus addicti sunt, peragunt, id quod an *suo iure* in curiis aulisque, ad quos missi sunt, facere possint, enucleandum est. Experientia enim docet, legatos summorum principum in terris peregrinis *oratoria* sua seu *capellas* habere, in vsum *sacrorum priuatorum*, licet hæc in eo regno sint reprobata & prorsus interdicta. In antecedentibus asserui regibus principibusque ius habendi *oratoria palatina*: eadem libertate merito gaudent hi, qui faciem sui principis, a quo missi sunt, secum adferunt, & eius prærogatiuam sibi vindicant. Quia sacra domestica peragunt.

§. XXXVI. Sunt vero legatorum genera diuersa. Omnes quidem in eo conueniunt, quod sint *ministri publici* ad gentem eiusque imperantem missi, pro expediendis negotiis publicis aliisque causis. Est tamen differentia inter eos ratione *dignitatis* & *characteris*, quo vestiuntur. Communiter in legatos *primi* & *secundi ordinis* diuiduntur. Illi dicuntur, qui mittuntur cum *charactere repræsentatitio*, vt loquuntur, h. e. cum eiusmodi qualitate, legatis a mittente indita, qua repræsentant mittentem, & *quasi faciem eius secum adferunt*, vt de C. POPILIO loquitur CICERO *in Philipp. VIII.* adeo vt quodammodo iis prærogatiuis perfrui debeant, quibus gauderet mittens, si ipsemet præsens esset. Vid. KVLPIS *de iure legat. c II.* §. 4. Hi vero, qui & *ablegati* vel alias *Envoyés* vocantur, *publico* quidem *nomine* etiam mittuntur ad gentem eiusque principem, sed sine illo peculiari *charactere*, qua de causa pari honoris cultu haud excipiuntur. Equidem hi quoque *nomine sui principis* agunt, eiusque personam quodammodo sustinent, adeoque & publica iuris gentium tutela & immunitate perfruuntur, de quo plenius agit WICQVEFORT *de l'embassadeur lib. I. sect.* 5. interim hi, qui *primi ordinis* sunt, in *eminentiori gradu* mittentem repræsentant, & ita *maiori cultu* prosequendi sunt. Quamuis vero more gentium antiquo legati duntaxat ad certa negotia peragenda missi fuerint, quibus finitis, abitum pararunt; inualuerunt tamen moribus recentioribus *perpetuæ* & *stativæ legationes*, vel ideo necessariæ, vt semper præsto sint in aulis imperantium, qui commodis suæ reipublicæ inuigilare queant. Hisce legatis, quibus tales legationes decretæ sunt, peculiare nomen *residentium*, vel *legatorum ordinariorum* tribui solet, ad distinctionem eorum, qui præter *ordinarios* residentes *extra ordinem* mittuntur ad negotium aliquod speciale peragendum, vocanturque *extraordinarii*, Gallice *Envoyés extraordinaires*, pari iure & immunitate cum *ordinariis* perfruentes. Conf. FVRSTNERVS *de iur. suprem. p.* 22. Id recte quoque obserua- Variæ legatorum species.

Digitized by Google

vit perſonatus PRESERVTA *de iure leg. ſtat. imper.* §. 63. definiens RESIDENTEM, quod ſit *miniſter publicus, proximo poſt Ambaſſiatores ordine, & cum his omnibus iuribus gentium immunitatibusque gaudens, exceptis titulis quibusdam atque honoribus, quos illis ſolis tribui ob characteris præcellentiam, conſuetudo fert.* Neque enim quod ad diuturniorem temporis tractum ad gentem mittuntur, eorum iura & immunitates minuere poteſt, cum ſemper eundem *ſtatum* ſuſtineant, quod publico gentis ſuæ, omnino liberæ, nomine, ſub publica iuris gentium tutela fuerint miſſi. Diuerſa eſt eorum conditio, quos *agentes* appellant, *literis credentialibus* deſtitutorum, & tantum *commendatitiis* inſtructorum, vt priuata principis ſui & domeſtica negotia peragant, quibus *iura legatorum* & prærogatiuæ non æque competunt. Similes ſunt quodammodo his *ſecretarii*, quos legati diſcedentes in aula, ad quam miſſi erant, relinquunt, vt commodis & iuribus ſui principis inuigilent; ſed certum *dignitatis' characterem* non induunt, nec *literas credentiales* habent. Vid. WICQVEFORT *cit. tr. lib. I. ſect. V. in f.*

In applicatione iuris capellarum in hac materia non ſolis exemplis inſiſtendum,

§. XXXVII. Hunc *ſtatum* ſuſtinent legati, & ſecundum hunc de prærogatiuis eorum, ſpeciatim vero de *capellis priuatis*, quarum ius ſibi vindicant, iudicandum. Neque enim ſolis hic eſt inſiſtendum exemplis, quæ quidem optime rem illuſtrant, ius tamen haud conſtituunt, quamuis de iure *conſtituto* quodammodo fidem faciant. Hæc *iuris adplicationem* in caſibus ſpecialibus oſtendunt; aſt ius non ex iis, ſed aliunde petendum eſt, prout optime oſtendit Dn. THOMASIVS *in ſpecim. iurisprud. iudic. c. III.* Si de ſolis *moribus* & *obſeruantia* inter gentes quæſtio eſt, exempla multum roboris habent; ipſam tamen quæſtionem plene non definiunt, cum nunquam deficiant contraria exempla, & peculiares circumſtantiæ adferri poſſint, quæ in aliis adfuerunt. In eo peccaſſe videtur WICQVEFORTIVS, quod primario ex exemplis *iura legatorum* deducere voluerit, cum tamen hac ratione *iura legatorum* ſemper *dubia, incerta*, vel ad minimum multis exceptionibus obnoxia maneant, quæ ex *contrariis exemplis* deduci poſſunt.

ſed ex iure gentium,

§. XXXVIII. Cum vero gentes non alio inter ſe quam communi *naturæ gentiumque* iure vtantur, facile quoque ex dictis fluit, fundamenta huius quæſtionis, de qua agitur, non aliunde quam ex hoc *vniuerſali iure* petenda, & ſecundum hæc de exemplis iudicandum eſſe.

Digitized by Google

esse. *Ius gentium* varie quidem accipitur; hic tamen primario intelligitur illa pars *iuris naturæ*, quæ dirigit negotia gentium inter se, & quia inter se in statu *æquali* & *naturali*, ciuili opposito, viuunt, iura quoque plura peculiaria ex illo statu deducta habent, quæ aliis, in diuerso statu viuentibus, adplicari nequeunt. Inde gentes dicuntur *liberæ*, quod neutra alteri subiecta sit, & sic quoque iura *libertatis*, *æqualitatisque* inde fluunt, quia ipsæ gentes inter se *æquales* sunt. Continent hæc iura æque *vinculum societatis humanæ*, ac *ius naturæ* in generali suo conceptu conlideratum, cuius ius gentium in specie dictum portio est, vti probaui *in iure publ vniuers. part. gen. c. II. §. 5.* Minime itaque huc pertinet illa *iuris gentium* acceptio, qua quibusdam tantum populis commune ius dicitur, & quod fortuito, aut plures receperunt ex sola aliorum imitatione, vt recte obseruat GROTIVS in *proleg. de iur. bell. & pacis §. 53.* Hoc ipsum mutationi obnoxium est, & ab arbitrio cuiusuis imperantis dependet. Denique ius gentium sumitur etiam pro *moribus* solis gentium, & ex *decoro* inter gentes vsitato nascitur, quod tamen æque vim obligandi habere potest, si de *constanti obseruantia* constat, quæ vim *taciti pacti* inter gentes habet, quamuis mutationi per se obnoxium sit.

quod ex statu gentium æquali æstimandum,

§. XXXIX. Sicuti autem vniuersum ius naturæ pro fundamento habet *obligationem ad conseruandum illud vinculum, quod natura inter omnes homines constituit*, & gentes quoque, quatenus singulæ *vnam personam moralem* inter se constituunt, ad obseruantiam huius vinculi ex DEI voluntate, obstringit; ita simul quoque *facultatem libertatemque* indulget, omnia illa faciendi, sine quibus *vinculi* illius *sanctitas* conseruari nequit. Magnopere autem vinculum hoc humani generis confirmatur per *harmoniam gentium* inter se, mutuamque quandam & *amicam collationem*, cum necessitates hominum gentiumque non aliter ferant, quam vt gentes inter se negotia plura expediant, commercia exerceant, de fœderibus, pace aliisque ad communem securitatem & publicam tranquillitatem pertinentibus agant, quod ipsum ius naturæ commendat. Vix enim gens quædam reperitur, quæ aliorum ope non indigeat, quæ, dum suæ prospicit vtilitati & securitati, non necesse habeat, vt cum aliis gentibus conferat de illis mediis, quæ sibi proficua esse videntur: & quæ nocere possunt, per *pacta* & *conuentiones* aliaque media præcaueat, quo intuitu ex iure gentium *commercia* fluxisse, recte adserit ICtus in *l. 5. D. de I. & I.*

Vinculum naturale inter gentes conseruatur per commercia.

Digitized by Google

Inde legatorum neceſſitas.

§. XL. Poſita hac neceſſitate expediendi negotia cum aliis gentibus, ponitur etiam neceſſitas eiusmodi media adhibendi, ſine quibus negotia inter gentes commode peragi & mutua harmonia ſeruari nequit. Eſt autem moraliter vt plurimum impoſſibile, vt gentes ipſæmet inter ſe *immediate* agant, aut, qui eis præſunt, cum altera gente, vel qui ei præſidet, ipſimet illa expediant, quæ ſæpius diuturniorem tractum temporis deſiderant, nec permittunt, vt ipſe princeps, qui gentem totam repræſentat, huius rei cauſa, a republ. ſua diſcedat. Kurſus itaque communis omnium gentium vtilitas & neceſſitas poſtulat, vt vices ſuas aliis committant, qui eorum *auctoritate* & *iure* negotia quæuis cum aliis gentibus expedienda peragant, & faciem ſuæ reipubl. ſimul adferant. Inde apud omnes gentes inualuit *ius legationum*, cuius *ſanctimonia* adeo omnium gentium mentibus inſita eſt, vt, quoties de eo dubium incidit, vnice prouocare ſoleant ad *ius gentium*. Ipſemet CICERO *de haruſp. reſponſ.* non dubitauit adſerere, *ius legatorum cum hominum præſidio munitum, tum etiam diuino iure eſſe vallatum*, quod de *iure gentium*, quatenus *iuris naturæ* pars eſt, & ita recte ad *ius diuinum* refertur, omnino intelligendum.

Qui quidem ad alterius gentis rempubl. accedere neceſſe habet,

§. XLI. Poſtulat præterea *ratio naturalis*, vt quæ agenda & expedienda ſunt, in *certo* peragantur *loco*, communicatis vtriusque partis coram conſiliis. Quamuis enim etiam per *literas* plura ad exoptatum perduci poſſint effectum, facilior tamen commodiorque eſt ratio expediendorum negotiorum, ſi per *internuncios*, in certo loco conuenientes, expeditio negotii ſuſcipiatur. Accedit, quod plures emergere poſſint difficultates, quæ ſuperari aliter nequeunt, quam communicaris coram conſiliis rationibusque. Inde natura rei non aliter fert, quam vt *legati* ad alterius gentis rempublicam accedant, vel in tertio loco conueniant, & quæ ſibi a mittente commiſſa ſunt, ibi expediant. Quia vero gentes liberæ ſunt, & inter ſe in *ſtatu naturali* viuunt; ita quoque, qui alterius gentis nomine mittitur, eadem adhuc *libertate* gaudere debet, dum gentem, a qua miſſus eſt, repræſentat, eiusque faciem ſuſtinet. Neque hanc *libertatem* amittit, quod *in republica alterius gentis* deprehendatur, & commoretur, quia non alia conditione mittitur & recipitur, quam quatenus gentis, a qua miſſus eſt, perſonam ſuſtinet; cui non leuis inferretur iniuria, ne dicam, omne commercii genus inter gentes impediretur, & prorſus tolleretur, ſi legatum miſſum princeps, ad quem miſſus eſt, pro *temporario ſubdito* habere, & in eum ſummum exercere vellet imperium. Reuera enim hoc ipſum exerceret in gentem

ſed eo ipſo alterius gentis non fit ſubditus temporarius.

Digitized by Google

tem alteram, a qua miſſus eſt, quæ illa, quæ in legatum ſuum inique committuntur, in ſe ipſam commiſſa cenſet.

§ XLII. Equidem poſtquam territoria & regna certis ſunt circumſcripta finibus, conclamatum eſt, poteſtatem cuiusuis imperantis ſeſe extendere per vniuerſum regni ambitum, & conſequenter in eas quoque perſonas, quæ, licet *ad tempus*, intra limites territorii deprehenduntur, pro *ſubditis temporariis* tamen habentur, vt ait GROTIVS *lib. II. de I. B. & P. c. 9. §. 5. n. 2.* & ita *quidquid interea temporis ab ipſis agitur, id poteſtate quoque eius, qui territorio præeſt, continetur*, dicente DN. COCCEIO *de poteſt. in territ. ſundata c. 2. §. 6. in f.* ex quo fluere videtur, competere etiam principi poteſtatem in *legatos* eorumque *comites* & *bona*. Etſi enim *iura belli* in eos ceſſent, & hoc intuitu *inuiolabiles* ſint; pertinet tamen poteſtas, quæ exercetur in ſubditos, ad *iura pacis*, quæ *iure gentium* principi in legatos haud negata eſſe videntur, prout cenſet Dn. COCCEIVS *cit. l. §. 10.* Verum, quod pace viri illuſtris dixerim, videtur adducta concluſio limitanda eſſe niſi *expreſſe* vel *tacite* princeps, iuſta de cauſa, iuri ſuo renunciauerit, quod *ſalua ſumma poteſtate* facere poteſt, intuitu certarum perſonarum, in territoriis ſuis commorantium. Concedo, *ſtricto iure* ei competere etiam in *legatos* alterius gentis poteſtatem, vt in ceteros ſubditos, nec alteri genti, a qua miſſi ſunt, integrum eſt, in alterius territorio ius quoddam exercere, leges præſcribere, aut legatos ſuos, ibi commorantes, a *iurisdictione territoriali* eximere; integrum tamen ei eſt, legatos non alia conditione mittere, quam vt a *poteſtate territoriali*, & *ſubiectione* exemti ſint, & libertate naturali gaudeant, qua ipſa gens gaudet, quæ eos miſit. Neque regulariter alia *intentione* mittuntur, & recipiuntur, quod cum inter omnes gentes conclamatum ſit, is, qui recipit legatos, eos ſub illa conditione, quæ ex *communi gentium intentione* ſubintelligitur, recepiſſe videtur, niſi aliter in ipſa receptione actum fuerit. Neque neceſſe eſt, vt hæc conditio in literis credentialibus exprimatur: quæ *tacite* inſunt, quæ communiter intelliguntur, nullam expreſſam declarationem deſiderant. Ipſi principes inter ſe quoque hoc iure vtuntur, vt in hoſpites & diuerſantes apud ſe imperium nullum ſibi arrogent; hoc ni fieret, numquam princeps ad alterum accederet, quippe qui ſe alterius imperio, ſaltim etiam ad breue tempus, ſubieciſſe dici nequit, & cum hæc quoque omnium principum, ſuperiorem haud recognoſcentium, ſit intentio, *tacite* hoc ipſum alter alteri promiſiſſe videtur. B. HERTIVS

Quamuis alias omnes, qui in alterius territorio deprehenduntur, pro ſubditis habeantur.

Digitized by Google

TIVS *de subiect. territor.* §. 9. Præsertim vero gentes hanc suis legatis vindicant *libertatem*, quam ipsæ habent, quo *maiori auctoritate* & *libertate* cum altera gente, ad quam missi sunt, agere, & negotia publica expedire possint. Imo sicuti gentes inter se solo *iure gentium* vtuntur, ita quoque, vt cum *legatis* a se missis, suamque faciem adferentibus, eodem iure vtatur respublica, ad quam missi sunt, communiter postulant, volunt, vrgent, & qui eos recipit, non alia conditione ex præsenti rerumpublicarum statu eos recipere potest.

Inde ius gentium circa legatos fluxit,

§. XLIII. Hoc ipsum est decantatum illud *ius gentium*, ad quod legati prouocare solent in casibus emergentibus, vnde tot priuilegia, immunitates, iura & prærogatiuas sibi vindicant. Inde *sanctitas legatorum* dependet, quæ a mittente ei communicata est; *qui enim legati susc.ipit munus*, ait ZIEGLER *de iur. maiest. lib. I. c.* 32. §. 10. *maiestatem gerit communicatam, non simpliciter quidem & plene, cum ad subditos mittentis ea minime se diffundat, sed secundum eum modum, quo maiestas principis se habet ad aliam maiestatem æqualem. Consequitur hinc, eodem prorsus loco habendum legatum in territorio eius, ad quem mittitur, quo haberetur, si ipse veniret mittens.* Inde porro concludit POMPONIVS in *l.* 17. *D. de legat. Si quis legatum hostium pulsasset, contra ius gentium id commissum esse existimatur, quia sancti habentur legati; & ideo si, cum legati apud nos essent gentis alicuius, bellum cum iis indictum sit, responsum est, liberos eos manere, id enim iuri gentium conueniens esse*, vel vt CICERO ait *orat. in Verrem. lib. I. nomen legati eiusmodi esse debet, quod non modo inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur.* Specialius vero, quod doctrinæ antea explicatæ inseruit, inde colligit GROTIVS *de iure belli & pac. lib. II. c.* 18. §. 4. *n.* 5. sequentia: *Quare omnino ita censeo, placuisse gentibus, vt communis mos, qui quemuis in alieno territorio existentem eius loci territorio subiicit, exceptionem pateretur in legatis, vt qui sicut fictione quadam habentur pro personis mittentium, ita etiam fictione simili constituerentur quasi extra territorium, vnde & ciuili iure populi, apud quem viuunt, non tenentur.* Eadem est sententia HVBERI *de iure ciuit. lib. III. sect. 4. c. 2.* §. 12. aientis: *Vt promte & secure mittantur legati populorum interest, vt plane & plene constet, nullam rem obstituram, quo minus certo tutoque legati sint ituri & redituri; ita vt in subditorum numero, quales alioqui omnes, qui in alterius sunt territorio, censentur, non habeantur.* Pergit in §. 12. *legati principem populumue, a quo sunt missi,*

(1) quod loco mittentis habeantur.

(2) quod sint sancti.

(3) quod habeantur, ac si extra reipubl. essent constituti.

ſi, repræſentant, eorumque faciem auctoritatemque præferunt, cuius ea vis eſt, vt quaſi extra territorium conſtituti exiſtimentur. Similiter B. HERTIVS *de colliſ. LL. ſect.* 4. §. 31. ex hoc principio concludit, teſtamentum legati *veluti extra rempublicam* conditi, habendum eſſe. Conf. KVLPIS *de iure leg. cap. XXI.* §. 3.

§. XLIV. Qua libertate vero gaudet iure gentium legatus, eadem quoque *ædes eius*, quas inhabitat, gaudent. *Sicut enim ipſe*, ait FRESNEVTA *de iure leg. ſtat. imper.* §. 110. *perſonam ſui principis vel ciuitatis repræſentat, ita ædes inſtar reipublicæ ipſi ſunt, vbi inter ſuos regnat illud compendium ſeu idolum maieſtatis. Quicquid litium aut iurgiorum in familia eſt, ipſe ſolus de omnibus cognoſcit & iuditat, &c.* Conf. FVRSTENER *de ſupremat.* c. 6. Huc etiam collineat Dn. THOMASIVS *diſſ. de iure aſyli leg. ædib. compet.* §. 14. *ſq.* contendens, ædes legatorum eodem iure gaudere, ac ſi principes ipſi, quorum nomine miſſi ſunt, easdem inhabitarent, adeoque easdem omnino *ſecuritatem* & ipſis legatis & ſuis præbere, vbi ſimul in *ſeqq.* declarat, quousque hæc immunitas ſe extendat. Habent ſcilicet hæ ædes immunitatem ex *perſona legati*, adeoque vlterius extendi nequit, quam intuitu eius & eorum, qui ſunt de eius familia. Qui ius *aſyli* illimitatum inde deducunt, *libertatem legatorum* nimium extendunt, quæ *iure gentium* eis non debetur, quod ex profeſſo Dn. THOMASIVS *cit. l.* demonſtrauit.

(4) quod ædes eius immunitate gaudeant.

§. XLV. Denique ex his quoque fluit, quod legati exemti ſint ab *imperio, legibus & iurisdictione* eius loci, vbi degunt. Conſiderari enim legati poſſunt, vel intuitu gentis, a qua miſſi ſunt, cuius legibus & imperio omnino tenentur, & huius intuitu *ſubditi* ſunt: vel reſpectu gentis, ad quam ſunt miſſi, quo caſu gentis, a qua miſſi ſunt, faciem adferunt, eius loco habentur, & ſic quoque eius iuribus frui debent. Gentes autem inter ſe ſunt *liberæ*, neutrius imperio, legibus, aut iurisdictioni ſubiectæ, & ita quoque eadem *libertas* illis, qui perſonam eius gerunt, debetur. Neque negotia inter gentes expediri poſſent, ſi hanc *libertatem* eius legato in dubium vocarent hi, ad quos mittitur, & ita omnes gentes *ex naturali ratione* in hoc conſenſiſſe ipſo facto videntur.

(5) quod exemti ſint a legibus & iurisdictione reipublicæ, in qua commorantur.

§. XLVI. Hæc fundamenta ſi ad *capellas & ſacra* legatorum *priuata* adplicantur, facili negotio omnes controuerſiæ componi queunt. Quæſtio autem potiſſimum huc redit: *vtrum legatus religionis ſuæ exercitium, peregrinæ licet, & legibus illius loci prohibitæ & damna-*

Status controuerſiæ de priuatis legatorum ſacris mouetur.

Digitized by Google

damnatæ, intra priuator parietes ædium ſuarum, in vſum proprium & qui eius in comitatu ſunt, inſtituere, & ita priuata ſacra, licet generali lege illius loci prohibita, exercere queat? Non poterit, meo quidem iudicio, ille quæſtionem hanc negare, qui principia antea admittit. Illa autem admittenda ſunt, cum ex *ſtatu gentium æquali, & ratione communi*, ab omnibus gentibus agnita, & ipſo vſu adprobata, fluant. Nihil ergo ſupereſt, quam vt fundamenta antea iacta ad hanc quæſtionem adplicem. Videlicet ex ſupra dictis conſtat, fata *priuatorum ſacrorum* non ex natura religionis per ſe, ſed ex conditione rerum publicarum, & principis cuiusuis reipublicæ dependere. Quando ergo princeps *priuata ſacra* reſtringit, vel in totum *oratoriorum* vſum prohibet: quando *ſacra peregrina* exeſſe iubet, & religionem quandam publica lege damnat, hoc facit intuitu ſuorum *ſubditorum*, quibus legem præſcribere poteſt: alii genti autem præiudicium non facit, quo minus diuerſam religionem amplecti, illam profiteri, & publicum eius exercitium in ſua republica introducere poſſit. Arcanis cleri pontificii rationibus debentur, quæ de *bellis domini* in ſeculis barbaris audita & per expeditiones cruce ſignatorum geſta ſunt. BECMANNVS *de bellis domini c.* I §. 18. Nec diuerſitas religionis iuſtam in gentem hæreticam vel idololatram præbet bellandi cauſam: alterius gentis minime intereſt, qua religione gens altera vtatur, nec *iudicium deciſiuum* de alterius gentis religionis falſitate ferre poteſt ob *æqualem* gentium *ſtatum*, qui deciſionem talem non admittit. Commode huc poteſt adplicari, quod SALVIANVS *lib. V. de gubern. Dei* de Arianis adſerit: *Hæretici ſunt, ſed non ſcientes. Denique apud nos ſunt hæretici, apud ſe non ſunt. Nam in tantum ſe catholicos eſſe iudicant, vt nos ipſos titulo hæreticæ adpellationis infament. Quod ergo illi nobis ſunt, hoc nos illis.* Et poſt pauca: *Impii ſunt, ſed hoc putant eſſe veram pietatem. Errant ergo, ſed bono animo errant, non odio, ſed adfectu Dei, honorare ſe dominum atque amare credentes. Quamuis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei æſtimant caritatem.* Conf. GROTIVS *lib. II. de iure B. & P. c.* 20. § 48. *ſeq.* Hodie forſan nemo tam inſanus erit, qui adprobaturus ſit factum HENRICI II. regis Angliæ, *qui nuncios ſolennes Romam mittens rogauit papam Hadrianum, vt ſibi liceret Hyberniæ inſulam hoſtiliter intrare & terram ſubiugare, atque homines illos beſtiales ad fidem & viam reducere veritatis, exſtirpatis ibi plantariis vitiorum*, vt loquitur MATTHAEVS PARISIENSIS *in hiſtor. Anglic. ſub Henrico II. ad ann.* 1155. *fol.* 79. *in f.* Reſpondet

Eorum libertas legatis vindicatur,

quia ſacra priuata tantum ſubditis ſunt interdicta,

nec genti in gentis alterius ſacra ius competit.

det pro genio papali ADRIANVS: *laudabiliter & satis fructuose de glorioso nomine tuo propagando in terris & æternæ felicitatis præmio cumulando in cœlis tua magnificentia cogitat, dum ad dilatandos ecclesiæ terminos, ad declarandam indoctis & rudibus populis christianæ fidei veritatem & vitiorum plántaria de agro exstirpanda, sicut catholicus princeps, intendis.* Sciuit pontifex, huiusmodi bella sibi magnopere profutura, & ærario suo inde ingentes fieri accessiones, si quomodocumque *vi, ferro, igne, armisque* ad fidem christianam infideles conuerterentur, vnde quoque in eadem epistola, quam integram refert MATTHAEVS PARISIENSIS *cit. l. p.* 80. sibi *de singulis domibus annuam vnius denarii pensionem* reseruat, quæ sola ratio sine dubio permouit pontificem, vt superstitiosi regis consilium iniquissimum, & iuri gentium contrarium, adprobaret.

§. XLVII. Sicuti ergo gens genti de *religionis* suæ, quam profitetur, *exercitio* controuersiam mouere non potest, ita quoque nec legato eiusdem, semel agnito & admisso. Et quamuis intra reipublicæ suæ limites reperiatur, eum tamen haud stringunt leges, quæ *peregrina sacra* damnant prohibentque, vel *priuata sacra* subditis adimunt. Neque enim fit reipublicæ illius subditus, sed, quasi extra rempublicam esset constitutus, pro *libertate*, qua gentes inter se vtuntur, agit, & domi eadem fere libertate fruitur, quæ genti, cuius faciem adfert, in sede sua permissa est. Collineat fere huc Dn. THOMASIVS *diss. de iure asyli legat. ædibus compet.* §. 18. vbi præmittit, *ius gentium directo de libertate exercitii religionis nihil dictare, neque illam ex aliquo ædium iure, quas legati inhabitant, deducendam esse, sed solummodo ex admissione legati, & conuentionibus eandem comitantibus, iisque vel expressis vel tacitis dependere.* Vti vero de *expressis conuentionibus* res clara est, ita quid per *tacitas* intelligat, mentem suam exprimit. *Non poterit princeps*, ait, *apud quem legatus degit, ipsi interdicere, vt priuatum in ædibus religionis suæ exercitium cum iis, qui ad ipsum pertinent, non habeat, &c.* Fluit hæc conclusio ex ipsa ratione *admissionis*, qua eam *libertatem* legato videtur *ipso facto* indulsisse (quatenus tamen intra reipublicæ alterius limites exerceri potest) quæ genti, a qua missus est, *iure gentium* debetur. Dico: *quatenus intra reipubl. alterius limites exerceri potest.* Hoc enim facile largior, maiori *libertate* agere quamlibet gentem in propria republica, quam eius ministrum in republica aliena: hoc duntaxat ei ex *admissione* indultum videtur, ne in classem *subditorum temporariorum* illius reipublicæ, in qua legationem sustinet, coniiciatur,

Inde nec legatis sacra priuata negari queunt.

ob libertatem & immunitatem, qua fruuntur.

Digitized by Google

ſed vt domi ſuæ *inter ſuos* libere agere, nec reipublicæ, in qua degit, de ſuis actionibus rationes reddere teneatur, quam diu *ſeditioſe* aut *hoſtiliter* non agit: eatenus enim *libertate* frui dicitur, qui alterius legibus aut imperio non ſubiacet. Non ergo *libertas* legati eousque extendenda, vt extra ædes ſuas publicum religionis exercitium, cum publico adparatu & ſonitu campanarum ſibi vindicare poſſit eodem modo, quo principi ſuo id integrum eſt in republica, cui præeſt; talis *libertas* ex ipſa *admiſſione* & *agnitione* legati non fluit, adeoque nec tacite promiſſa cenſetur, imo nec compatibilis eſt cum ſtatu illius reipublicæ, a qua admiſſus eſt, quæ vnice *publica ſacra* determinare poteſt, nec poſſent legationes cum reipublicæ tranquillitate fieri, quæ tamen vnice *iure gentium* ob bonum pacis & harmoniam inter gentes ſeruandam introductæ ſunt.

Debetur hoc ius legatis primi ordinis ex ratione naturali,

§. XLVIII. Neque hoc ius *priuatorum ſacrorum* legatis, *charactere repraeſentatitio* inſtructis, in dubium vocari ſolet, vtpote ob quem fruitur iisdem prærogatiuis, quæ conceduntur ipſi principi, ſi præſens eſt. Duo tamen hic remouenda cenſeo, quæ alias turbare ſtatum controuerſiæ poſſunt. Suppeditat illa auctor anonymus ſcripti alicuius *de prærogatiuis legatis debitis ex communi gentium conſenſu*, quod refert ANTONIVS FABER in der Staats-Cantzley *tom. XIV. p.* 220. Primum eſt, quod putet, prærogatiuas legatorum ex certis rationibus certo deduci non poſſe, ſed ex ſolis *exemplis* ſiue *conſuetudine* generaliter apud gentes recepta elici atque dignoſci debere. Sicuti vero auctor eo conſilio tantum hoc ipſum adſeruiſſe videtur, vt *cauſæ Colonienſi*, cuius patronum agit, defenſionem ſcribere poſſet; ita ſimul liquet, admodum lubrico fundamento omnes eiusdem concluſiones & adſertiones niti, dum non *rationibus*, ſed ſolis *exemplis* pugnandum eſſe credit, quod iis proprium eſt, qui deperditam & deſperatam cauſam defendendam ſuſcipiunt. Duo confundit, quæ tamen in legatis diſtinguenda ſunt, *ius* ſcilicet *ceremoniale legatorum*, & *ius libertatis*, quod iure gentium iis debetur. Illud *moribus* debetur, & ex ratione *decori* fluit, quod per exempla optime declaratur cognoſciturque, quod explicat Dn. IACOB. BRVNNEMANN. *diſſ. de iure ceremon. legator.* Sed *ius libertatis*, quod iure gentium legatis debetur, quodque eos a *legibus* & *imperio* illius reipublicæ, a qua admiſſi ſunt, eximit, ex *ſtatu gentium* earumque iure fluit, & ita certis rationibus demonſtrari poteſt, vti hactenus dictum eſt. Alterum eſt, quod exiſtimet, exercitium *priuatorum* ſacrorum vnice fluere ex *charactere*

ſed non vnice ob charactere repraeſentatiuum.

Digitized by Google

ractere repræſentatitio, quem legati *primi ordinis* ſuſtinent, idque ideo ei permitti cenſet, *quod id ipſum ſupremis principibus quoque extra principatus ſuos commorantibus paſſim concedatur*. Aſt eo ipſo oſtendit, ſe vim huius *characteris* non ſatis examinaſſe. Ipſe concedit legati *primi ordinis* prærogatiuam præ legatis *ſecundi ordinis ad ceremonias, & principaliter ad præcedentiam, tum ad titulos, modum receptionis, aliasque diuerſi generis formalitates ceremoniales iuxta cuiuslibet aulæ ſtylum deduci* poſſe; aſt oppido hallucinatur, quod iis *exercitium priuatorum ſacrorum* accenſeri debere credat. Hoc ad *ceremonias* nullo modo ſpectat, imo profanum eſt, ſacra ceremoniis externis, quæ ad *honoris cultum* excogitatæ ſunt, accenſere velle, quorum exercitium potius ex *libertate*, legatis *iure gentium* debita, deducendum. *Ceremoniæ* ſeſe *publice* exſerunt, & *publico cultu* legato primi ordinis exhibentur: *priuata ſacra* intra priuatos parietes ab ipſo legato adornantur, non concurrente republica, idque ex *libertate*, qua legatus a *legibus* & *imperio* illius reipublicæ exemtus eſt.

§. XLIX. Hiſce remotis facile patet, etiam legatis *ſecundi ordinis* hoc ius ſacrorum competere, ſiue *ablegati extraordinarii*, vulgo *Envoyés*, ſiue *reſidentes* vocentur, qui, prout ſupra dictum eſt, non adeo differunt. Quamuis enim hi non eodem *cultu publico*, quo legati primi ordinis, excipiantur, eadem tamen gaudent *libertate*, & *exemtione* a legibus & imperio illius reipublicæ, a qua admiſſi ſunt, quod WICQVEFORTIVS, PRESBEVTA, KVLPISIVS & IVRSTENERIVS ſupra citati ſatis ſuperque oſtendunt. Verum hic rurſus AVCTOR, quem §. *antec.* in medium produxi, ſibi non ſatis conſtat. A legatis *primi ordinis* diſtinguit *ablegatos extraordinarios*, quos ob defectum characteris repræſentatitii *ſplendore dignitatis* duntaxat, non *poteſtate iuris* a legatis *primi ordinis* differre non male cenſet. Sed ſui quaſi immemor poſt pauca hæc addit: *Cum autem ad ablegationes extraordinarias plerumque viri nobilitate proſapiæ vel muneris dignitate conſpicui adſumi ſoleant, hodie pluribus in aulis magna pars bonorum, qui legatis duntaxat de iure competunt, illis quoque ex vrbanitate defertur, cui rei in principatibus quibusdam ad ſeptentrionem vergentibus etiam error & confuſio legatorum cum ablegatis aliquatenus anſam præbuit, iamque trope vbilibet inualuit, vt ablegatis etiam extraordinariis eorumque familiæ vſus capellæ domeſticæ in ædibus a ſe conductis pro priuato exercitio religionis ſuæ indulgeatur.* Errorem quemdam & confuſionem ipſe, omnia miſcens & confundens, gentibus imputat, quod *legatis extraordinariis* iura

Debetur etiam ablegatis extraordinariis.

ſacrorum priuatorum permiſerint, cum tamen in antecedentibus conceſſerit, *poteſtate iuris* eosdem a *legatis primi ordinis* non differre. In quo autem hæc *poteſtas iuris* conſiſtit? Ipſe eandem in ſequentibus collocat: in *inuiolabilitate* & *exemtione a iurisdictione loci*, vel rectius in *libertate*, qua gens, a qua miſſus eſt, iure gentium fruitur, quam repræſentat. Ignorauere gentes antiquæ hanc legatorum diſtinctionem, & in genere legatis eam *libertatem* adſcripſerunt, quod faciem ſuæ gentis adferant. Fruſtra id ad ſolos *legatos primi ordinis* adplicatur, aut in eo *charactere repræſentatitius* quæritur, a quo ſolummodo *ius ceremoniale* legatorum, olim gentibus incognitum, dependet.

Hisce ſimiles ſunt reſidentes,

§. L. Pergit ad *reſidentes*, quos *miniſtros tertii ordinis* vocat, & ab *ablegatis extraordinariis* toto cœlo diſtinguit. Sicuti vero non neceſſe eſt, illa repetere, quæ ſupra de hac differentia putatiua dicta ſunt, quæ ſane ita comparata eſt, vt *reſidentes* a legatis *ſecundi ordinis* diſtingui, & ad *tertium ordinem*, more inuſitato, reiici non debeant; ita hoc vnicum tantum addo, auctorem *reſidentes* ſeu *ablegatos ordinarios* confundere cum *agentibus* ſimplicibus, qui per abuſum ſæpe *reſidentes* vocantur, obſeruante KVLPISIO *cit. tr. cap. III.* §. 3. Sed longe diuerſa eſt ratio RESIDENTIVM proprie dictorum, *qui ſunt miniſtri publici ſecundi ordinis, eodem cum ablegato extraordinario ſtatu atque iure, & proinde immunitatibus & priuilegiis iuris gentium æque fruentes, quantum eorum conditio capere poteſt*, vt vtar verbis PRESBEVTAE *de iure legat. ſtat. imper.* §. 63. *in f.* Præmittit in antecedentibus, *opinione imperitorum id fieri, qui iuſto maiores ſibi de ablegato extraordinario conceptus fingunt, & tenuiores de reſidentibus.* Sed audiamus, in quo auctor laruatus differentiam præcipue quærat. Videlicet: *Quantum ad capellæ domeſticæ vſum, ſicuti eum nonnulli huius claſſis miniſtri ex vrbanitate vel conſuetudine obtinent, eum vel precarium eſſe vel ad pretenſionem alibi iuſte formandam, nequaquam ſufficere* credit. *Vtpote*, pergit, *qui non ex iure quodam reſidentibus competente (ſicut in legatis ob characterem repræſentatitium) ſed ex aliquorum principum, apud quos reſident, indultu ac fauore ſpeciali promanat, ideoque aliis alibi degentibus minime proficit, ad parem prærogatiuam tanquam de iure exigendam, vbi præſertim tumultus ex eiusmodi nouitate metui poſſet, cui princeps loci fomentum præbere non tenetur.* Quantum coniectura aſſequi poſſum, reſidentes auctor in claſſem *ſubditorum temporariorum* coniicere conatur, qui ex gratia principis *ſacrorum priuatorum* vſum impetrare debent. Sed quam vereor,

quibus priuata ſacra etiam debentur.

ne

Digitized by Google

ne cauſa cadat, quod non adeo mirandum, cum non rationibus, ſed præconceptis opinionibus & exemplis in ſcenam prodierit. Apud gentes quascunque *reſidentes*, ſeu *ablegati ordinarii* iure ordinario ceterorum legatorum fruuntur, nec, quæ exempla in contrarium adferri ſolent, eorum *libertati* & *exemtioni* vim inferunt, de quibus deinceps agendi locus erit. Hoc enim conclamatum eſt, vſum *ſacrorum priuatorum* ſolum ſubditis in republica quauis interdici, nec hoc interdictum ſe extendere poſſe ad eos, qui non *ſubditi*, nec *perpetui*, nec *temporarii*, ſed potius recipiuntur, vt *liberæ reipublicæ miniſtri*, cuius faciem adferunt, dum *publico nomine* mittuntur. Nec vlla ratio adferri poteſt, quare *reſidentibus* denegari deberet, quod conceditur ceteris legatis. Sit ita, quod non eodem *cultu externo* excipiantur, quod tanto ſplendore dignitatis non præfulgeant: inde tamen *iura libertatis*, a quibus ius *ſacrorum priuatorum* dependet, illis denegari nequeunt. In eo *primum falſum* auctoris latitat, quod arbitretur, a *dignitate & externo* legatorum *ſplendore* hoc ius dependere, quod ſupra iam refutatum eſt.

§. LI. Quamuis vero hæc explorata explicataque ſint, conſtat tamen, nuper admodum anno 1708. Coloniæ reſidenti regis auguſtiſſimi Boruſſiæ lites de hoc iure motas fuiſſe, quarum ſeries vna cum ſcriptis variis refertur ab ANTONIO FABRO *tom. XIV.* der Staats-Cantzley *p.* 166. *ſeqq.* Exiſtimauit magiſtratus Colonienſis, ſe vſum *ſacrorum priuatorum* reſidenti nec hactenus conceſſiſſe, nec concedere poſſe, aut ad hoc ſe teneri. Regeſſit vero auguſtiſſimus rex Boruſſiæ FRIDERICVS glorioſæ memoriæ in *literis d.* 21. *Febr.* 1708. ad magiſtratum Colonienſem datis, hoc ius reſidenti ſuo denegari non poſſe, in mehrer Erwegung, vt verba literarum ſeſe habent, daß keinem Miniſtro und Reſidenten eines Potentaten das exercitium ſeiner Religion an dem Ort ſeines Auffenthalts ohne violirung des iuris gentium und der allgemeinen obſeruanz verwehret, noch unterſaget werden kan, ſondern ſolches iederzeit ohne difficultät verſtattet wird, wie davon vielfältige Exempel vorhanden ſeyn, und nur ein- und anders von denen recentioribus anzuführen, ſolches von Seiner Cathol. Majeſtät dem König in Spanien, einem Holländiſchen Reſidenten zu Brüſſel, ja unſerm annoch lebenden Miniſtro dem Frey-Herrn von Spanheim hiebevor von Euren Vorfahren nachgegeben worden, und unſerm Reſidenten am Käyſerlichen Hoff noch würcklich ohne die geringſte difficultät nachgegeben wird, wir dann auch ſolches dem Käyſerl. Reſidenten in unſern allhi-

Illuſtratur hoc ex cauſa Colonienſi.

Rationes regis Boruſſiæ.

Digitized by Google

hiesigen Residenzien nicht allein für sich und seine Familie ebenfalls zugestehen, sondern auch ein nicht geringe Zahl von Catholischen Einwohnern dazu ohngehindert admittiren. Addit in subsequentibus, daß es ungereimt seyn würde, wann eine dem Röm. Reich unterworffene Stadt einem souverainen gekrönten Haupt dasjenige difficultiren oder disputirlich machen wolle, was Ihm von denen höchsten Puissanzen, ja gar von des Röm. Reichs höchsten Ober-Haupt accordiret und zugestanden wird; und kan hierwider in dem Religions-Frieden, noch dem Instrumento Pacis Westphalicæ, noch in andern darauf sich gründenden constitutionibus imperii, kein Behelff gesuchet werden, indem selbige de iuribus legatorum nichts disponiren, wovon jedoch hier allein die Frage ist, und also auf diesen casum nicht adplicabel seynd.

Colonienſium obiectiones.

§. LII. Hisce tamen non potuit moueri magistratus Colonienſis, vt iustissimis & *iure gentium* fundatis prætensionibus augustissimi regis adsurgeret, sed potius in *literis d. 6. Mart.* 1708. datis in alia omnia iuit. De *iure gentium* ita censet: Was das ius gentium (so ab intrinseca sana ratione populorum billig genommen werden muß) betrifft, da ist solches absonderlich im Römischen Reich nicht dergestalt, wie es angegeben wird, vniuersaliter & vniformiter, und in seinen Umständen und effectibus recipirt, daß dadurch einem jeden Stand eine obligation und Zwang aufgebürdet werde, eines jeden Gesandten, Residenten oder Agenten, gegen des recipientis Gutfinden, und mit dessen Gefahr, disgusto und Widerwillen auf- und anzunehmen, &c. Addit post pauca: So ist auch zweytens die angegebene observanz nicht aller Ends, bevorab aber im Römischen Reich so wohl in generali als particulari lege publica aut omnium statuum vniformi consensu dergestalt eingeführet, daß dadurch ein jeglicher gleichfalls gezwungen und necessitirt seyn solle, das exercitium einer fremden Religion anzunehmen, absonderlich in perpetuum zu dulten. Dann von denen äussern Königreichen und mächtigen Republiquen zu abstrahiren, worin in puncto legatorum selbsten keine durchgehende conformität, sondern deren vielmehr eine difformität und Unterscheid anzuweisen: so ist im Römischen Reich aus dessen comitial actis de anno 1654 ja zu wissen, (vide Kulpis. de legat. fol. 983.) daß Käyser FERDINANDVS III. als von denen Evangelischen Ständen, das exercitium religionis in Wien, zu Behuf deren Residenten und Agenten gesuchet worden, ihnen solches rund

Digitized by Google

rund abgeſchlagen, und den 14. May die Käyſerliche declaration dahin ertheilet worden, daß Ihro Käyſerliche Majeſtät ſolches nicht eingehen könten, wolten und würden, und zwar in anno 1658. bey Einrichtung damahliger Käyſerlicher Wahl-Capitulation die Evangeliſchen Stände mit einem abſonderlichen monito ad art. 40. & 41. begehret, daß denen Reſidenten und Agenten am Käyſerl. Hoff-Lager das Predigen und adminiſtriren deren Sacramenten möchte geſtattet werden, ſo iſt doch euidentia reſte ſolches monitum von dem damaligen hohen collegio electorali verworffen, und der capitulation nicht inſerirt worden, und als anno 1675. den 20. Dec. bey nächſt verſtorbener Käyſerlicher Majeſtät glorwürdigſten Andencken ſolches abermahln begehret worden, ſo iſt doch ſolches abgeſchlagen, die Supplicanten nacher Edenburg in Ungarn, zu Haltung ihres Gottesdienſts, verwieſen, und alſo die angegebene obſeruantia, von deren nie iemahlen geweſen, durch drey in publicis imperii comitiis electorum conuentibus & aula cæſarea per actus pure contrarios etiam legitime præſcriptos völlig über einen Hauffen geworffen, und alſo das allzumild angegebenes ius gentium wenigſtens im Reich unterbrochen, und das contrarium eingeführet worden: allermaſſen auch keine einige Reichs-Stadt kan angewieſen werden, woſelbſten die pura & abſoluta neceſſitas recipiendi reſidentes & cum illis contrariæ relig. exercitium hergebracht ſeye, vielmehr möchte auf allen benöthigten Fall, wo ſolches declinirt, ja abgeſchlagen worden, vor- und angebracht werden können. Denique rurſus recurrit ad *leges fundamentales imperii*, ſed meo iudicio ſatis incongrue, cum illæ tantum diſponant de religionis exercitio inter *principem* & *ſubditos*, & *quatenus* vnicuique id integrum ſit, declaretur.

§. LIII. Dubia hæc remota ſunt in literis reſponſalibus auguſtiſſimi regis *d.* 20. *Mart.* 1708 datis. Nam quod (1) de *iure gentium* adlatum erat, hoc reſoluitur modo: Ob gleich der concipient Eures Schreibens bemühet iſt, ſich eine beſondere interpretation des iuris gentium zu machen, ſo iſt dannoch auch ſo gar denen, ſo die prima elementa iurisprudentiæ tractiren, bekannt, ius gentium eſſe, quo omnes, ſaltem moratiores vtuntur; da aber nach ſolchen Rechten bey allen Völckern das ius mittendi legatos & miniſtros publicos recipirt und hergebracht iſt, wie nicht weniger, daß ſelbigen pleniſſima ſecuritas verſchaffet, und alles dasjenige, was zu ihrer gehöriger ſubſiſtens erfordert wird, verſtattet werden müſte, ſo iſt Quæ reſoluuntur.

kein

kein Zweiffel, daß auch der ohnentbehrliche cultus diuinus darunter mit zu verstehen seye. Wir unsers Orts haben nicht allein dem Käyserlichen Residenten, so lang er allhier gewesen, das exercitium Romano-Catholicum in seinem Hause verstattet, sondern auch aus bloßer consideration des characteris bishero nachgesehen, daß, obgleich weder derselbe noch einiger von seinen domestiquen sich allhie befindet, solches dennoch continuiret werde, und viel hundert von hiesigen Catholischen Einwohnern sich dabey einfinden mogen. Quæ II) præiudicia adferuntur, hoc diluuntur modo: Was vom Käyser Ferdinando III. von euch erwehnet wird, lassen wir dahin gestellet seyn, und ist nicht unglaublich, daß zu solcher Zeit, da die Partheyen der vnion und liga annoch in frischem Andencken gewesen, wie auch in andern Fällen etwas irregulieres vorgegangen seyn moge, wie dann auch Exempel gefunden werden, daß in einem und andern casu das ius gentium apertissime violirt worden, niemand vernünftiger aber wird daraus schliessen, daß solches zur consequens zu ziehen seye; absonderlich aber kommet hiebey in consideration, daß in vorigen Zeiten die iura legatorum & ministrorum publicorum niemahln so genau als ietzo reguliret und beobachtet worden. Reliquas literas hac de causa publice hinc inde transmissas non referam, cum in adductis rationes primariæ contineantur.

Decisio huius controuersiæ.

§. LIV. Sicuti vero de *exemplis* adductis deinceps agendi locus erit, ita ex *adductis rationibus* magistratus Colonienſis adparet, eundem, cum *auctore anonymo*, antea refutato, de *iure gentium* sibi formasse conceptum, illudque vnice ex *exemplis* æstimasse. Controversia hæc tandem decisa per amicabilem compositionem *d.* 16. *Ianuar.* 1709. & a magistratu Colonienſi ius hoc residentibus competens agnitum est his verbis: Nachdem vierdtens Se. Königl. Majestät in Preussen declariren lassen, auch fest und unbeweglich dabey bestanden, daß dero Residenten, gleich anderwertig, also auch in der Stadt Cölln das exercitium domesticum reformatæ religionis competire, so ist zwar Magistratus keineswegs gemeinet, dasjenige, was einem Königl. Residenten dißfalls de iure gentium & generali obseruantia competiren könte, zu bestreiten; Es wollen aber dennoch allerhöchstgedacht Seine Königl. Majestät auf beyder hoher Herren Mediatoren und verschiedener anderer vornehmer Reichs-Ständen intercession, und weilen ohnedem dero Resident ietziger Zeit seinen reformirten Gottesdienst bey dem exercitio militari vor die Craiß-Guarni-

niſon in der Stadt haben kan, demſelben anbefehlen, daß er ſich deſſelben bedienen, und damit anietzo begnügen ſolle; Jedoch mit Vorbehaltung des Ihro dißfalls competirenden Rechtens, als deſſen und ſeines verlangenden exercitii ſie ſich inskünftige keinesweges begeben haben wolten. Geſtalten dann auch Magiſtratus verſprochen, höchſtgemeldter Sr. Königl Majeſtät Reſidenten von Dieſt, in ſeiner Perſon, Familie und Haus-Geſind behörigen Schutz nach allem äuſſerſten Vermögen zu halten: Allermaſſen ſolches alſo beyderſeits verglichen und angenommen, annebenſt allerſeitige Ratification innerhalb zweyer Monathen beyzubringen, zugeſaget worden.

§. LV. Sed ecce! Nuncius apoſtolicus IOANNES BAPTISTA hoc ipſum ægre tulit, nouasque turbas mouit, contradictione quadam importuna *d* 23. *Iun.* 1709. interpoſita, quam ANTONIVS FABER *cit. tr. p.* 242. cum ratihabitione pontificis, refert. Hoc eo minus mirandum, cum conſtet, pontificem ſeſe omnis iuris, *naturæ*, *gentium* & ipſius *ſacræ ſcripturæ* arbitrum ſupremum inepto conatu conſtituiſſe, dominum in *religionem chriſtianam* ſibi ſatis inſulſe arrogaſſe, & ſibi ſoli controuerſiarum in cauſis religionis & eccleſiaſticis ortarum vindicaſſe deciſionem. Hac de cauſa ſui iuris & officii eſſe iudicauit, compoſitionem hanc impugnare, eamque inualidam & irritam declarare, quo ipſo, conatu impudentiſſimo, *iuris gentium placita* euertere ſtuduit. Ipſam nuncii proteſtationem adduxi *lib. I. tit. XXX.* §. 14. *p* 699. Neque hæc praxis aulæ Romanæ adeo recens eſt, cum conſtet, a multis retro ſeculis eadem audacia pontifices *iura gentium* turbaſſe & eorum euerſores fuiſſe, quamuis per DEI gratiam eius conatus hodie ita infracti, vt vanæ ſine viribus iræ ſint, & non magis contradictio hæc ieiuna effectum ſit habitura, quam illa habuit, quæ contra inſtrumentum pacis interpoſita eſt. Ceterum quæ a parte regis Boruſſiæ potentiſſimi contra hos auſus papales *corpori euangelico* in *comitiis* propoſita fuerint, retuli *lib. I. cit. tit. p.* 699.

Pontificis petulantia circa legatorum ſacra priuata.

§. LVI. Quia vero in antecedentibus dictum, ſæpe prouocatum eſſe in controuerſia Colonienſi ad *praxin aulæ Cæſareæ*, inde ſpecialius inquirendum, quæ eius rationes fuerint, quod *ſtatuum ab-legatis & reſidentibus* hæc libertas a Cæſare negata fuerit? Hoc certum eſt, A. C. addictos ſtatus *d.* 8 *Mai.* 1654. a Cæſarea Maieſtate petiiſſe, vt reſidentibus ſuis *priuata ſacra* Viennæ permitterentur, pro-

Reſidentibus ſtatuum Cæſar negat priuata ſacra.

Digitized by Google

vt ex eorum *memoriali* adparet, relato ab HEERDENIO in der Grundveſte des Heil. Römiſchen Reichs *P. III. c.* 8. Cum vero hoc ipſum impetrare haud poſſent, prioribus petitionibus inſiterunt, & literis *d.* 16. *Mai.* 1654. ad Cæſarem datis mentem ſuam ita expoſuerunt: Euer Käyſerl. Majeſtät mögen wir in aller Unterthänigkeit nicht verhalten, welchergeſtalt dero geheime Rath, Herr Iſaac Volmar, am 14. dieſes melden laſſen, daß Ew. Käyſerl. Majeſtät unſer allerunterthänigſtes Memorial ſub dato den 8. dieſes, wegen ſuſpenſion der proceſſe, an dero Hochlöbl. Reichs-Hof-Räthe, wie auch wegen Verſtattung des freyen exercitii religionis der Augſpurgiſchen confeſſion zugethanen Reichs-Hof-Räthe, Reſidenten und Agenten, eingeantwortet und nachgeſchicket worden, worauf Euer Käyſerl. Majeſtät zurück geſchrieben, uns hinwiederum anzuzeigen, wie ſie mit ſonderbarer Befremdung vernehmen, daß nunmehro und nach geſchloſſenem dieſem Reichs-Tage und alſo dem Herkommen zuwider, ein ſolches geſuchet worden. Zumalen da Ew. Käyſerl. Majeſt. es nochmals bey den am 21. und 29. Aprill gegebenen allergnädigſten Käyſerl. reſolutionibus bewenden lieſſen, und wäre dero allergnädigſter Will und Meynung, daß, nachdem die deputati ad punctum reſtitutionis & grauaminum die Gewalt erhalten, in caſibus liquidis die execution zu decerniren, dahero faſt unbillig, und der Käyſerl. Authorität nicht wenig verkleinerlich fallen wolte, deroſelben Beginnen die Hände zu binden, zumahlen ſie nicht hoffen wolten, daß in ſolchen Fällen die execution iemand ſich werde entgegen ſeyn laſſen: Was aber der in illiquido beſtehende caſus anbetreffe, und da über die interpretation des inſtrumenti pacis einige Strittigkeit vorkommen möchte, dieſelbe wolte Eure Käyſerl. Majeſtät zur öffentlichen Reichs-Verſammlung verweiſen. Was das andere petitum, wegen Verſtattung des freyen Religions exercitii der Augſpurgiſchen Conf. verwandten Reichs-Hoff-Räthe, Agenten und Reſidenten anbetreffe, lieſſen Eure Käyſerliche Majeſtät allergnädigſt zu, thätens auch noch, daß auſſerhalb an dergleichen Orten dieſelben ſich begeben möchten. Dannenhero Euer Käyſerlichen Majeſtät nicht hoffen wolten, daß ein weiters von ietzigen Reichs-Hof-Räthen ſolte geſucht werden, ein mehrers könten, wolten und würden dieſelbe nicht concediren und zugeben. Nun wollen Euer Käyſerliche Majeſtät allergnädigſt und gewiß dafür halten, daß vorgedachtes Memorial nicht von etlichen, ſondern von geſamten der Augſpur-

ſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten Churfürſten und Ständen hergeſtoſſen, womit ſich auch die meiſten ſolcher Religion zugethane Churfürſten conformiret, und allerſeits dafür gehalten haben, daß bey geſchloſſener, und von Ew. Käyſerl. Majeſtät ſelbſt allergnädigſt mitbeliebter deputation es nicht anders ſeyn könne, denn daß dergleichen proceſſe, ſo wohl an denen höchſten, als niedrigſten Gerichten ceſſiren und anſtehen müſſen. Inmaſſen ſonſten es dieſer deputation gantz nicht vonnöthen, und kan vor Ew. Käyſerl. Majeſtät Reichs-Hoff-Räthe um deſto viel weniger in den aus dem inſtrum. Pacis herrührenden und reſultirenden Sachen und Materien cognoſciret und decidiret werden, alldieweilen derſelbe noch zur Zeit, allermaſſen das inſtrum. Pacis ſolches erfordert, nicht beſetzt iſt, um deswillen auch unſere gnädigſt und gnädige Herren Principalen, auch geehrte Obern nicht zu verdencken ſeyn werden, daß ſie auch ſelben in allen andern Sachen pro iudice competente nicht agnoſciren können, bis ſolche Mängel gäntzlich abgeſtellet, und geändert worden, um deſto vielmehr, weil über die Reichs-Hofraths-Ordnung Churfürſten und Stände noch zur Zeit nicht ſeyn vernommen worden; wir ſtehen darneben ſehr an, ob Ew. Käyſerl. Majeſt. auf ſolche Weiſe dero Reichs-Hoff-Rath mit Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten tauglichen ſubiectis werden erſetzen können, dieweilen jeder Bedencken haben und tragen wird, ſolche condition anzunehmen, wann er zu Führung ſeines Chriſtenthums die freye Religions-Ubung nicht haben ſolte, und ſo wohl Euer Käyſ. Majeſt. allergnädigſt zugeben, daß auswärtig der Evangeliſchen Religion zugethane ausreiſen dürfften, welches gleichwohl in ſo wenig Stunden ohne groſſe Unkoſten, beſchwerliche Ungelegenheit, und empfindliche Gefahr nicht wohl zu geſchehen möglich iſt: So haben doch Ew. Käyſerl. Majeſt. Chriſtlich zu ermeſſen, wie ſolches in Todes-Nöthen ſeyn könne, zumahlen aber betrübt und unverantwortlich fallen würde, ein oder andern agoniſirenden ohne Troſt und Gebrauchung des Heiligen Abendmahls elend und erbärmlich hinſterben und abſcheiden zu laſſen. Bey ſolcher Bewandnüß werden Ew. Käyſerl. Majeſt. nicht mißfällig, ſondern allergnädigſt vermercken, daß wir all dasjenige, ſo im vorigen allerunterthänigſten Memorial begriffen, wörtlich hieher erwiedern, und Ew. Käyſerl. Majeſtät im Nahmen und an ſtatt unſerer gnädigſten und gnädigen Churfürſten und Herren, auch geehrten Obern und Principalen

allerunterthänigst und höchst-angelegenen Fleisses ersuchen und bitten müssen, sie wollen und werden bey dero Löbl. Reichs-Hoffrath solchen allergnädigsten Anstalt von selbst zu machen geneigt seyn, auf daß mit Fortstell- und decernirung der Proceß in denjenigen ex instr. Pacis resultirenden Sachen inzwischen möge in- und angehalten werden, auch förderlichst der Augspurgischen Confession zugethane qualificirte und taugliche subiecta in benöthigter und erforderter Anzahl zu bestellen und anzunehmen, welche die heilsame Iustiz in gehörigem schnellen Lauff unpartheyisch zu administriren, und einem jeden, was recht ist, gedeyen und wiederfahren lassen, zu dem Ende dann allergnädigst zu gestatten, daß nicht allein der Augspurgischen Confessions-Verwandten Reichs-Hoffräthen, sondern auch der Churfürsten und Stände an Ew. Kayserl. Majest. Hoflager anwesend, und dahin kommenden Gesandten, Residenten und Agenten, samt allen dero angehörigen Wittwen und Wäysen die freye Ubung der Augspurgischen Confession gegönnet und frey gelassen werde, darnebens auch bey dero Reichs-Hoffräthen solche allergnädigste Versehung zu thun, daß, wann ein oder der andere in puncto grauaminum & restitutionis sich daselbst angeben würde, er alsdann solche Partheyen an die verglichene und geschlossene deputation nacher Franckfurt am Mayn, zu Erlangung dero Rechtens und Befügniß verweisen solle, damit also so wohl in politicis als ecclesiasticis iedem die habende iura salua & intacta verbleiben und gelassen werden mögen. Euer Kayserl. Majest. werden solches nicht unrecht, sondern gantz billig zu seyn befinden, wordurch auch allerhand sonst befürchtende Ungelegenheit und inconuenientia eingestellet und vermieden verbleiben, unsere gnädigst und gnädige Churfürsten und Herren, auch Obern und Principalen werden es mit allerunterthänigstem Danck erkennen: und Ew. Kayserl. Majest. seynd und bleiben wir allerunterthänigst treu-gehorsamste vermöglichste Dienste zu erweisen bereitwilligst und äusserst beflissen. Cum vero rursus repulsam ferrent, status euangelici monita capitulationi Leopoldinæ hac anno 1658. inserenda esse petierunt: Daß der künfftige Römische Kayser unweigerlich verstatte, daß die Reichs-Hof-Räthe, imgleichen der Chur-Fürsten, Fürsten und Stände Residenten, Agenten, Solicitanten, und sonsten anwesende Gesandten, Räthe und Diener, auch dero Weiber, Wittiben und Gesinde das exercitium ihrer Religion am Kayserl. Hofe und iederzeit befindlichen Kayserl. Hof-Lager

ger haben, zur information ihrer Kinder Præceptores, auch zu predigen, und administrirung der Heil. Sacramenten, wie auch copulationen und Begräbnissen kein Einhalt, Verbot, oder sonsten Hinderung geschehen ꝛc. Sed monita hæc capitulationi non fuisse inserta constat, interim non omnino neglecta sunt, sed *capitulationi perpetuæ*, quæ tamen vim legum publicarum hactenus non accepit, *art.* 25. hæc inserta sunt: So soll und will Er auch unweigerlich verstatten, daß die Reichs-Hoff-Räthe, ingleichen der Chur-Fürsten und Stände Räthe, Agenten, Sollicitanten und Bedienten, auch dero Weiber, Kinder und Gesinde, das exercitium ihrer Religion an seinem Kayserlichen Hoffe, und iederzeit befindlichen Hoff-Lager haben, zu information ihrer Kinder Præceptores, wie auch zu Predigen, copulationen, administrirung der Heil. Sacramenten, und was dem Gottes-Dienst weiters anhängig, Priester samt andern darbey erforderten Personen halten mögen, denen dann in Verrichtung ihres Amts und ihnen allerseits insgemein an ihrer Religions-Ubung, auch ehrlichen Begräbnissen ihrer Todten, kein Einhalt, Verbot, oder andere Verhinderniß geschehe, vielmehr gebührend nachdrücklicher Schutz gehalten, und zu obgedachten Begräbnissen ein bequemer Orth ohne sonderbare Kosten und Entgeld angewiesen werden.

§. LVII. Quamuis vero vsum *sacrorum priuatorum* imperator residentibus, electorum præsertim, hodie indulgeat, constat tamen, olim iis illud ius non fuisse concessum. Vnde KVLPISIVS *de iur. legat. c. XXII.* §. 5. inter specimina onerum a legatis statuum subeundorum ponit, quod iis *exercitium religionis* in aula Cæsarea non concedatur. Qui enim statum imperii nostri secum animo perpendit, multa *irregularia* in eo deprehendet, vt ad *regulas ordinarias iuris gentium* non vbique conferri queant. Constat sane, legatis statuum imperii apud gentes exteras eandem *libertatem* & *exemtionem* indulgeri, quæ aliis legatis debetur, cum nec *ius legationis* in dubium vocetur, quod PRESBEVTA, KVLPISIVS & FVRSTENERIVS dudum demonstrarunt, ipsaque praxis confirmat. Imo nec imperator *ius legationis* iis in dubium vocat, sed eorum legatos recipit, & cum iisdem vt talibus agit. Sicuti vero plurima ex antiquo statu imperii nostri vestigia, eo licet admodum mutato, remanserunt, & schemata quædam externa, antiquum statum repræsentantia, supersunt, vt, si externæ huic rerum faciei insistendum esset, facile quis decipi posset: ita

Cuius negotiationis peculiares sunt rationes.

Digitized by Google

non mirandum, quod circa *legatos ſtatuum*, ad aulam Cæſaream miſſorum, quædam *irregularia* deprehendantur, quæ tamen ab aliis in exemplum trahi nequeunt. Sic ex priuilegiis iuris gentium eſt, quod legati ſint exemti a iurisdictione loci, vbi degunt, nec aliam illi mittentis agnoſcant. KVLPIS *cit. tr. c. XXI.* § 3. In imperio noſtro aliter dicendum eſſe IDEM §. 4. *ſeqq.* obſeruat, cum in comitiis, ex inſtituto veteri, nomine *Archimarſchalli*, hereditarius mareſchallus in eos eorumque familiam iurisdictionem exerceat, & in aula Cæſarea *ſupremus aulæ mareſchallus* eandem prætendat, id quod ad veſtigia ſtatus antiqui Germaniæ referendum. Id tamen aliæ gentes nec in exemplum traxerunt, nec trahere poſſunt, multo minus ſtatibus imperii inter ſe integrum erit, exemtionem legatorum ſtatuum imperii ex *praxi Cæſareæ aulæ*, in dubium vocare. Eadem irregularitas olim occurrebat in delegatione *ſacrorum priuatorum* in aula Cæſarea, quæ tamen ſimili ratione ab aliis, inprimis conſtatibus, in exemplum trahi non poteſt, vtvt Colonienſes primarium ſuum fundamentum in eo collocaſſe videantur. Ceterum hodie a rigore antiquo receſſiſſe videtur aula Cæſarea, cum conſtet, ſtatuum legatos & reſidentes ſacra priuata ſua ibi habere, nec illa eis amplius in dubium vocari. Quod autem plures hoc iure non vtantur, non defectui *iuris*, ſed aliis cauſis tribuendum eſt.

Exempla priuatorum ſacrorum.

§. LVIII. Progredior ad exempla, ius hoc gentium demonſtrantia. Plura iam in ſcriptis cauſam Colonienſem concernentibus adducta ſunt; nonnulla etiam habet WICQVEFORTIVS *dans ſon Ambaſſadeur lib. I. c.* 28. quæ ex eo repetere non neceſſe eſt. Ceterum ex publicis monumentis liquet, nec legatis chriſtianorum ad Turcas Perſasque miſſis hoc exercitium denegatum fuiſſe, ſicuti legati ab imperatore Turcarum miſſi *ſua ſacra priuata* Viennæ quoque exercuerunt. Legati variarum gentium Vltraiecti, pacis pangendæ cauſa ante aliquot annos congregati, *ſacra* ſua *priuata* ſine vllius contradictione exercuerunt. In Polonia anno 1674. legationi Brandenburgicæ, in loco, prope templum primarium ſito, quo plurima pars ſacerdotum habitauerat, *ſacra priuata* conceſſa eſſe conſtat ex Diar. Europ. *part. XXXI. p.* 161. Equidem WICQVEFORTIVS *cit. l. p.* 417. contrarium exemplum adducit PHILIPPI II. aiens: *Philippe II. ne voulut pas permettre, que l'ambaſſadeur de la reine Eliſabeth priaſt Dieu à ſa mode dans ſa maiſon, & contraignit ſes domeſtiques d' aller à la meſſe*, imo quod mirandum, ipſemet non adeo improbaſſe hoc videtur hiſce verbis: *Mais*

igitized by Google

Mais ſes ſucceſſeurs ont bien fait connoiſtre, que la devotion des princes, quelque religieux qu'ils ſoyent, n'eſt jamais ſi pure, que l'intereſt de l'eſtat ne s'y mesle, & que bien ſouvent celuy-ci l'emporte ſur l'autre. Ergone *deuotioni principum* adſcribendum, quod debeant *ſacra priuata* legatis permittere? ergo pietas in DEVM non adeo ſincera, ſi vſum eorum legatis, iure gentium debitum, non impediunt? Fruſtra ſane in antecedentibus *iuri gentium* hoc adſcripſiſſet WICQVEFORTIVS, ſi factum PHILIPPI II. quomodocumque adprobandum eſſet. Plura alia exempla *violati iuris gentium* in monumentis antiquis occurrunt, quæ tamen ipſum *ius gentium* non eneruant aut tollunt.

§. LIX. Hæc tamen *libertas priuatorum ſacrorum* non eſt in infinitum extendenda, ſed intra ſuos limites reſtringenda. Nam (I) quod legatis iure gentium conceſſum eſt, id ſibi *agentes* vindicare non poſſunt, vtpote qui legati, *publico nomine* miſſi, characterem haud habent. Illuſtrat hoc ipſum exemplo illuſtri PIQVII, res Galliæ regis in Suecia agentis, WICQVEFORTVS *dans ſon Ambaſſadeur lib. I. ſect.* 5. vbi ait: *Monſ. Piques, preſentement Conſeiller en la cour des Aide de Paris, eſtant Agent en Suede, apres que Chanut en fut party, pria la Reine de luy permettre, de faire venir un Preſtre, afin de pouvoir faire dire la meſſe dans ſa maiſon; parce que depuis qu'il n'y avoit point d'Ambaſſadeurs de France, ny de Portugal à Stockholm, ny ſes domeſtiques, ny les Francois & les Italiens, qui eſtoint au ſervice de la Reine, n'avoint plus cette conſolation. La Reine dit, que Piques n'avoit point de qualité, qui luy donnaſt cette autorité, mais que, ſi le Roy, ſon Maiſtre, luy en vouloit eſcrire un mot, elle l'aſſeuroit des à preſent, qu'elle y conſentiroit. Quelque temps aprés, Piques, ayant preſenté les lettres, par leſquelles le Roy luy donnoit la qualité de Reſident, la Reine luy dit, qu'elle eſtoit bien aiſe de voir, que le Roy vouloit bien entretenir un miniſtre aupres d'elle, parce que c'eſtoit une marque de ſon affection & de ſon inclination a entretenir la bonne correſpondance entre les deux couronnes.* Sunt quidem *agentes* etiam miniſtri extranei principis, ſed non ea mittuntur aut recipiuntur intentione, vt locum eius ſubeant, id quod tantum faciunt *legati primi* & *ſecundi ordinis*, cum illi *eminenter*, hi *ſimpliciter*, ſed ſine ſingulari eminentia, principem repræſentent. Agentes hoc iure non gaudent,

§. LX. Competit porro (II) tantum legato *vſus ſacrorum priuatorum domeſticus*, quem in *publicum* mutare nequit, quod ſupra iam explicui. Quidquid enim iuris habet, eo tantum gaudet intuitu ſui ipſius, & Reſtringenda ſacra priuata ad legati familiam.

Digitized by Google

& qui in eius sunt comitatu: limites *libertatis* excederet, si *publica sacra* exercendi ius sibi adrogaret, qui per indirectum ius hoc extra suam familiam, in ipsos reipubl. subditos, extenderet. Vnde (III) licet legatus non sit obstrictus, vt subditos illius reipublicæ, in qua degit, a sacris suis arceat, princeps tamen subditis suis grauissime interdicere potest, ne subditi sui sacris hisce priuatis interstint. Dn. THOMAS. *de iure asyli legat. ædib. compet.* §. 18. IVSTINVS PRESBEVTA *de iure legat. stat. imper.* §. 123. Refert WICQVEFORTIVS *cit. tr. lib. I. sect.* 28. status regni Sueciæ anno 1648. ad reginam grauissimas detulisse querelas, quod CHANVTIVS, regis Galliæ residens, *extraneos* quoscumque ad sua sacra priuata admitteret, adeoque petiere, vt CHANVTII libertatem mediis conuenientibus restringeret temperaretque. Regina cum propterea moneri iussit, ne quoscumque sine discrimine peregrinos ad sacra sua admitteret, addendo, se de cetero *sacra priuata* ei in dubium vocare nolle. Respondit CHANVTIVS, se exercitium religionis suæ domi *iure gentium* habere, non ex reginæ indultu, nec se obligatum esse, ad arcendos a sacris suis extraneos. Leges Suecorum non posse abolere *ius gentium*, & *immunitates*, quas ius hoc & ædibus & legatis concesserit. Prouocauit præterea ad exemplum legati Suecici, qui Lutetiæ Parisiorum quoscumque *extraneos* ad sacra sua eadem libertate admitteret &c. In eo ergo non peccauit CHANVTIVS, quod fores extraneis occludere noluerit; reginæ tamen integrum fuit, publica interdicere lege, ne subditi ad sacra eius sese conferrent. Quocirca integrum haud est legato, (IV) religionis suæ exercitium extra ædes suas proferre, supplicationes per vias publicas instituendo, vel sacramentum altaris mittendo in alias domos ad ægrotos. PRESBEVTA *cit. l.*

Poteſt princeps prohibere, ne extranei accedant ad sacra legatorum.

Non potest legatus sacra extra ædes suas proferre.

§. LXI. Porro (V) sicuti quilibet, qui *priuata sacra* exercet, arbitrium circa ea habet, quæ ad *ordinem* & alia *adiaphora* pertinent, ita quoque legato circa hæc liberum relinquendum arbitrium. Non loquor de principe, cuius minister est, qui ei ordinem in sacris seruandum præscribere potest, sed de illa gente, ad quam missus est, vt hæc sacra eius priuata nullo modo determinare possit. Alias quidem, si subditis quibusdam *extranea sacra priuata* ex indultu imperantis conceduntur, etiam ei, ex *inspectione generali* in quæcumque sacra, integrum est, modum & rationem suo modo præscribere: ad *legatorum sacra* autem hoc vel ideo extendi nequit, quia haud sunt subditi. Vnde quæstio oritur, an a legato postulari queat, vt rem di-

Habet legatus arbitrium circa adiaphora sacrorum priuatorum.

Digitized by Google

diuinam in eo *idiomate* saltim faciat, quo in gente, a qua missus est, fieri solet? Quid enim, si legatus sacra sua peragere vellet idiomate in illa republica vsitato, ideo forsan, vt subditi, qui eiusdem cum eo religionis sunt, eius sacris vti queant? Iure hoc fieri posse censet PRESBEVTA *cit. l.* quod tamen vel inde dubium, quia ad *adiaphora externa* pertinet, quo idiomate res diuina fieri debeat? Poterit tamen respublica, in qua legatus degit, salua iustitia prohibere, ne quisquam *subditorum* sacra legati accedere audeat, quo ipso illi nulla infertur iniuria. Denique (VI) haec *sacra priuata* legato non tantum integra sunt, si ipse diuersae a republica, in qua degit, religionis est, sed etiam si eandem profitetur religionem, cum vtrobique par sit ratio, nec vllius parochiae addictus, quippe quae tantum concernit subditos illius reipublicae proprie dictos. Imo si plures ex eius comitatu sint diuersae religionis, in eorum vtilitatem *priuata sacra* exercere poterit, vtut ipse illi religioni addictus sit, quae in republica praedominatur.

§. LXII. Sicuti vero singularis *legatorum* character, quo muniti sunt, hanc illis peperit praerogatiuam, vt *suo iure oratorii priuati* seu *capellarum* ius sibi adscribere queant; ita eadem libertate non gaudent alii, illustriori quidem sanguine prognati, vt *priuati* tamen in terris peregrinis degentes vel iter facientes. Equidem etiam hi *capellanos* in comitatu suo habere solent, ne sacrorum suorum exercitio destituantur; quid? quod per *conniuentiam* eis exercitium hoc priuatum indulgeatur: *iure* tamen *suo* id ipsum sibi haud possunt vindicare, si dominus territorii id admittere nolit, cum hi magis *subditis temporalibus* accensentur, quem statum *legati gentium* in se admittere nolunt. Interim cum huiusmodi *capellae* priuato eorum, qui peregrinantur, vsui tantum inseruiant, atque alios, qui eisdem sacris addicti sunt, non admittant regulariter, praetereaque *ad tempus* tantum breuius durent, facilius a dominis territorii diuersae religionis tolerari, nec conferri possunt aut debent cum *exercitio religionis priuato*, de quo *instrum. Pac. art. V.* § 1. disponit, sed magis ad *domesticam deuotionem* nemini interdictam accedit.

An etiam iter facientes iure priuatae capellae gaudeant?

§. LXIII. Denique, quod *tertiae conclusionis caput* est, ab his *capellis* traxi originem hodiernorum *templorum aulicorum*. Iam supra obseruaui, tempore CAROLI M. & LVDOVICI pii *capellas* hinc inde in *palatiis regum Francorum* fuisse exstructas, etiam episcopis inuidentibus & murmurantibus. Celebris inter omnes imperii capellas fuit *Aquisgranensis*, *ex toto Romanorum orbe famosissima*, teste GAVFREDO *in*

A capellis palatinis originem traxere templa aulica.

Digitized by Google

De capella Aquisgranensi

vita S. Bernardi lib. II. c. 6. a CAROLO M. exstructa, quæ licet *basilicam ampliſſimam* repræsentauerit, *capella* tamen dicta fuit, quod esset *ſacellum regis*, teste ADELMO *ad ann.* 828 *in f.* Hinc nata appellatio Gallica *Aix la chapelle:* hinc *coronatio* regum ibidem antiquitus peracta, per A. B. c. 28. §. 5. ex more antiquo huic loco adscripta: hinc ab Aquisgranensibus lites motæ Noribergensibus ratione insignium imperialium reliquiarumque, quod hæc in *capella primaria regni* asseruari deberent, ceu olim moris fuit. Seriem argumentorum recensct & examinat Dn. a LVDEWIG de *Noriberga inſign. imperial. tutelar. c.* 5. Sicuti vero tempore Carolingorum palatia plura, & sic quoque *capellæ palatinæ* plures fuere; ita, eorum stemmate exstincto, successores nouas hinc inde *capellas imperii* exstruxere.

& Goslariensi.

§. LXIV. Inter reliquas memoranda hic est ecclesia *collegiata SS. Simonis & Iudæ,* quam HENRICVS III. Goslariæ exstruxit & *capellam imperii* appellauit. Diserte MONACHVS HAMERSLEBIENSIS apud LEIBNIT. *tom. II ſcript. Brunſuic. p.* 506. *ſq.* id confirmat, aitque: *Quam eccleſiam idem imperator voluit appellari* IMPERII CAPELLAM *& canonicos ibi* CAPELLANOS REGIOS. *Operam ergo dedit exactam, vt viros tanto honore dignos eidem ecclesiæ præficeret, ſiquidem etiam regni illic ſedem conſtituerat.* Illustrat hoc variis aliis testimoniis Dn. HEINECCIVS *in hiſtor. Goslar. ad ann.* 1039. quæ, cum in rem meam faciant, huc referre lubet. Ita vero ille: *Sic Conradus III. imp. anno* 1150. *hanc baſilicam vocat eccleſiam ſuam. Idem anno* 1188. *facit Fridericus I. imp. adiiciens ſimul, eam ſibi ſpeciali ratione ſemper fuiſſe & eſſe obnoxiam, ſe eam præ ceteris honorare & amplecti, eiusque libertatem gloriam coronæ ſuæ reputare, quippe quæ ad nullum in mundo niſi ad imperatorem vel Romanum regem debeat habere reſpectum. Henricus VII. in diplomate anno* 1225. *eandem eccleſiam memorans addit: quæ ſpecialis imperii noſtri dignoſcitur eſſe capella. Idem rex anno* 1234. *eandem baſilicam vocat ſuam Goslarienſem eccleſiam. Innocentius papa anno* 1248. *in diplomate ſuo ad abbatem Cellenſem teſtatur, eccleſiam Goslarienſem vnam de capellis exiſtere Wilhelmi regis; nec non in aliis binis literis eam vocat ſpecialem Wilhelmi regis capellam. Alexander pontifex, anteceſſoris premens veſtigia, eccleſiam Goslarienſem aſſerit imperium reſpicere nullo mediante. Porro ſpecialem ſuam capellam hanc eccleſiam vocare dignantur Rudolphus I. anno* 1276. *Adolphus anno* 1295. *vt taceam cetera recentiora monumenta, quæ eandem præ ſe titulum ferunt.* Adiungit præ-

Digitized by Google

præterea teſtimonium canonicorum Aquisgranenſium, qui ſeculo XIII. in literis quibusdam canonicos eccleſiæ Goslarienſis hoc modo compellarunt: *Confratribus vniuerſis eccleſiæ Goslarienſis canonicis, capellanis imperii.* Conferri hic merentur, quæ de *huius eccleſiæ prærogatiua* singulari iam ſupra *lib. III. tit.* 9. §. 41. *p.* 652. adducta ſunt.

§. LXV. Eundem morem ſecuti ſunt proceres & ordines imperii noſtri, qui in aulis ſuis eiusmodi *capellas priuatorum ſacrorum* gratia exſtruxere. Rationem horum ſacellorum peculiarem aliunde indagare & cognoſcere haud licet, quam ex eis antiquitatibus, quæ modo adductæ ſunt. Sunt videlicet capellæ inſtar *domeſticorum oratoriorum*, & ſicuti aula ipſa inſtar *magnæ familiæ* eſt; ita qui de hac ipſa ſunt, ſacris *extraordinariis* ibi celebratis intereſſe ſolent, ſicuti olim, qui *oratoria domeſtica* habuere, vſui *familiæ ſuæ* quoque eadem adaptarunt. Vnde talis eccleſia recte dicitur *principis* eſſe, (ſicuti in diplomatibus imperatores capellas palatinas *ſuas* vocarunt,) & de illa diſponit; quin quod ei quoque integrum ſit, paſtores illi præficere, ſicuti olim etiam nobiles ſuis capellis dabant ſacerdotes. Capellæ in aulis proteſtantium.

§. LXVI. Huc reſpexit ſine dubio *I. P. art. VII.* §. 1. quod de proteſtantibus, quatenus adhuc duas partes faciunt, ita diſponit: *De iure reformandi inter vtramque partem ita conuentum eſt, vt, ſi aliquis princeps vel alius dominus territorii vel alicuius eccleſiæ patronus poſthac ad alterius partis ſacra transierit, aut principatum aut ditionem, vbi alterius partis ſacra exercitio publico de præſenti vigent, ſeu iure ſucceſſionis ſiue vigore præſentis tractatus pacis alioue quocunque titulo nactus fuerit, aut recuperarit, ipſi quidem concionatores aulicos ſuæ confeſſionis citra ſubditorum onus aut præiudicium ſecum atque in reſidentia ſua habere liceat; at fas ei non ſit &c.* Conceptio huius formulæ multas tempore *pacis* initæ peperit difficultates, quas enarrat IOANNES IOACHIMVS MVLLERVS in des entdeckten Staats-Cabinets vierten Eröffnung *c. III. p.* 71. *ſeqq.* Ducum Saxoniæ legati primi fuere, qui hanc clauſulam formulæ inſerendam eſſe cenſuere, *in curia vero concionatorem aulicum ſuæ confeſſionis habere omnino licitum fuerit.* In formula a *legatione Suecica* concepta ita dicitur: *principi quidem vel domino ſuæ confeſſionis aulicum concionatorem citra ſubditorum onus & præiudicium alere & in vna ditionum ſuarum curia habere liceat;* mox vero d. 23. Mai. 1647. mutatis verbis hanc ſubſtituere: *in curia reſidentiæ ſecum habere liceat.* Hæc diuerſitas formularum indicat, potiſſimum Sanctio inſtrumenti pacis de his capellis.

Digitized by Google

in dictis formulis actum fuisse de *curia* vel *aula principis*, vt *residentia*, cuius mentio in *art. VII.* §. 1. fit, non tam *integram vrbem*, quam *aulam principis* denotare videatur, vnde & *concionatorum aulicorum* mentio iniicitur.

Præter capellas in aulis adhuc dantur templa aulica,

§. LXVII. In quibusdam tamen aulis sunt adhuc, præter capellas, *templa aulica* Schloß- und Hoff-Kirche, in quibus *ordinaria sacra*, vt in *parochialibus ecclesiis*, habentur, cum in *capellis*, in denen Hoff-Capellen, non *ordinaria* habeantur *sacra*, sed, prout principi commodum fuerit, *extraordinaria*. Eædem inprimis occurrunt in *palatiis principum ruralibus*, amœnitatis & otii causa exstructis, in denen Lust-Häusern, ad quas inprimis applicari possunt, quæ supra de *oratoriis priuatis* consecratis, dicta sunt, quæque facile ab ecclesiis *parochialibus*

quæ parochialibus proxime accedunt,

distinguuntur. Difficilius a *parochialibus* secernuntur *templa aulica*, in quibus *ordinaria* habentur *sacra*. In eo enim, prout supra obseruaui, *oratoria* olim a *maioribus* & *parochialibus* distinguebantur ecclesiis, quod in his *ordinarius* & *solennis* esset cultus diuinus, cui etiam interesse tenebantur, qui *oratoriis* & *capellis* instructi erant, quibus *certus populus* haud alligatus erat. Tandem vero *oratoria*, iuxta castra nobilium exstructa in commoditatem familiæ, primæuum statum suum deposuerunt, postquam tum *ordinaria sacra* in iis constanter haberi cœperunt, tum etiam *certa populi ruri degentis portio* eis assignata est, adeo vt ab hoc tempore *proprie dictæ parochiales ecclesiæ* factæ fuerint, vt recte obseruat ESPEN. *P. II. iur. eccl. tit.* 25. *c.* 2. §. 13. *seqq.*

imo pleraque sunt instar parochialium ecclesiarum.

§. LXVIII. Quid ergo dicendum de *templis aulicis*, quibus hodie præficiuntur 1) *ordinarii presbyteri*, Ober- und Hoff-Prediger, quæ 2) sacra *ordinaria* & *publica* habent, & denique 3) *certum* etiam *populum*, eos scilicet, qui aulæ principis inseruiunt, & *munera aulica* obeunt? Adeo enim hi huic alligantur ecclesiæ, vt sacra ibidem *de necessitate* facere teneantur, h. e. infantes sacerdotibus aulicis baptizandos offerre, eos a confessionibus suis habere, ab iis percipere eucharistiam, & quæ sunt alia *parochialis iuris* argumenta, quæ in his templis quoque sese exserunt. Hæc si perpendo, non aliter possum, quin constituam, in plerisque *tales ecclesias aulicas* cum *parochialibus* conuenire, & secundum harum regulas æstimandas esse, maxime si princeps vel *lege publica* vel *pactis* cum statibus prouincialibus initis ligatus est, vt statum huius *templi* mutare non possit. Quodsi itaque *anno* 1624. *d.* 1. *Ian.* in hoc statu *templum aulicum* huius conditionis fuerit, & ita primario sub-

Digitized by Google

ſubditorum vſibus, vt *parochialis*, inſeruierit, eundem retinere ſtatum debet, ſi vel maxime princeps ad *ſacra catholicorum* tranſierit, id quod fraudi ſubditorum eſſe haud debet. Neque quod inter proteſtantes, quatenus duas conſtituunt partes, *art. VII. §. 1. I. P.* ſpeciatim placuit, ad eum caſum, quo inter *catholicos* & *proteſtantes* quæſtio verſatur, extendi poteſt, cum vniuerſa *pacis Osnabrugenſis* connexio oſtendat, non eadem inter hos iura fuiſſe conſtituta, quæ data ſunt proteſtantibus, quatenus *duas partes* faciunt. Longe facilius & ſine vllo turbarum publicarum metu proteſtantes exercitium religionis publicum ſibimet inuicem indulgere poſſunt, ac quidem catholicis, prout notoria rerum geſtarum ſeries docet. Obiectio remouetur.

§. LXIX. Equidem clerus Romanus nomine ſereniſſimi electoris Palatini pro legitimanda *templi Spiritui S. dicati* & a reformatis poſſeſſi, ademtione eo vſus prætextu legitur, daß dieſe Kirche vom Könnig Ruperto zu einer Hoff-Kirche zum Catholiſchen Gottesdienſt gewidmet, und zur Begräbniß-Kirche des hohen Chur-Hauſes gebrauchet, worzu man nicht anders als durch den nauem eccleſiæ kommen kan ꝛc. Ueberdehm ſo ſey ihrer Churfürſtl Durchl. Hofſtatt groß, und wachſe die Zahl der Fremden täglich an, da die **kleine Schloß-Capelle** nur wie eine **Haus-Capelle** zu conſideriren. Recte vero regeſſere reformati: Daß die Kirche zum H. Geiſte keine Hoff-Kirche iemahlen geweſen, ſondern allezeit als eine **Stadt- und** *parochial*-**Kirche** conſideriret worden, dahero ſie auch in der declaration andern Stadt- und Haupt-Kirchen gleich geachtet, und der Chor von dem naui eccleſiæ ſepariret worden, wie denn auch in dieſer Kirche niemahlen ein Hoff- ſondern allezeit ein Stadt-Prediger geweſen. So iſt auch 2) der nauis der Kirchen zum H. Geiſte eigentlich keine Sepulchral Kirche, ſondern das Chor zur Beerdigung der Churfürſtl. Leichen abgeſondert und geſchloſſen, und der Ein- und Zugang zu denen Grufften niemahlen in der Kirche, ſondern in dem Chor geweſen. 3) Wenn die Reformirte um deßwillen, daß der König Rupertus dieſe Kirche geſtiftet und zum Catholiſchen Gottes-Dienſt gewidmet, davon ſolten depoſſediret werden, würden dieſelben nicht allein in der Pfaltz, ſondern im gantzen Röm. Reich von ihren Kirchen-Renthen und Gefällen abſtehen müſſen. Worüber aber die allgemeine Reichs-Geſetze und in ſpecie das inſtrumentum pacis Applicatio ad controuerſiam palatinam.

Digitized by Google

Weſtphalicæ klahren Ziel und Maaß geben ꝛc. Vid. FABER in der Staats-Cantzley *P. XXXIV. c.* 6. *n* 1 *p.* 121. *ſqq. Elect. iur. publ. tom. XVI. p.* 960. *ſqq.* Addi potuiſſet, ſereniſſimum electorem, ſi vel maxime templum *Spiritui S. dicatum* olim *aulicum* fuiſſet *templum*, illud reformatis adimere haud potuiſſe; ſtatum eius mutatum eſſe, nec idem principi catholico quoad *aulicum templum*, in quo, vt in *parochiali*, ſacra *ordinaria* fiunt, indultum eſſe: fateri eundem, capellam aulicam ſacris hactenus deſtinatam fuiſſe, & argumentum inde ſatis concludens trahi, quod *aulicum templum* qualitatem *parochialis* aſſumſerit, ſi præter illud *capella* in aula habeatur &c.

Monachi in deſertis eccleſias non habuere,

§ LXX. De *capellis* in genere ſatis, ni fallor, actum. Nunc ſpeciatim de *capellis monachorum* agendum, de quibus primario *rubrica* huius tituli concepta eſt. Monachos adhuc in *deſertis* viuentes & in vnum collectos *eccleſias*, quo conuenirent, habuiſſe arbitratur, & ex CASSIANO probat THOMASSINVS *P. I. lib.* 3. *c.* 13. § 7. *de diſcipl. eccl.* Enim vero locus CASSIANI tantum oſtendit, monachos *proprios presbyteros diaconosque* habuiſſe, qui eis ſacra adminiſtrarunt, cum ſtatus eorum non permitteret, vt *parochialibus eccleſiis* intereſſe poſſent. Vt vero præterea ſacrorum cauſa *capellas* in ſyluis exſtruxerint, non additur, cum ſufficeret, quod in monaſteriis, in quibus monachi collecti erant, ſacra peragi poſſent. In *vrbes* & *ſuburbia* translati ad inſtar ceterorum *laicorum*, quales reuera erant, *parochialibus eccleſiis* die dominico intererant, nec monaſteria ſtatim *priuata oratoria* aut *capellas* habebant, & quæ his inſtructa erant, non tamen ſacris *ordinariis* vacabant, vt IDEM *cit. tr. P. I. lib.* 2. *c.* 93. §. 9. & 15. oſtendit. Addit MORINVS *de pœnit. lib. II. c.* 17. §. 12. *p.* 118. virgines & viduas DEO ſacratas, ipſosque monachos omnes, ſi in vrbibus aut non longe ab iis ipſos verſari oportebat, ad eccleſiam cum cetera plebe, loco tamen primo, vt *nobiliorem gregis dominici portionem*, ſeſſuros, conueniſſe.

poſtea parochialibus interfuerunt eccleſiis.

Ex inſtituto Benedicti capellæ in monaſteriis erectæ.

§ LXXI. Quia vero a *ſtatu monachorum* abhorrere videbatur, foras ſeu extra monaſterium vagari, vtpote quos *clauſtro* incluſos volebant proceres eorum, BENEDICTVS monaſteria ita inſtruenda eſſe cenſuit, vt rem diuinam ibidem facere poſſent monachi. Prouocatur ad hanc regulam in *concil. Mogunt. c.* 20. *de anno* 813. apud HARDVIN. *tom. IV. concil. p.* 1013. huius tenoris: *Monaſterium autem ita debet inſtitui, vt omnia neceſſaria infra monaſterium exerceantur, vt non ſit neceſſitas monachis vel clericis vagandi foras, quia omnino non expe-*

Digitized by Google

expedit animabus eorum. Ita etiam *vita aſcetica* olim erat efformata & compoſita, vt omne *conſortium humanum* reſpuerit, quod *ſanctimoniæ vitæ* aduerſari crederetur, ad quam normam etiam BENEDICTVS cœnobitas effigiare laborabat. Ita vero contingebat, vt monachi ſe prorſus a *cœtibus fidelium* ſepararent, & *ſeorſim* ſuas congregationes inſtituerent, quod veteres canones non adeo in aliis probarunt. Vid *c.* 6. *concil. Gangrenſ.*

§. LXXII. Equidem non dixerim, monaſteria ante BENEDICTVM *oratoriis* caruiſſe, quippe quæ in iis vſitata erant, cum monachi quotidie *orationibus* vacare deberent priuatis. Non tamen prorſus a *cœtu* fidelium *ordinario* auellebantur monachi, ſed ſabbato & die dominica ad eccleſias *parochiales* confluebant, teſte PALLADIO *in hiſt. Lauſ. c.* 17. Proinde EVAGRIVS *de vit. patr. c.* 5. differentiam inter *eccleſias publicas* & hæc *oratoria monaſtica* conſtituit, aitque: *ſunt in ipſa vrbe duodecim eccleſiæ, in quibus publicus agitur populi conuentus, exceptis monaſteriis, in quibus per ſingula loca orationum domus ſunt, quæ certis temporibus ad orationem frequentantur.* Tandem vero monachi res ſuas ſibi ſeorſim habere cœperunt ex doctrina BENEDICTI, indeque factum, vt *proprius ſacerdos* illis conſtitueretur vel *extraneus* vel ex *monachis*, rem diuinam iis facturus. Obſeruat id ipſum MABILLONIVS *in annal. Benedict. lib IX. §.* 29. *ad ann.* 599. aitque, *aduentitios* nonnunquam presbyteros, vbi *proprii & domeſtici* ex monachis deerant, in monaſteria veniſſe rogatos, celebrandi ſacrificii cauſa, non vero amplius monachos in *parochiales eccleſias* acceſſiſſe, vt ſacris intereſſent. Interim ſedulo cauebant, ne alii, præter ſolos monachos, ſacris his priuatis intereſſent, neue populus a *parochialibus eccleſiis* auocaretur. Aliam præterea cauſam adfert MORINVS *cit. l.* aitque: *Si quæ propiora monaſteria, ita vt populus poſſet ad ea commode diuertere, portas monaſterii ſui, dum miſſæ ſolenniter celebrantur, claudere iubebantur, ne ab eccleſiis parochialibus plebs Chriſti auocaretur, neue monachi ipſi impiorum communioni imprudentes contaminarentur. Ideo enim populo ſacramenta nusquam adminiſtrabant, niſi grauiſſima neceſſitas vrgeret: facillime enim ab impiis, excommunicatis, pœnitentibus circumuenirì potuiſſent, cum populum monachi illi non agnoſcerent, nullumque illis eſſet cum ſeculo & ſecularibus commercium, nec ad eos literæ formatæ aut commendatitiæ ab extraneis communionis cauſa allatæ dirigerentur. Hæc diſciplina ſeuere tum temporis exigebatur, vt oues medullitus cognitæ a morbidorum conſortio prohiberentur, morbidæ ſanarentur,*

Ante Benedictum habebant quidem monachi oratoria, ſed adhuc eccleſiæ parochiali intererant.

Quid Benedictus mutauerit?

Rationes huius mutationis.

Digitized by Google

rentur, peruicaces ab omni communione ſummouerentur. Hanc diſciplinam exemplo AGRESTII, viri pii, probatam dedit MABILLON *cit. l. lib. II.* §. 22. *ad ann.* 525. Cum enim ad monaſterium Reomaenſe die dominico veniſſet, communionem ſacram ab abbate Ioanne (presbyter enim erat) & benedictionem percepturus; non tulit abbas, eumque foras egredi iuſſit, vt ſecretius ſacra myſteria celebraret. Vrgente illo, ne reiiceretur: *non ideo* reſpondit, *id facimus, quaſi præſentiam tuam auerſemur, ſed ne ſanctorum patrum præcepta & regularem cenſuram transgredi videamur.* Inprimis vero *mulieribus* accellus ad *eccleſias monaſticas* denegatus, vt IDEM docet *lib. IV. annal. Bened. n. 6. & lib. VIII. n.* 49. vt omnis ſcandali occaſio tolleretur & præcaueretur, quod eo adhuc tempore prohibitum eſt, quo viris non amplius ad *eccleſias monaſticas* denegabatur acceſſus.

Capellæ monachorum non habebant certum populum.

§. LXXIII. Erant ergo olim monachis tantum *capellæ*, in quibus *priuata ſua ſacra* habebant, ſine *collecta*, h. e. ſine *populi congregatione ordinaria*, atque hæ *capellæ* monaſteriis cohærebant. Pedetentim etiam eis *eccleſiæ parochiales* extra monaſterium obuenerunt, quæ *cultui publico* vacabant, & a *capellis monachorum* diſtinguendæ. Sæpe iam obſeruatum, *eccleſias* & *altaria* a regibus Francorum laicis in feudum data fuiſſe. Damnata in pluribus conciliis hæc laicorum poſſeſſio eſt, indeque factum, vt laici beneficiati pro tranquillanda conſcientia ſua, & vt monachorum precibus fruerentur, *decimas* atque *eccleſias* monaſteriis conferrent. Nec hoc epiſcopis arriſit, quod monachi ad *curam animarum* conſtituti haud eſſent. Inde in *concilio Melſitano* ſub VRBANO II. *anno* 1090. celebrato *c.* 5. apud HARDVIN. *tom. VI. p.* 2. *concil. p.* 1685. ita cautum: *Nullus laicus decimas ſuas aut eccleſiam, aut quidquid eccleſiaſtici iuris eſt, ſine conſenſu epiſcopi vel Romani conceſſione pontificis monaſteriis aut canonicis offerre præſumat.* Contenta huius canonis VRBANVS II. paulo plenius repetiit apud GRATIANVM *in c.* 2. C. 16. *q.* 7. Lucri occaſionem inde ſumſiſſe epiſcopos, ad quos originarie *collatio eccleſiarum* iure beneficiario ſpectabat, refert PETRVS DE MARCA *in not. ad concil. Claromont. anno* 1095. celebratum *c.* 7. vt, certa pecuniæ ſumma ſibi depenſa monaſteriis eccleſias permitterent, concederentque, vt per *vicarios*, quos *perſonas* vocabant, eas regerent, reditibus monachis reſeruatis; eo vero defuncto, vicarioque alio conſtituto, eandem pecuniæ ſummam rurſus perſoluerent, quam conſuetudinem reprobat IVO *epiſt.* 12.

Mox etiam eccleſiæ parochiales iis obuenerunt,

quas redimebant certo pretio & per vicarios regebant.

§. LXXIV.

Digitized by Goo

§ LXXIV. Atque hæ ſolutiones reiterandæ *redemtiones altarium* dictæ ſunt, cuius rationem & methodum patres *Claromontani concilii* a BALVZIO *in not. ad Petr. de Marca de C. S. & imp. lib. VI. c.* 31. & HARDVINO *tom. VI. P.* 2 *concil. p.* 1734. relati his deſcribunt verbis: *Queſtum eſt etiam de epiſcopis, qui altaria monaſteriis data frequenter redimi pecunia compellebant. Decretum itaque eſt. Quia quidam ſimoniacæ prauitatis ramus in Galliarum partibus iam diutius inoleuit, vt eccleſiæ vel decimæ, quæ vulgari vocabulo apud eos* ALTARIA *nuncupantur, monaſteriis datæ, ſæpius ab epiſcopis ſub palliata anaritia vendantur mortuis nimirum ſeu mutatis clericis, quas* PERSONAS *vocant, nos, auctore DEO, venalitatem omnem tam ex rebus, quam ex miniſteriis eccleſiaſticis propellentes, hoc vlterius fieri auctoritate apoſtolica prohibemus.* Retulit hunc canonem etiam GRATIANVS in *c.* 4. *C.* 1. *q.* 3. Quæ redemtiones prohibitæ.

§. LXXV. *Redemtiones* has & *nomine* & *re ipſa* ex *feudorum* moribus tractas probabile eſt. Feuda olim non fuiſſe *hereditaria*, plurium eſt; ſolebant tamen *heredes* defuncti maſculi nihil magis ſibi curæ cordique habere, quam vt gratiam domini ſibi conciliarent, & beneficium a defuncto poſſeſſum ab eo reciperent, id quod maxime fiebat, *ſoluta certa pecuniæ ſumma*, vt hac ipſa feudum *redimerent*. Quandoque etiam *reditus primi anni* integros dominus ferebat pro *feudi redemtione*, vt oſtendit GRAGIVS *lib. II. feud. tit.* 20. §. 12. qui *annatæ* dicti ſunt. SCHILTER, *de bonis Laudemial.* §. 52. Vnde adhuc hodie pro *renouatione inueſtituræ* aliquid domino feudi ſoluendum, quod eſt antiqua iſta *feudorum redemtio*. Quoniam vero beneficia eccleſiaſtica *feudorum* inſtar cenſentur, quæ ad *collationem epiſcopi*, vt domini quodammodo omnium eccleſiarum, pertinent, ſe nihil a iuris ratione alienum facturos arbitrabantur epiſcopi, ſi pro *inſtitutione clericorum* in eccleſiis, monaſteriis conceſſis, *redemtionis præmium* toties, quoties clericus nouus eſſet de eccleſia inueſtiendus, poſtularent, quod etiam pontifex ſecutus, *annatas* ab epiſcopis, quos ipſe conſtituebat, expetens, de quibus ſupra actum. Quæ ex feudorum moribus tractæ.

§. LXXVI. Reprobatæ ſunt hæ *redemtiones*, monaſteriis tamen ſuæ eccleſiæ relictæ, quod indicant verba prædicti *concilii Claromontani cit. l. Porro quæcunque altaria vel decimas ab annis triginta & ſupra huiuscemodi redemtione monaſteria poſſediſſe noſcuntur, quiete deinceps & ſine moleſtia qualibet eis poſſidenda firmamus, ſaluo vtique epiſcoporum cenſu annuo, quem ex iisdem altaribus habere ſoliti ſunt.* Conf. FLEVRY *tom. XIII. hiſtor. eccl. lib.* 64. *n.* 29. *p.* 570. CANGIVS *in gloſſar.* Nihilominus monaſteriis eccleſiæ redemtæ relictæ.

Digitized by Google

far. voc. altare. GONZALEZ. *ad c.* 1. *X. h. t.* NATAL. ALEXAND. *ad ſec. XI. & XII. tom. VII. p.* 432. De his *eccleſiis* tantum eſſe intelligendum *c.* 1. *X. h. t.* res ipſa loquitur, quod non VRBANO III. ſed II. tribuendum. Per vicarium ſeu perſonam regendæ. Ait vero: *in eccleſiis, vbi monachi habitant, populus per monachum non regatur, ſed capellanus, qui populum regat, ab epiſcopo per conſilium monachorum inſtituatur, ita vt ex ſolius epiſcopi arbitrio tam ordinatio eius quam depoſitio & totius vitæ pendeat conuerſatio.* Quem Galli vocabant *perſonam*, vel alias *vicarium*, VRBANVS II. *capellanum* nominat, quod *capellani* olim in capellis eſſent *conductitii ſacerdotes*, qualis etiam erat, qui in *eccleſiis parochialibus monaſteriorum* conſtituebatur. Vnde tamen male arguit BARBOSA *de offic. & pot. paroch. P. I. c.* 1. *n.* 13. presbyteros in eccleſiis monaſteriorum generatim vocari *capellanos*, cum monaſteria præter has *parochiales* eccleſias *propria templa* habeant. Sed compilator decretalium huic errori anſam præbuit, qui, cum tantum de *capellis monachorum* agere debuiſſet, hunc admiſcuit textum, de eccleſiis *parochialibus* agentem, quæ ab eccleſiis *conuentualibus*, vt vocantur, Kloſter-Kirchen, toto cœlo differunt.

Tandem monachi maiores exſtruxere eccleſias,

§. LXXVII. Sed redeo ad *monachorum capellas*, in quibus *priuatum* olim *cultum diuinum* exercebant, prout antea dictum eſt. Tandem vero monachis conceſſum eſt, *ianuis apertis* rem diuinam facere, & publice miſſas celebrare, quo facto etiam *maiores* ſibi exſtruxere *eccleſias* tantæ ſæpe magnificentia & amplitudine, vt *cathedrales* externo ſchemate exæquarent. Iam ſeculo VII. in Hiſpania id fuiſſe vſitatum docet *c.* 3. *concil. Tolet. XI. de anno* 675. *apud* HARDVINVM *tom. III concil. p.* 1024. vbi diſtinguitur inter *officia* abbatibus indulta, *quæ iuxta voluntatem ſui epiſcopi regulariter illis implenda erant, & officia publica*, i. e. *veſperam & matutinam*, cantumque, *ne miſſam aliter quam in* ECCLESIA PRINCIPALI *celebrare liceat.* Rationem addit MABILLONIVS *in annal. Benedict. lib.* 16. *n.* 61. *ad ann.* 675. *p.* 531. *quia enim fideles his officiis, ſaltim feſtis & dominicis diebus, intereſſe poterant, monachis iniunctum erat, vt metropolitanæ eccleſiæ morem in his tribus ſequerentur.* Idem eodem obſeruat loco, & variis teſtimoniis illuſtrat, eo tempore iam *oratoria monaſteriorum* nomen *eccleſiarum* accepiſſe, & quidem, me iudice, ea de cauſa, quod iam *cultus publicus* in iis celebraretur. Hic mos pedetentim ad quæuis monaſteria tractus eſt, præſertim cum *monachorum ſanctitas* vulgo tam inclyta cenſeretur, vt eorum ſacris intereſſe, maioris deuotionis documentum crederetur.

§. LXXVIII.

Digitized by Google

§. LXXVIII. Nomen *capellarum* ab hoc tempore fere amiſerunt, & *eccleſiarum conuentualium* appellationem aſſumſerunt, *a conuentu monachorum* dictarum, in quorum peculiarem vſum erant exſtructæ. Interim a *parochialibus eccleſiis* adhuc diſtinctæ fuerunt, 1) quod certus eis populus haud eſſet addictus, ſed quilibet, ex quauis parochia, deuotionis peculiaris gratia, eorum ſacris intereſſe poſſet: 2) quod cetera officia, parochis tantum concredita, ibidem peragi haud poſſent, vt baptismi collatio, confeſſio &c. Hac de cauſa monaſteria catholicorum nec in terris proteſtantium *actus parochiales* in *eccleſiis conuentualibus* exercere poſſunt, niſi doceant, ſe *anno* 1624. in vſu eorundem & poſſeſſione fuiſſe, quippe ad quem terminum hodie vnice reſpiciendum, quando controverſia inter *catholicos & proteſtantes* occurrit. Hanc in ſententiam iuit illuſtr. Facultas huius loci Menſ. Oct. 1718.

quæ conuentuales dictæ,

a parochialibus diſtinctæ,

etiam in terris proteſtantium.

Auf eingewandte appellation und erfolgte Geſetze in Sachen Syndicen des conuents des Jungfern Kloſters Alten-Haldenslebens appellanten an ein, und des adiuncti fiſci Andreas Balthaſar Weſchen appellanten an anderm Theil, erkennen von GOttes Gnaden wir Friedrich Wilhelm, König in Preuſſen ꝛc. nach vorgehabtem Rath der Rechts-Gelehrten vor recht, daß die appellation in ihren formalien zu Recht-beſtändig, und dannenhero die Sache zu gebührender Rechtfertigung anhero erwachſen. Der materialien halben erſcheinet aus den Acten und der Partheyen Einbringen allenthalben ſo viel, daß in erſter inſtanz wohl geſprochen, übel davon appelliret: Derowegen die Sache an Richter voriger inſtanz zu remittiren ſey. V. R. W.

Rationes decidendi.

Ob wol appellanten loco grauaminum angeführet haben, daß ſie ihre Befugniß des exercitii derer actuum miniſterialium in poſſeſſione antiqua und ferner darin fundiret, daß nach dem Oßnabrückl. Friedens-Schluß die Klöſter in exercitio libero & publico religionis geſchützet, auch der Punct der Einſegnung bereits decidiret ſey, dem zu folge ihnen denn die von ihnen angeführte Befugniß zu erweiſen aufferleget, ſo ſie auch durch die abgehörte Zeugen bewerckſtelliget, und durch deren Auſſage ſpecifice beygebracht, daß ſie in antiqua poſſeſſione vel quaſi derer actuum miniſterialium ſich befin-

Digitized by Google

den, ein mehrers aber von ihnen zu erweisen, nicht gefordert werden mögen; weil sie sich fol. 6. nur in solcher Befugniß gegründet, und davon auch die fol 29. erfolgte Urthel nur verstanden werden müssen, allenfalls auch ex possessione tam antiqua vor ihnen die præsumtion militire, daß sie anno 1624. in dem qu. exercitio actuum ministerialium sich befunden, auch wohl zu glauben, daß, wenn solches sich anders befunden, man nach der Magdeburgischen Policey-Ordnung so lange dabey nicht acquiescîret haben würde; endlich auch dabey zu bedencken sey, daß man hier in antiquis versire, bey welchen der Beweiß sehr schwer siele, und es leicht geschehen mögen, daß die Nachrichten und Urkunden davon verlohren gangen wären, dahero billig inzwischen vor ihnen so lange zu erkennen seyn würde, donec contrarium probatum fuerit.

Weil aber democh der appellant in seinem libell sich in der Magdeburgischen Policey-Ordnung c. 6. §. 15. & 16. gegründet, nach welcher klärlich versehen, daß die Catholischen Kloster die Lutherischen Evangelischen Prediger bey Vermeidung empfindlicher Bestrassung nicht beeinträchtigen, noch der Unterthanen Kinder, wenn sie auch gleich Römischer Catholischer Religion, zu tauffen sich anmassen sollen, es sey dann, daß an selbigem Orte in anno 1624. einige Catholische Unterthanen wohnhafft gewesen, und derselben Kinder damahls von ihnen getauffet worden, dagegen aber appellant fol. 6. vorgestellet, daß sie nicht das geringste wider die Magdeburgische Policey-Ordnung gehandelt, mithin sie sich nicht anders, als in derjenigen Befugniß, welche der Oßnabrückl. Friedens-Schluß in der Magdeb. Policey-Ordnung erfordert, gründen, und davon die erfolgte Urthel verstanden werden mögen, keinesweges aber die blosse antiqua possessio vel qs., welche ohnedem kein Befugniß ausmachet, darzu hinlänglich seyn kan, und wenn man diesem zu folge nach diesem principio den geführten Beweiß examiniret, sich klärlich hervor thut, daß die appellanten keinesweges possessionem vel qs. anni decretorii erweisen, vielmehr die Zeugen kaum von dem, was seint 50. Jahren geschehen seyn mag, deponiren mögen, also das eigentliche thema probandum nicht bewerckstelliget ist, und es alhier mit der blossen præsumtion, vbi certi anni possessio probanda, nicht ausgemachet ist, da im Gegentheil die præsumtion gegen das Kloster militiret, anerwogen bekant ist, daß die qu. actus ministeriales ad iura parochialia gehören, welche dem Klo-

Digitized by Google

Kloſter keinesweges zukommen, vielmehr ihnen alle actus parochiales in iure canonico expreſſe verbothen

clem. I. *de priuil.*

BARBOSA *de offic. & pot. parocb. P.* 2. *c.* 17. *n.* 40.

ESPEN. *in iur. eccl. P.* 2. *tit.* 4. *c.* 2. §. 9.

und ſolche am wenigſten bey einem Jungfer-Kloſter ſeyn können, cum eccleſiæ conuentuales & parochiales toto cœlo differant, endlich auch an und vor ſich ſelbſt nicht gnug iſt, daß das qu. Kloſter bishero einige actus miniſteriales exerciret, cum ad ius parochiale oſtendendum non ſufficiat ſola adminiſtratio ſacramentorum, niſi etiam oſtenſum fuerit, quod de neceſſitate hæc adminiſtrata fuerint, & populus de neceſſitate illa ibi perceperit,

BARBOS. *cit. l. lib. I. c.* I. *n.* 28.

und was von der deciſion in puncto der Einſegnung eingeführt iſt, ihnen noch auszuführen bevorbleibet, nachdem in der fol. 101. befindl. Urthel ein beſſer Beweiß ihnen vorbehalten iſt, ſo iſt, wie geſchehen, zu erkennen geweſen. Atque hæc ſententia *in ſupremo appellationum tribunali*, quod Berolini eſt, *d.* 10. *Mart.* 1722. confirmata eſt.

§. LXXIX. Nihilominus variæ inde turbæ ortæ, maxime ordine *minorum* & *prædicatorum* exorto, quibus priuilegium datum, vt *confeſſiones* audire poſſint laicorum, id quod non poterat non rixas mouere ingentes. Equidem BONIFACIVS hoc rurſus ſuſtulit, decreuitque, *vt confeſſus eisdem fratribus confiteretur eadem peccata proprio ſacerdoti*, teſte GVILIELMO NANGIO *in chron. ad ann.* 1298. Verum haud quieuere, donec rurſus in priſtinum reſtituerentur ſtatum, quibus tandem *ſocietatis Ieſu aſſeclæ*, acceſſere, atque idem priuilegium obtinuere, cui ſtrenue inuigilant. Cum itaque publice doceant, miſſas legant, ſepulturas morientibus concedant, confeſſionesque audiant, eccleſiæ eorum fere degenerarunt in *parochiales*, niſi quod *iure bannario* deſtituantur, quo *parochiales eccleſiæ* inſtructæ ſunt, vt in *iure parochiali* plenius oſtenſum.

Interim quibusdam monachis conceſſum eſt confeſſiones audire.

§. LXXX. Nihilominus variis artibus allicere ſolent laicos, vt *ſacris ſuis* interſint potius, quam *eccleſiarum parochialium*, quod iam CLEMENS V. in *clem.* I. *de priuil.* reprobauit, ſeduloque iniunxit religioſis, *ne retraherent laicos ab eccleſiarum ſuarum frequentia vel acceſſu.* Easdem artes adhibere ſolent ad laicos conſtringendos iuramento vel voto, vt potius apud ſe ſepulturam eligant, quod reprobauit BONIFA-

Inde variæ confuſiones ortæ.

Digitized by Google

CIVS VIII. *in c.* 1. *de sepult. in* 6. & CLEMENS IV. similiter notauit apud MARTENIVM & DVRANDVM *tom. II. thes. anecd. p.* 397. addito hoc epiphonemate: *vtinam nunquam volucres super cadauera consedissent.* Conf. ERASMI *colloq.* quod inscribitur *funus.* Denique & hoc obiter addo, monasteria præter *conuentuales ecclesias maiores* adhuc plures *capellas* habere, ab abbatibus vel laicis exstructas, in quibus sacra *extraordinaria* certis fiunt temporibus, cum in *conuentualibus* hodie *ordinaria & publica* fiant.

TITVLVS XXXVIII.

DE IVRE PATRONATVS.

§. I.

Connexionis ratio,

REbus *monasticis* absolutis, compilatores ad *sacra*, *statum* & *commoda* aliarum ecclesiarum progrediuntur, &, quæ huc spectant iura, conglomerant, omni posthabita methodo. Sunt autem ecclesiæ vel *liberæ*, vt plerique distinguere amant, quæ *collationi episcopali* subiectæ sunt, vel *iuris patronatus*, de quibus hoc titulo agendum. Eo magis autem de *iure patronatus* hoc loco agendum esse censuere compilatores, quod ecclesiæ *patronatæ* ex *capellis* & *oratoriis priuatis*, de quibus *tit. anteced.* actum, originem traxerint, & pedetentim naturam *parochialium ecclesiarum* assumserint, id quod ex iis, quæ *titulo anteced.* dicta sunt, facile liquet. Quia vero natales huius iuris a paucis ex *rei veritate* repræsentari solent, operam dabo, vt ex antiquitatibus eosdem eruam, illustrem, & secundum eas verum huius iuris conceptum suppeditem.

Conceptus iuris patronatus obscure a plerisque propositus.

§. II. Equidem a tramite veritatis haud aberrauit ANTONIVS FABER *in tr. de relig. in republ. reg. lib. III. c.* 6. *n.* 4. pronunciando, huius iuris doctrinam *confuse & obscure* ab interpretibus fuisse tractatam; fontes vero & venas huius mali non aperit, multo minus errores emendat, STEPHANI *de iure patron. in dedic.* itidem conqueritur, ius vniuersum patronatus *disperse* & *confuse* a plerisque scriptum fuisse; sed rectiora vix tradere potuit, postquam conceptum huius iuris

Digitized by Google

ris genuinum euoluere neglexit. Talis inprimis confuſio in antiquioribus commentatoribus, qui titulum hunc explicuere, deprehenditur, quorum ſeriem enarrat HAHNIVS *de iure patron. ab init.* ROCHVS *de* CVRTE *in tr. de iure patron.* a recentioribus vt plurimum allegatur, qui tamen nil niſi confuſum chaos tradit. Nec meliora expectanda ſunt a PAVLO DE CITADINIS *in tr. de iure patron.* qui circa initium ſeculi XVI. ſcripſit, quamuis etiam a plerisque recentioribus laudari in hac materia ſoleat. Prætereo ANTONIVM de BVTRIO, IO. de ANANIA, IO. PETRVM de FONTANELLA, CAES. LAMBERTINVM, VIVIANVM aliosque, qui ſine iudicio tantum tradita Dct. compilarunt, & deſtituti idoneis ſubſidiis de hoc iure ſcripſerunt. Inter noſtrates MATTHAEVS STEPHANI iam ſeptuageſimum tertium annum agens, *de iure patronatus* edidit tractatum, methodo quidem non inepta, ſed vnice ex fundamentis, quæ a canoniſtis recentioribus ſupponuntur & adferuntur. Vti enim in aliis ſcriptis ſuis, in quibus *iura eccleſiaſtica* explicat, nunquam ab his principiis recedit, eaque etiam ad *proteſtantium eccleſias* ſine iudicio applicare intendit; ita in hac materia quoque veram huius iuris repræſentationem deſiderari, ipſa lectio docebit. SIGISMVNDVS FINCKELTHAVS *in tr. de iure patron.* prædictum STEPHANI fideliter ſecutus eſt, & antiquorum tradita vt plurimum reguſtat: in eo quodammodo præferendus, quod praxin huius iuris, eccleſiarum Saxonicarum inprimis, oſtenderit, quæ tamen non vniuerſalem eccleſiarum proteſtantium vſum euincit. HAHNII *diſſ. de iure patron. eccleſ.* vulgaria tradit, vt genuinus huius iuris conceptus inde hauriri nequeat. AHASVERVS FRITSCHIVS *in tr. de iur. eccleſ.* etiam retulit VNRATHI *tr. de iure patron. eccleſ.* qui tamen itidem collectus eſt ex canoniſtarum deprauata doctrina. Alios iam non tangam, qui ſtrictim hoc ius vel diſſertationibus illuſtrarunt, vel in *tr. de iur. eccl.* ſimul explicuere, vt CARPZOVIVS, BRVNNEMANNVS, ANTONIVS FABER aliique.

Auctores de hac materia recenſentur.

§. III. Non defuere tamen, qui ſubſidiis ſolidioribus inſtructi, lucem inſignem huic iuri attulere, quæ prærogatiua Gallis merito adſcribenda. Inter hos primo loco mihi nominandus eſt FRANCISCVS FLORENS antecеſſor Pariſienſis, cuius opera anno 1679. DOVIATIVS edidit. *Parte II. p.* 78. *ſeqq.* agit de *iure antiquo patronatus*, illudque ex *Gratiani* decreto inprimis illuſtrat, habita ratione temporis, non confuſionis, qua omnia ſua miſcuit monachus. Præterea *p.* 249. *ſeqq.* textus huius tituli ſigillatim illuſtrat, & vbique id agit, vt omnia ſua ex ſerie antiquitatum illuſtret, & ita faciem huius iuris obſcuram rectius præ ceteris

Melioris notæ auctores commendantur.

Digitized by Google

teris exhibeat. Hunc ſecutus eſt FRANCISCVS DE ROYE anteceſſor Andegauenſis anno 1667. de *iure patronatus* tractatum edens, quo itidem plura egregia ex antiquitatibus tradit, & ſubinde textus huius tituli a quisquiliis veterum interpretum purgare ſatagit. Saniora etiam ſunt, quæ tradunt ALTESERRA *ad h. t.* & ESPENIVS *P. II. iur. eccleſ. tit* 25. *c.* 1. *ſqq.* quin etiam variam huius iuris fortunam egregie perſecutus eſt LVDOVICVS THOMASSINVS *P. II. de diſcipl. eccleſ. lib. I. c.* 29. *ſqq.* vnde omnino liquet, *iuris patronatus*, prout hodie ſeſe habet, veram imaginem vix antiquiſſimis ſeculis cognitam fuiſſe. Denique anno 1717. FRANCISCVS DE FARGNA prolixum *commentarium* in ſingulos textus *de iure patronatus* edidit, multis obſeruationibus iuridicis refertum, magis tamen ad principia eccleſiæ Romanæ nouiora accommodatum.

Definitiones variæ Dd. traduntur.

§. IV. Vt vero oſtendam, *incertam* & admodum *obſcuram* eſſe huius iuris *repræſentationem*, quam vulgo tradunt, ad definitiones eius, quas interpretes adferunt, propero. Plures id definiunt, quod ſit *ius præſentandi inſtituendum epiſcopo, ad vacans beneficium ſeu munus eccleſiaſticum vel ſimile, ex eo competens, quod quis eccleſiam vel aliam piam cauſam fundauit, exſtruxit & dotauit.* Ita cenſent LANCELLOTTVS *lib. I. inſt. iur. can. tit.* 18. §. 1. CORVINVS *aphor. iur. can. lib. II. tit.* 33. §. 1. HAHN. *cit. l.* §. 10. CANISIVS *ad h. t. n.* 12 STEPHAN. *de iur. patron. c.* 6 *n.* 1. SCHILTER. *inſtit. iur. canon. lib. I. tit.* 14 §. 7. FINCKELTHAVS *de iure patron. c.* 2. *n.* 1. Ex huius definitionis conceptu liquet, ius patronatus vnice & eſſentialiter in *iure præſentandi* conſtitui, quod etiam SCHILTER. *cit. l.* illuſtrat ROCHVS de CVRTE in *tr. de iur. patron. circa pr.* ait, *hoc ius eſſe honorificum, oneroſum & vtile, alicui competens in eccleſia pro eo, quod de diœceſani conſenſu eccleſiam fundauit, conſtruxit vel dotauit.* Eandem definitionem ſuam facit repetitque WIESTNER. *ad h. t. art.* 1. *n.* 5. Fere eodem modo delineatum eſt *ius patronatus* in *ſynodo Conſtantienſi de anno* 16 9. *P. II. tit.* 12. §. 2. apud LVNICH. *in contin II. ſpicil. eccl. p.* 650. vbi ita: *ius patronatus nihil aliud eſt, quam poteſtas præſentandi epiſcopo aut alteri etiam inferiori, qui ius inſtituendi habet, clericum idoneum, inſtituendum ad beneficium vacans.* Additur vero ſatis notanter: *hinc facile quis intelligit, præter præſentationem patrono nihil iuris in beneficio patronato competere.* Vtrum *ex rei veritate* rationes ſubduxerint huius ſynodi membra, ex ſequentibus apparebit. Amplior vero eſt conceptus huius definitionis, ſed obſcurior, cum non diſtincte oſtendat, quale illud ius *honorificum, vtile & oneroſum* ſit. Interim, vt ex *ſeqq.* liquebit, comparatiue loquendo videtur priori præferenda. Generalem

lem eiusmodi definitionem quoque ſtruit FRANCISCVS de ROYE *in prol. cit tr. p.* 2. reiiciens eam, quam primo adduxi loco definitionem, & hanc ſubſtituens: *eſt ius, quod fundatori alicuius eccleſiæ in ea competit.* Præuidit enim prælaudatus auctor, primam non plene exhaurire conceptum iuris patronatus, quamuis eius definitio diſtinctum & determinatum quoque conceptum non ſiſtat. FRANCISCVS FLORENS *cit. l. p.* 78 forſan FRANCISCO de ROYE viam monſtrauit, qua eundum eſſet, quia itidem *generaliorem definitionem* tradidit, quod *ſit ius ſingulare, moribus receptum, ei benigne conceſſum, qui ædificauit, dotauit, vel inſtaurauit ſacra & venerabilia loca.* Non auſus eſt prælaudatus auctor *ius* illud *ſingulare* ſpecialius definire, atque in quo conſiſtat, tradere, ne forſan crabrones irritaret, quo ipſo factum, vt definitio hæc *diſtinctam ideam* de hoc iure in animo lectoris operari nequeat. Sunt enim infinita *iura ſingularia*, in quibuscunque iuris articulis, quorum *appellatio generalis* nullum ſpecialem conceptum efformare poteſt. Interim facile FLORENS animaduertit, ius hoc ſola *præſentatione* haud abſolui, ſed latiorem eius ambitum eſſe. Similiter INNOCENTIVS CIRONIVS *in paratit. decretal. ad h. t.* vt & ALTESERRA *ad c. 26. X. eod.* fatentur, præcipuum eius officium quidem in *præſentatione* conſiſtere, ſed ad eam haud reſtringendum. Idem ſine dubio quoque deprehendit MELCHIOR LOTTERIVS *de re benef. lib. II. q.* 22. adeoque paulo ampliorem, verum haud clariorem, dedit definitionem, aſſerendo, ius patronatus eſſe, *certam prærogatiuam, per eccleſiam conceſſam cuipiam in retributionem bonorum temporalium pro conſtituendo beneficio eccleſiaſtico elargitorum.* Nec melior eſt definitio, quam tradit DE FARGNA *de iur. patron. tom. I. p.* 2. *n.*5. ſed cum priori fere coincidit. Vel hæc ſufficere loco exempli poſſunt, vt inde liqueat, iuris huius decantatiſſimi *verum, genuinum & diſtinctum* conceptum ab interpretibus iuris neglectum eſſe, ſine quo tamen nihil ſolidi certique in hac doctrina proferri & deciди poteſt.

§. V. Obſcuritatis huius & incertitudinis plures poſſunt dari rationes, inter quas hæ ſunt præcipuæ: 1) quod plerique *hiſtoriam* eius neglexerint, qua duce demum in veram rerum moralium indolem deuenitur; 2) quod ſine diſcrimine temporum omnia, quæ de *hoc* vel *ſimili iure* occurrunt in antiquis conciliis, patrumque ſcriptis, miſcuerint; 3) quod, quæ *apparenter* ſæpe ad hoc ſpectare videntur, nimis incaute pro *principio principali* adſumſerint, & *iuris patronatus*, quatenus hoc nomen accipiunt, auſpicia nimis alte repetierint, cum tamen eius *res* & Rationes obſcuritatis.

Digitized by Google

nomen primis seculis incognita, nec vbique illud viguerit. Denique 4) quod plerique antiquos glossatores interpretesque veteranos secuti fuerint, quorum inertia tamen & ignorantia pleraque deprauata & adulterata fuerunt.

In perlustrando hoc iure, tres epochæ constituendæ.

§. VI. Vt itaque hos similesque scopulos euitem, in originem variamque eius fortunam inquiram. Omnem autem antiquitatem perlustrans tres periodos in *occidente* potissimum constituendas esse iudico, secundum quas de *hoc iure* iudicandum. Prima secula IV. & V. potissimum concernit, quibus huius iuris nomen incognitum fuit, quamuis quædam vestigia eius, sed obscuriora, occurrant, atque fundamentum, quod tradi solet, non defuerit. Secundam ad illa tempora refero, quibus *iuris patronatus* nomen cognitum esse cœpit, nec sine peculiari significatu huic iuri applicatum est. Tertiam denique illis potissimum temporibus dicabo, in quibus, pontificum episcoporumque inuidia an solertia dicam? admodum infracta est patronorum auctoritas, & variis modis ex *principiis clericalibus* restricta. Sufficiet autem, si probabiliter tantum tempora illa demonstrare queam, cum in tanta rerum obscuritate haud integrum sit, accurate & præcise hæcce tempora determinare.

Prima periodus ad tempora seculi IV. & V. refertur.

§. VII. Prima periodus in illa cadit tempora, quibus ecclesiæ passim exstructæ sunt, quæ libertas christianis a CONSTANTINO primitus indulta, & postea varie admodum aucta est. Cum itaque fundamentum huius iuris vnicum vt plurimum collocent in *fundatione* & *exstructione ecclesiarum*, ante omnia videndum, quale ius *fundatoribus* seculis IV. & V. in ecclesias fundatas tributum fuerit? In *oriente* facilius quam *occidente* per hæc tempora vestigia *iuris præsentandi* vel *constituendi clericos* inueniri posse censent THOMASSINVS *P. II. de discipl. eccl. lib. I. c. 19. inf.* aliique, quamuis quasdam prærogatiuas statim fundatoribus concessas fuisse, facilius concedant. Liberalior est FRANCISCVS DE ROYE *de iure patron. in proleg. p. 7. verius esse*, scribens, *statim atque pax data ecclesiæ, & templa cœperunt libere ædificari, eorumque conditoribus pleraque sensim concessa fuisse iura, quæ hodie generali iuris patronatus appellatione continentur.* Alii forsan iam *anno* 400. in occidente, & sic citius quam in oriente eius vestigia deprehendi putauerint, prouocantes ad *c.* 10. *concil. Tolet.* I. eo anno celebrati. *vid.* HARDVINVS *tom I. concil. p.* 99. & GRATIANVS *inc.* 7. *D.* 54. B. STRYK *in not. ad ius eccles. Brunn. lib.* II. *c.* 8 §. 1.

Quale ius fundatoribus monasteriorum aliorumque

§. VIII. Non adeo mirandum est, plerosque in prima periodo ita fluctuare, quia illud ius, quod hodie *patronatus* vocatur, vt plurimum penes *quemcunque fundatorem* tam *ecclesiarum*, quam aliorum

rum *piorum locorum* quærunt, in quo tamen omnia turbant, miſcentque. Tria ergo diſtinguenda puto, 1) *fundationem* ſcilicet *monaſteriorum*, aliorumque *piorum locorum*, 2) *eccleſiarum publicarum*, ſeu baſilicarum & templorum, & 3) *oratoriorum*. Fundatores *monaſteriorum*, *xenodochiorum* aliorumque *piorum locorum* in *oriente* plura ex *fundatione* obtinuere iura, quæ *ius patronatus* hodiernum quodammodo referunt, quod epiſcopi facilius iis indulgebant, quia *monachi* mere *laici* erant, ſicuti etiam pauperes in xenodochiis vel prochotrophiis, in quos epiſcopi nullam *iurisdictionem* habebant. In *concilio Chalcedonenſi* monaſteria demum epiſcopis per *orientem* ſubiecta ſunt, & cum eis alia pia loca paulatim. Serius id ipſum factum eſt in *occidente*, vt *concilia Arelatenſe III. anno* 455. & *Carthaginenſe anno* 534. & 535. aperte teſtantur, docentque, epiſcoporum poteſtatem eo tempore in monaſteria non vbique extenſam fuiſſe. Non ergo mirandum, ſi horum fundatores circa ea paulo *liberiorem* habuerint *diſpoſitionem*, eamque etiam retinuerint, poſtquam hæc loca pia *inſpectioni epiſcopali* ſubiecta fuere. Inde tamen minime conſequentiam deduci potuiſſe ad templa & baſilicas, paulo poſt indicabo. FLORENS *cit. l. p.* 80. duas conſtitutiones adfert imperatorum chriſtianorum, quæ ius quoddam fundatorum horum quidem demonſtrant, ſed ius patronatus inuitu *eccleſiarum* non euincunt. Prima eſt ZENONIS *in l.* 15. *C. de SS. ecc. ab Auguſtino*, *Contio*, & *Cuiacio* reſtituta, & ad annum 479. referenda, atque repetita in *nou.* 131. *c.* 10. quæ loquitur de his, qui fidem ſuam adſtrinxerant de *opere pio* extruendo, oratorio, xenodochio ſimiliue opere, ſimulque diſponitur, vt promiſſor vel heres eius cogatur opus perficere, *& perfecto operi dare ea, quæ dotione continentur.* Subiiciuntur vero paulo poſt: *his vero adimpletis adminiſtratio ſecundum ea, quæ his, qui libertatem exercuerunt, viſa fuerunt, & ſecundum præſcriptos fines fiat.* Hæc quidem verba adferuntur, vt illuſtre *iuris antiqui patronatus* veſtigium, ſed meo iudicio ſine ratione. Adminiſtrare *bona eccleſiaſtica* ſecundum præſcriptos a fundatoribus limites, eaque applicare eum in vſum, in quem a fundatoribus ſpeciatim fuere deſtinata, pium, iuſtum & æquum erat: id vero nullum *ius patronatus*, quod hodie tradimus, inuoluit, nec *ius ſingulare* fundatoribus tribuit.

piorum locorum per hæc tempora competierit in oriente?

An ius patronatus occurrat in l. 15. C. de SS. eccleſ.?

§. IX. Euidentiora forſan rudera trahi poſſunt ex *l.* 46. §. 3. *C. de epiſc. & cler.* quæ lex eſt IVSTINIANI circa ann. 530. qua fundatoribus eorumque heredibus indultum eſt, vt bonis poſſint præfi-

vel etiam in l. 46. §. 3. de epiſc. & cler.?

Digitized by Google

cere administratores, sub *inspectione* tamen *episcopi*, quo non facto, huic talis cura demandata est: praeterea §. 9. adiectum, vt in administratione nihil contra voluntatem *fundatorum* fiat, nec *annalia* in memoriam defuncti relicta supprimantur aut extinguantur. Alia episcopi bona ecclesiastica administrabant, vel, quod tempore IVSTINIANI iam introductum erat, *œconomos* constituebant: hoc vero eo demum casu limitabatur, si *fundatores* rebus a se in ecclesiam extructam collatis, administratores vel œconomos dederant, quod multo magis in aliis piis locis obtinebat, quae non in omnibus cum *ecclesiis* aequiparari poterant. Praeter hoc ius, quod vnice *bona* respicit, nihil fundatoribus in *cit. l.* conceditur, adeoque hoc ipsum minime exhaurit ius illud, de quo quaeritur. Equidem exemplis probat THOMASSINVS *cit. l.* §. 9. fundatores monasteriis abbates dedisse, & inde ita concludit: *si fundationis iure abbates nominabant monasteriorum, quanto probabilius rectores & beneficiarios quarumcumque aliarum ecclesiarum.* Enim vero haec illatio haud stringere videtur. Maior potestas erat concessa *laicis* circa *monasteria* aliaue *pia loca* & eorum rectores, quam circa *ecclesiam* & *clericos* illis praepositos, quod illi adhuc *laici*: clerici autem tantum ab episcopo dependerent, & ab eo constituendi essent, insimulque dos ecclesiis assignata in potestate episcopi consisteret.

Non idem ius fundatoribus ecclesiarum datum ante Iustiniani tempora.

§. X. Id ergo ex hactenus dictis liquet, *fundatores monasteriorum* aliorumque *piorum locorum* habuisse 1) ius constituendi *administratores* bonorum iis assignatorum & praefectos, vt abbates, xenodochos &c. 2) potuisse definire, in quem vsum bona eorumque reditus verti deberent, quae lex a posteris sancte seruanda erat: 3) ius hoc quoque in heredes fundatoris transiisse. Ceterum quod fundatores priuatos *ecclesiarum* vel *basilicarum* concernit, his quidem concessum erat, *administratores* bonis dare & legem his praescribere, vt vel lex ZENONIS indicat: imo & hic honos iis habitus fuisse videtur, vt, pro more vsitato *nomina* eorum basilicis, vt aliis operibus publicis, inscriberentur, vt obseruat FLORENS *cit. l. p.* 82. Vtrum vero etiam clericos in ecclesiis a se constructis constituere vel nominare potuerint, ante aeuum IVSTINIANI in oriente? id maioribus subiectum est dubitandi rationibus. Tempore enim IVSTINIANI *fundatorum iura* admodum aucta fuisse videntur, prout constat ex *nou.* 57. & 123. *c.* 18. Adeo enim hi *ius constituendi clericos* ad se traxere, vt vel *inconsulto episcopo* id fieri posse crederent, sola illa *ordinandi* potestate relicta. Licentiam hanc coan-

Digitized by Google

coangustauit imperator, constituitque, præsentatum prius *examinandum* esse ab episcopo, & tunc coniunctim ab *episcopo* & *fundatore* ecclesiæ præficiendum. Iam ergo *seculo VI.* receptum hoc *ius nominandi* in oriente erat, & sine dubio a monasteriis ad ecclesias tractum. Ceterum an seculo IV. & V. eius vsus in oriente intuitu *basilicarum publicarum* fuerit, vel inde dubito, tum, quod eius genuina vestigia non occurrant: tum quod per praxin constantem iam episcopi hoc ius constituendi *clericos inferiores* sibi vindicauerint, & ipse episcopus in *basilicis* per *electionem cleri* & *populi* constitutus: tum etiam quod in *occidente* quoque per hæc tempora fundatoribus ecclesiarum hoc ius negatum fuerit. Vtut igitur IVSTINIANVS hoc ius non demum introduxerit, sed moribus recentissimis introductum approbauerit, coarctauerit que, vix tamen est, vt ante eius tempora certi quid de hoc iure referre possimus.

§. XI. Diuersa erat ratio *oratoriorum priuatorum*, quæ magnates & ditiores in familiæ suæ vsum inprimis in villis exstruebant, eaque quodammodo in *proprietate* sua & *dominio* habebant, quod in *fundis* *suis* eadem exstruerent. Cum ergo in his non *publicæ*, *ordinariæque* συνάξεις essent, facilius indulgeri horum fundatoribus potuit, vt *domesticum clericum* his præficerent, eumque ad instar ceterorum *domesticorum* alerent, semperque secum haberent. Colligo id ipsum ex verbis CHRYSOSTOMI *homil.* 18. *in acta*, quibus excitat potentiores, vt in villis ecclesias exstruerent. *Oro*, ait, *& supplico, & gratiam peto, imo & legem pono, vt nullus, qui habet villam, appareat carere ecclesia.* Post pauca pergit: *educa magistrum, educa diaconum & sacerdotalem ordinem; quasi ducta vxore dotem adscribe. Quid non erit illic bonorum? parumne oro, torcular benedici? Deum ex omnibus frugibus partem & primitias accipere? simul prudentem habere, sacerdotem simul conuersantem? parumne est in sanctis oblationibus nomen tuum semper referri?* Talis sacerdos erat in *perpetuo comitatu* eius, qui *oratorium priuatum* exstruxerat, nec ab alio eligi & nominari, quam ab hoc poterat, vtut episcopi ordinationem accipere deberet, cum tantum esset *sacerdos domesticus*, non *publicus*. Illustrari hoc commode posse videtur ex *l.* 10. *C. de hæret. & manich.* anno 511. lata, quæ agit de *orthodoxis*, prædia sua, in quibus *ecclesiæ* vel *oratoria* constituta sunt, hæreticis vendentibus, quod sub pœna confiscationis prohibitum est. Docet vero hic textus, tales ecclesias vel oratoria, in prædiis propriis exstructa, pro parte *patrimonii* habita fuisse,

In priuatis oratoriis fundatoribus plus iuris permissum erat.

Digitized by Google

quod simul cum his venderentur, periculum vero hoc casu esset, ne talia oratoria ab hæreticis defererentur. Addit enim ANASTASIVS: *hic enim dubitari potest, si in hæreticor tales veniant possessiones, in quibus verae fidei ecclesiæ vel oratoria constituta sunt, & integritas colitur, omnimodo ab his deseri atque destitui, & omni cultu vacare, omnibus sacris & solitis viduari mysteriis, omni splendore priuari, nullis populorum conuentibus, nullis clericorum obseruationibus celebrari, & ex hoc sine dubio eas ecclesias perire, ruere & complanari.*

In occidente per Augustini sententiam ius patronatus non probatur,

§. XII. Ad *occidentem* transeo, vbi euidentiora occurrunt argumenta, per hæc tempora fundatores ecclesiarum clericos haud constituisse aut elegisse. Nec enim circa *seculum quartum* in sententia AVGVSTINI, *in c.* 8. *D.* 71. relata, vestigium huius iuris occurrit. Alloquitur populum, eumque adhortatur, vt in ecclesiis a se fundatis aliunde veniens presbyter non suscipiatur, nisi ab episcopo suæ ecclesiæ fuerit consecratus, aut ab eo per literas commendatitias susceptus. Id antiqui canones, ad quos prouocat, generatim de *peregrinis clericis* cauebant, vt non susciperentur in suo ordine ab vlla ecclesia, nisi indubitato constaret, illum & *orthodoxum* esse, & iusta de causa de sua ecclesia discessisse. Non itaque de presbyteris peregrinis *præficiendis* ecclesiæ, sed de iis tantum caute *suscipiendis* loquitur, quod minus est.

nec per concilium Toletanum I.

§. XIII. Præterea non desunt, qui *patronatus ius* anno 400. in *concilio Toletano I. c.* 10. iam memoratum fuisse putant, qui tamen grauiter hallucinantur. Aiunt patres: *clericos, si qui obligati sunt, vel pro æquatione, vel genere alicuius domus, non ordinandos, nisi probatæ vitæ fuerint, & patronorum consensus accesserit.* PATRONORVM hic fit mentio, quo nomine *patronos ecclesiasticos* intelligunt, qui *ius patronatus* ad hæc tempora trahunt. Enimuero nomen *patroni*, fundatoribus ecclesiarum applicatum, plane hoc tempore adhuc fuisse incognitum, adeo certum est, vt eius non iniiciatur in scriptis ecclesiasticis, legibus, canonibus, decretisque mentio, seriusque hanc appellationem inualuisse omnes fateantur. Quod enim FRANC. DE ROYE *cit. tr. in proleg. p.* 2. adfert exemplum de anno 480. & longe antiquius est, & illos non designat patronos in sensu *peculiari* & *forensi*, de quibus hic agitur, h. e. fundatores ecclesiarum. Verum sensum huius textus *concilii Toletani* dedit MARTINVS *Bracarensis* episcopus in *libro capitul. c.* 46. apud HARDVINVM *tom. III. concil. pag.* 390. *seqq.* vnde etiam GRATIANVS eundem retulit in *c.* 7. *D.* 54. Liquet vero ex

Digitized by Google

ex hac interpretatione, de ſeruis aliterque obligatis ſine *dominorum*, qui etiam *patroni* vocantur, vti infra demonſtrabo, conſenſu non ordinandis hic agi. Non ergo in hoc concilio horum *patronorum*, de quibus hic agimus, fit mentio, ſed *patronorum* ſeu *dominorum*, quorum poteſtati ſubiecti erant ordinandi.

§. XIV. Id indicat MARTINVS tum in *rubr. cit. cap. de conditionalibus*, h. e. ſeruili vel alia conditione obligatis *non ordinandis, niſi eum patronorum conſenſu*, tum in ipſo textu: *ſi quis obligatus ex tributo ſeruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus, non eſt ordinandus clericus, niſi probatæ vitæ fuerit, & PATRONI conſenſus acceſſerit.* Loquuntur patres Toletani de *obligatis* ſeu obnoxiis, & ſic vel *ſeruili* ſeu *alia conditione* adſtringebantur, qui *ſerui conditionales* vel ſimpliciter *conditionales*, ſi ſerui non eſſent, vocabantur, obſeruante IACOBO GOTHOFREDO *ad l. 5. C. Theod. de iure fiſci.* Speciatim vero 1) de obligatis pro *æquatione* 2) pro *genere alicuius domus* agitur. *Æquationem tributi ſeruilis* ſpeciem fuiſſe, cenſet du CANGE *in gloſſar. h. voce*, MARTINI Bracarenſis interpretatione forſan deceptus. Nam *certum* potius *munus* eam denotaſſe, quod *peræquatio* etiam dictum fuit, docet *titulus C. Theod. de cenſitor. & peraquator. & inſpector.* Eorum obligationem & munus breuiter depingit GOTHOFREDVS *in paratitl. ad cit. tit.* & quia hi ſui iuris non erant, ſed obligati ratione *muneris* ſuis *dominis* vel *patronis*, a quibus conſtituti erant, ordinari non poterant. Addunt, nec obligatos *pro genere alicuius domus* ordinari poſſe, quod de his intelligo, qui peculiari in nexu certæ familiæ nobilioris & potentioris erant, cum non infrequens ſit, *genus* pro *gente* & *ſtemmate nobiliori* poni, ſecundum decantatum illud OVIDII:

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipſi &c.

Horum domini recte *patroni* vocabantur iuxta ſtylum illius æui, minime ergo dicendum, in *cit. c.* 10. eos, quos quærimus, *patronos* occurrere.

Patronorum appellatio in dicto concilio dominos denotat.

§. XV. Videlicet generalis adhuc regula in occidente obtinebat, *omnes baſilicas in poteſtate epiſcopi conſiſtere.* Ad hanc prouocant anno 511. patres *concilii Aurel.* apud HARDVINVM *tom. 1. concil. pag.* 1011. & GRATIANVM *in c.* 10. *C.* 16. *q.* 7. his verbis: *Omnes autem baſilicæ, quæ per diuerſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, placuit, ſecundum priorum canonum regulam, vt in eius epiſcopi, in cuius territorio ſitæ ſunt, poteſtate conſiſtant.* Fundatoribus nihil iuris hic aſſeritur, id quod forſan ſibi aſſerebant, ſed *tacite* illis denegatum videtur.

Omnes eccleſiæ ſeculo VI. adhuc erant in poteſtate epiſcopi.

Digitized by Google

Prærogatiua quædam fundatoribus episcopis erat,

tur. Prærogatiua tamen quædam *episcopis*, extra suam diœcesin ædificantibus, iam indulta erat, quæ an etiam ad *laicos* trahi potuerit, admodum dubium est. *In concil. Arauf. I.* anno 441. celebrato *c.* 10. *apud* HARDVINVM *tom. I. concil. p* 1785. patres ita edicunt: *Si quis episcoporum in alienæ ciuitatis territorio ecclesiam ædificare disponit; vel pro fundi sui negotio, aut ecclesiastica vtilitate, vel pro quacumque sua opportunitate, permissa licentia ædificandi, quia prohibere hoc votum nefas est, non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodo reseruatur, in cuius territorio ecclesia assurgit, reseruata ædificanti episcopo hac gratia, vt, quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet is, in cuius territorium est: vel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquiescat. Et omnis ecclesiæ gubernatio ad eum, in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexit, pertinebit.* In *singulis ciuitatibus* adhuc *episcopi* erant, adeoque intra eiusdem territorium episcopus tantum disponere poterat. Accidere vero poterat, vt episcopus extra suum territorium ecclesiam exstrueret, quod impediendum non erat, quo casu episcopus dedicationem & omnem potestatem circa eam, *qua episcopus*, sibi vindicabat. Id vero prohibendum censuere patres huius concilii, ne *fines diœcesium* turbarentur. Reseruant ergo, more antiquo, *diœceseos episcopo* ius dedicandi, omnemque præterea ecclesiæ gubernationem; *ædificatori* vero *episcopo* hanc peculiarem *gratiam* indulgent, vt possit ibidem designare clericos, quod *iuri patronatus* hodierno quodammodo accedit. Hæc *gratia* tantum videtur concessa *episcopis ædificatoribus*, non item *laicis:* siquidem in sequentibus de his etiam agitur, & tantum iis inhibetur, ne extraneum episcopum ad eius dedicationem inuitent; similis autem *gratia*, quæ episcopis data erat, iis haud conceditur. Repetitur eadem dispositio in *concil. Arelat.* II. *anno* 452. *c.* 36. apud HARDVINVM *tom. II. concil p.* 776. simulque in fine additur: *hoc solum ædificateri episcopo credimus reseruandum.* Præterea de *laicis in c.* 37. *concil. Arauf.* sententia refertur, sed vlterius nihil eis tribuitur.

quæ laicis denegata.

Confirmatur id decreto duplici Gelasii.

§. XVI. Eo magis vero hæc sententia confirmatur, quod circa *annum* 490. *seqq.* GELASIVS pontifex priuatis fundatoribus *laicis* ex legum eccle[illegible]carum principiis eius temporis fere nihil reseruauerit. Duo id textus demonstrant apud GRATIANVM in *c.* 26. & 27. C. 16. *q.* 1. Primus est huius tenoris. *Piæ mentis amplectenda deuotio est, qua se Iulius nobis in re Iuliana sui iuris fundasse perhibetur ecclesiam, quam in honorem sancti Viti confessoris eius nomine cupit consecrari. Hanc igitur frater charissime, (si ad tuam diœcesin pertinere non am-*

Digitized by Google

ambigis,) ex more conuenit dedicari, collata primitus donatione ſolenni, quam miniſtris eccleſiæ deſtinaſſe ſe præfati muneris teſtatur oblator, ſcituruſ ſine dubio prater proceſſionis aditum, qui omni chriſtiano debetur, nihil ibidem ſe propriι iuris habiturum. Alter textus eiusdem eſt tenoris, eademque clauſula ei ſubiicitur: *Nihil tamen ſibi fundator ex hac baſilica nouerit vindicandum, niſi proceſſionis aditum, qui chriſtianis omnibus in communi debetur.* Nihil *iuris propriι & ſingularis* a GELASIO attribuitur fundatoribus, ſed *ius commune* omnium fidelium tantum eis competere aſſeritur, quod in *proceſſionis aditu* conſtituit.

§. XVII. Falli eos, qui *ius patronatus* per *aditum proceſſionis* ſignificari cum gloſſa aſſerunt, egregie iam oſtenderunt FLORENS *cit. tr. p.* 84. *ſqq.* LVCAS HOLSTENIVS *in collect. Rom. p.* 209. *ſeq.* CANGIVS *in gloſſ. hac voce.* SAMVEL BASNAGE *in annal. eccleſ. ad ann.* 243. §. 2. Ipſe quoque contextus oſtendit, *aditum proceſſionis* ius quoddam notare non potuiſſe. Videlicet *proceſſio* erat *conuentus fidelium ſacrorum cauſa*, σύναξις ſeu *collectio populi*, & quia potiſſimum ad miſſam audiendam hic conueniebat, poſtea hæc ipſa dici cœpit primario σύναξις, vt ſic quoque eodem modo *proceſſio* & *aditus proceſſionis* nihil aliud denotauerit, quam *itio ad eccleſiam ſacrorum cauſa*. Generatim enim *procedere* denotabat, *domo exire, & ad aliquid peragendum ire.* Ita explicat TERTVLLIANVM ALBASPINAEVS *in not. ad lib. II. de vxor. c.* 4. vbi ita: *Si procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adueniat.* Idem ſignificatus quoque *iuris Romani* eſt, vt oſtendit BRISSONIVS *de V. S. voc procedere.* Quocirca recte cenſuit cardinalis BONA *lib II. rer. liturg. c.* 32. *n.* 1. aſſerens, *procedere apud antiquos nihil aliud eſt, quam in eccleſiam ad ſynaxin celebrandam conuenire.* Duplex vero videtur *proceſſio* obtinuiſſe: *ſimplex*, qua quilibet *ſine comitatu ſolemni* eccleſiam frequentabat, & *ſolennis*, quæ fiebat in comitatu *epiſcopi* & *cleri.* Moris enim erat, vt clerus & populus ad eccleſiam epiſcopum euntem comitarentur, & ita *procederent.* Hic *aditus proceſſionis* ſicuti omni populo communis, ita *ædificatori* multo magis indulgendus erat, in quo comitatu deinceps *locum* accepit *honorificum.* Ex hac *proceſſione*, quæ fiebat ad eccleſiam in comitatu *populi & cleri*, ſine vlla tamen alia pompa, poſtea *proceſſiones extra eccleſiam* ſuperſtitioſæ inualuere, vt recte eruditi obſeruant, & eas tempore GELASII adhuc incognitas fuiſſe docent.

Quid proceſſionis aditus?

Duplex proceſſio.

Digitized by Google

Confirmantur dicta, ex veſtigiis ſeculi VII.

§. XVIII. Sicuti itaque ex hactenus dictis liquet, patronis laicis nihil adeo a GELASIO indultum fuiſſe; ita adhuc ſeculo VII. veſtigia occurrunt, quæ hoc confirmant. In Hiſpania in hanc ſententiam patres iuere: nam in *concil. Tolet. IV. anno* 633. *c.* 33. apud HARDVINVM *tom. III. concil. p.* 587. & GRATIANVM *in c.* 6. C. 10. *qu.* 1. ita ſancitum: *Nouerint autem conditores baſilicarum in rebus, quas eisdem eccleſiis conferunt, nullam poteſtatem habere; ſed iuxta canonum inſtituta, ſicut eccleſiam, ita & dotem eius ad ordinationem epiſcopi pertinere.* Id ſolatii tamen fundatoribus in *c.* 38. *eiusdem concilii* indulgetur, vt ſi ad inopiam redacti fuiſſent, ex reditibus eccleſiæ alerentur. Nihil vero ſingulare epiſcopos rurſus hoc ipſo *fundatoribus* indultiſſe, ipſimet fatentur. Eo tempore adhuc pauperes de rebus eccleſiæ alebantur, *quanto magis ergo*, aiunt patres, *his conſulendum eſt, quibus retributio iuſta debetur. In concil.* TOLETANO *IX. ann.* 655. celebrato *c.* 1 & 2. apud HARDVINVM *cit. l. p.* 973. & GRATIANVM *in c.* 30. & 31. C. 16. *q.* 7. plus fundatoribus indulgetur, tum vt *inſpectionem* in bona eccleſiaſtica habeant, præcaueantque, ne quid ex illis alienetur vel conſumatur, omni tamen *proprii iuris poteſtate* illis denegata: tum vt rectores idoneos epiſcopo ordinandos *offerre* queant.

Periodus ſecunda.

§. XIX. Verum hæc iam ad *ſeculum VII.* ſpectant, & ita magis referenda ſunt ad *periodum ſecundam*, in qua vera *iuris patronatus* facies, prout hodie ſeſe habet, efformata videtur. Iam PELAGIVS papa circa annum 557. fundatoribus indulſit, vt *offerre* poſſent clericos epiſcopo conſecrandos, ceu docet *c.* 31. C. 16. *q.* 1. *c.* 4. & 30. C. 18. *q.* 2. Præterea etiam textus vltimus docet, potuiſſe fundatores tempore *dedicationis* legem quodammodo ipſis reditibus ſcribere. Quin etiam hoc ius iam transiiſſe in heredes, GREGORIVS *ann.* 598. *in c.* 35. C. 16. *q.* 7. fatetur. Præterea quid in Hiſpania *ſeculo VII.* hac de re cautum fuerit, iam antea indicatum eſt. Verum hæc non plenius proſequar, quæ ex profeſſo explicuit exornauitque FLORENS *cit. l. p.* 86 *ſqq.* Ad ea potius progredior fundamenta, quibus circa hæc tempora & ſequentia factum, vt ius, quod vocatur *patronatus*, & plus quam antea dicta iura fundatoribus tribuunt, continet, exſtructum fuerit, & inde etiam nomen antea dictum obtinuerit.

Tria momenta in hac occurrunt ſingularia.

§. XX. *Duo* inprimis momenta circa hæc tempora notanda ſunt, quibus ex ſubſequentibus *tertium* addendum, vnde tam inſignis prærogatiua patronis eſt conceſſa, & *vera* demum huius iuris *repræſentatio* petenda eſt. Primum eſt frequens admodum *oratoriorum domeſticorum* exſtructio, nobilibus potentioribus, proceribusque Germaniæ

Digitized by Google

maniæ & Galliæ vſitata, quæ per hæc & ſequentia tempora adeo ſibi vindicabant, & *ſui iuris* eſſe cenſebant, vt vix a reliquo patrimonio ea diſtinguerent, & bona dotalia clericis a ſe conſtitutis *iure beneficii* ſeu *feudi* conferrent. Quoniam autem hæc *oratoria* in vſum *familiæ* exſtruebantur, nobiles quoque ruri in vſum ruſticorum, ad *famulitium* ſuum pertinentium, paſſim talia oratoria exſtruxere. Alterum momentum conſtituo in *eccleſiarum infeudatione;* moris enim erat, vt eccleſiæ & monaſteria laicis in feudum darentur, & ſicuti pedetentim huius natura admodum creuit, ita tales *eccleſiæ infeudatæ* patrimonio tandem *laicorum* adſcriptæ, vt ſui iuris eas crederent. Vtrumque momentum, iam ſpecialius illuſtrandum, oſtendit, *ius patronatus*, quod inde efformatum eſt, *proprietatem quandam in eccleſiam & bona* inuoluere, id quod olim *fundatoribus* negatum fuit. Hac de cauſa quoque circa hæc tempora demum hiſce eccleſiarum poſſeſſoribus appellatio *patronorum* ſtylo *peculiari* & *forenſi* tributa, & vniuerſum ius incompetens *ius patronatus* dictum eſt.

§. XXI. Equidem huius vocis ſignificatus adeo anceps eſt, vt defuerint, qui ideo fundatores hoc nomen accepiſſe, arbitrati ſunt, quod *patrocinium* eccleſiis præſtare teneantur. Ita vero omnes *aduocati eccleſiarum*, qui etiam quandoque a patrocinio *patroni* dicti ſunt, *ius patronatus* haberent, quod tamen nemo facile dixerit, cum *ius aduocatiæ* & *patronatus* differant, quamuis quandoque *abuſiue* confundantur. *c. 6. & 24. X. h. t. c.* 12. *de pœn.* Stricte vero duo iura diſtingui vel inde liquet, quod nonnunquam fundatores non *ius patronatus*, ſed tantum *aduocatiæ* ſibi reſeruauerint, & ita prius penitus a ſe abdicauerint. Elegans occurrit charta in *append* BALVZII *ad Reginon. de diſcipl. eccleſ. pag.* 622. *ſeqq.* in qua *fundatores eccleſiæ* montis Buzuini inter alia hanc clauſulam dotationis literis inſeruerunt: *& vt ab omni dominatione temporali ac infeſtatione heredum omni tempore libera & quieta in domini ſeruitium valeat permanere, perfecta & pleniſſima voluntate tam capellam, quam & res ad ipſam aſpicientes matri eccleſiæ S. Nazarii & rectori ipſius tradidimus, ita vt in omni ordinatione & dominatione faciat inde epiſcopus & miniſtri eius legibus eccleſiaſticis, veluti de aliis rebus eidem matri eccleſiæ collatis. Ea videlicet conditione, vt dum nos vel vnus legalium heredum propinquior ſuperſtites apparuerimus, non tam iure dominationis & hereditatis* prout in iure patronatus moris erat) *quam defenſionis & protectionis in mundiburdium omni tempore vitæ noſtræ habere valeamus.* Tria hic inprimis notanda ſunt: 1) quod fundator capellam a ſe fundatam cum omnibus bonis tradiderit eccleſiæ

Inde patroni adpellatio orta.

Diſtinctio inter patronos & aduocatos illuſtratur.

S. Nazarii & rectorum ipsius, vt in huius ecclesiæ patrimonium transiret, id quod *iuri patronatus* aduersabatur: 2) quod tantum ius *defensionis* & *protectionis*, h. e. *simplicis aduocatiæ* sibi reseruauerit: 3) quod iuri *dominationis* & *hereditatis* renunciauerit, quod iuri *patronatus* inesse censebatur, vt *ex seqq.* liquebit. Vel ex hac *oppositione* itaque manifestum redditur, plus iuris patronos obtinuisse, scilicet ius quoddam *dominationis* & *hereditatis*, cuius intuitu *patroni*, h. e. *domini*, dicebantur, cum ex infinitis diplomatibus constet, *dominationem* denotare *proprietatem*. Neque itaque fundator hoc casu tale ius amplius exercere poterat, postquam pleno iure capellam cum omnibus bonis ecclesiæ S. Nazarii & rectoribus tradiderat.

Possessores ecclesiarum dicebantur patroni, quod earum quasi domini essent.

§. XXII. Sed redeo ad appellationem *patronorum*. Videlicet in ea prorsus sum sententia, possessores harum ecclesiarum dictos fuisse *patronos*, quod essent earum *domini* vel *instar eorum*. *Patronum* enim frequentiori stylo per ea tempora *dominum* denotasse, quis negauerit? Ex *concilio Toletano I. c.* 10 supra §. 12. iam ostendi, patronum ibidem *dominum* denotare. In *l. vn. C. Theod. ne colon. inscio domino suum al[illegible]* colonis interdicitur, ne arua sua alienent, *inconsultis atque ignorantibus patronis*, h. e. dominis. In *l. vn. C. de colon. Thrac.* colonorum *domini* itidem *patroni* vocantur. In *l.* 1. *C. Theod. de salgam. hospit. non præb.* itidem *patronorum* occurrit appellatio, eamque *dominis ibi* tribuendam esse censet IAC. GOTHOFREDVS. *in comment. in f.* In *LL. Longob. tit.* 95. *in f.* hæc lex occurrit: *Non licet aldio cuiuscunque, qui amund.* (sui iuris) *factus non est, sine voluntate patroni sui terram aut mancipia vendere, sed neque liberum dimittere.* In iure feudali *dominum feudi* ab antiquis interpretibus *patronum* vocari, obseruant B. HORN. *in iurisprud. feud. c.* 5. §. 1. MAYER. *in synt. iur. feud. c.* 7. §. 2. ROSENTHAL *de feud. c.* 1, *concl.* 6. *n.* 8. quod liquido constat ex GVNTHERI LIGVRINO *lib.* 8.

Inter vasallos vnius forte PATRONI,
Quæstio de feudo quoties agitatur eodem,
Quo feudi domino gaudeat, hoc iudice censent.

Constat præterea, in iure feudali *dominum* sæpius *seniorem* appellari 1. *f.* 17. VVLTEIVS *lib. I. de feud. c.* 3. *n.* 55. STEPHANVS BALVZ. *in not. ad capitular. lib. I. c.* 85. Eadem appellatio quoque in capitularibus tribuitur his *patronis*, de quibus ago, quippe vt plurimum *seniores presbyterorum* vocantur, & *seruitia* etiam quædam a presbyteris accipiebant, vid. *l.* 1. *cap.* 85. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 720., vt & honorem debitum.

lib.

Digitized by Google

*lib. I. c.*142. apud EVND. *p.* 730. Conf. EVNDEM *tom. II. capitul. p.*199. vbi reprobatur, *quod seniores sine conscientia episcoporum presbyteros de ecclesiis eiiciant, vel in ecclesiis statuant.* IDEM *cit. l. p.* 211 & 212. Quid vero aliud sunt *seniores*, quid *patroni*, quam *domini feudales?* Ceterum eo potissimum tempore haec *patronorum* appellatio audita est, quo eorum potestas amplissima, & *proprietati* vere similis fuit, quod indicium praebet, non a *simplici patrocinio* eos ita fuisse nominatos, sed ex iure potentiori.

§. XXIII. Animaduerti vero, FRANCISCVM de ROYE *cit. l. in proleg. p.* 2. credidisse, *seculo V.* iam huius appellationis vestigium exstare. Adfert *ex annal. eccl. Francor. ad ann.* 496. *n.* III. praeceptum CLODOVAEI de anno 480. quod fundatori monasterii cuiusdam concesserat, in quo haec verba occurrunt: *futuro bono ipsius monasterii, quod vel ab ipso patrono Ioanne, vel a nobis concessum est.* Enimuero (1) si vel maxime in *sensu*, qui postea inualuit, haec appellatio hic accipienda foret, nullum tamen idoneum argumentum ad *ius patronatus ecclesiarum* inde trahi potest. IOANNES fundator erat monasterii Reomaensis, qui in praecepto CLODOVAEI *patronus* vocatur, non alia de causa, quam quod *monasterii conditor* erat. Eo tempore vero fundatores laicos ecclesiarum nihil iuris in *ecclesiis* habuisse, supra obseruaui. Monasteriorum diuersa erat ratio, quae in *iure & proprietate fundatorum* manebant, adeoque hi monasteriorum *domini & patroni* dici poterant, & hoc significatu CLODOVAEVS eo vocabulo vti potuit. Id vero inde non liquet, sensu *peculiari, forensi & iuridico* eo tempore fundatores quoscunque *patronos* dictos fuisse, quin potius omnes *domini* hoc nomine adhuc eo tempore veniebant, quod omiserunt, postquam priuatiue *ecclesiarum possessoribus* tributum est. Praeterea vero (2) re penitius inspecta, ne quidem appellationem *patroni* in *praecepto* CLODOVAEI in hoc sensu occurrere animaduerti, quod vt clare ante oculos ponerem, ipsum *praeceptum*, in quo *patroni* appellatio aliquoties reiteratur, adferam. Circa annum 486. IOANNES, primus monasterii Reomaensis abbas, claruit, & praedicti monasterii conditor ac auctor fuit, monachosque collegit sub regula MACARII, vt ex IONA abbate refert COINTIVS *in annal. eccl. Franc. tom. I. ad ann.* 486 *n.* 21. *p.* 121. Tantis vero illustris fuit meritis, vt CLODOVAEVS eius potissimum intuitu praeceptum hoc, quo priuilegiis monasterium hoc instruxit, daret, quod refert praelaudatus CAROLVS COINTIVS *cit. l. ad ann.* 496. *n.* III. *p.* 173 *sqq.* CLODOVAEVS *rex Francorum vir inlustris.*

appellatio occurrit, sed non sensu forensi.

Illustratur praeceptum Clodouaei, in quo patroni appellatio aliquoties occurrit.

Digitized by Google

Ipſum præceptum Clodonæi.

luſtris. Seruos Dei, quorum virtutibus gloriamur, & orationibus defenſamur, ſi nobis amicos acquirimus, honoribus ſublimamus, atque obſequiis veneramur, ſtatum regni noſtri perpetuo augere credimus, & ſeculi gloriam atque cœleſtis regni patriam adipiſci confidimus. Quapropter notum ſit omnibus Epiſcopis, Abbatibus, & inluſtribus viris, magnificis Ducibus, comitibus, domeſticis, Vicariis, Graphionibus, centenariis, & omnibus curam ſanctæ Dei eccleſiæ gerentibus per noſtrum regnum diſcurrentibus, tam præſentibus quam futuris Quia Dominus IOANNES *clarus virtutibus locellum ſuum in pago Tornotrinſe, ſub regula beati Macarii ad habitationem monachorum conſtructum, qui Reomus vocatur, primo noſtro ſuſceptæ Chriſtianitatis atque ſubiugationis Gallorum anno noſtræ celſitudini tradidit & commendauit, vt ſub noſtra emunitate & mundiburdio, noſtrorumque ſucceſſorum regum ſemper maneat. Propterea & nos ipſum peculiarem* PATRONVM NOSTRVM, *cuius merito omnes hoſtes noſtros vincere credimus, taliter honorauimus, vt quantumcunque ſuo aſino ſedens vna die circa locum ſuum nobis traditum & commendatum de noſtris fiſcis circuiſſet, perpetuo per noſtram regalem munificentiam habeat, & quod ipſe nobis, nosque illi contulimus, iure hereditario tam nos quam noſtri ſucceſſores reges teneant in omni defenſione, reclamatione, aduocatione & immunitate, nullique vnquam dignitati, nullique eccleſiæ propter meritum, tanti* PATRIS *ſubdatur & conferatur. Monachis vero ibidem per diuerſas cellulas manentibus ſeu manſuris omnia neceſſaria ſecundum numerum, quo fuerint, a nobis & ſucceſſoribus noſtris regibus ex noſtro cenſu regio præbeantur. Ideoque has literas manu noſtra firmatas ipſi* NOSTRO PATRONO *domino Ioanni dedimus. Id omnino vos rogamus atque decernimus, vt nec nos, noſtrique ſucceſſores reges, neque vos veſtrique minores, nec vllus quilibet de judiciaria poteſtate, de vernes curtes* (lege potius: de villis curtis) *vel rebus ipſius monaſterii in quibuslibet pagis, vel territoriis in regno Deo propitio noſtro, noſtrorumque ſucceſſorum regum, futuroque bono ipſius monaſterii, quod vel ab* IPSO PATRONO *Ioanne, vel a nobis eſt conceſſum, ſeu a ſuis progenitoribus ipſi & nobis datum, & hereditate vel iudicio fuerit delegatum, tam ex munere noſtro, quam de paterno & proprio, vel in reliquum de comparato aut de conlato populi, ſeu de quolibet adtracto aliquid auferre præſumat. Et pro ipſa caſa Dei, aut ipſo* PATRONO NOSTRO *tam vices quam coloni ac gaſindi ſuſcepti, ſi aliquid violenter rapuerint, Dei noſtrumque terrore percuſſi ad integrum reddant. Et nemo prædictas res eorum inquietare audeat, nec in eorum vicos vel villas & curtes*

tes ad cauſas audiendas, nec ad manſiones faciendas, nec freda exactanda, nec vllas functiones requirendas ingredi præſumat. Sed ſub noſtra noſtrorumque regum ſucceſſorum tuitione & mundiburdio prædictum monaſterium propter meritum TANTI PATRONI *permaneat & quieſcat. Et quod a nobis circa ipſum peculiarem* NOSTRVM PATRONVM *dominum Ioannem conceditur, & conſeruatur, hoc a noſtris ſucceſſoribus regibus pro ipſo* PATRONO NOSTRO *ac pro ipſo loco ſancto ad ſucceſſores ſuos, quos ex ſuis elegerint, ſemper ſit conſeruatum, nec vllas requiſitiones, nec repetitiones, nec vllum impedimentum a iudicibus publicis pertimeſcant. Vnde ipſa congregatio pro tempore* TANTI PATRONI, *eiusque ſucceſſorum, pro ſtabilitate regni noſtri & ſalute patriæ Domini miſericordiam iugiter debeat exorare. Et vt hoc præceptum firmius habeatur, & per omnia tempora conſeruetur, manus noſtræ ſignaculo ſubter illud decreuimus roborare, ac ſigno crucis, quo ſacramur, auctorauimus. † Signum Clodouæi fortiſſimi regis. Datum ſub die IIII. Kalendas Ianuarias, Indictione V. Actum Remis ciuitate in Dei nomine feliciter. † Ego Anachalus obtuli anno magni Clodouæi XIV.* Probe obſeruandum eſt, in hoc præcepto vetuſtiſſimo CLODOVAEVM Ioannem haud appellare *patronum monaſterii*, ſed *patronum ſuum* vel *noſtrum*. Is vero erat ipſe *abbas monaſterii*, quem magno in honore ob præclaras virtutes & deuotionem ſingularem habebat, adeo vt crederet, ſe huius viri meriro omnes hoſtes debellaturum eſſe. Hac de cauſa honorifice eum compellat, eumque in verbis initialibus præcepti *dominum* appellat; mox vero ſtylum pauliſper mutat, eumque *patronum ſuum* nominat, non alia de cauſa, quam qua ſancti *patroni* appellantur. Ea ipſum penitus ceperat perſuaſio, ſanctitatem huius viri ſibi admodum profuturam, eiusque meritis ſeſe tutum & inoolumem fore aduerſus quæuis mala imminentia. Hinc eius patrocinio ſeſe commendauerat, more eo æuo vſitato, eumque *ſuum patronum* vocat, quod patrocinio eius ſancto frueretur. *Propter merita tanti patroni*, vt deſerte ait, monaſterium in ſpecialem ſuam defenſionem accepit. Non ergo IOANNES dicebatur *patronus*, quod monaſterium fundaſſet, quia alioquin ius patronis competens hereditarium fuiſſet, cum tamen *heredum* eius non faciat mentionem, ſed *ſucceſſorum in officio*, quibus hoc monaſterium addicit. Liquet ergo ex hac obſeruatione, nec ſeculo V. in ſenſu eo, qui poſtea inualuit, *patronorum* appellationem vſitatam fuiſſe.

§. XXIV. Primum momentum conſtitui in *capellarum* ſeu *oratoriorum domeſticorum* exſtructione, quæ potentiores in caſtris ſeu caſtellis Primum momentum peti-

tur ex oratoriorum exſtructione.

ſtellis & villis ſuis habebant, ceu ex variis GREGORII M. teſtimoniis probatum dedit THOMASSIN. *P. I. de vet. & nou. eccl. diſcipl. lib.* 2. *c.* 93. §. 7. *ſeqq.* Diſtinguebantur olim, vt *titulo præced.* §. 8. iam obſeruaui, *oratoria* in villis ab aliis *eccleſiis parochialibus* ſeu *publicis*, quod in his *legitimus* & *ordinarius* conuentus eſſet, non in illis, in quibus permiſſum erat, vt tantum in quibusdam feſtiuitatibus, *ibi miſſas tenerent propter fatigationem familiæ*, vt patres *in concil. Agathenſi de anno* 506. *c.* 21. loquuntur. Non tamen aliter miſſæ ibidem celebrari poterant, niſi eſſent conſecrata, vt docent capitularia. Vid. STEPH. BALVZ. *tom I. capitul. p.* 650. 905. 1171. 1279. Optime & euidenter hoc diſcrimen obſeruarunt patres *concilii Aruernenſis de anno* 535. *c.* 15. apud CAROLVM COINTIVM *tom. I. annal. eccleſ. Francor p.* 441. & HARDVIN. *tom II. concil p.* 1182. his verbis: *Si quis ex presbyteris aut diaconis, qui neque in ciuitate neque in parochiis canonicis eſſe dignoſcitur, ſed in villulis habitans, in oratoriis officio ſancto deſeruiens celebrat diuina myſteria, feſtiuitates præcipuas, domini natale, paſcha, pentecoſten, & ſi quæ principales ſunt reliquæ ſolennitates, nullatenus alibi niſi cum epiſcopo ſuo in ciuitate teneat. Quicunque etiam ſunt ciues natu maiores, pari modo in vrbibus ad pontifices ſuos in prædictis ciuitatibus veniant.* Nondum eo tempore *oratoria*, in potentium ædibus exſtructa in vſum familiæ, *parochiales eccleſiæ* erant: presbyteri, ſacra ibi facientes, diſtinguebantur a reliquo clero eccleſiarum *parochialium*, in quibus *ordinarius* & *publicus* conuentus erat, qui *canonicus* dicebatur, quod *canoni* ſeu *matriculo* eccleſiæ eſſet inſertus, vt *tit.* 1. huius libri dixi. Presbyteri oratoriorum huic *canoni* non erant inſerti, ergo nec *canonici* dicebantur. *Extra ordinem* tantum rem diuinam faciebant in oratoriis, vt tamen tam ipſi, quam *natu maiores*, h. e. proceres, quibus huiusmodi *oratoria* erant, in præcipuis feſtis eccleſiis ciuitatenſibus intereſſe cogerentur. Diſplicuiſſe epiſcopis hunc morem priuata ſacra habendi, paſſim ex conciliis liquet, hinc de eo reſtringendo admodum ſolliciti fuere. Regum exempla ſequebantur vt plurimum proceres, qua de cauſa in concilio *Pariſ. VI. anno* 829. apud HARDVINVM *tom. IV. concil. p.* 1357. admonendum eſſe imperatorem cenſuerunt patres, ne tot *capellæ palatinæ* exſtruerentur, *quoniam*, aiunt, *propter hoc & honos eccleſiaſticus vilior efficitur, & veſtri proceres & palatini miniſtri in diebus ſolennibus, ſicuti decet, vobiſcum ad miſſarum ſolennia non procedunt.* Annuit quidem deſiderio epiſcoporum LVDOVICVS pius *lib. V. capit.* 324. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 896. ſed vix eum, quem ſperauerant, euentum habuiſſe videtur eorum conſilium.

Oratoria nobilium in familiæ vſum exſtructa olim a parochialibus eccleſiis diſtincta fuiſſe vlterius illuſtratur.

In his domeſtica ſacra habebantur.

filium. Vſum frequentiſſimum *horum ſacrorum domeſticorum* vna cum *poteſtate* & *iure dominorum* optime, ſed paulo acerbius depingit AGOBARDVS Lugdunenſis archiepiſcopus *in libro de priuil. & iure ſacerd.* §. 9 *p.* 114. ex *edit.* BALVZII, cuius verba *titulo praced.* §. X. iam adduxi, hic quoque repetenda.

& domini ea ſibi penitus vindicabant.

§. XXV. Conſtat vero ex his teſtimoniis, *clericos* huiusmodi *domeſticos*, qui a *dominis* ſeu patronis *in vſum familiæ* conſtituebantur, & alebantur, fere a nutu *patroni* ſui & heri dependiſſe, & *proprios presbyteros* appellatos fuiſſe, qua de cauſa epiſcopi vt plurimum recuſabant eos ordinare, prout docet *concil. Pariſ. VI. lib. I. c.* 42. *de anno* 829. apud HARDVINVM *tom. IV. concil. p.* 1312. *de* CLERICIS *vero* LAICORVM, *vnde nonnulli eorum conqueri videntur, eo, quod quidam epiſcopi ad eorum preces nolint in* ECCLESIIS SVIS *eos, cum vtiles ſunt, ordinare &c.* Clerici huiusmodi notanter hic vocantur, 1) *laicorum clerici*, quod in eorum ſeruitio eſſent, iis obnoxii, & ita laici eorum *domini* & *patroni*: 2) quod laici *in eccleſiis ſuis*, quas in *patrimonio ſuo* habebant, hos conſtituerent, & tantum epiſcopo ordinandos offerrent. Conf. BALVZ. *tom. I. capit. p.* 895. In aliis quoque textibus ſimiles adhibentur locutiones, vnde liquet, eiusmodi eccleſias *dominio nobilium* quodammodo adſcriptas fuiſſe Apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 865. euidens occurrit teſtimonium: *Si laici clericos probabilis vitæ & doctrinæ epiſcopis conſecrandos,* SVISQVE *in* ECCLESIIS *conſtituendos obtulerint, nulla qualibet occaſione eos reiiciant.* Apud EVNDEM *tom. II. capit. p* 338. capitulare, (quod etiam in *c.*37. *C.* 16. *q.* 7. repetitur & ad *ann.* 813. pertinet,) occurrit, contra eos directum, qui ſine conſenſu epiſcopi presbyteros in ECCLESIIS SVIS conſtituunt, vel de ECCLESIIS SVIS eiiciunt. In *concilio Romano* ſub EVGENIO II. *de anno* 826. *c.* 21. apud HARDVINVM *tom. V. concil. p.* 67. & GRATIANVM *in c.* 23. *C* 16. *q.* 7. monaſteria & oratoria perſpicue *dominio fundatoris* attribuuntur: *monaſterium vel oratorium canonice exſtructum a dominio conſtructoris inuite non auferatur, liceatque illi id presbytero, cui voluerit, pro ſacro officio illius diœceſeos, & bonæ auctoritatis dimiſſoria, cum conſenſu epiſcopi, ne malus exiſtat, commendare. Commendare presbytero oratorium*, nihil aliud denotat, quam in eo talem conſtituere, eique illud committere. Notum *proprietatis* argumentum, *patronis* attributæ, occurrit apud BALVZIVM in *capitul. tom. II. p.* 339. *Statutum eſt, vt, ſi quis liber homo per-*

Clerici tales dicebantur laicorum clerici; illi vero eorum patroni.

Eccleſiæ tales propriæ erant laicis.

conſenſum epiſcopi eccleſiam in ſua conſtruxerit proprietate, fonteſque ab epiſcopo in ea fuerint conſecrati, ideo non perdat SVAM PROPRIETATEM, *ſed ſi epiſcopus voluit, officium ſacri baptiſmatis in ſuam eccleſiam transferat, ipſa vero eccleſia, a qua transfertur, in conſtructoris maneat iure.* Similiter *in capitul. reg. Franc. cit.* 52. apud EVNDEM *tom. II. p.* 257. *ſeq.* agitur de *eccleſiis imperatoris, imperatricis & comitum ac vaſallorum imperialium.* Apud VGHELLVM *tom. I. Ital. ſacræ p.* 413. *non. edit.* occurrit diploma Caroli M. quo Aretinæ eccleſiæ confert eccleſiam aliam, *eam videlicet*, vt ſunt verba diplomatis, *quam pridem auunculo noſtro Pippino, glorioſo regi, Probatianus quondam preſbyter ex ſua proprietate conſiderat ad habendam & præſenti tempore Aliprandus preſbyter ſub annalem redditionem* (ſub annuo reditu) *& noſtra munificentia habere dignoſcitur.* Porro apud BALVZIVM *tom. II. capitul. p.* 622. occurrunt literæ HINCMARI canonicæ *de anno* 877. vbi *cap.* 6. de his eccleſiis, quæ in PROPRIETATE NOBILIVM erant, dat præcepta *tit. præced. §. XII.* iam relata, vnde liquet, attentaſſe quosdam epiſcopos, vt proceres ſuas eccleſias eis cederent traderentque, eo forſan ductos principio, quod *laici* eccleſias in *patrimonio* & *proprietate* habere non poſſent, ſed eæ potius in *iure* & *poteſtate ſacerdotum* conſtitui deberent.

Frequens talium eccleſiarum vſus.

§. XXVI. Fuiſſe autem circa hæc tempora harum eccleſiarum vſum frequentiſſimum, non tantum ex his patet, ſed etiam præterea teſtimonio ODONIS abbatis Glannafolienſis & Foſſatenſis, qui *ſeculo IX.* floruit. Compoſuit *hiſtoriam tranſlationis S. Mauri*, relatam a MABILLONIO *in act. Benedict. ſecul. IV. P. II. p.* 165 vbi *c.* 2. refert, Reginonem comitem in domo ſua, quæ *Boſcus* vocabatur, oratoriolum compendioſe conſtructum, *vt nobilioribus mos eſt*, habuiſſe. Patres Ticinenſes in concilio *de anno* 855. apud HARDVINVM *tom. V. concil p.* 98. & BALVZIVM *tom. II. capitul. p.* 352. *c.* 3. id etiam fatentur, ſimulque conqueruntur, quod hac occaſione *eccleſiæ maiores*, h. e. *parochiales*, deſerantur. *Quidam vero laici*, inquiunt, *& maxime potentes ac nobiles, quos ſtudioſius ad prædicationem venire oportebat, iuxta domos ſuas baſilicas habent, in quibus diuinum audientes officium, ad maiores eccleſias rarius venire conſueuerunt. Et dum ſoli afflicti & pauperes veniunt, quid aliud, quam vt mala patienter ferant, prædicandum illis eſt?* Id ergo tunc potiſſimum nobilibus obiectum, quod in *maioribus eccleſiis*, ſeu

Digitized by Google

seu *parochialibus*, nunquam sacris interessent, & vnice suis incumberent ecclesiis, quod mutandum esse censuere. E contrario nobiles, commodius sibi fore ducentes, si ecclesias *iuxta aedes suas* haberent, magis magisque hunc morem continuarunt, & ad nostra tempora traduxerunt, ex quo tandem *qualitatem parochialem* acceperunt.

§. XXVII. Quis enim ignorat, rusticos olim *seruilis conditionis* vbique fuisse, & ad familiam *nobilium* seu *dominorum & liberorum*, der Freyen, pertinuisse, ita vt, *pagum ipsum* domini famulitium fuisse, recte dixeris. Qui ergo exstruebant ecclesias *iuxta domus suas*, vel in *pagis*, eas *suas* esse, *priuatas*, in *vsum familiae* aedificatas dicebant, ne, qui ex familia nobilium essent, cogerentur per itinera molesta cum *magna fatigatione* ecclesiis maioribus in ciuitatibus interesse, id quod patres Agathenses supra laudati permiserunt *propter fatigationem familiae*. Quamuis vero adhuc *seculo IX.* id patres agerent, vt ad minimum hi, qui tales ecclesias ruri iuxta domus suas haberent, quandoque sacris in *maioribus ecclesiis* seu *parochiis episcoporum*, ad quos etiam pagi pertinebant, interessent; paulatim tamen ab hoc postulato recesserunt, permiseruntque nobilibus, vt in his ecclesiis sacra ordinaria fierent, & ita haec faciem *parochiarum* induerent, ex quo magis magisque plures *ecclesiae rurales* ortae, quae *patronatae* ex sua origine & indole merito in dubio censendae. Inde tot ecclesiae nobilium in pagis.

§. XXVIII. Dictum vero ostensumque hactenus est, has ecclesias nobilium patrimonio & proprietati per *leges publicas* adscriptas, & hoc intuitu *patronatas*, quod *patronum* seu *dominum* haberent, dictas fuisse. Rarius quidem haec appellatio in antiquis documentis occurrit; sed *seculo IX.* tamen vsus eius aliquis deprehenditur, qui postea in constantem abiit morem. Elegans locus occurrit apud HINCMARVM in *capitulis*, in synodo Remensi anno 874. editis, *tom. I. oper. eius p.* 737. relatis: nam *c. vlt.* ita de hoc iure cautum: *Ipsi enim scitis, quia nemo fidelis in parochia nostra, in sua ecclesia, sine presbytero esse cupit, & sine ordinatione episcopali presbyterum ibi habere non potest. Quapropter quisque defuncto presbytero in sua ecclesia presbyterum petit, apud quem eum clericum bonum quaesiero, vt illi presbyterum ordinem, ipse clericum bonum quaeres: & si eum bonum mihi adduxerit, ordinabo illum. Sin autem, alium requiram: & ipse tam diu clericum bonum quaeret, vsque dum conuenientem ordini sacro inueniat. Et non necesse esset vobis petere ecclesias cum superfluo exenio: quia quisque fideles, si vestra culpa non esset,* Appellatio patronorum seculo IX. deprehenditur.

Digitized by Google

plus quærerent bonos clericos, quam veſtros denarios, & hoc non ſuffertis: ſed vos & veſtros nutritos in maledictionem mittitis, cum dato patronis præmio vobis & illis peccatum emitis. Etiam in his verbis *eccleſiæ* tribuuntur patronis: id tantum vero præcauendum duxit HINCMARVS, ne mali clerici pecuniæ interuentu in iis conſtituerentur.

Patroni paſtores ſuos epiſcopis ſubducere tentabant!

§. XXIX. Quia vero hi *presbyteri* in *ſeruitio patroni* eiusque *domeſtici* erant, hoc ipſum quædam incommoda turbasque hinc inde mouebat, quibus in conciliis occurrendum videbatur. Primum erat, quod hi presbyteri a patronis ſubducerentur iurisdictioni epiſcopali, & eorum poteſtati prorſus ſubiicerentur. Id in *concilio Ticinenſi anno* 850. *c.* 18. apud HARDVINVM *tom. V. concil. p.* 29. notatum edictumque: *Nulla ratione clerici aut ſacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos, i. e. ſine capite priſca eccleſiæ conſuetudo nuncupauit. Docendi igitur ſunt ſeculares viri, vt ſi in domibus ſuis myſteria diuina iugiter exerceri debeant, quod valde laudabile eſt, ab his tamen tractentur, qui ab epiſcopis examinati fuerint, & ab ordinatoribus ſuis commendatitiis literis comitati probantur, cum ad peregrina forte migrare eſt.*

imo pro lubitu dimittebant.

§. XXX. Alterum erat, quod patroni *presbyteros* hoſce *domeſticos* pro lubitu ſolerent dimittere & expellere; id quod rurſus inde fluebat, quod patroni *miniſtri* & *officiales* eſſe crederentur, epiſcopo haud ſubiecti. Circa annum 873. *in concil. Moguntino* & *Colonienſi* id prohibitum, ceu liquet ex *c.* 37. & 38. *C.* 16. *q.* 7. quod etiam LEO IV. anno 848. repetiit in *c.* 29. *eod.* aiens: *contra ſanctorum patrum cenſuras videtur exiſtere, ſi ſecularis vel laicus, presbyteros ab eccleſiis, in quibus tempore ordinationis eorum nominati vel introducti fuerint, videtur expellere.* Tertium erat, quod heredes patroni adeo tales eccleſias ſuo patrimonio adſcriberent, vt etiam in *diuiſionem hereditatis* eas referrent. Id notandum cenſuere patres in *concilio Cabilonenſi c.* 26. anno 813. celebrato apud HARDVINVM *tom. IV. concil. p.* 1036. & relatum in *c.* 1. *X. de iure patron. perlatum ad nos eſt, quod inter heredes eccleſiæ in rebus propriis conſtitutæ diuidantur, & tanta per eam diuiſionem ſimultas oriatur, vt vnius altaris quatuor partes fiant, ſingulæ partes ſingulos habeant presbyteros: quod ſine diſcordia & ſimultate nullo modo geri poteſt. Vnde nobis viſum eſt, quod huiusmodi eccleſiæ inter heredes diuidi non debeant, & ſi in contentionem venerint, & ſimultates inter eos ſurrexerint,*

Digitized by Google

rint, per quas ſacerdos ſuo ibi officio canonice fungi non poſſit, præcipiatur ab epiſcopo ciuitatis, vt nullo modo ibi miſſarum ſolennia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant, & pari voto atque conſilio illa ſacerdotem canonice habeat, qui libere ibi ſuum miniſterium habere poſſit. Nondum eo tempore patronis erant præfinita *certa tempora*, intra quæ epiſcopo clericum offerre deberent ſub pœna *deuolutionis*, quæ in hunc finem poſtea introducta ſunt, vt eo magis patroni in concordiam redirent. Liquet vero ex hoc textu, quem ex ipſo fonte retuli, *patroni* appellationem in eo haud occurrere, quam tamen RAYMVNDVS de BENNA FORTI in *c.* 1 *X. b. t.* ei inſeruit, morem ſui æui inſpiciens. Karius enim *ſeculo IX.* adhuc audita eſt *patroni* appellatio, vtut eodem HINCMARVS iam vſus deprehendatur.

§. XXXI. Quodſi, quæ dicta ſunt, penitiori examinantur iudicio, manifeſtum inde redditur, 1) ius, quod hodie *patronatus* vocatur, originem ſuam *ſpecialem* habuiſſe ab exſtructione eccleſiarum, quas proceres nobilesque vel *in ſuis cortibus* vel *iuxta ædes ſuas* in pagis *pro commodo familiæ ſuæ* ampliſſimæ fundabant: 2) has eccleſias adſcriptas fuiſſe *proprietati fundatorum*, & ita *ius patronatus* nihil aliud denotaſſe, quam *ius quoddam proprietatis in eccleſiam fundatam*, quemadmodum adhuc anno 1172. apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. I. donat. Belgic. c.* 70. diploma occurrit, vbi ita: *quoniam autem eccleſia iſta ſpecialiter mea eſt &c.* 3) Inde *ius patronatus* fere primario & ordinarie obtinuiſſe *in eccleſiis ruralibus*, in quibus adhuc hodie regulariter obtinet: 4) præter *præſentationem* & *conſtitutionem* presbyterorum patronos varia ſibi vindicaſſe iura, quæ ex eo, quod eccleſia iis *propria* eſſet, petebant, & ex natura *proprietatis* ſuo modo fluebant. Ex iis tamen quædam iura 5) iis negata fuiſſe, quæ *independentiam* horum presbyterorum contra rationem iuris eccleſiaſtici inducebant: 6) has eccleſias *eo tempore* non fuiſſe *parochiales*, ſed adhuc ab eis diſtinctas, adeoque patronos cum ſua familia obſtrictos fuiſſe, vt eccleſiis ciuitatenſibus, quæ *parochiales* erant, ſimul intereſſent. Conf. ESPEN. *P. II. iur. eccl. tit.* 25. *c.* 2. § 13. Concluſiones inde formantur.

§. XXXII. Progredior ad *alterum fundamentum*, vnde *ius patronatus* natum eſt. Conſtitui id ipſum in more antiquitus, hoc tempore maxime vſitato, dandi eccleſias, monaſteria, imo ipſos epiſcoparus *laicis* potentioribus in feudum, qui mos quidem *ſeculo VI.* iam inter reges Francorum irrepſiſſe videtur; aſt altiores radices poſtea egit, Alterum fundamentum iuris patronatus ex more antiquo dandi eccle-

Digitized by Google

sias laicis in feudum petitum.

egit, & adeo eradicari non potuit, vt potius poſſeſſores harum eccleſiarum & monaſteriorum plus iuris ſibi pedetentim acquiſiuerint. Nolo exornare hanc obſeruationem variis teſtimoniis, cum iam id ipſum abundanter præſtitum ſit in diſſert. me præſide *de poteſt. ciuili in templa c.* II. *ſect.* 4. §. 3. *ſqq.* Id tantum oſtendendum, qua ratione hi poſſeſſores quoque *patroni* dicendi ſint, quos rarius in claſſem eorum collocare ſolent ſcriptores, qui de hoc iure commentati ſunt, quamuis PETRVS de MARCA §. *ſeq.* allegandus, crediderit, fere vnice inde natales *iuris patronatus* deriuari poſſe.

In his eccleſiis poſſeſſores conſtituebant presbyteros.

§. XXXIII. Videlicet talis conceſſio *eccleſiarum parochialium & monaſteriorum* non alium habebat finem, quam vt poſſeſſores eorum reditus inde perciperent, vt ex aliis *beneficiis* ſeu *feudis*. Inde vero vt plurimum eueniebat, vt pleraque commoda ſibi vindicarent, presbyteris vero tantum quosdam aſſignarent reditus, vnde parciſſime viuere poſſent. Quocirca ſibi 1) attribuebant ius *presbyteros* hiſce eccleſiis, quarum poſſeſſores erant beneficio regum, conſtituendi, quod eas eccleſias vt *ſuas* poſſiderent, & de iis, *iure beneficiario*, diſponerent. Obſeruat id ipſum optime M. ANTONIVS DOMINICVS *de prærogat. allod. in prouinc. Narbon. & Aquit. c. XI.* §. II. aiens: *Inde milites his beneficiis honorati, inſtituendi presbyterum, in his eccleſiis, quarum bona poſſidebant, auctoritatem ſibi arrogarunt, vt patet ex concil. Cabilon.* II. *quo huic licentiæ hoc additum temperamentum, vt nullus abſque conſenſu epiſcopi cuilibet presbytero eccleſiam det.* Concilium Cabilonenſe II. habitum eſt anno 813. vbi *can.* 42. apud HARDVINVM *tom. IV. p.* 1039 ita cautum: *Inuentum eſt, quod multi arbitrii ſui temeritate, & quod grauius eſt, ducti cupiditate presbyteris quibuslibet abſque conſenſu epiſcoporum eccleſias dant vel auferunt. Vnde oportet, vt canonica regula ſeruata, nullus abſque conſenſu epiſcopi cuilibet presbytero eccleſiam det.* Non de ſolis *fundatoribus eccleſiarum* patres loqui, euidentia docet: quin imo verba tam latiſſime concepta ſunt, vt præter eos alii quoque intelligi debeant, qui aliunde dabant eccleſiis presbyteros, neglecto epiſcoporum conſenſu, vt obſeruat PETRVS de MARCA *dans l'hiſtoire de Bearn. lib. I. c.* 28. §. 17. *p.* 124. ſimulque addit, huiusmodi poſſeſſores eccleſiarum fuiſſe dictos *patronos*. Ait: *Ces preſentateurs ſont nommés patrons dans le cinquieme article du Synode de Reims tenu par Hincmar l'an.* 878. *Ce que j'ay voulu expliquer particulierement pour monſtrer l'origine du patronage des curés, qui n'eſt pas fonde ſur la dotation des curés, qui ſont auſſi anciennes, que les villages, & prennent leurs re-*

revenus sur les parroissiens ; mais il est fondé sur les investitures des eglises faites par les princes en faveur des personnes laiques. His verbis vnicam fere in his *inuestituris* iuris patronatus causam quærit, quam sententiam tamen non tuebor, cum ex antecedentibus manifestum sit, præter hanc adhuc aliam fuisse. Ceterum in adducto *c.* 42. ideo *episcoporum consensum* insuper habendum ducebant, quod ecclesiæ tales a sorte reliquarum essent distinctæ, & *episcoporum* inspectioni subtractæ, eo, quod in *laicorum* potestatem *beneficio regum* peruenerint. Contra tales quoque direxit *edictum dominicum* CAROLVS M. *anno* 800. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 329. *sqq.* in hæc scribens verba: *resonuit auribus nostris --- quod non ita obtemperatis pontificibus nostris seu sacerdotibus --- ita vt presbyteros, nescio qua temeritate, præsentare episcopis denegetis, insuper & aliorum clericos vsurpare non pertimescatis, & absque consensu episcopi in vestris ecclesiis mittere audeatis. Nec non in vestris ministeriis* (clericis in vestro ministerio existentibus) *pontifices nostros talem potestatem habere non permittatis, qualem rectitudo ecclesiastica docet. Insuper nonas & decimas vel census improba cupiditate de ecclesiis, vnde ipsa beneficia sunt, abstrahere nitimini, & precarias de ipsis rebus, sicut a nobis dudum in nostro capitulari* (*de anno* 779. *c.* 13. apud EVNDEM *cit. l. p.* 179) *institutum est,* (quas beneficio nostro possidetis) *una cum ipsis episcopis & abbatibus emendare iuxta vires vestras denegetis.* Possessoribus enim hisce iniunctum erat onus reficiendi ecclesias: *vt domus ecclesiarum & tegumenta ab iis fiant emendata vel restaurata, qui beneficia exinde habent.* vid. BALVZ. *tom. I. capit. p.* 267. *c.* 24. *p.* 504. *c.* 24. *p.* 612. *c.* 5.

§. XXXIV. Præterea in tantum pedetentim *proprietatem* istarum ecclesiarum *in Gallia* sibi asserebant, vt de iis liberius, quam par erat, disponerent. Id obseruat PETRVS de MARCA *in not. ad concil. Claromont. c.* 7. aiens: *tunc non solum fundi & villæ, sed etiam ecclesiæ ipsæ in beneficium illis concessæ sunt. Ecclesiarum nomine oblationes, decimæ, atque reditus data & concessa intelligebantur, vt patet ex veteribus actis. Tunc ecclesiæ eo iure possessæ sunt, quo cetera beneficia siue feuda, adeo vt tandem in heredes quoque transierint, & expositæ sint hominum commercio.* Perstringit hunc abusum iam suo tempore AGOBARDVS *de dispens. ver. eccl.* §. 15. *Nunc non solum possessiones ecclesiasticæ, sed ipsæ etiam ecclesiæ cum possessionibus venundantur.* Nec tantum temere *alienabant,* sed etiam inter se *diuidebant* ecclesias coheredes possessores, vt reliquam substantiam hereditariam. In *concilio Aquisgranensi* id notarunt patres

Proprietatis harum ecclesiarum indicia

in alienando et diuidendo,

anno

anno 789. ſub CAROLO M. obſeruante BARONIO *ad cit. ann. n.* 6. vbi hæc ex *capitularibus* refert: *Tempore Hadriani papæ & Caroli M. imperatoris, quando Paulinus epiſcopus tenuit vices apoſtolicæ ſedis, in Aquis pie factum iſtud capitulum, propter hoc, quia laici homines ſolebant diuidere epiſcopia & monaſteria ad illorum opus, & non remaniſſet vlli epiſcopo, nec abbati, nec abbatiſſæ, niſi tantum, vt velut canonici & monachi viuerent.* Hi vero eo tempore in *ſumma* viuebant *parſimonia*, remotis omnibus deliciis atque pompa, ſine quibus tamen abbates & epiſcopi viuere recuſabant. Ceterarum eccleſiarum par erat ratio, quarum reditus etiam diuidebant coheredes, vt parum presbytero ſupereſſet. Ipſum capitulare, quo hæc *diuiſio* penitus prohibita, refertur a BALVZIO *tom. I. capit. p.* 717. *c.* 77. *&* *p.* 863 *c.* 208. & GRATIANO *in c.* 69 *C.* 16. *q.* 1. quod tamen effectu caruiſſe videtur. In tantum enim valuit poſſeſſorum horum contradictio, vt ne quidem tempore LVDOVICI pii hic mos ceſſauerit. Teſtatur id ipſum *capit.* LVDOVICI *pii* 29. *de anno* 816. vbi plura capitula, & inter hæc quoque illud, *de eccleſiis, quæ inter coheredes diuiduntur, & tali occaſione proprio honore carent*, emendatione digna in aliud tempus reiecit, & ita morem priſtinum in ſuo ſtatu reliquit.

abbates remouendo,

Par erat conditio *monaſteriorum*, quibus eorum poſſeſſores *abbates* ſui loco conſtituebant, & pro lubitu dimittebant. Se enim heredesque ſuos *perpetuos abbates* & quidem *principales*, a ſe vero conſtitutos dicebant *vicarios*, qui ab ipſis prorſus dependebant. Teſtis eſt IO. IPERIVS *in chron. S. Bertini* apud MARTENE & DVRANDVM *in theſ. anecdot. tom. III. p.* 550. vbi refert ARNVLFVM comitem & abbatem cœnobii, cui Bertinus præfuerat, plures ſucceſſiue abbates *pro ſuis gratibus inſtituiſſe & amouiſſe.*

exitum & introitum parochianis adimendo,

Nouum *proprietatis* argumentum inde repetit PETRVS DE MARCA *dans l'hiſtoire de Bearn. lib. V. c.* 30. *p.* 448 quod potuerint ſubditis ſuis *introitum & exitum eccleſiæ* concedere & prohibere. Præmittit controuerſiam quandam notabilem, qua enarrata, §. 6. hæc addit: *Cette narration nous apprend la poſſeſſion: en laquelle ſe maintenoint les gentils-hommes, qui avoint les egliſes infeodées, de faire defenſes a leurs hommes & ſuiets d'entrer ou ſortir de l'egliſe par leur terre. Pour le prendre mieux il faut ſe reſouvenir, de ce qui a eſté obſervé au livre premieur, que ſelon la phraſe des capitulaires ce n'eſtoient les dixmes, qui avoient eſte infeodées aux laiques, mais les egliſes, qu'ils tenoient en fief de l'eveque & du prince; d'ou il s'enſuivoit, que les perſonnes laiques jouiſſoient en ce temps du droit d'ordonner leurs egliſes & de les recommender aux preſtres avec*

Digitized by Google

avec le conſentement de l'eveque diœceſain, afin que je me ſerve de la façon de parler practiquée en ce temps-là; c'eſt a dire qu'ils jouiſſoient du droit de patronage, comme l'on parle maintenant, & outre des oblations, des premices & des diſmes, en baillant un entretenement honeſte au preſtre & reparant l'egliſe. De ſorte qu'ils etoient en quelque façon MAISTRES DE CORPS DE L'EGLISE *& de ſes dependances; & s'attribuoient* LA PROPRIETÉ *de la terre, qui etoit aux environs de l'egliſe, ſans conſiderer, ſi elle etoit baſtie en leur ſol; ce que n'euſt pu ſe rencontrer facilement, qu'aux villages nouvellement baſtis & non aux anciennes bourgades. Or ils faiſoient valoir aux occaſions ce droit de proprieté, en interdiſant aux paroiſſiens l'entrée & l'iſſue de l'egliſe par leur terre. Ce qui n'etoit pas un interdict poſitiv, fondé ſur une juriſdiction eccleſiaſtiqu, & que celui, qui etoit decerné aſſes ſouvent en ce temps par les eveſques, par la faute d'un ſeul homme de la paroiſſe, ſçavoir le ſeigneur, ou l'Abbé, lequel enveloppoit auſſi bien les innocens comme le coupable, & leur oſtoit l'exercice public de la religion ſur le lieu. Mais c'etoit un interdict negatif en conſequence de la proprieté de la terre des environs, qu'ils poſſedoient avec le droit de defenſe: lequel quoi qu'il fuſt abuſif, etoit neanmoins practiqué & toleré, & les eveſques en acceptoient la decharge & la liberté, comme un grand bienfait en faveur de l'egliſe.* Longum foret, ſi quæuis, quæ de *hac laicorum poſſeſſione eccleſiarum* in antiquitatibus occurrunt, colligere vellem: præſenti ſcopo vel hæc pauca inſeruire poſſe credo, vt inde pateſcat, non ſola *fundatione*, ſed alio quoque modo *ius patronatus* olim acquiſitum fuiſſe. Nec credendum eſt, poſt hæc tempora morem hunc ceſſaſſe, qui *ſeculis X. & XI.* adhuc in vſu fuit, & vnde adhuc hodie plures *decimæ laicales* dependent.

§. XXXV. Ceterum *ius* quoddam *proprietatis* vel ad minimum *directi dominii* in has eccleſias poſſeſſores earum affectaſſe, imo obtinuiſſe, alia adhuc oſtendunt argumenta. Partem quandam quaſi *iure ſuo* ex reditibus eccleſiaſticis ſibi vindicabant, vt vix *tertia* ſacerdoti ſuperelſet, ceu docent teſtimonia collecta a THOMASSINO *P. II de diſcipl. eccl. lib. 3. c. 21. §. 6.* Ipſam eccleſiam cum hac tertia vel alibi forſan cum maiori quantitate inſtar *feudi* conferebant presbyteris, & vt *domini directi* reputari volebant. Alibi id quidem ſeuere laicis interdictum; alibi tamen toleratum, ita vt ad minimum vſus huius iuris, licet non vbique ſine contradictione, per multa ſecula manſerit. In *concilio Bituricenſi de anno* 1031. *c.* 21. apud HARDVINVM *tom. VI. p.* 1 *p.* 851. paucis vniuerſum

Tales eccleſias iure feudi conferebant presbyteris, potiori parte redituum ſibi reſeruata.

ſum ius horum poſſeſſorum his enucleatur verbis: *vt ſeculares viri ecclesiaſtica beneficia, quod ſeuos* (alii legunt *ſeudos*) *presbyterales vocant, non habeant ſuper presbyteros.*

Inde feuda presbyterialia.

§. XXXVI Duo ex hoc textu obſeruo: 1) laicos harum eccleſiarum poſſeſſores *ius feudi* & *dominii directi* ſibi attribuiſſe intuitu *presbyterorum*, quos conſtituebant, & hoc ipſum *feudum presbyterale* ſeu *ſeuum* dixiſſe: 2) hoc ipſo factum fuiſſe, vt poteſtatem quandam in ipſos presbyteros, ceu ſuos *vaſallos* & *miniſteriales*, acceperint & exercuerint, id quod indicare patres huius concilii videntur, verbis: *ſuper presbyteros.* Indigne id tulerunt, imo prohibendum cenſuerunt Bituricenſes; mos vetuſtus tamen non tam facile corrigi & emendari poterat, quod ſequentium temporum praxis oſtendit. Ipſi imperatores, aliique reges eodem iure vtebantur in *epiſcopatus & abbatias* regales, quas mediante *inueſtitura*, vt *domini directi*, concedebant, & plures eius effectus exercebant, pontificum ſæuitia poſtea ſublatos. Nec improbabile eſt, in plurimis locis pontificum epiſcoporumque murmurationes vicinſſe, & laicorum manibus vel penitus hoc ius extorſiſſe, vel ad minimum admodum minuiſſe, prout ex concilio Claromontano ſub VRBANO II. *tit. præced.* §. 49. adducto declaratum, ſimulque oſtenſum eſt, epiſcopos, poſtquam hæ eccleſiæ vt plurimum monaſteriis oblatæ ſunt, ius quoddam *dominii directi* in eas exercuiſſe, more forſan dominorum anteriorum, qui eas tenuerant.

Ex more illius ævi definitio iuris patronatus ſtruitur

§. XXXVII. Si ergo ſecundum hanc periodum, qua ius *patronatus* adhuc maiores vires & *libertatem pleniorem* habuit, definitio eius formanda, me a veritate non aberraturum eſſe credo, ſi aſſeruerim, *ius patronatus* conſtitiſſe *in iure quodam dominii, poſſeſſori eccleſiæ, tum in eam, tum in bona eiusdem competens, vi cuius ille presbyterum ab epiſcopo approbatum & ordinatum ei præfecere, eundem de dote eius inueſtire, & eo prætendere potuit, qua vel ſibi expreſſe reſeruauit, vel alias ex natura dominii directi, prout natura rerum eccleſiaſticarum id permittit, ſiuunt.* Definitionis huius veritatem probant antecedentia, quæ paucis repetam. Dixi, ius *patronatus* tribuere poſſeſſoribus *ius quoddam dominii & proprietatis.* Id docent tum ipſa *patronorum* appellatio, ſupra §. 20. *ſqq.* declarata; tum diplomata & leges antiquæ §. 24 *ſqq.* adductæ, quæ laicis tales eccleſias vel in vſum familiæ extructas in caſtris aut in villis iuxta ædes proprias attribuunt, ita, vt in *proprietate & iure poſſeſſoris* eſſent, prout diſertis verbis loquuntur leges §. 25. adductæ. Idem *ius proprietatis* ſibi poſſeſſores eccleſiarum, quas *beneficio regum* tenebant,

& ſigillatim illuſtratur.

vindi-

vindicasse, euictum est §. 33. *sqq.* quamuis episcopi per aliquot secula id vnice egerint, vt has ecclesias illis extorquerent, easque in pristinam restituerent libertatem.

§. XXXVIII. Notanter autem dixi, *ius quoddam dominii*, vt ostenderem, *proprietatem plenam & absolutam*, quæ in se continet ius de re *disponendi* pro lubitu, eamque *immutandi*, imo & *consumendi*, possessoribus haud competisse, id quod fini sacro, in quem tales extructæ erant ecclesiæ, repugnabat, & *dominii* rationem admodum restringebat. Neque tamen *dominium* prorsus suam essentiam & naturam amittit, si ei hi effectus subducuntur: plura in iure occurrunt alia obstacula, quæ *dominii* plenum & absolutum effectum impediunt, restringunt, limitant, maxime in rebus, quæ ad *usum perpetuum* destinatæ sunt. Fideicommissa familiæ sunt in possessorum dominio, vtut nec ab his alienari, mutari, consumi & corrumpi possint. Sepulchra familiæ & hereditaria itidem ad dominium & patrimonium eorum, qui sunt de familia vel inter heredes, pertinent, vtut possessoribus integrum non sit, de iis *pro lubitu* disponere. Denique & serui sunt in *dominio* & *proprietate dominorum*, licet non omnes effectus eius in illos, qua *homines*, exerceri potuerint. Ipsa enim *natura rei*, quæ propria est, effectum proprietatis variis modis restringit. Dominii huius indoles demonstratur.

§. XXXIX. Addidi 2) hoc *dominium* competere possessori tum in *ecclesiam*, tum *bona eiusdem*. Id demonstrant leges §. 24. & 25. adductæ & prædicam ibidem occurrentia. Quod *meum* vel *tuum* dicitur, id ad *proprietatem* & *patrimonium meum* pertinere necesse est. Declarant quoque id ipsum fundamenta adducta; nam erant tales ecclesiæ in *vsum familiæ* olim exstructæ in *propriis castris* vel *iuxta ædes*: inde necessitas olim incumbebat patrono vel domino eas reficiendi, & cetera onera ferendi, quæ ex fine & destinatione desiderabantur. Quas vero ex *beneficio regum* laici tenebant, maiori cum *fructu* & *libertate* possidebant, vt etiam partem ex *reditibus ecclesiasticis* perciperent, itidem tamen cum onere reficiendi. Dominium in *dotem ecclesiæ* potissimum in eo 3) sese exserebat, quod patronus eam in *beneficium* seu *feudum* presbytero daret, vel illum de ea inuestiret, vt *dominus directus*. Vnde etiam Kirchen-Lehn vocari cœpit, sicuti patronatus vocatur der Lehn-Herr apud RETHMEYERVM *P. I. histor. eccles. Brunsuic. c. 2. in docum. n. 2.* Inde *inspectio* in bona ecclesiastica, & *prouidentia*, vt salua & in pristino statu manerent, fluebant. Quandoque etiam *censum* ex iis percipiebant, qui in *fundatione* iis impositus erat consensu episcopi, vt docent *c. 17. & 20. X. de censib. exact. & procur.* quorsum etiam *laudemia* Se extendit in bona & ecclesiam. Bona in feudum dabat patronus,

Digitized by Google

pro inueſtitura ſolui ſolita pertinent. Eſt ſine dubio effectus *dominii*, poſſe de rebus *inueſtire* eum, in quem transferuntur, cum regulariter tantum inueſtiat iuxta leges illorum temporum, qui dominus rerum eſt.

& paſtorem conſtituebat

§. XL. Ex eo dominio 4) fluebat ius eccleſiæ *præficiendi clericum*, vt tamen epiſcopus eum approbaret ordinaretque, ne peſſimi nebulones ad ſacra munia facile admitterentur. Hæc præfectura id operabatur, vt tales presbyteri dicerentur *clerici laicorum*, vt §. 25. obſeruaui; dominus vero eorum *patronus*, quo titulo iuxta tenorem *concilii Toletani I. c.* 10. gaudebant *domini*, qui alios in ſuo ſeruitio habebant. Inde eum, vt *patronum* & *ſeniorem* ſuum, comiter obſeruare, omnem ei *reuerentiam* exhibere, pro eo & eius familia preces fundere, ſeu nomen eius in miſſa recitare, in proceſſionibus eum honorare, pro defuncto miſſam celebrare, aliaque ſigna honorifica exhibere debuerunt, quæ infra fuſius explicanda ſunt. Denique dixi 5) quod ea prætendere vi huius dominii poſſit, quæ vel reſeruata ſunt, vel alias ex natura eius fluunt. *Cenſus*, *laudemia* aliaque reſeruata ſæpius fuiſſe, iam dixi: quin & *decimas* primitiasque cum *oblationibus* ſæpe ſibi attribuebant, ſcilicet in eccleſiis, in feudum acceptis. Denique probabile eſt, nobiles *decimas* plures inde acquiliuiſſe, quod ad ſuas eccleſias pertinerent, & ſic in ſua diſpoſitione illas eſſe crederent. Sicuti vero hoc dominium limitatum, & ex fine ſacro æſtimandum erat, ita quædam patronis interdicebantur, quæ huic fini aduerſabantur, & magis *abuſum* quam *legitimum vſum* continebant, quorſum pertinebat *diuiſio eccleſiarum* & quæ §. 29. dicta ſunt.

aliaque iura vtilia & honorifica exercebat.

Tertium iuris patronatus fundamentum, quod clericis illud peperit.

§. XLI. Supereſt vero, vt de tertio *iuris patronatus* introducti fundamento paucis agam. Quæ hactenus allata ſunt, vnice ad *laicos patronos* fere ſpectant, præſertim cum de his concilia & capitularia vt plurimum tantum loquantur, quod indicium præbet, *patronos clericos* eo tempore fuiſſe rariores, non diffitente THOMASSINO *P. II. de diſcipl. eccl lib* I. *c.* 31. § 2. *in f.* Deerant enim illo tempore adhuc illi abuſus grauiores, qui poſtea adulterarunt & infecerunt eccleſiam. Videlicet vulgo ius patronatus diuiditur in *laicum* & *eccleſiaſticum*. Illud quale ſit, dictum: hoc vero dicitur, quod alicui clerico competit ratione illius eccleſiæ, cui præficitur, & ita cohæret *beneficio eccleſiaſtico*, eiusque poſſeſſori proprium eſt. FRANC. de ROYE *de iure patron. in proleg c.* 6. Equidem illud exſurgere & acquiri eccleſiæ dicunt, ſi ex eius reditibus capella vel eccleſia exſtructa eſt, *c.* 3. *X. de eccleſ. adif.* vel patronus laicus

Ius patronatus eccleſiaſticum definitur.

illud

Digitized by Google

illud monaſterio ceſſerit; *c.* 8. *X. h. t.* ſed hæ cauſæ non ſufficiunt. Dantur hodie infinita monaſteria præbendæque, quibus hoc ius quoad plures ſæpe eccleſias cohærer, in quibus tamen neutrum fundamentum deprehenditur. Aſt poſtquam perpetuæ *commendæ* & *vniones* inualuere, numerus *patronorum eccleſiaſticorum* magnopere auctus eſt, quod interpretes vix tangere ſolent.

§. XLII. De fatis *commendarum* plenius agit THOMASSIN. *cit. lib.* 3. *c.* 10. *ſeq.* quæ hic exequi non vacat. Sæpe accidebat, vt, quod deeſſet proprius rector eccleſiæ vel monaſterii, cura eius *ad tempus* commendaretur alicui clerico, qui *fiduciariam* interim eius *curam* habebat, donec eidem de *proprio paſtore* prouiſum eſſet. Ad palliandam beneficiorum pluralitatem tandem receptum eſt, vt vni plures *in perpetuum* commendarentur eccleſiæ parochiales, & ita fiebat, vt in ſucceſſorem quoque hæ commendatæ eccleſiæ tranſirent, & beneficio principali ſemper annexæ & agglutinatæ eſſent. Hoc modo *prælati* aliique *clerici maiores*, imo & *monaſteria* plura poſſidere cœperunt beneficia: vnum quidem *principale*, quod *titulum* vocarunt; reliqua vero *iure* quaſi *fiduciario*, ſub *commenda*, vel *cuſtodiæ*, vel *guardiæ*, vel *adminiſtrationis* nomine, vt ait CLEMENS V. *in c.* 2. *extrau. comm. de præb.* Cum vero omnibus eccleſiis hiſce *commendis* non poſſet eſſe præfectus prælatus, qui tamen iis præeſſe dicebatur, ea ratio introducta eſt, vt clerici, commendas ratione *beneficii* ſui habentes, in *titulis* quidem ſuis ex *lege eccleſiaſtica* reſiderent, *commendatas* autem eccleſias, maxime *parochiales*, quæ proprium parochum deſiderabant, *vicariis* paſtoribus, quos *perſonas* dixere, committerent, partem de tunica potiorem ſibi reſeruantes, *vicario* vero ad ſuſtentationem ſuam certam portionem aſſignantes. Cum itaque hos *vicarios* conſtituerent, ſuas quaſi vices & *perſonas* ſubeuntes, *ius patronatus* per indirectum eo modo ſibi acquiſiuerunt. Sicuti enim tales *commendæ*, vt vocantur, perpetuo beneficiis adhæſere, ita *vicarios perpetuos* conſtituere neceſſe habebant, qui veri erant eccleſiæ paſtores *nominis ſono* tantum a reliquis discrepantes. vid. ſupra *tit. de præb.* §. 140.

1) Hoc ipſum ex commendis clericis acquiſitum.

§. XLIII. Verum per *vniones eccleſiarum* adhuc magis creuit *iuris patronatus eccleſiaſtici* numerus. Sunt *vniones eccleſiaſticæ* nihil aliud, quam duorum pluriumue beneficiorum vel eccleſiarum connexio ad hunc effectum, vt pro *vno* poſtea habeantur, quæ antea erant diſtincta & ſeparata. Negari quidem nequit, ex iuſta & probabili cauſa nonnunquam vnionem eccleſiarum, maxime per *ſuppreſſionem*

2) Ex vnionibus & incorporationibus.

Digitized by Google

fieri poſſe, vt illa parochia, quæ proprium alere parochum nequit, vniatur alteri, & cum ea vnum corpus conſtituat, de qua materia ex profeſſo agunt TVRRICELLIVS & Dn. SLEVOGTIVS. Verum non negandum eſt, vniones admodum olim in abuſum fuiſſe tractas, vt magis in *clericorum*, quam *chriſtiani populi vtilitatem* cederent. Huc potiſſimum pertinet antiquitus admodum vſitata methodus vniendi eccleſias, quæ proprium paſtorem habere poſſunt, eumque etiam poſt vnionem retinent, per *ſubiectionem*, quando ita plures eccleſiæ monaſterio, præbendæ, vel ſimili beneficio agglutinantur, vt perpetuo ei per modum *ſubiectionis* cohæreant, & per *vicarium perpetuum* vices eius, qui *eccleſiæ principali* præeſt, peragantur. *c.* 30. *X. de præb. & dignit.* TVRRICELL. *de vnion. benef. c. IV.* Hæc primario huc pertinet, quippe quæ monaſteriis, aliisue *ius patronatus* per indirectum acquiſiuit, vt ſpecialius explicandum eſt.

Illis poteſtas data eſt eccleſiæ principali conſtituendi in eccleſiis vnitis vicarios perpetuos,

§. XLIV. Excogitata hæc cautela eſt, ad reditus monaſteriorum & prælaturarum augendos. Docent antiqua diplomata, exempla, & monumenta, prælatos, & qui maiorem in clero habebant auctoritatem, (quales erant clerici cathedrales, & collegiatarum eccleſiarum, imo & prælati monaſteriorum) inhiaſſe eccleſiis parochialibus, idque vnice egiſſe, quo pinguiſſimos eorum reditus pro parte ſuos facerent, ſuisque beneficiis incorporarent. Pium, bonum, & honeſtum id duxere pontifices, qui monachis altaria redimentibus (de quo more ad *tit. antec.* ſpeciatim egi) quædam indulgenda, nec canonicis aliquid facile denegandum, duxerunt; maxime tali ratione excogitata, qua vnitarum eccleſiarum ſtatus *apparenter*, & non ex *rei veritate* mutabatur, & eo facilius tolerari potuiſſe videbatur. Quamuis enim vnitæ eccleſiæ partem dicebantur facere eius beneficii, cui iunctæ ſunt, vt ait TVRRICELL. *cit. l. n.* 4. expeditum tamen erat, poſſeſſorem beneficii principalis vnitis eccleſiis præeſſe haud poſſe, ſed ei indulgendum, vt vices ſuas alii demandaret. Inde tales eccleſias, non *rectorem*, h. e. principalem quaſi beneficii poſſeſſorem, ſed *vicarium*, *adminiſtratoremue*, habere dicuntur, PACIONI *alleg. canon.* 20. *n.* 1. quo ipſo tamen tantum in *nomine* ludunt, quia talis *vicarius* in parochialibus eccleſiis eſt *perpetuus paſtor*, nec ſine prægnante cauſa remoueri, ad exemplum aliorum, poteſt. Neque enim, qui tales vniones quæſiuerunt, id intenderunt, vt ſimul in eccleſiis vnitis *curam paſtoralem*, exercerent, & ſacra ibidem adminiſtrarent; ſed potius vt earum bonorum poſſeſſores fierent,

qui in rei veritate perpetui paſtores ſunt.

reditus

Digitized by Google

reditus potiores perciperent, & partem quandam, inſtar *annuæ mercedis*, vicariis aſſignarent.

§. XLV. Hæc *vnionis* ſpecies neceſſario poſſeſſoribus beneficii principalis, quos *rectores* vocare ſolent, peperit ius patronatus. Conſtituunt enim in beneficiis vnitis *vicarios*, qui vice ſua ſacra ibidem peragunt, ad inſtar *mandatariorum & conductitiorum* clericorum, qui a nullo alio eccleſiæ vnitæ præfici poſſunt, niſi a *principali rectore*, ſicuti mandatarius a mandante conſtituitur. Cum vero in perpetuum eccleſiis parochialibus præficiantur, re uera earum fiunt patroni, inſpecta rei veritate, & *præſentatio* ipſi beneficio cohærere dicitur, cum poſſeſſor eius, qua talis, hoc ius exerceat. Proinde non dubium eſt, per hanc ſpeciem patronum laicum, qui ante vnionem hanc ius patronatus in illam eccleſiam habebat, ius ſuum amittere, cum in poſterum id exerceri debeat a *rectore principali*. Quin etiam expeditum & naturæ rei conſentaneum eſt, ante omnia in hanc vnionis ſpeciem patroni conſenſum requirendum eſſe, cum de eius ſummo agatur præiudicio, eique amiſſio iuris patronatus immineat. Vid. PAVL SQILLANTE *de oblig. & priuil. epiſcop. P. III. c.* 14. *n.* 16. SLEVOGT. *de vnione eccl. diſſ. II. c. I.* §. 15. ROCCA *in diſput. iur. ſelect. c.* 193. *n.* 15. Et inde ius patronatus ortum.

§. XLVI. Oſtendunt vero præterea antiquitates eccleſiaſticæ, conditores vel fautores monaſteriorum id ſæpius egiſſe, vt eccleſias ſuas, in quibus ius patronatus vel ex *fundatione*, vel ex *regum beneficio* habebant, iisdem donarent, quo facto talis quidem vnio, de qua dictum eſt, haud facta, interim tamen per *donationem eccleſiæ* ipſum *ius patronatus* monaſteriis acquiſitum, ſaluo eccleſiarum ſtatu, vt iam *tit. præced.* §. 49. ex *concil. Claromont.* oſtendi. Sic CONRADVS comes de Dellenberg anno 1253. eccleſiam ſuam in villa Mackenrod donauit abbatiæ Walckenridenſi per chartam huius tenoris: *Conradus &c. quoniam Deum & eos, qui ſuo ſancto ſeruitio ſunt mancipati, pro poſſe noſtro decreuimus ſubleuare, eccleſiam in villa Mackenrod, quæ ad* NOSTRAM *pertinebat* DOMINATIONEM (proprietatem) *conferimus dilecto nobis conuentui in Walckenrede præſentium tenore cum omni iure, quocunque nomine vocetur, quo nobis eadem eccleſia pertinebat. Vid.* LEVCKFELD. *in antiquit. Walkenrid. P. I. c. XI. §. 7. lit. g.* Similis tenoris occurrit formula in charta *de anno* 1339. BVRCHARDI comitis de Mansfeld, relata in *reliq. MSct.* Dn. LVDEWIG. *tom. I. n* 214. ibi: PROPRIETATEM *parochialis eccleſiæ B. Stephani ſitæ in villa Gaterſtede dedimus & in contextu donamus S. conuentuali eccleſiæ &c.* Apud Dn. LEVCKFELD. *cit.* 3) Ex donationibus eccleſiarum patronatarum.

Digitized by Google

cit. l. § 9. alia donationis charta occurrit de ann. 1253. qua eccleſia in villa Nore ſit eidem monaſterio acquiſita hac formula notabili: *qui* PROPRIETATEM *ipſius eccleſiæ præfatæ Walkenridenſi eccleſiæ per literas ſuas ſigillo ſuo firmatas donauit.*

Ius patronatus in feudum et ſubfeudum datum.

§. XLVII. Occurrunt vero quædam peculiares circumſtantiæ circa hanc donationem, quæ cum conceptum iuris patronatus optime illuſtrent, paucis referre placet. Videlicet ex diplomatibus a B. LEVCKFELDIO *cit. l.* adductis liquet, in eccleſiam prædictam ius patronatus habuiſſe Dudonem dictum de Schneen & Theodoricum de Welrode milites, & quidem, vt dicitur in diplomate, *iure feudi* ab HENRICO & FRIDERICO comitibus de Stolberg, comites vero ab HENRICO Misnenſi Marchione & Landgrauio Thuringiæ eodem *feudi iure.* Vt ergo prædicti milites eccleſiam in prædictum monaſterium conferre poſſent, ius patronatus in manus comitum de Stolberg, hi vero rurſus idem in manus Henrici reſignarunt, qui tandem *proprietatem eccleſiæ* in cœnobium prædictum contuliſſe dicitur. Hac quidem via incedendum & agendum erat, vt dominorum directorum ius quoque extingueretur, & *plena proprietas* in monaſterium conferretur. Docet vero hoc exemplum, eccleſias patronatas in *feudum*, imo *ſubfeudum* datas fuiſſe, quod potiſſimum iis integrum erat, qui proprietatem earum ex *fundatione* vel *alio iure* habebant, & ſic quoque *iure feudi* de iis diſponere poterant.

Noua donatarum eccleſiarum patronatarum exempla.

§. XLVIII. Aliud diploma de ann. 1272. apud EVNDEM *cit. l.* §. 16. *lit. p.* occurrit, vbi ſpeciatim iuris patronatus facta mentio: *donamus vobis parochiam in villa Brockshouen cum omnibus pertinentibus ad eandem. Similiter ius patronatus cum pleno iure: ita, quod de his omnibus ordinare poteſtis & libere diſponere, quod ad veſtram poteſt vtilitatem & commodum prouenire, domino adiuuante.* IDEM *cit. l. c.* 12. §. 7. *lit. d* chartam de *anno* 1253. recenſet, in qua comes de Gleichen eccleſiam S. Petri in Nuenberg, quam Henricus Girbach in feudo ab eo tenuerat, cœnobio prædicto donauit *cum omni iure*, vt dicitur, *quo pertinebat ad nos & potuit pertinere, tam cum iure patronatus, quam bonis omnibus mobilibus & immobilibus.* Addo ex *reliq. Mſct.* ill. Dn. a LVDEWIG. *tom. I. n.* 11. & 12. chartam de *ann.* 1203. quæ ex latino in germanicam linguam eo tempore verſa eſt: Und habe en mit frien Willen und ledeiglich gigebin daz Recht des Kirch-Leens zu Wardenbrücke, daz zu unſer Hand bizher gehört hat, und wollen, daz daſſelbe wo ſie zum Dobirluge daz fiergeſchreben Kirchlehn zu Wardenbrücke haben

en und beſitzen ſulle zu ewigen Ziten mit allen Rechte alß wir und unſere Eldern daß gehabt haben und beſeßzin. Denique ex variis diplomatibus euidens, eccleſias quandoque inter *pertinentias villarum* numeratas uiſſe, quarum acceſſorium erat, vt conſtat ex diplomate HENRICI III. apud GEWOLDVM *in not. ad metrop. Salisb. Hundii tom. I. p.* 243.

§. XLIX. Quamuis vero per *ſimplicem donationem eccleſiarum*, patronis factarum, ius patronatus monaſteriis fuerit acquiſitum, multum tamen interfuit, vtrum eccleſiæ parochiales patronatæ ſimpliciter monaſteriis *donatæ*, an eisdem *incorporatæ* per *vnionem*. Prius etiam ne *epiſcoporum conſenſu* olim fieri potuit, *c.* 8. *X. h. t. c. vn. eod. in* 6. cum ius *patrono* competens tantum hoc modo in monaſterium collatum, aliuo per omnia ſtatu *eccleſiæ parochialis*, nec quiddam contra leges eccleaſticas factum: in *vnione* vero *ſubiectiua* quandam capitis diminutionem paſſa videtur eccleſia, & bona eiusdem eccleſiæ monaſterio applicata, quod non poterat fieri ſine *epiſcopi* auctoritate. Vnde non raro contingebat, vt eccleſiæ *ab initio* monaſteriis ſimpliciter donatæ, (quo titulo *ius patronatus* obtinuerant) deinceps vero cum monaſteriis dicto modo *vnitæ* fuerint, quo ipſo quidem quoad *ius patronatus* nihil adeo in *rei veritate mutatum*, bene tamen quoad *bona*. Elegans adfert exemplum præmemoratus LEVCKFELD *in antiq. Walckenried P. I. c. XI. §.* 15. *lit. n.* de eccleſia Schouwenſi, quam *iure patronatus* poſſederant comites Wernigerodenſes, a quibus eandem in feudum acceperant nobiles de Cotzen. Hi eandem eccleſiam poſtea anno 1204. reſignauerant in manus comitum prædictorum, hac tamen conditione, vt eadem pleno iure ad cœnobium Walckenridenſe transferretur, quod etiam a comitibus factum eſt. Hac donatione idem ius, quod comites in illam eccleſiam habuerant, nacti ſunt, i. e. *ius patronatus*. Hoc vero minime contenti erant monachi, ſed *vnionem* præterea deſiderabant, quam anno 1261. impetrarunt ab epiſcopo Halberſtadienſi, quæ his verbis iis indulta: *auctoritate præſentium indulgemus communi voluntate omnium & conſenſu accedente, vt eccleſiam parochialem in Monnicheſchowe Halberſtadienſis diœceſis, cuius patronatus vobis pertinet* (ex prædicta donatione de anno 1204.) *pleno iure valeatis in perpetuum obtinere, epiſcopi & archidiaconi per omnia iure ſaluo. Sed inſtituatis ſacerdotem vicarium perpetuum & idoneum in eandem, cui de certis reditibus ipſius eccleſiæ congruam aſſignabitis portionem, residuum in proprios vſus conuerſuri.*

Plus iuris contulit monaſteriis vnio eccleſiarum, quam ſimplex earum donatio.

Digitized by Google

Quod aliis quoque exemplis illustratur.

§. L. Aliud exemplum occurrit *in reliq. Mſt.* ill. Dn. a LVDEWIG *tom.* I. *n.* 248. vbi in ipſo priuilegio de *anno* 1350. præmittitur, quod *monaſterium S. Mariæ Virginis in Eylwordeſtop ordinis S. Benedicti ius patronatus parochialis eccleſiæ S. Wenceslai in Barnſtede banni orientalis legitime poſſideret.* Acquiſiuerat monaſterium hoc ius titulo *donationis* eodem anno a Geuehardo de Querfurt, vti charta *cit. l. n.* 147. oſtendit hisce verbis: *ius patronatus parochialis eccleſiæ beati Wennezlai ſitæ in villa Barnſtede dedimus & donamus S. monaſterio in Eylmarſtorp cum omni iure, quo ad nos hactenus videbatur pertinere, poſſidendum.* Secuta eſt mox huius eccleſiæ *incorporatio* auctoritate epiſcopi Halberſtadienſis in priuilegio adducto his verbis: *Nos ad indigentiam perſonarum illarum, quæ in iam dicto monaſterio Deo famulantur, pium reſpectum, eandem eccleſiam parochialem cum bonis eidem attinentibus ad vſus fratrum ipſis incorporando contulimus & conferimus per præſentes. Ratum habentes ordinationem omnem, quam ipſi fratres vna cum abbate eis ad communem vtilitatem duxerint ordinandam. Verum ne per hanc collationem ſiue incorporationem per nos factam, & per abbatem Nicolaum approbatam archidiaconi ius lædatur, ſtatuimus & præcipimus obſeruari, vt cuique fratrum abbas duxerit parochiam committendam, ab archidiacono recipiat curam animarum & ſingulis annis de ipſa dimidius lotho ſynodalis ſoluatur. - - - Sin vero perſona in prædicta eccleſia parochiali conſtituta inutilis exiſteret, per abbatem & conuentum commonita primo, ſecundo & tertio, ſi noluerit emendari, remoueatur. Idem de ipſius ſucceſſoribus præcipimus, firmiter in perpetuum obſeruari.* Ius *remouendi* monaſterio vel ideo indultum videtur, quod non *paſtorem principalem*, ſed *vicarium* in parochia conſtituerit, qui ex *natura rei* reuocari poſſet, quale ius tamen patronis denegarunt patres. Aliud vnionis eodem modo factæ exemplum occurrit *cit. l. n.* 281. *ſqq. de eccleſia parochiali in Kirchhaim, cuius collatio & præſentatio itidem ad monaſterium Doberlucenſe pleno iure pertinebat*, quam tamen poſtea NICOLAVS epiſcopus Miſnenſis de conſenſu ſui capituli anno 1380. dicto monaſterio *vniuit, annexuit* & *incorporauit*, approbatione cardinalis PILLEI accedente; & VRBANI pontificis confirmatione. Hisce ergo modis *ius patronatus eccleſiaſticum* conſtitutum eſt, ſcilicet partim ex *commendis*, partim *vnione*, partim vero ex *ſimplici donatione eccleſiarum*: *c. 7. X. de donat.* rarius forſan ex *fundatione*, niſi forſan intuitu *capellarum*, quæ ex reditibus monaſteriorum exſtructæ ſunt, quæ tamen vt plurimum ipſis monachis

Digitized by Google

nachis quod ſacra ſunt comminiſſæ, vt *iuris patronatus* ratio ita ceſſaverit.

§. LI. Tandem ad *tertiam periodum* progredior, quæ *iuris patronatus* nouam quodammodo formam dare attentauit, & ſic *patronorum* iura in quibusdam imminuit, vel in ambiguum diſcrimen admodum deduxit. Id videlicet in antecedentibus oſtenſum eſt, patronos fuiſſe *dominos eccleſiarum ſuarum*, quas in proprietate ſua habebant, & in eis ſacerdotem conſtituiſſe, præcedente ordinatione & approbatione epiſcopi. Poſt *ſeculum XII.* circiter hinc inde ex ſententia *pontificum Romanorum*, quorum auctoritas iam ſatis ampliſſima erat, iuris patronatus conceptus in nonnullis in ſenſum plane diuerſum detortus deprehenditur, quod vel ex *collectione decretalium* liquet. Id potiſſimum ea de cauſa factum videtur, quod *eccleſiæ laicorum*, quas olim opponebant *parochialibus*, & iis, in quibus ordinarii conuentus ſtato tempore fiebant, pedetentim *parochialium* qualitatem induerint, & ex *earum iure* æſtimari cœperint, quod etiam obſeruat ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit.* 25. *c.* 2. §. 15. Eatenus differentia obſeruata, quod quædam eſſent *liberæ*, quæ ſimpliciter ad *collationem epiſcopi* ſpectabant: quædam non *liberæ*, quæ in iure patronorum erant, vt interpretes ex mente pontificis diſtinguere ſolent. Proinde *ius patronatus* ſeruituti æquiparant, quamuis id non ſine ratione reprobet FRANCISC. de ROYE *de iure patronat. in prolog. c.* 5.

Tertia periodus, in qua quædam in iure patronatus innouata ſunt.

Ratio huius innouationis.

§. LII. Scilicet epiſcopis admodum intolerabile viſum fuit, patronis laicis *ius proprietatis* & *dominii* in eccleſias earumque bona tribuere, quas in *ſuo iure* & *poteſtate* vnice eſſe cenſuerunt, præſertim cum foueam *parochialium eccleſiarum* pedetentim induiſſent, quæ in *familiæ ſuæ* ab initio exſtructæ. Eccleſiæ præterea ad *res ſpirituales* relatæ, quarum incapaces dicebantur laici. Interim cum *ius patronatus* prorſus eliminari non potuit, ita id temperandum eſſe cenſuere, vt *nihil proprietatis* patronis laicis relinqueretur, ſed hi potius cogitarent, ſe ex *gratia* mera ius hoc exercere, cum ſtricto iure ne quidem iuris huius capaces dici poſſent, & eccleſia eos in tali poteſtate duntaxat *ex gratia* ſuſtineret. Vid. FAGNAN. *ad c.* 3. *X. b. t. n.* 5 *ſqq.*

Varii prætextus.

§. LIII. Proinde 1) ſtatuerunt, hoc ius *ſtricto iure* ne quidem e *bonis laicorum* eſſe, vt cenſet FAGNAN. *ad c.* 7. *X. n.* 43. Sunt eccleſiæ & bona eccleſiaſtica potius *iuris diuini*, in *dominio Dei* ex intentia Romanæ eccleſiæ, adeoque *extra commercium priuatorum*,

Statuere 1) ius patronatus extra commercium

esse & per se vendi non posse.

quam philosophiam auide amplexi sunt proceres ecclesiæ Romanæ. Neque enim ius patronatus seorsim vendi potest, quod sit ius *spirituali* annexum, & sic *simonia* metuenda. *c.* 16. *X. h. t.* Id tantum concessum, vt vendita vel alienata vniuersitate, v. c. pago, castro &c. cui hoc ius cohæret, simul quoque ius patronatus transferatur per consequentiam; *c.* 7. *X. eod.* quamuis ne quidem pretium hoc casu in id constitui possit, cum sit extra commercium. ESPEN. *P. II. iur. eccles. tit.* 25. *c.* 4. §. 32. Præterea licet amitterent, *patronos loco religioso ius patronatus conferendi liberam habere facultatem*, vt ait Alexander III. in *c.* 8. *X. h. t.* non accedente consensu episcopi, quod laici non possent in alios nisi ius, quod habent, transferre; *c.* 11. *X. eod.* minime tamen concedere voluerunt, vt, inconsultis episcopis, *ecclesias* ipsas *donare* possent, in quo actu plus agi credebant, quam in simplici iuris patronatus translatione. *c.* 5. 8. & 11. *X. h. t.* Ex supra dictis enim liquet, fuisse possessores ecclesiarum, qui *beneficio regum* ecclesias tenebant, ex iisque reditus percipiebant cum iure patronatus. Hos, tanquam iniustos ecclesiarum vsurpatores, distinguebant a *patronis fundatoribus*, quibus *proprietatem nullam* ecclesiarum attribuendam esse censebant, quam possessores ecclesiarum ex beneficio regum strenue adhuc sibi asserebant. Interim *patronos fundatores* simile ius ex ipsa *fundatione* habuisse, illudque iis in legibus ipsis assertum fuisse, supra ostendi: præterea quoque obseruaui, in ipsis donationum chartis formulas, *donare ecclesiam*, & *donare ius patronatus*, nunquam distingui, quæ ALEXANDER III. vel ideo distinguenda esse censuit, ne priorem admittendo patronis aliquid *proprietatis* in ecclesias assereret. Vnde si in *instrumentis donationum* hæc formula occurrebat: *concessi vel dedi ecclesiam & præsenti charta firmaui*, (quæ vbiuis obuia est in antiquis chartis, & adhuc in charta *de ann* 1409. apud RETHMEYERVM *P.* I. *histor. eccl. Brunsuic. c.* 2. *in docum. n.* 2 occurrit ibi: den sie damit begnaden.) nihil agi existimauit ALEXANDER III. si consensus episcopi non accesserit, *quia*, ait *in c.* 5. *cit. pro non dato habetur*, *quod ab illo datur*, *qui non potest de iure donare*; episcopo autem concurrente, vel ideo talis formula sana videbatur, quod tunc laicus tantum *merum ius patronatus*, non *proprietatem* quandam *donasse* videatur, quippe quam ei abiudicarunt pontifices *c.* 7. *X. de donat.* Idem euincunt verba in *c.* 8. *cit. quia laicus sine auctoritate episcopi nemini potest ecclesias dare*, & denique idem sensus est *c.* 11. *cit.* vbi asserit, *laicos non posse in alios nisi ius, quod habent, transferre*, h. e. ius patronatus, quod neutiquam in *proprietate ecclesiæ* consistere credebant, sed in *simplici* aliqua *præsentatione*.

Distinxere inter collationem iuris patronatus & donationem ecclesiarum.

§. LIV.

Digitized by Google

§. LIV. Hanc metamorphoſin vel ideo introduxere pontifices, tum vt *laicos* quam longiſſime a ſuis præſepibus arcerent, tum vt *ius patronatus* redigere pedetentim poſſent in eum ſtatum, in quo illud primæuo tempore fuit, ceu in *prima periodo* obſeruaui, vtut id plene perficere non potuerint. Hac de cauſa quoque factum, vt quæſtio de *iure patronatus* controuerſa ad *fora eccleſiaſtica* tracta ſit, quæ in foro ſeculari tractanda fuiſſet, ſi verum conceptum pontifices huic iuri reliquiſſent, *c.* 3. *X. de iudic.* quippe in quo in Anglia, Belgio, Gallia & plerisque locis tractata fuit. Vid. MATTHAEVS Pariſ. *in hiſtor. Angl. ad ann.* 1164. *p.* 84. FRANC. de ROYE *de iur. patron. in proleg. c.* 29. ESPEN. *P. II. iur. eccl. tit.* 25. *c.* 2. § 16. Ne quidem ergo ex mente interpretum *dominium* quoddam *directum* iis attribui poteſt, cum pontifex *laicalem recognitionem* videatur reprobaſſe in *c.* 21. *X. h. t.* ad minimum, vt ſupra oſtendi, interpretes admodum in hac re titubant, vt certum aliquod genus in definitione huius iuris exprimere haud audeant. Ratio huius mutationis.

§. LV. Aſſerunt proinde 2) hoc ius eſſe *ſingulare*, & eius eſſentiam fere vnice conſiſtere in *præſentatione perſonæ ad beneficium vacans.* Nec in hoc a ſententia iuris nouioris recedit FLORENS *cit. l. P. II. p.* 81. quin potius aſſerit, *ius patronatus eſſe ius ſingulare moribus receptum contra tenorem & rationem iuris communis in gratiam fundatorum.* Neque tamen per *præſentationem*, prout a *iure canonico* concipitur, & ad quam *poteſtas patronorum* reſtringitur, adeo iuri eccleſiæ præiudicari videtur. Illi enim eum ſignificatum dederunt, qui minus læderet *ius epiſcoporum.* Aiunt, in ſolius epiſcopi poteſtate eſſe, *dare eccleſias* cum iuribus eisdem adhærentibus, beneficia conferre iisque annexa munera eccleſiaſtica: totum hoc ius eſſe *ſpirituale*, quia *eccleſiaſticum:* patronum tantum *eligere*, *nominare*, & in ſcriptis *præſentare* perſonam, cui *epiſcopus* eccleſiam, bona eccleſiaſtica & ipſum munus ſacrum conferat; minime vero patronum de eccleſia & bonis eius candidatum *inueſtire.* Ita primarius *actus conferendi* eccleſiam epiſcopo ſaluus & illibatus manſit ſecundum ſtatum illum, quem in prima periodo retuli. Quid enim, ſi quis ſponderet, conſtitueretque, ſe ex patrimonio ſuo mille daturum eſſe illi, quem Seius nominauerit? dicendum vtique videtur, donationem primario accepto ferendam ei, ex cuius patrimonio hæc liberalitas profecta eſt, vtut is quoque, qui donatarium nominauit, aliquid ad actum donationis transtuliſſe videatur. Simili ratione in *iure patrona-* Ad ſimplicem præſentationem redigere conati ſunt ius patronatus. Cuius conceptus explicatur.

Digitized by Google

tus non id agi arbitrantur, vt patronus ecclesiam *conferat*, *donetue*, quippe qui ius proprietatemque haud habere dicitur, sed tantum vt *designet personam*, cui episcopus, vt *dominus beneficiorum*, ecclesiam vacantem donet conferatque.

Inde institu-endi seu inuestiendi ius episcopo assignarunt.

§. LVI. Hunc in finem 3) adhuc *institutio* episcopo attributa est, quæ est nihil aliud, quam *inuestitura abusiua de beneficio vacante ad præsentationem patroni facta*, qua ipsa non quidem *actualis* possessio, sed, vt in feudalibus inuestituris moris est, *ius in ipsam ecclesiam* confertur, reali possessione eadem auctoritate postea accedente. Hanc adeo necessariam esse in ecclesiis iuri patronatus subiectis, vt sine illa candidatus ius nullum consequi possit, existimant, adeo, vt *laicalis recognitio* nihil operari possit, per *c.* 4. 5. 7. 10. & 21. *X. h. t.* Neque vero hæc in *simplici ordinatione* quærenda est, sed ab ea omnino distinguitur, vt laicis omnis *collatio* prorsus denegata sit. Hæc disciplina ab illa, quam in *secunda periodo* retuli, magnopere discrepat, & in scholasticorum cerebro effabricata videtur.

Olim patronus inuestiebat

§. LVII. Eo enim tempore patronus tenebatur offerre clericum episcopo 1) ad *examen*, 2) ad *ordinationem*, qua presbyterii gradum accipiebat: hoc facto, patronus, vt *dominus directus ecclesiæ*, ordinatum *de ipsa ecclesia* inuestiebat, & in ecclesiam suam introducebat. Quodsi ordines receperat, ad minimum episcopi consensus erat necessarius, non vt conferret ecclesiam, sed vt præcaueret, ne pessimi, olim forsan subreptitie ordinati, his ecclesiis præficerentur, quod diplomata, leges & testimonia §. 20. *sqq.* adducta, docent. Inde *ius patronatus* vocabatur das Kirch-Lehn, cuius virtute patronus inuestiebat candidatum de ecclesiis & bonis ecclesiasticis. Imo sicuti *dominus feudi*, eo vacante, interim fructus ex feudo ad se reuerso percipit; ita quoque patroni ecclesiæ suæ vacantis *guardiam* siue *custodiam*, cuius fit mentio in *c.* 23. *h. t.* sibi vindicabant, & interim fructus inde percipiebant. Hunc morem antiquum refert memoratque, sed abolendum censet pontifex in *r.* 12. *X. de pæn. c.* 13. *de elect. in* 6. constituitque *in c.* 4. *X. de offic. ordin.* vt potius constituantur *œconomi*, qui debeant interim fructus colligere, & eos in ecclesiarum vtilitatem expendere. Hoc ius nouum vero in Gallia non esse receptum, sed patronis ius antiquum saluum mansisse, docet FRANCISCVS de ROYE *cit. tr. in proleg. c.* 34. vt vel inde appareat, ius *dominii directi* non vbique eneruari potuisse.

& fructus vacantis ecclesiæ suos faciebat.

§. LVIII.

Digitized by Google

§. LVIII. Peperit vero pontificum Romanorum innouatio ec inprimis incommoda, vt interpretes non ſatis accurate amplius de- ire potuerint, in quonam *hodie* proprie *ius patronatus* conſiſtat, ceu pra vidimus. Id enim *dominium directum* vocandum, & patrono *s inueſtiendi* attribuendum eſſe, vix admittunt decreta pontificum re- ntioris æui, quod tamen natura eius poſtulat, quam etiam in plerisque is retinuit, cum non facile paſſi ſint patroni, veterem morem *prorſus* fringi & extingui. Ne quidem in Germania primæua eius ratio, quæ legibus in *periodo ſecunda* adductis obtinuit, prorſus extincta eſt, id iod effectus inde redundantes oſtendunt, quamuis vt plurimum mate- im litium præbere ſoleant. In quibusdam locis adhuc patronis ſalua : *inſtitutio*, imo & *ius remouendi* presbyteros, vt in Marchia: in ple- que poſt *inſtitutionem* ab epiſcopo vel ſuperintendente factam paſto- m de bonis eccleſiæ inueſtiunt, & *laudemium* quoque recipiunt, vt ex *re paroch. P. III. c.* 1. §. 23. liquet. Plerumque poſt præſentationem il- *ius vocandi* præterea competit, ſi poſt examen approbatus eſt præſen- us, in quo ſane antiqui iuris veſtigium inſigne conſiſtit, adeo vt *in du-* dicendum eſſe cenſeam, *vocationem* quoque patrono, poſtquam a nſiſtorio approbatus eſt præſentatus, competere. Nec aliunde iura *norifica*, vt vocantur, *oncroſa* & *commoda* petenda ſunt, quam ex *do- nio directo*, quæ tolli non potuere, licet conceptum huius iuris admo- m turbauerit pontifex. Inde vulgatum illud:

Patrono debetur honor, onus, vtilitasque,
Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus.

quibus ſigillatim mox agendum.

Huius innouationis incommoda.

§. LIX. Hæc ſunt fata præcipua *iuris patronatus*, quod adhuc die, etiam in terris proteſtantium, ſupereſt, cuius ſpecialia iura ſecun- m hactenus dicta examinanda & ſuccincte tradenda ſunt. Nec puto idquam adeo in definitione §. *XXIX.* tradita, eſſe mutandum, ſed ad- c hodie IVS PATRONATVS definiendum eſſe, quod ſit *dominium ddam directum patrono in ſuam eccleſiam competens, ex fundatione inueſtitura vel ceſſione vel unione, vi cuius a ſe præſentatum & ab epi- o approbatum & ordinatum eccleſiæ præficit, eundem de bonis eius in- it, & praterea vt dominus directus quædam iura honorifica & vtilia cipit, ſimul tamen onera nonnulla ſerre tenetur.* Definio *ius patrona-* proprie dictum, quod *vulgare* quidam nominant, eo ſcilicet ſenſu, o vulgo priuatis quibuscunque competere poſſit.

Ius patronatus quomodo hodie definiendum?

§. LX.

Digitized by Google

Ius patronatus regium huc non pertinet.

§. LX. Ab eo distinguunt (1) *ius patronatus regium*, quod ad *regalia* referunt, & in iure principis supremo, ad *tuendam ecclesiam* introducto, collocant. FINCKELTH. *de iure patron. c. III. n.* I. ANTON. FABER *de relig. reg. in republ. lib. III. c.* 2. *sqq.* STEPHANI *de iur. patronat. P. I. c.* 4. Quod ecclesiæ Romanæ addicti ita distinguant, & iura summa regum, quæ a clero illis adhuc relicta sunt, sub eo comprehendant, vt docet CORTIADA *decis.* 253. non adeo mirandum est, cum sæpius obseruatum sit, potiora iura *circa sacra* ad *pontificis & episcoporum* monopolium fuisse tracta, & solam *defensionis supremæ* gloriam imperantibus relictam fuisse. Explicat hoc *ius regium patronatus*, quod vocant, ISIDORVS apud GRATIANVM in c. 20. C. 13. *q.* 5. &, *principes*, ait, *seculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Ceterum intra ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi, vt, quod non præualet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum cæleste regnum proficit: vt, qui intra ecclesiam positi contra fidem & disciplinam ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam ecclesiæ humilitas exercere non præualet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat, & vt venerationem mereatur, virtutem potestatis impertiat. Cognoscant principes seculi, DEO se debere rationes reddere, propter ecclesiam, quam a Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax & disciplina ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam ecclesiam credidit.* Eius tenoris sententia occurrit in *LL. eccles. S. Edwordi regis c.* 14. apud HARDVIN. *tom. VI. P. I. concil. p.* 488. *Rex, qui vicarius summi regis est, ad hoc est constitutus, vt regnum terrenum & populum domini & super omnia sanctam veneretur ecclesiam eius, & regat, & ab iniuriosis defendat. Quod nisi fecerit, nec nomen regis in eo constabit: verum testante Ioanne papa, nomen regis perdit - - illos decet vocari reges, qui vigilanter defendunt, & regunt ecclesiam DEI & populum eius.*

Eius natura explicatur.

Quod in patrocinio ecclesiæ consistit.

§. LXI. A *patrocinio* itaque, quod *defensionis* debitum includit, hoc *ius regium patronatus* dictum fuisse, quilibet animaduertit, quod olim imperatores & reges strenue exercuerunt, & ea de causa *aduocatos* ecclesiarum & monasteriorum constituerunt, vt infinita diplomata docent. Conf. B. HERTIVS *de iact. libertat. ordin. Cisterc. ab aduoc.* item *obseru. nostr. ad Petr. de Marca de C. S. & I. lib. I. c.* 12. *obs.* 18. Ea de causa imperator passim vocatur *aduocatus vniuersalis*,

Inde imperator dicitur aduocatus vniuersalis.

A. B.

Digitized by Google

I. B. c. 2. §. 3. 4. 5. der **oberſte Vogt** der Chriſtenheit in *R. I. de anno* 529. §. 1. welchem aus aufferlegten Käyſerl. Ambt gebühret, den heiligen Chriſtlichen Glauben zu handhaben, zu ſchützen, und zu beſchirmen; mulque ſolemniter promittit in capitulatione, die Chriſtenheit, den Stuhl zu Rom, die Päbſtliche Heiligkeit, und Chriſtliche Kirche, als erſelben **Advocat**, in guten treulichen Schutz und Schirm zu halten. Vid. *capit. Caroli VI. art.* 1. De hac materia plenius agunt MVLENER *de protect. ab imperat. eccleſ. vtriusque relig. in German. aequaliter debita.* SLEVOGT *de aduoc. imper. eccleſ.* Olim plus iuris imperares præter *hoc ius patronatus* habuiſſe, & optimo iure exercuiſſe, ſæpius ctum, & quia proteſtantes principes, reformatione feliciter ad effeum perducta, *ius ſupremum circa ſacra* in ſuis territoriis reduxerunt, us iuris illis attribuendum eſt, quam circumſcriptum illud *ius patronas regium*, quod ſupponit, *ius ſacrum* quoad partes ſuas præcipuas a *poſtate ciuili* abeſſe, & pontifici epiſcopisque ceſſiſſe. Non ergo neſſe, nec conſultum eſt, cum STEPHANI, FINCKELTHAVSIO & BRO *iura patronatus regia* principum proteſtantium ſpeciatim euolre, quia hoc ipſo dilabimur in caſtra eccleſiæ Romanæ, quæ præter nc *protectionem*, & inde fluentia iura imperantibus nihil adeo attriit.

Plus iuris continet ius circa ſacra.

§. LXII. Ceterum qui (II) citra *ius territorii* ius *aduocatiæ* capitula immediata *iure feudali* vel *alio titulo* exercent, propius quim cum huiusmodi *patronis* conferri poſſunt, quorum iura tamen hic arrare non lubet, qui tantum de *patronis ſtricte dictis* ſecundum ſeriem ius tituli ſollicitus ſum. Denique etiam (III) *nobilitati immediatæ* perii vulgo ſolet tribui *ius patronatus*, ſub quo tamen tota *iurisdictio leſiaſtica* comprehenditur, quæ nobilibus immediatis vi *inſtrum. pacis . V.* §. 28. æque ac ſtatibus imperii competit, (Vid. VNRAHT *de iud. eccleſ. nobil. immed.* B. COCCEI. *c.* 25. *iur. publ.* §. II.) adeoque ſus cum *vulgari iure patronatus*, quod hic tractamus, conferri neit.

Aduocati ſtricte dicti circa territorii reſpectum cum his patronis conferri poſſunt.

Ius patronatus nobilitatis immediatæ eſt ipſa iurisdictio eccleſiaſtica.

§. LXIII. Transeundum iam ad *iura ſpecialia*, quæ *patronis* entur, quippe quorum explicatione totus huius iuris ambitus exhaupoteſt. Primarium ius, quod patroni ſibi vindicant, eſt (I) PRAENTATIO, quæ admodum tractu temporis, cleri aſtutia an inuidia di? exinanita & deprauata eſt. Iam ſupra obſeruaui, olim patronos, eccleſiarum ſuarum *dominos*, in iis conſtituiſſe ſacerdotes *domeſticos*, oque eodem iure vſos fuiſſe, quo olim eccleſiæ, mediante *electione*,

Ex iure patronatus dependet (I) præſentatio.

Digitized by Google

in constituendis pastoribus. Ne tamen indignos per abusum eligerent suisque præficerent ecclesiis, ab episcopis antea *examinandi*, *ordinandi* & in hunc finem iis *præsentandi* erant. Approbatos deinceps & ordinatos suæ ecclesiæ *præficiebat* patronus, censui suorum officialium inferebat, & de reditibus sufficientibus prospiciebat, adeoque ipsa *constitutio pastorum* & *officii sacri collatio* iuri patronatus inerat, h. e. *nominatio*, *electio*, *vocatio* & *institutio*; episcopo vero *examen* & *ordinatio* relicta, quod per illud de *idoneitate* constaret, per hanc vero potestatem, officia sacra & sacerdotalia exercendi, acciperet.

quæ olim ius conferendi continebat,

§. LXIV. Hanc *libertatem* tamen sæpe in abusum trahebant patroni, & adeo *libere* constitutionem pastorum sibi vindicabant, vt sine *examine episcopali* eos suis præficerent ecclesiis, prout supra §. 29. iam obseruaui. Id tantum reprobant patres conciliorum, ne episcopi in hac presbyterorum constitutione vlterius quid sibi assererent, quam *examen* & *ordinationem*, in quem finem *offerendi* & *præsentandi* eis erant. Neque enim *laici consecrare* poterant clericum, multo minus *examinare*, quod merito *episcopis* reseruandum erat. Hinc POSTVLABANT *sibi presbyterum consecrari*, *c.* 31. *C.* 16. *q.* 1. OFFERBBANT *episcopis ordinandos*, *c.* 32. *C.* 16. *q.* 7. ADDVCEBANT clericos examinandos & ordinandos, VT HINCMARVS *tom. I. op. p.* 737. ait, & denique *præsentabant*, quæ ratio loquendi tandem fere vnice retenta. E contrario reprobata est concessio ecclesiarum sine *auctoritate episcoporum*, *in c.* 8. 10. 11. & 21. *X. h. t.* & occupatio ecclesiarum vel in iis facta ordinatio sine patroni *electione*, *nominatione* & *præsentatione* in *c.* 32. *C.* 16. *q.* 7. *c.* 14. *X. h. t.*

præuio examine & ordinatione episcopi.

§. LXV. Vt plurimum tamen hodie tria distinguere solent: *nominationem*, *vocationem* & *præsentationem*. Ista concernit *electionem* personæ præsentandæ: illa potestatem continet nominato *literas vocationis*, quibus *collatio* continetur, transmittendi; hæc denique ius offerendi nominatum episcopo vel consistorio ad examen & ordinationem. FINCKELTH *de iur. patron. c.* 11. *n.* 13. *sqq.* CARPZ. *lib. I. iurispr. consist. def.* 22. *n.* 1. Præsentationem tamen esse tantum *partem essentialem iuris patronatus* censet SCHILTER. *lib. I. inst. iur. can. tit.* 14. §. 9. *sq.* vt ius *nominationis* & *vocationis* tantum ad *naturalia* eius pertineat, & sic, salua substantia, abesse possit; quid? quod ESPENIVS *P. II. iur. eccl. tit.* 25. *c.* 5. §. 2 adhuc distinguendum esse censeat ius *præsentandi a iure patronatus*, quod etiam statuit PETRVS FRANCISCVS DE TONDVTI *P. II. quæst.*

Nominatio, vocatio & præsentatio distinguuntur.

Digitized by Google

uæſt. & reſol. benef. c. IV. §. 9. n. 1 ſeq. id quod ſi verum eſt, nec *ius præ-ntandi* ad eſſentiam eius ſpectare videtur. In eo omnes conueniunt, egulariter *ius præſentandi* ineſſe iuri patronatus, ceu conceptus huius aris ſupra expoſitus docet. Negari tamen nequit, variis de cauſis illud *mmimui* & *reſtringi* poſſe, vt ius *vocandi* & *nominandi* haud contineat, mo vt ipſa *præſentatio* & *oblatio* ex accidenti paulisper transformetur, Inde ius patronatus diuidi poteſt in *perfectum* & *imperfectum*. Illud artes adductas complete continet; non item hoc.

§. LXVI. Vt igitur res in concordiam deducatur, de ſingulis ſeparatim videndum. NOMINATIO virium accipitur in ſenſum in *iure ecleſiaſtico*. (I) Denotet ſimplicem *commendationem*, quæ etiam in *electionibus* prælatorum *liberis* occurrere ſolet, vbi non raro potentiores indidatum commendant, ſed ſine *obligatione perfecta*, quæ acceptio tamen magis *abuſiua* quam *vera* eſt. *c. 28. X. de elect.* (II) *Nominatio* quandoque denotat, *aliquot perſonarum deſignationem*, ex quibus ab aliis electio neceſſario facienda, quale ius in eccleſiis proteſtantium non incognitum eſt, & olim quoque in *oriente* vſitatum fuit. Sic ſenatui in ciuitate Hannouerana & Erffurtenſi competit ius *nominandi* tres candidatos eccleſiæ vacanti, ex quibus die electioni dicto futurus paſtor ab eccleſia eligendus, vt præciſe ex *nominatis* electionem facere debeat. Quandoque etiam patronis duntaxat hoc ius relictum, vt duos vel tres candidatos prælato vel conſiſtorio ſiſtere debeant, ex quibus paſtor eccleſiæ præfiendus, cuius moris originem infra tradam. Præterea (III) *nominatio* quandoque *ex accidente* hoc modo ſeparatur a *præſentatione*, vt alter *nominet* patrono ſubiectum, quod ipſemet *præſentet* conſiſtorio vocetue. Denique (IV) *nominare* denotat deſignare & eligere ſubiectum, Epiſcopo offerendum ad examen & ordinationem, quod regulariter *præentationem* antecedit. Antequam enim *præſentatio* fieri poſſit, de certo ubiecto, quod patronus eligere poteſt, certus eſſe debet, & ita *præſentaoni* ineſt. **Nominatio varie accipitur.**

§. LXVII. Prima acceptio non eſt huius loci, cum ius patronatus *ſimplicem commendationem* candidati non contineat, ſed plus aris habeat, quamuis quandoque mediæ ætatis ſcriptores appellatione *commendandi* etiam hic *abuſiue* vſi fuerint, obſeruante FLORENTE *m. II. oper. p.* 80. Altera *acceptio* quandoque ex *obſeruantia* in iure patronatus deprehenditur, quamuis magis ſit actus quidam *præſentaonis* paulisper *infirmatæ*. Videlicet, cum ab antiquo patroni præfecerint eccleſiis ſuis paſtores, eos quoque *deſignare* potuerunt, & ita *electio* **Commendatio hucnon ſpectat.**

Nominatio plurium nonnunquam patrono incumbit,

Digitized by Google

electio alterius hic non concurrit, sed ipsemet patronus subiectum suæ ecclesiæ præficiendum designauit. Plura tamen per *mores*, *pacta*, & *obseruantiam* mutari potuere. Nam in quibusdam ecclesiis *patronatus* ius præsentandi ita *imminutum* est, vt patronus non *vnum*, sed *tres* præsentet, ex quibus superintendens vel consistorium aliquem eligit, confirmat, ordinat, quo ipso tamen *ius præsentandi* admodum, vt liquet, infirmatur, & fere in nudam degenerat *nominationem*. Quocirca a superintendente quodam, cui *præsentatio* facienda erat, aliquando consultus: *annon omnibus patronis hoc de iure imponi possit, vt non vnum, sed tres præsentarent?* respondi, non sine graui *iuris patronatus violatione* & *imminutione* id fieri posse, quod hoc modo *præsentatio* potiorem suam amitteret efficaciam, quæ *certi subiecti designationem* in se contineret, nec patronis adimi posset.

ex quibus eligit consistorium.

Quandoque præsentatio fit ad alterius nominationem.

§. LXVIII. In tertia acceptione *nominatio a præsentatione* separatur, vt illa alteri, hæc vero demum patrono relicta sit, quo ipso rursus *præsentatio* admodum imminuitur. Cum vero illa huic *regulariter* coniuncta sit, ad *exceptiones* seu *ius patronatus imperfectum* hic casus referendus, cuius exempla causasque videamus. Notum est, in imperio nostro tres religiones esse approbatas; inde sæpissime contingit, vt *patronus* diuersæ sit religionis ab *ecclesia patronata*, & ita suæ ecclesiæ pastorem, a se in religione dissidentem, præficere teneatur. Quia vero id ipsum a *refugiente* & quodammodo *inuito* fit, non raro turbas mouere solet. Ante *instrumentum pacis* rem hanc in controuersiam vocatam fuisse docet LEHMANNVS *in act. pac. relig. lib. III. c.* 49. quæ tamen in *I. P. art. V.* §. 31. decisa est. Cautum enim est *cit. l.* vt subditi A. C. addicti manere debeant *in possessione omnium dicto tempore* (anni 1624.) *in potestate eorundem constitutorum templorum*, id quod si verum est, patronus non potest alium, quam illi religioni addictum, præsentare. Ita vero vt plurimum contingit, vt *patroni catholici* ecclesiis A. C. addictis debitam non impendant curam, quin potis venum eas exponant, & plus licitanti addicant, cum sua parum referre arbitrentur, lupus an pastor fidelis ouili hæretico præficiatur? In diœcesi Hildesiensi tale quid factum fuisse, acta publica docent, cui malo demum obuiam itum in *recessu de anno* 1711. *art.* 13. mit conferirung der Pfarren A. C. soll von den Patronis, sie mögen geist- oder weltlich, Catholisch oder A. C. zugethan seyn, keine Simonie oder Krämerey getrieben, noch vor eine Pfarr zu folge des religions-recesses ein mehrers als ein rosinoble gefordert, gege-

Cuius exemplum ex I. P. affertur.

Digitized by Google

gegeben und genommen werden, addita pœna, vt, si contra factum fuerit, patronus ea vicibus conferendi amittat, & pretium in duplo reddere teneatur.

§. LXIX. Cum vero hæc mala & incommoda vix præcaueri queant, quæstio enata est: vtrum hoc in casu ius *nominandi* ecclesiæ A. C. addictæ attribui possit, vt patronus nominatum vel quendam ex nominatis præsentare teneatur? Equidem in tabulis instrumenti pacis *art. VII.* §. 1. disertis verbis res inter *protestantes*, quatenus duas faciunt partes, decisa videtur, vbi 1) dispositum, ne prætextu *iuris territorialis, episcopalis*, PATRONATVS, *alioue quocunque, subditis ministri alterius confessionis obtrudantur*: 2) vt in casu mutationis (quod etiam de *patronis ecclesiæ* intelligendum esse verba antecedentia innuunt) licitum sit *ipsis communitatibus vel quæ ius præsentandi non habent*, (patrono diuersæ religionis existente) NOMINARE *idoneos scholarum & ecclesiarum ministros a publico loci consistorio & ministerio, si eiusdem cum præsentantibus vel* NOMINANTIBVS *communitatibus sunt religionis, vel hoc deficiente, eo loco, quo ipsæ communitates elegerint, examinandos & ordinandos, atque a principe vel domino postea sine recusatione confirmandos.* Hoc itaque casu si patronus sit reformatæ religionis, ecclesia Lutheranis addicta sacris nominare potest candidatum a patrono præsentandum. Mirum vero est, hoc tantum inter protestantes, quatenus *duas partes* faciunt, esse constitutum, de eo vero nihil actum inter *catholicos & protestantes*, sed catholicis sine præuia *nominatione* ius præsentandi in ecclesiis A. C. addictis saluum relictum fuisse & vice versa, cum tamen mala incommoda eo casu metuenda sint, vt ex ipsis rerum argumentis liquidum manifestumque est. Ceterum quod per leges imperii publicas haud constitutum est, per *pacta & obseruantiam* fieri potest, ceu in Sueuia, Franconia, Rhenoque vicinis regionibus fere in morem iuisse, liquet ex iis. ill. Dn. a LVDEWIG *denominat. hæret. ad paroch. c. IV.* §. 10. *lit. b. in not. vt patroni catholici nominandi iura indulgeant euangelicis acquieantque illi solius præsentationis auctoritate.* Eadem *obseruantia* effici potest, vt etiam in ecclesiis, quæ eiusdem cum patrono sunt religionis, *nominatio a præsentatione* sit distincta, & hæc vel aliis, vel nominantibus cum aliis competat, prout ostendi *in iure paroch. sect.* 3. *c.* 1. §. 13. & plenius demonstrauit Dn. a LVDEWIG *cit. l. c.* 3.

Si patronus diuersæ est religionis, an nominatio ecclesiæ competat?

§. LXX. Verum, vt antea asserui, potius hi casus sunt *extraordinarii & exceptionum* loco habendi, faciuntque ius patronatus *im-*

Regulariter ius nominandi præsentationi inest,

Digitized by Google

perfectum. Regulariter, prout in *quarta acceptione* obseruaui, *ius nominandi* præsentationi inest, eique adeo cohæret, vt patronatus, quem consistorio vel episcopo præsentet, antea eligere & designare queat. Hæc *designatio personæ præsentandæ* quandoque *mediante electione* facienda, vtpote si pluribus *coniunctim* ius patronatus competat. Recte vero obseruat BRVNNEMANNVS *lib. II. iur. eccl. c.* 8. §. 18. animaduertendum esse, vtrum pluribus, qua *collegio*, an vero qua *singulis* hoc ius concessum fuerit? Priori casu, veluti si *academiæ*, *senatui*, vel *capitulo* ius patronatus proprium est, vel ex *cessione*, vel alio acquisitum modo, vota maiora *intuitu collegii* designant præsentandum, eodem, vt in *electionibus prælatorum* obseruatur, modo: posteriori vero maiora *simpliciter* sufficiunt, h. e. non intuitu omnium *compatronorum*, sed eorum, qui simul ab aliis designantur, vtpote si quinque patroni fuerint, & duo designent Caium, tres reliqui vero alium atque alium; Caius designatus & nominatus censetur. *c.* 3. *X. h. t.* Cum enim inter se *collegium* quoddam non constituant, ratio quoque eius in votis maioribus haberi nequit. LAMBERTIN. *de iure patronat. lib. II. p.* 3. *art.* 2. *q.* 4.

quæ per electionem inter plures patronos exercetur.

§. LXXI. Vt vero de *votorum numero* legitime constet, multum interesse puto, vtrum ius patronatus sit *reale* an *personale.* Illud prædiis castrisque cohæret & possessoribus proprium. Ergo si inter trium prædiorum possessores commune est, contingere potest, vt alter *duo vota* habeat in designando præsentando, quod etiam duo prædia, quibus hoc ius cohæret, possideat. Hoc casu illud inde fluit incommodum, quod hic semper *maiora* efficere valeat, compatroni vero votum fere inane fiat; id tamen meo iudicio impedire non potest, quo minus numerus votorum crescat pro quantitate prædiorum, quæ quis possider, quatenus ab antiquo illis annexum est. *Personale* ius patronis, qua talibus, sine respectu bonorum debetur, & ad heredes transit, *c.* 31. C. 16. *q.* 7. simulque multiplicari seu inter plures spargi potest, si plures sunt heredes, nisi a patrono fundatore vni alteriue tantum fuerit assignatum, FRANC. de ROYE *in proleg. de iur. patron. c.* 9.

Vota numerantur, prout ius patronatus est vel reale vel personale.

§. LXXII. Alias vota inter heredes vel *viritim* vel *curiatim*, vt ita loquar, dantur. *Viritim* quidem, si vnius patroni plures sunt heredes, licet inæqualibus partibus instituti, cum, quæ *individua* sunt, ad singulos heredes *simpliciter* transeant, non pro rata hereditatis, FINCKELTH. *c. V. de iur. patron. n.* 69. FRANC. de ROYE *in proleg. c.* 29.

Inter heredes vota numerantur vel viritim vel curiatim.

Digitized by Google

c. 29. p. 62. *Curiatim* vero, ſi vel in *ſtirpes* ſucceditur vel iure *repræſentationis*, veluti ſi vnus ex heredibus, in quem a primo fundatore transiit, plures relinquat liberos. Quod ſi enim fundator tres reliquit liberos, præſentatio a tribus fieri debuit: altero horum decedente relictis iberis quinque, non augetur numerus votorum, ſed hi *coniunctim* ſeu *uriatim* vnum tantum ſuffragium in deſignando præſentando exercent, llud ipſum ſcilicet, quod *defunctus* exercuit. Pari ratione decedente patrono relictis filiis & ex prædefuncto nepotibus quatuor, hi ex perſona prædefuncti patris *vno* tantum *ſuffragio* gaudere debent; alioquin enim n infinitum ius patronatus quoad ſuffragia diuideretur, ſi ſemper *virim* ſecundum *capita* illa ferenda forent. Hæc fuit ſententia CLEMENTIS V. *in clem. c. 2. h. t.* inquientis: *plures ab vno ex patronis eccleſiæ relicti heredes vocem duntaxat vnius habebunt in præſentatione rectoris*, uia ſecundum ius ſuccedendi gaudent iure patronatus. Conf. DE ROYE *it. l. p.* 64.

§. LXXIII. *Duobus* tantum *patronis* exiſtentibus, ſiquidem n deſignanda perſona conſentiunt, res expedita eſt. Si diſſentiunt, altero huic, altero illi votum ſuum dante, præſentatio admodum impedi- ur. Equidem CLEMENTIS V. conſilium in *cit. clem.* 2. huc redit, vt inguli candidatum, cui ſuffragium dederunt, præſentent, relicta epiſcoo *electione*, quem ex præſentatis admittere velit. Sed ſalebroſa admolum & periculoſa hæc eſt præſentandi ratio, qua *ius patronatus*, quod *collationem eccleſiæ in certam perſonam factam* continet, magnopere læitur & violatur, quia ſic magis eccleſiam confert epiſcopus, quod clerici immopere intendunt, non patroni, & facile tandem in morem abire oteſt, vt duo vbique præſentandi ſint. Conſultius meo iudicio eſt, vt el per *turnum* deſignent perſonam, præſentatione *coniunctim* ſemper icta, vel vt in caſu diſſenſus iudicio *ſortis* rem committant. BRVNNEM. t. l. §. 18.

Quid ſi duo tantum patroni ſint, & diſſentiant in nominatione? Clementis V. conſilium periculoſum.

Tutius deſignatio fit per turnum vel per ſortem.

§. LXXIV. Equidem hoc *ſortis* iudicium in conſtituendis ecleſiæ miniſtris improbatum damnatumque eſſe, plures contendunt, adeo t, cum ante aliquot annos duo patroni inter ſe diſcordantes in deſignando præſentando eo vtebentur, aduocatus fiſci principis nomine ex cauſa *uſus* inſignis & grauiſſimi impetreret patronos, quam ſortitionem tamen approbauit facultas noſtra iuridica, & plenius deduxit ill. Dn. LVEWIG *diſſert. de ſorte ſuffragator.* Non nego, *regulariter* in conſtituendis eccleſiæ miniſtris *ſuffragium ſortis* haud admitti, quoties deſigna-

Sortis iudicium in deſignanda perſona præſentanda non abhorret a legibus.

tio

tio paſtoris per *electionem*, quæ *via ordinaria* eſt, fieri poteſt. Si vero hæc exitum habere nequit, vt inter *duos patronos* diſſentientes contingit, quorum alter alteri cedere recuſat, nihil iniquitatis *iudicio ſortis* adhærere, perſuaſiſſimum habeo. Aequalia ſinguli in deſignanda perſona habent iura: neuter prærogatiuam ſuffragii allegare poteſt, nec alter in alterius partes ſecedere cogitur, quo in caſu *iudicium ſortis* vbique commendatur, *l.* 3. *C. comm. de leg.* §. 23. *I. eod.* Neque prohibitio *ſortis ſuffragatoriæ* ad talem extendenda caſum, qui aliter vix expediri poteſt, præſertim cum praxis antiqua non deſit, qua *ſortis iudicio* electio facta eſt, vt docet Dn. a LVDEWIG *cit. l. c.* 4. §. 9. Proinde etiam ICti proteſtantes in eiusmodi caſu *ſortitionem* recte defendunt, vt CARPZOV. *lib. I. iurispr. conſiſt. def.* 45. *n.* 7. STRYKIVS *ad Brunnem. ius eccl. lib. II. c.* 18. §. 26. quibus etiam ſupra *lib. I. tit.* 6. §. 54. calculum addidi.

Quandoque ad præſentationem concurrit alter voto negatiuo.

Quale habet paſtor in præſentatione cuſtodis.

§. LXXV. Præterea vero circa *deſignationem* præſentandi obſeruandum, (1) quandoque ad eam concurrere tertium, iure patronatus deſtitutum, non aliter tamen, quam *negatiuo voto*. Sic patronus etiam deſignat *cuſtodem* & *ludi moderatorem* Dorf-Küſter und Schulmeiſter, ſed cum *præſcitu paſtoris*, qui tamen ius *compatronatus* ea de cauſa ſibi aſſerere nequit, nec ad *actum præſentationis* concurrit, ſed *ſimplex ius conſentiendi* exercet, vt ſupra *lib. I. tit.* 27. §. 4. obſeruaui. Votum habet *negatiuum*, vt, ſi rationes prægnantes habeat, quare deſignatum a patrono non admittendum eſſe cenſeat, eas conſiſtorio indicare & manifeſtare queat. In hanc ſententiam facultas noſtra iurid. *Menſ. April.* 1697. iuit, & ad quæſtionem:

Ob zu vocirung des Schulmeiſters nothwendig des Pfarrers conſens erfordert werde, und ob der Pfarrer durch ſein Widerſprechen die vocation übern Hauffen werffen, auch mit dem Compatrono die maiora machen könne?

ita reſpondendum eſſe recte cenſuit:

Ob wohl von dem Pfarrer, daß kein ludimoderator ohne conſens des Paſtoris angenommen, noch dem Pfarrer wider Willen aufgedrungen werden könne, angeführet, und deswegen auf den

CARPZOV. *Ipr. conſ. lib. I. tit.* 6. *def.* 76. & 77.

berufen worden, auch auf widrigen Fall allerhand Zwiſtigkeit zu nicht geringer Aergerniß der Eingepfarreten zu beſorgen, und ſolchen

Digitized by Google

chen billig vorzubauen, solchergestalt aber scheinen möchte, daß der Pfarrer einig votum bey der Wahl des Schulmeisters habe, dessen er nicht zu entsetzen, sondern damit zuförderst zu horen, zumahln, seinem Vorgeben nach, der mehrerwehnte Christoph Hartmann nicht geschickt, und nicht einsten fertig lesen, weniger einen lateinischen terminum verstehe und gebrauchen könne, über diß der Pfarrer den Mit-Patronum auf seiner Seite habe, auf solche Weise aber nebst selbigem zwey vota und also maiora mache;

Dieweil aber dennoch eines Theils nicht nur der allegirte Carpzou. aus einer Chur-Sächsischen constitution seine assertion behauptet, solche aber im Fürstenthum Anhalt nicht recipiret ist, sondern auch aus dem, was er anführet, mehr nicht erhellet, als daß ein Pfarrer nicht gäntzlich übergangen, und ihme, wann er dißfalls erhebliche Ursache hat, wider Willen kein Schulmeister noch Küster aufgedrungen werden solle, bey dieser Bewandniß aber ein Pfarrer bloß ein votum negatiuum, nicht aber ein decisiuum hat, weniger solcher dem voto eines Patroni gleich zu achten, und zu Machung derer maiorum geschickt ist; andern Theils der Pfarrer allhier nicht übergangen, sondern wie er in seinem beym Consistorio unterm dato den 28. Nou. 1696. eingegebenen Memoriale selbst gestehet, um seine Meinung befraget worden, und sich selbst zu imputiren, daß er damit an sich gehalten, wiewohl er doch nachhero ipso facto durch die beschehene gratulation, zu Gastebittung und Bestellung des Schulmeisters zu anderweiten Gottes-Dienste seinen consens declariret, deshalb er auch den deferirten Eyd abzulegen schuldig, über dieß ohne dem demselben an einer rechtmäßigen Ursache zu dissentiren es ermangelt, noch die angegebene Ungeschicklichkeit beygebracht, hingegen aus dem sub B. beygelegten attestato, daß der Pfarrer aus blosser Rachgier wegen verweigerten consensus in die von desselben Vetter erborgeten 300. Rthlr., und weil dessen Kinder Præceptor übergangen worden, sich opponire, gestalt er dann, daß er es demselben wegen des Schulmeisters schwer genug machen wolle, sich vernehmen lassen, zu geschweigen, daß desselben Bericht nach, præiudicia vorhanden, daß auch ohne consens des Pfarrers Schulmeister von denen Patronis bestellet worden; Endlich auch, wenn ja des Pastoris votum negatiuum in æstimatione pluralitatis vororum zu consideriren wäre, desselben sein votum gleichergestalt durch das

votum der Gemeine beſtärcket, und alſo das gegentheilige dennoch überwegen würde;

So erſcheinet daraus ſo viel, daß der Pfarrer durch ſein Widerſprechen die vom Patrono beſchehene vocation des Schulmeiſters nicht übern Hauffen werffen, weniger mit dem diſſentirenden Patrono die maiora machen könne.

vel diaconi. §. LXXVI. Simili ratione in Saxonia alibique patronus deſignat *diaconum* cum præſcitu paſtoris, vt tamen rurſus huic nec *votum deciſivum*, nec *ius patronatus* attribuendum ſit, vt ſupra *lib. I. tit.* 23. §. 20. obſeruaui, & ex ſtatu *diaconorum* declaraui. Subſunt enim diaconi paſtori ordinario, adeoque eius intereſt, ne absque eius *præſcitu* præſententur, hoc ſcilicet effectu, vt ſeorſim conſiſtorio ſententiam ſuam de *præſentati idoneitate* declarare & manifeſtare debeat. Conf. CARPZ. *P. I. deciſ.* 6. *n.* 5. *ſqq.*

Habent etiam parochiani votum negatiuum,

§. LXXVII. Præterea (II) nec ipſi *parochiani*, quibus præſentandus præficiendus, prorſus excluduntur, ſed iidem *voto negatiuo* gaudent, ſaluo *iure præſentandi* ſoli patrono debito. Sunt hodie eccleſiæ iuri patronatus ſubiectæ, in formam *parochiarum*, prout aliquoties monitum, mutatæ; quis ergo negaret, *eccleſiæ parochialis* quoque intereſſe, vt non quiuis, ſed habilis & talis conſtituatur, contra quem nihil opponere queant *parochiani?* Audiendi itaque ſunt, & hunc in finem, antequam præſentetur candidatus epiſcopo, ſiſtendus iis eſt in cathedra ſacra ad concionem δοκιμαστικὴν habendam: alibi etiam, ea habita, & finita, ſuperintendens, qui eidem intereſſe iubetur, ſententiam parochianorum de candidati *moribus* & *vita* exquirit, & quæ forſan in eo reprobata ipſique obiecta fuerint, conſiſtorio refert, id quod præſertim in *eccleſiis Saxonicis* optime conſtitutum eſt. Vid. ZIEGLER. *de epiſc. lib. II. c.* 3. §. 13. Eadem quoque de cauſa ſuperintendenti *votum negatiuum* adſcribit CARPZ. *lib. I. iurispr conſiſt. def.* 37. *n.* 11. qui ad *concionem piraſticam* inuitari, &, ſi eundem inhabilem eſſe animaduertit, id conſiſtorio indicare, minime autem vrgere debet, vt ſimul quoque a patrono ad *deliberationes*, ſoli eidem proprias, admittatur. SCHILTERVS tamen *lib. I. inſtit. iur. tit.* 14. §. 17. obſeruat, alibi etiam, irrequiſito ſuperintendentis voto, *præſentationem* fieri, magis tamen expedire, vt eo adhibito fiat.

alibi ſuperintendens.

§. LXXVIII.

Digitized by Google

§. LXXVIII. Operatur vero hoc *votum negatiuum*, *eccleſiæ* & *ſuperintendenti* debitum, vt probata inhabilitate aliisque defectibus, candidato, obiectis, demonſtratis, repellatur & patrono iniungatur, vt magis idoneum præſentet. Hæc eſt ſententia *ordin. eccleſ. Magd. c. XIV.* §. 9. & 10. Im Fall auch der Patronus oder Lehn-Herr keine tüchtige Perſon præſentiren, und die Gemeinde vor oder nach abgelegter Probe-Predigt wider dieſelbe erhebliche Uhrſachen anführen würde, ſoll der Patronus eine andere tüchtige Perſohn der Gemeinde vorſtellen, damit alles mit guten Willen zugehe. Und da die Gemeinde und Patronus der Tüchtigkeit halber ſich nicht vergleichen können, hat die hohe Landes-Fürſtl. Obrigkeit oder an ihrer ſtatt dero Regierung und conſiſtorium darüber zu erkennen. Idem prudenter cautum in *ordin. eccleſ. Guelpherbyt. P. I. c.* 2. §. 3. & inprimis in *receſſ. prouinc. de anno* 1601. (ibidem relato *p.* 136.) hic procedendi modus præſcriptus, vt poſt præſentationem examinetur, darzu ſeine Prob-Predigt daſelbſt, den nechſten Predigt-Tag darnach angehöret, und darauff, wenn er tüchtig befunden, an den Superintendenten und Gerichts-Herrn des Ohrts, dahin er geſetzet werden ſoll, nicht allein zu Erlangung der vocation, (die dann nach angehörter Predigt die Pfarr-Kinder ihm mittheilen, oder aber wenn ſie **aus erheblichen beſtändigen Uhrſachen** ihn an Lehr und Leben zu beſtraffen haben, wohl abſchlagen mögen,) ſondern auch zur immiſſion zugleich verſchrieben werden ſoll, ꝛc. In *ordin. Vinar. eccleſ. lib. II. c.* 1 §. 7. & *Coburg. lib. II. c.* 1. §. 5. ad ductum ceterarum Saxonicarum patroni admonentur, daß ſie ſolch ihr ius patronatus zugelaſſener maſſen und beſcheidentlich gebrauchen, zuforderſt bey unſern Superintendenten das vorum electionis informatiuum einholen. Ceterum cum non ſit *inuitis* abſolute obtrudendus paſtor prætextu *iuris patronatus*, etiam in iis eccleſiis, in quibus ex more inueterato parochianis fiſti non ſolet candidatus, illi adhuc audiendi ſunt, ſi *iuſtas diſſentiendi cauſas* allegare poſſunt. Cum enim eorum inprimis interſit, ne lupus loco paſtoris ipſis *prece* vel *pretio* obtrudatur, nullo modo eis poteſt *votum negatiuum* adimi, quo *ius patronatus* non minuitur, ſed, ne in abvſum trahatur, præcauetur. CARPZ. *cit. l. def.* 32. Illuſtrationis loco huc adferri poſſunt duo reſponſa, in *iure parochiali*, & quidem in *ſupplementis*, tertiæ editioni adiectis, *p.* 449. *ſqq.* relata, quibus hæc ſententia pleniusillustrata & confirmata eſt. Voti negatiui effectus.

Digitized by Google

Ius aperiendi cathedram S. denegatur patronis.

§. LXXIX. Dictum ostensumque, in ecclesiis Saxonicis aliisque præsentandum ante omnia populo esse sistendum ad *concionem δοκι. μαξικὴν*, eique *cathedram S.* esse aperiendam. Cauendum vero, ne patroni id suo arbitratu faciant, & partes *iuris episcopalis* inuadant. In electoratu Saxoniæ aliisque ecclesiis Saxonicis non iuri patronatus, sed *superioritati territoriali* (quam *ius episcopale* vulgo appellant) adscribitur, die Eröffnung der Cantzel, præsentation zur Prob-Predigt, collection der votorum oder Stimmen, patronisque negatur. Vid. *ordin. eccles. Coburg.* & *Vinar. cit. l.* CARPZ. *cit. l. def.* 35. Attentasse sæpius id ipsum patronos, docet *synodal. decret.* §. 7. *in Sax. elect.* Weiln wir auch befunden, daß zuwider unserer hiebevorigen Verordnung von etlichen collatoribus ohne einige vorhergegangene Begrüssung und Zulassung der Superintendenten, Personen zu den Prob-Predigten auffgestellet werden, so wollen wir solches nochmahl ernstlich verbothen und hiermit anderweit angeordnet haben, daß keiner zur Prob-Predigt zugelassen werden solle, er habe sich denn zuvor bey dem Superintendenten deßwegen angemeldet, und Vergünstigung von ihm bekommen. Ius hoc *superintendenti* attributum est, qui, prævio consistorii rescripto seu mandato, *nomine principis* auctoritatem huic rei interponit, quod *scrutinium* omne *episcopo* sit delegatum per *tit. de scrutin. in ord. faciendo.*

Præliminare scrutinium tribus absolvitur, quod dirigit superintendens,

§. LXXX. Videlicet reuera *præliminare scrutinium* in hoc actu peragi, euidentia rei docet, quod in tribus consistit: (1) in *iure aperiendi suggestum* candidato, quod ex *iusta causa* denegare posse superintendentem, & candidatum ad patronum remittere, si *inhabilitate euidente* laborat, censet ZIEGLER. *de superint. c. XI.* §. 6. Verum *in hypothesi* vix probari & applicari illud posse arbitror. Quomodo enim solus superintendens de *habilitate* subiecti iudicare potest, quod *consistorio* tantum concessum? quomodo inhabilitas ita euidens esse potest, vt candidatus ne quidem ad suggestum admittendus sit? Admissio hæc nullum rei ecclesiasticæ adfert præiudicium, negatio vero eius præbet superintendenti occasionem, vt adfectibus suis indulgere, & ex præconcepta quadam opinione, sæpe ineptissima & turpi, reiicere possit candidatum satis habilem, quo ipso in lites intricatissimas *ius præsentandi* deducit & admodum imminuit. Quis enim crederet, patronum huic negationi intempestiuæ acquieturum esse? Si iustas contra eum excipiendi causas habet superintendens, integrum eidem est, easdem postea con-

Digitized by Google

conſiſtorio indicare, & eiusdem deciſioni rem committere. (II) *Præſentatio ad concionem piraſticam*, cui diem præſcribit, eique intereſſe iubetur. Denique (III) *collectio votorum*, quæ in eo conſiſtit, vt, finita concione piraſtica, voluntatem & ſententiam parochianorum exploret, & ob ſie ihn zu Pfarrer oder Kirchen-Diener, Lehr und Lebens, ſeiner Sprach halber oder in ander wegen leiden mögen oder nicht, vt dicitur *in ordin. eccl. elect. Saxon. tit.* vom *examine* aller Kirchen-Diener. §. alſo iſt auch.

§. LXXXI. In his tribus conſiſtit *ſcrutinium præliminare*, quod vulgo ad *ius epiſcopale* refertur. *Etſi enim patronus*, vt verba ZIEGLERI *cit. l.* §. 5. referam, *ius habeat inſtituendi clericos, non tamen habet poteſtatem candidatum iſtum ſuum in publicum ſiſtendi, ſed ad implorationem eius id fieri debet a ſuperintendente. Nec enim quicquam poteſtatis amplius habet patronus in eccleſia, niſi quod perſonam ad paſtoratum vacantem eligere, eamque præſentare poſſit epiſcopo, ſiue, vti apud nos fieri conſueuit, conſiſtorio, quod epiſcopi vices ſuſtinet, & tum vero admodum incertum adhuc eſt, vtrum ad functionem iſtam habilis extiturus ſit, an minus, qui præſentatus fuit.* et ad ius epiſcopale refertur,

§. LXXXII. Sicuti vero hoc *præliminare ſcrutinium* non totum abſoluit *examinis* negotium, ſed potius conſiſtorio reſeruatur; ita circa illud quoque in nonnullis eccleſiis plus indultum eſt patrono, vt vel ipſemet *ius ſiſtendi* candidatum principaliter exerceat, vel tantum conſenſu *ſuperintendentis*, ſua tamen *auctoritate*, eo iure vtatur. Poſterius in *ducatu Megapolitano* moris eſſe, colligo ex *ordin. eccleſ. de anno* 1650. *P. II. c.* 1. *p.* 124. quæ iniungit patronis, vt habiles eligant perſonas, und dieſelbe mit Vorwiſſen des Superintendenten der Gemeine præſentiren. Cum enim præſement candidatum in genere *ad examen*, non adeo inconueniens videtur, vt eum quoque præſentare poſſint *parochianis* ad *ſcrutinium præliminare*, interueniente tamen *ſuperintendentis* conſenſu. Huic enim hoc vel ideo denuncianlum, vt intereſſe poſſit concioni, cum contingere queat, vt dicta die (cuius determinationem patrono deberi ex verbis adductis colligo) deſſe non poſſit ſuperintendens, & ſic eius *conſenſus* exquirendus. Vbi hoc ius *præſentandi* ſeu *ſiſtendi* adhuc hodie patrono indultum, credendum eſt, id ipſum ex antiqua poteſtate patronorum adhuc reſtitum fuiſſe. Hæc quam ampliſſima olim fuerit, paulisper tamen *epiſcoporum* conatibus imminuta, ſupra obſeruaui, quippe qui paulo altidioſiores fuere in admittendo *libero* iuris patronatus *exercitio*, adeo- alibi tamen plus patronis indultum circa examen præliminare.

adeoque plura postea ad *ius episcopale* sub variis prætextibus traxerunt, quæ olim *iuri patronatus* inerant. Admissio ad suggestum, die Eröffnung der Cantzel, negotium sacrum visa fuit, a quo *laici* prorsus excludendi, vt inepti, inhabiles, & absolute incapaces: singularis in hoc ἔξοχὴν *sacerdotalis* quæsita fuit, cum tamen olim patroni *ecclesias* a se exstructas *suas* esse censuerint, & virtute huius *proprietatis* etiam præsentandos ad suggestum admittere potuerint; quem enim præficere potuere suæ ecclesiæ, multo magis eidem facultatem dare potuere, vt δοκιμαστικὴν *concionem* in suis ecclesiis haberet, vtpote quæ in gratiam patroni & parochianorum instituitur. Sed præterea *qualitas parochialis*, quæ his ecclesiis tributa, effecit, vt episcopi idem ius fere postea in eas exercerent, quod in genere in *ecclesias parochiales* quascunque sibi asseruerunt.

Quidam ius præsentandi a iure patronatus separari posse censent.

§. LXXXIII. Verum persequar reliqua, quæ ad *ius præsentandi* intime spectare videntur. Plerique in eo conspirant, ius patronatus *essentialiter* in eo consistere. Non tamen, quod mirum dictu videtur, desunt, qui *ius præsentandi a iure patronatus* distingui & patronum esse posse sine *iure præsentandi* arbitrantur, in quorum censum referendi TONDVTI *in qu. & resol. benef. P. II. c.* 4. §. 9. *n.* 1. *sqq.* ESPEN. *P. II. iur. eccl. tit.* 25. *c.* 5. §. 2. FRANCISC. DE ROYE *de iur. patron. in proleg. c.* 20. Id quod si verum est, ad *essentiam* huius iuris *præsentatio* non est necessaria: quod enim abesse potest, salua rei substantia, magis *naturalia* alicuius iuris tangit quam *essentialia*. Vtrum vero id rei veritati consentaneum sit, vel ideo inquirendum, vt conceptus huius iuris idoneus & adæquatus in promtu sit. Status huius iuris antiquus contrarium omnino docet, & præsens quoque omnium ecclesiarum praxis idem confirmat. Si tollis *ius præsentandi*, intimam quasi animam huius iuris extinguere videris, cum primaria huius iuris ratio in *præficiendis presbyteris* hisce ecclesiis, in *proprietate patronorum* constitutis, constiterit. Equidem TONDVTI hanc suggerit differentiam, quod multi possint præsentare, qui non habeant ius patronatus, veluti sequester, possessor huius iuris aliique. Enimuero hæc instantia parum stringit. Quando ius patronatus est *reale*, possessor fundi, siue sit *creditor antichreticus*, siue *sequester*, siue *possessor* alio ex titulo, interim pro *patrono* habetur, & veri patroni iura quiescunt, quia non possidet, & ita nec *effectus possessionis* interim sibi arrogare potest. Eodem modo effectus dominii interim quiescunt, quamdiu fundus ab alio possidetur, qui tamdiu intuitu effectuum pro domino habetur, donec contrarium probatum fuerit.

Quod negatur.

Ideo

Digitized by Google

Ideo itaque creditor antichreticus, sequester & b. f. possessor præsentant, quia interim pro *patronis* habentur ex possessione prædii, cui *ius patronatus* cohæret, vt infra euincam.

§. LXXXIV. Prouocat præterea ESPENIVS & DE ROYE ad *c. 1. h. t. in II. collect. antiq.* apud ANTON. AVGVSTINVM, in quo euidenter ius *patronatus* & *præsentandi* distingui censent, id quod tamen ex *cit. tx.* meo iudicio non liquet. Conquestus fuerat quidam episcopus, patrimonium suum a rege Scotiæ occupatum & detentum fuisse, eaque occasione ecclesias, quarum patronatum gerebat episcopus, quibus voluerit & quibus potuerit, se inconsulto concessisse. Respondet ALEXANDER III. iniquum esse, vt sub tali occasione ius patronatus amitteret episcopus, adeoque a se delegato dat in mandatis, vt si *diligenter inquisita veritate ei ita esse constiterit, institutos vniuersos amoueret, & si idoneæ personæ ab eo, qui habet* IVS PATRONATVS ET PRAESENTANDI, *præsentatæ fuerint, eas inuestiret.* Coniunguntur in adducta decisione *ius patronatus & præsentandi*, non quod sint diuersa, & distincta aut separari ab inuicem possint, sed potius vt *connexa*, prout sæpe maioris declarationis gratia *causam cum effectu* simul exprimere solemus. Remouetur dubium.

§. LXXXV. Vt vero ex ipsis rerum argumentis demonstret FRANCISCVS DE ROYE, *ius præsentandi* separari *a iure patronatus* posse, illud inprimis vrget, quod patronus quandoque iuri *præsentandi* renunciare, vel illud alteri conferre possit, saluis *iuribus honorificis*, quamuis hoc casu ius patronatus *minus plenum* sit. Hoc ipso vero concedit vir doctissimus, *ius patronatus* fere extingui vel vigorem suum primarium amittere. Tale ius patronatus, quod tantum in *iuribus honorificis* consistit, admodum *imperfectum*, *irregulare* & ita comparatum est, vt non nisi in sensu *secundario* & magis *improprio* illud nomen retineat, eque vt adoptio *minus plena* vim adoptionis fere amittit, & propterea in *sensu improprio* adoptio est. Qua de causa rectius tales personæ magis *quasi patroni* dici possunt, cum reuera tales non amplius sint. Prouocat præterea ad INNOCENTII III. *epist.* 192. *reg.* 15. *lib. III.* (quod argumentum etiam vrget ESPENIVS) vbi adfertur desiderium comitissæ Flandriæ, quæ ecclesiam DEI fundare proposuerat, adeoque petebat, vt *ius patronatus & prabendarum collationem* in ea sibi reseruare liceret. Huc directum erat comitissæ petitum. Respondet pontifex: *quorum primum admittimus, secundum vero non duximus concedendum.* Primum postu- Noua dubia examinantur.

Digitized by Google

postulationis membrum erat *ius patronatus*, quod ei indulget: alterum erat *ius conferendi præbendas*, quod ei negat, quod *ius præsentandi* denotasse censet BOSQVETVS *in not. ad cit. epist.* sine sufficiente tamen fundamento. Dum pontifex ei indulsit *ius patronatus*, ius *præsentandi* quoque sine dubio eidem attribuisse credendum est. Plus continet *collatio præbendarum*, quam *præsentatio* nuda, qua facta & admissa, demum *collatio*, ex principiis iuris recentioris, & *institutio* ab *episcopo* facienda est, vt *collatio præbendarum* in sensu stricto & præcipuo hic accipi debeat, quod etiam recte obseruat GONZALEZ *ad c.* 4. *X. h. t. n.* 7.

Quandoque patrono loco præsentationis tantum simplex consensus competit. (1) ex qualitate ecclesiæ.

§. LXXXVI. Denique id quoque obseruandum, quandoque *ius patronatus* ita imminui posse, vt loco *præsentationis* simplex tantum patroni *consensus* desideretur, aliis electionem facientibus, quo ipso tamen non omnis actus, qui *præsentationi* alias inest, tollitur, interim ius patronatus *imperfectum* redditur. Hoc contingit (1) ex *qualitate ecclesiæ*, quam patronus fundauit, quæ forsan sua natura est *electiua*, qualis est *conuentualis* vel *collegiata*, in qua prælati *electione* conuentus vel collegii constituuntur. In *c.* 25. *X. h. t.* CLEMENS III. id suo approbat calculo aitque: *in conuentuali ecclesia non electioni prælati faciendæ sed iam factæ honestius patroni postulatur assensus, nisi aliter de sua iurisdictione obtineat, vt partes suas interponere debeat electioni tractandæ*, h. e. nisi aliter in ipsa fundatione cautum fuerit. Conf. *c.* 4. C. 18. *q.* 2. Non adeo apte itaque loquuntur, qui asserunt, ius patronatus amitti, si patronus ecclesiam iuris patronatus sine reseruatione iuris sui fieri *collegiatam* aut monasterio conferri patiatur, quam sententiam inter plures tuentur CORVINVS *de benef. eccl P. II. lib.* 5. *tit.* 9. *n.* 68. BARBOSA *ad c.* 25. *X. h. t. n.* 4. Non nego ius patronatus quidem hoc casu *imminui*; non vero penitus tollitur aut extinguitur. Nam *consensus* loco *præsentationis* adhuc necessarius est, cuius effectus non est de nihilo, vt *ad tit. de postul. prælat.* §. 18. exemplo prælaturæ Quedlinburgensis ostendi. Præterea *iura honorifica* quoque patronis salua manent, vt ex *c.* 25. *X. h. t.* liquet, vt magis ius patronatus *secundum quid* seruetur, quam penitus deleatur, & ne quidem quoad hæc *pontificis consensus* necessarius sit, TAMBVRINO obseruante *de iur. abb. P. I. disp. VII. qu.* 5. *n.* 16.

In ecclesiis collegiatis & conuentualibus quomodo

§. LXXXVII. Ceterum ad effectum, vt patronus *ius præsentandi* prælatum consequatur in hisce ecclesiis, priuilegium sedis Romanæ desiderant, vt IDEM obseruat *cit. l. n.* 2. quamuis ex *cit. c.* 25. *h. t.*

Digitized by Google

h. t. id minime colligi poſſit, licet communiter ad *hunc textum* omnes prouocent. Hic vnicus ibidem caſus excipitur: *niſi aliter de fita iuriſdictione obtineat, vt partes ſuas interponere poſſit electioni tractandæ.* Per *iuriſdictionem* hoc loco intelligit DE ROYE *de iure patron.* ſummam poteſtatem, qualem habet rex vel dux prouinciæ, cui in ipſa fundatione ob eminens imperium, quo in territorio vel regno pollet, eſt conceſſum. Simplicius FLORENS *P. II. oper. p.* 304. de ipſa *fundatione* intelligit, in qua *conſenſu epiſcopi* hoc ius ſpeciatim patrono cuicunque eſt reſeruatum, vt *iuriſdictio* denotet ſingularem *poteſtatem*, *præeminentiam* & *auctoritatem*, patrono in ipſa fundatione reſeruatam, quæ interpretatio, meo iudicio, recipienda. Ad hoc vero ſufficere *conſenſum epiſcopi*, prorſus arbitror, cum pontifex ius præcipuum nullum hic ſibi attribuat. Quodſi ex poſt facto hanc *præcipuam præeminentiam* ſibi acquirere vellet patronus in hiſce eccleſiis, forſan *auctoritas pontificis* neceſſaria foret, vt recte docet FLORENS *cit. l. p.* 305. cum difficulter ex poſt facto contra *ius commune eccleſiaſticum* tale ius patrono concedi poſſit, quod facilius obtinet in ipſa *fundatione*, non aliter talem eccleſiam exſtructurus, niſi hæc conditio ei fuerit indulta. Exempla iuris huius ſingularis reſeruati enarrat DE ROYE *cit. l.* quibus adiungi poteſt aliud apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. I. donat. Belg. c.* 127. *de anno* 1303. quo collegium canonicorum S. Petri in oppido Bredano diœceſeos Antwerpienſis fundatum eſt, & inter alia diplomati hæc inſerta eſt reſeruatio: *collatio præbendarum prædictarum omnium ſpectabit ad dominum de Breda, patronum dictæ eccleſiæ. Item ordino, quod nullus inibi eſſe poterit decanus, quin ſit canonicus ipſius eccleſiæ. Canoniam habebit a domino de Breda; decaniam vero per electionem canonicam ſui capituli obtinebit.*

do ius præſentandi obtineatur.

§. LXXXVIII. Præterea (11) aliunde contingere poteſt, vt loco *præſentationis* tantum *conſenſus* patroni, qui reuera tantum *votum* quoddam *negatiuum* continet, deſideretur, quando ſcilicet alius concurrit, cui *ius potius* in præſentando aſſignandum fuit, ob exſtructionem aliasque cauſas peculiares. Inſigne exemplum in *c.* 3. *X. de eccl. ædif.* occurrit, de *eccleſia parochiali* iuri patronatus ſubiecta, quæ admodum prouentibus abundabat, vt ex iis intra limites eiusdem, neceſſitate accedente, noua exſtrui poſſet eccleſia. Re ad ALEXANDRVM III. delata, Eboracenſi archiepiſcopo in mandatis datum, vt eccleſiam ibi ædificaret, & *ad præſentationem rectoris eccleſiæ maioris cum* CANONICO *fundatoris* ASSENSV *inea ſacerdotem inſtitueret.* Pontifex rectori maioris ec-

(11) ex aliis quoque cauſis tantum nudus conſenſus patrono competere poteſt,

Digitized by Google

eleſiæ parochialis, ex cuius reditibus noua exſtructa erat, ius *præſentandi*, vt patrono primario, aſſignat; patrono autem *maioris eccleſiæ* tantum *canonicum conſenſum* tribuit, non alia de cauſa, quam quod hic nouam haud fundaſſet *immediate* eccleſiam, nec ex ſuis bonis dotaſſet. Quamuis enim ex reditibus eccleſiæ, ad ſe *iure patronatus* pertinentis, noua exſtructa eſſet, bona tamen hæc, ſecundum principia recentiora aulæ Romanæ non amplius eius patrimonio priuato ſubiecta, ſed reditus, vnde producenda erat, ad *beneficium rectoris* illius eccleſiæ pertinebant, adeoque ex eius *quaſi patrimonio* exſtructa & fundata noua eccleſia videbatur, reſeruato tamen patrono maioris eccleſiæ hoc honore, vt ſine eius *conſenſu* præſentari haud poſſet. Neque enim ipſum ius *præſentandi* in eccleſia noua ſibi aſſerere poterat patronus, qui in eccleſiam maiorem eiusque bona *dominium* quoddam *directum* duntaxat exercebat, *dominio vtili* rectori eccleſiæ qua tali competente, quod ipſi quoddam *ius potius* attribuebat.

etiam ex transactione.

§. LXXXIX. Denique quin etiam (III) per *transactionis* viam *ius præſentandi* ita reſtringi poſſit, vt inter plures patronos alter ſubiectum nominet & præſentet, alter vero tantum *conſenſum* ſuum edat, dubium nullum habet, cum, licet patroni admodum tenaces eſſe ſoleant, in iure ſuo remittendo, vrgentes tamen rationes ſæpe neceſſitant coguntque compatronos, vt ſocio *ius pinguius* concedant. Quid enim ſi alter ex compatronis eccleſiam, quæ ruinam minabatur, ſuo tantum ſumtu fulſerit, & reparauerit, atque hoc onus ſub hac conditione in ſe receperit, vt alter in futurum tantum ius *conſentiendi* retineret? quid ſi, lite inter compatronos orta de *iure præſentandi*, lis hoc modo ſopita ſit, vt alter tantum per *conſenſum* ad præſentationem concurreret, ſaluis aliis iuribus? Horum conſeruatio efficit, vt plus iuris tales patroni adhuc habeant, quam hi, de quibus §. 75. *ſqq.* actum, qui plane non ſunt patroni, & præter *conſenſum* nihil de ceteris iuribus patronatus participant.

Præſentatio tantum reſtricta ad rectorem principalem ſiſtendum.

§. XC. Ceterum quamuis regulariter in eccleſiis *patronatis* abſque *præſentatione* patroni non poſſit inſtitui clericus, hoc tamen de *rectore* ſeu *parocho* ipſius eccleſiæ, quæ etiam quandoque *perſona* vocatur, *c.* 3. *X. de eccleſ. ædif.* intellexerunt veteres. Huic enim olim integrum erat, minores clericos in ſubſidium ſibi aſſumere, eisque *ordines minores* conferre, & ſubſidia vitæ neceſſaria ſuppeditare, vt eleganter ex antiquitatibus illuſtrat DE ROYE *de iure patronat. ad c.* 30. *X. h. t.* Horum

Digitized by Google

rum *electio* ipſi rectori eccleſiæ reſeruata erat, vt ſine *concurſu patroni* ſibi in ſubſidium ab epiſcopo in eccleſia ſibi ſubiecta intitularentur, vt docet *cit. c.* 30. Neque vero per huiusmodi *intitulationem* vllum præiudicium patrono generari, cenſuit pontifex, vtpote cui integrum eſt, vacante eccleſia per mortem rectoris principalis, idoneum clericum præſentare, ita vt haud adſtrictus ſit, ex *clericis* illis *minoribus*, in ſubſidium a parocho aſſumtis, aliquem nominare, niſi patronus huic *intitulationi* antea aſſenſum præbuerat, quo ipſo ius præſentandi ad illos reſtrinxiſſe præſumitur. Hoc itaque trahi non poteſt ad caſum conſtituendi *ſubſtituti*, futuri ſucceſſoris deſignati, qui quidem etiam *in ſubſidium* a decrepito parocho aſſumitur, ita tamen 1) vt ipſius vices in vniuerſum ſuſcipiat, & 2) eo mortuo ſuccedat, qui aliter præfici eccleſiæ nequit, quam ad *præſentationem patroni*. CARPZ. *lib. I. iurisprud. conſiſt. def.* 17. Neque enim a *clericis minoribus*, de quibus *in cit. c.* 30. agitur, argumentum deſumi poteſt ad hos *ſubſtitutos*, quia hi non eiusdem cum illis ſunt conditionis, nec illi, vt ſuccedant, neceſſario conſtituebantur.

§. XCI. Ipſa præſentatio fit communiter per *literas præſentationis*, *c.* 6. *X. de his*, *quæ fiunt a præl.* olim etiam per *deductionem candidati* ad epiſcopum, qui offerebatur. *nou.* 57. *in f.* Præſentandi *præſentia* in actu præſentandi regulariter deſideratur, cum *præſentari* haud dicatur, niſi ſemet ipſum ſiſtat epiſcopo vel conſiſtorio; FINCKELTH. *de iur. patron. c. VI. n.* 140. SCHILTER. *lib. I. inſtit. iur. canon.* §. 28. niſi forſan præſentandus alias iam ſatis notus ſit & probatæ vitæ. SCHILTER. *cit. l.* DE ROYE *de iur. patronat. in proleg. c.* 22. Minime vero admittunt formulam in literis præſentationis: *præſento clericum*, *cui eccleſiam conceſſi vel contuli*, vt obſeruat SCHILTER. *cit. l.* §. 27. cum laicis indulgere nolint, vt ille eccleſiam concedere vel ius in eam dare queat, qua de cauſa *præſentatio* & *conceſſio in c.* 31. *X. h. t.* diſtinguuntur. Addere poſſes, præſentationem in ſe haud continere *vocationem*, ſed eam demum faciendam poſt examen & confirmationem: per *hanc* demum, non per *illam* præſentato eccleſia confertur, & officium ſacrum conceditur, quæ an etiam a patrono fieri poſſit, paulo poſt indicabo. Formulas *præſentationum* varias exhibet VOLCKMANNVS *in manual. aduoc. ex edit.* REYERI *lib. III. c.* 12. *n.* 2. 10. 13.

Præſentatio fit per literas

a præſente candidato.

Qua formula?

§. XCII. Hac de cauſa per *præſentationem* nullum ius præſentato acquiritur, ſed demum per eius *admiſſionem* ab epiſcopo, *c.* 5. *X. h.*

Præſentatio nullum ius tribuit præſentato.

Digitized by Google

X. h. t. c. 28 & 29. *eod.* Hic enim ipſum, ſi indignus repertus fuerit, poteſt reiicere, quo caſu alius præſentandus eſt. Adeo vero patrono per *præſentationem* non præiudicatur, vt ſi vel maxime præſentatus a *reiectione* appellauerit, (id quod ipſi integrum eſt, cum non leue gravamen contineat: *c.* 29. & *vlt. h. t.*) patronus tamen, pendente appellatione, alium præſentare poſſit, cum per *præſentationem* candidato nullum ius acquiratur prohibendi, ne alium præſentet patronus. Diſtinguit tamen pontifex inter patronum *laicum* & *eccleſiaſticum*, ita vt illi tantum, non item huic *ius variandi* conceſſum *c.* 5. & 24. *X. h. t.* Plus ergo roboris habet *præſentatio patroni eccleſiaſtici* quam *laici*, quod illorum præſentatio vicem *electionis* habere videatur, vt INNOCENTIVS IV. ad *c. cit.* ait, vel, vt alii aiunt, quod variatio talis minus conuenire clericis videatur. Hanc differentiam tamen contra veterem diſciplinam eccleſiaſticam inductam fuiſſe, ingenue fatetur ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit.* 25. *c.* 5. *n.* 19. poſtquam nouum dogma inualuit ex clericorum interpretatione, *laicis* nullum ius eſſe conferendi eccleſias & officia ſacra: præſentationem nudam eſſe *deſignationem perſonæ*, cui ab epiſcopo munus eccleſiaſticum concedendum ſit, nec laicos dare poſſe, quod ipſimet non habent. Alia facies rerum antiquitus fuit, quo patronus, vt *dominus* eccleſiæ ſuæ *directus*, dabat præſentato eccleſiam, & ita præſentationi inerat *collatio eccleſiæ*, vt variare non poſſet. Hoc ius antiquum in *patrono eccleſiaſtico* retentum, quippe qui ex *qualitate* ſuæ perſonæ cohærente habilis eſt, vt poſſit *conferre* eccleſias; mutatum vero in *patrono laico*, cuius ius quouis modo imminuere ſtuduerunt pontifices.

Laicus habet ius variandi non eccleſiaſticus patronus.

Duplex detrimentum ex iure variandi laicis indulto.

§. XCIII. Duplex detrimentum ex hac *variandi* facultate acceperunt *patroni laici:* (I) vt intelligerent, per *præſentationem* nullum ius præſentato conferri in ipſam eccleſiam, ſed hoc vnice ab *epiſcopi facto* dependere, vt laicos eo magis a præſepibus ſuis arcerent: (II) vt epiſcopi eo liberius acciperent arbitrium in conferendis eccleſiis; neque enim per *variationem* ſeu per ſecundam aut tertiam præſentationem prior reuocatur, nec reuocari poteſt, ſed ſecundum *c.* 24. *h. t.* epiſcopo *electio* conceditur, vt ex præſentatis diuerſo tempore magis idoneum poſſit præferre, eique officium ſacrum conferre. Ita vero contingit, vt dum patronus laicus plures *ſucceſſiue* præſentat, quod ſecundum *clem.* 2. *h. t.* facere poteſt, non tam *patronus* quam *epiſcopus* præficiat eccleſiæ paſtorem, contra priſcam eccleſiæ diſciplinam. Imo inde factum eſſe reor, vt patroni in quibusdam eccleſiis adſtricti tandem fue-

Digitized by Google

fuerint, vt non vnum, sed duos vel tres simul cum magno suo præiudicio præsentent. Quodli enim aliquoties talis duorum vel trium præsentatio *successiue* facta esit, facile inde sub colore *obseruantiæ* cuiusdam patrono, de qua forsan non satis informatus fuit, imponi potuit, vt in posterum quoque duos vel tres præsentaret, quo ipso *ius præsentandi* admodum infirmatum, & fere in simplicem *nominationem* degeneratum fuit. Eleganter id obseruatum a SCHILTERO *lib. I. instit. iur. can. tit.* 13. §. 11. *in not. Ius nouum canonicum in præiudicium patronorum laicorum incautorum fuit introductum, vt cum ipsorum damno ipsis variare liceat, quo deuolueretur ius eligendi & determinandi ad episcopum.*

§. XCIV. Præsentatio facienda est intra *tempus legitimum* sub pœna *deuolutionis*, vt eo præterlapso, episcopus vel consistorium ecclesiæ vacanti pastorem præficere possit. *c.* 12. 22. 27. *X. h. t.* Vtrum olim certum tempus patronis præfinitum fuerit nec ne? non adeo expeditum est. FLORENS *ad c.* 1. *&* 2. *X. h. t.* nullum certum tempus patronis sub pœna *deuolutionis* præfinitum fuisse censet, idque ex *cit. tx.* colligit. In alia omnia FRANCISC. DE ROYE *de iur. patron. in proleg. c.* 28. prouocans ad *c.* 24. *concil. Romani de anno* 826. sub EVGENIO II. apud HARDVIN. *tom. V. concil. p.* 67. vbi antiqua ratio his depingitur verbis: *Si secularium hominum sub iure sunt constitutæ ecclesiæ, ab episcopo illius diœcesis admoneantur. Et si admoniti presbyteros infra trium mensium spatium ibidem neglexerint, curam inde habens episcopus absque neglectu principem suggerat, quatenus eius emendetur sententia.* Equidem inde efficitur, anno 826. certum tempus *suo modo* patronis præscriptum fuisse: non vero ante hunc canonem talem terminum peremtorium iam obtinuisse, quin potius ex *c.* 1. *X. h. t.* quod ex *Cabilonensi concil. I. de anno* 813. desumtum est, non obscure colligitur, tempus certum deuisse, cum alioquin, controuersia inter coheredes emergente, nec intra empus præscriptum sopita, episcopus vi *iuris deuoluti* potuisset ecclesiæ acanti dare pastorem, nec necesse fuisset, vt interstitium sacrorum inerim indixisset.

Olim certum tempus præsentandi patronis non fuit præfinitum.

§. XCV. Ad præcauendos hos tumultus sine dubio *tempus ertum* præfinitum est, ne, submotis controuersiis, ecclesiæ diu vacarent, ed patronorum negligentiam episcopi supplerent, quod vel *c.* 3. *&* 12. *X. . t.* indicant. Spatium hoc, in concilio Romano determinatum, repetum videtur in *concil. Later. III. ab* ALEXAND. III. *de anno* 1179. *c.* 17. pud HARDVIN. *tom. VI. P. II. p.* 1680. vbi ita edixere Romani: *id ipsum etiam*

Certum tempus tandem, necessitate suadente, patronis præscriptum.

Digitized by Google

etiam faciat epiſcopus, *ſi de iure patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos, & cui competat, infra* TRES *menſes non fuerit finitum.* Repetitur hic canon. in *c.* 3. *X. h. t.* in *tempore* tamen ab illo diſcrepante, & *quatuor menſium* ſpatium, forſan ex deſcribentium vitio, patronis præſcribente. In *eod. concil. c.* 8. *p.* 1677. præbendis conferendis *ſex menſes* præſcripti ſunt, vnde deſumtum eſt, *c.* 2. *de conc. prab. non vac.* vt citius laici *iure conferendi* quam epiſcopi priuari poſſent. Idem tenipus ALEXANDER III. anno 1180., *c.* 27. *concil. Lateran.* immemor, patronorum præſentationi *in c.* 22. *h. t.* dedit, &, *illas autem eccleſias*, ait, *de quarum patronatu controuerſia fuerit, ſi intra* SEX MENSES, *poſtquam vacaverint, non fuerit controuerſia terminata, licitum tibi ſit, de perſona idonea ordinare.* Sed INNOCENTIVS III. in *c.* 27. *X. h. t.* Lateranenſis concilii diſpoſitionem repetit, & *quatuor menſes* controuerſiis finiendis præfiniuit, lectione vitioſa *c.* 17. *cit. concil.* deceptus.

Diſtinctio tandem facta inter patronum laicum & eccleſiaſticum.

§. XCVI. Vt hanc iurium diſſonantiam in quandam componerent concordiam, conſtituerunt, ALEXANDRVM III. in *c.* 22. *X. h. t. de patrono eccleſiaſtico* locutum fuiſſe, quod indicat *rubrica cit. tx. ſed intellige de patronis eccleſiaſticis: nam in laicis ſufficiunt quatuor menſes.* Integra decretalis, cuius particula tantum in *c.* 22. *cit.* refertur, occurrit in *c.* 5. *collect.* I. *antiq. de ætat. & qual. ord. præf.* apud ANTON. AVGVSTINVM *P. II.* vnde liquet, ALEXANDRVM III. non de ſolo *patrono eccleſiaſtico*, ſed *generatim* locutum fuiſſe, & diſtinctionem adductam fuiſſe merum gloſſatorum commentum. Ita tamen poſtea omnium occupauit mentem, vt BONIFACIVS VIII. in *c. vn.* § I. *h. t. in* 6. eandem probauerit receperitque. Ceterum hoc fatale demum currit a *die ſcientiæ*, non a tempore, quo vacauit eccleſia, quia hoc ipſum *negligentiam patroni* præſupponit, quæ ignoranti imputari nequit. CORTIADA *deciſ* 253. *n.* 53. PACION. *alleg.* 26. *n.* 66. TONDVTI *in reſol. quæſt. benef. P. II. c.* 4. §. 9. *n.* 27. & 28.

Quatuor menſes in ordin. eccleſ. proteſtantium paſſim requiruntur.

§. XCVII. In *ordin. eccleſ. Magd. c.* 14. §. 4. *quadrimeſtre* ſpatium generatim receptum eſt: Welche præſentation zur vacirenden Pfarr-Stelle auff vorgehende Ankündigung von dem Patrono in 4. Monathen geſchehen ſoll; additur tamen §. 10. lite de præſentati habilitate orta, non currere patrono *quatuor menſium* ſpatium, in welchem Fall die geſetzte vier Monathe wider den Patronum nicht zu rechnen ſeyn. In *Guelpherbytana de anno* 1709. *P. I. c.* 2. §. 2. ius commune, h. e. *canonicum*, approbatum: Bey Wiederbeſetzung ſolcher

Alibi ius canonic. retentum.

Digitized by Google

cher erledigten Pfarren ſollen denen Patronis ihre wohlhergebrachte iura patronatus, und in ſpecie das in den Rechten geſetzte fatale præſentandi ohngekränckt gelaſſen, wenn aber ſolcher peremtoriſcher terminus ohne vorher bey uns oder conſiſtorio aus erweißlichen Behinderung-Urſachen erhaltene extenſion vergeblich abgelauffen, ſo dann ſoll mit Erſetzung der Pfarr unſerentwegen ex iure deuoluto ohnverzüglich fortgefahren werden. Hac de cauſa in hoc ducatu laicus patronus intra *quatuor*, eccleſiaſticus vero intra *ſex* menſes præſentare, tenetur candidatum, quia hoc diuerſum fatale *ius canonicum* recepit. In *Vinarienſi lib. II. c.* 1. § 7. concil. Lateran. c. 17. diſpoſitio approbata videtur: Wann aber der Lehn-Herr keine taugliche Perſon nominiren und vorſtellen könte, oder wolte, und damit über drey Monathe verziehen würde, ſo ſoll derſelbe ſeines Amtes vom conſiſtorio erinnert, und ihm ein gewiſſer Tag zur nomination beſtimmet werden, da er nun deſſen allen ungeachtet ſich nochmals ſäumig erweiſen würde, ſo ſollen unſere Verordnete mit Beſtellung derſelben Pfarre diaconat und ſubdiaconat als oblaut verfahren ꝛ ꝛ ꝛ iedoch ſoll ſolches inskünftige denen Patronis an denen collaturen unnachtheilich und unabbrüchich ſeyn. In electoratu Saxoniæ viduæ & liberis *annus* gratiæ, qui per *ſex menſes* tantum durat, conceſſus, quo factum, vt demum eo elapſo præſentatio fieri ſoleat, hoc tamen adhibito temperamento, vt, ſi eo elapſo patronus neminem præſentauerit, ei certus præfigatur terminus, intra quem ſub pœna *deuolutionis* præſentare candidatum debeat, vt docent reſcripta adducta a CARPZOVIO *lib. I. iurisp. conſiſt. def.* 15. *inf.* Alibi tres menſes.

§. XCVIII. Præſentandum eſſe *habilem* res ipſa docet, id quod noſtrarum eccleſiarum ordinationes ſerio etiam inculcant. Et vt nemo ſeſe ingerendi & obtrudendi occaſionem habeat, ſatis prudenter cautum, patronum *ſemet ipſum*, vtut idoneus fuerit, præſentare non poſſe. *c.* 26. *X. h. t.* BRVNNEM. *lib. II. iur. eccl. c.* 8. § 17. TONDVTI *in quæſt. benef. P. II. p.* 304. *n.* 30. Quodſi in ipſo examine indignus minusque habilis repertus fuerit, reiici poteſt ab epiſcopo vel conſiſtorio. Sicuti vero ipſe reiectus a reiectione appellare poteſt, prout ſupra obſervaui, ita quoque patronus ab illa appellare non prohibetur, ſi per iniuriam, & citra iuſtam cauſam, candidatus reiectus eſſe dicatur, quo caſu ſuperior non prohibitur candidati habilitatem & vires explorare, & de obiectis defectibus iudicare. Ceterum reiectione approbata, *eccleſiaſticus* quidem pro ea vice ius præſentandi amittit, & ſuperior *ex officio* vacanti Habilis præſentandus. Quid ſi præſentatus reiectus?

Digitized by Google

vacanti eccleſiæ proſpicit, quod ex INNOCENTII III. epiſtolis probat FRANCISCVS DE ROYE *de iur. patron. ad c.* 24. *X. h. t. p.* 222. laicum vero alium præſentare poſſe communiter cenſent, quod huic *variandi* facultas conceſſa fuerit, quæ tamen demum intra *fatale præſcriptum* exercenda. Hoc enim elapſo, ex iure *deuolutionis* ſuperior, cui præſentatio facienda erat, paſtorem eccleſiæ conſtituit. Ceterum, lite ſuper *inhabilitate* pendente, fatale non currit, ſed ſuſpenditur, vt, ea finita, & reiecto præſentato, id quod ſupereſt ex *fatali præſcripto* præſentationi noui candidati impendere debeat. Iure autem veteri epiſcopos, indignis reiectis, potuiſſe indiſtincte eccleſiis vacantibus dare paſtorem docet *nou.* 123 *c.* 18 quia *ius variandi* eo tempore laicis non erat indultum. Vid. DE ROYE *cit. l.* FINCKELTH. *de iure patron. c. VII. n.* 10. *ſqq.*

Lite pendente ſuper inhabilitate fatale non currit.

§. XCIX. Præſentatio in hunc fit finem, vt candidati ad officium ſacrum habilitas examine inſtituto exploretur, (cuius capita potiora determinant *ordinationes eccleſiaſticæ*,) & approbatis eiusdem profectibus confirmetur, tandemque ordinibus decoretur eccleſiaſticis. Hunc ſcopum vnice primordialiter præſentationes habuiſſe, ſupra plenius oſtenſum eſt. Nunquam de *eccleſiarum collationibus* eo tempore motus ciebantur, quæ ita patronatus iuri inerant, vt patronus ſuas eccleſias, vt *dominus feudi* ſeu *directus* als Lehn-Herr, vti adhuc vocatur in *ordinationibus Saxonicis*, præſentatis poſt approbationem conferret, eosque de illis inueſtiret. Nunquam de iure *vocandi* quæſtio moueri poterat, quippe qui de officio aliquem inueſtit, perſonam etiam ad officium *vocat*, & per *vocationem* ius ad officium concedit, illudque ei *confert*.

Præſentationis finis.

Collatio olim patronis adſcripta.

§. C. Enimuero hanc diſciplinam ſatis probam peruertit recentior aulæ Romanæ iurisprudentia. Laicis *collationes* eccleſiarum & *vocationem* ad officia ſacra indulgere, adeo inconueniens clero maiori viſum fuit, vt omnia potius in alium ſenſum detorqueri debuerint, præſertim cum eccleſiæ *rurales*, a patronis fundatæ, faciem *parochiarum* induerint. Munera hæc *ſacra* & *ſpiritualia* dicta, a quorum commercio laici penitus excludi debuerunt, quibus cùm *ſpiritualibus* nihil commune eſſe cenſent. Forſan eorum *ius patronatus* ex hoc principio laicis tandem æque, ac Cæſari inueſtituram per *annulum* & *baculum*, ſubtraxiſſent, ſi e re ſua hanc denegationem fore credidiſſent. Alia proinde via incedendum, & diſtinguendum erat inter nudam *præſentationem* & *collationem*: *illam* patronis tantum deberi cenſuere, non *hanc*, epiſcopis ſolis tri-

Ius canonicum recentius vocationem iis denegauit.

Digitized by Google

tribuendam, vtpote *officiorum ſacrorum* veris diſpenſatoribus. Neque enim adeo *deſignationem perſonæ* rei eccleſiaſticæ præiudicare arbitrabantur, ſi modo patronis laicis hæc ſtaret ſententia orthodoxa, ſe nihil *officii ſacri* conferre, ſed *ſubiectum* tantum *denominare*, cui epiſcopus *conferat* eccleſiam eique annexum officium ſacrum. Prodit hanc ſententiam pontifex in *c.* 31. *X. h. t.* &, *ex vi iuris patronatus*, ait, *non conceſſio ſeu collatio, ſed præſentatio ad patronum pertinet.*

§. CI. Quæ cum ita ſint, dubitatum fuit: *vtrum patrono etiam debeatur ius vocandi præſentatum?* *Vocatio* ſcilicet diſtinguitur a *præſentatione* iure hodierno, vt hæc nihil iuris tribuat præſentato, ſed tantum ſiſtat conſiſtorio candidatum ad *examen* & *confirmationem*, quibus peractis, ſequatur *vocatio* per literas ad officium ſacrum, qua *titulum* ad eccleſiam vacantem acquirit vocatus, accedente reali *inſtitutione*, quæ inſtar *traditionis* eſt. Is ergo demum *vocare* ſeu *literas vocationis* dare poteſt, qui *dominus* ſeu *diſpenſator officii* ſacri eſt, cum omnis *titulus* in ure ab eo procedat, qui *dominus* & *moderator rerum*, in quas alteri *titulus* conſtituitur, exiſtit. Hoc poſito, ius *vocandi* denegandum patrono ſecundum principia *iuris canonici nouioris*, quia per *vocationem* fit *collatio* ſeu *conceſſio officii ſacri*, & ipſa *collatio* in effectu nihil aliud eſt, quam *vocatio ad munus ſacrum*, vt idem, quod *electio*, in prælaturis præſtet. Hæc principia ius patronatus adeo turbarunt, vt etiam inter proteſtantes ius *vocandi* quandoque patronis negetur, & ad alium quam *patronum* pertineat, obſeruantibus CARPZOVIO *lib. I. iurispr. conſiſt. def.* 29. *n.* 13. CHILTERO *lib. I. inſtit. iur. canon.* §. II. adeoque a iure *vocandi* ad *ius patronatus* integrum valide non ſemper concludi poſſit.

Diſcrimen inter præſentationem & vocationem.

Cur vocatio patronis negata?

§. CII. Quid ergo dicendum, vtrum in eccleſiis proteſtantium conſiſtorio, cui fit præſentatio, poſt confirmationem ius *vocandi*, an vero *patrono* attribuendum? Si ſecundum *iuris canonici recentioris* doctrinam ea de re ſtatuendum, conſiſtorium contra patronos obtinebit; ſi vero ſecundum *veram iuris patronatus naturam* & rationem, ſuamque doctrinam; ſuffragia patroni ferent. Id enim 1) in dubium vocari nequit, patronos eſſe *dominos directos*, Lehn-Herren, & ita optimo iure *concedere* & *conferre* eccleſias ſuas præſentatis: 2) doctrinam iuris canonici. *Vocationem* inter & *præſentationem* diſtinguentis, eſſe fraudulоſum pontificum inuentum, in præiudicium *patronorum laicorum* excogitatum: dogma pontificium a noſtratibus explodi, laicos ab omni ſacrorum commercio eſſe excluſos: 4) ius *vocandi*, vbi ſeparatur a *præſentatione*, inter proteſtantes nonnunquam exerceri per *ſenatum* vel ipſam eccleſiam,

Ius vocandi magis patrono quam conſiſtorio debetur.

Digitized by Google

am, vel qui eam repræſentant: 5) *vocationem* idem operari, quod *electio*, olim a tota *eccleſia* peracta, operabatur; eam vero clericis non fuiſſe propriam, ſed inprimis *laicorum* negotium: 6) ſummam fieri iniuriam patronis laicis per denegationem *vocationis*, per iniuriam & peſſimas artes iis ſubtractæ, quam tamen præſentatio intendit, & propter illam etiam peragitur. Denique 7) *patronis eccleſiaſticis* eam non denegari, qui tamen melioris conditionis eſſe nequeunt, quam *laici patroni*.

quod ex praxi eccleſiarum proteſtantium declaratur.

§. CIII. Hæ rationes ſine dubio effecerunt, vt in *eccleſiis proteſtantium* plerisque non *conſiſtorium*, ſed patroni ius *vocandi* exercerent. In *ducatu Magdeburgico* hoc ius vt plurimum *patronis* proprium eſſe, docet *ordin. eccl. c. XV.* §. 3. In *Saxonia electorali* idem obſeruari, teſtis eſt CARPZ. *lib. I. iurisprud. conſiſt. def.* 22. *n.* 4. cui accedit FINCKELTH. *de iur. patron. c. II. n.* 14. & 19. Alibi eccleſiæ eligunt, electo vero *literas vocationis* ſenatus transmittit vice populi. Ceterum quamuis patronus ante *præſentationem* eligere ſubiectum debeat, quod præſentet, non tamen ſtatim eidem *literæ vocationis* tradendæ ſunt, ſed demum poſtquam, viribus eius exploratis, a conſiſtorio præſentatio admiſſa eſt, damit nicht der abgewieſene mit Schimpf die vocation zurücke geben müſſte, vt dicitur in *ordin. Magd. eccl. cit. l.* §. 1. Hac de cauſa hic ordo, quem etiam approbat CARPZ. *cit. l.* in ducatu Magdeburgico obſeruandus ſecundum *d. ord.* §. 2 & 3. Daß, wenn der Præſentatus die Probpredigt abgeleget, und ſo wohl der Patronus als die Eingepfarreten bey deſſen Lehre, Leben und Wandel nichts erhebliches zu erinnern haben, derjenige, dem das ius vocandi zuſtehet, ihn der Regierung und Conſiſtorio dieſes Hertzogthums zum examine **vermittelſt eines Schreibens** præſentiren, auch zugleich ſich darin anerbiethen ſoll, ihm, wenn er in examine zum Predigt-Amt tüchtig erfunden würde, die vocation **in gewöhnlicher Form** auszuſtellen. Zu dem Ende denn der Patronus oder dem das ius vocandi zukommt, die vocation zugleich mit nacher Halle (vel hodie Magdeburg) an jemand ſchicken ſoll, der **nach befundener Tüchtigkeit des** *examinati*, demſelben ſolche ausſtellet, welcher ſie denn bey dem conſiſtorio zu Erlangung der ordination originaliter vorzuzeigen hat.

Vocationis literæ præſentato dantur poſt admiſſionem conſiſtorii.

Alibi vocatio ineſt literis præſentationis.

§. CIV. Non vbique tamen hunc ordinem obſeruari, docent formulæ *præſentationum* apud VOLCKMANNVM *in man. aduoc. lib. III. c.* 12.

Digitized by Google

c. 12. *n.* 6. *seqq.* quæ simul ipsam *vocationem* continent: Als beruffe und vocire ich obbemeldter Ehr. H. Krafft habender Churfürstl. alter und neuer gnädigster Befragung, euch benannten N. N. vermittelst dieses Briefes nunmehro hiemit in GOttes Nahmen zum Pfarrer und Seelsorger nach der Gr. Ersuche, und bitte auch die Ehrw. edl. gestr. hochgelahrte und hochachtbahren Herren Præsident, Räthe und Assessores des Churfürstl. Sächsischen wohlverordneten Ober-Consistorii zu Dreßden, dieweil solche vocation ermeldter Persohn rechtmäßiger Weise, mit mein und meiner Unterthanen Beliebung, geneigtem Willen und approbation ertheilet worden, daß Ihre Ehrw. edel. gestr. und großachtbahre euch Hrn. N. N. nach beschehenem examine die ordination und confirmation großgünstiglich wiederfahren lassen wollen. Hæc formula *vocationem* & *præsentationem* simul continet, persuasissimumque habeo, *præsentationem* olim *collationem* seu *vocationem* in se comprehendisse, præsertim cum *vocationes* in scriptis efformandæ olim incognitæ essent. Postquam vero *ius canonicum* ius *præsentandi* adeo imminuit, vt eidem *collationem muneris sacri* subtraxerit, & episcopo assignauerit, inde praxis inualuit, vt *collatio* seu *vocatio a præsentatione* distincta, creditumque fuerit, per *præsentationem* nihil iuris acquiri præsentato, sed demum per *vocationem* & *collationem* subsecutam. Inde *ius variandi* subsecutum. cum summo patronorum incautorum præiudicio, quod tamen, meo iudicio, amplius locum habere nequit, si *vocatio* literis *præsentationis* simul continetur, quia ex ipsa *vocatione* ius quæsitum, quod a vocante reuocari nequit, accepit. Ceterum quia difficilius reiicitur *vocatus*, tutius forsan hodie, quo *vocatio* literis expeditur, est, vt *vocatio* reseruetur post *approbationem consistorii*, prout antea indigitaui.

Qua de causa vocatio a præsentatione distincta?

§. CV. Sicuti vero capitulum electo certam *capitulationem* iuramento firmandam præscribere sueuit; ita pari modo patroni quandoque hoc sibi sumere solent, vt *literas reuersales* exigant a *vocato*, in quibus varia eis promittere cogitur. Recte vero hunc morem reprobat B. HORNIVS in *obseru. eccl. circa ius patron. c. II.* illasque nullius efficaciæ esse asserit. Vt plurimum in iis talia sibi reseruat patronus, quibus potestatem suam ampliat, & in *aliena iura* sese ingerit, veluti de obedientia patrono præstanda: de comparitione coram eo, de facultate remouendi: de ceremoniis quibusdam vel nouiter obseruandis, vel reprobatis lege publica reducendis, quæ tamen ad arbitrium

Literæ reuersales exiginequeunt a patronis.

Digitized by Google

patroni non pertinent, nec licite a paſtore promittuntur. Præterea nec valent illæ conuentiones, quibus certis reditibus renunciat paſtor, vel lucra quædam cum patrono diuidere intendit, de quibus ſupra actum *tit. vt eccleſ. benef. ſine diminut. confer.* §. 4. Idem approbat ZIEGLERVS *de ſuperintend. c. XIV.* §. 1. ſimulque refert, *ſolere patronos literis vocationis, quæ ipſæ a præſentato conſiſtorio exhiberi debent, clauſulas plane inſolitas & poteſtatem ſuam excedentes quandoque inſerere, de obedientia ſibi præſtanda, item, contentos eſſe velle candidatos ſalario accepto & quæ ſunt aliæ.* *Quæ*, pergit, *vbi obſeruatæ fuerint a conſiſtorialibus, expungi ſolent & deleri, quod reuerentia quidem & honor debeatur patrono, haudquaquam obedientia, cuius nec iurisdictionem nouus paſtor agnoſcere tenetur; ſalarii autem præſtatio ab arbitrio patroni non dependeat, nec imminui propterea ab eo debeat.* Sed forſan doctrina iuris canonici anſam dedit, vt patroni eiusmodi literis conſtringerent paſtores, vt *per indirectum* id recuperarent, quod per diſpoſitionem iurisprudentiæ recentioris æui contra antiquam eccleſiæ praxin eis ademtum erat.

Ius patronatus tranſit in heredes vel poſſeſſores, prout vel perſonale vel reale eſt.

§. CVI. Vidimus, in quo *iuris præſentandi* ratio adæquata conſiſtat. Sed de his, qui exiſtente caſu *vacantis* eccleſiæ, *præſentandi* iure vti poſſint, ambiguæ etiam occurrunt lites. Quomodo ius patronatus primitus *acquiratur*, ex his, quæ de *fatis iuris patronatus* adlata ſunt, colligi poteſt, de quo themate etiam alii fuſiſſime agunt, vt DE ROYE *cit. tr. in proleg. c.* 13. *ſeqq.* FINCKELTH. *de iur patron. c.* 4. LOTTER. *de re benef. lib. II. q.* 8. PETRVS LEVRENIVS *in for. benefic. P. II. ſect.* 1. *c.* 1. *qu.* 29. *ſeqq.* Nunc quidem potiſſimum de eo quæritur, in quem ſemel ius acquiſitum tranſeat, vt eccleſiam conferre queat? Eſſe ius patronatus *ius* quoddam *perpetuum*, ratio eius docet, quæ ſimul indigitat, *dominium* quoddam *directum* patrono aſſignandum eſſe. Hinc tranſit in *heredes*, aliosque *ſucceſſores*, prout lex *fundationis primæuæ* id determinauit, vel ſtatus eius ex poſtfacto conſtiturus eſt. Eſt enim ius *patronatus reale* vel *perſonale* ſeu rectius *hereditarium*: illud bonis ſeu prædiis inhæret, & ita cum aliis ad quemuis ſucceſſorem ſeu poſſeſſorem tranſit; hoc vero citra prædiorum reſpectum heredes ſequitur, vel omnes, tam *extraneos* quam *legitimos*, vel tantum hos, quod *ius patronatus gentilitium* vocatur. Vid. LAMBERTIN. *de iur. patron. lib. I. P. 2 qu. 2 art. 8. n. 1. ſeqq.* Hoc illo eſt antiquius, cum oſtendant tabulæ legum publicæ, a primis ſuis incunabulis ius hoc ad *heredes* tranſiiſſe vel omnes, vel quos teſtator deſignauerat. Hoc vel ideo fiebat, quia inter

Reale,

hereditarium.

here-

Digitized by Google

heredes vt plurimum lites de *iure præsentandi* nascebantur, vt docet *c.* 1. & 2. *X. h. t.* quemadmodum apud Romanos eadem de causa ius patronatus intuitu *libertorum* vni alteriue in testamento assignari solebat. *t. t. D. de assign. libertis.*

§. CVII. De *reali* potissimum hoc titulo agitur, cum illud ipsum hodie longe frequentissimum esse soleat, vt rariora fere exempla *hereditarii* occurrant, adeoque in dubio magis *reale* quam *personale* præsumendum. Variæ adferri causæ possunt, quæ induxerunt coëgeruntque patronos, vt illud *prædiis* addicerent. Prima petenda est ex more prisco *offerendi* potentioribus prædia in feudum, quod vt plurimum ab offerente factum est cum omnibus iuribus eminentioribus, vt iurisdictione, iure patronatus &c. Eadem quippe ratio, qua ipsa prædia in feudum oblata sunt, effecit, vt hoc ius cum *bonis* coniungerent, & simul cum his *in feudum* offerrent, quo ipso ius patronatus, quod antea *allodiale* erat, qualitatem induit *feudalem*, a solis feudi possessoribus in posterum exercendum. Altera sine dubio petenda est ex prisca ecclesiarum, huic iuri subiectorum, indole & ratione. Solebant huiusmodi ecclesias nobiles vt plurimum in *vsum familiæ suæ* exstruere, & quidem *iuxta domos suas* seu prædia & castra, vt § 26. supra ostendi, quo ipso factæ sunt *ecclesiæ domesticæ*, *prædiorumque accessoria*, in quorum commodum potissimum exstructæ erant. Non poterant non ergo ecclesiæ hæ cum ipso prædio inseparabili nexu coniunctæ esse, & quemlibet prædii successorem seu possessorem etiam *allodialem* sequi. Habentur enim ex natura rei sine dubio pro *pertinentiis fundi*, quæ in eius vsum peculiarem acquisit[illegible] & adornata sunt. Denique pro tollendis eliminandisque controuersiis, quæ inter heredes ob ius patronatus emergebant vt plurimum, vtile admodum visum fuit, ius patronatus vel *primogenito* tantum, vel *certo* adscribere *prædio*, vt solius eius possessori prodesset. Secunda ratio, meo iudicio, primaria est, reliquæ vero sunt secundariæ effecerunt que, vt ius patronatus, quod ab initio *hereditarium* erat, ex postfacto *reale* factum sit.

Causæ, ex quibus nascitur reale:

(1) Ex more offerendi prædia in feudum.

(2) Ex pristina harum ecclesiarum indole.

(3) Vt controuersiæ inter coheredes euitarentur.

§. CVIII. Quatenus itaque ius patronatus *reale* est, ab omni prædii *possessore* exercetur, in quem cum ipso transit, *c.* 13. *X. h. t.* qualiscunque fundi possessor sit, femina, pupillus, similisque conditionis; nec dubium est, quin *tutor* præsentare queat, si pupillus eius ætatis sit, vt ipsemet hunc actum expedire nequeat. Vid. DE ROYE

Reale in quoscunque possessores transit.

Tutor nomine pupilli præsentat,

vel pupillus auctore tutore.

ROYE *de iur. patron. in proleg. c.* 12. Solum pupillum præsentare non posse, vel inde arbitror, quod in rebus *arduis* & *magni momenti* solus nihil *sine tutoris auctoritate* peragere possit, adeoque FINCKELTHAVSIVS *c. IV. de iur. patron. n.* 44. frustra prouocat ad communem doctrinam, quod pupillus meliorem conditionem sine tutoris auctoritate facere possit. Hoc eo tantum pertinet, vt sine tutore valide *acquirere* possit, non autem efficit, vt talem actum, qui *magnam* desiderat *deliberationem* & *ecclesiæ salutem* respicit, solus peragere queat, qui sphæram ipsius iudicii longe superat.

An solut minor?

Minorem facilius in præsentando admittendum esse censerem *sine curatore*, tum, quod iam maturiori polleat iudicio, tum etiam, quod hic circa bona sua non disponat, ad quem casum demum desideratur curatoris consensus.

Transit ius patronatus reale in emtorem prædii,

§. CIX. Inde vero colligitur, 1) ius patronatus transire in eum, in quem prædium, cui cohæret, *alienatum* est, licet vel maxime eius non fuerit facta mentio, cum quælibet res regulariter cum sua transeat causa BRVNNEMANN. *lib. II. iur. eccl. c.* 8. §. 13. Vendi quidem

sine pretio,

seorsim vel *pro pretio* transferri in alterum ius patronatus non posse, censuere pontifices in *c.* 16. *X. h. t.* hac ex ratione, *quod inconueniens sit vendi ius patronatus, quod est spirituali annexum;* admisere tamen, vt *per consequentiam*, bonis venditis, quæ pretium admittunt, simul in emtorem transeat, vt tamen nullum iuris patronatus pretium constituatur. LOTTER. *de re benef. lib. II. q.* 9. *n.* 45. *sqq.* ESPEN. *P. II. iur. eccl. tit.* 25. *c.* 4. *n.* 32. Simoniacam fore hanc venditionem credunt, si pretium certum in *ius patronatus* constituatur, quod eo minus mirandum est, cum omne ius, quod *ecclesiastica* vel *proxime* vel *remote* respicit, per summum abusum *spirituale* vocent, & inde *simoniæ* species finitas effingant.

cum sit spirituali annexum; quæ ratio examinatur.

§. CX. Caute vero admodum loquuntur pontifices, & ius patronatus non *simpliciter* & *absolute* appellant *spirituale*, sed tantum *spirituali annexum*, vt causæ suæ seruiant. *Ius conferendi* beneficia seu officia sacra simpliciter *spirituale* vocant: cum vero patronis *collationem* denegent, eamque episcopo vindicent, & tantum *designationem candidati* eiusque *oblationem* patrono reseruent, quod per se *spirituale* esse non credunt, quoniam per illam munia sacra non conferantur in præsentatum, hoc ius *spirituali annexum* duntaxat appellarunt, h. e. iuri conferendi, quod *spirituale* nominant, ita annexum, vt episcopus ecclesiam nemini conferre possit, sine *præsentatione*. Tali præcautione vtuntur, vt systema sacræ iurisprudentiæ eo rectius cohæreat, nihilque laicis præter

Digitized by Google

ter ſolam *præſentandi* gloriam indulgeant. Enimuero latere anguem in herba, iam ſupra monui, & hac de cauſa inter proteſtantes ius quoque *vocandi* & *conferendi* huic iuri ineſſe adſerui, quod certo modo *eccleſiaſticum*, non vero *ſpirituale* dici poteſt. Ipſum *dominium directum*, quo gaudet patronus, der Lehns-Herr, *accęſſorium bonorum* eſt, eius bonis annumeratur, & ita nihil obſtat, quo minus pretium recipere poſſit. Hæc ratio proteſtantes induxit, vt perſuaſiſſimum habeant, ſine *labe ſimoniaca* pretium huic iuri ſtatui poſſe, adeo vt bonis venditis, quibus cohæret, transferatur quoque in emtorem non ſine pretio. Solet enim communiter ante venditionem prædii in omnes pertinentias certum conſtitui pretium, vt valor totius fundi eo rectius iniri queat: nec excipitur *ius patronatus*, quod acceſſorium rerum eſt, & pretium quoque recipit, cum in commercio ſit. Aliud eſt vendere munera ſacra, quod merito reprobatur: & aliud, ius conferendi eccleſias cum aliis annexis iuribus vendere, quod ſimoniæ vitium nullum habet.

Magis eccleſiaſticum quam ſpirituale dicendum,

hinc pretium repetit.

§. CXI. Ea de cauſa quoque 11) tranſire debet in *creditorem antichreticum*, cum fundus, non reſeruato iure patronatus, oppignoratus eſt. Equidem plurimos hic diſſentientes deprehendo, vt ESPENIVM *cit. l. c.* 4. *n.* 15. FINCKELTHAVSIVM *cit. tr. c. VI. n.* 21. BARBOSAM *ab c.* 18. *X. de ſent. & re iudic. n.* 2. STRYKIVM *in not. ad ius eccl. Brunnem. lib. II. c.* 8. §. 16. aliosque; verum omnes, qui diſſident, vnicum fere præſidium quærunt in *c.* 18. *X. de ſent. & re iudic.* & præterea rationes quasdam adducunt, quæ in errore verſantur aperto. In *cit. c.* 18. ſpecies facti de *creditore antichretico* quidem occurrit, in qua pontifex pro *debitore* tulit ſententiam, eumque *verum patronum* fuiſſe aſſerit; aſt non ſatis accurate *rationes decidendi* intuentur, qui primarium in hoc textu refugium quærunt, nec attendunt, quem caſum potiſſimum tangat reſpiciatque. Subodoratus iam eſt ALTESERRA *in comment. ad Innoc. III. decret. cit. c.* 18. *p.* 342. & præter eum STRAVCHIVS *de oppignor. rer. imper.* §. 47. & 48. Bartoldum militem curiam ſuam Pelegrino militi creditori pignori obligauiſſe, *nominatim ſibi excepto iure patronatus in eccleſia*, quæ in hoc fundo conſtructa erat. Totus contextus oſtendit, non quæſtionem *iuris*, ſed *facti* in controuerſia fuiſſe. Creditor aſſerebat, *ius patronatus cum vniuerſitate in ſe tranſiiſſe*, adeoque *in regula ſe* fundabat, prætereaque allegabat, ſe in *poſſeſſione iuris patronatus* exiſtere. Vtrumque negabat reus, & quidem ſuper vtroque articulo teſtes recipiebantur, quod indicant verba finalia *cit. tx. cum tamen*

Tranſit in creditorem antichreticum.

Rationes dubitandi examinantur.

Digitized by Google

tamen per atteſtationes illas nihil oſtenſum aliud fuerit, niſi quod pro quodam iure, quod de illa eccleſia conſueuit exhiberi patronis, prædicti P. & A. (creditores) *annuatim X. ſolidos acceperunt*, quæ probatio *poſſeſſionem* vnice reſpiciebat. Præterea vero probatio ſuſcepta erat de quæſtione primaria, *quis verus eſſet patronus?* h. e. vtrum debitor ſibi nominatim excepiſſet ius patronatus nec ne? quod indicant verba ſequentia: *tum etiam quia in eadem ſententia dicitur, quod dictus T.* (præſentatus a debitore) *in probatione defecit, cum per atteſtationes ſuas appareat, ipſum ſuam intentionem ſufficienter probaſſe.* Denique addit, ideo huic adiudicatam fuiſſe eccleſiam, *quod per atteſtationes conſtiterit euidenter, ipſum a vero patrono fuiſſe ad ſupra dictam eccleſiam præſentatum.* Atteſtationes recipiuntur non de quæſtionibus *iuris*, ſed *facti*: factum in eo verſabatur: *vtrum debitor in oppignoratione curiæ* NOMINATIM *ius patronatus excepiſſet nec ne?* hoc probatum erat, & hoc reſpectu *verus patronus* dicebatur *debitor.* Quodſi quæſtio *iuris* tantum in lite fuiſſet: *vtrum ſcilicet ius patronatus cum vniuerſitate in creditorem tranſiret?* ſuperuacuum fuiſſet teſtes deſuper recipere, quippe qui de hac non poterant teſtimonium ferre. In hoc principio ſe fundabat creditor, & præterea ſuper *quaſi poſſeſſione* teſtes produxerat, atque ſine dubio obtinuiſſet, niſi præſentatus a debitore per teſtes probauiſſet, debitorem fuiſſe *verum patronum*, quod aliter probare haud potuit, quam demonſtrando, ius patronatus *nominatim* fuiſſe exceptum.

Non reſeruato iure patronatus creditor illud exercet.

§. XCII. Dixi, *creditorem ſine dubio obtinuiſſe, niſi præſentatus a debitore oſtendiſſet, ius patronatus ab illo fuiſſe nominatim exceptum.* Conſtabat enim, ius patronatus curiæ oppignoratæ cohæſiſſe, atque *reale* fuiſſe, quo poſito, in poſſeſſorem transire debuiſſet, niſi exceptio probata fuiſſet. In creditorem enim *poſſeſſionem veram* transire, quis negabit? quæ ſic in eum tranſit, vt quaſi *pro domino* habeatur, ad minimum, vt *effectus dominii ſimiles* exercere, easque actiones mouere poſſit, quæ alias tantum a *dominis* mouentur. *l.* 16. *de vſucap. l.* 17. *de acquir. vel omitt. poſſ. l.* 9. *de nou. oper. nunc. l.* 2. §. 1. *l.* 4. §. 7. *ſi ſeru. vind. l.* 1. *pr. l.* 5 §. 1. *ſi vſusfr. pet. l.* 16. *de ſeruit. l.* 4. §. 9. *fin. reg. l.* 12. *in f. de cond. furtiu. l.* 7. §. 6. 12. 13. *D. comm. diuid.* Quidni ergo quoque exerceret *ius patronatus*, quod poſſeſſorem ſequitur? Vrgent quidem, quod creditor ad rationes reddendas *de fructibus* perceptis ad eorum reſtitutionem teneatur; *l.* 3. *C. de pignor. action.* iuris autem patronatus nomine, *præſentatione* interim facta, nulla poſſit fieri re-

Nouum dubium remouetur.

Digitized by Google

restitutio, nec *fructuum* nomine ius patronatus venire queat. STRYK. *cit. l.* Enimuero ratio hæc adsumit id & pro vero constituit, quod est in quæstione. Creditorem ad *restitutionem fructuum* teneri, haud docet *l. cit.* 3. si in *compensationem vsurarum* creditori assignati sunt, sed tantum euincit, tunc demum eundem rationes de *fructibus perceptis & percipiendis* reddere obstringi, si fructus in *compensationem* ipsius *sortis* creditori assignati sunt, vt ipse contextus docet. Hoc casu omnino rationes reddere debet, quo constet, an & quatenus per fructus iam extinctum sit debitum nec ne? Diuersa est ratio in eo casu, si *vsurarum* nomine *fructus* creditori attributi sunt, in quo negotio *tacita* simul *locatio* continetur, *l.* 14. *C. de vsur.* & restitutio fructuum cessat. Equidem de iure canonico, quo vsuræ reprobantur, *fructuum perceptio* creditori non indulgetur, vt *vsuras*, sed tantum, vt in *sortem* imputentur; *c.* 6. *X. de pignor.* verum ius patronatus seu præsentandi ne quidem hoc intuitu inter *fructus* reputatur, vtpote quod ne quidem *pretium* recipit de *iure canonico;* interim per *consequentiam* cum *vniuersitate rerum* in possessorem transit, vt etiam in *conductorem* quoque transferatur. *c.* 7. *X. h. t.* Ergo nec ex hac ratione pontifex creditori *ius patronatus* abiudicare potuit, nec etiam abiudicauit, quia rursus simplex *iuris*, non *facti* quæstio decidenda fuisset, cum tamen pontifex super *probatione* sententiam tulerit, pronunciaueritque, debitorem iuxta *probata* fuisse verum patronum. Interim ex interpretatione *cit. tx.* erronea vel inepta factum, vt in *statutis synodalibus* quorundam locorum contrarium receptum & approbatum fuerit. In *statut. synod. Mogunt. de anno* 1310. apud LVNICH. *in contin. II. spicil. eccles. p.* 50. ea de re ita cautum: *ad omnem quoque dubitationis siue quæstionis materiam amputandam statuimus, vt, si quis prædium suum, cui ius attinet patronatus, cuiquam obligauerit indistincte, ius præsentandi apud ipsum obligantem resideat, cum tale ius æstimari non possit, & ergo in sortem nequeat computari, cum semper fructus rei pignoratæ in sortem debeant computari iuxta canonicas & legitimas sanctiones.*

§. CXIII. Præterea quoque III) eadem ratio facit, vt in *conductorem* transire debeat, si *nominatim* exceptum non est, vt ALEXANDER III. in *c.* 7. *X. h. t.* rescripto confirmat. Proponit rescriptum casum de milite, qui villam, in qua ecclesia sita erat, a monasterio de Vinton. *ad firmam tenebat*, &, ea vacante, candidatum præsentauerat. Respondet vero: *Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quod præ-*

transit etiam in conductorem.

Digitized by Google

fato militi præscripta villa fuerit, non excepto iure patronatus, ad firmam concessa ei (quem scil. miles præsentauerat) *adiudicetis ecclesiam.* Quid sit, *ad firmam tenere*, ante omnia explicandum. Apud AVBERTVM MIRAEVM *lib. II. donat. Belgic. c.* 101. occurrit diploma de *anno* 1245. huius tenoris: *Abbatissæ & conuentui de camera Cisterciensis ordinis Cameracensis diœcesis dedimus, concessimus, & tradidimus ad* FIRMAM PERPETVAM *sub annua pensione* 35. *marcharum Colonienſis monetæ, nobis Aquis persoluendarum, suis laboribus periculo & expensa, duodecim solidis pro marcha computatis fructus omnes & prouentus.* Ex hoc diplomate 1) liquet, non omnem *firmam* fuisse *perpetuam*, quia alioquin *firmæ perpetuæ* non opus fuisset facere mentionem, adeoque illi minime audiendi videntur, qui hunc textum tantum in *locatione perpetuaria*, quam *ad firmam* appellari credunt, admittunt, a *simplici* vero excludunt, quod in illa, non in hac, *dominium vtile* transferatur, quod tamen ab omni veri specie abhorret: 2) *dationem ad firmam* pro *annua pensione* factam fuisse, & in speciem *locationis* incidisse; nam etiam in *c.* 8. *X. de decim. conducere & recipere ad firmam*, & *in c.* 2. *X. de locat. dare ad firmam & locare* vt synonyma quodammodo coniunguntur, speciatim vero talis locatio in *cit. c.* 2. conceditur clericis ecclesiisque, dummodo in concessionem *feudi* vel *alienationem* non incidat, vnde rursus liquet, *dationem ad firmam* speciem *alienationis* non fuisse habitam, cum alioquin ecclesiæ concedi haud potuerit.

Qui ad firmam fundum tenet, cuius significatus explicatur.

Non omnis firma perpetua fuit.

Datio ad firmam locationis species erat,

non alienationis.

§. CXIV. Ipsa appellatio est *Anglo-Saxonica*, & denotat *annonam*, *victum* atque *edulia*, vt ostendunt CANGIVS *in glossar. hac voce.* DE ROYE *de iur. patron. ad cit. c.* 7. Dn. HLVDEWIG. *de iure client. German. sect. III. c.* 4. §. 4. *lit. m.* SPEELMANNVS *in glossar. hac voc.* vt nihil aliud est, quam concessio vsus fundi alteriusue iuris pro *pensione* ad *victum* vel *alimenta*, destinata, vel pro præstanda *annona*, in qua pensio constituta fuit, qua lege *monachi* vel *clerici* potissimum sua *prædia ecclesiastica*, vnde victum percipiebant, dare solebant. Vtrum hæc concessio *ad tempus* vel *in perpetuum* concederetur, ex pacto dependebat, nec ad *naturam* huius negotii pertinebat. Quandoque quidem concessio *ad firmam* ab aula Romana accepta pro *locatione perpetua;* qualis acceptio occurrit in *c.* 8. *de decim. compil.* I. *antiq.* apud AVGVSTINVM *p.* 76. vbi opponuntur *conductas* habere terras *ad terminum* & *ad firmam*, & ita denotabat locationem *perpetuariam*, nec improbabilis est coniectura FRANCISCI DE ROYE & FLORENTIS *ad cit.* 7. *κατ' ἐξοχὴν* con-

Denominationis ratio.

Digitized by Google

conceſſionem *ad firmam* denotaſſe locationem ad *longiſſimum tempus* vel *perpetuariam*, vel *ad vitam conductoris*.

§. CXV. His præmiſſis inquirendum, an ius patronatus etiam transeat in quemuis conductorem, etiam cui ad *breuius temporis ſpatium* prædium, cui *ius patronatus* cohæret, locatum eſt, ſi 1) intra tempora locationis vacare eccleſiam contigerit, & 2) ius patronatus ſpeciatim haud exceptum eſt? In affirmatiuam inclinat BARBOSA *ad cit. c. 7. b. t. n. 4.* aliique relati a CYRIACO *controu. 254. n. 54. ſqq.* CARPZOVIO *P. II. C. 37. def. 22.* FINCKELTHAVSIO *obſeru. 3.* quod omnis vtilitas in conductorem quemcunque translata fuerit, ad quem etiam *ius patronatus* ſeu *ius præſentandi* pertinet. Eandem ſententiam tuetur B. STRYKIVS *in not. ad ius eccl.* BRVNNEMANN. *lib. II. c. 2. §. 14. verb. ad longum tempus* quod in *vſufructuarium* transeat, & ſic etiam in *conductorem*, cum nulla diuerſitatis ratio hic fingi queat. Negatiuam tamen præferunt FLORENS, FRANCISCVS de ROYE, GONZALEZ *ad cit. c. 7.* PACION. *de locat. c. XI. n. 40. ſeqq.* non quidem quod *dominium vtile* in *firmarium* transferatur, vt putat GONZALEZ; id enim erroneum eſſe facile liquet, cum ſpecies *locationis* ſit; ſed quod in hoc contractu *ad firmam*, (quatenus ad *longiſſimum tempus* vt plurimum ſeu *ad vitam* conſtituitur) poſſeſſio transferatur, & bona talia *firmarii poſſeſſionibus* annumerentur. Hodie non facile eam controuerſiam motum iri credo, quod in locatione ad *breue tempus* ius patronatus ſemper vel *expreſſe* vel *tacite* reſeruari ſoleat, & quidem *tacite* α) quod, locatis prædiis, cui ius patronatus cohæret, ſemper precibus publicis commendetur patronus, certo indicio, eum ius patronatus in conductorem ſimplicem haud transtuliſſe; alioquin enim *conductoris* nomen precibus publicis inferendum foret, β) quod in ſpecificatione pertinentiarum locatarum non contineatur. Quodſi enim ei inſertum eſſet, ſine dubio quoque locatum ſimul fuiſſet, proinde ſi non ſpeciatim ſimul locatum eſt, merito credendum eſt, hoc ſemper actum fuiſſe in *ſimplici locatione* ad breue tempus, vt locatori reſeruari debeat, cum *iure patronatus* ægre & difficulter in conductorem transferatur, qualia quæ ſunt, in *indefinita conceſſione* ad breuius tempus venire non ſolent, ſed ſpeciatim exprimenda, vt obſeruaui *in diſſert. de cauſ. ard. & mai. c. 2. §. 22. & 23.* Nec argumentum a *conceſſione ad firmam* omni conductori applicari poteſt, quippe quæ ſingulares ſuas habet rationes, & quia primario in iure canonico conceſſionem *ad longiſſimum tempus* vel *ad*

An tranſeat in conductorem temporarium ſ

Digitized by Google

vitam firmarii vel *in perpetuum* denotat, plenius ius in firmarium transfert, vt *possessionem* rei *ad firmam* concessiæ consequatur, quod in simplici locatione minime contingit.

In vsufructuarium transit.

§. CXVI. Facilius vero IV) est, vt in *vsufructuarium* cum *vniuersitate rerum* transeat, cum adhuc fortius ius habeat quam *firmarius*, & ius patronatus reale simpliciter possessorem sequatur, si minime exceptum sit, in quam sententiam communi cunt ore interpretes. Vid. *del.* CASTILLO *de vsufr. c.* 36. *n.* 35. BRVNNEM. *cit. l.* §. 15. BARBOSA *cit. l. n.* 7. VOETIVS *ad D. tit. de vsufr.* §. 27. HERC. MARESCOTTVS *var. resol. lib. I. c.* 30. *n.* 9.

& possessorem dotalitii,

Eadem de causa quoque V) *ius præsentandi* viduæ nobili in *dotalitio*, cui *ius patronatus* cohæret, concedendum, cum eius vsumfructum habeat, vt defendit HENELIVS *de dotal. c. IIX.* §. II. Conf. FINCKELTH *c. VI. de iur. patron. n.* 22. MYLER. *ab* EHRENB. *in gamol. c. X.* §. I.

& maritum,

Minor ratio dubitandi est VI) in marito quoad *prædium dotale*, cui hoc ius cohæret, cum maritus dominium quoddam, & sic ius vsufructu fortius in re tali habeat. v. *c.* 9. *X. h. t.* BARBOSA *cit. l. n.* 3. MOLIN. *de primog. Hisp. lib. I. c.* 24. *n.* 3. *&* *n.* 32. HERICOVRT *les loix eccles. p.* 271. *seq.*

fideicommissarium,

§ CXVII. De *fideicommissario* quidem VII) multas mouent turbas interpretes, vt ostendit KNIPSCHILD *de fideic. famil. c. X. n.* 106. sed sine ratione, si de *iure patronatus reali* quæstio moueatur, cum fideicommissarius dominus fiat, & ita iura rebus inhærentia exerceat. Dubium, quod ex *l.* 42. §. 1. *ad SC. Trebell.* hic mouent, prorsus inane est. Ait ICtus, *iura sepulchrorum* non transire in fideicommissarium vniuersalem, sed apud *fiduciarium* remanere. Quid vero inde? videlicet ius *patronatus* æque *sacrum* esse volunt ac ius *sepulchrorum*, ergo ab vno ad alterum valere consequentiam. Enimuero rationem *theologiæ gentilis* non capiunt, qui hoc argumento profano vtuntur. Sepulchra ethnicis fuisse *iuris diuini*, *religiosa* & *nullius*, noto notius est; imo ad *defunctum* seu *DEOS manes* pertinere dicebantur. *l.* 4. *D. de relig.* Ex hoc posito principio colligebant gentiles, sepulchra etiam *familiaria* & *hereditaria* ad heredes quidem transire, vel eos, qui loco eorum sunt, *l.* 4. §. 21. *de fideic. libert.* quod in *heredum vsum* essent destinata, non tamen proprie *hereditati* vel *vniuersitati bonorum* inesse, & *bonis hereditariis* accenseri, quod enim *nullius* erat, in bonis alicuius proprie esse non poterat. Vnde α) restituta hereditate, non simul censebantur restituta iura sepulchrorum, *cit. l.* 42. quia *bonis restitutis* non inerant. β) Indigno hereditate a fisco ablata, tamen iura sepulchrorum

Digitized by Goog

rum penes indignum manebant, *l.* 33. *de relig.* ex eadem ratione. γ) Qui ipſo iure heres erat, penes eum quoque hæc iura remanebant, licet abſtineret, *l.* 6. *pr. eod.* quia *abſtentio* in derelictione *bonorum hereditariorum*, cui hæc iura haud inerant, conſiſtebat. δ) Denique hereditate vendita, iura ſepulchrorum eodem ex principio manebant penes venditorem, nec in familiæ erciſcundæ iudicium proprie veniebant. *l.* 6. *de relig.* Hæc vero principia a *iure patronatus reali* alieniſſima ſunt: bonis hoc inhæret: cum bonis transfertur: *nullius* dici nequit, maxime inter proteſtantes, qui etiam eidem *pretium* conſtituunt citra formidinem ſimoniæ, conſequenter etiam hereditariis bonis, ad alium translatis quocunque titulo, ſimul transfertur.

§. CXVIII. Vlterius VIII) quin etiam in *b. f. poſſeſſorem* fundi, cui ius patronatus cohæret, transeat, dubitari nequit, ſi vel maxime ex poſtfacto alius fundum vel ipſum ius patronatus euicerit; neque enim propterea præſentatus poſtea remouendus, cum ſufficiat, quod tempore præſentationis ſuæ ille, qui eum præſentauit, ius patronatus eccleſiæ poſſideret, vt innuit pontifex in *cit.* 19. *X. h. t. c.* 9. *X. eod.* & ita *putatiuus patronus* fuerit. Conf. SPERELLVS *deciſ. for. eccl.* 30. *n.* 20. TONDVTI *deciſ. rot.* 41. *n.* 3. & *in reſol. quæſt. benef. P. II. c.* 4. §. 9. *n.* 7. *ſeqq.* Denique IX) etiam in *ſequeſtrum* ius præſentandi tranſire, verius eſt, ſi bona, cui hoc ius cohæret, ſequeſtro ſubiecta ſunt, cum omnis adminiſtratio eorum ſequeſtro concredita ſit, & ius præſentandi ſub pœna *deuolutionis* intra certum tempus fieri debeat, nec differri poſſit. *clem. vn. de ſequeſtrat.* STRVV. *ad tit. depoſ. ex.* 21. §. 53 GOEDDEVS *de ſequeſtr. poſſeſſ. c.* 2. *n.* 59. TONDVTI *cit. l. n.* 2. *ſeqq.* Nec arbitror, diſtinguendum eſſe cum TONDVTI *cit. l* inter ſequeſtrum *voluntarium* & *neceſſarium*, vt quidem in illo, non in hoc obtineat; nam etiam in *neceſſario* interim omnis *adminiſtratio* & iurium quorumuis exercitium debetur ſequeſtro, vt *cit. clem. vn.* innuit, & poſſeſſio poſt ſequeſtrum, quoad poſſeſſorem, ita ſuſpenditur, vt eius commoda interim ſibi aſſerere nequeat. Quodſi demum, vacante eccleſia, quæſtio moueatur ſuper *iure præſentandi*, proceditur ſecundum *c.* 3. & 27. *X. h. t.* nec hæc doctrina ad caſum *ſequeſtrationis* applicari poteſt.

in b. f. poſſeſſorem,

& ſequeſtrum.

§. CXIX. Diuerſam eſſe rationem iuris patronatus *perſonalis* vt plurimum conſtituunt, cenſentque diſtinguendum eſſe inter ſucceſſorem *vniuerſalem* & *ſingularem*. In illum indubie tranſit ius patronatus, ſiue heres ſit ab inteſtato ſiue teſtamentarius, & quidem in ſingulos *in ſolidum*,

Ius patronatus perſonale qua ratione in heredes transeat?

Digitized by Google

dum, cum hoc ius sua natura *indiuiduum* sit & ita singuli heredes in nominando in solidum concurrant. FRANCISCVS DE ROYE *in proleg. iur. patron. c.* 19. Hoc tamen recte interpretatur pontifex in *clem.* 2. *h. t.* hoc modo, vt plures heredes vocem *vnius* duntaxat in præsentando habeant, h. e. vt non possint singuli seorsim præsentare, sed potius *omnes coniunctim*; in nominando autem singuli suffragia ferunt, vt tamen, qui iure *repræsentationis* succedunt, vnum tantum votum in præsentando habeant, prout iam supra §. *LXIX.* distinctius declaraui. Addit tamen CLEMENS V. *cit. l.* duplicem declarationem: I) vt plures heredes, interueniente pacto, alternis vicibus, per *turnum* præsentare queant: II) vt singuli heredes possint seorsim præsentare, & ita plures heredes plures candidatos, hoc effectu, vt episcopus postea vnum ex pluribus eligat & admittat. Hæc gratiosa, vt putatur, permissio est *periculosa* admodum muscipula, quibus, vt supra ostendi, incauti capiuntur laici, imo hunc, meo iudicio, in finem publice exposita, vt in eam inciderent. Quodsi singuli *seorsim* præsentant, ius *eligendi*, & *conferendi* penitus deuoluitur ad episcopum, id quod vnice addicti sedi Romanæ intendunt, optant, agunt. Nunquam prudens rerumque peritus heredibus pluribus auctor esse poterit, vt ea facultate a pontifice concessa vtantur, nisi qui eos in manifestum deceptionis discrimen deducere vellet. Si vna vel altera vice episcopo ius *eligendi* per indirectum concessum, quid aliud exspectandum, quam vt ius quoddam *constans*, *perpetuum* & *irreuocabile* in posterum ex actibus hisce sibi asserturus sit? Qui semel in eiusmodi laqueos inciderit, difficulter se extricare poterit. *Principiis obsta.* Ceterum rationes supra adductæ docent, hoc ius etiam in *fideicommissarium vniuersalem* transire, siue *tota* siue pro parte eidem hereditas restituatur, cum talis fideicommissarius ad instar cohæredis sit. *l.* 40. *famil. herciſc.* Quæ contra hanc sententiam mouet dubia FINCKELTH. *de iur. patron. c.* 5. *n.* 70. §. 100. iam sunt examinata & reiecta.

An in fideicommissarium vniuersalem?

Ius patronatus titulo singulari transferri potest.

§. CXX. Successionem *singularem* etiam admittunt in iure patronatus, modo labe simoniaca haud fuerit infecta. Adducta sunt supra diplomata §. 46. *seqq.* quæ docent, ius patronatus, titulo *donationis* monasteriis esse collatum, imo plura monasteria, quæ hoc iure gaudent, vel ex *vnione* vel *commendis* vel *gratuita concessione* id possident. Cum enim *dominii directi* ea sit ratio, vt in bonis sit, & alienari queat, nihil

Digitized by Google

hil obſtat, quo minus etiam ius patronatus alienari licite poſſit. Titulum *emtionis* iura pontificia damnant reprobantque, quod, pretio interueniente, ſimoniaca peſtis contrahatur, & ita talis alienatio ſit irrita & nulla, cum, iudice pontifice in *c.* 16. *X. h. t. inconueniens & penitus inhoneſtum ſit vendi ius patronatus.* Equidem vendere officia ſacra, eaque in commercium promiſcuum deducere, admodum inconueniens & inhoneſtum eſt, & merito etiam inter nos reprobatur; id vero ſine inſigni rerum turbatione trahi nequit ad venditionem iuris patronatus, prout ſupra §. CX. iam obſeruaui. Neque enim in *venditione iuris patronatus* officia ipſa ſacra venum exponuntur, ſed *dominium* patroni *directum* alienatur, quod in eius bonis eſt, commercio a tot retro ſeculis expoſitum, nullamque ſpiritualem qualitatem veram habet. Vnde apud proteſtantes *ſeorſim* licite hoc vendi poſſe, teſtatur SCHILTER. *lib. I. inſt. iur. can. tit.* 14. §. 15. *inf.* quod eo minus dubium habet, cum etiam in *reale*, vbi cum *rerum vniuerſitate* venditur, conſtitui ſoleat pretium. an emtionis?

§. CXXI. Sicuti vero patronus vi *dominii directi*, quod in *eccleſiam ſuam* habet, paſtorem conſtituit, & ad inſtar *domini feudi* als Lehn-Herr habetur, ita quoque merito concurrit ad *inſtitutionem* præſentati. Quæ ſit eius ratio, indoles, & forma, ſupra *tit. VII. huius libri* plenius expoſitum eſt. Quæſtio hic potiſſimum eſt de *reali*, non item *verbali*: hæc per literas *vocationis* inter proteſtantes expeditur, quam ſupra contra iuris canonici placita patronis aſſerui. Illa vero poſt *ordinationem* peragitur interueniente *reali inueſtitura cit. l.* §. 16. deſcripta. Vtriusque mentionem quodammodo facit IVO *epiſt.* 41. aiens: *leges nequaquam appellant inueſtituram conceſſionis, ſed poſſeſſionis.* Imo vtramque *inueſtituram* leges agnoſcere conſtat, quamuis *inueſtitura poſſeſſionis* primaria ſpecies ſit. Eam ad *ius epiſcopale* refert ius canonicum in *c.* 4. *X. h. t.* vtut eam epiſcopi vt plurimum per *archidiaconos* expediant, *c.* 4. *X. de offic. archidiacon.* quam ſententiam etiam proteſtantes, amplectuntur, eaque de cauſa patronis hoc ius negant, vt euici *cit. l.* §. 22. Ceterum (1) non abſolute reprobandi ſunt mores illarum eccleſiarum, quæ patronis ius *inſtituendi* concedunt, vt dixi *cit. l.* §. 24. quin potius eum patronus ſit beneficii huius eccleſiaſtici *dominus directus*, nulli rectius quam huic inueſtitura concedenda, ſaltim vt eius *auctoritate* fiat. (2) Si per *ſuperintendentem* inſtitutionis actus, quatenus *eccleſiaſticus* eſt, peragitur, ei tamen præſens eſſe atque concurrere debet patronus, *inue-* Patronus ad inſtitutionem concurrit.

Digitized by Google

inueſtiendo paſtorem nouum de bonis eccleſiaſticis, quorum *legitimus collator* eſt, id quod in pluribus eccleſiis proteſtantium adhuc obſeruatur, vt *cit. l.* §. 27. *ſq.* iam explicui, & ſic vel binis verbis duntaxat hic tangendum cenſui.

Patrono debetur honos,

§. CXXII. Atque his obſeruationibus primario abſoluitur ius *præficiendi paſtores* eccleſiis patronatis. Ceterum ex *dominio directo*, quo patroni in eccleſiis gaudent, alii plures promanant effectus, paucis etiam hic tangendi. Inter alios plures debetur patrono *bonos* & *reuerentia*, vt in aliis feudis *domino directo*. Ipſa iura *reuerentialia* ſunt varia, partim *ciuilia*, a B. STRYKIO duplici diſſertatione tradita: partim *eccleſiaſtica*, a FRANCISCO DE ROYE libris duobus *de iur. honorific. in eccleſia* explicata. Hæc tantum ad meum ſpectant ſcopum, quatenus applicari poſſunt 1) patronis, & quidem 2) potiſſimum inter proteſtantes. Sunt plura eccleſiaſtici honoris publica indicia, in eccleſia Romana vſitata, quæ in noſtris ignorantur eccleſiis, quorſum pertinent *honos thuris & ſuffitus*, de quo DE ROYE *lib. I. c.* 5. agit; honor *proceſſionis*, de quo *c.* 7. honor *panis benedicti*, de quo *c.* 12. & denique honor *aquæ benedictæ*, de quo *c. vlt.* prælaudatus auctor agit. *Luctus publici* honorem omiſit, quem tamen plerique patroni ambire ſolent.

ecclesiasticus scilicet.

qui in antiquiſſima iuris obſeruantia fundatur,

§. CXXIII. Ceterum iura hæc honorifica antiquiſſima eſſe, ipſa capitularia regum Francorum loquuntur. Nam *lib. I. c.* 142. apud BALVZ, *tom. I. p.* 730. epiſcopis iniunctum eſt, *vt præuideant, quem honorem presbyteri pro eccleſiis ſuis ſenioribus tribuant.* Similiter in *capitul.* CAROLI CALVI *de anno* 868. *c.* 8. apud EVNDEM *tom. II. p.* 211. idem fere repetitur: *vt presbyteri parochiani ſuis ſenioribus debitam reuerentiam & competentem honorem atque obſequium ſecundum ſuum miniſterium impendant - - - quodſi ipſi presbyteri non fecerint, ſeniores illorum epiſcopis, non per occaſionem aut malitiam, ſed per rationem & veritatem hoc innoteſcere ſtudeant, & epiſcopi presbyteros ſecundum ſuum miniſterium & leges eccleſiaſticas taliter caſtigent, vt hoc illos emendare delectet; qualiter cum neceſſaria benignitatis concordia & illi pro ſenioribus ſuis orare & ſeniores illorum ſacra officia & diuina myſteria puro corde per illos ſuſcipere poſſint.* Porro in *c.* 9. *ſq. ibid.* idem repetitur: *epiſcopi præuideant, quem honorem presbyteri pro eccleſiis ſuis ſenioribus ſuis tribuere debent. Seniorum* autem appellationes *patronos* deſignari, ſupra §. 22. iam obſeruaui.

cum temperamento.

§. CXXIV. Ita tamen temperanda hæc *reuerentia* erat, vt debitum epiſcopo obſequium haud denegarent, ſed intuitu *officii ſacri*

Digitized by Google

cri eius admonitionibus subiacerent. Huc respexisse videntur patres *concilii Aurelianensis IV. de anno* 541. *c.* 26. apud HARDVINVM *tom. II. p.* 1439. & COINTIVM *tom. I. annal. eccl. Franc. p.* 589. vbi ita: *si quæ parochiæ* (ecclesiæ) *in potentum domibus constitutæ sunt, vbi obseruantes clerici ab archidiacono ciuitatis admoniti, secundum qualitatem ordinis sui, fortasse quod ecclesiæ debent, sub specie domini domus implere neglexerint, corrigantur secundum ecclesiasticam disciplinam. Et si ab agentibus potentum vel ab ipsis rei dominis de agendo officio ecclesiæ in aliquo prohibentur, auctores nequitiæ a sacris ceremoniis arceantur, donec subsecuta emendatione in pace ecclesiastica reuocentur.* Confirmat hic textus de nouo argumenta supra adducta. Oratoria in *domibus potentum* exstructa dicuntur *parochiæ*, imo in *c.* 33. *diœceses*, quamuis improprie, clerici his præfecti dicuntur *obseruantes*. Domini domus simpliciter a nutu suo hos dependere & sibi tantum subiectos esse credebant, adeoque sæpe prohibebant, ne *archidiaconorum*, episcoporum vicariorum, præceptis parerent, quo ipso fiebat, vt ex nimia reuerentia erga *patronum* archidiaconorum iussa spernerent, quod corrigendum esse censuere patres.

§. CXXV. Inter iura *honorifica* seu *reuerentialia* primatum obtinet *honos precum*, vt vocari solet, de quo prælaudatus DE ROYE *cit. l. c.* 6. agit, in eo consistens, quod patroni nominatim in *precibus publicis* DEO sint commendandi, idque *iure perfecto* exigere possint, postquam *preces publicæ*, inuersa rerum facie, ad *ritus honorum externos* relatæ sunt. Origo huius *putatiui honoris* petenda ex antiquissimo ecclesiarum more recitandi nomina eorum inter missarum solennia, quorum *insignia* in ecclesiam exstabant *merita*, adeo vt etiam largiter offerentium nomina publice recitarentur, quod in *c.* 1. *D.* 25. diaconis etiam attribuitur: *ad diaconum quoque pertinet officium precum & recitatio nominum*, de quo videatur ZIEGLERVS *de diacon. c. VIII.* §. 37. *sqq.* Meminit huius *solennis recitationis nominum* offerentium INNOCENTIVS I. *epist. ad* DECENTIVM episcopum Eugubinum, apud IVSTELLVM & VOELLIVM *tom. I. bibl. iur. can. vet. p.* 194. cuius particulam etiam recitat GRATIANVS in *c. f. de cons. D.* 1. *De nominibus recitandis, antequam preces sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, & ipsi pro tua prudentia recognoscis, vt cuius hostiam nec dum DEO offeras, eius ante nomen insinues, quamuis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes*

(1) Huc pertinet honor precum.

Cuius origo refertur.

Digitized by Google

ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum ſunt oblationes; edicenda, vt inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia, quæ ante præmittimus, vt ipſis myſteriis viam futuris precibus aperiamus.

Nominum recitatio ecclesiis profi-cua.

§. CXXVI. Hac *nominum recitatione* admodum prouocabatur *ambitio ditiorum*, vt gloriæ captandæ cauſa largiſſime offerrent, quo huius ſingularis honoris participes fierent. Facit huius grauiſſimi abuſus mentionem HIERONYMVS in *c. XVIII. Ezech.* &, *multos*, ait, *conſpicimus, qui opprimunt per potentiam, vel furtum committunt, vt de multis parua pauperibus tribuant, & in ſuis ſceleribus glorientur, publiceque diaconus in eccleſia recitet offerentium nomina: tantum offert ille, tantum ille pollicitus eſt: placentque ſibi ad plauſum populi, torquente conſcientia.*

Recitatio fiebat ex diptychis.

Recitabantur vero eorum nomina, qui precibus ſingulariter DEO commendandi erant ex *tabula* quadam, quæ *diptychorum* appellatione veniebat, quorum fit mentio in *l.* 7. §. 5. *C. de S. trinit.* & *l.* 1. *C. Theodoſ. de expenſ. lud.* Plura de his congeſſerunt BONA *lib. II. liturg. c.* 11. IACOBVS GOTHOFREDVS *in comm. ad cit. l.* BRISSON. *de verb. ſignif. hoc voc.* LEO ALLATIVS *de eccleſ. orient. & occid. conſenſ. perpetuo lib. III. c. XV.* IO. ANDREAS SCHMID. *in lex. eccl. min. hac voce.* IO. CASPAR SVICER. *in theſ. eccl. voce* Δίπτυχα. Tres eorum ſpecies fuiſſe, docet SVICERVS, (1) *epiſcoporum* & prælatorum, (2) *vivorum*, in quibus nomina eorum deſcripta erant, qui eo tempore viuebant, dignitate quadam præfulgentes, vel collatis in eccleſiam beneficiis conſpicui, (3) *mortuorum*.

Ratio huius recitationis nominum patronorum.

§. CXXVII. Species ſecunda *diptychorum* huc pertinet, quæ rationem præbet, ob quam *patroni* quoque *precibus publicis nominatim* fuerint commendati. quoniam ſcilicet generatim nomina eorum, *qui collatis in eccleſiam beneficiis conſpicui erant*, recitabantur. Multo magis ergo *patronorum* nomen recitandum erat, tum quod *fundatores* eccleſiæ eſſent, tum etiam quod *ſuæ eccleſiæ* paſtores præfeciſſent, quaſi *domeſticos*, ſuæque inprimis familiæ ſacra facientes, a quibus optimo iure deſiderare poterant, vt *nominatim* DEO commendarentur. Hac de cauſa CHRYSOSTOMVS §. *XI.* ſupra relatus, potentioribus auctor fuit, vt domeſticos alerent presbyteros, interque alia huius rei commoda *bonorem precum* refert: *parumne eſt, in ſanctis oblationibus nomen tuum* SEMPER *referri?* Anno 666. in *concil. Emeritenſi c.* 19. apud HARDVINVM *tom. III. concil. p.* 1005. æquum id eſſe duxerunt patres, ita diſponentes; *Salubri diſpoſitione cenſemus, vt pro ſingulis quibusque eccleſiis, in quibus presbyter iuſſus fuerit per ſui epiſcopi ordinationem præeſſe, pro ſingu-*

Digitized by Google

singulis diebus dominicis sacrificium DEO procuret offerre, & eorum nomina, a quibus eas ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis ecclesiis videntur aut visi sunt contulisse, si viuentes in corpore sunt, ante altare recitentur tempore missae: quodsi ab hac decesserunt aut discesserunt luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur suo in ordine.

§. CXXVIII. Eadem praxis *precum publicarum*, quibus nominatim DEO commendantur patroni, adhuc hodie inter protestantes viget, nec sine ratione, quia patronis *protestantibus* maior fere potestas circa ecclesias suas indulgetur, quam catholicis, quorum ius admodum fractum imminutumque est ex callidis iuris canonici principiis. Conf. CARPZOV. *lib. I. iurispr. eccl. lib. I. def.* 259. BRVNNEM. *lib. II. iur. eccles. c.* 8. §. 25. ZIEGLERVS *lib. I. de iur. mai. c.* 17. §. 4. Iuuat rem quodam exornare praeiudicio, quod exhibet ZIEGLERVS *cit. l.* Honor precum etiam patronis debetur inter protestantes.

Hat der Fürst zu A. dem Herrn Graffen zu B. dero Herrschafft C. auf einen Wiederkauff überlassen, darbey aber etliche iura, und darunter die Geistlichkeit und geistliche iurisdiction ausserhalb dem iure patronatus, und was demselben anhängig, so der Herr Graff B. allein haben solle, ihm reseruirt, und es will ietzo sowohl wegen des Kirchen-Gebeths, als auch wegen der Kirch-Rechnung und anderer Gerechtigkeiten sich Zweiffel ereignen, nach mehrern Inhalt eures Berichts. Ob nun wohl der Fürst zu A. Ihnen die Geistlichkeit und geistliche iurisdiction ausgezogen; dennoch aber und dieweil der Herr Graff B. nicht allein das ius patronatus, sondern auch die hohen und niedrigen Gerichte in der Herrschafft C. durch den Wiederkauff überkommen, und durch eine löbliche Gewohnheit allenthalben eingeführet, auch billig ist, daß so wohl vor die Gerichts-Herren, als auch vor die Collatores das Kirchen-Gebeth in specie eingerichtet wird, so mögen dannenhero die Pfarrer in allen Kirchen der Herrschafft C. in dem allgemeinen Kirchen-Gebeth nach ihrer Fürstl. Durchl. A. und Dero Fürstl. Hause auch vor den Herrn Graffen B. und dessen Hause nahmentl. und ausdrücklich zu bitten, und hierüber auch bey ereignenden Special-Fällen, als wenn der Herr Graff gefährliche Reisen angehet, oder wenn seine Frau Gemahlin schwanger, oder eines unter Ihnen kranck sich befindet, absonderliche Vorbitte abzulesen, und zu thun sich nicht entbrechen.

Digitized by Google

An etiam pro patroni vxore & liberis nominatim orandum?

§. CXXIX. Multum, vt ex adducto responso patet, hic *obseruantiæ* tribuitur, cum hæc in eiusmodi ritibus ecclesiasticis pro lege obseruari soleat, adeo vt CARPZOV. *iurispr. consist. lib. II. def.* 260. *n.* 3. non necesse esse ducat, multum in rationes eius inquirere. Verum non *nudum obseruantiæ factum*, sed *iuris antiquissimi* fundamenta pro patronis militare, iam euici antea. Nec tantum hic honor ad solum restringitur *patronum*, sed etiam extendi solet ad *familias*, qua in re *obseruantiæ* quid tribuendum esse arbitror. Sic in pluribus ecclesiis ruralibus non tantum patronus ipse *nominatim* allegari sueuit in supplicationibus, sed etiam *vxor* & *liberi*, adeoque si hoc ipsum per *obseruantiam constantem* comprobatum est, nascitur inde *patrono* ius huiusmodi preces pro vxore & liberis quoque exigendi. Ante octodecim annos cuidam patrono, qui simul iurisdictionem habebat, ea de re controuersia mouebatur, rescriptis regiis tandem sopita, quæ illustrationis vberioris gratia hic adiicere placet. Primum est huius tenoris: Welcher gestalt die Innhaber des Amts S. sich über die unter dieses Amts gehörige Prediger, daß sie das Kirchen-Gebeth vor die Frau Marschallin von H. und Ihre Fräulein noch nicht verrichten wollen, insonderheit aber den Prediger zu U. daß er die Gräffl. Bediente und Räthe denen Supplicanten vorgesetzet hätte, beschweret, und was sie zu verfügen gebethen, solches wird gedachten Predigern unten benannt, vermittelst des Copeylichen Inschlusses communiciret, und Ihnen hiedurch anbefohlen, daß Sie allerseits so fort bey Vermeidung empfindlicher Straffe das Kirchen-Gebeth vor gedachte Frau Marschallin, und Ihre Fräulein mit verrichten, der Pfarrer zu U. auch die Vorbitte für die Supplicanten und Gräffl. Beamte also ablesen sollen, wie es vormals gebräuchlich gewesen, und in andern Kirchen besagten Amts S. bisher damit gehalten worden, wornach. dat. Halle d. 18. Decembr. 1704. Cum vero ne sic quidem contradicentes mandato regio morem gererent, arctiori mandato, tum *consistorio*, tum *parochis* detrectantibus paritio iniuncta est. Prius ad consistorium directum erat huius tenoris: Friedrich König ꝛc. Welcher gestalt die Innhaber des Amts Seeburg sich über euch beschweren, daß, ohnerachtet wir euch zu einigen mahlen anbefohlen, das Kirchen-Gebeth in denen Kirchen des Amts S. vor die Frau Hoff-Marschallin von H., und ihre Fräulein zu verrichten, und durch den Pfarrer zu U. die Vorbitte vor die Supplicanten und die Gräffl. Bedienten und Räthe, wie

wie es vormals gebräuchlich geweſen, und in andern Kirchen beſagten Amts gehalten wird, Ihr dennoch gedachten Predigern Unſer dißfalls an Sie ſub dato d. 18. Decembr. a. p. ergangenen Verordnung paricion zu leiſten, inhibition gethan habet, das zeiget der Entſchluß. Gleichwie wir nun ſolches mißfällig vernehmen, und zu eurer Verantwortung ausgeſtellet ſeyn laſſen, alſo befehlen Wir euch hierdurch nochmals allergnädigſt, jedoch alles Ernſtes, euch dergleichen zu enthalten, und dergleichen Predigern, an welche Wir unterm heutigen dato gehörige Pœnal-Mandata ergehen laſſen, das Kirchen-Gebeth und Vorbitte anbefohlener maſſen ohne Hinderniß verrichten zu laſſen. Hieran ꝛc. Seynd. dat. Halle d. 29. Ian. 1705. Alterum reſcriptum ad parochos ita ſe habebat: Welcher geſtalt die Innhaber des Amts Seeburg ſich über einige unter dieſes Amts gehörige Prediger unten benannt, daß ſie an ſie unterm 18. Decembr. a. p. ergangenem Mandato zu folge, das Kirchen-Gebeth vor die Frau Marſchallin von H. und ihre Fräulein, inſonderheit aber der Prediger zu U. die Vorbitte vor die Supplicanten und die Gräffl. Bediente und Räthe, wie es vormals gebräuchlich geweſen, und in andern Kirchen beſagten Amts gehalten worden, nicht abgeleſen haben, abermals in Schrifften beſchweret, und was ſie zu verfügen gebethen, ſolches wird euch gedachten Predigern vermittelſt des Copeylichen Inſchluſſes communiciret. Nun hatte man vermeynet, es würden dieſelben obgedachtem Unſerm Befehl ein Gnügen gethan, und das Kirchen-Gebeth und Vorbitte vorgedachter maſſen verrichtet haben, dieweil aber ſolches nicht geſchehen, ſo vernimmt man es mißfällig, und wird ihnen hierdurch nochmahls, und zwar jeden bey 10. Rthlr. Straffe, ſo zu milden Sachen angewendet werden ſollen, anbefohlen, ſothaner Ordnung ohne weiteres tergiverſiren zu gehorſamen, und das Gebeth und Vorbitte anbefohlener maſſen einzurichten, wornach ſie ſich zu achten, und ihre Nahmen der Inſinuation halber zu unterſchreiben haben. Dat. Halle, d. 29. Ianuar. 1705.

§. CXXX. Quodſi *plures* ſint *patroni*, qui in ſolidum hæc iura in pago quodam exercent, conuenientius, meo iudicio, & ad negotium *precum publicarum* accommodatius eſt, ſi *generali appellatione* patronorum tantum memoratio fiat, omiſſis ſingulorum patronorum eorumque vxorum titulis ſplendidis. Quid tamen ſi iure ſuo exi-

An in caſu plurium patronorum ſinguli nominibus propriis allegandi ſint?

exigant patroni, vt *nominibus propriis* in precibus, non *nomine collectiuo* DEO commendentur? Mirandum certe eſt, eousque ambitionem hominum progredi ſolere, vt etiam de eiusmodi inanibus honorum pompis lites mouere ſoleant, quæ certe in re tam ſeria, & vbi de DEO colendo & inuocando agitur, merito abeſſe debebant. Interim præſidium ſuum plerumque patroni quærere ſolent in *obſeruantia*, quæ vnde orta nataue ſit, in propatulo eſt. Plurimorum nomina olim in celebratione miſſarum ex *diptychis* fuiſſe recitata, ſupra obſeruaui. Non ergo demirandum, quod ſinguli patroni *ab antiquo* deſiderauerint, *nomen ſuum* quoque recitari in precibus publicis. Inde *obſeruantia* nata: inde patronorum, ambitioſorum deſiderium. Interim cum magis quod deceat, vſibusque ſacris expediat, in eiusmodi controuerſiis princeps ſapiens intueri debeat, non dubium eſt, quin ambitioni huic obicem ponere & conſtituere poſſit, vt *nomine collectiuo* tantum patronorum mentio fiat in precibus publicis, cum recitatio illa antiqua tot nominum ex diptychis iamdudum in deſuetudinem abierit. Hoc modo ſapienter cenſuit ſapientiſſimus rex Boruſſiæ FRIDERICVS glorioſæ memoriæ in ſequente reſcripto: Was die Gebrüdere von N. N. auf unſere an euch, wegen der Vorbitte vor die Patronos der Kirche zu N. ſub dato den 19. Octobr. 1702. ergangene Verordnung abermahl in Schrifften fürgeſtellet, und was ſie zu verfügen gebethen, ſolches erhellet aus dem Copeyl. Einſchluſſe mit mehrern; dieweil wir nun zu beſtändiger Abhelffung **dieſer des Kirchen-Gebeths halber erregten ärgerlichen Streitigkeit**, aus erheblichen Urſachen für gut befunden, daß die Vorbitte zu N. und S. überhaupt für die dortigen Herren Patronen und Adel. Gerichts-Obrigkeit und deren Adel. Familien **ſamt und ſonders** eingerichtet, und ferner keine Beſchwerde darwider angenommen werden ſollen: Als committiren und befehlen Wir euch hierdurch, euch darnach zu achten, und die Vorbitte alſo, wie vorgedacht, einzurichten. Seynd &c. Dat. Halle, den 18. Martii 1703. Præterea multum refert, vtrum *ius patronatus* reale, an perſonale ſit, quando quæritur: an feudo alienato pro nouo poſſeſſore preces fundendæ ſint nec ne? quod *ſeq. reſponſo* Menſ. Aug. 1709. excepto illuſtrabo. Iſt dem Hauptmann H. H. v. B., da er das Ritter-Guth G. wiederkäuflich beſeſſen, zugleich darbey das ius patronatus vor ihn und ſeine männliche Nachkommen concediret, und daher auch in dem öffentlichen Kirchen-Gebeth ſeiner und ſeiner Familie gedacht worden, hat aber derſelbe ſolches wie-

Preces an & quatenus pro poſſeſſore feudi fiant?

wiederkäuflich innen gehabtes Guth an die v. W. vermöge allergnädigstes Käyserliches Decrers abtreten müssen, und verlanget dennoch, daß vor ihn als Patronum noch ferner die öffentliche Vorbitte geschehen möge. Dahero die Frage entstehet: ob er in solcher seiner intention gegründet?

Ob nun wohl der v. B. anführen mögte, daß das ius patronatus und also auch die Vorbitte in der Kirche ihm und seinen Erben, da er schon das Guth G. besessen, von Hochfürstl. Durchl. concediret, folglich solches als ein priuilegium personale zu considériren, und ihm zu statten komme, ob er gleich das Guth an die W. abtreten müsse;

Weil aber dennoch dem von B. das ius patronatus nicht absolut, und als seiner Person, sondern ihm als dem damaligen Besitzer des Ritter-Guths G. gegeben, sintemalen er selbst in seiner Supplic zu der Zeit als ein Besitzer des gedachten Guths und als ein Vasall solches gesuchet,

Vid. fol. act. 7.

welches seinen Respectum auf ein Lehn-Guth hat, in der Concession auch seiner und seiner Successorum in feudo gedacht wird; hiernächst iura communi Germaniæ consuetudine realia seyn, und dem fundo cohæriren und daher da der v. B. das Guth nebst allen seinen daran habenden Rechten an die v. W. abgetreten, auch würcklich ausser Landes sich begeben, und nunmehro auf seinem in Churfürstlichen Landen gelegenen Ritter-Guth wohnet, wider die Wahrheit seyn würde, wenn nach der fol. 2. befindlichen formul gebeten werden solte:

Vor den Hochadelichen Kirchen-Patron, wie auch Erben und Gerichts-Herrn hieselbst, Herrn H. H. v. B. ꝛc.

So halten wir davor, daß derselbe weder das ius patronatus, noch die daraus fliessende Vorbitte auf der Cantzel zu prætendiren befugt. V. R. W.

§. CXXXI. Sicuti vero huiusmodi supplicationes, quæ in *precibus publicis* pro patronis fiunt, *ordinariæ* sunt; ita in dubium vocatum fuit, vtrum *extra ordinem* exigere possit solennes supplicationes & gratiarum actiones ad DEVM per hymnum decantatum: *Te DEVM laudamus*, si forsan a grauissimo malo morboue liberatus est? Ex his vero maxime caulis de eo dubitatum est: 1) quod solennis huius hymni decantatio fere vnice ob res publicas, magnique momenti instituí solear, cum

An patronus recte exigat pro salute sua canticum: Te DEVM laudamus?

Digitized by Google

cum patroni commodis haud comparandas: 2) quod ſolennia hæc, ad *iuris epiſcopalis* curam & ſollicitudinem referenda, ſint a patronis haud vſurpanda. Nihilominus conſiſtoriales Vitebergenſes anno 1695. patroni factum approbaſſe, præiudicio adducto euincit Dn. HORN. *in obſerv. iur. eccl. circa ius patronat. c.* I. *n.* 29. ex his rationibus: Dieweil vermöge der Chriſtl. Gewohnheit einem Gerichts-Herrn, Collatori, wie nicht weniger den Eingepfarreten insgeſamt und ohne Unterſcheid ihr heimlich Anliegen GOtt auch in öffentlicher Verſammlung ohne abſonderliche Vergönſtigung des Conſiſtorii durch Vorbitte und Danckſagung fürtragen zu laſſen billig geſtattet wird, hiernechſt die Art und Weiſe, wie angeregte Vorbitte und Danckſagung einzurichten, deutlich und mit Verbiethung des andern Theils nicht ausgedrucket und fürgeſchrieben, alſo der Chriſtlichen Freyheit nachgelaſſen, geſtalt inſonderheit das bekante Lied: HERR GOTT dich loben wir ꝛc. ingemein zu aller Chriſten Gebrauch, GOTT zu Ehren verfaſſet, alſo auf gewiſſe des Landes oder Fürſten Wohlfahrt betreffende Fälle, ungeachtet es in ſelbigen abgeſungen zu werden pfleget, ſo fort lediglich nicht einzuſchrencken, wozu kommt, daß, kraft allgemeiner gleich durchgehenden Gewohnheit einem Gerichts-Herrn und Patrono **aus wichtigen Urſachen eine ſonderliche Ehre und Vorzug unter denen Eingepfarreten vornehmlich hierinne gegönnet wird, daß von der Cantzel das öffentliche Kirchen-Gebet auf ſelbige, ſo wohl ihre Familie** *in ſpecie* **und nahmentlich einzurichten**, alſo ihnen um ſo viel deſtoweniger der öffentliche Gebrauch obigen Liedes bey ereignendem beſondern Fall zu verweigern, wenn zumal beyde reſpectus in einer Perſon zuſammen kommen ꝛc. Non inique ita cenſuere conſiſtoriales, abuſumque communem tandem eiurandum eſſe credide-runt, quo pro *iuribus epiſcopalibus* ampliandis, etiam in *minimis*, admodum ſolliciti ſolent eſſe, ad quos ea res pertinet. Nihil, meo iudicio, in hac publica gratiarum actione, quam patronus *in ſua eccleſia* inſtituit, peccari, aut vllo modo ius principis violari, perſuaſiſſimum habeo, niſi *patronorum* conditionem vnice ex hypotheſi iuris canonici recentioris, qua vix *vmbram iuris antiqui* retinuerunt, æſtimare, eosque, tanquam meros *laicos*, in abiectum ſtatum coniicere velimus.

§. CXXXII.

Digitized by Google

§ CXXXII. Præterea (II) ad *iura patronorum honorifica* referunt *luctum eccleſiaſticum*, morti patroni, vel eorum, qui ſunt de eius familia, dicandum. Equidem *luctus publicus* indicium eſſe ſolet *triſtitiæ* & *mœroris publici* ob calamitatem tempeſtatemque publicam, quem olim Romani variis ſignis demonſtrabant edebantque. Nam (1) mutabant veſtes, teſte CICERONE *pro P. Sextio: Erat igitur in luctu ſenatus: ſqualebat ciuitas, publico conſilio mutata veſte.* Conf. BRISSON. *de ſolenn. pop. Rom. verb. lib. II. p.* 259. PETRVS FABER *lib. II. ſemeſtr. c.* II. PETRVS MORESTELLVS *de pompa ferali lib. II. c.* 26. Præterea (2) alia *impatientiæ* documenta edebant, quæ ſæpe religionem violabant. Mors GERMANICI adeo plerisque acerba viſa fuit, vt, quo defunctus eſt die, lapidarentur templa, ſubuerterentur DEVM aræ, lares a quibusdam familiaribus in publicum abiicerentur, partusque coniugum exponerentur, teſte SVETONIO *in vita Calig. c.* 5. *Inſaniæ* magis quam *rationabilis triſtitiæ* hæc fuiſſe indicia merito dixeris, quæ tamen apud gentiles tolerabantur, imo laudabantur, ob ſingularem in defunctum pietatem & affectum. Inprimis vero (III) publicum indicebatur *iuſtitium*, vt teſtatur SVETONIVS *in Calig. c.* 24. *Eadem* (Druſilla) *defuncta iuſtitium indixit, in quo riſiſſe, lauaſſe, cœnaſſe cum parentibus aut coniuge liberisue capitale fuit.* Plura teſtimonia hoc illuſtrantia adduxi in *diſſ. de eo, quod iuſtum eſt durante iuſtitio c.* I. §. 9. *ſqq.* Conf. GVTHER. *de iur. man. lib. III. c.* 29. FABER *lib. II. ſemeſtr. c.* 10. MORESTELL. *in pomp. funebr. lib. IX. c.* 7.

Debetur patrono luctus eccleſiaſticus.

Luctus publici Romani indicia.

§. CXXXIII. Quodſi ad *veteres mores eccleſiaſticos* recurrendum eſſet, varia quoque *luctus eccleſiaſtici* ob calamitates emergentes documenta congerere integrum foret, quod quibusdam tantum exornabo documentis. Inprimis *organorum ſonitus* ſuſpendebatur: altaria denudabantur, & reliquiæ ſanctorum ſpinis circumdatæ proſternebantur. In *hiſtor. miracul. S. Landeberti epiſcopi Vltrai. de anno* 708. apud MABILLON. *in act. Benedict. ſec. III. P. I. p.* 83. hæc referuntur: *decretum eſt in ipſo concilio, vt imago crucis & ſanctorum reliquiæ ſpinis circumdatæ in omni proſternantur eccleſia totius diœceſis: organa ſuſpendantur & ſingulis dominicis feſtiuisque diebus fiat proclamatio pro prædicto ſcelere.* Ipſo paſſionis dominicæ die denudata fuiſſe altaria in ſignum *doloris grauiſſimi* docet *concil. Tolet. XVI. de anno* 693. *c.* 8. apud HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 1798. quem morem patres approbarunt. Etſi vero ob alium luctum eum eradicandum eſſe edixerint patres *concilii Toletani XIII. de anno* 683. *c.* 7. apud HARDVIN. *tom. III. conc. p.* 1743. & GRATIA-

Luctus eccleſiaſtici indicia antiqua.

Digitized by Google

TIANVM c. 13. C. 26. q. 5. his verbis: *quicunque ergo ſacerdotum vel miniſtrorum deinceps cauſa cuiuslibet doloris vel amaritudinis permotus aut altare diuinum vel veſtibus ſacratis exuere præſumſerit, aut qualibet alia lugubri veſte accingi; ſeu etiam ſi conſueta luminariorum ſacrorum obſequia de templo DEI ſubtraxerit vel extingui præceperit, aut quodcumque lugubritatis in templo DEI induxerit; atque (quod peius eſt) occaſionem nutrierit, vnde de templis domini aut officia conſueta deſint aut allatio ſingularis ſacrificii videatur in aliquo defraudari -- loci ſui dignitate ſe nouerit honore priuari;* hunc tamen morem haud deſiiſſe antiquitates referunt, quamuis *iræ* cuiusdam ſimul & *triſtitiæ* indicium eſſet. In *hiſtor. mirac. S. Rudeſindi epiſcopi Dumienſ.* apud MABILLON. *in act. Bened. ſec. V. p.* 540. *n.* 39. abuſus huius moris inſignis occurrit, vt indicant ſequentia: *quædam monialis cum facinus diriſſimum ante eius* (Rudeſindi) *altare eſſet commiſſum, ait: o beate Rudeſinde! niſi nobis digneris ſuccurrere, & illum miſerum hominem liberare, altare tuum penitus denudabo.* En ſtultas mimas ex inſipido more natas! In *vita* GREGORII VII. apud EVNDEM *ſec. VI. P. II. p.* 425. *n.* 51. ob captum pontificem triſtitia publica cleri hoc modo erupit: *omnis itaque clerus, paſtore percuſſo, huc illucque diſcurrebat, & cuncta pene altaria exuentes denudabant.* Similiter MABILLON. *in annal. Benedict. lib. XVI. n.* 45. circa *ann.* 674. refert, monachos in monaſterio S. Medardi apud Sueſſiones iram epiſcopi & intentatum ſibi exitium formidantes concurriſſe ad eccleſiam, ac per triduum in ſqualore cœlum fatigaſſe. *Altaria*, inquit, *diſcooperiunt: lampades exſtinguunt: baſilicæ portas obſtruunt & campanarum ſonitum cantumque diuinorum officiorum ceſſare iubent.*

An luctus eccleſiaſticus tolerari poſſit?

§. CXXXIV. Id vero ex adductis teſtimoniis liquet, *luctum eccleſiaſticum* potiſſimum ſuſceptum eſſe in argumentum *triſtitiæ publicæ* ob quandam emergentem calamitatem. Obſeruauit vero iam ſuo tempore SENECA *epiſt.* 63. dari quandam *flendi ambitionem*, quæ adhuc hodie, ex *decoro antiquiſſimo*, per varia triſtitiæ publicæ argumenta ſeſe exſerere ſolet, quorſum pertinent, *campanarum quotidianus ſonitus* ad certum tempus, *intermiſſio muſicæ organicæ* in templis, *obductio ſuggeſtus* altarisque cum panno funebri ſubſelliorumque, quæ honoris publici exhibendi cauſa fiunt. Talia an in genere admittenda ſint, dubitauit SCHILTERVS *lib. II. inſtit. iur. canon. tit.* I. §. 39. *lit. a in not.* &, *in republica Hebræorum*, inquit, *ne quidem ſacerdos lugebat, multo minus ſanctuarium. Luctus hominis non debet afficere aut minuere liturgiam ſiue*

Digitized by Google

siue cultum Dei, sed rempublicam & laetitias publicas: nisi ex sua natura, vt in memoriam passionis dominicae. Carpzouius 2. def. 293. distinguit inter cultum internum & externum, quem excipit. Sed respondetur: sublato externo minui solet internus: sublato medio excitandi interni: qui minuit media, minuit finem. Quod ad glorificationem nominis diuini institutum, non debet intermitti ob casum secularem.

§. CXXXV. Hæ sunt dubitandi rationes Schilterianæ, quæ, meo iudicio, parum roboris habent. A *cultu Leuitico*, singulari prorsus ratione efformato, minus recte argumentum trahitur ad cultum externum hodiernum *arbitrarium*, & *liturgia* prorsus *libera* determinatum, quæ adesse & abesse potest salua rei substantia; quæ tempore *luctus* omittuntur vel fiunt, ad cultum diuinum *per se* non pertinent: vnice *ordinem* concernunt, qui ex causis probabilibus omitti vel mutari potest, salua *religionis* substantia. Frustra obiicitur, cessantibus organis vel musica instrumentali minui cultum internum, qui in primitiua ecclesia æque *efficaciter* obtineri potuit, vbi ea omnia deficiebant, quæ hodie recepta sunt. Absolutæ necessitatis hæc solennia externa forent, si, eis deficientibus, deuotio minueretur, cum tamen in multis pagis organa haud audiantur. Proinde non absolute reprobandum hunc morem existimo cum CARPZOVIO *lib. II. iurispr. consist. def.* 263. Rationes dubitandi examinantur.

§. CXXXVI. Quæ cum ita sint, etiam hæc *prærogatiua honoris* patronis non inuidenda ex rationibus adductis, cum etiam ex *obseruantia* domini iurisdictionales eadem in multis locis fruantur, multo magis ergo *patronis* ea indulgenda erit, pro quibus grauiores rationes militant. Illustrationis gratia adiiciam rescriptum AVGVSTI, administratoris quondam episcopatus Magdeburgensis, huius tenoris: Wohlgebohrner und Edler lieber Getreuer, welcher gestalt N. N. zu S. sich über das Consistorium E. wegen an die Priester und Schulmeister des Amts S. ertheilten inhibition, das von den N. N. angeordnete Hinläuten ihrer sel. verstorbenen Mutter nicht zu verstatten, unterthänigst beschwehret, solches habet ihr inliegend zu ersehen. Wann dann nun, wie angeführet, dergleichen Hinläuten bey dem Amte S. in begebenden Fällen hergebracht, demselben niemahls contradiciret worden, es auch ohndem nichts ungewohnliches, daß dergleichen von denen, so iurisdiction über einen Orth haben, angewiesen werden, solches auch die letzte Ehrenbezeugung der Verstorbenen zu seyn pflegt, so sehen wir nicht, wie gedachtes Consistorium dasselbe Ergo nec patronis luctus hic inuidendus.

be scharff verbiethen möge, begehren dahero an euch hiermit gnädigst, ihr wollet dieses Beginnen dem verordneten Consistorio gebührend verweisen, und sie dahin anhalten, damit N. N. in seinem Herkommen und Befugniß nicht ferner beeinträchtiget, sondern das angeordnete Läuten ungehindert vollbracht werden möge. Hieran ꝛc. Und. Dat. Halle, d. 31. Aug. 1666.

maxime si in eius quasi possessione sunt.

Quodsi *observantiæ* dubia est, ad minimum tamen, qui in *possessione* vel *quasi* luctus ecclesiastici publica indicia adhibendi constitutus est, in ea per mandata est defendendus, donec de iure legitime constiterit, prout sequens rescriptum declarat: Friederich Wilhelm Churfürst ꝛc. ꝛc. Was N. N. zu S. auf euer wider denselben wegen des bey seines Sohnes Todes-Fall jüngsthin angeordneten Hinläutens, übergebene Beschwerde, und darauf ergangene Verordnung gegenberichtlich in Schrifften vorgestellet, und zu verfügen gebethen, solches wird euch vermittels des Inschlusses hierbey abschrifftlich communiciret, mit gnädigstem Befehl, ihr wollet bey so bewandten angeführten Umständen, da der Supplicant unterschiedliche Actus des Hinläutens quiete exerciret, Ihn bey der dadurch erlangten possess vel quasi so lange geruhig lassen, bis ihr durch ordentliche Wege Rechtens ein anders wider ihn ausgeführet. Hieran ꝛc. seynd ꝛc. dat. Halle, d. 7. Aug. 1684.

Modus, huic ritui præscriptus in Saxonia.

§. CXXXVII. Cum vero hæc *prærogativa* facile in abusum trahi, nimiumque extendi queat, admodum prudenter facit princeps, si modum ei constituit, & quousque extendi debeat, lege publica determinat, ceu factum in Saxonia per *rescriptum de anno* 1713. quod exhibet B. HORNIVS *cit. l. c.* 1. *in f.* quod hic subiicere lubet: Wir sind zwar gnädigst erinnert, wessen wir euch, wegen der gesuchten general-Verordnung, wie es in Zukunfft, wenn ein oder anderer Gerichts-Herr, so das ius patronatus hat, oder nur ein Eingepfarreter, verstirbet, mit Abkündigung derer Todes-Fälle, mit dem Läuten, und mit der Kirchen-Trauer, bey der hin und wieder im Lande verspührten grossen Ungelegenheit, zu halten sey? am 30. Martii 1711. und 5. Aprilis jetztlauffenden Jahres, immittelst beschieden. Nachdem wir aber der Nothdurfft befunden, das Werck dahin zu reguliren, daß, so viel den Patronum der Kirche betrifft, wenn derselbe, sein Ehe-Weib, oder Anverwandte, in linea ascendente, als Vater, Mutter, Groß-Vater, Groß-Mutter, Schwieger-Vater, Schwieger-Mutter, und so weiter von beyden Eheleuten hinauf in linea recta,

Digitized by Google

Eta, wie auch seine Anverwandte in linea descendente verstorben, wenn nicht die Kinder allzujung, oder die Eltern selbst keine sonderliche Ceremonien zu machen gesonnen, die Abkündigung geschehe, und ihnen vier Wochen lang, gewöhnlicher massen, geläutet, auch mit Schlagung der Orgel und anderer Kirchen-Music ein halbes Jahr inne gehalten, und die Trauer-Bekleidung in denen Kirchen eben so lange, ausser an denen Empor-Kirchen und Stühlen, darinnen die Leidtragenden zu sitzen pflegen, und welche länger schwartz bekleidet bleiben können, zugelassen, in linea collaterali aber solches weiter nicht (wenn es anders so hergebracht, oder verlanget wird) als auf Brüder und Schwestern, und deren respective Eheweiber und Ehemänner, daferne jene als Wittwen verstorben, und den Namen behalten, diese aber sich nicht anderweit verheyrathet, extendiret, auch nur 14. Tage geläutet, mit der Orgel und Kirchen-Music aber gar nicht angestanden werden solle. So viel hingegen die eingepfarrten Gerichts-Herren betrifft, können wir zwar geschehen lassen, daß ihnen an Orten, wo es bisher üblich gewesen, und sonst gar nicht, acht Tage geläutet, jedoch weder Cantzel noch Altar, sondern allenfalls nur ihre Stühle, oder Empor-Kirchen mit Trauer-Tüchern zu behängen verstattet werden soll. Und begehren Wir dannenhero gnädigst, ihr wollet, daß bey vorkommenden Fällen sich hiernach geachtet werde, durchgehends behörige Verfügung thun ꝛc. Dat. Dresd. den 12. May 1713.

§. CXXXVIII. Vlterius (III) patronis debetur *honor sedis* in ecclesiis suis, & *primus locus* in processione. Honor sedis ex loco *honoratiori* & *nobiliori* æstimatur, qualis est *chorus* seu *sacrarium*, solis clericis sacratis dicatum, *c.* 26. *D.* 23. a quo exclusi erant laici, v. *c.* 23. *concil. Co-priniacens. de anno* 1255 apud HARDVIN. *tom. VII. p.* 478. vnde *presbyterium* etiam dictum. Imperatores tamen hac gaudebant prærogatiua, vt in *choro* sedem honoratiorem haberent. Testis est SOZOMENVS *lib. VII. hist. eccl. c* 25. *moris erat, vt imperatores intra consepta altaris in ecclesia considerent, honoris causa a populi multitudine separati.* AMBROSIVS tamen paulo fastidiosius hunc morem ferebat, & occasionem lapsu THEODOSII nactus, eum abolendum esse constituebat. THEODORITVS *lib. V. hist. eccl c.* 18. id non obscure indigitat, & relata pœnitentia THEODOSII, pergit: *cum autem tempus aduenisset, quo dona sacræ mensæ erant offerenda, surgens cum lacrimis non minoribus quam antea progressus est ad altare. Cumque obtulisset, intus ad cancellos subsli-*

Patrono debetur honor sedis in choro,

olim imperatoribus,

Ambrosio tamen reluctante,

tit, SICVT CONSVEVERAT. *Tunc rursus magnus Ambrosius silentium non tenuit: sed locorum discrimina quæ essent, docuit. Ac primum quidem interrogauit eum, quid vellet? Et cum imperator respondisset, præstolari se mysteriorum perceptionem; per archidiaconum ei significauit: interiora loca, imperator, solis sacerdotibus patent, reliquis omnibus inaccessa sunt & intacta. Abscede igitur & vna cum aliis consiste. Nam purpura imperatores facit, non sacerdotes. Quam itidem admonitionem æquo animo suscipiens fidelissimus imperator, renunciari iussit Ambrosio, se nequaquam arrogantia elatum inter cancellos substitisse, sed quia Constantinopoli eum morem esse didicisset.* Paulo humanius cum THEODOSIO agebat NECTARIVS, teste EODEM *cit. l. in f., nam cum festus quidam dies ipsum denuo ad ecclesiam adduxisset, oblatis ad sacram mensam muneribus suis, statim abscessit. Cumque ecclesiæ illius pontifex Nectarius rogaret, quamobrem intus non remansisset, suspirans respondit: vix tandem edoctus sum, quid esset discriminis inter sacerdotem & principem: veritatis magistrum vix tandem inueni. Vnum enim Ambrosium noui, qui episcopus dici mereatur.* Vtrum magis AMBROSII *ambitio* spiritusque tumidus, quem hac occasione præ se ferebat, an vero THEODOSII *seruile obsequium* in admirationem trahi debeat, incertus & anceps hæreo; neque enim talis prærogatiua inuidenda erat imperatori, cui ratio rei ecclesiasticæ haud repugnabat. Qua de causa in *concil. Quinisexto c.* 69. apud HARDVINVM *tom. III. concil. p.* 1687. antiquus mos confirmatus est: *nulli omnino licet, qui quidem sit in laicorum numero, intra septa sacri altaris ingredi: nequaquam tamen ab eo prohibita potestate & auctoritate imperiali, quandoquidem voluerit creatori dona offerre ex antiquissima traditione.*

& laicis nobilioribus patronisque,

§. CXXXIX. Latius hic honor propagatus, & *nobilioribus* communicatus, multo magis vero *patronis*, vtpote ecclesiarum suarum dominis & fundatoribus, quod plenius probat FRANCISCVS DE ROYE *de iur. honorif. lib. II. c.* 3. & inprimis prouocat ad *synodum Wigornien-sem de anno* 1240. *c.* 3. vbi hæc sancita: *ne laici sint in cancellis, dum celebrantur diuina, salua tamen reuerentia patronorum & sublimium personarum.* Hoc etiam præterea honori patronorum datum, vt possent sedilia *fixa* & *propria* habere, quod olim ceteris denegatum, vt indicat synodus Exoniensis *de anno* 1287. *c.* 12. apud HARDVINVM *tom. VII. concil. p.* 1089. *Statuimus, quod nullus de cetero quasi proprium sedile in ecclesia valeat vindicare, nobilibus personis & ecclesiarum patronis duntaxat exceptis,* quod ex *dominio* in ecclesias fluebat.

qui etiam sedilia fixa habuere aliis denegata.

§. CXL.

§. CXL. Huic (IV) accessit *honor sepulturæ*, vt non tantum in ipsa ecclesia, sed *loco* eiusdem *honoratiore* sepulchrum sibi suæque genti constituere possint. Supra tit. *de sepult.* fata sepulchrorum recensui ostendique, summum laicorum pruritum eligendi sepulchra in ecclesia, in qua regulariter nemini indulgebantur, excepris principibus aliisque, quorum merita in eam constabant. Non denegari ergo potuit *honor sepulturæ* patronis, quippe quibus ecclesiæ *fundatio* & *exstructio* accepta ferenda, & a quo presbyteri fere vnice alendi erant. conf. FRANC. de ROYE *cit. l. lib.* 2. *c.* 3. *p.* 50. Inde quoque factum videtur, vt absque patroni consensu nemini possit concedi sepultura in ecclesia, quippe quæ ad *ius patroni* pertinet, & inde *ius prohibendi* sibi recte asserit, quod illustrat ESPEN. *P. II. iur. eccl. tit.* 25. *c.* 7. §. 25. Debetur etiam iis honor sepulturæ,

§. CXLI. His addunt (V) quod ad egestatem si peruenerit, ab ecclesia alendus sit, *c.* 25. *X. h. t.* quod supra §. 18. iam declaraui, ostendique, olim ius aliquod præcipuum in eo patrono indultum non fuisse, cum *in genere* pauperes ex penu ecclesiæ fuissent alendi. Postquam vero clerici hoc *pietatis* officium deposuere, hodie etiam hac in re præcipuum aliquod ius iis recte adscribitur. Alia *commoda*, quæ ex bonis ecclesiæ suæ percipit, *tit. sq.* indicabuntur, cum hic tantum summatim *iura honorifica patronorum* tangam. Peculiarem eorum pertractationem suscepit *Michel du Perroy dans traité des droits honorifiques & vtiles des patrons*, quem *anno* 1720. edidit. & alimenta, si ad egestatem peruenerint.

§. CXLII. Quoniam vero, prout supra dictum, patronus pastorem nouiter ecclesiæ præpositum de bonis ecclesiasticis *inuestit*, & instar *domini feudi* habetur; eius quoque interest, vt bona conseruentur, augeantur, & recte administrentur. In quibusdam ecclesiis patroni constituunt administratores, quod a iure patronatus non alienum esse, obseruaui in *iure paroch. Sect. VI. c.* 1. §. 19. *in f.* In *matuo*, nomine ecclesiæ contrahendo, eius *consensus* desideratur, vt ostendi *ibid. c.* 2. §. 34. Interest rationibus reddendis, *ibid. c.* 3. §. 4. nomine ecclesiæ agit, & in eo fisci aduocato, nomine principis agere volenti, præferendus, *ibid. in supplem. p.* 545. adeoque si bona ecclesiæ nulliter, sine adhibitis requisitis, a lege præscriptis, alienata fuerint, ea reuocare non prohibetur. PACIONVS *in alleg. eiu. & can.* 167. *n.* 19. Num ergo ipsa bona ecclesiæ patronatæ sine eius *consensu* alienari possint? affirmant id ipsum sine vlla hæsitatione TONDVTI *de pension. c.* 30 *n.* 25. & PYRRHVS CORRADVS *in prax. dispens. apost. lib.* 9. *c.* 5. *n.* 13. ex hac ratione, quod in hac alienatione eius præiudicium haud versetur. Erroneam vero & futilem hanc esse Ius patroni circa bona, quæ sine eius consensu alienari nequeunt.

Digitized by Google

esse rationem, quilibet facile constituet, qui ius patronatus ex vera sua ratione, & non ex *placitis clericalibus*, quibus patronatus iura admodum infracta & conculcata sunt, æstimabit, cum multum omnino patroni interfit, bona ecclesiastica haud alienari, tum vt ex eorum reditibus ecclesiarum necessitati succurratur, tum etiam ne pastores indigeant. Neque hoc restringo ad bona, quæ a patrono vel eius maioribus profecta, vt putat CYPRAEVS *consult.* 2. *de reb. eccl. non alien. n.* 9. cum in vniuersum cura pro conseruandis rebus ecclesiæ patrono incumbat, & audiendus omnino sit, qui tali alienatione grauari posset, vt *ad tit. de reb. eccles. non alien.* §. 27. iam obseruaui.

Illustrationis gratia duo edicta referuntur.

§. CXLIII. Æquiores erga patronos principes protestantes esse, eorumque auctoritatem circa bonorum administrationem primario desiderare, duobus edictis ducis Brunsuicensis & Luneburg. GEORGII WILHELMI declarabo. Alterum præcipit, ne patroni a rationum redditione excludantur; alterum vero, vt, vbi receptum, vt patronis rationes reddantur, hoc iure quoque in posterum vtantur. Primum est huius tenoris:

Von GOttes Gnaden Georg Wilhelm, Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg.

Lieber Andächtiger und Getreuer, Wir fügen euch hiemit in Gnaden zu wissen, was massen uns unsere getreue Landschaft unterthänigst zu vernehmen gegeben, wie daß an einen oder andern Orts denen Patronen der Kirchen nicht wolle zugestanden werden, den abzulegenden Kirchen-Rechnungen beyzuwohnen, und dabey gehorsamst nachgesuchet, daß, wie doch verschiedenen bereits geschiehet, als auch den übrigen, welchen es bishero difficultirt worden, solches concediret werden möchte.

Wenn wir nun diesem ihrem unterthänigsten Gesuch um so vielmehr in Gnaden deferiret, als solches nicht nur gemeinen Rechtens, sondern es auch die Observanz bey den mehresten Consistoriis mit sich bringet, und dero Behuff denselben beykommende Resolution ertheilet haben: So befehlen wir euch hiemit in Gnaden, ihr wollet von nun an und inskünftige allezeit bey den abzunehmenden Kirchen-Rechnungen, die Patronos jedes Orts nicht nur unweigerlich admittiren, sondern auch, wenn Sie dienliche monita beytragen, solche in gehörige consideration ziehen, und Sie die Kirchen-Rechnungen unter-

Digitized by Google

unterſchreiben laſſen, daran geſchicht Unſer gnädigſter Wille, und Wir ſeyn euch in Gnaden gewogen. Gegeben auf unſerer Reſidentz Zelle, den 15. Maj. 1695. Alterum eſt huius tenoris:

Unſern freundlichen Gruß zuvor.

Würdiger, Wohlgelahrter, beſonders guter Freund.

Ihr wiſſet, was wegen der an vielen Orten im Lande wahrgenommenen Unrichtigkeit bey den Kirchen-Rechnungen, gleich an übrige Superintendenten im Lande, alſo auch an euch vor Verordnung unterm 22. Iulii a. c. dahin ergangen, daß ein jeder Prediger alle Jahr die Kirchen-Rechnungen ſeines Orts in gehöriger Form euch einzuſenden bedeutet werden ſoll, damit ihr ſolche nachſehen und die etwa nöthige monita dabey thun, und ſie darauf bey der haltenden ſpecial Kirchen-Viſitation abgenommen und juſtificiret werden können. Wie es nun mit ſolcher Verordnung die Intention nicht hat, daß die Kirchen, da die Patroni bishero die Rechnung alleine ohne eure Zuziehung einzunehmen hergebracht, darunter mit ſollen gemennet, oder die übrige Patronen davon excludiret ſeyn: alſo haben wir dieſelbe, zu Verhütung künftiges Diſputs, dahin hiemit declariren wollen, und habt ihr euch eures Orts darnach zu achten, und ſeyn euch zur freundlichen Willfahrung geneigt. Geben Zelle den 20. Dec. 1697.

Olim fructus vacantis eccleſiæ ſibi tribuebant.

§. CXLIV. In hoc olim non ſubſtitit ſollicitudo circa *bona eccleſiaſtica*, ſed liberiorem poteſtatem patronis, pro more illius temporis, in ea peperit, epiſcopis licet grauiter murmurantibus, & ringentibus, quod ſub titulo *guardæ* vel *cuſtodiæ* fructus *vacantis eccleſiæ* ſibi vindicauerint, prout iam ſupra §. 57. indicaui. Sine dubio in exemplum traxere mores regum principumque, qui *iure regaliarum* fructus vacantium beneficiorum regalium ſuos faciebant, quod nec epiſcopi, collatores beneficiorum eccleſiaſticorum, improbarunt, ſed exemplo proprio ratihabuerunt, vt *tit. de elect.* §. 66. & 67. & *tit. ne ſed. vac. quid innou.* §. 15. iam indicaui. Erat imperator *beneficiorum maiorum*, de quibus per *annulum* & *baculum* inueſtituram faciebat, *ordinarius collator;* ſimiliter *minorum* epiſcopi: iure *feudi* hæc conferebantur, & quando per mortem vacabant, eorum reditus iure *dominii directi* domino feudi interim aſſignandos eſſe veteres conſtituebant, quod, cum quoad *ſua beneficia* epiſcopi non improbarent, quoad *imperatorem* damnare non poterant, quo iure adhuc Gallia vtitur, vt tractatus de *iure regaliarum* coniunctim editi euincunt. Patroni haud deteriori conditione vti vole-

Digitized by Google

bant, sed vt collatores, vt *domini feudi*, sub titulo *custodiæ* aut *guardiæ* hos fructus beneficii sibi vindicabant, quo iure tamen vti desierunt, postquam *ius patronatus* admodum infirmatum, *ius instituendi* episcopis vindicatum, atque denique imperatores violentiæ papali succumbere coacti sunt.

Patroni olim iure spolii vtebantur.

§. CXLV. Præterea etiam imperatores & reges, decedente prælato a se inuestito, ius colligendi *spolia* defuncti sibi asserebant, quo vniuersa *bona mobilia*, de quibus disponere non poterat, sui iuris esse censebant, de quo egi *tit. de elect.* §. 68. Nec episcopi ab hoc abstinuere, imo & pontifex illud, postquam eo imperatores priuati sunt, ad sua reseruata traxit, vt *tit. de succeff. ab int.* §. 5 *sqq.* obseruaui, & fata *iuris spolii* plenius euolui. Doctrinam huius iuris ex mente canonistarum explicuere MARTINVS *ab* AZPILCVETA, GVILIELMVS REDOANVS, IOANNES AZORIVS, VINCENTIVS FILLIVCIVS, HIERONYMVS MAINALIA in vnum anno 1650. Romæ collecti & sub tit. *de spoliis ecclesiasticis* editi, in quibus tractatibus paparum reditus, ex hoc quæstu redundantes, illustrantur, quibus iungi debet *lib. VII. decret. tit. de spoliis clericorum.* Patroni olim eodem iure in plerisque ecclesiis vrebantur, quod permolestum episcopis erat, adeoque hoc omnibus modis prohibendum censebant. *In statut. synodalibus Moguntinis de ann.* 1310. apud LVNICHIVM *in contin. II. Spicileg. eccl. p.* 54 hac de re ita cautum est: *ad exstirpandam illam detestabilem corruptelam quorundam patronorum ecclesiarum, qui rectoribus eorum defunctis spoliant dotem & ecclesiam omnibus rebus mobilibus & interdum immobilibus in salutis propria dispendium & scandalum plurimorum, statuimus, vt siue clericus siue laicus hoc facere præsumserit, sit a iure præsentandi ea vice suspensus, & loci archidiaconus, & si ipse negligens fuerit, superior ecclesiam conferat ipsa vice. Vterque autem excommunicetur & artius euitetur, donec cum debita satisfactione restituat sibi ablata.* Idem prohibent *statuta synod. Ratisbon. de anno* 1512. apud EVNDEM *cit. l. p.* 840. & vtrumque ius, tum *fructus vacantis ecclesiæ percipiendi*, tum *spoliorum* damnant: *cum consuetudine aliqua induci non possit, vt laici, (prælatis ecclesiarum inuitis) bona ecclesiastica administrent;* (en principia clericalia noui iuris) *nonnulli patroni ecclesiarum, ecclesiis, quæ vacationis laborant incommodo, non verentes adhuc addere afflictionem, bona earundem ecclesiarum, morientibus eorum rectoribus, quæ in vtilitatem ipsorum*

Digitized by Google

rum expendi vel futuris deberent ſucceſſoribus reſervari, occupare & in ſuos vſus conuertere nituntur. Nos ſuper hoc vacantibus eccleſiis prouidere volentes omnes & ſingulos, qui vacantium eccleſiarum & decedentium clericorum bona de cetero, vt præfertur, vſurpauerint, a perceptione dominici corporis ſuſpendimus ipſo facto, & iure patronatus ſint pariter priuati. Intime hæc duo iura cohærebant; quia enim *fructus vacantis eccleſiæ* collatores ſuos faciebant, huc etiam clericorum decedentium *mobilia*, ex fructibus eccleſiæ quæſita, referebant, & *ſpolii* iure ſimul ſibi attribuebant. Morem hunc non ſatis probari potuiſſe credo; an autem magis hodie in curia Romana probari poſſit, alii viderint. Meo iudicio papa plus iuris in *ſpoliis clericorum* habere nequit, quam olim *principes, epiſcopi, patroni.*

§. CXLVI. Denique ſunt etiam quædam huius iuris onera, maxime *refectionem* reſpicientia, de quibus *tit. XLVIII* agendum. Plura præterea ex *iure epiſcopali* ad ſe traxerunt *patroni* quibusdam in locis ſub reformationis motibus, quæ *irregularia* ſunt, nec regulam conſtituunt, interim non facile mutanda, poſtquam *præſcriptione immemoriali* munita fuere. Quædam etiam vsque ad tempus *pacis Osnabrugenſis* dubia & ſub iudice fuere, deciſa tandem in *inſtrum. pacis*, vt quod *ius reformandi* concernit, de quo *lib. I. tit.* I. §. *LXIII. ſqq.* fundamenta allata ſunt. Modos *amittendi* ius patronatus non addam, qui nullis adeo ſcopulis ſubiecti ſunt, ab aliis ſatis explicati. vid. de ROYE *in prolegom. c.* 38. STEPHANI *de iur. patron. P. I. c.* 30. FINCKELTHAVS *de iur. patron. c.* 7. Remiſſiue alia iura adferuntur.

Digitized by Google

TITVLVS XXXIX.
DE
CENSIBVS, EXACTIONIBVS ET PROCVRATIONIBVS.

§. I.

Ordo dicendorum.

PLura hoc titulo coaceruantur *iuris eccleſiaſtici* capita, quæ ad commoda *prælatorum* & *patronorum* ſpectant. Inter hæc principatum fere tenent *procurationes*, quæ ob *viſitationem* ſoluuntur, *c.* 21. 23. 25. *X. h. t. c.* 2. & 3. *h. t. in* 6. *clem.* 2 cuius ratio ante omnia excutienda & illuſtranda. Neque enim vnice rubro, quod *viſitationis* doctrinam non tangit, inhærendum, ſed ipſi textus conſulendi, qui *ius viſitandi* & *officia viſitatorum* determinant, quorſum pertinent *c.* 21. 22. 23. *in f. h. t. c.* 1. *in* 6. §. 4. & *c.* 1. *extr. comm.* Hac de cauſa ad ductum huius tituli hunc ſeruabo ordinem, vt (I) vniuerſam *viſitationis doctrinam* præmittam; (II) deinceps circa *procurationes* occupatus ſim; (III) ſubinde ad *cenſus* eccleſiis impoſitos progrediar, & tandem (IV) reliqua *epiſcopalia iura* ſeu commoda ſubiiciam.

(I)
De viſitationibus eccleſiaſticis.

Auctores qui de hac materia ſcripſere.

§. II. Auctores, qui hanc exornarunt prouinciam, & *viſitationum* normam explicuere, tum inter *catholicos*, tum *proteſtantes* plurimi fuere. Potiores ſunt SOCINVS *de viſitat.* IO. FRANC. DE FAVINIS *de viſitat.* LVCAS ANTON. RESTA epiſcopus Andrienſis in *directorio viſitatorum ac viſitandorum cum praxi & formula generali viſitationis.* ALFONSVS VILLAGVT *in ſpeculo viſitatorum ac commiſſoriorum*, quod ſpeciatim contra clericos *regulares* & *ſeculares* in cauſis criminalibus directum eſt. PAVLVS SALODIVS in *praxi compendioſa de viſitat.* BALTHASAR ALTOMIRANVS *de viſitatione*, qui tractatus commentarium concilii Tridentini circa hanc materiam conſtituit. FELICIANVS Comenſis epiſcopus *in manuali viſitatorum.* NICOLAVS IANVARIVS *de viſitatione ac ſynod. diœceſ. & prouinc.* ADRIAN. BEHOTIVS *de antiquo iure procurationum.* BARTHOL. GAVANTVS *in prax. viſitat. epiſcopal.* FRANCISCVS IACOBVS *de modo viſitandi & corrigendi ſubditos.*

Digitized by Google

ditoi. Noſtrates magis per compendium quam diffuſiori opera in hoc campo verſati ſunt, inter quos nominandi CASPAR. ZIEGLERVS *de iur. viſitat. eccleſiaſt.* ERASMVS SARCERIVS von jährlichen Kirchen-*Viſitationen*, IO. & MVNSTER von der Kirchen-*Viſitation*, AHASVERVS FRITSCHIVS *de iure viſitandi eccleſ.* & FECHTIVS *de viſitatione domeſtica*, SPITZIVS *de procurat. canonica.* Hiſtoriam *viſitationum eccleſiaſticarum* ſuccincte iuxta ſeriem temporum illuſtrauit expoſuitque THOMASSINVS *P. II. de nou. & vet. eccleſ. diſcipl. lib.* 3. *c.* 77. *ſeqq.*

§. III. VISITATIO admodum eccleſiis vtilis & neceſſaria, quia potiſſimum conſiſtit in inquiſitione ſedula in *vitam* & *mores clericorum* & *laicorum*, vtrum *illi* officio ſuo recte fungantur; *hi* vero ex debito peragant, quæ religionis chriſtianæ praxis poſtulat, eum in finem certo tempore inſtituenda, vt, quæ *correctione* indigent, emendentur, operaque detur, ne res chriſtiana detrimentum capiat. *Neceſſitatem* hanc & *vtilitatem* agnouit non tantum praxis eccleſiarum omnium antiqua, quæ legibus certis modum viſitandi determinauit, ſed etiam *proteſtantium eccleſiarum* concors ſententia. In compendio eam delineat IOHANNES GEORGIVS elector Brandenb. in *ordin. viſitat. & conſiſt.* de anno 1685. p. 3. his verbis: Dieweil die *Viſitation* eine althergebrachte Chriſtliche Ordnunge, die aus beweglichen und vernünftigen Urſachen und darum eingeführet, daß die hohe Obrigkeit durch getreue fleißige Männer und Aufſeher die Kirchen beſuchen und von der Chriſtlichen Lehre und Sacramenten, ob auch Chriſti unſers lieben HErrn Befehlich nach, reine gelehret und adminiſtriret werden, oder ob Rotten, Secten, Unzucht und andere Laſter eingeriſſen, deßgleichen von Sitten und Schutz der Pfarrer, Beſſerung und Zunehmen der Zuhörer, auch der Kirchen- und Pfarr-Gebäude und Einkommen, davon man die Diener Göttl. Worts, Schulen, Hoſpitäle, Küſter und arme Leute unterhalten ſolle, und anderer Mängel in geiſtlichen Sachen Erkundigung nehmen laſſe. Eadem agnita *in ordin. eccl. Cellenſi de ann.* 1619. *tit.* Von der *Viſitation p.* 20. Weiln auch ohn fleißig Aufſehen der Obrigkeit gute Ordnungen nicht beſtändig ſeyn, zumahl aber in den Kirchen, als darin der Satan ſein Unkraut gemeiniglich gerne ſäet, Viſitationes hoch vonnöthen, ſolche Viſitationes auch in der erſten Kirchen aus bewegenden Urſachen gebräuchlich geweſen, und vorgenommen worden, damit man erfahren möge, daß die göttliche Lehre recht getrieben, ſo falſche Lehren ein-

Viſitationis neceſſitas & vtilitas, agnita etiam a proteſtantibus.

Digitized by Google

einreiſſen wolten, dieſelben abgewandt, und allenthalben ein chriſtliches gottſeliges Leben von Paſtorn und Zuhörern geführet, und alle befindende Mängel, ſonſten beſorg-ärgerliche Nachfolge beyzeiten zu verhüten, abgeſchaffet werden mögen, ſo ſollen ꝛc.

Præſuppoſita quædam quoad viſitationes primitiuæ eccleſiæ.

§. IV. Mores *antiquæ eccleſiæ* in verbis adductis in medium adferuntur, & laudantur. Vtrum ergo per tria priora ſecula *viſitationes eccleſiaſticæ* obtinuerint? paucis euoluendum. Præmitto ante omnia, (I) non hic ſermonem eſſe de *viſitatione domeſtica* & *priuata ſingulorum*, quæ frequens & vſitatiſſima fuit, eo tempore imprimis & neceſſaria & gratiſſima, quod tum contra perſecutionum tempeſtatem imminentem ſinguli eſſent confortandi; tum etiam quod feruentiſſimæ ſtudium pietatis tale commercium priuatum admitteret & promoueret, contra quod hodie ex variis cauſis *rigidiores* clamitant, murmurant, pugnant. (II) *Synodos* hinc inde habitas fuiſſe, in quibus de *defectibus eccleſiarum* emergentibus corrigendis actum, & ita figura quædam *inquiſitionis* obſeruata fuit, quæ ratio *viſitationum* per ſynodos poſtea ſpecialius determinata eſt. (III) *Voluntarias* quasdam *eccleſiarum viſitationes* ſuſceptas ab his fuiſſe, qui ſaluti earum, quibus periculum quoddam infectionis vel corruptionis imminebat, non ex quadam *iuriſdictione* aut pro *imperio*, ſed ex *cura paſtorali & puro amore* inuigilabant, adeoque eas cum iis conferri non poſſe, quæ poſtea iure *imperii* & *auctoritate imperatiua* ſuſceptæ ſunt ex neceſſitate *officii*, quod in *imperium ſacrum* degenerauit.

Viſitatio naturaliter eſt effectus ſollicitudinis, quam quis gerit.

§. V. Videlicet *viſitatio* in genere, quatenus ſoli eccleſiæ eiusque rebus haud applicatur, ſed in *ſolerti inquiſitione* eorum, quæ in aliqua *ſocietate* geruntur, conſiſtit, eſt *ſollicitudinis*, quam quis vi *officii* ſuſtinet, conſequens ſeu effectus naturalis. Ipſa *ſollicitudo* ſeu *cura* eſt vel *neceſſaria* vel *voluntaria*. Illa cohæret *officio* ſeu muneri, cui quis admotus eſt, quod ſimul eam determinat: hæc vero *libere* ſuſcipitur circa res liberi arbitrii vel ex ratione proprii *emolumenti*, vel ex officio *humanitatis*, vel ex alia cauſa. Talem ſollicitudinem ſuſcipit ſponte negotiorum aliorum geſtor, ex qua ſuſceptione ad omnem diligentiam obligatur, adeoque ſi ipſemet negotiis alienis adminiſtratorem præfecerit, eum *obſeruare* eiusque geſta *inſpicere* debet, ne male adminiſtret, quod *viſitationem* quandam conſtituit. Singulis permiſſum eſt inquirere in geſta *tutorum*, eosque, ſi male verſari illos, inſtituta *viſitatione*, animaduerterint, ſuſpecti poſtulare. *l. 44. de negot. geſt. §. 3. J. de ſuſpect. tut.* Bonus *paterfamilias* ſollicitudinem gerit pro rebus domeſticis, & ex illa ſecundum regulas prudentiæ œconomicæ in omnia inquirit,

Quæ vel neceſſaria vel voluntaria.

quæ

quæ domeſticis ſunt concredita, eos viſitat, obſeruat, eorum acta examinat, & quos male verſari deprehendit, caſtigat vel domo eiicit.

§. VI. Sollicitudo *neceſſaria*, quæ muneri iniuncto cohæret, vel coniuncta eſt cum *imperio* quodam, vel ſine illo, *ſimplicique directione & inſpectione* abſoluitur. Vtraque habet adiunctam quandam *viſitandi* obligationem, prout officii rationes ipſam poſtulant. *Huius*, quæ ſine *imperio* eſt, exemplum occurrit in tutoribus honorariis, qui dantur quaſi *obſeruatores* actus collegæ adminiſtratoris, *& cuſtodes; aſſidue enim & rationes ab eo exigere eos oportet, & ſollicite curare, qualiter conuerſetur*, vt ait ICtus in *l. 3. §. 2. de admin. & peric. tut.* Quid autem aliud ſunt *viſitatores*, quam *cuſtodes*, *obſeruatores & inſpectores morum & negotiorum?* Collegia etiam tales *inſpectores* conſtituunt, qui, quæ ad res & negotia collegii ſpectant, viſitant, inſpiciunt, & examinant, vt omnia recte & in commodum ſocietatis expediantur & peragantur. Simile quid obſeruaui in *directoribus domum religioſarum*, de quibus diſtinctius egi ad tit. *de relig. domib.* Sollicitudo neceſſaria ſine imperio,

§. VII. *Sollicitudo*, quæ cum *imperio* coniuncta, eoque intuitu *publica* dici poteſt, *imperantium officio* continetur, atque varias *viſitationum* ſpecies producit. Generaliter enim imperanti cuiuis *inſpectio vniuerſalis* in omnia ea, quæ in republica geruntur & fiunt, incumbit, vt videat, ne quid detrimenti ea accipiat. Sunt enim tanquam in *ſpecula publica* conſtituti, obſeruantes, quemadmodum ſe vnusquisque ſubditorum gerat in officio ſibi concredito. Eſt vero rurſus hæc *inſpectio* aut *viſitatio* vel *immediata* ſeu *delegata*. Illa a principe *immediate* exercetur, quam olim reges Francorum curæ cordique quandoque habebant. Eo vero rarius hæc viſitatio inſtitui ſolet, quo maiores deſiderat ſumtus, ſubditos grauat, aliaque incommoda parit, adeo vt HINCMARVS *tom. II. oper. epiſt. 4. c. 14.* LVDOVICVM Germaniæ regem ab ea retrahere voluiſſe videatur. vel cum imperio. Inde viſitatio immediata.

§. VIII. *Delegata* per *officiales* peragitur, eſtque rurſus vel *ordinaria* vel *extraordinaria*. Hæc eſt, quam ſuſcipiunt peraguntque ad viſitandas prouincias deputati ex mandato principis, & ſic *publica auctoritate* imperio munita, quos toties imperans conſtituere, & in prouincias mittere poteſt, quoties ſalus reipubl. id poſtulat Extra ordinem tales viſitationes adornaſſe, & circuitores in prouincias ablegaſſe ex inſtituto CYRI reges Perſarum, teſtis eſt XENOPHON. *lib. VIII. Cyrop. ed. p m.* 232. *Circumit hinc inde quiſpiam regiones cum exercitu ſingulis annis, qui, ſi ſatraparum aliquis indiget auxilio, ſert ei auxilium: ſi quis inſolenter* Mediata extraordinaria apud Perſas.

ſe

Digitized by Google

ſe gerit, eum ſanam ad mentem reuocat. Quodſi quis vel tributum adferre negligit vel incolas tueri, vel vt terra culta ſit, vel aliquid aliud ex dis, quae ſunt imperata, praetermittit, haec ille corrigit omnia. Si vero nequeat facere, regi denunciat. Is vbi rem audit, de eo, qui ſpreto imperio ſe contumaciter gerit, deliberat: ac ſaepenumero ii, de quibus dicitur, regis filius deſcendit, regis frater, regis oculus: licet aliquando non conſpiciantur, circuitores illi ſunt. Nam vnusquisque horum e via reuocatur, vbi res ita iubet. Prouinciam hanc quoque olim apud Francos obi-

Francos

bant *miſſi regii*, qui & *dominici* ſiue *regales* appellabantur, mittebanturque in prouincias, vt in epiſcoporum, abbatum comitumque adminiſtrationem per modum *imperii*, quo inſtructi erant, inquirerent, geſtorum omiſſorumue rationes exigerent, & quae emendanda erant, corrigerent; ſi autem talis cauſa fuerat, quae per eorum auctoritatem emendari haud poterat, ad notitiam regis deferrent. vid. *lib. II. c.* 26. 27. & 28 *apud* BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 744. vbi plenius officium eorum determinatur. Hac de cauſa HINCMARVS *cit. l.* regi Germaniae LVDOVICO hanc ſuggerit admonitionem: *miſſos tales per regnum conſtituite, qui ſciant, qualiter comites & ceteri miniſtri reip. iuſtitiam & iudicium populo faciant.* Conf. LEHMANN. *in chron. Spir. lib. II. c.* 10. Speciatim de huiusmodi *viſitationibus* agit AHASVERVS FRITSCHIVS *de viſitat. prouinc. vtiliter inſtituendis* von Land-*Viſitationen*, vbi etiam *c. IV.* ſpecialem cata-

Ordinaria.

logum eorum punctorum in quae inquiri debeat, refert. *Ordinaria* eſt, quam quis vi *officii*, quod gerit, peragere debet, circa ea, quae ad munus ipſi demandatum pertinent. Ad officium *proconſulis* inter alia olim in *l.* 7. §. 1. *de offic. proconſ.* hoc relatum: *aedes ſacras & opera publica inſpiciendi gratia, an ſarta tectaque ſint, vel an aliqua refectione indigeant, & ſi quae caepta ſunt, vt conſummentur, prout vires eius reip. permittunt, curare debent.* Praeſidi prouinciae viſitatio & totius prouinciae cura commendata erat, vt pacata atque quieta prouincia eſſet, & malis hominibus purgaretur. *l* 3. *in f. l.* 13. *pr. de offic. praeſ. nou.* 128. *c.* 21.

Viſitatio eccleſiaſtica non ex ſe eſt ex iurisdictione, nec olim fuit.

§. IX. Haec praemittenda fuere, vt de ratione & *antiqua* & *hodierna viſitationum eccleſiaſticarum* eo rectius iudicium formari poſſet. In eam enim ſententiam hodie communi interpretum ſententia itum eſt, viſitationes eccleſiaſticas eſſe *iurisdictionis eccleſiaſticae*, & *imperii ſacri* annexum & effectum certiſſimum, adeoque inde colligunt, etiam olim in primitiua eccleſia tum *apoſtolos*, tum *epiſcopos* in viſitationis huius negotio euidentiſſima *imperii ſacri* edidiſſe documenta, quem errorem ante omnia ex principiis adductis, & in recta ratione fun-

fundatis euellere ſtudebo. Id enim, prout ſæpius monui, plurimis familiare eſt, vt eundem rerum ſtatum, quem præſentes oculis intuentur & mente concipiunt, olim etiam obtinuiſſe, ſibi imaginentur, aliisque perſuadere conentur, in quo grauiſſime peccatur.

§. X. Apoſtoli, vt *miſſi dominici*, & legati a Chriſto in vniuerſum orbem deſtinati, in ea erant prouincia conſtituti, vt rei chriſtianæ *vniuerſalem curam* gererent, non *iure* quodam *imperii*, a quo alieniſſimi erant, ſed ſimplicis *directionis*, quæ magis ſuadet, conſulitque quam neceſſitat. Hæc ſollicitudo, a Chriſto illis concredita, eos quoque, & quos in adiutorium aſſumſerant, inducebat mouebatque, vt eccleſias plantatas, data occaſione, inuiſerent, & quæ emendanda erant, monitis conſiliisque optimis reformarent ordinarentque, quem ſcopum ſibi etiam propoſuit PAVLVS in *eccleſia Corinthiaca* viſitanda. 1 *Cor. XI*, 34. Huc pertinent *apoſtolorum itinera*, in *actis apoſt.* deſcripta, quæ & pro plantandis nouis eccleſiis & pro plantatis inuiſendis inſtituebantur. Ita enim PAVLVS *act. XV*, 36. alloquitur Barnabam: *Reuerſi inuiſamus fratres noſtros oppidatim, in quibus annunciauimus ſermonem Domini, cogniturι, quomodo ſe habent.* Et *v.* 14. *Perambulabat autem Paulus Syriam & Ciliciam confirmans eccleſias.* TITI etiam ſollicitudo in inſula Creta, a PAVLO *ep. I*, 5. ei demandata, huc pertinet, vt & TIMOTHEI *apoſtolica functio*, quos muneris apoſtolici ſocios PAVLVS ſibi adſciuerat, vt oſtendi in *diſſ. iur. eccl. antiq. diſſ. VII.* §. 9. *ſeq.* Oppido ſine dubio errant, qui *archiepiſcopos* hos in certa prouincia conſtitutos fuiſſe, & ſub hac *qualitate archiepiſcopali* viſitationem in prouinciis ſibi decretis obiiſſe cenſent, quale *ſchema politicum* adhuc ignorauit eccleſia, vt alibi contra EVSEBIVM *lib. III. hiſt. eccl. c.* 4. a me demonſtratum eſt. Ne quidem oſtendi poteſt, apoſtolos fuiſſe *epiſcopos* aut *papas*, h. e. *iurisdictione epiſcopali* ſeu *papali* indutos, a qua vel ideo abhorrere debebant, quod omnem dominatum ſaluator eis interdixerat. *Fraterno iure*, quod *æqualitatem*, non *ſubiectionis* obligationem in ſe complectitur, cum chriſtianis quibuslibet & eccleſiis agebant, & ita *ſollicitudo*, quam pro omnibus eccleſiis gerebant, 2 *Cor. XI*, 28. non ex *imperio* quodam *ſacro*, ſed ex generali officio *doctorum*, ab omni *imperio* libero, quod illis a CHRISTO concreditum erat, deducenda, inſimulque *viſitatio* eccleſiarum ex eodem fonte haurienda erat.

Apoſtoli curam rei chriſtianæ gerebant ſine imperio, et eodem modo eccleſias viſitabant.

§. XI. Apoſtolis vario mortis genere exſtinctis, ſingulæ eccleſiæ directioni epiſcoporum & presbyterorum ſuberant, adeoque ſi

Apoſtolis exſtinctis viſitatio magis do-

Digitized by Google

meſtica obtinebat, quæ *viſitatio* hic concipi poteſt, illa magis *domeſtica* & *priuata* ſine vllo *imperio*, quam *publica* erat, prout hodie concipitur. Singulis enim eccleſiis *epiſcopi* præpoſiti erant: *parochiæ* ignorabantur: in ipſis eccleſiis *ruralibus* epiſcopi conſtituti erant, ciuitatenſibus haud ſubiecti, adeoque ne quidem ad hos *viſitatio* applicari poterat: omnes epiſcopi æquali poteſtate præditi: neuter alteri ſubiectus, nec archiepiſcoporum *iurisdictio ſacra* cognita, cum adhuc CYPRIANVS ſuo tempore huic libertati, quam

deficientibus diœceſibus. inclinare animaduertebat, patrocinium ſtrenuum geſſerit. Quis ergo *ſuo iure* vel ex *iurisdictionis* poteſtate *viſitandi ius* ſibi aſſeruiſſet, cum diſtricti tales, & diœceſes deficerent, per quos hodie *viſitationes* inſtituuntur. Etiam in ciuitatibus amplißimis *vna* tantum erat *eccleſia*, cui quotidie inuigilabat epiſcopus præſens cum presbyterio, nec *viſitatio*, niſi *domeſtica*, locum habere poterat.

Erat tamen ſpontanea quorundam epiſcoporum viſitatio aliarum eccleſiarum, §. XII. Enimuero, quod iure *imperii ſacri*, vel *iurisdictionis eccleſiaſticæ* vel denique *directionis* hi, quos cura tangebat omnium ecclesiarum, ex inſigni quodam amoris purioris adfectu, facere non poterant, *ſponteneo motu* ſæpe præſtabant, eamque prouinciam ſibimet ipſis *ſponte* imponebant, quæ ad *ſpeciale munus*, illis demandatum, non pertinebat. Plus eo tempore præſtabat *ſinceritas fidei viuidæ* & *amoris vinculum*, quam *imperii ſacri* turgida & ambitioſa poteſtas. Hæc poſtea inualit eccleſiam, eiusque iuræ, poſtquam fidei & amoris chriſtiani ædificium ſolidum ruinam minari cœpit, quo facto ſingulorum poteſtas ad *diœceſin* reſtricta, & *viſitationes ordinariæ* inſtitutæ, cum iure *prohibendi* alios, ne actum, quem *imperii ſacri* eſſe volebant, extra ſuam perage-rent eccleſiam ſeu diœceſin.

& quidem precaria, §. XIII. Erant vero *viſitationes*, ante *imperii ſacri* ſtructuram finesque ei poſitos, vſitatæ I) *precariæ*, ſolo officio *pietatis* ſuſceptæ pro emendandis, quæ inordinate gerebant, vel eradicandis falſis doctrinis:

neceſſitate vrgente, aliquando per ſynodos. (II) *pro re nata ſuſceptæ*; neque enim aliter laborantibus eccleſiis ſuccurrendum erat, quam diſcrimine quodam imminente, adeoque *ordinariæ* deſiciebant: (III) vel *ſigillatim*, vel a pluribus *collectiue* congregatis peractæ; cum nonnunquam etiam *ſynodi* ea de cauſa fuerint coactæ, ſi contagio infectionem quandam huius vel illius eccleſiæ minari videbatur, quæ etiam per plura ſecula inter *viſitationum* ſpeciem, pro reformando clero inprimis, relatæ fuerunt.

Exemplum in mißis ab eccleſia Romana ad Corinthiacam. §. XIV. Illuſtremus hæc exemplis quibusdam ex antiquitate depromtis. Poſt diſceſſum apoſtolorum non leuis *ſeditio* coorta erat in *eccleſia Corinthiaca*, cuius etiam facit mentionem EVSEBIVS *lib. III. hiſt.*

hist. eccl. c. 16. ad quam sedandam CLEMENS, nomine *ecclesiæ Romanæ*, scripsit elegantem, & viuidum amorem spirantem epistolam, qua non tantum ad *pacem & vnionem* fraternam eos sollicite adhortatur, & qui contra quosdam presbyteros insurrexerant, seditionesque excitauerant, redarguit, sed etiam Claudium, Ephebum, Valerium, Vitonem & Fortunatum ex gremio ecclesiæ Romanæ ad prædictam ablegauit ecclesiam, vt turbas sedarent, animosque dissociatos ad pristinam reducerent vnionem. In fine enim *epistolæ* apud COTELERIVM *in collect. patrum, qui tempor. apost. floruerunt vol. I. p.* 180 *ex edit.* CLERICI hæc addit: *Missos autem a nobis, Claudium, Ephebum, Valerium, & Vitonem, cum Fortunato in pace cum gaudio ad nos breui remittite, vt citius optabilem nobisque desideratissimam pacem & concordiam annuncient, quo & nos de vestra tranquillitate ocyus gaudeamus.* Solo *pietatis* desiderio & fraterno amore hæc adornata atque suscepta erat *legatio* pro reformanda ecclesia Corinthiaca, non ex *sacra* quadam *potestate suprema*, qua *ecclesia Romana* adhuc eo tempore destituta erat. Visitabant ergo prædicti nuncii *ecclesiam Corinthiacam* pro re nata, & quæ emendatione indigebant, adhortationibus precibusque corrigendum suadebant.

§. XV. Vbi imminebant grauissimi *errores* in fide, ab hæreticis per ecclesias passim sparsi, episcopi, inter ceteros dono singulari diuino instructi, visitabant ecclesias infectas, easque ab omni labe purgabant. Eam sollicitudinem pro salute omnium ecclesiarum gerebat Smyrnensis episcopus POLYCARPVS, Marcione, Valentino, aliisque ecclesias sua doctrina praua inquinantibus. Laudat eius industriam singularem IRENAEVS, cuius verba etiam refert EVSEBIVS *lib. IV. histor. eccles. c.* 14. *Idem Aniceti temporibus Romam veniens multos ex supra dictis hæreticis ad ecclesiam DEI reuocauit, hanc vnam & solam veritatem se ab apostolis accepisse prædicans, quæ ab ecclesia traderetur.* IDEM *lib. IV. h. e. c.* 23. testatur, DIONYSIVM Corinthiorum episcopum *non solum populis sibi commissis, verum etiam aliarum regionum & vrbium incolis diuinos laborer suos prolixe communicasse, omniumque commodis vtilitatique inseruiisse.* *Communis* adhuc pro salute ecclesiarum eo tempore erat *cura*, quæ singulos, in fide præstantes, inuitabat, vt visitationes huiusmodi susciperent. Generatim *hanc curam* inculcat commendatue CYPRIANVS *epist.* 68. *edit. Brem.* &, *Idcirco*, ait, *copiosum corpus est: sacerdotum concordiæ mutuæ glutine atque vnitatis vinculo*

Aliud visitationis precariæ exemplum in Polycarpo,

& Dionysio,

ex cura generali a Cypriano adhuc laudata

Digitized by Google

culo copulatum, vt, si quis ex collegio nostro hæresin facere atque Christi gregem lacerare & vastare tentauerit, subueniant ceteri, & quasi pastores vtiles & misericordes oues dominicas in gregem colligant. In quo autem hoc subsidium consistat, paulo post addit: *Cum ergo pastoribus talibus, per quos dominicæ oues negliguntur & pereunt, sic dominus comminetur, quid nos aliud facere oportet, frater charissime, quam colligendis & reuocandis Christi ouibus exhibere diligentiam plenam, & curandis lapsorum vulneribus paternæ pietatis adhibere medicinam -- nam etsi pastores multi sumus, vnum tamen gregem pascimus & oues vniuersas, quas Christus sanguine suo & passione quæsiuit, colligere & fouere debemus.* Nec alia fuit mens cleri Romani, tempore sedis vacantis ita ad CYPRIANVM scribentis: *quod autem pertinet ad Priuatum Lambesitanum*, de hæresi commisctum, *pro tuo more fecisti, qui [illegible] nobis sollicitam nunciare voluisti; omnes enim nos decet pro corpore totius ecclesiæ, cuius per varias quasque prouincias membra digesta sunt, excubare.* vid. *oper.* CYPRIANI *epist.* 36. Hac de causa, exorto schismate in ecclesia Romana per NOVATIANVM contra CORNELIVM, concilium Carthaginense ablegauit ad ecclesiam Romanam CALDONIVM & FORTVNATVM, vt seditionem coortam sedarent, animosque diuisos vnirent, ceu docet CYPRIANVS *epist.* 45. & 48. vid. AVCTOR. *de la vie de S. Cyprien lib.* 3. *p.* 212. *seqq.*

& a presbyteris ecclesiæ Romanæ agnita.

Aliud exemplum ecclesiæ Carthaginensis.

Paulatim ecclesiæ per singulas prouincias constitutæ inter se vnitæ sunt.

§. XVI. Hæc sollicitudo pro ecclesiis quibuscunque aliis, earumque integritate conseruanda, eo tempore instar *visitationis* erat, cum singuli episcopi nondum *diœcesin* haberent, sed per *singulas ecclesias* essent ordinati, adeoque talis visitatio, quæ postea nata est, nondum locum habere posset. Ceterum quia paulatim ecclesiæ, in *vna prouincia* constitutæ, in quoddam corpus arctius coalescebant, & communi consilio episcopi *vnius eiusdemque prouinciæ* rebus ecclesiarum illius prouinciæ prospiciebant, *synodi prouinciales* inde ortæ sunt, quæ de his, quas postea episcopi primarii ad suas *visitationes* traxere, decernebant, & quæ emendatione indigebant, reformabant. In tali concilio deponebantur episcopi a comprouincialibus, causæ lapsorum tractabantur, & quæ ad *vigorem disciplinæ ecclesiasticæ* pertinebant, decernebantur, vt plenius ex scriptis CYPRIANI liquet. Primum locum in iis tenebat, vel qui *senior* erat, vel sedem in ipsa *metropoli* habebat; hic primario ad se eam reuocabat sollicitudinem, de qua dixi, adeoque non improbabile est, eum quandoque, necessitate ferente, alias visitasse ecclesias, & inordinata vel sananda pro virili emendasse.

Inde synodi prouinciales ortæ, reformandis defectibus inuigilantes,

inprimis earum præsides.

§. XVII.

Digitized by Google

§. XVII. Enimuero seculo IV. status ecclesiarum iam ita formatus compositusque fuit, vt *visitationes episcopales* per propriam *diœcesin* institui potuerint. Plures iam *parochiales ecclesiæ* in vna ciuitate conditæ, ruralesque subiectæ episcopo ciuitatensi: quibusdam iam amplior quædam diœcesis obtigerat, atque paulatim quædam sedes episcopales varia acceperunt augmenta, acceſſionesque nouarum ecclesiarum subditarum fecerunt, quæ curam *visitationum* auxerunt. His ita constitutis, remissior facta est sollicitudo illa antiqua episcoporum pro *communi ecclesiarum salute*, nisi quod in *hæresibus exstirpandis* quidam adhuc occupati essent, prouinciasque ecclesiasticas peragrarent. Ab hoc tempore magis magisque *visitationes*, ex *cura pastorali* suscipiendæ, sunt certo iure determinatæ, variisque legibus circumscriptæ. Celebris *visitatio* seculo IV. occurrit, ab ATHANASIO susceptа, quæ tot calumnias postea in eum excitauit Mareotes ager erat Alexandriæ, cuius ecclesiæ episcopo Alexandrino subiacebant, ita tamen vt singuli pagi, quorum numero decem erant, suos presbyteros haberent, vt constat ex *epist. synodica* apud ATHANASIVM *tom. I. p.* 802. Vbi eas ecclesias visitabat ATHANASIVS, duplex inde nata calumnia, quam in *apol. II. ibid. p.* 781. his refert verbis: *Ischyras quidam, vt nequaquam clericus, ita moribus improbissimus, conatus est, sui pagi incolas decipere, iactans, se clericum esse: id vbi resciuisset eius loci presbyter, mihi tum* ECCLESIAS PERLVSTRANTI (*περιεχομένῳ μοι τὰς ἐκκλησίας*) *nunciauit. Ego igitur illum ipsum cum Macario presbytero ablego ad Ischyram accersendum, quem cum morbo decumbentem in cubiculo inuenissent, patri iniunxere, vt filio denunciet, ne tale quid, quod deferebatur, tentaret.* Hoc facto ille sese Meletianis iunxit, qui mox fabulam composuere, a Macario calicem fractum; Arsenium vero episcopum ab Athanasio interfectum fuisse. Plusquam hostilis fuisset hæc *visitatio*, si vera fuisset fabula, quæ tamen tot turbis postea causam dedit. vid. SOCRATES *lib. I. hist. eccl. c.* 27.

Seculo IV. diœceses constitutæ & parochiales ecclesiæ.

Inde visitationes ecclesiarum ab episcopis ex cura pastorali susceptæ.

§. XVIII. Sicuti vero hoc seculo *imperii sacri* fulcra quodammodo in *potentioribus ecclesiis* iacta erant, ita quoque *ius visitandi* ecclesias illi primario adscriptum, & lites de hoc iure ex *iurisdictionis ecclesiasticæ* limitibus compositæ. Certabant seculo IV. episcopi Arelatensis & Viennensis de *primatus* honore, seu de *iure metropolitico*, cum metropoleos episcopus *primas* eo tempore diceretur, obseruante PETRO de MARCA *de primat. Lugdun. §. 2. seqq.* Fata huius controuersiæ plenius enarrant FRANCISCVS HALLIERIVS *lib. IV. de hierarch.*

Cura pastoralis mox imperii sacri naturam assumsit, & ex eo visitationes susceptæ.

Digitized by Google

eccleſ. c. 2. *a.* 4. COINTIVS *in annal. eccl. Francor. ad ann.* 508. *n.* 56. *ſeqq. p.* 264. *ſeqq.* Ab hac controuerſia dependebat quæſtio de *iure viſitandi*, quia vero illa nondum plene deciſa erat, conſtitutum *anno* 398. in *concilio Tauritanenſi c.* 2. apud HARDVINVM *tom. I. concil. p.* 958. per decretum prouiſionale: *Certe ad pacis vinculum conſeruandum, hoc conſilio vtiliore decretum eſt, vt ſi placet memoratarum vrbium* (Arelatenſis & Viennenſis) *epiſcopis, vnaquæque de his viciniores ſibi intra prouinciam vindicet ciuitates, atque eas eccleſias viſitet, quas oppidis ſuis vicinas magis eſſe conſtiterit: ita vt memores vnanimitatis atque concordiæ, non alter alterum, longius ſibi vſurpando quod eſt alii propius, inquietet.* Eodem iure quoque epiſcopi in ſua diœceſi viſitabant ecclelias, & in eo actum quendam *imperii ſacri* collocabant, quamuis 1) hoc nondum *independens* eo tempore eſſet a *poteſtate ciuili*, vt mox oſtendam: 2) quidam adhuc more epiſcoporum antiquo, ingraueſcentibus hæreſibus, eccleſias extra ſuam diœceſin viſitarent, nutantes in fide firmarent, impedirentque, ne ſemina errorum radices agerent. Talem ſollicitudinem pro omnibus eccleſiis geſſerunt BASILIVS & GREGORIVS, vt teſtatur SOCRATES *lib. IV. H. E. c.* 19. *Gregorius autem Nazianzi vrbis perexiguæ epiſcopus idem, quod Baſilius præſtitit; nam & ipſe vrbes circumeundo, ſegnes & languentes in fide corroborauit.* Hæc *viſitatio* adhuc ex *ſollicitudine* pro ſalute eccleſiarum communi permittebatur, nec deſuper iis de *violata iuriſdictione eccleſiaſtica* lis mouebatur, cum nondum *vnice* ad ſchemata politica omnia componerentur.

Certa tempora viſitationibus præſtituta.

§. XIX. Quia vero viſitatio ſimul *onus* quoddam continebat, & tamen eccleſiæ admodum vtilis erat, ad quorundam epiſcoporum ſegnitiem coërcendam, qui hoc onus ſubterfugiebant, certa *tempora* conſtituta ſunt in conciliis, quibus *viſitationes* fierent. Ad minimum *ſingulis annis* eas ſuſcipiendas eſſe indigitant canones, a GRATIANO *c.* 10. *q.* 1. collecti. Nam in *concilio Tarraconenſi anno* 516. *c.* 8. ita edixere patres: *decreuimus, vt antiquæ conſuetudinis ordo ſeruetur, & annuis vicibus ab epiſcopo diœceſes viſitentur* vid. *c.* 10. C. 9. *q.* 1. In *concilio Toletano IV. c.* 35. anno 633. apud GRATIANVM *cit. l. c.* 11. idem confirmatum: *epiſcopum per cunctas diœceſes parochiasque ſuas per ſingulos annos ire oportet.* Additur tamen: *quodſi ipſe aut languore detentus aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiuerit; presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui reditus baſilicarum & reparationes & miniſtrantium vitam inquirant.* Ita vero deſidiæ epiſcoporum nimis indultum eſt, qui ei vt plurimum occupationes prætendunt, quo prætextu vti non

vt ſingulis annis fierent,

Digitized by

potuiſſent, ſi ſimpliciter illis viſitatio iniuncta, & prætextus *occupationum* iis ademtus fuiſſet, vt recte iudicat STEPHANVS, BALVZIVS *in not. ad Agobardum p.* 41. Iura hæc antiqua confirmata ſunt in capitularibus regum Francorum. *Capitul.* CAROL. M. *de anno* 769. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 191. *c.* 7. & *p.* 1050. 1057. 1129. ita ſtatutum: *Statuimus, vt ſingulis annis vnusquisque epiſcopus parochiam ſuam ſollicite circumeat, & populum confirmare & plebes docere & inueſtigare, & probibere paganas obſeruationes, diuinosque vel ſortilegos aut auguria, phylacteria, incantationes vel omnes ſpurcitias gentilium ſtudeat.* Similiter *p.* 1175. *Vnusquisque epiſcopus ſemel in anno circumeat parochiam ſuam.*

quod in capitularibus confirmatum.

§. XX. Hæc *annalis viſitatio*, ad quam epiſcopi adſtricti erant, vi *officii* & *inſpectionis*, quam gerebant, primis eccleſiæ patribus non ſufficere viſa fuit, quorum ſollicitudo pro eccleſiarum ſalute tam grauis & inſignis erat, vt præter hanc *ordinariam epiſcopalem viſitationem* ſubſidiarias & quotidianas fere, vicaria ope, inſtituendas eſſe cenſerent, quod officium quibus ab epiſcopo impoſitum erat in oriente, *περιοδευταὶ* dicti ſunt, de quibus plura egregia concinnauit GVSTAVVS GEORG. ZELTNER, profeſſor Altorffinus, *de periodeutis vet. eccl. reſtituend.* Olim *medicos* ita dictos fuiſſe auctor eſt MODESTINVS in *l.* 6. §. 1. *de excuſ.* aiens: *medici, qui περιοδευταὶ i. e. circulatores vocantur, a muneribus requiem habent.* Hos nomen vel inde accepiſſe videntur, quod in circumeundo per ædes, & viſitandis ægris eſſent occupati, vt prælaudatus *auctor c.* 1. §. 7. cum clariſſ. OTTONE *de ædilib. colon. c. VI. n.* 7. cenſet. Vnde *viſitatio* paſſim *circumitio* vocatur & viſitatores *circuitores.* Enimvero hoc prædicatum in peculiari ſenſu *ſeculo* inprimis *quarto* auditum, & muneri eccleſiaſtico attributum, quod in *circumeundo & viſitando* conſiſtebat, cuius rationes peculiares multis ſubiectæ ſunt ſcopulis.

Erat etiam extraordinaria viſitatio, periodeutis commiſſa in oriente

seu circuitoribus,

§. XXI. A *chorepiſcopis περιοδευταὶς* haud fuiſſe diſtinctos, olim cenſuit inter alios PETRVS *de* MARCA *lib. II. de conc. S. & I. c. XIII.* §. 6. cuius ſententiam ſub examen reuocaui & refutaui *in obſeruat. X. ad* PETR. *de* MARCA *cit. l. Chorepiſcopi* erant epiſcopi in villis vicisque, quia per tria priora ſecula nulla erat eccleſia certo quodam loco collecta, quæ *epiſcopo* deſtituta eſſet, quod *in diſſert. iur. ant. eccl. ad Plin. & Tertull. diſſ. V.* plenius euici. Id vero geſta ſeculi IV. docent, epiſcopos ciuitatum pro iis abolendis vel pro ſtatu eorum imminuendo, eisque epiſcopis ciuitatenſibus ſubiiciendis admodum fuiſſe ſollicitos. Hac de cauſa *concil. Laodicen. c.* 57. ita cenſuit: *non oportet in vicis & villis epiſcopos*

a chorepiſcopis diſtinguendis,

Digitized by Google

ſcopos ordinari, ſed περιοδευτὰς. Diſtinxere hoc canone patres Laodiceni *chorepiſcopos* a *periodeutis*, & hos in illorum locum ſubſtituendos eſſe cenſuere, quem ſcopum tamen haud obtinuere, cum adhuc *in l.* 42. §. 9. *C. de epiſc. & cler.* vetus diſcrimen fundatum, & per varia temporum interualla continuatum ſit.

quibus periodeutæ in villis ſubſtituti ex rationibus politicis.

§. XXII. Ceterum eo tempore, quo concilium hoc celebratum fuit, h. e. *anno* 372. iam *periodeutarum* officium in *eccleſiis orientalibus* notum fuiſſe, ſimul inde conſtat, nec improbabile eſt, patres Laodicenos ideo in hanc iuiſſe ſententiam, quod conuicti eſſent, *chorepiſcopos* ſimplicibus presbyteris de iure in ordine eccleſiaſtico eſſe præferendos, & ſollicitudinem epiſcopalem, vtut admodum iam imminutam, gerere. Cum autem, ambitione quadam ducti, nomen *epiſcopi* vileſcere arbitrarentur, ſi in pagis & villis *epiſcopi* conſtituerentur, nec tamen vetus eccleſiæ obſeruantia in totum aboleri poſſet, *περιοδευτὰς* iis commode ſubſtitui poſſe cenſebant, quod hi etiam præſtantiores eſſent ſimplicibus presbyteris, & aliquid *ſollicitudinis epiſcopalis* gererent, licet dignitate epiſcopali eſſent priuati. Ita villanis eccleſiis ſchema quoddam & vmbram *officii epiſcopalis*, quod explicuere *περιοδευτὰι*, relinquere voluerunt, vt faciliori opera & ſine murmuratione *chorepiſcopi* exſtingui poſſent.

Cur periodeutæ inſtituti?

§. XXIII. Videlicet, vt dicam, quod ſentiam, hoc ſeculo, variis inteſtinis malis notabili, officium *periodeutarum* in quibusdam eccleſiis demum inualuit, tum, quod epiſcopi primarii propter quotidiana cum Arianis aliisque certamina, fere a ſollicitudine debita vitiandi eccleſias auocarentur, & ſynodis hinc inde conuocatis intereſſe, & ab eccleſia ſua abeſſe iuberentur; tum etiam, quod quorundam prouincia ſeu diœceſis iam latius extenſa eſſet, cui ſolius epiſcopi *viſitatio annalis* haud ſufficiebat. Hac de cauſa hanc partem muneris ſui, quod *viſitatione frequentiſſima* explicandum erat, *vicariis* quibusdam concrediderunt, qui a nutu epiſcoporum dependebant, omnia ad epiſcopum referebant, & *auctoritate epiſcopi* per diœceſin circumibant. Ex *presbyterorum* vel etiam *diaconorum* (qui iam maiorem in hierarchia nacti erant gradum) ordine huic muneri præfectos fuiſſe, probabile eſt, cum horum ope epiſcopi in aliis quoque vterentur. Erant ergo *epiſcoporum vicarii*, qui *regiones epiſcoporum* circumibant & viſitabant, auctoritate quadam epiſcopali, qua etiam defectus emendaſſe, & alia, quæ *viſitationum* neceſſitas poſtulabat, peregiſſe videntur.

qui erant epiſcoporum vicarii.

Poſt-

Postquam vero tandem hoc munus archidiaconis *hereditario iure* cessit, *circuitores* hi randem desisse videntur.

§. XXIV. In *ecclesiis occidentalibus visitatores* occurrunt, quos cum his *circuitoribus* conferre non ausus est clariss. ZELTNER. *cit. l. c.* 2. §. 12. *in f.* Nec sine ratione ita censuit, cum *visitatorum* appellatio non statim exprimat illud ipsum munus, quod *περιοδευται* veteres seu *circuitores* sustinuere. Etenim quando ecclesia vacabat, solebat mitti *intercessor*, vti vocatur, vel *visitator*, qui interim vacanti ecclesiæ prospiceret, & electionem dirigeret, vt liquidis rerum argumentis *lib. III. tit.* 9. §. 12. & 13. *p.* 630. ostendi. Hæc *intercessio* vel *visitatio* sæpe vacantibus episcopis concredebatur, qui sedem suam absque vllo merito amiserant, *visitatores* dicti, quod *inuisere* ecclesiam vacantem, eique interim prouidere & curam *inspectionis* adhibere deberent. Hoc modo emendanda & distinctius intelligenda sunt, quæ in *iure paroch. Sect. VIII. c.* 2. §. 26. non accurate distincta sunt. In occidente erant visitationes alius generis.

§. XXV. Interim in genere quosuis *visitatores* nomen *circuitorum* accepisse etiam in *occidente*, veterum testimonia docent, siue ipsi episcopi per se siue per alium *visitationes* peregerint. Hæ in LL. Francorum *circumitiones* passim vocantur, vid *Caroli Calui capit. tit.* 5. *c.* 4. apud BALVZ. *tom. II. capit. p.* 23. ipsique episcopi, diœcesin visitantes, *circumire* dicuntur, vt in *capit.* CHILDERICI III. apud BALVZ. *tom. I. p.* 147. *quandocunque iure canonico episcopus* CIRCVMEAT *parochiam &c.* Conf. EVNDEM *pag.* 158. 191. *sq.* 504. *&c.* Visitatores monasteriorum dicti sunt *circatores*, vt in *append. tom. II.* BALVZ. *capit. p.* 1384. vel apud LEIBNIT. *tom II. script. Brunsuic. p.* 388. & CANGIVM *in glossar. hac voc.* Denique census, qui soluebatur visitatoribus, *circada* vocatus est, vt docent loca apud CANGIVM *cit. l.* Sic apud HEDAM *p.* 147. in diplomate: *dimisi ipsas ecclesias liberas circatu & omni episcopali officio.* Similiter charta Wilhelmi episcopi Traiectensis apud EVNDEM *p.* 133. *ecclesiam Epternacensem liberam ab omni seruitio episcopali, neque circaturam neque oblationes episcopo neque seruitium præposito - - prabere volumus.* Breuiter *circatus* pensio erat seu *procuratio*, quæ episcopo debebatur, cum circumibat seu visitabat ecclesias, vt plenius docet ANTON. MATTHAEI *de iur. gladii p.* 82. 83. de quo onere infra agendum erit. Visitatores dicti circuitores, circatores. Circada census his solutus, vel circatus.

§. XXVI. Verum hæ circumitiones pedetentim *archidiaconis* cum commodis obuenere, idque segnitie & desidia episcoporum, quibus graue non raro videbatur, per se visitationes suscipere. Sicuti enim Archidiaconi ad visitandas ecclesias tandem delegati,

Digitized by Google

diaconis vtebantur episcopi vt *officialibus* suis, ita plura iis commisere, quæ de *mandato* episcoporum peragebant, de quibus rationibus reddendis erant obnoxii. Archidiaconos vero potissimum, vt principes in ordine diaconorum, grauioribus in negotiis, vt *vicarios* & *administros*, adhibebant, adeoque etiam *visitationes* eis quandoque committebant, vt recte censet LVDOVICVS THOMASSINVS *P. II. de discipl. vet. & nou. eccl. lib.* 3. *c.* 71. §. 1 *primas archidiaconorum visitationes fuisse meras delegationes*, quæ tamen decursu seculorum, accedente temporum barbarie, ad *ordinarium* archidiaconorum *munus* tandem accesserunt & relatæ sunt. Commodum admodum archidiaconis visum fuit, ex *desidia episcoporum* lucrum quærere, quippe qui alienis intenti negotiis archidiaconis pleraque committere necesse habebant, quæ veluti derelicta ab episcopis occupabant, & tandem sua faciebant, quo ipso auctoritas *archidiaconorum* vltra modum aucta est, de qua plenius agit NICOLAVS IANVARIVS *de iur. & offic. archidiac. c. VI. sqq.* Neque enim contenti ea potestate, quam *precario iure* ab episcopo acceperant, sed quotidie nouis *iurium episcopalium* spoliis exornati, adeo eam extenderunt, vt graues episcopis fieri inciperent, & successores in episcopatibus admodum fastidiose ferrent, quod maiores indulgentia nimia, vel potius rerum suarum neglectu, tam ingentem iacturam iuribus episcopalibus intulerint. Reformandum hunc abusum censuere Tridentini, constituentes, vt archidiaconi in posterum *de consensu episcopi* visitationes instituerent, quod declarat plenius RSPENIVS *P. I. iur. eccl. lib.* 12. *c.* 1. §. 17 *sqq.*

& hæc visitatio denique propria iis facta.

Inde archidiaconorum fastus,

§. XXVII. Videlicet cum *archidiaconi* memores esse debuissent, se episcoporum *vicarios* & *administros* esse, & ita se ius visitandi, *iure delegato*, quamuis *hereditario*, exercere; scenam prorsus mutarunt, & ius visitandi *proprio iure independenter*, & *priuatiue* sibi attribuere, quod tamen secundum antiquissima ecclesiastica statuta ad *ius episcopale* relatum fuerit. Hisce principiis erroneis obuiam eundum esse censuerunt patres Tridentini *Sess. XXIX. de reform. c.* 3. & vigorem iuris episcopalis contra infractiones archidiaconorum præmuniuerunt. Sancitum enim est, I) archidiaconos non aliter *ius visitandi* sibi arrogare posse, quam *vbi hactenus visitationem exercere legitime consueuerunt*; in pluribus enim locis eorum fastus suppressus & potestas *vicaria* admodum restricta est, vt obseruaui *ad tit. de offic. archidiac.* §. 31. II) *cum consensu episcopi*, vt memores essent, se *vices episcopi* in hoc munere expedire, nec pro lubitu visitationes instituere posse: III) *per se*,

repressus in concilio Tridentino.

Digitized by Google

se, non per subdelegatos, qua libertate quidam vsi sunt, postquam episcopis exæquari voluerunt. IV) *Vt tamen visitationis facta infra mensem rationem redderent, & depositiones testium & integra acta episcopo exhibere tenerentur*, vt scirent, se non *independenter* has vices gerere, sed iure ceterorum officialium frui. V) *Saluo iure episcoporum*, qui per archidiaconos impediri non debent, quo minus vel per se vel per deputatos visitatores easdem ecclesias seorsim visitare possint. Tale *ius prohibendi* contra omnem iuris rationem quidam *archidiaconi* affectauerant, quod merito abolendum fuit. Verum nec desinunt hodie graues esse episcopis archidiaconi, sed vltra modum limites suos extendere student, quod exemplo *archidiaconi Osnabrugensis* ostensum est in scripto quodam anno 1717. publicato sub tit.: **Kurtze** *Deduction* **und Erläuterung von dem Herkommen, Amt und** *Jurisdiction* **der** *Archidiaconorum* **und** *Archidiaconatuum*, atque plenius illustratum in Dn. KRESSII Professoris Helmstadiensis **Rechts begründeten vollständigen Erleuterung des** *Archidiaconat*-**Wesens.**

§. XXVIII. Obseruaui vero supra, episcopos non *independenter* nec *priuatiue* ius visitandi exercuisse. Gerebant quidem *inspectionem* in omnes ecclesias sibi subiectas, & ex ea merito *visitationes* instituebant, saluo iure tamen reipublicæ, cui *suprema inspectio* in sacra & profana merito adscribitur. Interest omnino imperantis, vt animadvertat sedulo, ne quis suo desit officio, sed tam in *sacris* quam *profanis* præscripto ordine & modo omnia expediantur. Inprimis vero interest, vt etiam *episcopi* suo debite fungantur officio, quorum desidia & negligentia cultus sacer publicus languet, variorum abusuum cumulus emergit, & subditorum pietas tandem exarescit, vnde non possunt non plura incommoda, totam rempublicam corrumpentia, enasci. Ad hæc præcauenda *inspectio suprema* imperanti a sanioribus iam olim adscripta est, & ex hac ipsa porro deriuatum ius *visitationes* ecclesiasticas dirigendi, circumscribendi legibus publicis, & visitatoribus episcopis adiungendi commissarios, qui *publica auctoritate* sibi concredita visitatoribus assisterent ordinariis.

Visitabant episcopi ecclesias saluo iure supremo principis, cui ius visitandi supremum competit.

§. XXIX. Hac de causa *lib. 5. capitul. c. 2.* apud BALVZ. *tom. I. capitul. p. 824.* ita constitutum est: *Decreuimus quoque, vt secundum canones vnusquisque episcopus in sua parochia sollicitudinem habeat, adiuuante Grafione, qui defensor ecclesiæ est.* Erat *Grafio* seu *comes*, defensor ecclesiæ a rege constitutus, vt *inspectionem publicam* nomine regis in *ecclesiastica* exerceret. Expressiora huius iuris regii vestigia occurrunt

Quod exercuere reges Francorum.

Digitized by Google

runt in capit. CAROLI *Calui de anno* 853. apud BALVZ. *tom. II. p.* 56. *c.* 10. & p. 207. *vt missi nostri omnibus reipublicæ ministris denuncient, vt comites & reipubl. ministri simul cum episcopo vniuscuiusque parochiæ sint in ministeriis illorum, quando idem episcopus suam parochiam circumierit, cum episcopus eis notum fecerit.* Idem etiam vrserunt episcopi cum HINCMARO *in admonit. anno* 858. *ad Ludouicum* Germaniæ regem perscripta *c.* 7. apud BALVZ. *tom. II. capit. p.* 108. & HINCMARVM *tom. II. p.* 131. *Vt episcopi quietam libertatem suas parochias circumeundi & prædicandi ac confirmandi atque corrigendi habeant, ordinate. Vt missus reipubl. i. e. minister comitis cum ipsis, si iusserint, eat, qui liberos homines incestuosos, si per admonitionem presbyterorum venire ad episcopum noluerint, eos ad episcopi placitum venire faciat, commendate.* Supra etiam *tit. de statu monach. p.* 317. §. 12. obseruaui, etiam *missos regios* monasteria visitasse & reformasse, cum etiam hæc alias iuri episcopali subiecta fuerint. Denique recte BALVZ. *ad Agobard. p.* 41. ex his aliisque capitulis regum Francorum potestatem in episcopos euincit, cum episcopis necessitatem imposuerint, annuatim circumeundi suas diœceses, illisque hac de causa tam necessarias leges præscripserint. conf. *concil. Suessionense II. de anno* 853. apud HARDVINVM *tom. V. p.* 55. *seq.* vbi frequens formula: *vt missi nostri cum episcopo inuestigent &c. vt missi nostri vna cum episcopo per singulas parochias inquirant.*

Visitationes institutæ (1) vt inquirerent in mores parochorum,

§. XXX. Visitationes inprimis instituebantur ab episcopis, (1) vt in parochorum *mores* & *vitam* inquirerent, cum palam esset, vitam eorum corruptam & deperditam destruere, quæ doctrina ædificauerat. In LVDOVICI PII *reform. eccles. de anno* 816. seu *con il. Aquisgran.* apud HARDVINVM *tom. IV. concil. p.* 1092. *c.* 29. & LVNICHIVM *in spicil. eccles. tom. I. P. I. p.* 65. ISIDORI sententia refertur, quæ admodum in hanc rem facit: *interdum doctoris vita etiam ipsa verax doctrina vilescit: & qui non viuit, sicut docet, ipsam, quam prædicat veritatem, contemtibilem facit. Arcus peruersus est lingua magistrorum docentium bene & viuentium male: & ideo quasi ex peruerso arcu sagittam emittunt, dum suam prauam vitam propriæ linguæ ictu confodiunt. Qui bene docet & male viuit, tanquam æs aut cymbalum sonitum facit aliis: ipse tamen sibi manet insensualis. Qui bene docet & male viuit; quod docet, bene viuentibus proficit: quod vero male viuit, se ipsum occidit &c.* In *c.* 93 HIERONYMI adfertur testimonium, idem sedulo inculcantis: *disce, quod doceas, obtine eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt possis exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere.*

Digitized by Google

tere. Permane in bis, quæ didiciſti, ac credita ſunt tibi, ſciens a quo didiceris, paratus ſemper ad ſatisfactionem omni, poſcenti a te rationem de ea, quæ in te eſt, ſpe. Non confundant opera ſermonem tuum, nec, cum in eccleſia loqueris, tacitus quilibet reſpondeat: cur ergo hæc, quæ dicis, ipſe non facis? Delicatus magiſter eſt, qui pleno ventre de ieiuniis diſputat. Præterea vero presbyteri rationem villicationis ſuæ reddere debebant epiſcopis, vt ſtatutum *lib. VII. capitul. c.* 108. *vt vnusquisque presbyter per ſingulos annos epiſcopo ſuo rationem miniſterii ſui reddat, tam de fide catholica, quam de baptiſmo, atque de omni ordine miniſterii ſui.* conf. BALVZ. *ad Regin. p.* 132.

§. XXXI. Enimuero etiam in *mores epiſcoporum* inquirendum erat, qui præ ceteris *innocentia vitæ* coruſcare debebant, cum alioquin ab eorum viſitatione nulla ſperari potuiſſet vtilitas. Qui ipſe malis deditus eſt moribus, peſſimus cenſor eſt morum aliorum. Huc non tantum directa erat ſollicitudo *metropolitanorum*, quæ quaſi *ordinaria* dicenda; ſed *extra ordinem* reges Francorum per miſſos ſuos quandoque talem *generalem viſitationem* & *inquiſitionem* inſtituebant. Illuſtri exemplo hoc probatum dedit anno 828. LVDOVICVS, miſſis ſuis varia *capitula* præſcribendo, in quæ inquirere deberent, relata a BALVZIO *tom. I. capitul. p.* 655. *ſeq.* Inter hæc præcipuum erat, quod ſequitur: *primo de epiſcopis, quomodo ſuum miniſterium expleant, & qualis ſit illorum conuerſatio, & quomodo eccleſias & clerum ſibi commiſſum ordinatum habeant atque diſpoſitum, & quibus rebus maxime ſtudeant, in ſpiritualibus videlicet aut in ſecularibus negotiis.* Similis inquiſitio iisdem iniungitur in mores adiutorum epiſcopalium, imo & *presbyterorum* per parochias epiſcoporum, *quale ſcilicet ſtudium habeant in doctrina, vel qualem famam habeant ſecundum veritatem in populo.* Talis viſitatio, quæ per *miſſos regios* fiebat, *generalis* & *extraordinaria*, ſed admodum vtilis erat, cum per eam ipſi *viſitatores ordinarii* viſitarentur, & anſa daretur, vt ipſimet ad admonitionem miſſorum in ſynodis varia emendarent, corrigerent, ac reformarent, quorſum *capitulare Wormatienſe de anno* 829. apud EVNDEM *p.* 662. referendum videtur, quod *propter interrogationem antiquorum miſſorum* ordinatum eſſe dicitur.

Imo & in mores epiſcoporum.

Quam reges Francorum inſtituebant.

§. XXXII. Vlterius (11) inquirendum erat in mores *parochianorum*, & quia ſub CAROLO M. ſubditi adhuc admodum ad ritus paganiſmi peragendos procliues erant, viſitatoribus iniunctum, vt pro iis abolendis eſſent ſolliciti, ceu docet *capitul.* de *anno* 769. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 191. *c.* 6. Generatim vero in tribus officium viſi-

(11) Inquirebatur in mores parochianorum.

Digitized by Google

visitatoris episcopi versari debebat, secundum *capitul. de ann.* 813. *cit. l. p.* 504. *c.* 16. scilicet 1) in *docendo*: 2) in *admonendo, vt quæ agenda sint, viliter agere suadeat*, prout *lib VII. capit. c.* 148. *cit. l. p.* 1057. additur, & 3) *emendando* seu reformando ea, quæ sunt necessaria, *prout melius valuerit*, vt *lib. VII. capit. c.* 465. adiicitur; speciatim vero, prout in *capitul. de eodem anno cit. l. p.* 507. traditur, *vt inquirendi studium habeant de incestu, de parricidiis, fratricidiis, adulteriis, cenodoxiis & aliis malis, quæ contraria sunt Deo, quæ in sacris scripturis leguntur, quæ christiani deuitare debent.* Præterea *cit. l. p.* 1175. *c.* 98. visitatoribus hæc commendatur sollicitudo: *nouerint sibi curam pupillorum & pauperum in protegendis & defendendis impositam. Ideoque cum conspiciunt iudices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant. Et si contemserint emendari, eorum insolentia regiis auribus intimetur.* (III) Confirmandi erant a *visitatore episcopo* chrismate, qui nondum erant confirmati, vt passim capitularia apud BALVZ. *cit. l. p.* 147. 158. 192. *&c.* docent. conf. THOMASSINVS *P. II. de vet. & nou. eccles. discipl. lib.* 3. *c.* 78. §. 12. Et denique (IV) inquisitio quoque instituenda erat de ipsis *ædificiis sacris* & *bonis ecclesiasticis*, vt constaret, vtrum reparatione indigerent nec ne? prout infra ad *tit. de eccles. repar. ædific.* tradendum est. *c.* 10. C. 10. *q.* 1.

(3) Confirmabantur baptizati.

(4) In bona ecclesiastica inquirebatur.

§. XXXIII. Vt finem hunc episcopus eo rectius obtineret, in singulis parochiis *synodum* quandam cogebat, collectam ex *clericis* & *laicis* vel ex *clericis tantum*, quam *placitum episcopi* vocabant, vt §. 29. ex HINCMARO ostensum. PLACITVM generatim denotabat *conuentum generalem*, in quibus de rebus ad salutem publicam pertinentibus deliberationes instituebantur, notante HINCMARO *de ordin. palat. c.* 29. *tom. II. p.* 211. vbi de duobus *placitis* in regno habendis agit. Talia etiam *placita* episcopi in suis parochiis tenere iubebantur, quorum *synodus Carisiaca de anno* 857. apud HARDVIN. *tom. V. p.* 115. facit mentionem, maxime autem tunc, cum circumirent diœcesin suam, vt docet *concil. Triburiense de anno* 895. *c.* 9. apud HARDVIN. *tom. VI. P. I. p.* 441. vbi ita: *cum autem episcopus ecclesiam a domino Deo sibi commissam regens episcopatum circumeundo perrexerit, & placitum canonice constitutum decreuerit, populumque sibi creditum illo inuitauerit - - - denique populus post episcopum festine pergant, scientes se non illis seditiosa contentione decertare, sed pro fide catholica inuigilare.* In quem finem autem hic *conuentus populi*, vt *cit. l. c.* 9. *in f.* vocatur placitum, coactus fuerit, optime enucleat BALVZIVS *in not. ad Regin. p.* 533. inquiens:

Episcopus in visitatione populum cum clericis congregabat

per placitum.

primum

Digitized by Google

primum, quorum episcopus inquisiturus erat de vita & conuersatione presbyterorum ac sequentium clericorum, testimonium habendum erat christianæ plebis, quæ illic vice Christi regebatur. Sed præterea episcopus in synodo illa interrogabat etiam de vita laicorum - - - Ea causa erat adunandæ plebis ecclesiasticæ.

§. XXXIV. Præterea *formula* quædam ab episcopis componebatur, qua vel a se *missi visitatores* vterentur, vel quæ generatim episcopis visitatoribus normam præberet. Talem formulam concepit HINCMARVS sub tit. *capitula, quibus de rebus magistri & decani per singulas ecclesias inquirere & episcopo renunciare debeant.* Mox hæc subiunguntur: *hæc omni anno inuestiganda sunt a magistris & decanis presbyteris per singulas matrices ecclesias & per capellas parochiæ nostræ, & nobis Kalendis Iuliis renuncianda.* Anno 852. etiam conscripsit *capitula presbyteris data*, de quibus priori in loco hæc annectuntur: *Similiter etiam inuestigandum & renunciandum est nobis, qualiter obseruentur & custodiantur illa, quæ capitulatim obseruanda presbyteris dedimus.* Hæc *capitula* vtriusque generis occurrunt in *oper.* HINCMARI *tom. I. p.* 710. & 716. optimamque nobis præbent delineationem eorum, de quibus *inquisitiones* in visitationibus circa hæc tempora fuerint institutæ. Formula visitationis Hincmariana.

§. XXXV. Ex *Hincmariana* forsan nata est noua illa formula paulo plenior, quam REGINO paulo post seu circa finem *seculi noni* inseruit *collectioni suæ* statim ab initio sub tit: *incipit inquisitio de his, quæ episcopus vel eius ministri in suo districtu vel territoriis inquirere debeant per vicos, pagos atque parrœchias suæ diœceseos*, vt Parisiensis editio STEPHANI BALVZII *p.* 21. notat. Paulo expressior est rubrica in editione Helmstadiensi HILDEBRANDI: *instructio de his, quæ in visitationibus ecclesiarum episcopum vel eius ministros per vicos pagos & parochias suæ diœceseos inquirere olim oportuit.* Generatim ad hæc capita reduci possunt, de quibus inquirendum erat, scil. 1) de ædibus sacris, vasis, luminaribus, libris ceterisque vsui sacro inseruientibus rebus: 2) de vita & conuersatione presbyterorum, de quibus *capitula* 73. habentur: 3) de presbyterorum natiuitate & qualitatibus corporis: 4) de ministerio presbyteris commisso. Fuit ergo hæc formula in ecclesiis Germaniæ inprimis vsitata, cum REGINO potissimum in vsum harum ecclesiarum *disciplinam* suam *ecclesiasticam* compilauerit; quid quod BALVZIVS *ad Reginonem p.* 533. non improbabiliter doceat, eandem formulam per omnes occidentis regiones receptam fuisse. Formula Reginonis. Eius capita.

§. XXXVI.

Digitized by Google

Prælegebatur in ſynodo admonitio.

§. XXXVI. Alia præterea formula erat, quam in *ſynodo* vel *placito* epiſcopi prælegebant, vel iuſſu eorum diaconi, quæ inprimis officia, mores & vitam presbyterorum concernebat. Per modum *adhortationis*, ea concepta eſt, vnde vulgo *admonitio* dicta fuit, quam fere eodem tempore cum *inquiſitione* natam & compoſitam fuiſſe opinatur BALVZ. *ad Regin. p.* 533. *ſq.* Refertur hæc ab HARDVINO *tom. VI. P. I. concil. p.* 783. ſub titulo: *ſermo ſynodalis.* Ab aliis tribuitur LEONI IV. quod quidam codices hunc præ ſe ferant titulum: *Homilia Leonis IV.* Sed LEONE IV. eam eſſe antiquiorem, optime cenſet BALVZIVS. Ceterum magnæ auctoritatis fuit, vt in ſynodis ordinarie prælecta, & teſte BALVZIO adhuc in more poſitum ſit, vt ea *admonitio*, quamuis in multis mutata, ab epiſcopo mitrato in ſynodo diœceſana legatur.

Ordo olim in viſitatione ſeruari ſolitus ex Reginone.

§. XXXVII. Atque hæ *duæ formulæ* potiſſimum in viſitationibus vſitatæ fuere. Ratio præterea habenda erat *boni ordinis*, quem REGINO *lib. II. de diſcipl. eccl. ab init.* & BVRCHARD. *lib. I. c.* 90. nobis conſeruarunt, atque in vſum eccleſiarum Germaniæ annotarunt. Series eius huc redit: cum epiſcopus ſuam diœceſin circumire vellet, præmittebat archidiaconum vel archipresbyterum ad eas parochias, quas viſitaturus erat. Hic, plebe conuocata, annunciare debebat epiſcopi aduentum, eisque iniungere, vt omnes ad eius ſynodum die denominata *impræterміſſe* occurrerent ſub comminatione excommunicationis. Deinde, adſcitis ſecum presbyteris, quicquid *de minoribus* & *leuioribus* cauſis corrigere poterat, emendare ſatagebat, *vt pontifex veniens nequaquam in familiaribus negotiis fatigaretur, aut ibi amplius immorari neceſſe eſſet, quam expenſa ſufficeret.* Epiſcopus adueniens cum ſumma reuerentia a plebe ſuſcipiendus, qui in ſynodo reſidens *poſt congruam allocutionem* ſeptem aut plures ex plebe illius parochiæ in medio euocabat, & ſolenni ſacramento, de reuelandis & manifeſtandis omnibus, de quibus interrogandi eſſent, eosdem conſtringebat, cuius formulam REGINO *cit. l. c.* 3. refert, & repetit GRATIANVS in *c.* 7. C. 35. *q.* 6. qui *teſtes ſynodales* vocati ſunt, de quibus infra. Poſt hæc ſpeciatim de *delictorum* variis ſpeciebus eos interrogabat ſciſcitaturus, num in hac parochia eſſet homicida? num parricida? num adulter? num alio crimine maculatus? quod ſpecialiſſimis quæſtionibus ibidem illuſtratur. Primario enim de *delictis grauioribus* inquirebant, ob quæ ſolennes *pœnitentiæ* ſubeundæ erant. Ea enim communis perſuaſio faſcinauerat orbem, peccata non remitti, niſi

Teſtium ſynodalium euocatio.

Inquiſitionis ratio vel fundamentum in quæuis crimina.

Digitized by Google

niſi præſtita *ſatisfactione*, hanc autem legibus eccleſiaſticis quoad *modum* & *tempus* eſſe determinatam, adeo vt ſub diſpendio æternæ ſaluris confeſſio criminum facienda, & hæc tortura *pœnitentiæ* ſpiritualis vltro expetenda, renitentibus vero ſuadenda, vel ſub pœna *excommunicationis* inculcanda & imponenda eſſet. Hac de cauſa *epiſcopi*, vt animæ paſtores primarii, & de ſalute ouium ſolliciti, vel eius vicarii, qui eandem ſollicitudinem gerebant, ſollicite inquirebant in quæuis crimina, ſub *ſigillo confeſſionis*, ne grauiora mala per pœnas criminales delinquentibus crearent, vel ſi iam ad forum criminale erant delata, ſpecificationem delinquentium exigebant. Hæc praxis per plura ſecula continuata eſt, & quamuis hodie *pœnitentiæ* formam amiſerint priſtinam, adeo vt etiam in *pecuniarias pœnas*, quæ *archidiaconorum* lucro, inuito licet iure canonico, cedunt, mutatæ fuerint, non tamen hic modus inquirendi deſiit, ſed duplici poena delinquentes afficiuntur. In tractu Iuliacenſi decanis, quibus *viſitatio* incumbit, anno 1602. apud LVNICHIVM *in contin II. ſpicil. eccl. p.* 183. hæc ſunt præcepta data: *Decani exigant a ſcabinis & iuratis tabellam* Wrogt-Zettul, h. e. ſpecificationem delictorum iudici denunciatorum, *aut copiam authenticam. Vt viri zeloſi & integri in fide ſcabini ſynodales eligantur. Vt communia puncta & interrogatoria ſcabinis communicent, ſuper quibus tenebantur facere inquiſitionem & dare informationem.* Ceterum quam inſignes abuſus ex *pœnis pecuniariis*, loco *pœnitentiarum* ſubſtitutis, in epiſcopatibus nonnullis nati, & *archidiaconorum* auaritia in cladem eccleſiæ & reipublicæ aucti fuerint, ex profeſſo docuit DN. KRESSIVS *in tract. in* §. 27. *in f.* ſupra laudato.

§ XXXVIII. Secundum hanc formam fere viſitationes inſtituit VDALRICVS epiſcopus Auguſtanus, vt refert GERARDVS, ſcriptor ſeculi X. *in eius vita* apud MABILLONIVM *in act. Benedict. p.* 432. *n.* 30. & MARCVM VELSERVM *in oper. hiſtor. c.* 6. *p.* 532. *ſq. Ad loca autem illa cum peruenisſet, vbi concilia ſua denunciata fuerant, cum euangelio & aqua benedicta & ſonantibus campanis & tanta honoriſicentia ſuſceptus eſt, quantum illis, qui ibi congregati ſunt, virtus ſuppetebat.* Poſt hæc pergit ad viſitationis auſpicia, &, *ſtatim vero*, ait, *miſſa celebrata, in concilio conſidens populum ante ſe vocari fecit, prudentioresque & veraciores ſacramento interrogare præcepit, quæ in illa parochia emendatione digna fuiſſent &c.* Satis accurate methodum a REGINONE deſcriptam ſecutus eſt, vt inde liqueat, hanc Germaniæ praxin vniuerſalem fuiſſe. Addit vero auctor anonymus, qua ratione in detegendis criminibus peccatisque emendandis & corrigendis verſatus fuerit. Hæc con-

Ordo & forma viſitationis Vdalrici epiſcopi Auguſtani

conuocando ſynodum laicalem.

Digitized by Google

cilia *mundana* auctor appellat, ea forsan de causa, quod ex *laicis* collecta, & *laicorum*, quos *mundanos* vocabant, causa essent instituta. Adiungebat *concilia clericorum* in ciuitate, quam huic negotio destinauerat, ad quæ omnes per diœcesin euocabat clericos. Duplex enim *synodus* olim vsitata erat, vt optime obseruat BALVZ. *ad Reginon. p.* 531. & 578. vna, quam episcopus in *ciuitate* agebat, ad quam cogebat presbyteros ex rusticanis parœciis, *pro inquisitione ministerii sui*, vt ait HINCMARVS *in cap.* 5. *de anno* 877. *tom. I. oper. p.* 737. Alia, quam episcopus vel eius ministri in *vnaquaque ecclesia* instituebant, vniuerso aduocato populo, in qua *causæ synodales* vniuscuiusque parœciæ decidebantur, vocabaturque **das Bischoffs-Sendt.** De hac synodo actum in verbis adductis. De priori autem auctor ita pergit: ***In quibusdam autem diebus capitula cum clericis habere disposuit in his locis, vbi hæc aptissime fieri archipresbyteri putauerunt, & vbi eum ab aliis MVNDANIS conciliis absolutiorem arbitrabantur. Congregatis ante se clericis, archipresbyteros & decanos, & optimos, quos inter eos inuenire potuit, caute interrogauit (VDALRICVS) qualiter quotidianum Dei seruitium ab eis impleretur, & qualiter illis populus subactus ex eis regeretur in studio prædicandi docendique, quantaque cautela infantes baptizarentur, infirmi visitarentur, & vngerentur, defunctorum etiam corpora quanta compassione sepulturis traderentur, viduis & orphanis in vniuersa necessitatibus subuenirent, quantoque studio in hospitibus & aduenis Christo ministrarent, si subinterductas mulieres secum habuissent, & inde in crimen suspicionis inciderent; si cum canibus & aceipitribus venationes sequerentur, tabernas causa edendi vel bibendi ingrederentur, si turpes iocos in vsu haberent, si ebrietates & comessationes supra modum amarent, si vitiis & contentionibus & æmulationibus deseruirent; si nuptiis secularibus interessent; si aliqui eorum ministeria indecentia in consuetudine haberent: si per Kalendas more antecessorum suorum ad loca statuta conuenirent, ibique solitas orationes explerent, suasque ecclesias ad tempus reuiserent: si obedientiam eorum magistris præbuissent, & in toto suo ministerio deuoti & apti manere studuissent. Responsione autem de interrogatis facta & ratione veritatis percepta, stantibus in rectitudine dulcissimæ consolationis gratia gratificauit, &, vt deinceps a normula iustitiæ ne deuiarent, suaui colloquio admonuit, erroneos autem per deuia incedentes fratres dignis terruit correptionibus, &, vt postea consueta vitia omitterent, præcepit.***

Modus concilium clericalium visitationis gratia collectorum.

Aliæ obseruationes in visi-

§. XXXIX. In conciliis seculorum subsequentium plura monita & obseruationes circa *visitationes* adiecta sunt, quorum seriem referre,

re,

Digitized by Google

re, nimis longum foret. Generalia quædam monita occurrunt in *concil. Senonenſi de anno* 1485. *art.* 2. *c.* 3. apud HARDVIN. *tom. IX. p.* 1529. In *concil. Colon. de anno* 1536. *P. XIV. c.* 1. *ſqq.* apud EVNDEM *cit. l. p* 2026. *ſqq.* ſpecialiſſime forma in *viſitationibus generalibus* tam *monaſteriorum* quam *eccleſiarum* obſeruanda determinatur. Potiora hic referre lubet. In viſitatione *parochiarum* ſecundum *c.* 7. *ſqq.* paucis ante diebus aduentus viſitatorum ab epiſcopo miſſorum parocho & populo ſignificandus, *qui omnes expediti adſint & publicæ ſaluti inuigilent.* Ab vno ex viſitatoribus in pontificalibus concio ad populum habenda, idemque de omnibus, de quibus vtile videbatur, ex diuinis ſcripturis per Dei verbum admonendus. Interrogandus deinde *parochus* de *vita, moribus*, de *doctrina*, quo pacto verbum diuinum diſſeminet, ac *ſacramenta eccleſiaſtica* adminiſtret, & num omnia calleat, quæ ad officium ſuum ſpectent? &c. Inquirendum porro, num illi neceſſarius & honeſtus victus ſuppetat, alioquin de eo ad epiſcopum referendum. Porro, ſecundum *c. XI.* videndum de *eruditione, habitu, tonſura*, ac *familiari conuerſatione: libri* omnes inſpiciendi, *qui ſi nothi aut ſuſpecti ſunt, auferendi ac tollendi ſunt.* Inueſtigandum vlterius, an hæretici adſint in parochia, *atque hic apponenda ſecuris ad radicem*, vtrum alia delicta grauiora nota ſint? &c. Deinde videndum ſecundum *c. XIV.* quo pacto *pueri* inſtituantur, & ſecundum *c. XVI.* de *cultu diuino, ſacramentorum adminiſtratione, ſacris vtenſilibus* &c inquiſitio inſtituenda. Eo ipſo tamen archidiaconi non ſunt excluſi a munere viſitandi *ordinario*, ſed potius his quoque eadem forma præſcribitur *c. XIX.* In *c. XXI.* præterea vetus forma, quam ex REGINONE reciraui, repetitur, additur tamen in *c. XXII. ſucceſſu temporis* eam *in abuſum deductam fuiſſe*, quod vt plurimum *leuiſſimi delatores* adſciti ad denuncianda crimina: quodque pro criminibus manifeſtis non amplius *canonicæ pœnitentiæ*, ſed *pecuniariæ mulctæ* fuerint exactæ, quarum emendatio in ipſis viſitationibus promittitur, vnde liquet, *formam antiquam* a REGINONE allatam non prorſus eo tempore exſtinctam aut obliteratam fuiſſe. tationibus ex concil. Colonienſi,

§. XL. Quæ in *concilio Tridentino* circa viſitationem, inprimis quoad archidiaconos emendata ſunt, ſupra iam tacta ſunt, quæ in ſubſequentibus conciliis particularibus vt plurimum repetuntur, vt in *ſynodo Cameracenſi de anno* 1565. apud HARDVINVM *tom. X. concil. p.* 561. Ampliſſima forma eſt, quæ in *concilio Mediolanenſi IV. de anno* 1576. apud EVNDEM *cit. l. p.* 900 præſcripta eſt, quippe quæ exacte determinat omnia, a *viſitatoribus* obſeruanda, quæ in compendio referri non poſſunt. Similiter, quæ in *ſynodo Aquenſi de anno* 1585. *cit. l. p.* 1550. ex concil. Tridentino & nouioribus, remiſſiue.

Digitized by Google

p. 1550 *ſqq.* occurrit, ſatis prolixa eſt, ne de aliis, quæ in *ſynodis prouincialibus* tradita ſunt, nunc dicam, cum vel ex his ipſis viſitationum ratio antiqua & recens appareat.

Iure nouo a viſitatione excluſi ſunt vt plurimum principes, quod ſit actus imperii ſacri.

§. XLI. In eo autem *antiqua & recens* viſitandi ratio inter alia differunt quod *priuatiue* iure nouo ad *iura epiſcopalia* tracta fuerit, excluſa in *plerisque locis* ſumma reipublicæ poteſtate. Hæc olim eam dirigebat, miniſtros ſuos epiſcopis adiungebat, & ipſos quoque epiſcopos per officiales viſitabat. Hac facta mutatione, audita eſt vulgata ſententia: viſitationem eſſe actum *epiſcopalis iurisdictionis*, h. e. *imperii ſacri*, quod decretales confirmant. In *c.* 21. *X. h. t.* expreſſe dicitur: *epiſcopus ratione epiſcopalis iurisdictionis tenetur cauſa correctionis eccleſiam viſitare.* Dixi *in plerisque locis* epiſcopos catholicos *priuatiue* ad ſe *iura viſitationum* traxiſſe. Deprehendi enim, quosdam principatus ex antiquo, quo etiam reges Francorum vſi ſunt, more adhuc ad viſitationes quodammodo concurrere. In Bauaria epiſcopi *priuatiue* viſitationes non exercent, vt conſtat ex *concordatis de anno* 1583 apud GEWOLDVM *in Hundii Metrop. Salisb. tom. I. p.* 64 *nou. edit.* vbi amicabili compoſitione inter *principem* & *epiſcopos* ita conuenitum: *vt viſitatio cum præſcitu principis & adiunctis ducalibus ſiue commiſſariis ſiue conſiliariis inſtituatur, ipſeque princeps de tantæ molis negotio intra prouinciarum ſuarum fines conficiendo, certior fiat, æquum iudicatur in tribus caſibus. Primo vbi laici ſimul cum clericis viſitandi & examinandi erunt. Secundo vbi in viſitatione rerum temporalium tractatus ſuſcipiatur. Tertio ſi quando ſolius etiam cleri viſitatio, tamen generalis ſeu vniuerſalis inſtituenda videbitur. Ac tum commiſſarii ducales, qui examini eccleſiaſticarum perſonarum interfuturi ſunt, vt ipſi quoque ſint eccleſiaſtici ſtatus. conueniens erit, niſi vrgentes cauſæ poſtulent, vt propter rerum temporalium maxime concurrentium ſeculares quoque perſonæ addantur. Quarto vero caſu, vbi reuerendiſſimi domini ordinarii viſitationem frequentabunt particularem, ac pro ſui officii ratione in clerum ac vtriusque ſexus religioſas perſonas, circa religionis negotium ac diſciplinam eccleſiaſticam inquiſituri ſunt, rem per ſe ſoli, ſuo ſuorumque arbitratu adminiſtrabunt.* Hoc temperamento ſuperioritatis in ſacra veſtigium egregium electori Bauariæ conſeruatum ſimulque epiſcoporum viſitatio ad ſuos limites, qui *functione paſtorali* proprie includuntur, reſtricta eſt. Alibi quoque, adhuc ſeculo eodem, principum cum conſenſu & non aliter, a diœceſano viſitationes fuiſſe factos, docet REINHARD *de iure princ. Germ. circa ſacr. ante reform. c. II. §.* 14. Ceterum epiſcopis murmurantibus hunc

In Bauaria tamen elector ad actum viſitationis certo modo concurrit.

concur-

concurſum fectum fuiſſe, vix dubium habet. Nouior iurisprudentia iam dudum a tramite recto & antiquo diſcedit, epiſcopisque ius ſacrorum fere *priuatiue* peperit. Natum inde dogma nouum, barbara temporum ignorantia promotum: epiſcopum fundatam intentionem habere per totam diœcelin in quæcunque pia loca, non exemta: exemta a *iurisdictione epiſcopali*, exemta quoque eſſe a *viſitatione*, quod tamen in *concilio Tridentino* tandem correctum, vt *auctoritate apoſtolica*, h. e. tanquam *delegati ſedis Romanæ* ea viſitare queant, quo ipſo pluribus incommodis obuiam itum, quæ *exemtiones* pontificum *temerariæ* pepererant.

§. XLII. Etiam proteſtantes ICti vt plurimum hoc principium regunſtant, atque in eo ſubſiſtunt, vt docent COTHMAN. *Vol. IV. reſp.* 33. *n* 9. & *in reſp adopt.* 45. *n.* 1. KLOCK. *tom I. conſ.* 10. *n.* 276 *ſeqq.* FRITSCH. *de iure viſitand. c.* 3. *n.* 1. *ſeqq.* Hoc poſito, quia epiſcoporum catholicorum *iurisdictio eccleſiaſtica* ſuſpenſa eſt in territoriis proteſtantium, illis quoque ius *viſitandi* eccleſias & monaſteria, ſacris eccleſiæ Romanæ addicta, ademtum. E contrario principi ſeu cuilibet ſtatui idem adſcribunt, virtute *iuris epiſcopalis*, quod, ea ſuſpenſione facta, in eum dicitur translatum. Exercere ergo ſub *qualitate eccleſiaſtica* hanc poteſtatem dicitur, quo ipſo indulgemus nimium errori Romanæ eccleſiæ recentiori, ſeculares principes, *qua tales*, ad negotium *viſitationis* non concurrere, nec *poteſtati ciuili* hoc ius cohærere.

Proteſtantium viſitationem eſſe actum iurisdictionis epiſcopalis.

§. XLIII. Sæpius iam næuum hunc, qui omnium fere curias adhuc poſſidet, in iisque regnat, taxaui, optauique, vt tandem relegatione perpetua e foris noſtris eiiceretur. Qui ſeriem eorum, quæ de fatis huius *doctrinæ* attuli, ponderabit, animaduertet 1) ad *curam paſtoralem*, qua talem, *viſitationes* limplices, quæ *imperio* carent, referendas eſſe, atque ad *animarum* pertinere *curam*; adeoque easdem inprimis *epiſcopis*, tanquam *paſtoribus primariis*, olim incubuiſſe, imo etiam ab apoſtolis aliisque præcipuis eccleſiæ præfectis ex *cura paſtorali* exercitas fuiſſe. Si hoc modo *viſitationes* inſtituuntur, expediuntur & exercentur, pars ſunt *officii eccleſiaſtici*, quod eccleſia, ſeu cœtus Chriſtianorum in vno loco collectus, *primario paſtori* commiſit. Hoc modo in primitiua eccleſia exercita fuit, vt ſtatim ab initio obſeruaui, nec eo reſpectu eſt pars *poteſtatis ſuprema ciuilis*, ſed *eccleſiæ* propria, quatenus *inſpectores* eccleſia conſtituere poteſt. Nec ſimplex hæc *inſpectio* aut *viſitatio* per ſe actum *imperii* continet, adeoque contingere poteſt, vt in locis, in quibus tantum *priuata ſacra* ſubditi quidam habent, hæc *ſimplex viſitatio* per deputatos ab eccleſia miſſos exerceatur.

Contrarium aſſeritur.

Epiſcopi proprie viſitant ob curam paſtoralem, non iure imperii.

Digitized by

Visitatio cum imperio coniuncta est pars ciuilis imperii,

§. XLIV. Ab hac *simplici visitatione*, quæ caret *imperio externo*, distingui illa debet, quæ *auctoritate imperatiua* suscipitur, per modum *imperii* exercetur, & quoddam *iurisdictionis* exercitium adiunctum habet. In hanc formam pedetentim, quamuis per abusum & coniuentiam principum, redactæ sunt *episcopales visitationes*, eo maiori *auctoritate* pollentes, si præterea adiunctos regios ministros habebant, qui publico imperio, quo muniti erant a rege mittente, ea dirigebant, condemnabant, emendabant, constituebant, decernebant. Atque hæc *visitatio* pars est *ciuilis imperii*, pertinerque omnino ad sollicitudinem imperantis ex *inspectione generali*, quam in omnes exercet ecclesias, sodalitia, collegia & corpora. Talem sibi nondum plene arrogare poterant *episcopi*, quamdiu adhuc a regibus dependebant, nec his inspectio in sacra denegata erat. Episcopi quidem visitabant etiam sine missis regiis singulis annis ecclesias diœceseos suæ, in *crimina* inquirebant, & *pœnitentias* imponebant, quippe quod *pastoralis officii* sollicitudine continebatur; ast *maiori auctoritate* procedere, & pro *imperio* decernere, emendare, corrigere & statuere poterant, si simul *ministri regii* iis essent adiuncti, per quos etiam ipsi episcopi eadem auctoritate visitabantur.

per iniuriam ab episcopis, ad iura episcopalia tracta,

Enimuero pedetentim omnis publica potestas in sacra, ecclesias, aliaque sodalitia sacra, reipublicæ erepta, & episcopis vindicata est, qui *nouo iure* visitationes pro *imperio sacro*, quo nunc *priuatiue*, intuitu *reipublicæ*, gaudent, dirigunt, in iis decernunt, emendant, & *imperatiua auctoritate* constituunt, quæ ad salutem horum corporum pertinent. Hoc sensu *ius visitandi* ad *ius diœcesanum* vel *iuris episcopalis* censum tractum, quatenus per modum *imperii* exercetur, & a potestate suprema reipublicæ alienum iudicatum est.

inde in terris protestantium principibus afferitur iure territorii.

§. XLV. Iam fiat applicatio ad status imperii A. C. qui *iure territoriali* in sacris & profanis gaudent, & iudicetur, vtrum sano sensu propter *ius episcopale imaginarium* ius visitandi iis afferi debeat? Non sunt primarii pastores, nec curam gerunt specialem animarum; ergo ex *cura* quadam *pastorali* seu *episcopali*, hoc sumta sensu, iis *ius visitandi* tribui nequit. Exercent tamen *imperium* supremum per vniuersum territorium, vi cuius leges ferunt, iudicia constituunt, singula gubernant, determinant, aliaque *pro imperio*, seu *auctoritate imperatiua* decernunt, quæ ad salutem reipubl. sunt necessaria. Ex hoc *imperio*, tanquam fonte genuino, quoque deriuandæ sunt illæ *visitationes*, quæ *publica auctoritate* & cum *imperio* constituuntur & adornantur, quas non tan-

Digitized by Google

tantum ad negotia reipublicæ ciuilia dirigunt, prouinciasque suas & speciatim *iudicia*, *collegia* & *corpora* vilitant, vt supra dictum, sed etiam *eadem potestate ciuili* hoc ius ad *ecclesiastica* extendunt, quæ eorum regimine æque ac ciuilia continentur. Atque hanc recte *publicam* & *imperatiuam* dixeris, quatenus hi, qui ad illas deputantur, pro *imperio*, quo gaudent & instruuntur, & secundum *regulas suæ instructionis*, nomine imperantis, ea decernere, emendare atque constituere possunt, quæ ad rerum ecclesiasticarum reformationem pertinent, æque vt olim reges Francorum. Neque enim olim reges Francorum visitationum curam gerebant, eoque nomine episcopis, pro *cura pastorali* ecclesias vilitantibus, officiales suos adiungebant, virtute *iuris episcopalis*, quod non affectabant, sicut episcopi eo tempore nondum illa, quæ *ciuilis imperii* erant, prorsus ad se trahebant, sesequeimperio ciuili subducebant. Hinc recte dici potest, ius *visitandi* esse tum *officii pastoralis*, tum partem *potestatis supremæ* circa *sacra* & *curam eius, qui dirigit ecclesiasticam societatem*, vt SCHILTER. *in instit. iur. can. lib. I. tit.* 6. §. 2. loquitur.

§. XLVI. Exercetur autem hæc visitatio *publica* mediate per eos, quos huic negotio præfecerunt imperantes. Tales sunt *consistoria*, suo modo *superintendentes*, vel alii *deputati*, extra ordinem ad visitationes dati. *Consistorium* enim ad relationem superintendentis publica auctoritate emendat corrigitque, quæ reformatione indigent. *Superintendentes* vel *inspectores* aut *decani*, vt alibi vocantur, quotannis visitant ecclesias. *Extraordinarii deputati* immediate a principe mittuntur pro re nata, & secundum formam præscriptam visitant. Quia hi nomine *principis* agunt, decernuntque, & ita *visitationes publicas* peragunt, non est dubium nec ambigitur, consistorium, vel deputatos, quicquid decernunt in visitationibus institutis, vel harum intuitu, postquam factæ sunt, iure *imperii* vel per modum *iurisdictionis* expedire.

Visitatio publica mediate exercetur, per consistorium, per superintendentes suo modo, per deputatos.

§. XLVII. De *superintendentibus*, tantum supereſt ratio dubitandi, *quo iure* visitent ecclesias. Noui, inter protestantes plerosque principiis Romanæ ecclesiæ adeo immersos esse, vt illa ipsa prorsus sua faciant. Aiunt, ius vilitandi *iuris episcopalis* portio est, propria principibus euangelicis. Hi iuris huius exercitium transfundunt in *superintendentes* & *consistoria*, adeoque etiam illi vt *delegati episcopales* sunt considerandi in visitationibus institutis. Ita optime ad mentem *iuris canonici* philosophantur; ast in eo peccant, quod *omne ius visitandi* a *cura pastorali* remoueant, & nimis potestatem principum extendant. Sunt *super-*

Superintendentes magis visitant ex officio pastorali,

Digitized by Google

ſuperintendentes, inſpectores & *paſtores primarii*, & ſic *coram ſuam paſtoralem* ad eccleſias, quibus præſunt, recte extendunt; aſt ſine vllo *imperio*, quod huic *paſtorali offi io* non ineſt, (ſicut olim *epiſcopi* primariam eccleſiæ curam gerebant) & ex eadem quoque *viſitandi poteſtatem*, vtut *ſimplicem*, exercere poſſunt. Ita recte ZIEGLER. *de ſuperint. c. XXII.* § 1. rationes ſubducit, &, *per poteſtatem viſitandi*, ait, *ſuperintendens*, VT BONVS PASTOR, *oues ſuas luſtrare & de earum qualitatibus, morbis & vitiis inquirere tenetur.* Poſſet ergo ſuperintendens, ſi omni *publica auctoritate* deſtitutus, ſi eccleſiis quibusdam indultum eſſet, vt res ſuas priuatim componerent, ſibique *paſtorem primarium* conſtituerent, viſitare eccleſias ſuæ *curæ paſtorali* ſubditas, ſicuti PAVLVS inuiſebat oppidatim fratres, in quibus annunciauerat euangelium, cogniturus, quomodo ſeſe haberent, *Act. XV*, 36. 41. nec in eo ius quoddam *imperii* exercebat, ſed *officio paſtorali* fungebatur.

quamuis ſimul a principe auctoritate publica muniantur,

§. XLVIII. Quia vero in illis territoriis, in quibus eccleſiæ *publicum* religionis *exercitium* habent, & per leges publicas prouinciales gubernantur, principes euangelici iure *ſuprema inſpectionis* viſitationes ad ſuam quoque reuocant ſollicitudinem, inde vt plurimum quoque conſtituunt *ſuperintendentes* & *inſpectores*, eosque inſtruunt *publica auctoritate*, qua *pleniori* cum *effectu* viſitationes peragere, &, quæ emendatione indigent, corrigere, de iis vero, quæ altiorem indaginem requirere videntur, ad *conſiſtorium* referre poſſint, vt *lib. I. tit.* 31. §. 81. *p.* 782 iam obſeruatum eſt. Sub hac *auctoritate*, qua hoc modo inſtructi ſunt, duplici iure quodammodo viſitandi poteſtatem exercent, *proprio* & *delegato*: illud quidem ineſt *officio paſtorali*, quæ poteſtas tamen inermis eſt, ſine *auctoritate publica*, & ſola adhortatione, prædicatione, & conſiliis, exemplo apoſtolorum, continetur; hoc vero, quod magis *efficax* eſt, ex norma a principe præſcripta dependet, quæque eo magis hodie neceſſaria eſt, quod res eccleſiaſticæ quoad bona & iura admodum auctæ ſunt, quarum examen, correctio, & reformatio *auctoritatem quandam publicam* deſiderat. Quodſi, vt æuo apoſtolico, viſitationes vnice fierent propter *mores* & *doctrinam*, vel *ſimplex* & *priuata* ſufficeret viſitatio, quorſum pertinet, quod ZIEGLER. *cit l.* ad officium *viſitatorum* refert his verbis: *Vt paſtor bonus oues ſuas luſtrare, & de earum qualitatibus, morbis & vitiis inquirere tenetur, num qua ſit, quæ in manifeſtis & miſerandis errorum atque criminum fluctibus volutetur, quæ deuium iter inſiſtat, quæ reduci nolit, quæque*

& ſic duplici iure viſitent.

Officium paſtorale ſimplex in viſitando,

Digitized by Google

quæ ceteris exitio aut abominationi ſit. Repertam talem corrigat, emendet, admoneat, faciatque, vt ad frugem redeat, ceteras autem, quas bene ſe habere obſeruet, in bono iſto confirmet, omnique ſtudio laboret, ne qua vel per doctrinam erroneam vel delicta ſcandaloſa detrimentum capiat. Hæc omnia fluunt ex *officio paſtorali*, & vi huius fieri poſſent, niſi latius viſitatorum officium extenſum, & tutius conſultiusque iudicatum fuiſſet, ſuperintendentes *publica* inſtruere *auctoritate*, & ſub hac eis munus viſitandi concredere, non vt *imperioſe* & *coactiua vi* vbique agerent; ſed vt ſine vllo obſtaculo, quod a renitentibus ſæpe iis imminet, officio ſuo fungi, & ad conſiſtorium vel principem referre poſſent deberentque, quæ *publico imperio* emendari, corrigi & reformari debent.

§. XLIX. Hoc modo temperari poteſt ſententia TITII **vom deutſchen geiſtlichen Recht**, *lib. II. c.* 8. §. 5. vbi nimis generatim aſſerit: Es iſt die Superintendur, wenn man es recht überleget, keine geiſtliche, ſondern **eine weltliche Bedienung**; denn gleichwie das gantze **äuſſerliche Kirchen-Regiment** ein weltlich Recht iſt, und der hohen Landes-Obrigkeit uhrſprünglich zukommt, alſo pfleget ſie ſelbiges denen conſiſtoriis und nach gewiſſer maſſe denen Superintendenten mitzutheilen: & in §. 6. Es iſt nichts gewiſſer, als daß die Superintendenten nach Art anderer Bedienten ihr Recht von Beſtellung der hohen Obrigkeit her haben; qua ſub conſideratione §. 50. *ius viſitandi* iis attribuit. Id admitto de his ſuperintendentibus, quorum inſpectio *auctoritate publica* munienda eſt, nec ſola *paſtorali cura* abſoluitur. Tales ſunt hodie vt plurimum illi, qui in territoriis proteſtantium conſtituuntur, & *auctoritate publica* muniuntur. Ceteroquin vbi eccleſiæ, vt *collegia priuata*, res ſuas priuatim habent, ſine concurſu & cura ſingulari principis, (quod contingere poteſt, vbi *dominantem* non profitentur religionem, ſed ex *mera* tolerantur *gratia* vel alio iure) res ſuas etiam, exemplo ceterorum collegiorum, priuato ordinant pacto, paſtoresque ſuos alunt, quibus *inſpectorem*, exemplo eccleſiarum ſub gentilibus imperatoribus degentium, præficere, eique committere poſſunt, vt viliter eccleſias illius loci, eaque conuenienti modo emendet, quæ *ſimplici paſtorali functione* imperio omni deſtituta, corrigere poteſt. Atque talis *ordinatio priuata*, vt aliquoties dixi, ad iura *collegiorum*, qua talium, pertinet, nec eo ſenſu principi propria, quamuis *ſuprema inſpectio* in hæc *ſacra priuata* ei omnino adhuc debeatur. Hinc ſi de *abuſu* vel *exceſſibus* in viſitationibus commiſſis conqueruntur membra ha-

Superintendentis officium non eſt mere ſeculare.

Digitized by Google

rum ecclesiarum, de iis decernit princeps, iudicat, & *publica auctoritate* id constituit, quod ad præcauendos hos excessus necessarium iudicat.

An visitatio per theologos semper peragenda?

§. L. Parum autem refert, vtrum princeps *curam pastoralem* auctoritate publica muniat, eique in munere visitandi vices quasi suas committat, an vero ei adiungat *ministrum* officialemque publicum, exemplo regum Francorum. Regulariter alias visitationes per *theologos* esse faciendas statuunt, quod munus visitatorum sit *sacrum* & *spirituale*, vt loquitur FRITSCH. *de iur. visitat. eccles. c.* I. *n.* I. vel annexum iurisdictioni ecclesiasticæ, vt WESENB. *cons.* 280. *n.* 22. philosophatur, quod per *seculares* expediri non debet, cons. HOSTIENS. *ad tit. de offic. indic. ordin. n.* 7. SOCIN. *de visitat. n.* 4. & 5. IO. FRANCISCVS de PAVINIS *de visitat. P. I. qu.* 2. *n.* 49. In *Concil. Toletano de anno* 1565 *act.* 2. *c.* 9. *in f.* apud HARDVIN. *tom. X. concil. p.* 1151. expresse hoc confirmatur: *Visitatores vero sint omnino sacerdotes, nec alias visitatorum officio vti possint, nec ad id admittantur.* De eo nunquam dubitatum fuit, quin vice visitatorum fungentes *clerici* esse debeant, quia *laici* ad eiusmodi munia prorsus inhabiles censentur; quales clerici autem adhiberi debeant, tantum determinatum, cautumque, ne alii, quam in ordine *presbyterorum* constituti admitterentur, quippe qui rerum sacrarum & missaticarum optimam censentur habere notitiam. An ergo etiam hæc qualitas inter protestantes in *visitatoribus* est necessaria?

Visitatio in mores & doctrinam merito committitur theologis,

§. LI. Distincte circa hanc quæstionem incedendum est. Si quæstio est de illa *visitatione*, quæ ex *primario pastorali munere*, quod circa doctrinam, sacramentorum administrationem, & mores Christianorum versatur, fuit, non dubium, quin hæc *pastori* qua tali, debeatur, adeoque etiam actus visitationum, qui indagationem in doctrinam, moresque tam *parochianorum* quam *parochi*, continent, merito *theologis* relinquuntur, vtpote harum rerum non tantum gnaris, sed etiam ex *pastorali cura* iis debitis. Quodsi vero status controuersiæ formantur de visitatoribus, qui *vice principis*, & *eius auctoritate* rem gerunt, vel visitationi assistunt, non necessario hanc prouinciam theologis demandandam crederem. Adeo vero hanc extendit TITIVS *cit. l.* § 9. vt putet, omne *superintendentis* munus posse *laico* committi, quod de iis *actibus* tantum intelligendum, qui a pastoribus primariis *auctoritate* & *vice principis* gerunntur. Alias *pastores primarii*, qua tales, non gerunt *munus principis*, sed in *directione* rerum ecclesiasticarum quandam prærogatiuam habent, quæ ab ecclesia, tanquam collegio, eis committi potest. Itaque integrum

quæ nomine principis exercetur etiam ab aliis.

est

Digitized by Google

eſt principi, vtrum hanc *ἐπισκοπὴν publicam* paſtori primario, an profeſſori theologiæ non ordinato, an alii committere velit? Quod ſi alii non-theologo, concurrit hic ad *viſitationes* publico principis nomine, primario paſtore ex *functione paſtorali* in doctrinam, mores aliaque inquirente. Quodſi vero *theologo* hæc prouincia obtigit, hic ſolus viſitationem peragit, nec alterius paſtoris concurſu opus eſt, cum qua *theologus* & qua *inſpector* eam perficere poſſit. Denique ſi vel maxime inprimis per *theologos* facienda viſitatio, non tamen inter nos *laici* reiiciuntur, aut inhabiles reputantur, ſed etiam ſuperintendentibus princeps *laicos* adiungere non prohibetur.

§. LII. Inſtituta prouinciarum ſingularum hac in re variant quidem, in eo tamen conueniunt, quod etiam miniſtri principum laici ſimul ad viſitationem deputari queant. Eſt enim in plerisque eccleſiis viſitatio duplex, vel *generalis*, vel *ſpecialis* ſeu *localis*. Illa *publica auctoritate* per *deputatos* per totam prouinciam vel territorium inſtituitur; hæc vero a ſingulis *inſpectoribus* vel *ſuperintendentibus* in diſtrictu ſibi decreto peragitur. Hæc *ordinaria* eſt, & *ſtato tempore* expeditur; illa *extraordinaria* dicenda, totiesque locum habet, quoties eccleſiæ vtilitas illam poſtulauerit. Denique ſicuti *hæc inſpectoribus* vel *ſuperintendentibus* commiſſa eſt, ita *illa* per commiſſarios ad id ſpecialiter deputatos peragitur. De his in *ordin. eccl. Magd. c.* 28 *ſect. I.* §. 4. ita decernitur: Derohalben wollen wir, ſo oft es nöthig und dienlich befunden wird, im gantzen Hertzogthum dergleichen general-Viſitation anordnen, und darzu iemand aus unſerer Magdeburgiſchen Regierung und Conſiſtorio, einen vom Dom-Capitul, einen Prälaten, iemand von der Ritterſchaft, ingleichen von den Städten, wie auch iedes Creyſes und Orts Inſpector, nehmen, welche ſamt und ſonders mit gewiſſer inſtruction verſehen werden ſollen. Sunt ergo hi deputati ad *generalem viſitationem* per totum ducatum Magdeburgicum partim ex *eccleſiaſticorum* partim ex *laicorum* ordine deſumendi. In *Vinar. ord. lib. II. c.* 24. §. 1. pariter ita conſtitutum eſt: Wenn wir eine general-Viſitation der Kirchen und Schulen nöthig befunden, oder deſſen gebührlich erinnert werden, wollen wir ꝛc. aus unſern politiſchen und geiſtlichen Räthen darzu gewiſſe und qualificirte Perſonen beſtellen. In *Marchia ordin. viſit. de anno* 1685. *c.* 2. & 3. per certos annos diſtributa eſt viſitatio, ita vt ſingulis decem annis in diſtrictibus ibidem determinatis re-

Viſitatio eſt vel generalis vel ſpecialis.

Generalis ratio in ducatu Magdeburgico.

in Vinarienſi,

in Marchia.

Digitized by Google

currat, ad quem adhibendi ſunt ſuperintendens generalis, einer aus unſern Conſiſtorial = und andern Räthen, deßgleichen der Notarius. Non neceſſe eſt aliorum locorum addere conſtitutiones, cum tales *commiſſarii* a principe pro arbitrio ad hoc arduum negotium deputentur. Sed etiam *viſitationibus localibus*, a ſuperintendente vel inſpectore peragendis, vt plurimum interſunt *magiſtratus loci* vel *patroni*, non eadem tamen vbique cum poteſtate.

Patroni ius viſitandi non habent,

§. LIII. Quæ cum ita ſunt, euidens eſt (1) ſolum *ius patronatus* haud ſufficere ad exercitium *iuris viſitandi* rite peragendi. Quamuis enim inter proteſtantes *ius viſitandi* non deriuandum eſſe dixerim a *iure epiſcopali*, quo *patroni* deſtituuntur; ſufficit tamen, quod *iure territorii ſublimi* deſtituantur, vnde tales *publica auctoritate* ſuſcipiendæ viſitationes dependent; conf COTHMAN. *in reſp. acad. I. n.* 398. ANDR. KNICHEN *de iur. territ. c. III. n.* 153. Id vero ita intelligendum, vt 1) non poſſint *ſua auctoritate* indicere viſitationes, 2) eas dirigere, 3) leges viſitationibus præſcribere, aliaque 4) peragere, quæ *publica auctoritate* a viſitatoribus fiunt.

ad viſitationes tamen aduocandi,

Ceterum ad viſitationis actum merito quoque aduocandi a *viſitatoribus*, & quidem vel ideo, quod ob *ius patronatus* admodum eorum interſit, ne in detrimentum eccleſiæ ſuæ quid fiat, ſed vt, quæ e re bonorum rerumque eccleſiaſticarum eſſe animaduerterint, monere, ſimul cum viſitatoribus de iis in medium conſulere, &, quæ vtilitas poſtulat, proponere poſſint. Inde dies, viſitationi dictus, iis mature indicandus, vt præſto eſſe queant, ſi forſan abſentes fuerint, prout monet *edictum regium Boruſſ. de* 27. *Iun.* 1715. von der *Local-Kirchen-Viſitat.* relatum *in contin. corp. conſtit. Magdeb. p.* 160. additur præterea §. 3. Sollen patroni, Amtleute ꝛc. bey gewiſſer Straffe die Unterthanen alt und jung dahin anhalten, daß an dem Tage, welchen der Inſpector zur Viſitation angeſetzet, und denen *Patronis*, Amtleuten und Gerichts-Obrigkeit vorher *notificiret* haben wird, alle und jede Unterthanen ꝛc. Ceterum cum *nobiles immediati* plus poteſtatis quam nudum *ius patronatus* poſſideant, licet communiter tantum hoc iis tribui ſolear, non dubium eſt, quin etiam viſitandi eccleſias ſuas ius ſibi aſſerere poſſint. Addo etiam hoc, ob diuerſitatem religionis quandoque plus iuris pacto interueniente patronis indulgeri poſſe, quale exemplum occurrit apud L. B. de LYNCKER. *reſp.* 154. *n.* 5.

§. LIV.

Digitized by Google

§. LIV. Porro (II) magiſtratus *municipalis* regulariter ius *viſitandi* eccleſias *ſua auctoritate* non exercet, non quod ad *ius epiſcopale* ſpectet, ſed quod talis *viſitatio publica* ſolius *patroni* auctoritate fieri nequeat, quale ius vt plurimum tantum habet magiſtratus ciuitatenſis vel etiam hic ſibi plus tribuere nequeat. Aliunde tamen contingere poteſt, vt *magiſtratus ciuitatenſis* plus iuris, quam *ſimplices patroni*, habeat, adeo, vt fere *ius circa ſacra*, eccleſiarum ſibi ſubiectarum ſuæque confeſſioni addictarum exerceat, quod tantum ſuperioritati territoriali alias cohæret; idque vel propter *ſtatum anni* 1624 ad quem omnia reducenda ſunt, vel ob *pactum* cum domino territorii diuerſæ religionis initum. Ex vtroque fundamenta magiſtratus Erffurtenſis euangelicus ius ſacrum, quod *epiſcopale* nominant, circa eccleſias A. C. addictas ſecundum ſtatum anni 1624 exercet, tum, quod eo tempore in eius exercitio fuerit: in quo etiam ſubditi relinquendi per *art. V. I. P.* §. 31. tum etiam, quod occupata ciuitate ab electore Moguntino libertas priſtina, ſolenni ſtipulatione interueniente, firmata fuerit, vt nullus dubitem, quin *reſponſum* 154. apud LYNCKERVM de hac ciuitate accipiendum, & ex fundamentis ibidem iactis *ius viſitandi* magiſtratui aſſerendum ſit, quemadmodum etiam alios actus ſacros exercet.

nec magiſtratus municipalis hoc ius exercet,

niſi extra ordinem ex pacto vel inſtrumento pacis,

vt Erffurtenſis,

§. LV. In epiſcopatu Hildeſienſi euangelici *conſiſtorium* peculiare poſſident, quod omnem *iurisdictionem eccleſiaſticam* in eccleſias A. C. addictas explicat, & ita viſitationes dirigit, quod corroboratum in *receſſ. de anno* 1711. §. 6. ſoll das Conſiſtorium A. C. von nun an die völlige iurisdictionem eccleſiaſticam über die Evangeliſche Einwohner und Angeſeſſene geiſt- und weltliche im kleinern Stiffte eben ſo, wie es ſelbige im gröſſern Stiffte exerciret, oder exerciren ſollen, in perpetuum haben, und ſelbiges darunter weder von dem officialat-Gerichte noch ſonſten iemand anders auf keinerley Weiſe noch Art turbiret werden ſollen. Additur in §. 17. Vor dieſem Conſiſtorio ſollen nicht allein ea, quæ ſunt ordinis & iurisdictionis eccleſiaſticæ, velut examinatio, ordinatio, inſpectio, VISITATIO, ſuſpenſio, remotio der Prediger, Schul- und Kirchen-Diener, ſondern auch alle partes huius iurisdictionis &c. tractiret, gerechtfertiget, und exequiret werden. Omnia videlicet in ſtatu *anni* 1624. in quo landſaſſi & ſubditi A. C. ſub catholico magiſtratu fuere, ſecundum *art. V.* §. 31. *pacis Osnab.* ſunt relinquenda.

Hildeſienſis.

§. LVI. Ex eodem principio (III) *ius viſitandi* aliis competere poteſt, quam qui *iurisdictionem eccleſiaſticam* in eo territorio habent,

aliis quoque competit extra ordinem vigore I. P.

Digitized by Google

bent, ideo quod, quoties catholicos inter & proteſtantes res eſt, non ad *regulam*, ex *ſuperioritate territoriali* in materia *viſitationis* deſumi ſolitam, ſed ad *ſtatum, vſum, obſeruantiam habitamque poſſeſſionem anni* 1624. *d.* 1. *Ian.* reſpiciendum ſit. Hac de cauſa in *art. V. I. P.* §. 26. ita cautum: *Quodſi quoque A. C. addicti in eiusmodi bonis eccleſiaſticis mediatis dicto anno dieque a catholicis realiter plene vel ex parte poſſeſſis iura præſentandi*, VISITANDI, *inſpectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturæ, hoſpitationis, ſeruitiorum, operarum habuerunt, &c. iura iſta ſarta tectaque manent.*

An a magiſtratu diuerſæ religionis?

§. LVII. Vlterius (IV) quia ius viſitandi a *iurisdictione eccleſiaſtica* dependet, quatenus *ſtatus anni* 1624. eam haud immutauit, contingere poteſt, vt *viſitatio* auctoritate magiſtratus *diuerſæ religionis* fiat; quod tamen cum quodam accipiendum temperamento. In *art. V. I. P.* §. 48 ius diœceſanum cum omni iurisdictione eccleſiaſtica catholicorum quidem ſuſpenſum eſt contra A. C. conſortes, hac tamen cum declaratione: *Catholicorum A. C. addicti ſtatus prouinciales & ſubditi, qui anno* 1624. *eccleſiaſticam iurisdictionem agnouerunt, in iis caſibus modo dictæ iurisdictioni ſubſint, qui Auguſtanam confeſſionem nullatenus concernunt.*

An catholici eccleſias A.C. addictas?

An ergo *catholici* virtute *iurisdictionis eccleſiaſticæ* viſitare poſſunt eccleſias ſacris noſtris addictas? Vix negandum hoc videtur, quod omnium & catholicorum & noſtratium confeſſione ius viſitandi publicum a *iurisdictione* hac dependeat. Concernit tamen viſitatio duo potiſſimum capita: (1) *ſtatum fidei & morum*, (2) *ſtatum rerum eccleſiaſticarum.* Primum caput fere vnice *confeſſionem Auguſtanam* tangit & concernit, & ſecundum illam viſitatio expedienda, adeoque epiſcopis vel viſitatoribus catholicis hac in re nihil indulgendum. Alterum caput facilius *iurisdictioni eccleſiaſticæ* catholicorum ſubmitti poteſt, cum confeſſio Auguſtana circa ea, quæ ad *patrimonium eccleſiæ* pertinent, primario non diſponat, & ea de cauſa quoque *viſitationi catholicorum* ſubſit. Vix ergo aliter viſitatio talis inſtitui poteſt, quam adhibito *paſtore ſacris A. C. addicto*, vel vt a magiſtratu catholico ad actum viſitandi commiſſarii, A. C. addicti, deputentur, quod humanitas ſuadet, cum admodum ſit credibile, non eodem zelo viſitatores catholicos de bono noſtrarum eccleſiarum fore ſollicitos (quod tamen munus viſitatorum exigit) quam quidem A. C. addictos. Optime de *officio viſitatorum* ita cenſuit pontifex in *c.* 23. *in f. h. t. viſitationis officium exercentes non quærant quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti; prædicationi & cohortationi, correctioni & reformatio-*

Digitized by Google

mationi vacando: vt fructum referant, qui non perit. Quis ſibi aliisque perſuaderet, officium tale impletum iri ab *homine catholico*, qui noſtra ſacra odit, ſpernit, reprobat, qui funditus ea perdenda delendaque, quam corrigenda, emendanda & corroboranda iudicat, cum tamen *reformatio* per *viſitationem* intendatur? Rectius ergo vel nulla ſuſcipitur ab epiſcopo catholico viſitatio, vel illa commiſſariis A. C. addictis committi debet.

§. LVIII. Quodſi ergo vel maxime (V) *magiſtratus catholicus* eam negligit quoad *eccleſias proteſtantes*, vtpote quarum curam ſingularem non habet, meo iudicio tamen proteſtantibus haud interdictum erit, in vſum eccleſiarum ſuarum *priuatas* inſtituere *viſitationes*, ſine vlla *iurisdictionis eccleſiaſticæ* violatione, quippe quæ 1) publica auctoritate non ſuſcipitur & peragitur: 2) ab omni *imperio* & *coactione* libera eſt, & per adhortationes ſerias precesque, h. e. *ſimplici officio paſtorali* expeditur, & 3) ſecundum principia eccleſiarum noſtrarum cum *cura paſtorali* coniuncta eſt. Cum ergo ſubditi A. C. liberum religionis exercitium vna cum *annexis* retinere debeant, & vero ad liberum religionis exercitium talis *priuata viſitatio* omnino ſpectet, imo prorſus ex *cura paſtorali* fluat in ea impediri non debent. Longe aliter philoſophantur catholici, qui viſitationes vnice *iurisdictioni* ſeu *imperio ſacro* adſcribunt, adeoque eis denegant qui illo haud armati ſunt; nec enim quiuis presbyteri, multo minus diaconi, ſed tantum prælati, dominatum quendam gerentes, viſitationes exercent vel *mediate* vel *immediate*. Vnde eſt, quod *commiſſarii viſitatores* non admittantur ad viſitationes eccleſiarum & monaſteriorum catholicorum, ſine ſpeciali permiſſione domini territorii, quippe qui delegati ſunt ab epiſcopo vel archiepiſcopo, & ita *auctoritate eccleſiaſtica imperatiua* armati illas expediunt, quæ tamen ſuſpenſa eſt in *art. V. I. P.* §. 48. Hac præditi poteſtate qui ſuſcipiunt viſitationes tales ſine venia impetrata, non poſſunt non lædere ſuperioritatem territorialem.

Proteſtantes in terris catholicorum priuatas viſitationes inſtituere non prohibentur,

commiſſarii catholici non æque in terris proteſtantium.

§ LIX. Denique (VI) & hoc quoque ex iactis ſupra fundamentis fluit, *viſitatores* a conſiſtorio miſſos vel *ſuperintendentes* non poſſe vltra limites territorii viſitationes extendere, ſi vel maxime eccleſiæ quædam extra territorium ſitæ vnitæ fuerint cum eccleſiis, quæ a viſitatoribus viſitantur; per *vnionem* enim haud confunditur iurisdictio eccleſiaſtica, *c. 2. X de relig. domib.* adeoque *eccleſias filias* in alieno territorio ſitas non viſitat ſuperintendens matris eccleſiæ, ſed illius territorii, in quo ſitæ ſunt filiæ, quod iam ſupra *lib. III. tit. 5. §. 186. p. 421.* obſeruatum eſt.

Superintendentes vltra limites territorii extendere nequeunt viſitationes.

Digitized by Google

eſt. Add. SLEVOGT. *de vnion. eccl. diſſ. III. c.* 1. §. 5. Solet tamen inter ſtatus vicinos non raro, mediante *tranſactione*, res aliter determinari, vt ſuperintendens *matris eccleſiæ* poſſit etiam *eccleſias filias* eidem vnitas extra territorium viſitare, ſed aduocato *inſpectore* illius territorii, vel aliis, prout conuentum eſt, qualis conuentio ſua non caret vtilitate. Ita ius *viſitandi* extra *territorium* acquiritur *conuentione*, quod proprio iure non competebat.

An præſcriptione extra territorium acquiri poſſit?

§. LX. An vero etiam *præſcriptione* acquiri poteſt? Quæſtio hæc inprimis vſum habet intuitu *eccleſiarum filiarum*, in alieno territorio ſitarum, ſi omnis deſit conuentio, & tamen per plures annos ſuperintendens *matris eccleſiæ* viſitauerit etiam *filias*. Affirmatiuam tuetur SCHILTER. *lib. I. inſtit. iur. canon. tit.* 6. §. 2. tempus tamen non determinat, nec diſtincte quæſtionem proponit. Aut enim talis præſcriptio intelligi poteſt *priuatiue* cum *excluſione domini territorii*, vel epiſcopi diœceſani, aut vero eius *concurſu* adhuc ſaluo. Qui *priuatiue* ius viſitandi in alterius diœceſi vel territorio *præſcriptione* tueri intendit, non ſufficit probaſſe *diuturnam poſſeſſionem* bona fide coniunctam, cum dominus territorii vel epiſcopus per viſitationis alterius admiſſionem non excludatur ſuo iure, quo vti poteſt, quando vult, nec vlla præſcriptio contra viſitationem admittatur. *c.* 16. *X. de præſcript.* Licet ergo per diuturnum ſpatium temporis viſitationes omiſerit in eccleſiis *filiabus*, permiſeritque, vt viſitatores *matris* quoque filias inuiſerent, non tamen *ius probibendi* alterius territorii vel diœceſeos domino acquiritur, nec dominus territorii vel epiſcopus a viſitatione excluditur, ſed vel *ſeorſim* vel *concurrenter* viſitationem peragere poteſt. Proinde ſi vel maxime magiſtratui inferiori præſcriptione *ius viſitandi* acquiſitum ſit, id tamen intelligi nequit *priuatiue*, vt iam ſupra *tit. de præſcript. §. XXVIII. p.* 1354. obſeruaui, cum ſola omiſſio principis non poſſit magiſtratui *ius probibendi* præbere. Ceterum in huius iuris *acquiſitione* non aliud quam *immemoriale* tempus admitti poteſt, tum ſi *magiſtratus inferior* ius viſitandi hoc modo tuetur, quia *regalia* & *iurisdictionalia* alio acquiri modo nequeunt; tum etiam, ſi *extra territorium* vel *diœceſin* alius ius viſitandi ſola præſcriptione ſibi aſſerit, cui admodum *ius commune* reſiſtit, & *finium eccleſiaſticorum* perturbatio inſignis cohæret, qui tamen *regulariter* ſunt impræſcriptibiles; conf. B. STRYK. *de iur. princ. extra territ. c.* 1. *n.* 32. Ita vero *ius priuatiuum* haud cenſetur acquiſitum, ſed ſemper integrum domino territorii vel epiſcopo, ſuo iure vti. Si *ius probibendi* & *excludendi* vel magiſtratus vel ter-

Digitized by Google

territorii alterius dominus acquirere vellet, interuenire deberet actus *contradictorius* cum *acquiescentia* coniunctus, vt regulariter iuris est in iuribus *negatiuis*, quæ *ius prohibendi* adiunctum habent. Aſt vero in *præscriptione immemoriali* talis *contradictio* a parte visitantis, & *acquiescentia* a parte domini territorii concipi nequit, quia, si de hac constaret, memoria *initii* adesset, a quo præscriptio hæc *exclusiua* inchoanda esset. Neque audiendos esse existimo, qui *quadragenariam* præscriptionem, quæ *iura ecclesiastica* perimit, hoc casu forsan substituunt; non enim de *iure* ecclesiarum *priuato* amittendo hic agitur, sed de *publico*, de *iurisdictionis ecclesiasticæ* singulari effectu, qui tanto temporis lapsu tolli nequit. Vnde licet admiserim, acquiri hoc ius *præscriptione immemoriali*, non tamen arbitror, *ius prohibendi* vlla temporis vetustate impetrari posse. Imo vix audiendi forent, qui *dominum territorii* excludere vellent, cum visitatores detrimentum sui iuris, præscriptione acquisiti, non patiantur, si vel maxime dominus territorii pro *potestate imperii sui* in eisdem ecclesiis visitationes adornat, veluti si forsan *extra ordinem* per vniuersam prouinciam visitationem institueret.

§. LXI. Cum vero *iurisdictionis ecclesiasticæ* apud catholicos latissimus sit ambitus, & per plures magistratus ecclesiasticos dispersa, pluribus quoque, sub *ordine* & *gradu*, ius visitandi adscribitur, quod vel binis indicandum verbis. Neque enim tantum episcopis, sed *archiepiscopis* illud adscriptum, *c.* 3 & 14. *X. t. in* 6. *c.* 16. *X. de præscript.* ZIEGLER. *de episc. lib. III. c.* 26. §. 8. *sqq.* & quidem his, in diœcesi suffraganeorum episcoporum, *c.* 25. *de accus.* qui archiepiscopum excludere nequeunt, quod admodum restrinxit, imo fere in totum impediit *concilium Trident. sess. XXIV. c.* 3. vt ZIEGLER. *cit. l.* recte obseruat. Catalogum horum *magistratuum ecclesiasticorum*, visitandi iure fruentium, satis amplum sistit IO. FRANCISC. DE PAVINIS *de Visitat. P. I. q.* 2. Principatum inter hos gerit *pontifex*, qui *vniuersum orbem Christianum*, cuius *caput* esse dicitur, visitare potest, quod facit per *nuncios*, & per *inquisitores*, qui admodum graues prouinciis fuere. Quantas auaritiæ libidine *procurationes* ex hoc fonte exegerint, & integra regna exhauserint sordidi nuncii, infra enarrabo. *Patriarchis* quoque ius idem tribuunt quoad diœceses illis subiectas, quod ZIEGLER. *cit. l.* §. 11. illustrat. Sequuntur *primates*, primum inter archiepiscopos locum tenentes, post hos *archiepiscopi*: sicuti vero horum ius visitandi hodie, prout dictum, fere in totum impeditum est, ita & *primatum*. *Legatos natos* quoque visitare posse, *de* FAVINIS *cit. l. n.* 13. asserit, quod *iurisdictione papali* fruantur,

Apud catholicos ius visitandi pluribus debetur, inprimis pontifici quoad vniuersum orbem, patriarchis, primatibus & archiepiscopis, legatis natis,

Digitized by Google

tur, quamuis id non aliter, quam *præcepto pontificis præuio*, fieri debeat.

cardinalibus, Præterea *cardinales* eadem poteſtate gaudent, quoad *titulos* ſuos, in quibus poteſtate *epiſcopali* funguntur, *c.* II. *X. de maior. & obed. c.* 2. *X. de*

coadiutori, *cleric. non reſid.* licet tantum ſint *presbyteri* vel *diaconi*. *Coadiutori* quidem idem ius indulget de FAVINIS *cit. l. n.* 32. id quod tamen tantum de iis intelligo, qui *re* tales, non *nudo nomine* ſunt. forſan quod inhabili epiſcopo dati fuerint, quippe qui regiminis eccleſiaſtici habenas tenent. Qui enim vt plurimum hodie eliguntur, non participant de *regi-*

capitulo ſede *mine epiſcopali* & nudæ *ſucceſſionis futuræ* gratia conſtituuntur. Capi-

vacante, tulum *ſede vacante* a iure viſitandi IDEM *cit. l. n.* 46. excludit, cum tamen in illud ea, quæ *iurisdictionis eccleſiaſticæ* ſunt, transeant, adeoque merito ad hunc quoque actum admitti debeat, vt recte obſeruant SCHILT. *lib. I. inſtit. iur. can. tit.* 6. § 3. *in f.* & CORVIN. *de perſon. & benef. eccl. P. I. lib.* 3. *tit.* 20. *n.* 8. Habent etiam monachi præter *epiſcopos* proprios

viſitatoribus magiſtratus, qui imperium in illos exercent eosque viſitant. Ita enim

monaſticis, respublica monaſtica eſt conſtituta, vt pauliſper *regimine* prorſus *proprio* vti cœperit, prout ſupra *tit.* 35. obſeruaui oſtendique *p.* 340. a capitulis ſingulorum ordinum *viſitatores* conſtitui, qui ſecundum formam præſcriptam monaſteria viſitent & reforment. Imo & *abbates* obedientias &

abbatibus. prioratus, a principali monaſterio dependentes, viſitare tenentur, prout *patres Tridentini* ſpeciatim conſtituerunt, *ſeſſ. XXI de reform. c.* 8. ne prioratus peſſime & cum detrimento rei familiaris adminiſtrentur, ceu, antiquitate teſte, vt plurimum factum eſt. Hæc igitur viſitatio magis *rerum* quam *morum* gratia, magis *œconomiæ monaſticæ*, quam *fidei Chriſtianæ* gratia inſtituitur.

Viſitationes apud catholicos fiunt per modum imperii.

§. LXII. Sicuti itaque *viſitationis ius* in vniuerſum ex *iurisdictionis eccleſiaſticæ* viſceribus petitur; ita non amplius, vt olim & ab initio, in iis per modum *doctrinæ & functionis paſtoralis* ſeu *doctoris* proceditur, ſed pro *imperio*, ſecundum regulas *iurisdictionis eccleſiaſticæ*. *Viſitare enim*, ait SQVILLANTE *de oblig. & priuil. epiſc. P. I. c* 3. *n.* 3. *nihil aliud eſt, quam ſubditorum exceſſus inquirere & inquiſitos caſtigare & emendare &c.* Vnde decernunt, condemnant, corrigunt, decidunt, pœnitentias imponunt, ius dicunt, aliaque *pro imperio* agunt. Eadem poteſtate incedunt quidem etiam *viſitatores* delegati ab epiſcopis; hi tamen ad formam illis præſcriptam magis adſtricti ſunt, vt tamen itidem

Dantur etiam viſitatores ſine imperio, *delegata iurisdictione* in viſitationibus inſtitutis vtantur. Hoc vel inde liquet, quia adhuc alii ſunt *viſitatores* ſeu *inquiſitores*, qui ſine *iurisdictio-*

Digitized by Google

Stiore, h. e. imperio, quod iurisdictionis anima est, inquirunt. Horum mentio fit ab INNOCENTIO III. *in c.* 25. *X. de accus.* vbi iniunctum est episcopis, *vt per singulas diœceses statuant personas idoneas, prouidas videlicet & honestas, quæ per totum annum simpliciter & de plano* ABSQVE VLLA IVRISDICTIONE *sollicite inuestigent, quæ correctione & reformatione sunt digna, & ea fideliter perferant ad metropolitanum & suffraganeos & alios in concilio subsequenti.* Sunt hi *denunciatores publici*, die Rügemeister, qui adhuc hodie in quibusdam locis supersunt, inde originem trahunt, & ad fora criminalia referuntur. Ceterum primus eorum ortus debetur antiquissimo instituto, quo in visitationibus, vt supra §. 37. dictum, episcopus quosdam iuramento, cuius formula in *c.* 7. C. 35. *q.* 6. occurrit, adstringebat, vt manifestarent delinquentes. Vocati hi ea propter sunt *testes synodales*, quod his ob iuramentum vt *testibus* fides haberetur. Facit horum mentionem pontifex in *c.* 7. *X. de testib. cog.* asseritque: *Si testes publici, quos tua ciuitas nuncupat synodales.* Hos quoque appellari *visitatores*, quod circuire debeant totam parochiam de villa in villam, asserit *de* PAVINIS *de visitat.* P. *I. q.* 5. *n.* 11. ast vero in sensu magis *vulgari*, quam *canonico*, cum sine vlla *iurisdictione* procedant, inquirantque occulte, adeoque magis *denunciatores* & *testes* simul dicendi. Vestigia horum *testium synodalium*, & ipsarum *synodorum*, ad quas hi delicta detecta deferebant, deprehenduntur in nonnullorum locorum foris criminalibus, & ex *visitationibus archidiaconorum*, qui in iis quodammodo *criminaliter* proceduntur, ortum trahunt. Sunt enim constituta *annua* quædam *iudicia*, Rügegerichte, in quibus conuocatis subditis ex singulis quæritur, quid ab vno vel altero contra leges commissum, quidue omissum sit, id quod sub *fide iuramenti* indicare iubentur, tradente SPIZIO *de procurat. canon. c. II.* §. 6. vbi simul hoc illustrat ex *iure prouinciali Wirtemberg.* Es soll ein iedweder unserer Unterthanen bey seinem Eyde schuldig seyn, ohn Unterlaß, und sonderlich in denen Voigtgerichten anzuzeigen, ob uns durch unsere Ober- und Unter-Amt-Leute Vorstmeister oder andere nichts versäumet oder abgangen wäre, damit unser ferner Schade verhütet werden möge. Item: Nachdem uns vielfältig fürkommt, daß die Schultheissen und Unter-Amtleute zu Zeiten durch die Finger sehen, diejenigen, so ihnen gefreund, oder anhängig, nicht straffen, Wittwen und Wäysen bey ihrem Rechte nicht handhaben, und unbillig beschweren, ist unsere ernste Meynung und Befehl, daß unsere Ober-Amtleute in denen Voigt-Gerichten deßhalb

quales erant testes synodales,

quorum vestigia occurrunt in quibusdam iudiciis, an denen Rügegerichten,

Digitized by Google

eine gantze Gemeinde fragen, und ihre Klagen in geheim vernehmen, alsdenn den Unter-Amtmann oder Schuldheissen zur Rede stellen, seine Verantwortung hören, und so der Ober-Amtmann befindet, daß er dergestalt übel gehandelt, dasselbige in unserer Cantzeley zu erkennen geben, darauf ferner Befehlig und Bescheids erwarten, damit die arme verlassene und einfältige Leute, auch Witwen und Wäysen nicht unterdrückt, sondern zur Recht und Billigkeit gehandhabet werden.

quorum officium refertur & explicatur.

§. LXIII. Sed reuertor ad *testes synodales*, ac reliqua, quæ circa eos constituta sint, persequor. Videlicet ecclesiæ non potuere non præscripto INNOCENTII III. sese submittere, quod conciliorum variorum decreta declarant. Nam ad hæc instituta sese composuit *concilium Saltzburgense de anno* 1420. *c.* 16 apud HARDVIN. *tom. VIII. conc. p.* 981. vbi edixerunt membra huius synodi: *Iurabunt testes synodales, vel saltim fidem loco iuramenti præbunt in hac forma: primo quod per totum annum vsque ad synodum proximam diligenter inquirent, simpliciter tamen & de plano & absque vlla iurisdictione, quæ correctionis & reformationis tam in clero quam in populo sint necessaria &c.* Eandem sanctionem corroborauit *concil. Paris. de anno* 1429. *c.* 38. apud EVND. *cit. l. p.* 1051. *Item volumus & ordinamus, quod testes synodales, qui in qualibet diœcesi secundum canonica statuta ordinati sunt, diligenter inquirant, si prædicta statuta ab omnibus seruabuntur.* Specialius horum *testium officium* determinatum est in *concil. Auenionensi de anno* 1594. *c.* 4. apud HARDVIN. *tom. X. concil. p.* 1838. quo cauetur, vt 1) deligantur ex vnaquaque diœcesi duo sacerdotes *ætate moribusque graues, prudentes, ac disciplinæ christianæ studiosi;* 2) hi secreto ab episcopo conuocentur, & iuramento adstringantur: 3) denique hi ipsi personas discretas interrogando *simpliciter* & *de plano* absque vlla *iurisdictione* sollicite inuestigent: an parochi munus suum obeant ea, qua par est, sollicitudine in sacramentis, ceterisque? &c. hæc omnia 4) in quæ inquisiuerunt, diligenter annotent, ac mature ad episcopum deferant, quo in futuro concilio de eorum correctione deliberationes instituí queant.

Erant testes synodales inquisitores secreti.

§ LXIV. Erant itaque meo iudicio hi *testes synodales secreti* magis quam *publici visitatores* seu *inquisitores*, quorum *denunciatio* magnum habebat pondus, eique sententia in futuro concilio ferenda innitebatur. Quid li inde natales *iudiciorum occultorum* in Westphalia petas? Fabulam de eorum institutione, CAROLO M. tribuendi, plures iam inuictis argumentis diluerunt, prout etiam obseruat Dn. THOMAS. *de vera orig. nat. progres. & inter. iudic. Westphal.* A seculo XIV. demum

An inde natales iudiciorum occultorum petendi?

eo-

eorum *auſpicia* eſſe repetenda, vir illuſtris *cit. l.* §. 33. docet probatque. Hoc ipſo tempore *ſynodalium teſtium* praxis, ab INNOCENTIO III. generatim reducta & confirmata, admodum florebat, eorumque ſolertia fiebat, vt *occultiſſima* in lucem protraherentur, & *ſynodali iudicio* diſcuterentur; de delictis enim commiſſis potiſſimum ſolliciti erant epiſcopi, vt *pœnitentias* (vel *pœnas pecuniarias* loco illarum ſubſtituras,) promeritas delinquentes ſubirent, absque quibus illa remitti haud poſſent. Plura ex *proceſſu clericali* tracta eſſe ad fora criminalia *lib. V.* demonſtrandum erit. Vniuerſa *inquirendi* & *ex officio procedendi* ratio ex ſcitis papalibus petenda. Imo hoc tempore pontificibus & epiſcopis id vnice curæ cordique fuit, vt *iura papalia*, abolitis LL. domeſticis, introducerentur, & omnia ad eorum normam componerentur. Magnum robur huic inſtituto addidit archiepiſcopus Colonienſis, dux Weſtphaliæ & vicarius imperatoris per Weſtphaliam, vt oſtendit DN. THOMAS. *cit. l.* §. 32. Imo epiſcopis ab initio exercitium huius *iudicii occulti* concreditum, & ab illis quoque efformatum. IDEM *cit. l.* §. 24. Quid ergo mirum, ſi ab *inſtitutis ſynodalibus*, in quibus quælibet delicta per *teſtes ſynodales* detegebant, formam quandam huic iudicio criminali dederint. Scilicet ipſæ ſynodi nihil aliud erant, quam *quædam iudicia publica eccleſiaſtica*. Ad has per *teſtes ſynodales* deferebantur varia criminum genera: delinquentes pœnitentiis impoſitis coërcebantur, atque *ſecreta* eorum *denunciatio* inſtar *probationis* erat. In iudiciis *occultis* loco *teſtium ſynodalium* erant *ſcabini*, iuramento itidem conſtringendi, quo iurabant *fidelitatem iudicio, amaturos æquitatem, delaturos quæcunque cognouerint, nec quicquam eorum, quæ præſcripta & vſitata ſunt, transgreſſuros*, vt ex *faſtis Carolin.* TVRKII refert. DN. THOMAS. *cit. l.* §. 32. *in not. lit. f.* Si quem deferebat ſcabinus, iurabat, eum tali crimine eſſe pollutum: nomen delati libro inſcribebatur, quem *ſanguinis* appellabant. Huic æque fides habebatur, quam *teſtibus ſynodalibus*. Ipſa *iudicia occulta* erant inſtar *ſynodorum*; magnæ æque auctoritatis, vt ſynodi, in quibus æque *de plano* procedebatur, vt in his. Libere euocabant quoscunque, æque ac ſynodi prouinciales eos, quos *teſtes ſynodales* detulerant. Sed nimius abuſus tandem hæc *iudicia occulta* ſuſtulit.

An teſtes ſynodales conferendi cum periodeutis?

§. LXV. Poſſes etiam hos *teſtes, ſynodales & occultos viſitatores* quodammodo conferre cum *periodeutis* & *circuitoribus*, de quibus ſupra §. 20. iam actum, niſi quod hi maiorem auctoritatem haberent, & poteſtate *corrigendi* & *emendandi* pollerent, æque vt alii publici viſita-

Periodeutarum inſtaurationem quidam optant,

ſitatores, adeoque non ſoli *denunciatores* eſſent. Inſtaurationem eorum ſedulo optauit celeberr. ZELTNER, *de periodeut. c* 3 §. 7. *ſeqq.* 1) quod hic modus viſitandi eccleſias ſit antiquiſſimus, non ſolum *antiquitate* commendandus, ſed tanto magis a ſtatibus euangelicis approbandus, quanto minus probatus fuit epiſcopis, qui *periodeutas* oppreſſerunt cum ſummo eccleſiæ neglectu & damno: 2) quod rerum politicarum multitudine plerumque ſtatus obruantur, quibus hæc poteſtas *iure diuino* data eſt, vt eam commode exercere non poſſint, cum hæc, quæ fit per *circuitores*, ſimpliciſſima & expeditu facilis ſit: 3) quod ita fiat compendium impenſarum: 4) quod maiori cum cura & ſollicitudine viſitationes fieri poſſent, ſi huic negotio *vnice* aliquis præficeretur, qui vel *ex improuiſo* & *ordine arbitrario* eccleſias inuiſeret, & præcaueret, ne doli & fuci committerentur, qui vix præcaueri poſſunt, ſi quaſi *ex condicto*, certo tempore, vt moris eſt, viſitationes fiunt: 5) quod hoc modo luſtrationes frequentiores inſtitui poſſent, eo magis neceſſariæ, quo magis eas deſiderat vtilitas eccleſiaſtica, cum viſitationes *ſolennes* & *publicæ* ob varia impedimenta publica turbentur & ſiſtantur: 6) quod præiudicium nullum fiat ſummæ poteſtati in republica per *periodeutas*, quippe ab illa conſtituendi, & ita ab ea dependentibus.

quod votum non ſimpliciter reiiciendum,

§. LXVI. Pia admodum & non adeo improbanda eſt intentio auctoris clariſſimi, quæ potiſſimum ſeſe fundat in principiis ab initio memoratis, ſecundum quæ viſitationes ſunt vel pars *functionis paſtoralis*, vel *inſpectionis generalis publicæ*, qua pro commodis reipublicæ & omnium, quæ in ea geruntur, inuigilat imperans quilibet. Ex hac hodie plerique fere vnice metiuntur viſitationes, non alia de cauſa, quam quod *iuris epiſcopalis*, prout hodie ſeſe habet, præcipuum effectum in iis quærant, & hoc ſummo cum rigore principibus aſſerere ſoleant, metuentes, ne in detrimentum eius quid fiat. Hoc vero non adeo metuendum, ſi *publicæ* extra ordinem quandoque ſuſcipiuntur, quales ſunt *generales*, quæ per totum territorium fiunt; *ordinariæ* autem illis demandantur, qui hanc *paſtoralem functionem* gerunt. Equidem *inſpectores* & *ſuperintendentes* in noſtris eccleſiis quotannis hoc officium implere tenentur; ſed tam ampliſſima eſt hæc prouincia, vt totum hominem deſideret, qui vnice hiſce viſitationibus vacet, emendandis defectibus incumbat, & nulla alia *cura paſtorali ſpeciali* teneatur, qualem habent *ſuperintendentes* & *inſpectores*. Nouum ergo conſtituendum eſſet *officium eccleſiaſticum*, huic ſoli rei addictum, qua-

quamuis nouum officium

Digitized by Google

quale erat *periodeutarum;* nec *ordinationem* in eius subiecto desidera rem, cum *visitatio* etiam u *non ordinato* fieri possit, modo rerum theologicarum optime gnarus, & præ aliis magna sinceritate vitæ ornatus sit. Imo si vel maxime *ordinatio*, infirmorum gratia, fieri deberet, illa tamen non foret *sine titulo* aut *absolute*, quippe quæ ad hanc *functionem pastoralem* fieret, quæ æque *officium ecclesiasticum* dicenda.

ecclesiasticum hoc ipso constituendum sit,

§. LXVII. Verum huius consilii exitus eo difficilior redditur, quo maiores in sustentationem horum visitatorum sumtus desiderantur. Non tantum enim idoneum salarium iis assignandum est, sed etiam cogitandum de sumtibus in vecturam faciendis, quæ ipsis semper præsto esse debet. Non minuerentur procurationes hoc instituto, vt putat ZELTNERVS, sed augerentur cum magno ecclesiarum onere, quæ ab illis essent ferendæ, cum in earum vtilitatem vertantur. Hoc vnum forsan supereſſet remedium pro hac superanda difficultate, si in iis locis, in quibus monasteriorum reditus vel præbendæ superstunt, visitatoribus perpetuæ præbendæ assignarentur, vel constituerentur *visitatores canonici*, a *residentiæ* necessitate immunes, quia hac ratione beneficium sine officio sacro non haberent, prout tamen in plerisque capitulis fieri solet. Sunt præbendæ generatim iis deputatæ, qui *officium ecclesiasticum* vel *functionem pastoralem* gerunt; quid ergo prohiberet, resuscitare talia officia, eaque imponere præbendaris, ne sic causa hos reditus consumerent.

quod ob expensas insignes non facile in exitum deduci potest, nisi forsan præbenda perpetua huic assignetur,

§. LXVIII. Agnouit huius *functionis ecclesiasticæ* necessitatem pariter & vtilitatem dux Saxoniæ ERNESTVS pius, referente EYRINGIO *in vita huius principis c. XIV.* cuius verba ZELTNERVS *cit. l. c. III.* §. 14. adfert, quæque hic repetere re esse duxi: *cum videret princeps optimus, ecclesiastica illa ephoria, quæ instituta protestantibus erat, non optime consuli ecclesiis, quod superintendentes ac inspectores eodem tempore, quo maxime debebant eo munere fungi, concionarentur, (est enim vtrumque munus coniunctum) constituit aliquot pios, eruditos, ac industrios viros, qui immunes essent ab habendis concionibus aliisque officiis sacris, atque singulis equum alebat, vt in certo tractu, certisque præfecturis circumequitarent, dominica maxime & festis diebus, & præter expectationem in pagorum ecclesias inter sacra publica intrarent, pastorem docentem aut capita catecheseos ab auditoribus exigentem audirent, auditorum frequentiam atque religionem considerarent, & an omnia ex præscripto sacrarum legum fierent, curate observarent. Huiusmodi inspector, si quid emendandum videretur, in pugillares referebat, leuiora ipse, vt emendarentur, admonebat, grauiora consistorio denunciabat, cui de singulis ecclesiis,*

Exemplum illustre ducis Ernesti Pii.

Digitized by Google

ſiis, quas obibat, rationem reddere ex officio debebat. Sic inſpectio ſæpius & in ſingulis parochiis, peracta eſt diligenter, etiam in iis locis, quo vel nunquam vel raro admodum ſuperintendentes, aliis diſtricti negotiis, peruenisſent. Illuſtre hoc principis pii exemplum eo magis omnibus ſtatibus euangelicis ad imitationem propoſitum eſſe debet, quo maiorem rerum eccleſiaſticarum gerunt curam, gnari, eas non perfunctorie eſſe tractandas.

Eccleſiæ viſitandæ,

§. LXIX. Actum eſt de *perſonis*, per quas eccleſiæ viſitandæ. Obiectum huius functionis ſunt inprimis *eccleſiæ ordinariæ*, imo olim etiam *oratoriæ & capellæ*, in quibus extra ordinem ſacra adminiſtrabantur, (quamuis procurationes ab iis exigere non poſſent epiſcopi; *c. 27. X. h. t.*) non vero loca ſine *auctoritate* epiſcopi exſtructa, cum adhuc *profana* & *priuata* maneant. SQILLANTE *de oblig. & priu. epiſc. P. I. c. 3. n. 8.* Edidit HINCMARVS capitula, *quibus de rebus magiſtri & decani per ſingulas matrices eccleſias & per capellas parochiæ epiſcopalis inquirere debeant*, vt ſupra §. *XXXIV.* iam obſeruaui. *Matrices eccleſiæ* & *capellæ* in verbis adductis opponuntur, quod illæ eſſent eccleſiæ *principales*, *ordinariæ*, *parochiales*, *maiores*, hæ vero *minores*, in quibus in *priuatum vſum* quodammodo ſacra fiebant. Neque ratio aderat, ob quam *capellæ* viſitationibus eſſent ſubducendæ, quippe in quibus æque ſacra fiebant ac in eccleſiis *matricibus*, exceptis diebus feſtis ſolennioribus.

etiam capellæ,

Sunt adhuc hodie nobiles, qui in caſtris ſuis *oratoria domeſtica* ex antiquo priuilegio habent, (promiſcue enim & ſine *epiſcopali conceſſione* nemini integrum eſt, talia exſtruere oratoria) vt etiam *domeſticum ſacerdotem* iis præficere, & rem diuinam extra ordinem ibidem facere poſſint. Hæc faciem *antiquarum capellarum* adhuc retinuere, nec dubium eſt, quin *viſitatores* vel *inſpectores* ea inuiſere poſſint, cum ratio, quod *priuata ſacra* ibidem tantum peragantur, viſitationis neceſſitatem non tollat, ſed magis prouocet, quod in *cultu priuato*, quem tamen *ordinatus presbyter* celebrat, grauiores abuſus variis ex cauſis emergere poſſint, qui omnino correctione indigent.

monaſteria,

§. LXX. Inprimis etiam *viſitationibus* ſubiecta ſunt *monaſteria*, quæ vel viſitantur a *viſitatoribus* per capitulum ordinis *deputatos*, prout ſupra dictum, vel ab *ordinariis* ſeu *epiſcopis*. Verum pontifex ad infinitas rixas & querelas anſam dedit, omniaque turbauit per *exemtiones*, iuri eccleſiaſtico repugnantes, vt nuper admodum anonymus, eccleſiæ Romanæ tamen addictus, docuit in tractu *de l' autorité du*

Digitized by Google

dii pape tom. II. c. 4. & his paucis indicat verbis RICHARDVS Cantuariensis apud PETRVM BLESENSEM *p.* 102. *quid eſt eximere ab epiſcoporum iurisdictione abbates, niſi contumaciam ac rebellionem præcipere & armare filios in parentes?* Sed pontifices peculiares ſuas rationes habuere, ex quibus tot *exemtiones* fecerunt, indicatas ſupra *tit. XXX. §.* 30. *ſq. p.* 329. nec negari poteſt, etiam epiſcopos, monaſteriis admodum graues, nonnunquam in cauſa fuiſſe, vt hæc ad libertatem adſpirarent. Quamuis itaque per has *exemtiones* viſitationibus *ordinariorum* ſimul ſubducta fuerint monaſteria, tandem tamen tot epiſcoporum querelæ induxere curiam Romanam, vt primo in *concilio Viennenſi*, teſte *clem. 2. de ſtatu monach.* plenius vero in *ſynodo Tridentina* epiſcoporum viſitationes *per indirectum* in loca exemta reſtitueret. Cautum enim eſt *ſeſſ. VII. c.* 7. & 8. vt *anno quolibet* epiſcopi viſitarent eccleſias omnes, quocunque demum exemtionis priuilegio gauderent, vt *delegati ſedes apoſtolicæ*, qua ſub qualitate & pontifex ius ſuum conſeruauit, & epiſcopi poſtliminio ius viſitandi recuperarunt. Ceterum ex hac *qualitate*, qua muniti epiſcopi viſitant, concludunt, (1) *archidiaconos* ius viſitandi loca exemta ſibi arrogare non poſſe, quod vices epiſcopi tantum gerant in iis, quæ epiſcopis, *qua talibus*, iure ordinario, incumbunt, non in iis, quæ vt *delegati ſedis apoſtolicæ* gerunt aguntque, adeoque minus concludit LEVRENII *de vicario epiſc. tr. IV. c.* 2. *q.* 652. argumentum: *quas eccleſias viſitare poteſt epiſcopus, eas etiam archidiaconus.* (2) Dubitant, an *capitulum*, ſede vacante, in hanc iurisdictionem delegatam ſuccedat? nec ſine ratione dubitant, quod capitulum tantum explicet *ordinariam* epiſcopi, *qua talis*, poteſtatem, non quam habet *iure ſpeciali* ſub *qualitate ſingulari*, quæ non æque tranſit in capitulum, ac *ordinaria poteſtas epiſcopalis*, ſed perſonaliſſima eſt. ERASMVS A CHOCKIER *tom. I. de iurisd. ordin. in exemt. P. IV. q.* 24.

quæ viſitat ipſe tantum epiſcopus, vt ſedis Romanæ legatus.

§. LXXI. *Hoſpitalia, religioſæque domus* aliæ, vt & *ſcholæ* oppidorum publicæ æque viſitationem deſiderant Obſeruaui vero, horum corporum viſitationem rarius a *ſuperintendente* & *inſpectore* ſuſcipi: vt plurimum *ſenatus*, vt eorum conditor & patronus, ea dirigit, curam eorum gerit, & ſic etiam viſitat. Supra obſeruaui, huiusmodi corpora recte in ciuitatibus exſtrui a *magiſtratu oppidano*, ſine epiſcoporum auctoritate, quod *publici boni ratio* ea deſideret, & magiſtratibus cura tum *ſcholarum publicarum*, tum *pauperum* incumbat. Hæc ſollicitudo publica etiam obligat eosdem ad viſitanda hæc corpora, quorum *publicam*, vi officii, gerunt *curam*. Alibi tamen ſcholæ *ſuper-*

Viſitantur etiam hoſpitalia & ſcholæ.

Digitized by Google

intendentis inſpectioni & viſitationi ſubſunt, vt ZIEGLER. *de ſuperinten. l. c.* 23. ex praxi Saxonica electorali illuſtrat. Quamuis enim certi ſcholarum inſpectores conſtituti ſint, coniunctim tamen cum ſuperintendente hi ſcholas viſitant, vt dicitur **in der Churſächſ. Schul-Ordn. P. V.** Der Superintendent ſoll neben obermeldten Verordneten die Schule auch fleißig viſitiren, die Knaben examiniren, und was er für Unordnung und Mangel nicht abſtellen kan, ſeinem General-Superintendent neben andern berichten. Gymnaſio Coburgenſi præfecti ſunt peculiares *inſpectores* & viſitatores, zwo Perſonen aus dem Conſiſtorio, eine geiſtliche und eine weltliche, aus der Rentherey der Rentmeiſter, von der Landſchaft wegen in Francken und Thüringen einer von Adel am Hof-Gerichte oder ſonſten in der Nähe, einer aus dem Rathe. Vid. **Ordn. des Fürſtl.** *Gymnaſii* zu *Coburg.* §. **als verordnen wir.** In ſcholas in pagis & vicis *paſtor loci* inſpectionem vt plurimum habet, easque viſitare, & viſitatori ordinario, rurales eccleſias viſitanti, inſpectionis ſuæ rationes reddere tenetur. ZIEGL. *cit. l.*

Olim etiam in Saxonia ſynodi clericorum viſitationis gratia cogebantur,

§. LXXII. *Modum* viſitandi quod concernit, iam ſupra §. 33. obſeruaui, per multa ſecula duplici ratione viſitationes factas fuiſſe, tum circumeundo *ſingulas parochias*, tum *ſynodum* ex clericis potiſſimum cogendo. Vtramque viam poſt reformationem eccleſiæ proteſtantes quædam retinuere. Et quidem quod *ſynodos* concernit, quæ ſecundum *c.* 9. *X. de accuſ.* inſtituuntur viſitationum gratia, easdem olim Saxonia electoralis etiam receperat, vt docent *artic. generales de anno* 1577. *tit.* **Von Wahl und Amt der** *Superintendenten*, quibus cautum, daß ein ieder ſuperattendens nach ſeiner und der benachbarten Pfarrer Gelegenheit alle Jahr zwiſchen Oſtern und Pfingſten einen ſynodum halten, und dazu beruffen aus Städten, Flecken und Dörffern alle Paſtores, ſo in ſeine Superattendenz gehören, und ſich darinn ihrer Lehr und Sitten, auch anderer vorfallenen Gebräuchen erkundigen, dieſelben in Beſſerung richten, inſonderheit auch ihre relation hören, wie ſie ihre Pfarr-Kinder in examine befunden, und was ſie ſonſten vor irrige Sachen anzuzeigen haben. Und da etwas fürfiele, das er nicht verrichten könte, ſoll er das an das Conſiſtorium, dahin die Perſon und Sachen gehören, weiſen und gelangen laſſen. Plus poteſtatis habuere ſynodi *epiſcopales* & *prouinciales*, per *cit. c.* 9. quod ſecundum eccleſiæ Romanæ principia per *iurisdictionem eccleſiaſticam* epiſcopi procedere, cauſas decidere, & *ſtatuta ſynodalia* de his, quæ correctione indigent,

Digitized by Google

gent, facere poſſent. Tali poteſtate non gaudebant *ſuperintendentes* in his ſynodis, vtpote qui *functione paſtorali*, non *iurisdictione* ſeu *imperio ſacro* præditi ſunt. Euentus vero docuit, has ſynodos parum profuiſſe rei eccleſiaſticæ, vt docet *ordin. eccleſ.* AVGVSTI *in corp. iur. Saxon. P. I. p.* 379. adeoque prorſus ſublatæ ſunt. Rationes huius abolitionis hæ traduntur: Daß auf ſolchen Weg der Kirchen und Schulen weder gerathen noch geholffen, daß ſolche ſynodi nicht allein unnützlich, ſondern auch mehrmals mit groſſem Aergerniß, Nachtheil und Schaden der Kirchen gehalten, weil in ſo groſſer Anzahl der Pfarrer und Kirchen-Diener unmöglich, daß auf einen Tag, da gleich derſelbe einig und allein mit ſolcher fleißigen Nachforſchung von Morgen bis auf den Abend zugebracht, aller Kirchen-Gebräuch, Fehl und Mängel an Lehrern und Zuhörern allein angehöret, bedacht, und mit Erinnerung und Vermahnung die Gebühr vorgenommen werden mögen, da auch kein Pfarrer ſich ſelbſt anklagen, noch viel weniger ein Nachbar von dem andern, da er gleich was wüſte, ſo doch ſeiner Perſon nichts anginge, vor allen verſammleten Pfarrern anzeigen würde, da er in ſeinem Amt fleißig oder untreu, oder ſonſten ärgerliche Sachen vorhätte, mit welchen, wie zu beſorgen, wol etliche ſuperattendenten wol ſelbſt auch mehrmal verwickelt geweſt ſeyn mögen, die nicht weniger und oftmahls vielmehr, denn die ihnen untergebene Pfarrer, ernſtlicher Erinnerung und Vermahnung ihres Unfleiſſes im ſtudiren, auch Untreu im Amte und ärgerlichen Lebens halber bedurfft, die ſie denen andern Pfarrern und Kirchen-Dienern thun ſollen. ⁂ Dabey aber groſſe Unkoſten auf ſolche Synodos gewendet, damit die Kirchen zum höchſten beſchweret, und denenſelben gleichwol ſolcher geſtalt gantz und gar nicht gerathen, haben wir vor dieſer Zeit dieſe Verordnung gethan, daß hinführo ſolche jährliche particular Synodi gäntzlich abgeſchaffet und nicht mehr gehalten werden ſollen. Ni me omnia fallunt, nec epiſcopi hodie amplius quot annis ſynodos cogunt, multo minus archiepiſcopi *prouincialia concilia*, quod curiæ Romanæ haud moleſtum, quin potius gratum eſſe videtur.

quæ parum profuere rei eccleſiaſticæ,

hinc tandem ſublatæ,

§. LXXIII. *Extra ordinem* tamen poſt viſitationes peractas habitæ ſunt ſynodi in electoratu Saxoniæ per *deputatos* ab electore Saxoniæ, vt, qui in viſitationibus obſeruati ſunt defectus & morbi eccleſiarum, idonea adhibita medicina ſanarentur, & per *decreta ſynodalia*

inſtitutæ tamen ſynodi extraordinariæ a deputatis poſt viſitationes,

Digitized by Google

emendarentur. Hæc ratio proximius accedit ad mores ecclesiarum antiquos, quos in *c.* 9. *X. de accus.* renouat INNOCENTIVS III. & instituta ecclesiæ Romanæ refert, secundum quæ in *synodis episcopalibus & prouincialibus* pro corrigendis defectibus, in visitatione obseruatis, *statuta synodalia* fiunt, copiose relata in gratiam boni publici a LVNIGIO *in spicil. eccles.* Ecclesiarum Saxonicarum praxin illustrant *decreta generalia synodalia de anno* 1624 auf die ergangene general- und local-visitation des gantzen Churfurstenthums Sachsen in *corp. iur. Saxon. tom. I. p.* 438. In *verbis proœmialibus* refertur, visitationes *generales* & *locales* fuisse præmissas, deinceps hæc adiiciuntur: Nun dann die relation aller Orthen eingekommen sind, haben wir aus Landes-väterl. Sorgfältigkeit die Beschaffung gethan, daß in unserer Residenz-Stadt Dresden ein Synodus gehalten, von unsern dazu *deputirten politischen* und geistlichen Räthen, auch etlichen Assessoren unserer Consistorien die grauamina erwogen, und erlediget würden &c. Und nachdem wir vor rathsam befunden, daß denen vorgefallenen Mängeln und Gebrechen nicht nur durch specialia decreta, sondern auch durch ein ausführliches synodalisches general-decret, welches unserer publicirten Kirchen- Landes- und Policey-Ordnung gemäß, und ietzt und künftig vorgebauet würde, so haben wir dasselbe aufsetzen und verfassen lassen &c. His *cit. l. p.* 451. adiunguntur *literæ pastorales synodales* ad pastores & ministros ecclesiarum in electoratu Saxoniæ, quibus necessariæ quædam *admonitiones* de officio rite peragendo, & vitæ honestate seruanda pastoribus dantur. Reperi tamen, hæc *synodalia decreta* a statibus prouincialibus non fuisse approbata, adeoque *anno* 1653. & 1657. reuisionem eorum fuisse promissam *in corp. iur. Sax. P. I. p* 1012.

Inde synodalia decreta.

Tales synodi etiam in Hassia visitatæ.

§. LXXIV. In Hassia quoque *synodi extraordinariæ* visitationum gratia visitatæ sunt, vt docet die *Consistorial* Ordnung *c. XIII. Ordinariæ* vocantur ibidem, quæ fiunt per superintendentes: *extraordinariæ* vero, quæ per *synodum* hoc modo habendam: Es soll unser Consistorium ausserhalb derselben ordinari-visitationen, wenn es vor nöthig und rathsam erachtet, und sie, die Consistoriales, von andern ihren Geschäfften etwas Frist haben würden, eine ober- und gleichsam synodalische visitation zu dem vorneinlichen Zweck und invent anstellen und halten, auf daß ein durchgehender richtiger consensus in doctrina & ceremoniis in Kirchen und Schulen unserer Fürstenthumben und Landen gewahret und erhalten, und alle dawider

wider eingeſchobene Spaltungen und Ungleichheiten, auch andere der Kirchen GOttes ſchädliche Aergerniſſe und ſchiſmata abgeſchaffet, und corrigiret werden mogen, derentwegen dann das Conſiſtorium zu bequemer Zeit alle unſere ſuperintendenten und inſpectorn, zuſammt denen metropolitanis an andern fürnehmen Predigern im Lande entweder gen Caſſel oder einen andern gelegenen Ort auf einen gewiſſen Tag beſchreiben und zuſammen fordern, und da dieſer conuent nach Caſſel ausgeſchrieben, die ſämtliche Conſiſtoriales demſelben beywohnen; ſo er aber an einen andern Ort geleget, alsdann zweene aus ihrem Mittel, einen Theologum und JCtum darzu abordnen: iedoch ſollen ſolche conuentus nicht zu weitläuftig angeſtellet, auch iederzeit mit unſerm Vorwiſſen beſtimmet werden, dabey das Conſiſtorium ihre motiuen und Uhrſachen berichten ſoll. Additur, in hac ſynodo procedendum eſſe ſecundum *peculiarem inſtructionem* deſuper conficiendam, &, ea viſitatione finita, *relationem* ad principem faciendam eſſe. Huc etiam ſuo modo pertinent *conuentus claſſici*, vt in Haſſia vocantur, *viſitationis gratia*, inſtituti, de quorum modo & forma prolixe agitur in der Heßiſchen ReformationsOrdn. *c.* 13. *ſeqq.*

§. LXXV. Ceterum modus viſitandi eſt vel *communis* & lege publica generatim determinatus, vel *ſpecialis* pro re nata ad *viſitationes extraordinarias generales* directus, & per *deputatos viſitatores* expediendus ſecundum inſtructionem ipſis exhibitam. *Communis* modus locum habet in viſitationibus *localibus* a ſuperintendente, *quotannis* vt plurimum inſtituendis, & ſine præcedente ſpeciali iuſſu conſiſtorii, ſecundum præſcriptum peragendis Forma ipſa in quorumcunque locorum *ordinationibus eccleſiaſticis* præſcribitur determinaturque, quæ quoad ſubſtantialia fere conueniunt, in *modo* tantum quoddam diſcrimen quandoque habent. In ducatu Magdeburgico *noua inſtructio anno* 1715. *d* 27. *Iun*, relata in *contin corp. conſtit. Magdeb. n.* 71. viſitatoribus præſcripta eſt, cuius forma ſummatim huc redit. (1) Notificatio maturę paſtoribus viſitandis facienda diesque viſitationi dicendus, adiecta adhortatione, vt præparati omnes die dicto adſint. (2) Paſtori præſcribendus textus quidam ex ſacro codice, ſuper quo concionem in *die viſitationis* habere debeat. (3) Concione finita, paſtor loci examen catechericum inſtituit. (4) Viſitator, examine peracto, monita adiungit, *publiceque* parochianos vel laudat vel increpat:

Modus eſt vel communis vel ſpecialis.

Forma communis,

in ducatu Magdeburgico.

Digitized by Google

pat: priuatim vero paſtorem, ſi in eius concione reprehenſione dignum quid deprehenderit. (5) Pro re nata ipſe viſitator tentamen inſtituit, modumque docet, quo ſacrarum literarum notitia & vſus commodiſſime ſingulis inſinuari queat. (6) Diſponendi conciones rationem a paſtore exigit, vt videat, vtrum vulgaribus concionum libris, quos *poſtillas* vocant, vnice inhæreat nec ne? (7) Dimittitur concio, patribus familias tamen iniungitur, vt vel in ædibus patroni vel paſtoris compareant. (8) Viſitator poſtea, omnibus coram ſe comparentibus, auctor eſt ſuaſorque, vt quæ emendanda atque corrigenda ſint, fideliter indicent. (9) Diſcedere paſtor iubetur, vt patroni reliquique parochiani iuxta formam præſcriptam de *vita*, *executione officii paſtoralis doctrinaque* eius interrogati liberam poſſint edere ſententiam. (10) Viſitator omnia fideliter annotat, & quicquid paſtori obiectum fuit, eidem indicat, vt ſe purgandi facultatem habeat. (11) Poſtea viſitator examinat paſtorem ad illa capita, quæ ſpeciatim in articulis viſitationum exprimi ſolent. (12) Peccatis publicis contaminatos redarguit & vt ad meliorem frugem reuertantur, ſedulo admonet. (13) Inprimis in bonorum eccleſiaſticorum ſtatum inquirit, adminiſtrationem examinat, & quæ reficienda ſunt, inſpicit, ſeduloque omnia annotat, & tandem viſitatione peracta, ad conſiſtorium refert cum voto.

Articuli viſitationum ſeruandi,

§. LXXVI. Ceterum quamuis *viſitator ordinarius* omnino adſtrictus ſit ad formam in *inſtructione* præſcriptam obſeruandam, nec facile ab *interrogatoriis* recedere queat, quæ ſpecialiſſime ordinationes fere vbique determinant, quod etiam ius canonicum iubet in *c.* 7. & 8. *de ſtat. monach.* hæc tamen vitia hic præcauenda eſſe arbitror. Primum

ſaluo arbitrio viſitatorum,

eſt, ne nimis viſitatorum *arbitrium* reſtringatur. Sunt interrogatoria ad inſtar *regularum*, ſecundum quas *ordinarie* examen formandum; plura tamen incidere poſſunt, in quæ *vtiliter* etiam inquiritur, licet nulla quæſtio de illis in *inſtructione viſitatorum* formata fuerit. Multa prudentis viſitatoris arbitrio relinqui debent, cui in genere *negotium viſitationis* commiſſum, & virtute huius commiſſionis in omnia inquirere poteſt, quæ ad *emendationem eccleſiæ* facere poſſunt, vt tamen *prudentiam* ſimul adhibeat. Cogitare debet, ſe non eſſe conſcientiarum tortorem, nec in *occulta*, de quibus nulla diffamatio adeſt, inquirere poſſe. Alioquin, in quo excedunt ſæpe confeſſionarii in Romana eccleſia, ſingulorum poſſent excutere conſcientiam, eos de quibuslibet delictis ſpeciatim interrogare, imo potius concutere, vt occulta reuelarent, intimosque

prudentia adhibita.

Digitized by Google

mosque animi receſſus manifeſtarent, quod ferendum non eſt. In c. 1. *verſ. ſane b. t. in* 6. de iis tantum inquirere permittitur, *de quibus orta fuerit infamia.*

§. LXXVII. Alterum eſt, vt in formandis *interrogatoriis* pro *inſtructione viſitatorum* prudentia etiam adhibeatur, nec in ea inquiratur, quæ 1) inquiſitione non indigent: 2) prudentius & conſultius omittuntur & reguntur: 3) anſam dare poſſunt ad varia ſcandala & criminationes. Non vbique prudentiam eſſe adhibitam in *articulis viſitationis formandis* obſeruaui, quæ ſæpe ad minutiſſima ex nimia diligentia, imo quandoque ad ridicula diriguntur. Adduxit AHASVERVS FRITSCHIVS formulam & proceſſum in viſitatione obſeruandum a D. HENRICO ECKARDO efformatum, quam formulam ego quidem nunquam cum FRITSCHIO commendarem, vt normam *accuratam*, *ſolidam*, *prudentem*, ſecundum quam optime procedi poſſit. Plures quæſtiones format ſubtiles, otioſas ſæpe, quandoque etiam tales, quæ ad riſum mouendum magis aptæ videntur. Pauca referam *Cap. II. art. V.* de ritibus agit & hanc quæſtionem format *n.* 7. Wo die Communicanten ſtehen, indem die conſecration geſchichet, und die verba inſtitutionis recitiret werden? item *n.* 13. ob er auch iemand wiſſe, der des Morgens, ehe denn er zum Sacrament gegangen, zuvor Brantwein getruncken? De *baptiſmo* plures format incommodas quæſtiones, veluti: Ob auch des Kindes Vater den Pfarrherrn um die Tauffe in eigener Perſon anſpreche? Ob auch die Weiber, welche nach verrichteter Tauffe zur Mahlzeit als Gäſte erſcheinen, zuvor mit zur Kirche gehen, und der Tauffe beywohnen? Scilicet abſens, carens. Quid vero neceſſe erat, in tam leuia inquirere, cum tanti momenti res ſuperſint, quæ talia negligere iubeant? Porro: ob er auch Ehemänner wiſſe, die an ihren Weibern in ihren 6. Wochen Gewalt und Muthwillen ausüben, ausjagen oder ſchlagen? De *nuptiis*: ob auch die geladenen Gäſte mit zur Kirchen gehen? Hæc & ſimilia magis omittuntur & in magis neceſſaria inquiritur.

Interrogatoria prudenter formanda.

Exempla interrogatoriorum imprudentium.

§. LXXVIII. Forma *ſpecialis*, in viſitationibus *extraordinariis* obſeruanda, ex *præſcripto conſiſtorii* vel *principis* dependet, in quo ſimul limites *poteſtatis*, viſitatoribus delegatæ, continentur. Vt plurimum *maiorem* habent *poteſtatem*, quam inſpectores & ſuperintendentes, quia ad inſtar *commiſſariorum* procedunt, & ita quodammodo cum *iuriſdictione*, quæ in reformandis abuſibus ſæpius neceſſaria eſt. E contrario

Forma ſpecialis ex inſtructione ſpeciali dependet, quæ eum imperio coniuncta,

Digitized by Google

trario ſuperintendentes in *viſitatione* vt *paſtores* magis quam vt *iudices* agunt, nec ea auctoritate, qua *epiſcopi* vel *archidiaconi* viſitant, vbique pollent. Licet enim *ius viſitandi* non vnice ex *functione paſtorali*, ſed *publica* ſimul *auctoritate*, a principe ſibi concredita, exerceant, non tamen eis *iurisdictio* illa conceſſa eſt, quam epiſcopi eorumque vicarii, archidiaconi ſcilicet, habent, & in ipſa viſitatione exercent. Hi enim vt *iudices eccleſiaſtici* procedunt, corrigunt, pœnas imponunt, decernunt, ſuſpendunt ab officiis, aliasque cenſuras imponunt. Enimuero id *ſuperintendentes* ſibi arrogare non poſſunt. Neque enim ſuſpendere poſſunt paſtores, quos male in officio verſari animaduertunt, neque alias pœnas dictare, aut ſimiles *iurisdictionis* actus peragere, cum nulla *iurisdictio* illis conceſſa ſit, vt optime obſeruant CARPZ. *lib. III. iurispr. conſiſt. def.* 4. & ZIEGLER. *de ſuperintend. c. XVI.* §. 8. *ſeqq.* Qui *notionem* illis adſcribunt, admodum improprie loquuntur; nam etiam hæc continebat cauſæ cognitionem, ſeruato ordine iudiciario, & ſententiæ lationem, qua poteſtate vtebantur *iudices pedanei*, hodie vero *arbitri*. Aſt nec hac poteſtate pollent, ſed omnis eorum poteſtas non *in iudicando conſiſtit*, ſed *in nuda audientia & amicabili compoſitione abſoluitur*, vt recte cenſet ZIEGLER. *cit. l.* §. II. adeoque nec *primam inſtantiam* habent, nec decernunt aut *ſententiam* ferunt, ſed de iis, quæ ipſimet *amicabili compoſitione* emendare non poſſunt, ad conſiſtorium referunt.

non ſuperintendentum,

qui non poſſunt ſuſpendere aut pœnas dictare.

Quatenus in crimina inquirant?

§. LXXIX. Præterea etiam in *crimina atrocia* inquirunt, vt delinquentes ſeria admonitione corrigant, non vero vt *criminali iudicio* eosdem proſequantur. Prius eſt eius, cui *cura animarum* commiſſa: poſterius *iudicis*, criminali iurisdictione muniti. Inquirunt videlicet in *vitam* & *mores* parochianorum, & hac de cauſa de præcipuis delictis ſolent *interrogatoria* formari, v. c. (1) Ob er auch in ſeinem Kirchſpiel wiſſe zauberiſche Segenſprecher, Schwartzkünſtler, und Wahrſager. (2) Ob er auch wiſſe Leute Segenſprechern und Wahrſagern nachlauffen? (3) Ob er auch iemand wiſſe, der wiedertäuferiſchen Schwarm bey ſich habe, oder ſonſten irriger Lehre zugethan. (4) Ob er auch verſtatte Flucher und Gotteslåſterer unter dem Hauffen ꝛc. Hos quatuor articulos cum aliis exhibet & commendat ECKARDVS *cit. l.* Similes fere in aliis ordinationibus eccleſiaſticis deprehendo, quos hic non enarrabo. Id tantum obſeruo (1) viſitatores eccleſiæ Romanæ ſollicite & ſpeciatim, prout ſupra monitum eſt, inquirere in *quæuis delicta*, vt delinquentibus *pœnitentiam* con-

Monita circa hanc inquiſitionem.

Digitized by Google

condignam imponant, absque qua peccata remitti non posse censent. Nobis melior resident sententia, quibus persuasissimum est, per *pœnas externas* peccata non expiari adeoque tantum in *vitam & mores* inquiritur, vt *sedula adhortatione* ad pœnitentiam *internam* adducantur. Hac de causa vero (II) expediret, vt articuli præcipue ad illa capita, quæ Christianis *qua talibus* obseruanda incumbunt, dirigerentur, nec tantum in delictorum publicorum enarratione subsisteretur, quippe quorum omissio non statim *Christianum* facit, sed demum *vita spiritualis*, ad imaginem Christi efformata. Ceterum (III) vbi in *delicta publica* inquiritur, id non, meo iudicio, eum in finem est faciendum, vt delinquentes *iudicio criminali* a visitatore denuntientur & inquisitioni subdantur, sed vt per seriam admonitionem a vita scelerata auocentur, corrigantur, emendentur. Sic visitator *pastor bonus*, non vindex criminum & denunciator publicus: *censor morum*, non pœnarum criminalium promotor: denique *pater spiritualis*, non delator criminalis.

§. LXXX. Enimuero valde dubito, vtrum mea sententia omnium suffragia sit latura. Obseruaui in quibusdam *ordinationibus ecclesiasticis*, visitatoribus id negotii datum fuisse, vt delinquentes atro notarent carbone, & magistratui eorum scelera indicarent. Id etiam intendisse videtur ECKARDVS in *formula supra alleg.* & quidem circa quatuor articulos ex ipso adductos. Ad primum addit: *nominentur & a magistratu coërceantur*: Ad secundum: *nominentur & pœna ecclesiastica afficiantur*: Ad quartum: *nominentur & secundum statuta diœcesana puniantur, vel pœna arbitraria afficiantur*, Pranger *&c.* Ad reliquos eiusdem farinæ notas suggerit, simulque ostendit, visitatorum esse, *generalem* quasi *inquisitionem* formare criminali modo, vt iudici viam pandere queat ad *specialem*, id quod si fit, reuera *visitationes* a proprio recedunt scopo, & formidabiles magis sunt, quam desiderabiles. Visitatores non debent esse delatores criminum.

§. LXXXI. Vtrum itaque recipiendum sit, quod ex praxi Saxonica adfert probatque ZIEGLERVS *de superintendent. c. XXII. §. 7.* valde dubito. Ait: *Sed & eum in finem, vt delicta istiusmodi, si nihil proficiant superintendentium monita, coërceri fortiori manu queant, iubentur visitationibus interesse magistratus & iudices loci, qui, quid rerum agatur, & quæ indicia denuncientur, obseruare queant.* Ita vero *visitatio* degenerat in *inquisitiones criminales*, saltim viam ad eas pandit, cum aliæ huius, aliæ illius partes esse debeant. Iudici omnis *inquisitio criminalis* Notatur Ziegleri sententia, & ostenditur, visitationes non debere esse inquisitio-

Digitized by Google

nes criminales.

lis eſt interdicta, niſi adſit *legitima denunciatio* vel *clamor publicus*. Ita vero contingit, vt tertium inquiſitionis fundamentum his accedat, ex *viſitatione eccleſiaſtica* deſumtum, quod, me iudice, haud approbandum. Nouit aliquando paſtor delicta *occulta*, ſibi reuelata: nouit alius, qui *viſitatori* indicat eadem, vel paſtori, vt reuelet illa viſitatori. Quid iam eidem faciendum? an ita cum delinquente agendum, vt omnibus innoteſcant? vt carceri mancipentur? vt torturæ ſubiiciantur?

Quod ex Auguſtino illuſtratur.

§. LXXXII. Audi AVGVSTINVM, relatum a GRATIANO in *c.* 19. *C.* 2. *q.* 1. ſatis probe ſentientem: *Si peccauerit*, inquit, *in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum. Quare quia peccauit in te. Quid eſt: in te peccauit? Tu ſcis quia peccauit. Quia enim ſecretum fuit, quando in te peccauit, ſecretum quare, cum corrigis, quod in te peccauit. Non ſi ſolus noſti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, ſed proditor.* Illuſtrat hoc ſubinde exemplo Ioſephi, Mariam ſibi ſuſpectam prodere nolentis, & ſpeciatim ad *epiſcoporum* pergit *officium: Nouit hominem neſcio quem epiſcopus, & alius illum nemo nouit. Ego nolo ipſum publice corripere & tu quaris inſcribere? Prorſus nec prodo nec negligo: corripio in ſecreto: pono ante oculos eius DEI iudicium: terreo cruentam conſcientiam: perſuadeo pœnitentiam. Hac charitate præditi eſſe debemus. Vnde aliquando homines reprehendunt nos, quod quaſi non corripiamus: aut putant nos tacere quod ſcimus. Sed forte quod ſcis & ego ſcio: ſed non coram te corripio, quia* CVRARE VOLO, NON ACCVSARE. Inſignis ſane hæc eſt *veri viſitatoris eccleſiaſtici* imago, quam quilibet merito intueri, & praxi ipſa referre deberet. Neque enim exiſtimandum, eum circumeundo diœceſin eccleſiasque viſitando aliam perſonam induiſſe, & ab his principiis receſſiſſe Vbique vt *epiſcopus*, h. e. vt *paſtor* & *curator animæ*, egit; nec alius fuit in *officio viſitationis*, quam in reliquo munere eccleſiaſtico. Addit vero adhuc exemplum *delicti capitalis*, & ad hoc ipſum præcepta tradita applicat: *Sunt homines adulteri in domibus ſuis: in ſecreto peccant: aliquando nobis produntur ab vxoribus ſuis* (ſicuti & hodie produntur ordinariis parochis, qui eos viſitatori denunciat) *plerumque zelantibus, aliquando maritorum ſalutem quærentibus, non prodimus palam, ſed in ſecreto arguimus. Vbi contigit malum, ibi moriatur malum. Non tamen vulnus illud negligimus, ante omnia oſtendentes homini in tali peccato conſtituto, ſauciamque gerenti conſcientiam, illud vulnus eſſe mortiferum.*

§. LXXXIII.

Digitized by Google

§. LXXXIII. Quia itaque ſuperintendentes circumeundo parochias *iudicis eccleſiaſtici* perſonam ſecum haud adferunt inter proteſtantes, ad exemplum purioris eccleſiæ, ſed *prædicationi*, *cohortationi*, *correctioni* & *reformationi morum* vacant (vt quidem dicitur in *c.* 23. *in f. h. t.* ſed *more forenſi* intelligitur) ita quid de *decretis*, & *receſſibus viſitatorum*, vt vocari ſolent viſitatorum *placita* & *annotationes*, ſtatuendum ſit, inde colligendum. Cum enim corrigere & emendare ea etiam debeant, quæ contra iura eccleſiarum facta, iudice MEVIO *P. VI. deciſ.* 289. *n. vlt.* ſæpe contingit, vt circa abuſuum correctionem vel iurium eccleſiaſticorum redintegrationem quid ſtatuant receſſuique inſerant, id quod qualem vigorem habeat, inquirendum. Veluti ſi legata ad *pias cauſas* neglecta & in viſitatione detecta fuerint: ſi bona eccleſiaſtica nulliter occupata reſtitui iuſſa: ſi nomina eccleſiaſtica, vt *vera* & *liquida* receſſui inſerta: ſi *reſidua* annotata fuerint, vtrum vim *rei iudicatæ* hæ ordinationes & placita habere credendum eſt, vt appellari debeat pro ſuſpendendo eorum vigore? Ante omnia, vt recte cenſet MEV. *cit. l. n.* 2. videndum eſt de *poteſtate viſitatorum.* Sunt enim vel *ordinarii* vel *extraordinarii* ſeu *delegati.* Illorum poteſtatem ordinationes eccleſiaſticæ determinant; horum vero præceptum ſeu commiſſio ſpecialis principis. Hi, vt iam obſeruaui, maiore cum auctoritate procedunt, vt *iudices delegati* ſæpius, adeoque ſi cum *iurisdictione* miſſi fuerint, vt *pro imperio* ſummaria cognitione interueniente in *liquidis* ſtatuere, ordinare, & decernere poſſit, eorum *decreta* vim *ſententiæ* habent. Huc enim regulariter horum viſitatorum inſtructio vergere ſolet, vt in *liquidis* vel *mox liquidandis* aut non altioris indaginis procedere & ſtatuere queant, reſeruatis ordinario iudicio his, quæ ſunt altioris indaginis. *In his*, ait MEVIVS *cit. l. n* 8. *nihil iuris eſt viſitatorum, ſed quæ contentioſæ iurisdictionis ſunt, nec ſine diſceptatione iudiciaria finiri queunt, ad forum ſeu iudicium eccleſiaſticum pertinent. Secus deciſa merito impugnantur*, ex eo videlicet, quod delegati viſitatores vltra *limites officii* concrediti proceſſerint, quod omni caret virtute. In iis vero, in quibus *ſummariter* procedere potuere, decretis quidem ineſt vis *ſententiæ*, vt tamen *appellatio* non facile admittatur, niſi *exceſſus* ſtatim iuſta de cauſa doceri queat. MEV. *cit. l. n.* 7. 8. Vel enim hi *delegati* ſunt dati cum clauſula *remota omni appellatione*, vel non. Priori caſu res ſalua eſt: poſteriori vel ideo non facile illa recipienda, quod *viſitationes* tales *extraordinariæ* fere omni carerent effectu, ſi, quæ ab iis decreta ſunt, denuo in litem deducerentur. Ceterum quando

Decreta viſitationum,

qualem habeant vigorem?

an rei iudicatæ?

quod affirmatur quoad viſitatores cum iurisdictione miſſos, in liquidis,

& ſic quandoque appellationi locus,

non a simplici correctione.

SCACCIAS *de appellat. qu.* 17. *limit.* 26. generaliter docet, a visitatoribus regulariter non appellari, id potissimum ad *disciplinam regularem* catholicorum pertinet, quæ per modum *correctionis* monachis, prælatis clericisque imponitur a visitatoribus. A tali *correctione* non datur appellatio. Id constituit pontifex in *c.* 3. *&* *c.* 26. *X. de appell.* aitque: *nec subditi contra disciplinam ecclesiasticam in vocem appellationis erumpant.* Idem euincit *c.* 32 *X. eod.* adeo vt ne quidem suspensis appellatio concedatur. Etenim hoc ipsum indistincte applicari non potest ad *visitatores delegatos*, de quibus hactenus actum est, qui vt *iudices* de rebus & iuribus ecclesiæ etiam statuunt & decernunt, & ita aliquem grauare possunt, vt inspecta grauaminum qualitate admitti quandoque possit appellatio.

Superintendentes non possunt decreta facere vim sententiæ habentia.

§. LXXXIV. Non eadem est ratio *ordinariorum visitatorum, superintendentium* scilicet, in nostris ecclesiis, quorum decreta & placita vim *sententiæ* non habent, nec in rem iudicatam transeunt. Nam 1) *iurisdictionem* nullam in visitatione exercent, vt supra euictum: 2) ne quidem tali *correctoria* potestate gaudent, vt *visitatores Romanæ ecclesiæ*, vt censuras infligere possint, sed si pastorum excessus ita comparatos esse viderint, vt *suspensionem* mereantur, ad consistorium rem deferre debent. 3) Quod si aliquid statuerint per modum *sententiæ*, id tamen partibus non præiudicat, vt sine *appellatione* per *simplicem querelam* rem ad consistorium deferre queant grauari. Huc respexit meo iudicio *ordin. eccl. Pomer. P. VI. p.* 80. Würden överst de visitatores edder Superintendenten nichts baven disse unser Kerckenordnung und Landtages Abschede verordnen, dadörch iemand sich beschweret vorkommende, mag he detsülvige uns Landesfürsten the erkennen geven, und endlicher Erklährung vermachten. In *edicto visitat.* potentiss. regis Borussi. *de anno* 1715. *d* 27. *Iun.* §. 32 *seqq.* similiter ea de re ita cautum est: Seind Patron. Pastor und Gemeinden in allen Stücken einig, dann muß solche Designation von ihnen sämtl. auch vom Visitatore unterschrieben und dem Consistorio eingesandt werden. Seind sie einiger Puncte halber streitig, muß Visitator die Güte tentiren, und wann solche statt findet, den Punct, so wie er unter denen Interessenten verglichen worden, der designation inseriren, und dieselbe alsdann gleichfalls von allen unterschreiben lassen und einsenden. Will die Güte nicht statt finden, muß der Visitator **hier und überall bey der** *Visitation* **sich aller rechtlichen** *Decision* **gänzlich enthalten**, und die Puncta, darin man einig, von allen Theilen unterschreiben lassen, die streitigen Puncte aber hernach beyfügen, und zu des Consistorii **oder der** *Gene-*

Consensus ordinat. eccles.

General-Visitation (quæ cum iurisdictione delegatur) rechtlichen Entſcheidung ausſtellen. Saxonicæ quidem ordinationes in *liquidis* quandam *decisionem* videntur ſuperintendentibus indulgere, in effectu tamen *decisionem iudicialem* haud faciunt, vt antea EX ZIEGLERO iam obſeruaui, & *tit. de sentent. §. XVIII.* demonſtraui.

§. LXXXV. Ceterum ſicut iudex *de facto* procedens ſine cauſæ cognitione *ſpoliare* dicitur; ita viſitatores etiam, maxime cum *iurisdictione* miſſi (qua regulariter vtuntur *epiſcopi* aliique *viſitatores* apud *catholicos*) *de facto* procedentes, & ſub prætextu *correctionis* ſæuientes in viſitandos, de *ſpolio* tenentur, vt idoneo exemplo demonſtrat WESEMBEC. *conſ.* 280. de epiſcopo, qui prætextu *viſitationis* vim monaſterio intulerat, cum nec neceſſitas vrgens viſitationem ſuaſiſſet, nec ſufficiens ad inquiſitionem fama præceſſiſſet, nec miſſæ perſonæ eccleſiaſticæ ſolæ ad cognoſcendum ſeu viſitandum, ſed præterea equites & pedites armis inſtructi, nec ſeruatus proceſſus aut ordo viſitationis eſſet, ſed ſtatim *de facto* omnia peracta, mox executione ſubſecuta, & non modo abbas in captiuitatem deductus, verum omnia eius bona violata, rapta, ablata, ſub prætextu *procurationum*, quæ tamen non debebantur, quia nulla *forma viſitationis* erat obſeruata, vt plenius WESEMBECIVS *cit. l.* refert, & ſecundum iuris principia factum examinat. Inde vero inter alia fontem videmus, vnde factum, vt plura monaſteria *exemtionem* ab epiſcoporum iurisdictione, ſummo cum ſtudio quæſiuerint & deſideraverint, vt epiſcoporum, qui ſub ſpecie *viſitationum* ſæpe admodum graues & moleſti monaſteriis fuerunt, ſeſe ſubducerent poteſtati; præterea vero idem docet exemplum, in quantum denegauerint a vero ſcopo viſitationes, poſtquam ad *iurisdictionem* vel *imperium ſacrum* relatæ, & non amplius apud catholicos *ex officio paſtorali*, ſed per modum *imperii ſaeri* exercentur. Viſitator de facto procedens tenetur de ſpolio.

§. LXXXVI. Denique ipſa viſitatio nulla *præſcriptione* tolli poteſt, ſi vel maxime vltra ſeculum in loco quodam fuerit omiſſa, vt recte cenſuit pontifex in *c.* 16. *X. de præſcript.* atque *tit. de præſcript. §. XXVIII.* iam obſeruatum eſt. Facilius præſcriptione poteſt *acquiri* ab eo, qui alioquin iure viſitandi deſtituitur, ſaluo tamen iure principis, vt itidem ibidem obſeruaui, nec hic vlterius excutiendum. Proinde quoque nec appellatio contra ſuſcipiendam *viſitationem* aliquid operabitur, vt ſuo modo etiam ſtatuit *concil. Trident. ſeſſ. XXIV. de reform. c.* 10. niſi viſitator contra tenorem *ordinationis eccleſiaſticæ* intempeſtiue, ſeu *inſolito* prorſus *tempore* eandem repetere velit, cum iam ſolito tempore eſſet Viſitatio nulli præſcriptioni ſubiecta.

Digitized by Google

facta, quippe quod grauare eccleſiam propter *procurationes* denuo exſoluendas, de quibus nunc ſpeciatim agendum.

(1)

DE PROCVRATIONIBVS.

Procurationis ſignificatus.

§. LXXXVII. Cum *viſitationes* in commodum & ſalutem *eccleſiæ* fiant, æquum quoque eſt, vt ſumtus neceſſarios eo nomine faciendos ferat, qui appellatione PROCVRATIONVM veniunt. Hæc forſan vel inde deſumta, quod viſitatores admodum *procurent corpus ſuum* peractis laboribus, & quidem *ſumtibus eccleſiæ* viſitatæ, ſecundum illud VIRGILII *lib. IX. Æneid.*

Quod ſupereſt læti bene geſtis corpora rebus,
Procurate viri.

Præterea quoque *procurare* antiquis denotauit, *cibis paſcere aliquem*, einen tractiren, bewirthen, vt verſus ACCII apud MACROBIVM *lib. I. Saturn. c. 7. in f.* docent:

Eum diem celebrant per agros vrbesque fere omnes,
Exercent epulis læti: FAMVLOSQVE PROCVRANT
Quisque ſuos.

In *diplom.* apud VGHELLIVM *in Ital. ſacra tom. I. p.* 163 eadem ſententia refertur: *dabunt epiſcopo procurationem in prandio & in cœna.* Eodem ſenſu etiam *curare* ſæpe ſumitur, vt apud PLAVT. *Pſeud. act. IV. Sc. 7. v.* 34.

- - - qui ſe ſuamque ætatem bene curant,
Edunt, bibunt, ſcortantur. Item apud SVLPICIVM SEVERVM *lib. II. hiſt. ſacr. c.* I. *Sed cum eos rex delicatioribus cibis curari præcepiſſet.* Simili ſenſu dicere ſolemus *curare cutem, gulam* vel *corpus.* Reuera etiam ab antiquo viſitatores magis gulam ſuam curaſſe, quam viſitando ſaluti eccleſiarum inuigilaſſe hiſtoriæ docent. In compendio ANTON. MATTHAEI *de iure gladii c. VIII. n.* 3. *p.* 80. mores antiquos viſitatorum ita depingit: *luſtrabant diœceſin, circumibant eccleſias, viſitabant perſonas, abbates, priores, ſacerdotes &c. quæ reformanda, corrigenda, emendantes, corrigentes non tantum epiſcopi, ſed, qui parem hactenus epiſcopis habebant poteſtatem, intra ſuum territorium etiam archidiaconi. Nec gratis luſtrabant, ſed ſumtu eccleſiarum, a quibus, dum durabat viſitatio, procurandi, & procurandi non tantum ipſi, ſed & omnes, quos adducebant, domeſtici, famuli, familiares, amici, equi etiam ac iumenta. Ingens erat onus. Immenſi ſumtus, quos horrebant rectores eccleſiarum, abbates, priores, plebium parochi. Vnde & ingens beneficium*

Digitized by Google

ficium, ſi quem papa ſubduceret epiſcopi poteſtati. Hac quoque de cauſa *procurationes* in genere *conuiuia* dicta ſunt, quod ſinguli in his *procurent corpora* ſua, vel conuiuæ delicatioribus cibis curentur, vt docet CANGIVS *in gloſſ. in hac voc.*

§. LXXXVIII. Occurrunt vero in antiquitatibus tres *procurationum* ſpecies. Viſitatæ enim olim erant (1) *feudales*, (2) *ciuiles*, (3) *eccleſiaſticæ*. *Feudales* vaſallis incumbebant, qui dominum aduenientem excipere honorifice, hoſpitium eidem ad aliquot dies præbere, & ita omnia adornare debebant, vt laute & pancratice viuere poſſet, obſeruante EODEM *cit. l.* vid. *diſſert.* me præſide habita *de ſubſidiis pecun. a ſtatib. Ital. imp. Rom. Germ. præſt. ſect.* I. §. 13. *ſqq.* Varias præterea hoc onus alias appellationes habebat, vt obſeruat PETRVS *de* MARCA *dans l' hiſtoire de Bearn. lib. IV. c.* 20. §. 3. *p.* 326. aiens *les termes* ſeruitium, ſodra, procurationes, albergatæ, arceuta, *ſont des ſynonymes, qui ſignifient une eſpece de devoir des vaſſaux a l' endroit des ſeigneurs de fief, nommé* GISTE *pas les Francois, qui conſiſte a les loger & traiter dans leur maiſons avec leur ſuite limitée pendant un, deux, ou trois jours, ſuivant les conditions du fief & les accompagner avec leurs armes a la guerre.* *Ciuiles* erant onus ſubditorum, qui *hoſpitio* tenebantur excipere non modo *miſſos principis*, vt & *comites*, *duces* & eorum *miniſtros*, verum etiam *viaticum* eis pro vniuscuiuscunque dignitate præſtare, id quod vocabant *manſiones* h. e. hoſpitium, & *parátas*, h. e. viaticum, ſeu alimenta, *facere*, vt dilucide oſtendit HIERONYMVS BIGNONIVS *in not. ad lib. I. Marculf. c.* 3. apud BALVZ. *tom. II. capit. p.* 880. *ſeq.* Has *procurationes* ſolebat ſibi imperator reſeruare intuitu *patrimonii Petri*, ceu formula iuramenti OTTONIS IV. *anno* 1209. INNOCENTIO III. præſtiti docet: *cum ad recipiendam coronam imperii vel pro neceſſitatibus eccleſiæ ab apoſtolica ſede vocatus acceſſero, de mandato ſummi pontificis recipiam procurationes ab illis.* vid. LVNICH. *in ſpicil. eccleſ. contin. I. p.* 164. Nec monaſteria ab hoc *procurationum ciuilium* iugo excepta erant, niſi ſpeciali priuilegio id impetraſſent, quod plerumque imperatores monaſteriis dare ſolebant, ceu infinita diplomata vbique obuia oſtendunt, in quibus prohibitum, *ne vlla iudiciaria poteſtas ad manſiones vel paratas faciendas* ingrediatur hoc priuilegio munitas eccleſias, monaſteria, vel eorum poſſeſſiones, *vel ea exigere* præſumet. vid. diploma *ad tit. de iur. patron.* § 23. Denique *eccleſiaſticæ*, ad onus eccleſiarum pertinebant, quia eadem methodo vtebantur epiſcopi circumeuntes diœceſin, & *paratas* ab eccleſiis exigebant, ſeu *procurationes*, quod optime illuſtrat

Tres procurationum ſpecies,
(1) feudales.
(2) ciuiles,
(3) eccleſiaſticæ.

HINC-

Digitized by Google

HINCMARVS *in capitul. de anno* 877. *tom. I. oper. p.* 738. aiens: *& vos* archidiaconi, *quando ruſticanas parochias vobis commiſſas vel mecum vel per vos circuitis, ſicut & ego, non graues ſitis presbyteris* IN PARATIS QVAERENDIS: *neque ducatis ſuperflue vobiscum homines vel veſtros proprios vel propinquos veſtros, per quos illas grauetis in cibo & potu & fodra ad caballos. Et prouidete, ne homines veſtri, qui vobiscum ibunt, illorum illos debonorent vel hominibus graues ſint. Nec diu in manſionibus ipſorum presbyterorum immoremini, & ſi neceſſitas euenerit, vt in aliquo loco immorari debeatis, ſic diſponite victualia veſtra per circummanentes presbyteros, vt nemini graues ſitis, & non otioſi & infructuoſi ſtipendia eccleſiaſtica inſumatis, ſicut nec ego grauis ſum presbyteris, per quas parochias circumeo.*

Varia ſynonyma.

§. LXXXIX. Quemadmodum vero ſupra §. 25. obſeruaui, viſitationes dictas fuiſſe *circatus*, & viſitatores *circuitores* vel *circatores*; ita etiam hæ præſtationes viſitatoribus debitæ vocatæ ſunt *circada, circatura, comeſtiones, manſionatica ſeruitium, circuitionis obſonia.* Apud HEDAM *p.* 417. diplomatis Burchardini formula hæc deprehenditur: *dimiſi ipſas eccleſias liberas a circatu & omni epiſcopali officio.* Similiter apud EVNDEM *p.* 133. in alia *charta Wilhelmi* epiſcopi Traiectenſis: *eccleſiam Epternacenſem, liberam ab omni ſeruitio epiſcopali, neque circaturam, neque oblationes epiſcopo, neque ſeruitium præpoſito, neque ad ædificandas ſeu conſecrandas eaſdem eccleſias vllum ſupplementum præbere volumus.* In priuilegio LANDERICI, epiſcopi Pariſienſis, quod exhibet SIGNONIVS *ad formul. Marculfi lib. I. c.* 1. hæc occurrit clauſula: *ſint liberi & abſoluti ab omni debito & redditione circadarum & ſynodorum.* De eius fide agit plenius COINTIVS *lib. III. annal. eccl. Franc. ad ann.* 652. *n.* 27. *ſqq. p.* 340. *Comeſtionum* fit mentio in c. 13. *X. de præſcript.* qua voce *procurationes* fuiſſe denotatas recte obſeruat ALTESERRA *ad cit. c. Circuitionis obſonia* vel *ſeruitia* etiam easdem dictas fuiſſe docet ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib.* 2. *c.* 28 *in f. p.* 497. In diplomate LVDOVICI regis German. vocantur *manſionatica*, item *ſeruitium epiſcopi* apud SCHATEN. *in annal. Paderb. ad ann.* 853 conf. STRAVCH. *eclog. VIII. amæn. iur. can. c.* 4. DUBOIS *in hiſtor. eccl. Pariſ. lib. IV. c.* 5. § 7.

Natales procurationum ad tempora eccleſiæ corruptæ referendæ.

§. XC. Natales huius oneris in tempora eccleſiæ corruptæ incidunt. *Melioribus eccleſiæ temporibus* (ingenua eſt confeſſio ARNOLDI CORVINI *de bon. & perf. eccl. P.* 2. *lib.* 7. *tit.* 13. *n.* 5.) *epiſcopi diœceſin viſitationis cauſa obeuntes, vix quicquam exigebant ab eccleſiis diœceſanis, cum memores exempli apoſtoli Pauli, qui, ne eccleſiis eſſet grauis la-*

Digitized by Google

labore proprio consulebat suis necessariis: tum præcepti Dei, a quo missus ad Samaritanos prophetа vetitus, ne quicquam ab his attingeret. Labente zelo veterum patrum, episcopis diœcesin lustrantibus sumtum & annonam suppeditari iussi sunt clerici & abbates. Ita satis recte iudicat CORVINVS, rarius alias ad agnoscendas corruptelas pronus. Equidem non absolute reiicio procurationes. Etiam PAVLVS I *Cor. IX. stipendia ecclesiastica* variis argumentis defendit, contenditque neminem suo stipendio militare teneri. Qui altari, qui ecclesiis inseruit, ab illis etiam recte alimenta exigit. Enimuero ex hoc fonte puro haud fluxerunt *hodiernæ procurationes*, nec *stipendiorum* rationem habent pro opera visitationis, sed ex eo proruperunt vel ad minimum postea deductæ sunt principio, quod totum ecclesiæ statum infecit inquinauitque, ne dicam toti generi humano bellum indixit.

§. XCI. Constituo illud in *hierarchia & imperio episcoporum sacro*, quo armati reipublicæ statusque ciuilis formam diœcesibus ecclesiisque dederunt. Hoc exstructo *sacerdotali regno*, episcopi omnia ad iura *status ciuilis* componere & *subiectionis onera* subditis suis imponere cœperunt. Iam obseruaui, procurationes, h. e. *mansiones & paratas*, vt olim eas vocabant, fuisse quondam onus *subditorum & vasallorum*, ab his in signum *fidelitatis*; ab illis vero in signum *subiectionis* præstitas, principe eiusque ministris vel domino feudi iter facientibus, vel in locum quendam aduentantibus. FODRVM etiam hoc onus appellatum fuisse supra dixi, quod GVNTHERVS *lib. VIII. Ligurin. vers.* 570. inter *iura fiscalia* recenset:

id quoque, quod fodrum vulgari nomine dicunt.

Aduentanti in Italiam regi id solutum a populis & subditis fuisse vel *in natura* vel in *præstatione pecuniaria*, testis est SIGONIVS *lib. VII. de regn. Ital.* Similiter de *modo* illud exigendi agit *lib. VIII.* his verbis: *Vbi venturus erat*, (rex) *nuncios præmittebat, more iam a Francis instituto, qui ciuitatibus aduenturum regem nunciarent, ac sacramenta repeterent & FODRA exigerent.* Proceres eadem hæc onera a propriis suis rusticis exegisse, LVCIVS III. fatetur in *c.* 23. *X. de iur. patron.* Aduocati quoque ab ecclesiis, quas iure *aduocatiæ* sibi subiectas credebant, *albergarias*, h. e. *hospitium & fodrum* extorquebant, quod reprobat LVCIVS III. *cit. l.* quæ omnia indicant, has præstationes olim in signum vel *fidelitatis* vel *subiectionis* exactas fuisse.

Hierarchia est primarium procurationum principium,

quippe quæ ab antiquo a subditis & vasallis præstita

sub nomine fodri.

§. XCII. Eodem iure quoque se, in his ab ecclesiis sibi subiectis exigendis præstationibus, vti posse, prorsus existimabant proceres ec-

Eodem sub titulo episcopi procurationes exigebant

ecclesiastici, tum, quod iure quodam *feudi* beneficia ecclesiastica beneficiatis contulissent; tum, quod magis erat, quia *iurisdictionem ecclesiasticam*, quæ ipsum *imperium sacrum* denotat, in loca quæuis pia sibi subiecta exercerent. Hoc intuitu enim procurationes, h. e. *mansiones*, *paratas*, *sodrum*, *albergarias*, cetera, exigebant a monasteriis, oratoriis, capellis ceterisque piis locis, quæ eorum collationi haud subiacebant, idque *iure subiectionis*, quo proceribus ecclesiæ tenebantur. Equidem GREGORIVS M. relatus a GRATIANO *in c.* 45. C. 12. *q.* 2. adhuc veram huius præstationis agnouit rationem, &, *visitatores ecclesiarum*, ait, *clericique eorum, qui cum ipsis per non suæ ciuitatis parochias fatigantur, aliquod laboris sui capiant te disponente subsidium; iustum namque est, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.* Hoc principium non reprobandum erat, si in eo substitissent episcopi aliique proceres ecclesiastici. Sed illos pedetentim alia incessit sententia, vtpote qui tali stipendio non contenti, quod non adeo grauabat ecclesias, *tributum* quoddam *eximius* in signum *subiectionis* ab ecclesiis locisque sibi subiectis exigebant, eorumque facultates fere exspoliabant. Inde mox nata hæc doctrina, *procurationes* exsolui non tam ob *visitationis operam*, quam in *signum* & *professionem subiectionis*. ALTESERRA *diss iur. canon. lib. IV. c.* 5. IO. FRANC. DE FAVIN. *p.* I. *q.* 9. *n.* 17. Inde vocantur *procurationis obsequium* in *c.* 17. *X. h. t.* & inter *iura episcopalia*, h. e. quæ ex *imperio sacro* fluunt, referuntur in *c.* 19. *X. h. t.* ac sicuti *obsequium* ipsum impræscriptibile est, ita quoque has *procurationes* præscriptioni non esse obnoxias constituerunt. *c.* 17. & 24. *X. h. t.* Dicuntur quidem ratione *visitationis* deberi, vel *visitationi* esse annexa in *c.* 21. 23. 25. 27. *X. h. t. c.* 2. 8. *h. t. in* 6. *clem.* 2. *h. t.* sed ipsa *visitatio* quoque iure *imperii sacri* exercetur, & deinde ipsa *visitatio* etiam denotauit olim sæpe *accessum* & *aduentum* procerum ecclesiasticorum in prouincias, eoque intuitu etiam sæpe exegerunt procurationes; vt principes olim ad locum quendam regni sui venientes. Hæc sane *visitatio* fuit admodum inurbana, onerosa, grauis, eine unhöflich visite, vt iam indicandum erit.

iure subiectionis,

antiquitus in solam laborum compensationem.

Inde nata doctrina, procurationes solui in signum subiectionis,

sicuti visitatio iure imperii sacri exercetur.

§. XCIII. Videlicet ex hoc principio (1) ipse *præsul Romanus* procurationes exegit ab ecclesiis, si in prouincias, quas vocant, veniret, vel negotii forsan priuati causa ad principes regesque accederet, vt *ambitiosæ* eius *paupertati* succurrerent. De his moribus Romanorum iam olim cecinit IVVENALIS *lib. I. sat.* 3. *vers.* 182.

Tales procurationes pontifex in aduentu suo exegit.

Com-

Digitized by Google

Commune id vitium eſt: heic viuimus ambitioſa
Paupertate omnes. Quid te moror? Omnia Romæ
Cum pretio.

Neque vero Roma hac in re pudorem habuit, ſed potius, peragrando prouincias, omnia ſui iuris & patrimonii eſſe credidit pontifex, quem rurſus IVVENALIS verbis depingere liceat *lib. I. ſat. 2. v. 112.*

Sacrorum antiſtes, rarum, ac memorabile magni
Gutturis exemplum, conducendusque magiſter.

Apud VGHELLIVM *tom. I. Ital. ſacr. p.* 163. huius moris fit mentiò in diplomate HONORII III. *Si vero propter procurationem Rom. pontificis vel eius legati expenſas fecerint ipſi canonici, ſatisfiat eis ab eccleſiis ſupra dictis.* In Franciam aduenienti pontifici *procurationes* præſtitas fuiſſe docet CANGIVS *in gloſſ. b. v.* qui tamen proprie dictæ *viſitationis* gratia regna rariſſime acceſſit. CLEMENTIS V. exactio *procurationum* inprimis notabilis eſt, de qua VICTOR Pariſ. apud BALVZ. *tom. I. vit. pap. Auen. p.* 3. intelligendus eſt. *Clemens V. papa moram faciens Lugduni ab epiſcopis & abbatibus Franciæ, qui habebant negotiari in curia, innumerabilem pecuniam extorſit - - - Circa purificationem idem dominus venit Cluniacum, vbi multa damna fecit. Similiter apud Bituricas & Nivernum fecit expenſas immoderatas. Vnde eccleſiæ Franciæ coactæ facere ſubſidium plurimum ſunt grauatæ.* Expreſſius rem depingit *continuator* NANGII *tom. XI. ſpicileg. Dacheriani p.* 620. *Papa Clemens circa purificationem B. virginis a Lugduno recedens Burdegalis per Matiſconem, Briuatum &c. iter faciens, tam religioſorum quam ſecularium eccleſias & monaſteria tam per ſe quam per ſuos ſatelliter deprædando multa & grauia eis intulit damna. Vnde & frater Aegidius Bituricenſis archiepiſcopus per huiusmodi deprædationes ad tantam deuenit inopiam, quod, tanquam vnus de ſuis ſimplicibus canonicis, ad percipiendum quotidianas diſtributiones pro vitæ neceſſariis horas eccleſiaſticas frequentare coactus ſit.* Conf. BALVZ. *in not. cit. l. p.* 578.

Legati papales in prouincias itidem eas exegerunt

§. XCIV. Cum his viuerent moribus pontifices, *vniuerſalem dominatum* per totum orbem affectantes, quid mirum, ſi etiam legati ſedis Romanæ ad prouincias miſſi *deprædationis, rapacitatis*, & *deuaſtationis* veſtigia vbique poſt ſe reliquerint, ſub titulo *procurationum.* Has olim iam GREGORIVS II. *anno* 723. BONIFACIO, ad conuertendos Germanos miſſo, & a ſe delegato vindicauit in epiſtola relata a LVNICHIO *tom. I. p.* 1. *ſpicil. eccl. n.* 4. Maiori autem cum feruore easdem nunciis ſuis aſſeruit INNOCENTIVS III. in *c.* 17. & 23. *X. h. t.*

Digitized by Google

voluitque, vt nulla ecclesia ab his immunis esset, nisi *speciali priuilegio* exemta fuerit ex hac ratione: *quia nos a prouisione pastoralis sollicitudinis circa omnes ecclesias nunquam omnino cessamus.* Prouisio pastoralis sollicitudinis est illud *imperium summum*, in cuius recognitionem hoc *tributum* soluendum erat legatis, æque ac missis a regibus mansiones ac paratæ præstabantur. Verum hæc *pastoralis sollicitudinis prouisio* merus fucus fuit quo pontifices ad populationes tot prouinciarum vtebantur, vt ex *spoliis ecclesiarum* suos ditarent, partemque de tunica acciperent. Interim vt episcopos archiepiscoposque eo magis constringerent, iuramento, quod sedi Romanæ præstare tenentur, hanc inseruere clausulam: *legatum apost. sedis, quem certum esse cognouero, in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo. c. X. de iureiur.* Horrida sunt, iustamque merentur indignationem, quæ STEPHANVS BALVZIVS *in supplem.* ad PETR. *de* MARCA *de C. S. & imp. lib. V. c.* 49. *seqq.* hac de pestilentia, quæ vniuersum peragrauit orbem, congessit recensuitque. Tam late enim manauit *auaritia legatorum sordida*, & immensum corradendi thesauros studium, vt iter faciendo nullum attingerent locum, qui ab eorum rapacitate esset vacuus, & in eos omnino quadraret illud IVVENALIS *lib. I. sat.* I. *vers.* 112.

- - inter nos sanctissima diuitiarum
maiestas.

Viuidis coloribus mores horum hominum depingit BERNARDVS *epist.* 290. ad Hugonem episcopum Ostiensem ita scribens: *Pertransiit legatus vester de gente in gentem & de regno ad populum alterum, fœda & horrenda vestigia apud hos vbique relinquens. A radice Alpium & regno Theutonicorum per omnes pene ecclesias Franciæ & Normanniæ & circumquaque circumiens vsque Rothomagum vir apostolicus repleuit non euangelio, sed sacrilegio - - - Multi se redemerunt, ne veniret ad eos. Ad quos peruenire non potuit, exegit & extorsit per nuncios.*

vnice in signum subiectionis,

§ XCV. Atque has *procurationes* & plus quam tales, non exsoluebant ecclesiæ & monasteria propter *specialem* quandam *visitationem*, (quamuis *titulum* hunc nonnunquam allegarunt) sed quod iter facientes vel alibi subsistentes in signum *obedientiæ* honorifice essent excipiendi & delicatioribus cibis, imo & *thesauris* curandi. Fatetur id ingenue INNOCENTIVS III. in *c.* II. *X. de præscript.* Conquesti erant clerici Mediolanenses *de ordinariis maioris ecclesiæ*, h. e. canonicis, quod ad procurationes nunciis papalibus soluendas nil conferre vellent. Inter alia vero hæc adduntur: *Vnde clerici Mediolanenses graue que-*

Digitized by Google

querebantur, ſibi præiudicium generari; cum enim per ciuitatem ipſam ſæpe contingat tranſitum facere nuncios noſtros & legatos, quanto in eorum procurationibus pauciores exiſtunt, tanto facientes amplius pragrauantur, & quanto per plures onus eſſet procurationis diuiſum, tanto a facientibus facilius portaretur. Præſtabantur ergo *procurationes* legatis æque vt papæ, etiam propter *ſolum tranſitum* per ciuitates, quod vocare ſolemus: *defrayiren.* At vero quid hoc onus aliud erat, quam illud ipſum, quod *ſubditis quibuscunque* olim incumbebat, regibus per prouincias, tranſitum facientibus, vel miſſos ſuos *negotiorum publicorum* cauſa delegantibus?

§. XCVI. Equidem ipſe INNOCENTIVS III. in *concilio Lateran. c.* 33. quod refertur in *c.* 23. *X. h. t.* procurationes *ratione viſitationis* deberi epiſcopis, vt *& apoſtolicæ ſedis legatis & nunciis* aſſeruit voluitque, vt non exigerentur, *niſi quando perſonaliter officium viſitationis impenderent.* Enimuero mox vela retrahit intuitu *legatorum* his verbis: *hoc adhibito moderamine circa legatos & nuncios apoſtolicæ ſedis, vt cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere neceſſariam, ne locus ille propter illos nimium adgrauetur, procurationes recipiant moderatas ab aliis eccleſiis vel perſonis, quæ nondum fuerant de ſuis procurationibus adgrauatæ.* Ita vero 1) procurationes etiam acceperunt ab eccleſiis *non viſitatis*, & quidem 2) propter *moram neceſſariam*, quas pro lubitu fingere potuere legati, vt *vberrimas procurationes* vndequaque corraderent, & ita 3) ſimpliciter procurandi interim erant, quamdiu *legationis* munere, quod *viſitationem apoſtolicam* forſan dixerunt, (eine apoſtoliſche viſite) fungerentur, quæ 4) admodum, imo in immenſum auctæ ſunt, poſtquam loco earum *certum pretium* ab eccleſiis receperunt, quo redimebantur. Quanto enim luxu, faſtu, & pompa inceſſerint, incredibile dictu eſt, adeo vt in horum gratiam immenſæ eſſent faciendæ expenſæ, vt indicat BALVZ. *cit. l c.* 52. ſimulque *c.* 54 oſtendit, pontifices nonnunquam paraſitos ſuos vnice in hunc finem in prouincias miſiſſe, vt theſauros ingentes corraderent, occaſionemque ſitientibus aurum alienum darent, opum breui compendio parandarum. Quis vero hic non exclamaret cum IVVENALI *lib. I. ſat.* 2. *v.* 126.

quamuis etiam ſub fuco viſitationis exigantur,

certo pretio redemtæ.

- - - - - - O pater vrbis
vnde nefas tantum Latiis paſtoribus?

§. XCVII. Hoc cacoëthes Romanæ inſolentiæ hos potiſſimum produxit effectus: (1) vt monaſteria vel eccleſiæ nonnullæ graui ære ſoluto a ſede Romana *immunitatem a procurationibus*, nunciis ſoluendis, impetrarent, quarum generatim mentionem iniiciunt pon-

Inde (1) quædam eccleſiæ graui ære immunitatem a procurationibus impetrarunt,

Digitized by Google

pontifices in *c.* II. X. *de præscript. c.* 17. X. *h. t.* *Immunitatem* etiam, sed forsan ex speciali ratione, Cistercienses impetrasse, ostendit priuilegium *de anno* 1266. a GVIDONE cardinale monasterio Dobirlucensi renouatum, relatumque ab ill. Dn. a LVDEWIG *tom. I. reliq. MSCt. n.* 295. huius tenoris: *Frater* GVIDO &c. *Cum olim felicis recordationis* ALEXANDER *papa V.* (forsan III.) *vobis & toti Cisterciensi ordini duxerit indulgendum* (intuitu *paupertatis* sine dubio, in qua a primis suis initiis viuebant, non diu tamen subsistebant) *vt legatis ac nunciis apostolicæ sedis procurationes pecuniarias minime soluere teneremini, per literas apostolicas, etiamsi in ipsis habeatur de dicto ordine mentio specialis, sicut in priuilegio super hoc vobis concesso vidimus contineri. Nos hoc & alia priuilegia ipsius ordinis cupientes illibata seruari, tenore præsentium declaramus; vos ad soluendum siue contribuendum pro expensis seu procurationibus nostris cum aliis personis ecclesiasticis non teneri, nec non & sententias, si quas in vos vel aliquos vestrum occasione huiusmodi expensarum seu procurationum nostrarum ferri contigerit, decernimus irritas & inanes.* Præterea quoque (II) inde factum, vt legati sedis Romanæ peregre & non sine fastidio reciperentur, imo tandem reges intercesserint, quo minus absque suo consensu recipi possent, quod ex antiquitatibus illustrat BALVZIVS *cit. l. c.* 56. *seqq.* Graue vulnus hoc ipso sibi inflictum credidit IOANNES XXII. adeoque in *c.* I *extrau. comm. de consuet.* regna, terras, & loca, receptionem legatorum contumaciter denegantia, interdicto *ipso facto* subiecit, donec a contumacia vel quasi recederent. Sed Gallia haud exhorruit ad hoc edictum prætoris Romani, verum *libertatem* suam strenue semper vindicauit, vt BALVZIVS *cit. l. c.* 58 docet. Denique (III) insatiabilis & inuerecunda harum *procurationum* exactio vel extorsio, tandem sedem Romanam coëgit, vt ab his immunes & intactas in posterum præstaret ecclesias quascunque.

(2) imo cum magna difficultate recepti legati, nec alicubi sine regum consensu,

(3) tandem prorsus sublatæ.

Excessus episcoporum in procurationibus exigendis.

§. XCVIII. A legatis pedem promoueo ad *ordinarios visitatores*, quales sunt episcopi, archiepiscopi, aliique, qui olim pari inuerecundia & siti insatiabili *procurationes* a sibi subiectis ecclesiis extorserunt, præsertim eo tempore, quo ea bonorum copia non abundarunt, qua hodie instructi sunt, adeoque per illicitas exactiones luxui suo satisfacere cogebantur, vt omnino hic applicare possis illud GROTII *P. I. epist. 22. qui ecclesiasticam historiam legit, quid legit, nisi episcoporum vitia?* Inprimis monasteria his onerabant *procurationibus*, h. e. *inhospitationibus*, *fodro*, & *paratis*, & quidem vel prætextu *visita-*

Digitized by Google

visitationis vel etiam occasione *peregrinationis*. Ab hoc quædam monasteria singulari priuilegio episcoporum, iuribus suis renunciantium, liberabantur, saluis aliis iuribus, qualium *exemtionum particularium* exempla non adeo incognita fuisse, supra *p.* 327. iam obseruaui. Illustrabo hanc obseruationem priuilegio, quod CHROTBERTVS Turonensis episcopus monasterio S. Martini concesserat, consensu plurimorum episcoporum concurrente, & ADEODATVS pontifex diplomate confirmauerat. Clausula concernens est huius tenoris: *Concessimus, vt apostolica fulti auctoritate per priuilegii seriem nullas* GRAVEDINES *a quolibet episcoporum sub prætextu discussionis religiosus abbas vel monachi ibidem degentes sustineant, neque rursus hospitandi sibi apud eos licentiam vendicantes, dispendia iis atque insolentias angariarum imponant, neque per occasionem regularis disciplinæ rimandæ* (quod per *visitationes* fiebat) *atque seruandæ qualibet eis importent iniurias, sed liberam habere licentiam statuimus &c.*. Integrum diploma exhibent SARONIVS ad *ann.* 676. *n.* 2. SAMMARTHANI *tom. IV. Gall. Christ. in archiep. Turonens.* HARDVINVS *tom III. concil. p.* 1007. CAROLVS COINTIVS *tom. III. annal. eccl. Franc ad ann.* 674 *p.* 708. Pluribus argumentis fidem eius infringere studuit IO. LAVNOIVS *in assert. inquis. in priuileg. S. Medard. P. III. c.* 20. quæ cum MONSNYERO prolixe examinauit solideque refutauit prælaudatus COINTIVS *cit. l.* præsertim cum a praxi illorum temporum haud alienum fuerit, talem *immunitatem* intuitu bonorum monasteriis concedere, salua de cetero *inspectione* in ipsam vitam & mores monachorum, VT IDEM ostendit *p.* 730. *sq.*

Quidam episcopi hac de causa immunitatem concesserunt monasteriis.

§. XCIX. Vt vero prætereа auaritiæ & rapacitati episcoporum modus poneretur, patres in conciliis varias ediderunt sanctiones. In *concil. Cabilon. II.* apud GRATIANVM *c.* 7. C. 10. *q.* 3. hac de re ita cautum: *Cauendum est, ne, dum episcopi parochias suas peragrant, quandam damnosam erga subditos seu erga socios tyrannidem exerceant, nec (quod absit) cum charitate, sed cum quadam iudiciaria inuectione stipendia ab eis exigant. Obseruandum etiam modis omnibus, vt, si quando eis peragrandæ parochiæ necessitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quam in deprædandis & spoliandis hominibus & scandalizandis fratribus operam dent.* Prouocant subinde ad exemplum PAVLI, qui, ne quem grauaret, artificio & manibus victum quærebat, quod monitum eo magis necessarium erat, quo grauiore abusu plerique episcopi peccarent. Idem monitum repetierunt patres *concilii Toletani VII.*

Constitutiones contra tales abusus.

Digitized by Google

VII. in *c.* 8. C. 10 *q.* 3. *contra pontificum rapacitates* conſtituentes, *ne, cum epiſcopus diœceſin viſitat, illi præ multitudine oneroſus exiſtat, ne vnquam quinarium* (non *quinquagenarium*, vt vulgata editio habet) *numerum cuectionis excedat. Euectionum* nomine numerus & quantitas equorum hic denotatur, vt optime obſeruat CIRONIVS *ad h. t.* quod præcipuas impenſas pareret equorum cura, ſimulque ita numerus perſonarum conſtitueretur. Exceſſum longe grauiorem receuſet ALEXANDER III. *in concil. Later. c.* 6. *X. h. t.* aiens: *graue nimis eſſe dignoſcitur, quod quidam prælatorum ita in procurationibus graues exiſtant, vt interdum eccleſiaſtica ornamenta ſubditi exponere compellantur, & longi temporis victum breuis hora conſumat.* Inter hos rapaces prælatos primo loco forſan ponendus eſt IOANNES Rauennatenſium archiepiſcopus teſte SIGONIO *de regn. Ital. lib. V. ad ann.* 861. qui ſecundo quoquo anno epiſcopia ſua cum ferme quingentorum hominum equorumque numero perluſtrauit, ac tamdiu in ſingulis moram traxit, donec omnia, quæ ad fructus epiſcopi, ad alimentum clericorum & pauperum, ſuſceptionem peregrinorum atque inſtaurationem baſilicarum pertinerent, cum magna illa multitudine conſumſiſſet, neque ante receſſerit, quam ab epiſcopo ducentos manicoſos ſibi, familiaribus vero ſuis dona non modica exegiſſet.

Varia iura circa procurationis modum.

§. C. In ipſa *modi* determinatione iura antiqua admodum differunt a recentioribus. Illa *parſimoniæ;* hæc vero *luxuriæ* magis indulgent, & ſicuti illa præcauere voluerunt, ne occaſione viſitationis prædæ cedant reditus eccleſiarum viſitandarum; ita hæc ad deprædationem eccleſiarum anſam præbent, præſertim ſi archiepiſcopi vel epiſcopi eccleſias luſtrant, quorum luxus & pompa inſignia quotidie cepit incrementa.

Caroli calui determinatio.

Admodum parce determinatæ ſunt procurationes a CAROLO caluo *in capitul. de anno* 844. apud STEPH. BALVZIVM *tom. II. capitul. p.* 23. Generatim conſtituit, ita omnia eſſe adornanda, *vt & epiſcopi ſolatium habeant, & presbyteri non grauentur. Quod ita*, pergit, *nobis fieri poſſe videtur, videlicet vt quatuor presbyteri ad locum, vbi quintus degit, & epiſcopus reſidet, plebes ſuas de quatuor partibus adducere ſtudeant, & vnusquisque eorum decem panes & dimidium modium vini & friſchingam* (h. e. pernam) *de quatuor denariis, & pullos duos & oua decem & modium vnum de annona ad caballos in ſubſidium benedictionis gratia præſentet epiſcopo, & ſimiliter quintus, in cuius domo epiſcopus reſidet, faciat, nec amplius ab eo exigatur, niſi forte ligna aut vtenſilia in opus miniſterii commodet.* Sed vix eſt, vt hunc modum obſer-

Digitized by Google

ſeruauerint epiſcopi, quibus vix melior quæſtus eo tempore quam ex *viſitationibus* obueniebat; vnde & concilia ſequentium temporum contra ſpolia epiſcoporum rapacium clamant, & eo ipſo oſtendunt, epiſcopos ſibi limites in exigendis procurationibus poni, haud fuiſſe paſſos. Iam dudum enim epiſcopi iis ſeſe adiunxerant, qui ſecundum IVVENAL. *lib. I. ſat.* 3. *v.* 30. *nigrum in candida vertunt*, quorumque ſymbolum eſt: *frontis nulla fides*, vt IDEM *lib. I. ſat.* 2. *v.* 8. vitioſos ſui temporis notat.

§. CI. Aſt iure recentiori procurationum modus auctus eſt. In *concil. Lateran. de ann.* 1179. ſub ALEXANDRO III. quod *c.* 6 *X h.t.* refertur, prohibitum, ne archiepiſcopi 40. vel 50. cuectionum numerum, epiſcopi 20. vel 30, cardinales vero, qui nondum tam *eminenti dignitate* pollebant, 25. nunquam excedant, archidiaconis vero iniunctum, vt 5. vel 7. decani duobus equis contenti exiſtant; de cetero vero cum *canibus venatoriis* & *auibus* ne proficiſcantur, nec *ſumtuoſas epulas* quærant, ſed cum gratiarum actione recipiant, quod *honeſte* ac *competenter* illis fuerit miniſtratum. Confirmatur idem modus in *concil. Lateran* ſub INNOCENTIO III. vt docet *c.* 23. *X. h. t.* Verum quia epiſcopi *honeſte* & *competenter* ſunt curandi, non amplius, vt tempore CAROLI calui, adferendi ſunt *panes, fricchingæ pulli*, & *ova*, ſed delicatiſſimi cibi quibus reges & principes paſcuntur. Ab hoc modo poſtea receſſiſſe videtur GREGORIVS IX. conſtituendo id *c.* 25. *X. h. t.* ſecundum *facultates eccleſiarum* procurationes eſſe faciendas, quod viſitatoribus admodum accommodum fuit, qui auctis eccleſiarum facultatibus inſignes etiam acceſſiones ad procurationes fecerunt. Addidit plura alia capitula, ad procurationes archiepiſcoporum ſpectantia INNOCENTIVS IV. in *c.* 1. *h.t. in* 6. inter quæ id notari meretur, quod non in *pecunia*, ſed in *victualibus* præſtari debeant, quod noua ſanctione GREGORIVS X. in *c.* 2. *h. t. in* 6. confirmauit. Enimuero aliud viſum fuit BONIFACIO VIII. in *c.* 3 *h.t. in* 6. concedendo, vt procurationes certa pecuniæ ſumma redimi poſſent a *volentibus*, nec tamen niſi *vna procuratio* vna die acciperetur; metuendum enim erat, ne quando pretio procuratio redimeretur, duæ vel tres eccleſiæ curſorie & quaſi in tranſitu viſitarentur, procurationum plurium percipiendarum gratia. Tandem patres *concilii Tridentini ſeſſ. XXIV. c.* 3. optionem his, qui viſitantur, reliquerunt, mallentne *victualia* præſtare, an *pecuniam* eo nomine ſoluere. De mente huius concilii plenius agit ESPEN. *p.* I. *iur. eccleſ. tit.* 17. *c.* 2. in qua eruenda non ero ſollicitus.

Modus iure recentiori auctus,

iuxta eccleſiæ facultates,

in victualibus præſtandis.

Mox redemtio procurationum permiſſa.

Digitized by Google

Procurationes in ecclesiis protestantium debentur non ex fonte subiectionis, sed ex æquitate naturali,

§. CII. Etiam in nostris ecclesiis visitatoribus debentur *procurationes*, sed non ex eodem, quod Romana ecclesia constituit, principio. Hæc ex hierarchiæ suæ regulis procurationes deberi visitatoribus, qui iure *imperii sacri* vel delegati, vel officio cohærentis ecclesias lustrant, in signum *subiectionis* statuit, vt in antecedentibus euictum est: protestantes vnice ex principio æquitatis naturalis, quod æquum sit, vt hi, in quorum gratiam & salutem visitatio suscipitur, impensas quoque necessarias, sine quibus visitatores ad locum accedere ibique commorari nequeunt, ferant. PAVLVS quidem commemorat, se manibus suis laborasse sibique victum quæsiuisse; sed distinguendum est inter regulas *charitatis* & *iuris*. Illæ iuris sui remissionem ex sincero amoris affectu continent, ad quam tamen nemo obstrictus est; hæ vero, quod ex debito præstandum, exsequuntur. Noluit PAVLVS vti iure suo, quod potuisset de *iure*, si voluisset, vt argumenta 1 *Cor. IX.* adducta docent. *Heroicum* hoc fuisse & extraordinarium asserit SPIZIVS *de procurat. canon. c. II.* §. 1. qua locutione abstineo, optime conscius, insigni abusui & æquiuocationi eam esse obnoxiam. Sunt ergo apud nos procurationes debitum *æquitatis naturalis*, non *subiectionis*.

inde præscriptioni subiacent,

§. CIII. Nec hæc obseruatio est de nihilo: potissimum inde quæstio de *præscriptione* earum, de qua iam strictim *tit. de præscript.* § 29. *p.* 1384. egi, dependet. Omnem præscriptionem excludit ius canonicum, vt docent textus eius in *c.* 11. & 16. *X. de præscript. c.* 17 & 24. *X. h. t.* idque ea de causa, vt asserunt interpretes, quod ipsa *subiectio*, cuius *symbolum* & *sequela* est, non sit præscriptioni obnoxia. Sicuti vero priuilegio sedis Romanæ quis ab hoc onere liberari potest, *c.* 17. *X. h. t. Clem.* 1. *h. t. c.* 11. *de præscript.* ita etiam *immemoriali præscriptione*, cui vim *priuilegii* adscribunt. CORVIN. *de person. & bon. eccl. P. II. lib.* 7. *tit.* 13. *n.* 23. Mitiores hac in re fuisse patres *concilii Tridentini* censet SPIZIVS *cit. l. c. IV.* § 2. constituentes, vt in iis locis & prouinciis, *vbi consuetudo est, vt omnia gratis fiant*, nihil exigi queat. Amon vero patres per *consuetudinem* intelligant *immemori.lm præscriptionem*, quæ nonnunquam hac appellatione venit, nondum satis euictum; quodsi enim hanc supponunt, nihil noui constituere, nec rigorem iuris communis temperarunt. Ceterum si asserimus, procurationes esse tantum *debitum æquitatis*, prout reuera est, facilius constitui potest, eos *non vsu* amitti vel alterari posse, quia tunc ad dispositionem iuris canonici prouocare haud licet. Quamuis enim Dd. A. C. addicti arbitrentur, etiam hic standum esse

Digitized by Googl

esse iuri canonico, vt *tit. de præscript. cit. l.* obseruaui, id tamen ratio diuersitatis adducta non facile permittit. Proinde quia tales præstationes, quas mera *æquitas* commendat, ex *consuetudine* potissimum suam habent efficaciam, & pro diuersorum locorum consuetudine etiam variant, ita non tantum per *consuetudinem* determinari, augeri & minui possunt, sed etiam in totum extingui, vt non tam stricte ad terminum cuiusdam *præscriptionis*, quam requisita *consuetudinis* respiciendum sit. Multum autem interesse, vtrum *præscriptionis* an *consuetudinis* proprie dictæ fundamenta in hac doctrina assumantur, manifestum est, cum hæc certum temporis ambitum non desideret, bene illa; & ita hæc facilius sæpe quam illa subnasci queat. Neque leges nostrarum ecclesiarum ab hac doctrina alienæ sunt, quæ vt plurimum iubent, in his similibusque oneribus ad *inueteratam consuetudinem*, nach dem alten Herkommen und Gebrauch, respiciendum, & in ea acquiescendum esse. Interim, hac non obstante, legislator reuocare potest lege publica *procurationes* desuetudine extinctas cum *consuetudo* tanti non debeat esse roboris, vt legem postea latam vincere possit, *l. 2. C. quæ sit long. consuet.* quod ad *præscriptionem* haud facile trahendum.

moderate, præstantur in ecclesiis protestantium.

§. CIV. Hac de causa quoque (II) procurationes non tam laute & splendide in nostris ecclesiis instituuntur, sed secundum *æquitatis* rationem, quæ *mediocritatem* suadet, ne scilicet graue ecclesiis onus inferatur, & tamen visitator alatur. In *edicto* potentiss. reg. Borussi *de anno* 1715. §. 2. ita moderatæ sunt, vt nihil oneris ecclesiæ habeant; Soll dem Inspectori aus ieder Kirche, so ofte er bey derselben vorgesetzter massen die Visitation verrichtet, 12. Gr. gereichet werden, hingegen muß er sonsten nichts an Diæten, Speisung und Zehrungs-Kosten, ausser dem freyen Vorspann, deßhalb prætendiren. Secundum *Coburgensem ordin. eccl. lib. II. c* 24. *inf. p.* 264. pinguiores sunt procurationes: Soll bey Verrichtung iedes Orts Visitation in den Dörffern dem Visitatori nach Gelegenheit der Zeit und des Orts ein Gülden zur Zehrung gegeben werden. In *Cellensi de anno* 1619. *c. IV.* visitatoribus adhuc plus indultum & cautum, vt, deficiente ærario, collectatio quædam, **eine erträgliche Anlage**, instituatur, davon der nothdürftige Unkost der Mahlzeit abgetragen, auch da es die intraden ja nicht vermögen, daraus es sonsten herzunehmen, denen Special-Superintendenten ein halber, dem Generalissimo aber an iedem Ort zum wenigsten ein ganzer Reichsthaler

Digitized by Google

zu leidlicher Ergetzung ihrer groſſen Mühe gereichet und gegeben werden. Und ſollen die Viſitatores von ieder Dorffſchaft mit Wagen und Pferden geholet werden: Sic itaque procurationes hæc tria continent: 1) victum, 2) cuectiones, 3) munuſculum quoddam; ſed vt fere contextus docet, *victus* conuiuium paulo *lautius* denotat, cum eius gratia etiam collecta quædam inſtituenda ſit, quod indicat, non tantum viſitatorem, ſed plures alios quoque, v. c. patronum, & ſeniores ex cœtu lautioribus cibis paſcendos eſſe. In *Megapolitana de anno* 1650. *p.* 135. itidem adhuc permiſſa videtur lautior elegantiorque procuratio, quia cautum, vt expenſæ in eam faciendæ defumantur aus denen Kloſter-Gütern oder aus denen nechſten Aemtern, damit der armen Leute, ſo viel möglich, verſchonet werde. *Electoralis Saxonica* viſitatori in *prima annali viſitatione* tantum aſſignat ſechs Gr. zur Zehrung, in *ſecunda* vero conuiuium aliquod permittit, quin rationes ſimul in ea reddendæ, & more conſueto illi, qui his interſunt, paſcendi ſunt. vid. *corp. iur. Saxon. p.* 363.

Procurationis onus in noſtris eccleſiis non imponitur clericis, quos eccleſia Rom. grauat,

§. CV. Præterea (III) onus procurationum ſoluendarum noſtris in eccleſiis non *clericis* impoſitum eſt, quos fere vnice ius canonicum grauauit; tum, quod hi in ſignum *ſubiectionis* procurationes debeant ſolucre, quippe qui *proprii* eorum *ſubditi* vocantur; *c.* 3. *de offic. ordin. in* 6. tum etiam, quod omnes reditus eccleſiaſticos paulatim ad ſe traxerint, vnde etiam hi ſumtus ferendi erant. *Laicos*, licet vel maxime viſitatio eorum quoque fiat gratia, *c.* 1. *h. t. in* 6. ad procurationes tamen regulariter non concurrere aſſerunt, & hac de cauſa tantum *clericorum & eccleſiarum* fieri mentionem, quoties de *procuratoribus* ſoluendis diſponitur; imo eſſe *onus reale* beneficio cohærens. CORVINVS *cit. l. n.* 17. Admodum probabile eſt, eodem modo hoc onus *clericis* impoſitum eſſe, quo *onus reficiendi eccleſias* ad clericos *beneficiatos* relatum fuit, vt infra demonſtrabo ſuo loco. Fit enim viſitatio propter *parochiam & eccleſiam* & ita eius ſumtus ex ærario ſeu reditibus parochialibus deſumendi ſunt eadem ratione, ſicuti ex illis alendi ſunt clerici. Antequam olim certa *beneficia* eſſent conſtituta, & clerici reditus *parochialium eccleſiarum in vniuerſum* ad ſe traxiſſent, atque illi adhuc in quatuor partes diſtribuerentur, reditus huic oneri ferundo ſufficiebant, & alii quoque ſumtus inde præſtabantur, prout ratio rerum ad *vniuerſitatem* pertinentium ſuadet. Aſt poſtquam talis antiqua redituum diuiſio deſiit, hosque clerici prorſus ad ſe traxerunt, non inique iudicatum fuit, *onera* quoque, his

Digitized by Google

his redditibus ab antiquo impoſita, ſimul ad beneficiatos cum *commodo* translata fuiſſe. Vnde factum, vt olim nunciis, quibus immenſæ procurationes ſoluebantur, tantum a *beneficiatis clericis*, qui in aliis quoque appellatione *eccleſiæ* venire ſolent, procurationes ſolutæ fuerint, imo ipſi etiam pontifici, *c.* 17. *X. h. t.* ibi: *cum omnes eccleſiæ*, item: *vt nulla eccleſia vel prælatus.* Noſtris in eccleſiis clerici ex redditibus ſuis nihil ad *procurationes* contribuunt, cum illi vix ſufficiant eorum ſuſtentationi, & præterea eccleſiæ ſingulæ peculiari quodam inſtructæ ærario, vnde tales ſumtus merito præſtandi. SCHILTER. *lib. I. inſtit. iur. can. tit.* 6. §. 8. SPIZIVS *cit. l. c. III.* §. 14. Deficiente ærario *parochiani* contribuere debent, vtpote in quorum gratiam primario viſitatio inſtituitur, adeoque nec hoc caſu paſtores ſunt his ſumtibus grauandi, vt optime *Cellenſis ordinat. cit. l.* obſeruauit.

ſed ex ærario ſoluuntur,

vel ex collatione parochianorum.

§. CVI. Equidem (IV) de iure canonico procurationes non debentur epiſcopo, niſi *perſonaliter* viſitauerit eccleſias, adeoque ſi per *delegatos* luſtrauerit diœceſin, his potius debentur procurationes, *c.* 6. *de offic. ordin. in* 6. niſi ex beneficio priuilegii papalis ſingulari iure fruantur. *c. vn. extrau. comm. h. t.* Interim in antecedentibus obſeruaui, procurationes non tantum exactas fuiſſe ab epiſcopo *viſitante*, ſed etiam alia de cauſa diœceſin peragrante, ad imitationem regum & principum, a ſubditis *fodrum*, *paratas*, & *manſiones* exigentium, quibus appellationibus etiam olim procurationes quandoque denotatæ. *c.* 9. C. 10. *q.* 1. HINCMARVS ſupra §. 89. citatus. CIRONIVS *ad h. t.* Enimuero noſtris in eccleſiis eo iure non vtimur, cum ſuperintendentes & inſpectores eccleſias, ſuæ inſpectioni ſubditas, epiſcopali iure ſibi ſubiectas haud habeant. Extra *viſitationis* caſum ergo procurationes illis, alia de cauſa per illa loca tranſeuntibus, haud debentur. Obſeruaui tamen in *ordin. Coburg. eccl. cit. l. p.* 265. aliquid ex vetteri more retentum fuiſſe: Alſo und nicht anders es auch zu halten, wenn der Superintendens oder Viſitator vornehmer Geſchäffte und unvermeidlicher Noth, doch ſeines Amts halben, an einen Ort erfordert oder geſchickt würde, und mehr nicht denn die Zehrung auf ſeine Perſon und Diener, wie hievon gemeldet, von der Kirchen bezahlet werden. Deſumta hæc verba ſunt ex *iure eccleſiaſtic. elect. Saxon.* vt docet *corp. iur. Saxon. p.* 364. quod tamen rurſus non aliter procurationes ſuperintendenti aſſignat, quam ſi in locum quendam vocatus ſit ſeines Amts halber, licet viſitationem

In Romana eccleſia epiſcopo debentur procurationes & viſitanti & peragranti diœceſin,

in noſtris eccleſiis tantum in caſu viſitationis.

Digitized by Google

ordinariam haud fecerit: veluti ſi candidatus a patrono præſentatus ad concionem *δοκιμαστικὴν* habendam admittendus ſit, ad quam vocandus eſt ſuperintendens &c.

Munerum acceptatio viſitatoribus, interdicta.

§. CVII. Denique (V) viſitatoribus interdictum eſt, vt præter conſuetas procurationes *munera* nulla exigant ſub pœna dupli *c.* 1. & 2. *h. t. in* 6. Renouauit hanc prohibitionem *concilium Tridentinum cit. l. non obſtante quacunque conſuetudine immemoriali.* conf. WESENB. *conſ.* 280. *n.* 24. Solenne olim fuiſſe exemplo nunciorum papalium, vt varia munera ab eccleſiis extorquerent non tantum epiſcopi, ſed etiam qui in eorum comitatu erant, docet *c.* 6. *X. h. t.* & antiquitatum documenta ſupra relata confirmant. Eccleſiarum proteſtantium non eadem vbique eſt obſeruantia: alibi præter ordinarias procurationes nihil exigere poſſunt; alibi vero præterea *munuſculum* quoddam ſuperintendentibus pro ſtudio & labore offerendum, a legibus eccleſiaſticis determinatum, vt indicaui §. 104.

(III)
DE CENSIBVS.

Cenſuum impoſitorum finis,

§. CVIII. Sicuti vero *procurationes* onus *eccleſiarum* & *beneficiorum* ſecundum ius canonicum cenſentur, ita etiam *cenſus*, qui tanquam *onus reale* eccleſiis, bonis eccleſiaſticis, monaſteriisque variis ex cauſis occaſionibusque ab antiquo impoſiti fuere. Videlicet admodum ſolenne antiquitus fuit, iurium conſtitutorum memoriam per ſigna varia conſeruare, declarare & profiteri. Fluxiſſe ex hoc principio arbitror eam praxin, qua *cenſus* ſeu *annuas penſiones*, vt indicia quædam iuris cuiusdam conſtituti, bonis rebusque imponere ſueuerunt maiores, ſiue id ipſum ad imitationem *iuris emphyteuti ci* receptum, ſiue ex *naturali* quadam *ratione* inter gentes populosque introductum fuerit. Admodum enim conueniens eſt, vt, cuius rei memoria conſeruanda eſt, *annuam* quandam *recognitionem* habeat, quæ commodiſſime per *præſtationem annuam* perficitur. Enimuero cum varia ſint, in quorum *memoriam* talia indicia edi ſolent, non leuem peperit incertitudinem, quod generatim receptum fuerit, cenſum arbitrarium in horum gratiam præſtare, quia ex cenſus ſolutione *generatim* quidem colligitur, *ius aliquod* eſſe alicui conceſſum vel conſtitutum; *cuius* autem *iuris* conceſſi ſpeciale indicium ſit, ſæpe dubium & incertum eſt, niſi ſimul documenta adſint, quæ primordialem eius conſtitutionem edoceant.

§. CIX.

Digitized by Google

§. CIX. Hæc omnia dubia euitari potuiſſent, ſi per leges cenſus fuiſſent ita determinati, vt in ſingula iura conceſſa certarum rerum præſtatio fuiſſet conſtituta, in hæc quidem *nummorum*, in alia *frumenti*, rurſus in alia *pullorum* ſolutio & ita porro. Quod cum minime factum ſit, euentus docuit, certum aliquod argumentum ex cenſus ſolutione deſumi non poſſe. Id quod vt euidentius fiat, neceſſe ante omnia eſt, *varios cenſuum ſignificatus*, & inde fluentia iura euoluere, & ex antiquis documentis vſum huius doctrinæ illuſtrare. cuius ſignificatus varii ſunt.

§. CX. CENSVS quidem regulariter conſiſtit in *annua præſtatione* alicuius rei; ſed *finis* eiusdem admodum diuerſus eſt. Datur *annua penſio* in ſimplici *locatione*, quæ ſoluitur propter vſum conceſſum rerum vel fructus fundi, et quia eorum *compenſationem* intendit, proportionatam penſionem deſiderat, & ex quantitate ſua facile cognoſcitur, ſiue ad breue tempus ſiue ad longum tempus locatio fuerit facta, imo etiam *in perpetuum*. Huc etiam *conceſſionem ad firmam* refero, cuius fit mentio in *c.* 7. *X. de iure patron. c.* 8. *X. de decim. c.* 2. *X. de locat.* vt nihil aliud ſit, quam conceſſio vſus fundi alteriusue iuris pro penſione ad victum deſtinata vel pro præſtanda annona, vt *tit. de iure patron.* §. 113. iam obſeruaui. Hoc modo monaſteria ſæpe villicis bona ſua adminiſtranda dederunt, vt ex illis quotannis *neceſſaria alimenta* ipſis præſtarent, qualis conceſſio eſt nihil aliud, quam *traditio ad firmam*, ceu ſpecie notabili illuſtraui *tom. I. P. II. conſult. & deciſ. arg.* 73. Annuæ penſiones in locatione occurrunt,

§. CXI. Porro occurrit *annua penſio* in emphyteuſi, quæ vnicum ſuum fundamentum in iure Romano habet, cum qua *cenſus*, de quibus hic agitur, minime confundi debent. Dantur *cenſus* prædiis ruſticis inhærentes, qui ex *antiqua ruſticorum conditione* dominis præſtandi ſunt, & originem ſuam ex antiqua dominorum poteſtate in ruſticos trahunt. Id iam ſuo tempore TACITVS *de moribus German.* obſeruauit aſſerens: *Frumenti modum dominus aut pecoris aut veſtis vt colono iniungit.* Dominus has præſtationes iniungebat virtute *dominicæ poteſtatis*, vnde adhuc hodie prædiis ruſticis, ſiue ruſtici *liberi*, ſiue *proprii* fuerint, tales *cenſus* & præſtationes inhærent, cum, manumiſſis ruſticis, domini ipſis prædiis has præſtationes impoſuerint, quæ alias ex *ſtatu ſeruili* præſtandæ erat. Optime & ſolide de his cenſibus agit ZIEGLER. *diſſ. de prædiis cenſit. rural.* & cum hi ſpecialem ſuam rationem & naturam habeant, quam in *diſſ. de imperfecta libertate ruſticorum per Germaniam* explicui, admodum variantem, de his primario non ero ſollicitus. nec non in emphyteuſi. Dantur etiam cenſus rurales.

§. CXII.

Digitized by Google

Tributa publica etiam annuas præstationes habent,

§. CXII. Denique sunt *annuæ præstationes publicæ*, ad onera publica referendæ, quorsum pertinent variæ species in Saxonia: Quatember, (quod onus etiam vocari solet currenten, *Contribution*:) Vermögen-Steur, Kopf-Steur, Schocken, Land-Steur, Pfennig-Steur &c. quas hic recensere non vacat. Hæc onera sunt vel *realia* vel *personalia*, ad imitationem *censuum* Romanorum. Et cum *census*, de quibus agendum, inde suam desumsisse videantur appellationem, paucis horum naturam tangam. Moris erat apud Romanos censere non tantum capita ciuium, sed etiam fortunas singulorum, vt pro facultatibus certus tributi modus solueretur. Ipsa præstatio, quæ a singulis bonorum fortunarumque possessoribus fisco inferenda, pro modo facultatum, erat, *census* dicta fuit, vt docet *tit. C. de censib. & censitor.* & *tit. C. Theod. de censu.* Conf. BRISSON. *lib. I. select. antiquit. c.* 5. PETISCVS *in lexic. antiqu. Rom. voc. censere.* In eundem fere sensum GOTHOFRED. *ad cit. tit. C. Theod.* ait *in paratitl. census erat æstimatio, qua continebatur modus tributi, qui fisco a singulis inferendus erat.* Census hic inhærebat bonis, vt *onus reale*, vt non liceret rem sine *censu* comparare. *l.* 2. *C. sine censu vel reliq. fund. compar. non posse.* Conf. FELICIANVS *de* SOLIS *de censib. in proœm. n.* 6. Cum vero præter *tributa publica* aliæ præstationes vel onera realia bonis imponi possint, inde factum esse reor, vt hæ præstationes, ex bonis soluendæ variis ex causis, *census* generali appellatione in iure canonico vocatæ sint, adeo vt etiam eandem Germani in vocabulo Zinß, receperint: vnde Zinß-Güter, vocantur *censibus* hisce obnoxia bona, & qui *censum* soluit, der Zinß-Mann; qui vero eos percipit, der Zinß-Herr. Denotat itaque CENSVS, de cuius vario *significatu* & *iure* hic agendum, in genere *annuam pensionem seu præstationem ex bonis faciendam, in signum alicuius iuris vel reseruati vel ab altero impetrati, vel alteri, cui soluitur, constituti, vt in perpetuum eius conseruetur memoria.*

quamuis appellatio censuum inde nata.

Census solutio fit in varium finem.

§. CXIII. Constitui in definitione varios censuum fines, quoniam *census* varium in finem antiquitus bonis ecclesiasticis & secularibus fuere impositi, vt ex solutione sola census perpetuum & euidens argumentum desumi non possit, sed potius ex chartis diplomatibusque respiciendum ad *finem*, propter quem impositi bonis fuere. Agnouit id ipsum ALEXANDER III. in *c.* 8. *de priuileg.* quæsitus de *ecclesiis censualibus*, & fundamenti loco hoc præmittit: *inspiciendae ergo sunt priuilegia ipsarum ecclesiarum & ipsorum tenor diligentius est attendendus.* Addit, posse censum solui ad *indicium perceptæ libertatis*: vel

Vnde indubium argumentum inde trahi nequit.

etiam

Digitized by Google

etiam ad *indicium perceptæ protectionis.* Hac de causa BONIFACIVS VIII. in *c.* 10. *de priuil. in* 6. ita concludit: *si dicatur* SIMPLICITER, *quod aliqua ecclesia ecclesiæ Romanæ annuum censum soluat, non propter hoc exempta ecclesia dici debet*, quia scilicet admodum variantem significatum solutio *census* habet. Nam etiam ob varium alium finem constituuntur, vt certum aliquod argumentum ex *solutione census* capi non possit, grauiterque errent, qui hoc vel illud ius inde deducunt. AVCTOR *act. Lindau. p.* 104. Eruam itaque ex antiquitatibus varios illos fines, in quorum signum, memoriam perpetuam, & conseruationem soluti.

§. CXIV. Antiquissimus est (1) census, qui olim *pontifici* Romano solutus fuit in signum *protectionis specialis*, quæ eo vtilior ecclesiis, monasteriisque fuit, quod bona eorum infinitis expotita essent insidiis potentiorum, exactionibus episcopalibus, aliisque vexationibus, ad quas calamitates auertendas, speciali *protectioni* & *mundiburdio* sedis Romanæ sese & bona sua subiiciebant, non tamen eo ipso simul se plene ab episcoporum *inspectione* & *censura* eximebant. Atque in huius *protectionis* argumentum & memoriam *censum* quendam sibi stipulabantur *pontifices*, cuius facit mentionem ALEXANDER III. in *c.* 8. *X de priuil.* rectèque inde infert, ex hac solutione *iuri diœcesano* episcopi nihil videri subtractum, *quod tantum ad indicium perceptæ protectionis census persolueretur.* Talem fuisse censum credo, quem quotannis ad altare S. Petri Romam persoluendum esse a cœnobio Ratisponensi, in honorem S. Emmerani exstructo, iussit CAROLVS M. in diplomate, quod occurrit in HVNDII *metropol. Salisb. tom. I. p* 149. *nou. edit.* qui ab initio tantum fuit septem aureorum. Occurrit in diplomate clausula: *ecclesiam Dei liberam esse & in potestate regum seu imperatorum vsque in æuum permanere*, quæ *libertas* nihil aliud denotabat, quam specialem *immunitatem* ratione bonorum, quæ variis modis ab episcopis infestabantur. Confirmatur eadem libertas in priuilegio OTTONIS I. & *census* simul augetur, quod forsan crederent cæsares, aucto censu, pontifices maiorem sollicitudinem gesturos pro securitate & integritate huius monasterii. Diploma OTTONIS itidem exhibet HVNDIVS *cit. l. p.* 157. vnde liquet (1) Ottonem *protectionem* hanc adstrictius confirmasse *propter improbitatem episcoporum eiusdem ciuitatis, quia non omnes, sed multi ex eis semper insidiose contendebant contra eundem sanctum locum*: (2) in maiorem *protectionis Romanæ* efficaciam censum auctum fuisse, quod verba hæc indicant: *propterea volumus & amorem & honorem S. Petri*

Census soluitur (1) in signum protectionis.

Exemplum cœnobii Ratisponensis S. Emmerani.

de prædicto monaſterio cenſum augeri, vt rectores eiusdem cœnobii pro defenſione & libertate eius loci vnoquoque anno offerant Romam dimidiam libram cocti auri ad altare S. Petri.

Aliud exemplum Rotenſis monaſterii.

§. CXV. Ad huiusmodi *protectionem ſedis Romanæ* conſequendam fundatores monaſteriorum & eccleſiarum eadem *B. Petro & eccleſiæ Romanæ* ſolenni quodam ritu tradebant, & ſimul *cenſum* quendam *annuum* promittebant. Tale quid factum in fundatione *monaſterii Rotenſis*, cuius fundator poſt fundationem illud B. Petro & Romanæ eccleſiæ tradidit per manum Eberhardi de Razenhouen, *qui & primus biſantium annuatim perſoluendum Lateranenſi palatio perſoluit*, teſte HVNDIO *in metrop. Salisb. tom. III. p.* 182. *edit. nou.* GEWOLDVS vero *in addit.* aliquot diplomata adiecit, ex quibus euidentius intentio fundatoris appareret. Primo loco INNOCENTII II. *de anno* 1244. diploma adfert, in quo hæc habentur: *Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat, præfatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Ad indicium autem huius a ſede apoſtolica perceptæ protectionis bizantium aureum nobis noſtrisque ſucceſſoribus annuliter perſoluctur.* Simili fere tenore EVGENIVS *ann.* 1151. in *protectionem ſpecialem* hoc monaſterium ſuſcepit, addita tamen hac clauſula: *ſalua diœceſanorum epiſcoporum canonica iuſtitia & reuerentia*, ea fine dubio de cauſa, quod hoc monaſterium *plenariam* forſan *exemtionem* a *iure diœceſano* ſub prætextu huius *protectionis* ſibi aſſerere conatum eſſet. In diplomate FRIDERICI *de ann* 1226. idem refertur his verbis: *His ergo prædiis atque reditibus, cui fidelis Rotenſe monaſterium fundauit, ac fundatum B. Petro ac Romanæ eccleſiæ tradidit per manum Eberhardi de Razenhouen, qui & primus bizancium annuatim perſoluendum Lateranenſi palatio perſoluit, ac ſic loco atque familiæ tutelam apoſtolicæ defenſionis obtinuit &c.*

Item Cluniacenſis monaſterii,

§. CXVI. Similem cenſum perſoluit *Cluniacenſe monaſterium* a WILHELMO duce Aquitaniæ anno 910. exſtructum, & defenſioni ſedis Romanæ ſubiectum, in cuius recognitionem cenſus ſoluendus erat. Verba teſtamenti WILHELMI ducis *in concil. Gallic. tom. III. p.* 570. id indigitant euidenter: *per quinquennium autem Romæ ad limina apoſtolorum decem ſolidos præfati monachi perſoluant, habeantque tuitionem ipſorum apoſtolorum atque Romanum pontificem defenſorem.*

epiſcopatus Bambergenſis.

Epiſcopatus Bambergenſis pari modo ab initio tantum nudæ protectioni & tuitioni ſedis

Digitized by Google

ſedis Romanæ ab HENRICO I. ſubiectus fuit præſtito *cenſu*, vt teſtatur AVCTOR *vitæ Meinwerci* epiſcopi Baderborn. apud LEIBNIT. *tom. I. ſcript. Brunſuic. p.* 526. *c.* 27. his verbis: *eodem ergo tempore Bauembergenſem fundum rex cum omnibus pertinentiis ſuis B. Petro contradens apoſtolico præſuli iugiter defendendum commendauit. Et in commemorationem huius pactionis album ambulatorem* (h. e. equum) *cum faleris ſingulis annis Romano præſuli dare conſtituit.* Addit HOFFMANNVS *lib.* I. *annal. Bamberg.* §. 86. *præterea centenas marcas argenti* in ſingulos annos eccleſiæ Romanæ datas fuiſſe. Ipſa diplomata euidentius hanc *protectionem* demonſtrant, oſtenduntque, ſub hac *totalem exemtionem* ab initio haud latitaſſe. Primum eſt IOHANNIS XIX. de *ao.* 1008. apud LVNIG. *tom. II. ſpicil. eccl. p.* 9. vbi hæ duæ clauſulæ occurrunt: *ſit ille epiſcopus liber & ab omni poteſtate extranea ſecurus, R mano tantum mundiburdio ſubditus.* Altera vero hæc: *ſit tamen idem ſuo metropolitano ſubiectus atque obediens*, quæ indicium præbet, protectiones has non fuiſſe *totales exemtiones.* Cenſus, cuius ante memini, demum fit mentio in diplomate BENEDICTI VIII. *de anno* 1012. apud EVNDEM *cit. l. p* 11. *ita ſane, vt ſingulis quibusque indictionibus, ſub nomine penſionis equum vnum album nobis noſtrisque ſucceſſoribus perſoluat, cum ſella conueniente Romano pontifici.* Pari modo LEO IX. anno 1052. omnia priuilegia Bambergenſi eccleſiæ confirmauit apud EVNDEM *cit. l. p.* 17. hac adiecta clauſula: *ſed tamen idem epiſcopus ſuo metropolitano epiſcopo Moguntino in canonicis cauſis tantummodo ſit ſubiectus & obediens*, quamuis tractu temporis *totalis exemtio* ex hac protectione ſedis Romanæ producta & procreata fuerit. Ipſum *cenſum* epiſcopi Bambergenſes fideliter ſedi Romanæ perſoluerunt, eoque nomine apochas acceperunt. Modum ſoluendi & apochas dandi prælaudatus HOFFMANNVS *cit lib.* 2. §. 23. ab *ill.* Dn. a LVDEWIG editus *tom. I. ſcript. Bamberg.* hoc modo depingit: *Eodem anno Hardouicus epiſcopus nuntium cum literis Romam ad Clementem pontificem miſit, quibus ei ſinceram fidem & reuerentiam præſtitit, & cenſum annuum perſoluit. Ad eas literas pontifex reſcripſit in hæc verba: Clemens epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri Hardouico, epiſcopo Babebergenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum annuum cenſum vnius palafridi albi cum ſella & cenſum marcarum argenti eccleſiæ Romanæ annis ſingulis perſoluere tenearis, & vsque ad præſentem annum pro toto tempore præterito tum prædeceſſorum tuorum quam tuo, de huiusmodi cenſu ſit per te noſtræ cameræ ſatisfactum; nos ab eodem cenſu pro dicto tempore,*

Digitized by Google

te & eccleſiam tuam duximus abſoluendos, tibi ſuper hoc præſentes literas concedentes. Volumus tamen, vt cenſum ipſum pro eodem, præſenti anno & deinceps annuatim ſoluere tenearis &c. Cum vero hic *cenſus annuus* graue onus eccleſiæ Bambergenſi eſſet, anno 1054. HENRICVS III. imperator cum pontifice egit, vt eum remitteret. Rem geſtam enarrat HOFFMANNVS *cit. l.* §. 26. his verbis: *erat ſub id tempus eccleſia Babebergenſis S. Petro & ſucceſſoribus eius pontificibus Romanis in centum marcas argenti & palafridum in ſingulos annos dandum adhuc obligata: eam a tanto onere Henricus liberare cupiens petiit a Leone pontifice, vt cenſum remittere, & pro eo Beneuentum, in ducatu Beneuentano, regii iuris oppidum, nomine vicariatus ſibi haberet. Qua re audita, Leo facile annuit, & eccleſiam a præſtatione cenſus omnino liberauit.*

(2) Soluuntur cenſus in ſignum exemtionis plenariæ.

§. CXVII. Poſtquam ſeculo XI. *exemtiones totales* ab ordinariorum iurisdictione in frequentiorem vſum ſunt deductæ, (II) ſedes Romana in ſignum & teſtimonium *libertatis plenariæ* ab ordinariorum iurisdictione hinc inde *cenſum* ſibi reſeruauit, quod tales eccleſiæ ſpecialiter *iuris B. Petri* exiſterent, vt dicitur in *c.* 8. *X. de priuil.* Dixi *libertatis plenariæ*, quia plurimis eccleſiis tantum *libertas* in quibusdam & *ſecundum quid* indulta. Id indicat BONIFACIVS III. in *c.* 10. *de priuil. in* 6 iens: *Idem dicimus* (quod ſcilicet non ſit exemta eccleſia) *ſi circa aliqua per priuilegium concedatur libertas, & clauſula de annuo cenſu ſoluendo ſequatur, vt ſi aliquibus, quod ab alio quam a papa ſeu eius legato excommunicari, ſuſpendi aut interdici non poſſint, vel aliquid aliud ſpecialiter a ſede apoſtolica ſit indultum: vel etiam dicatur, quod in ſpeciales Romanæ eccleſiæ filios ſint aſſumti, & ſequatur in priuilegio, quod eccleſiæ Romanæ ad indicium libertatis perceptæ annuum cenſum ſoluant.* Ponderanda ergo ſunt diplomata & ex iis iudicandum, an *plenaria libertas* eccleſiis vel monaſteriis fuerit indulta? Tale *libertatis plenariæ* priuilegium conceſſum eſt præpoſituræ Berchtesgadenſis a PASCHALI II. anno 1106. apud LVNZCH. *P. III. ſpicil. eccl p.* 3. vbi refert, quod Berengarius & Cano comites villam Berchtesgaden & Nidernheim *Deo & B. Petro ſub annuo cenſu obtulerint*, additque: *ſub tuitione apoſtolicæ ſedis ſuſcepimus ſtatuimus itaque, vt nulli omnino liceat prædictæ allodia B. Petro ſubtrahere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare &c.* Confirmauit eandem *protectionis* conceſſionem CALIXTVS II. *a.* 1122. apud EVNDEM *cit. l. p.* 4. additque: *ad indicium autem perceptæ a Romana eccleſia libertatis aureum vnum quotannis Lateranenſi palatio perſoluatur.* In INNOCENTII II. bulla *de a.* 1141. apud EVNDEM *p.* 5.

Quod exemplo præpoſituræ Berchtesgadenſis illuſtratur.

clau-

Digitized by Google

clauſula prior ita refertur: *ad indicium autem huius a ſede apoſtolica percepta protectionis bizantium aureum nobis noſtrisque ſucceſſoribus annis ſingulis perſoluetur*, qua formula etiam ſucceſſores pontifices vſi ſunt. Quamuis autem in CALIXTI II. bulla adiecta hæc fuerit clauſula: *ſane iuris eccleſiaſtici ſacramenta a diœceſano ſuſcipiatis epiſcopo*; hæc tamen nullam ordinario conſeruauit iurisdictionem, ſed tantum actus *ordinis* ſeu *functiones ſacerdotales*, quæ a *iurisdictione* magnopere diſtinguuntur. Similis tenoris bullam anno 1201. INNOCENTIVS III. conceſſit *cœnobio S. Petri in monte ſereno*, dem Peters-Berg, quam refert ill. Dn. a LVDEWIG *tom. II. reliq. MSCT. p.* 208. In ipſo diplomate refert 1) ſe eam eccleſiam *in ius & proprietatem eccleſiæ Romanæ recepiſſe*: 2) chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum diœceſano epiſcopo reſeruaſſe, qua clauſula rurſus ei præter *actus ordinis* nihil relictum: in ſignum libertatis ſibi *cenſum* perſolvendum eſſe, quod indicant verba hæc: *ad indicium autem huius percepta a ſede apoſtolica* LIBERTATIS *biſancium auri vel ſertonem nobis noſtrisque ſucceſſoribus annis ſingulis perſoluetis.* Aliud *plenariæ exemtionis* ſub *annuo cenſu* documentum occurrit apud EDMVNDVM MARTENIVM *in collect. noua tom. I. P.* II. *p.* 29. vbi refert GREGORII VII. confirmationem priuilegiorum monaſterii Rothonenſis, hac vtentis inter alia formula: *proinde iuxta petitionem tuam præfato monaſterio, cui tu præeſſe dignoſceris, & quod iuris S. R. E. eſſe dignoſcitur, vnde per ſingulos annos cenſus trium denariorum aureorum ſibi redditur, huiusmodi priuilegia præſenti auctoritatis noſtra decreto indulgemus.* Poſt pauca clarius *exemtio totalis*, cuius nomine cenſus ſoluebatur, his exprimitur verbis: *vt nulli alii niſi Romæ & apoſtolicæ ſedi, cuius iuris eſt, aliqua teneantur monachi occaſione ſubiecti.* In EVGENII III. diplomate, *p.* 31. *c. l.* relato, hæc occurrit formula de eodem monaſterio: *ad indicium autem, quod cœnobium eorum iuris ſit B. Petri & S. Romanæ eccleſiæ, ſingulis annis tres aureos noſtro Lateranenſi palatio perſoluetis.* Hæc leuioris cenſus præſtatio monaſteriis haud adeo oneroſa erat, quippe qua a grauiſſimis epiſcoporum exactionibus & infinitis aliis oneribus liberabantur.

& cœnobii S. Petri in monte ſereno,

& Rothonenſis.

§. CXVIII. Neque vero ſedes Romana duntaxat infinitas eccleſias immediate ſub *cenſu annuo* ſibi ſubiecit (quamuis non ab omnibus exemtis *cenſum* ſibi ſtipulata fuerit, vt indicat *c. cit.* 8.) ſed etiam (III) integra regna ſub nexu quodam feudali *cenſualia* efficere, ſuo-

(3) In ſignum ſubiectionis, qualem cenſum Gregorius VII. a regnis exegit,

Digitized by Google

ſuoque pedo paſtorali inuſitata prorſus audacia *iure feudi* ſubiicere conata eſt, in qua audacia præ ceteris GREGORIVS VII. inclaruit. Etenim

vt (α) Galliæ (1) cenſum huiusmodi Galliæ obtrudere voluit, vt docet *epiſt.* 23. *lib. VIII.* apud HARDVINVM *tom. VI. P.* I. *p.* 1467. *Dicendum autem eſt omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, vt vnaquæque domus ſaltim vnum denarium annuatim ſoluat B. Petro, ſi eum recognoſcunt patrem & paſtorem ſuum more antiquo. Nam Carolus Imperator, (ſicuti legitur in tomo eius, qui in archiuo eccleſiæ B. Petri habetur) in tribus locis annuatim colligebat mille & ducentas libras ad ſeruitium apoſtolicæ ſedis: i. e. Aquisgrani, apud podium S. Mariæ, & apud S. Ægidium.* Nondum vero hunc *tomum*, ad quem prouocat, publicauit pontifex, qui ſine dubio fictitius & ſpurius eſt, vt etiam obſeruant FLEVRY *in hiſtor. eccl. tom. XIII. p* 396. & MAIMBOVRG *dans l' hiſtoire du pontificat de S. Gregoire le Grand. lib. III. in f. p.* 314. Addit MAIMBOVRG *p.* 315. *Mais comme on n' avoit garde de ſouffrir en France cette impoſition, & qu' il ne paroit pas dans noſtre hiſtoire, qu'on l' ait ſeulement propoſé, il y a bien de l' apparence, que ſes legats n' oſerent jamais en parler, beaucoup moin entrependre d' executer ſes ordres.* Incidit forſan GREGORIVS VII. in literas GREGORII M. vnde liquet, eccleſiam Romanam in Gallia poſſediſſe *fundos quosdam* per teſtamenta & donationes fidelium, quos *ad firmam* conceſſerat quibusdam poſſeſſoribus, vnde hi quotannis certum ſoluebant cenſum, obſeruante MAIMBVRGIO *cit. l. p.* 306. *ſeqq.* Miſerat hunc in finem in Galliam Candidum, eumque CHILDEBERTO regi admodum commendauerat, hac addita petitione *lib.* 5. *epiſt.* 5. *ſi res eiusdem patrimonii ab aliquo detinentur, poteſtatis veſtræ iuſtitia corrigatur, & iuri priſtino, quæ ablata ſunt, reformentur.* Verum hoc *patrimonium B. Petri* tempore GREGORII VII. dudum exſtinctum & a pontificibus aliunde ſatis ditatis, neglectum erat, vt nec ſub hoc prætextu vniuerſo regno cenſum imponere potuerit.

quamuis fruſtraneo conatu,

(β) Saxoniæ, §. CXIX. Similem fabulam narrat GREGORIVS VII. *cit. l.* de Saxonia a CAROLO M. B. Petro oblata his verbis: *Idem vero magnus imperator Saxoniam obtulit B. Petro, cuius eam deuicit adiutorio: & poſuit ſignum deuotionis & libertatis, ſicut ipſi Saxones habent ſcriptum & prudentes illorum ſatis ſciunt.* In eodem forſan loco diploma hoc oblationis Carolinum aſſeruabitur, quo famoſa illa donatio CONSTANTINI M. patrimonii Petrini. Nam vtrumque titulum coniungere allaborauit in *formula iuramenti*, poſt RVDOLPHI mortem regi eli-

Digitized by Google

eligendo præſcripta *lib. IX. epiſt.* 3. apud HARDVINVM *cit. l. p.* 1481. *De ordinatione vero eccleſiarum, & de terris vel cenſu, quæ Conſtantinus imperator vel Carolus S. Petro dederunt, & de omnibus eccleſiis vel prædiis, quæ apoſtolicæ ſedi ab aliquibus viris vel mulieribus ab aliquo tempore ſunt oblata vel conceſſa, & in mea ſunt vel fuerint poteſtate, ita conveniam cum papa, vt periculum ſacrilegii & perditionem animæ meæ non incurram.* Hæc fuit aſtuta ſedis Romanæ cautela, qua ligare imperatorum conſcientias voluere, vt regnum Germaniæ ſibi *cenſuale* facerent, vel *iure feudi* ſibi ſubiectum crederent, quæ tamen effectu caruit. ADRIANVS IV. tandem ad eas redactus eſt anguſtias, vt palinodiam cantare debuerit. Noti ſunt motus, ea de cauſa a FRIDERICO I. excitati, quod imperium *ſedis Romanæ beneficium* vocare auſus fuerit. Rem enarrat RADEVICVS *de geſtis Friderici I. c.* 10. vbi imperator ipſemet tenorem literarum papalium his refert verbis: *quod præ oculis mentis ſemper deberemus habere, qualiter dominus papa inſigne imperialis coronæ nobis contulerit, neque tamen pœnitentia moueretur, ſi maiora excellentia noſtra ab eo* BENEFICIA *ſuſcepiſſet.* Certior de indignatione imperatoris factus papa, hoc modo ſeſe purgauit ſcribens: *Occaſione ſiquidem cuiusdam verbi, quod eſt* BENEFICIVM, *tuus animus, ſicut dicitur, eſt commotus. --- Hoc enim nomen ex* BONO & FACTO *eſt editum, & dicitur beneficium apud nos non feudum, ſed bonum factum* &c. qua interpretatione facta tandem mitigauit imperatoris animum iratum, ſed ſimul agnouit, inutiles prorſus conatus eſſe, quibus imperium *iure beneficiario* ſibi aſſerere ſedes Romana iamdudum tentauerat.

§. CXX. Hiſpaniam quoque cenſualem eſſe atque ad ius B. Petri pertinere, credulo imponere voluit orbi GREGORIVS VII. *ep.* 7. *lib.* I. apud HARDVINVM *cit. l. p.* 1200. ſcribens. *Non latere vos credimus, regnum Hiſpaniæ ab antiquo proprium S. Petri fuiſſe & adhuc (licet diu a paganis ſit occupatum) lege tamen iuſtitiæ non euacuata, nulli mortalium ſed ſoli apoſtolicæ ſedi ex æquo pertinere. Quod enim auctore Deo ſemel in proprietates eccleſiarum iuſte peruenerit, manente eo, ab vſu quidem, ſed non ab earum iure occaſione tranſeuntis temporis ſine legitima conceſſione diuelli non poterit.* Eandem fabulam repetit *lib. IV. epiſt.* 28. apud HARDVIN. *p.* 1373. *Notum vobis fieri volumus, quod nobis quidem facere non eſt liberum, vobis autem non ſolum ad futuram, ſed etiam ad præſentem gloriam valde neceſſarium, videlicet regnum Hiſpaniæ ex antiquis conſtitutionibus B. Petro & S. Romanæ eccleſiæ in ius & proprietatem* (γ) Hiſpaniæ,

Digitized by Google

tem esse traditum. Post pauca allegat impedimenta, quæ exactionem *seruitii* seu *census* admittere noluerunt: *Nam postquam regnum illud a Saracenis & paganis peruasum est, & SERVITIVM, quod B. Petro inde solebat fieri, propter infidelitatem eorum & tyrannidem detentum, ab vsu nostrorum tot annis interceptum est, pariter etiam rerum & proprietatis memoria dilabi cœpit.* Hac de causa ablegasse se duos prælatos in sequentibus docet, qui iura sedis Romanæ plenius asserrent, & *seruitium*, quod B. Petro deberur, redintegrarent.

(d) Portugalliæ,

§. CXXI. Eadem fata habuit *regnum Portugalliæ*, protectionem sedis Romanæ imprudenter ambiens. *Regnum, regi commissum, Romanæ ecclesiæ censuale* esse, & hac de causa regem & regnum sub B. Petri & sua protectione se suscepisse scribit INNOCENTIVS III. *lib. I. epist.* 441. edit. BALVZ. idem repetit in *epist.* 48. *lib. I.* & fundamentum inde petit, *quod regnum regi commissum* (quasi in administrationem a papa) *ab inclytæ recordationis progenitoribus eius Romanæ ecclesiæ constitutum fuerit censuale.* His præmissis pergit: *Vnde per dilectos filios Ioannem Ouezi & Egeas Petri fratres hospitalis Hierosolymitani pro annuo censu quatuor vnciarum auri, quas magnitudo regia recognouit ratione temporis a Lateranensi concilio iam elapsi, quingentos & quatuor morabatinos ad suggestionem dilecti filii fratris Ruinerii nuncii nostri nobis regia seruitus destinauit, quod debita prosequimur gratiarum actione.* Is fuit ALPHONSVS rex Portugalliæ, qui hoc regnum vectigale sedi Romanæ fecit, sub *annuo censu* vnciarum quatuor, vt docent literæ a BALVZIO primum editæ *lib. II. miscell. p.* 210.

(e) Poloniæ & Silesiæ,

§. CXXII. Pari fato, quod superstitio reprobanda produxerat, exposita fuere alia regna. *Poloniam* enim & *Silesiam* quoque *censuales* factas fuisse ex pacto regis CASIMIRI cum pontifice ostendit GOLDASTVS *de regn. Bohem. lib. II. c.* 12. *in f.* Facit huius census soluti mentionem GREGORIVS VII. *l.* 2. *epist.* 7. apud HARDVIN. *cit. l. p.* 1268. *Peruenit ad nos nuncius vester, qui magnæ deuotionis & fidelitatis vestræ exhibitionem nobis retulit, vt quæ B. Petro sub nomine census mittitis, videlicet centum marchas argenti ad mensuram vestri ponderis.* *Regnum Daniæ* pari astutia sibi subiicere studuit GREGORIVS VII. vt docent *epist.* 15. & 57. *lib.* 2. Sed intentioni non respondit euentus, regemque Daniæ, qui pro more illius temporis non indeuotus erat in sedem papalem, terruerunt aliorum vestigia, animaduertentem, arrogantem hunc pontificem, ad reges censuales, vt ad *vasallos*, imo *subditos* suos, scribere. *Regnum Hungariæ* pariter suo pedo subiectum

(ζ) Daniæ,

(η) Hungariæ.

Digitized by Google

tum esse censuit GREGORIVS VII. *lib.* 2. *epist.* 13. apud HARDVINVM *cit. l. p.* 1273. *Nam sicut a maioribus*, scribit, *patriæ tuæ cognoscere potes, regnum Hungariæ S. Romanæ ecclesiæ proprium est, a rege Stephano olim B. Petro cum omni iure & potestate sua oblatum & deuote traditum.* Redarguit ea de causa SALOMONEM regem Hungariæ, quod regnum hoc regi Teutonico in beneficium obtulisset, cum hoc non regiæ, sed *apostolicæ maiestatis beneficium* recognoscere deberet. Idem repetit *lib. II. epist.* 63. & 70. & *lib. VII. ep.* 4. Regnum *Dalmatiæ* quoque *Petro & sibi* vin- (ϑ) Dalmatiæ dicat, quin etiam *Corsicam* insulam *lib. VI. epist.* 12. in eundem referat cen- & Corsicæ, sum, & ad dominium Romanæ ecclesiæ pertinere credat. De *censu* regni *Siciliæ* sedi Romanæ olim præstito vid. BALVZ. *in vit. papar. Auen. p.* 606. (ι) Siciliæ, Nec hic substitit, sed ipsum *Russorum imperium* iure beneficiario a se re- (κ) Russiæ, cognoscendum esse censuit in *epistola ad* DEMETRIVM regem Russorum scripta, *vid. lib. II. epist.* 74.

§. CXXIII. Denique *Angliæ* regnum quoque denarium S. Petri, de (λ) Angliæ. singulis ædibus soluendum, sedi Romæ obtulisse notorium est, de cuius auctore scriptores ambigunt haesitantque. vid. CANGIVS *in gloss. voc. denarius S. Petri.* Soluisse hoc tributum GVILIELMVM regem anno 1070. constat. vid. *Gest. Guilielm. p.* 206. Recusasse tamen eosdem illud, indicant literæ INNOCENTII III. de anno 1214. apud RYMERVM *tom. I. act. publ. Angl. p.* 182. Nouum anno 1213. accessit *subiectionis* documentum sub rege IOHANNE, qui irato pontifici aliter satisfacere non poterat, quam vt regnum suum in manus eius resignaret, & illud ab eo rursus in feudum reciperet. Literas recognitionis referunt MATTHAEVS Paris. Quæ a papa *in histor. Angl. ad cit. ann. p.* 198. *sq.* & RYMER. *cit. l. p.* 176. in quibus sub- in feudum iectionem suam his profitetur verbis: *conferimus & libere concedimus* data, *Deo & sanctis apostolis eius, Petro & Paulo, & sanctæ Romanæ ecclesiæ matronæ nostræ, ac domino papæ Innocentio eiusque catholicis successoribus totum regnum Angliæ & totum regnum Hyberniæ, cum omni iure & pertinentiis suis pro remissione omnium peccatorum nostrorum & totius generis nostri pro viuis quam pro defunctis, & a modo illa ab eo & ecclesia Romana tanquam secundarius* (*feodarius* rectius habet RYMER. *cit. l.*) *tenentes & recipientes in præsentia prudentis viri Pandulphi domini papæ subdiaconi & familiaris --- Ad indicium autem huius nostræ perpetuæ obligationis & concessionis volumus & stabilimus, vt de propriis & specialibus reditibus nostris prædictorum regnorum pro omni seruitio & consuetudine, quæ pro ipsis facere debemus, saluis per omnia denariis beati Petri, ecclesia Romana mille marcas Esterlingorum percipiat annuatim; in festo scilicet S. Michaëlis quingentas marcas, & in pascha quingentas.*

Digitized by Google

admodum ferociente eius legato.

Septingentas ſcilicet pro regno Angliæ & trecentas pro regno Hyberniæ, En vero ſuperbiam PANDVLPHI legati pontificis! Hic enim pecuniam, quam in *arrham ſubiectionis* rex contulerat, ſub pede ſuo conculcauit; archiepiſcopo dolente & reclamante, VT ait MATTHAEVS *Pariſ. cit. l.* Repetiit hanc *oblationem* INNOCENTIVS III. in literis *de anno* 1215. apud RYMERVM *cit. l. p.* 203. ad barones Angliæ. Innouata eſt eodem anno ſolenniter hæc *ſubiectio*, adueniente in Angliam NICOLAO V. Thuſculanenſi legato ſedis Romanæ, teſte EODEM *p.* 207. inquiente: *Ante maius altare* eccleſiæ cathedralis *coram clero & populo exacta eſt a rege & innouata illa non formoſa, ſed famoſa ſubiectio, qua in manum domini papæ diademate cum regno reſignato, tam dominium Hyberniæ quam regnum ſubdidit Anglicanum.* Anno 1215. pontifex *ſubiectionis* memoriam renouauit in bulla apud EVNDEM *cit. l. p.* 223. his verbis: *quin imo vtraque ſententia relaxata regnum ſuum tam Angliæ quam Hyberniæ beato Petro & eccleſiæ Romanæ conceſſit: recipiens illud a nobis in feudum SVB ANNVO CENSV MILLE MARCARVM, fidelitatis nobis inde præſtito iuramento.* Ceterum de *origine cenſus* ex Hibernia ſoluendi & quidem ex ſingulis domibus, occurrit *charta* ADRIANI *de anno* 1154. ad HENRICVM regem Angliæ apud RYMERVM *in act. publ. Angl. tom. I. p.* 15. qua ei concedit poteſtatem ingrediendi inſulam, *ſalua B. Petro & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ de ſingulis domibus annua vnius denarii penſione.* Hoc modo pontifices quæuis regna *ſub annuo cenſu* ſibi ſubiugare conati ſunt, & forſan omnes reges parem fortunam cum rege Angliæ experti fuiſſent, niſi tandem aulæ Romanæ vltra modum creſcens potentia fracta fuiſſet. De hiſce *vaſallis ſedis Romanæ* ex inſtituto agit ANTONIVS MARCELLVS *de iure ſeculari Rom pontif.*

Similis cenſus ſolutio ex bonis oblatis.

§. CXXIV. Liquet ex hactenus dictis, hunc cenſum eccleſiam Romanam ab eccleſiis, monaſteriis & regnis ſibi paſſim vindicaſſe, vel in ſignum *acceptæ libertatis* ab epiſcopali iurisdictione, vel in argumentum *ſingularis protectionis* ſedis Romanæ, vel ob *nexum feudalem* in memoriam factæ olim *oblationis* in feudum eccleſiæ Romanæ. Neque vero tantum ſedi Romanæ hi *cenſus* ex regnis *beneficiariis* obuenerunt; nobiles quoque & proceres regnorum, inprimis Germaniæ, bona ſua eccleſiis epiſcopalibus monaſteriisque *in feudum* obtulerunt ex deuotionis cuiusdam irregularis pruritu, ſimulque ſeſe ad ſeruitia feudalia & cenſum annuum, in memoriam factæ *oblationis* & *recognitionis* ſoluendum, obſtrinxerunt, vel *iure precariarum* ab iis poſſederunt. Varia id diplomata illuſtrant & corroborant. Apud GOLDASTVM *tom. II. rer. Allem. p.* 41. *n.* 50. occurrit charta VFFERTI, qua bona ſua obtulit eccleſiæ S. Galli &

in

Digitized by Google

in recognitionem memoriamque huius oblationis sese ad censum obligauit, his verbis: *in ea vero ratione, vt, dum ego aduixero, ipsas res habere debeam, & censui me pro hoc annis singulis de festiuitate S. Galloni in aliam soccum aut IV. denarios.* Aliam chartam similis *oblationis* IDEM *cit. l. n.* 42. *p.* 38. adfert, vbi ista *census* obligatio occurrit: *& pro istas res proseruire volo annis singulis, h. e. XXX. seglas cereuisæ, XL. panes, frischengam tremessem valientem & XXX. mannos & arare duos iochos in anno.* Alia *oblationis charta n.* 84. *p.* 53. occurrit, qua testatur Wolfhugi se cœnobio S. Galli tradidisse & donasse, quicquid in pago Turgawensi possederat, additque sequentia: *mihique & legitimæ meæ procreationi sub ea ratione possidendam dereliquit* cœnobium, *vt censum exinde singulis annis persoluamus, i. e. denarios vel II. maldros de grano. Si ego illas redimere velim, cum I. solido id agam. Si vero ego illas non redimam, legitimi heredes mei sub prædicto censu eas possideant.* Sub *n.* 83. GOLDASTVS *cit. l.* aliam chartam oblationis adfert, in qua census a priori diuersus constitutus legitur: *in ea videlicet ratione, vt easdem res ad me recipiam tempus vitæ meæ perfruendas, censumque inde annis singulis persoluam, i. e. vt ad proximam curtem S. Galli vnum iuchum arem, & cum semine meo seminem annis singulis vnaquaque iuga. Et si redimere illud velim, cum duobus solidis id agam. Si autem vxor mea me superuixerit, easdem res habeat reditumque omnis annis singulis persoluat, i. VI. maldras de auena & I. maldram de Kernone &c.* Similes chartæ occurrunt *n.* 77 78. 79. 81. 82. quæ ostendunt, bona huic cœnobio fuisse oblata, vt vel eadem iure *feudi* vel *precariæ* in posterum sub *annuo censu* tenerent. Vnde adhuc hodie infiniti census cœnobiis & hospitalibus soluuntur.

§. CXXV. Sed reuertor ad *curiam Romanam*, in qua dubium motum fuit, an talis census citra *simoniam* solueretur? Morem hunc INNOCENTIVS III. in *c.* 6. *X. de relig. domib.* ab omni simoniaca labe immunem esse censuit his verbis: *nos quoque cum libertatis priuilegium vel protectionis præsidium aliquibus ecclesiis indulgemus, gratis accipiamus censum gratis oblatum, & in literis nostris ad successorum nostrorum memoriam census exprimamus etiam quantitatem.* Duplici argumento probat, in solutione huius census *simoniam* abesse: 1) *quod gratis accipiatur*, non tanquam *pretium* acceptæ libertatis & redemtæ protectionis: tunc enim simoniam committi volunt, quando *vt pretium* interueniente pacto aliquid soluitur, quod in *census solutione* occurrere non videtur, vtpote nullam proportionem habentis cum priuilegio accepto, sed tantum in *signum* & *memoriam* impetratæ gratiæ promissi: (2) *quod gratis offeratur*, non

Census curiæ Romanæ soluti citra simoniam.

Digitized by Googl

non quaſi ex pacto, ſed ſpontanea oblatione; neque enim *exemtionibus & protectionum* bullis ſemper cenſus eſt reſeruatus, & per ſtipulationem conſtitutus, ſed magis a quibusdam, vt vult pontifex, *ſponte oblatus.* Meo iudicio non neceſſe fuiſſet, hisce vti argumentis, nili tàm late contra iuris rationem extenſa fuiſſet SIMONIAE *labes putatiua*, vt facile ratio dubitandi contra hos cenſus inde defumi potuiſſet. Interim rationes adductæ ita comparatæ ſunt, vt fere vbique ſimoniæ inuolucrum aliquod induci poſſet, cum, quod ſoluitur, vt plurimum titulo *honorarii*, *ſponte oblati*, ſoleat incruſtari, vt ad *tit. de ſimonia* demonſtratum eſt.

Cenſus etiam aduocatis ſoluti,

§. CXXVI. Eadem ratio quoque varios *aduocatorum cenſus* produxit, quorum ſolutione eccleſiæ vel monaſteria recognouere, ſe *iuri aduocatiæ* ſubiecta eſſe. In genere enim, vt dixi, hi cenſus argumenta erant *iuris alicuius* alteri conceſſi vel ab eo impetrati, cuius *memoriam* hoc ipſo conſeruabant veteres. Dabantur vero frequenter aduocati eccleſiis vel nudæ *defenſionis* vel etiam *iurisdictionis* exercendæ gratia. Prior ſpecies fere cum illa coincidit *protectione*, qua papa olim plura monaſteria amplexus eſt. Puto huc referri poſſe der Schutz-Brieff des Churfürſten von Sachſen Friedrich, den er dem Kloſter Doberlug anno 1435. gegeben, quam refert ill. Dn. a LVDEWIG *tom. I. reliq. MSCtor. n.* 317. in quo de *cenſu* ita cauetur: und darum ſoll uns der obgenannte Apt, ſine Sammunge und ihre Nachkommen ierlichen reichen und geben ſechzehen Schock nuver Groſchen zu Schutz-Gelde und irgetzung unſerer mühe und erbeit, inmaſſen, daß ſin Breiff uns dorüber gegebin fürderlicher inneheldet. Poſterior *aduocatiæ* ſpecies tunc erat neceſſaria, quando monaſteria ducum ordinariæ poteſtati erant ſubducta, vt haberent *iudicem*, per quem *ciuilia & criminalia* explicarentur, quorum exercitio prælati eo tempore adhuc abſtinere cogebantur. Apud auctorem *Chron. Gemblac. in ſpicil. Dacheriano tom. VI. p.* 505. vel *tom II. p.* 761. *nou. edit* relati, occurrit diploma OTTONIS M. de anno 984. quibus LANTBERTVM, comitem Louanienſem, creauit aduocatum cœnobii Gemmelacenſis cenſumque hunc ei aſſignauit: *Porro ſubaduocatus in villis ad aduocatiam pertinentibus nihil aliud iuris habeat, niſi per ſingulas annos de vnaquaque domo denarium vnum, gallinam vnam, auenæ ſextarium vnum. In charta* HENRICI IV. *de anno* 1075. relata in *monum. Wirtemb. in mon. Hirſaug. n.* 1. & apud TRITHEMIVM *in chron Hirſaug. ad ann.* 1071, *p. m.* 86. hæc occurrunt: *nullum aliud ſeruitium, ius aut beneficium, ſibi pro hoc recognoſcat, niſi tertium bannum & conſuetudinariam iuſtitiam & legem, quam ceteri aduocati in aliis liberis monaſteriis habent ſuperiores,*

protectionis cauſa,

vel pro iurisdictionis exercitio,

Digitized by Google

fures, proteruiam & cenſuales & cetera talia, & in illis tribus placitorum diebus in vnoquoque maltrum de frumento & vnum friscingum (friskingium) *& vnum ſiclum de vino & cetera ad hoc pertinentia.* Similis fere tenoris chartam *de anno* 1090. ex MSCTO publicaui in *obſeruat. ad Petr. de Marca de C. S. & imp. lib. I. c.* 12. *obſ.* 18. in qua RVTHARDVS, archiepiſcopus Moguntinenſis, monaſterium Comberg confirmauit, & de aduocati iure hæc conſtituit: *Cuius aduocati libero conceſſum eſt arbitrio, vt ſemper, ſi velit, poſt ſanctam hebdomadem pentecoſtes II. feria placitum habeat in villa, quæ dicitur S. & non in anno ſæpius, niſi ab abbate inuitatus; in prædicto autem placito ad ſeruitium eius debet abbas ei dare maltrum frumenti pro faciendo pane, friſingum vnum porcinum, & duos ouinos & vinum ceteraque ad hæc ſufficientia.* Similiter TRITHEMIVS *in chron. Spanheim. ad ann.* 1325. idem illuſtrat: *denique ad petitionem præfati comitis Ioannis Willicho abbas prædictum filium eius aduocatum ſuum in villa monaſterii, quæ dicitur auuem, conſtituit, cui duodecim maldra auenæ & totidem pullos ab incolis eiusdem villæ danda ſingulis annis pro feudo aſſignauit.* Sed ne quidem hoc cenſu moderato contenti erant aduocati: quidam occaſione eius plures alias *exactiones* faciebant, atque monaſteria admodum grauabant, vt magis eſſent *monaſteriorum hoſtes*, quam *protectores.* Ciſtercienſes ſpeciali priuilegio a GREGORIO IX. anno 1234. contra huiusmodi attentata muniti ſunt, quod refert CHRYSOST. HENRIQVEZ *in menolog. ord Ciſt. tom. II. priu* 15. *p.* 61. Alii monaſteria ſibi alia ratione conſuluerunt, graui ære redimendo aduocatias, vel aliter eas abolendo.

§. CXXVII. Inde quæſtio fuit mota, an ex ſolutione cenſus poſſit *ius aduocatiæ* probari, vel ad minimum eius *poſſeſſio* induci? Negat hoc ROSENTHAL. *de feud. c. IV. concl.* 14. *n.* 3. nec ſine ratione negat. Cum enim cenſus ſit argumentum *varii iuris*, non *aduocatiæ* tantum, adeo vt etiam propter *remiſſum ius aduocatiæ* reſeruari potuerit in *memoriam priſtini iuris*, euidens eſt, ſolam cenſus ſolutionem eſſe argumentum admodum incertum & lubricum pro certo iure inde probando, niſi alia vrgentia adminicula accedant, vnde de *vero fine* huius cenſus conſtare poſſit. Ergo probandum eſt, cenſum eſſe ſolutum in argumentum *aduocatiæ*, vel oſtendendum, in cuius ſignificationem ſolutus fuerit? Ceterum ſi conſtat, in ſignum *protectionis* eſſe cenſum ſolutum, monaſterio deſtructo, non amplius debetur, cum obligatio ad ſoluendum cenſum ſit *reſpectiua*, reſpectu certæ rei & intuitu *certi finis* praeſtanda, quo vtroque exſtincto, cenſum quoque exſtingui neceſſe eſt. MAGERVS *de aduoc. arm. c.* 16. *n.* 15. Quid vero ſi cenſus fuerit promiſſus in argumentum acceptæ *liber-*

non tamen ex cenſus ſolutione poteſt ius aduocatiæ probari.

Exſtincto monaſterio, exſtinguitur cenſus protectionis ergo conſtitutus,

Digitized by Google

vel etiam si acceptæ libertatis causa promissus est.

libertatis ab aduocatia? Hic diuersus & quidem talis finis est, qui durare videtur, destructo etiam monasterio. Enimuero cum hic census ipsa bona ecclesiastica vel monasterium adficiat, & intuitu eorum soluatur, non semper apparet, a quo exigi census queat. Ponamus, monasterium prorsus destructum, bona dissipata & dilacerata fuisse, vt possessores eorum incerti, vel interueniente belli calamitate memoria deleta sit, a quo quæso talis census exigi posset? Certe, vt ego quidem existimo, a nemine. Si possessores bonorum horum adsunt, ab his census exigi possunt, quippe qui bona *individuo nexu* adficiunt. Huc suo modo referri potest dispositio *instrumenti pacis art. V. § 47.* si anno 1624. A.C. statibus, fundationibus iam destructis aut collapsis, ex alienis territoriis pensiones, quorsum etiam tales *census* pertinent, debitæ fuerunt, qui exsolui in posterum quoque debent iis, *qui anno* 1624. *d.* 1. *Ian.* in *possessione perceptionis* vel quasi fuerunt. Præterea vero hoc adiicitur: *quæ vero ab anno* 1624 *destructa fuerunt, aut in futurum concident, eorum pensiones etiam in alienis territoriis domino destructi monasterii seu loci, in quo id situm, exsoluantur.*

Episcopi census exegerunt

§. CXXVIII. Præterea quoque *episcopis* variis ex causis census soluti sunt. Sic (I) monasteria olim ecclesias parochiales a laicis ex antiqua infeudatione possessas, acquirebant, id quod cum aliter, quam cum *consensu* episcoporum fieri non posset, solebant hi *annuum censum* pro ea *concessione* sibi reseruare, quem *concilium Claromontanum* certo modo approbauit, apud PETRVM *de* MARCA *de C S. & I. lib VI. c.* 31. & HARDVINVM *tom. VI. p. 2. concil. p.* 1735. Ceterum hoc etiam (II) episcopi ad eum exrendebant casum, si ipsimet ecclesias, olim in feudum laicis datas, manibus possessorum liberauerant, & in pristinum restituerant statum, pro quo *beneficio* ab ecclesia *annuum* postulabant *censum*, quod sordidæ auaritiæ indicium videbatur, adeoque merito reprobandum erat, vt docet *c. 9. X. h. t.* Imo (III) quandoque ipsas ecclesias sub *annuo censu* clericis concedebant, quod instar *locationis* erat, vel *feudi censualis* ad vitam concessi, vt illustrat charta apud MEICHELBECKIVM *in hist. Frising. tom. I. p. 2. n.* 336. *p.* 178. quod tamen postea variis ex causis reprobatum, vt *tit. ne prælati vices suas vel ecclesias sub annuo censu conced.* docet. (IV) Episcopi quoque annuum censum sibi stipulari solebant, quando iuri suo diœcesano, accedente consensu papali, in monasteria & ecclesias ei connexas renunciabant, quod approbat pontifex in *c. 6. X. de relig. domib.* Cum enim in *exemtionibus* monasteriorum sæpe solitus fuerit censum certum sibi reseruare, id multo magis permittere debuit episcopis, iuri suo in monasteria sub hac conditione renunciantibus. Porro (V) in *vnionibus* ecclesiis

(I) pro concessione, vt monasteria ecclesias parochiales a laicis acquirerent, vel (2) pro earum liberatione a manibus laicorum,

(3) vel pro locatione earum,

(4) pro renunciatione iuris diœcesani,

(5) pro vnione,

Digitized by Google

cleſiarum, præſertim, quæ monaſteriis fiebant, ſibi licite epiſcopos, pro facultate hac accepta, *cenſum annuum* reſeruaſſe, indigitat pontifex in *cit. c.* 6 his verbis: *cum non inſolitum ſit, nec nouum, vt, cum epiſcopi eccleſias conceſſerint piis locis, aliquid ſibi reſeruent in eis nomine penſionis.* Exemplum huius cenſus occurrit apud VGHELL. *tom. I. Ital. ſacræ p.* 259.

(6) pro liberatione ab exactionibus,

(VI) Quandoque etiam loco *exactionum*, quæ varii generis erant, ſibi cenſum quendam generatim ſtipulabantur, & ab illis ex ſingulari gratia eccleſias liberabant, vt docet *c.* 21. *X. h. t.*

(7) in dedicatione ipſa.

(VII) In ipſa *dedicatione* eccleſiæ *honoris* & *memoriæ* gratia quandoque quid epiſcopo reſeruatum eſt, vt docet *c.* 30. *C.* 18. *q.* 2. (VIII) Denique pro *ſuſceptione curæ* quandoque in fundatione monaſteriorum, epiſcopo *cenſus* addictus, quod docet *charta* de a. 763. apud MEICHELBECK. *in hiſtor. Friſing. tom. I. p.* 2. *n.* 12. vbi in cenſum annuum epiſcopo aſſignati ſunt *duo pedules*, qui fuere indumenti genus monachis olim vſitatum, vt *idem P. I. tom. I. p.* 60. obſeruat.

Cenſus etiam principes pro conceſſionibus variis exegerunt.

§. CXXIX. Hæc omnia euincunt, cenſuum fuiſſe diuerſiſſimos fines, quod etiam confirmatur in *c.* 5. *X. h. t.* adeoque vniuerſalem regulam de his conſtitui non poſſe, niſi hanc, quod pro *conceſſione iuris cuiusdam ſingularis* conſtituti vel reſeruati fuerint ſoluti. Hunc morem in imitationem traxerunt poſtea *principes* aliiue *magiſtratus*, ſubditis aliquid indulgentes, & pro annuo cenſu hanc vel illam *facultatem*, quam absque eorum conſenſu exercere nequeunt, concedentes, veluti exſtruendi molendinum, aperiendi metallifodinam, monopolium, & quæ ſunt alia. Etenim *libertas naturalis* in multis prouinciis per leges prouinciales admodum reſtricta eſt, vnde factum, vt non ſpernendi prouentus ex *cenſibus annuis* in fiſcum vel ærarium magiſtratuum quotannis redundent. Ideo enim ſoluuntur hi cenſus annui, tum vt, recognoſcant ſubditi, ſe ex *conceſſione magiſtratus*, & non proprio iure, hac facultate vti; tum etiam, quia exemplo antiquorum epiſcoporum iam dudum in morem abiit, nullam indulgere *gratis* gratiam, ſed omnia vt plurimum *pro cenſu* annuo concedere. Denique hoc etiam nobiles in pagis ex antiqua *dominica poteſtate* in ruſticos, qua horum libertas naturalis admodum ligata fuit, in conſtantem traxere praxin, & ruſtici ſub annuo cenſu commercium huius vel illius iuris, a quo per *dominos* antiquitus excluſi fuere, impetrare coacti ſunt.

Nobiles quoque tales cenſus a ruſticis pro huius vel illius iuris vſu exigunt.

§ CXXX. Hac de cauſa ill. Dn. BERGER. *in œconom. iur. lib. I. tit.* 12. §. 16. *not.* 6. non inique cenſet, 1) cenſum de vino vſto Brantwein-Blaſen-Zinß regalibus minus recte accenſeri, multo minus 2) *cenſum protectionis & incolatus* Schutz- und Hausgenoſſen-Geld, adeoque etiam hos nobilibus & magiſtratui inferiori deberi poſſe; addit vero, hos cenſus

Digitized by Google

cenſus a *iurisdictione* repetendos non eſſe, ſed ſolo *vſu* æſtimari. Sicuti vero *obſeruantia* ſine fundamento quodam eſſe non ſolet, quo primordialiter eſt introducta, ita nec hoc caſu illud deficere videtur. Scilicet (1) ipſa *cenſus* exactio pro conceſſione cuiusdam *facultatis*, in ſe non eſt regale, vti ex hactenus dictis liquet, ſed potius ipſa *facultas* inſpicienda, quæ quoties *regalibus* annumeratur, cenſus debetur cameræ principis; quoties vero etiam arbitrio priuatorum ſubiecta, cenſum etiam hi ſibi ſtipulari vel reſeruare poſſunt. (2) Nobiles olim habuiſſe *dominicam poteſtatem* in ruſticos, iam ſupra obſeruaui, vnde non tantum ipſa *patrimonialis iurisdictio* natales ſuos habet, ſed ipſimet varia *iura præcipua* ſibi vindicarunt, a quorum commercio ruſticos adhuc hodie excludunt, & in antiquiſſimo *vſu* & *obſeruantia* hac de cauſa ſeſe fundare ſolent. Sane *commercium vini adusti priuatiuum* nobilibus eo magis arriſit, quo magis ſeſe hoc potu ingurgitare ſolent ruſtici, non ſine lucro & quæſtu eius qui cenſum inde percipit. Ideo enim hoc commercium ex *poteſtate antiqua* ſibi priuatiue attribuerunt, vt *annuum cenſum* pro eius conceſſione quotannis percipere poſſent. Ita vero (3) regulariter talis *cenſus* debetur *domino iurisdictionis*, quippe qui in iura veterum dominorum ſucceſſit, qui tale commercium ſibi appropriarunt. Denique (4) *cenſus protectionis & incolatus* ex eodem principio fluit, ex quo primordialiter iurisdictio patrimonialis deduci debet. Exercuere nobiles *dominicam poteſtatem* in ruſticos: pagum, in quo hi habitabant, *ſuum* & *patrimonialem* dixerunt, & poſtquam bona ſua in feudum obtulerunt, inde factum, daß ſie auch mit dem Dorffe belehnet werden. Inde qui in ipſo pago, vt inquilinus vel incola recipi & commorari voluit, ex *conceſſione* eius, cuius in dominio fuit pagus, id facere debuit, indeque mos inualuiſſe videtur, vt tales incolæ ſoluere teneantur *cenſum protectionis & incolatus*, quod ita eius *iurisdictioni* ſeſe ſubiecerint. conf. DN. WILDVOGEL *de protectionis cenſu.*

Cenſus protectionis.

Cenſus agricolationis.

Cum hoc cenſu affinitatem habet *cenſus agricolationis*, vulgo Leib-Pfennig, Leib-Beth, in illis locis adhuc vſitatus, in quibus ruſtici *homines proprii* ſunt ſeu *ſeruilis conditionis*, quippe quem præſtant in argumentum ſeruitutis ſeu proprietatis. vid. FROMMANN. *de oper. ſubditor. maxime ruſticor. th.* 23. HARPRECHT. *vol. nou. conſ.* 4. *n.* 776 *ſeqq.* STAM. *de ſeruit. perſon. lib. III. c.* 22. *n* 2. Talem cenſum annuum ſponte olim ſubierunt, qui ſeſe in *proprietatem* alteri dabant, inprimis ſi ſeſe vt *mancipia* & *proprios homines* eccleſiis vel monaſteriis offerebant. Teſtis eſt CAESAR HEISTERBACH. *lib. VII. de mirac. c.*39 referens, *Walterum de Birbach, conſanguineum Henrici ducis Louanii B. Mariæ in quadam paupere eccleſia, in eius honorem dedicata,*

Digitized by Google

dicata, fune collo ſuo iniecto, ſeruum glebæ ſeſe obtuliſſe & ſoluiſſe ſingulis annis cenſum de capite ſuo, qualem ſerui originarii ſoluere conſueuerunt. In locum huius cenſus, qui *ſeruitutis* argumentum eſt, ſine dubio cenſus *protectionis* & *incolatus* ſubſtitutus eſt iis in locis, vbi *ruſtici* non amplius ſunt *proprii homines*, ſed *liberi*, vt in argumentum *protectionis* cenſum ſoluant, quem olim ſoluebant ruſtici in *ſeruitutis* indicium. Aegre enim, ſtatu ruſticorum licet mutato, nobiles aliquid de reditibus ſuis remiſerunt, vtut *nomina* mutare coacti fuerint.

§. CXXXI. Supereſt, vt reliquum *cenſuum* vſum paucis adiciam. Quod *epiſcoporum* auaritia iam dudum probauerat, etiam *patroni*, eccleſias in ſuis fundis exſtruentes, ſibi permiſſum eſſe perſuaſiſſimum habebant, variisque cenſibus eccleſias ſuas grauabant, vt docet *c.* 23. *X. de iure patron.* Reprobauit hoc ipſum pontifex, voluitque, vt tantum *antiquos & moderatos reditus* perciperent, a nouis vero abſtinerent patroni. *Antiqui* reditus non alii erant, quam *conſenſu epiſcopi* in ipſa *fundatione* reſeruati. Sicuti enim quilibet rei ſuæ legem ſcribere poteſt, ita æquum erat, vt patronis cenſum, ſub cuius conditione eccleſias fundauerant, præſtarent. Solebant enim patroni in *memoriam priſtini dominii*, & ad captandam gloriam in omnem poſteritatem, ex bonis in eccleſiam collatis ſibi cenſum quendam annuum reſeruare, quale exemplum ſuppeditat pontifex in *c.* 18. *X. de ſent. & re iudic.* vbi patrono annuatim *decem ſolidi* ſoluendi erant. *Noui* cenſus autem dicebantur, qui *poſt fundationem* eccleſiis a patronis obtrudebantur, iure ſuo ſeſe vti arbitrantibus, quod iure *dominii directi* gauderent. Nec hoc demirandum, cum idem epiſcopi tentarent, vt ordinarii collatores ceterorum beneficiorum. *c.* 7. *X. h. t.* Vtrumque hoc prohibitum eſt, ceu docent *c.* 7. & 15. *X. h. t.* adeo vt nec *antiquos cenſus* augere permiſſum ſit. Patroni quoque eccleſiis a ſe fundatis cenſus impoſuere.

§. CXXXII. Deprehendo etiam cenſum, quem *parochi* ſoluere debebant de *reditibus parochialibus* prælato, cuius beneficio iuncta erat per *vnionem* eccleſia. Hic enim primarius vnionis erat effectus, vt vel *rector dominus*, vti vocant *principalem*, omnes reditus perciperet, & *vicario* ſuo quotannis certam redituum portionem aſſignaret; vel *vicarius parochus* omnes reditus perciperet, & *principali* quotannis *cenſum* præſtaret, prout in ipſa *incorporatione* vel *vnione*, auctoritate epiſcopi, prouiſum erat. Illuſtratur poſterius per *vnionis* inſtrumentum de *anno* 1309. FRIDERICI epiſcopi Brandenburgenſis apud ill. DN. GVDEWIG *tom. II. reliq. MSS. n.* 176. in quo *plebano* ſeu parocho hoc Præſtant etiam cenſus parochi prælato, cuius beneficio eccleſia per vnionem iuncta eſt.

Digitized by Google

hoc onus impositum: *videlicet quod plebanus quicunque seu rector ecclesiæ præfatæ in Schartowe, qui pro tempore fuerit, VI. marcas argenti Stendallienſis, Magdeburgenſis ponderis, & octo choros diuersi generis annonæ supra dictis præpoſito, qui pro tempore fuerit, & ecclesiæ sanctæ Mariæ singulis annis in perpetuum & cunctis temporibus seculorum de redditibus & prouentibus ipsius ecclesiæ annalis in Schartowe, ad vsus præpositi ac ipsius ecclesiæ persoluet, præsentabit, donabit, atque dabit ad diem S. Martini hiemalem.* Idem FRIDERICVS eodem anno apud EVNDEM *n.* 177. ecclesiam Burch eidem cœnobio incorporauit, hac inter alia vsus formula: *videlicet quod plebanus quicunque seu rector ecclesiæ præfatæ in Burch, qui pro tempore fuerit, XL. marcas argenti Stendallienſis Magdeb. ponderis supra dictis præpoſito, qui pro tempore fuerit, & ecclesiæ S. Mariæ singulis annis in perpetuum & cunctis temporibus seculorum de redditibus & prouentibus ipsius ecclesiæ parochialis in Burch ad vsum præfati præpositi ac ipsius ecclesiæ persoluet &c.* Vtrumque diploma vallatum est *pœna dupli*, si parochus negligens in soluendo hoc censu fuerit.

Census precariarum.

§. CXXXIII. Non infrequentes quoque olim fuere *precariarum* concessiones, quarum rationes excussi *tit. de precar.* Possessores harum regulariter ad *annuum censum* tenebantur in recognitionem dominii, & argumentum *concessionis precariæ.* Apud MABILLON. *in annal. Benedict. tom. II. in append. n.* 43. occurrit precaria Bertfredi abbatis Melundenſis, vbi inter alia præstatio annui census hac firmatur clausula: *si de ipso censu negligentes apparuerimus, duplum componamus, & nihilominus precaria ista firma omni tempore vitæ nostræ permaneat & ita stabilis, ac si de quinquennio in quinquennium renouata sit.* In capitularibus hanc in rem facientia plura occurrunt documenta. *Lib. VI. cap.* 425. apud BALVZ. *tom. I. p.* 1006. constitutum, vt in adiutorium exercitus *sub precario & censu* bona ecclesiastica retineantur, simulque conditiones vtriusque determinantur. *Lib. VII. capit.* 142. *p.* 1034. de aliis *precariis* generaliter id traditur, episcopisque electio relinquitur, vtrum finitis precariis rem ipsam recipere velint, an posteris eorum *sub precario & censu* habere permiserint? In *formulis Bignonianis* apud BALVZ. *tom. II. p.* 506. *n.* 20. hæc occurrit clausula: *propterea hanc precariam manu mea vel bonorum hominum firmatam vobis exinde emisimus, vt annis singulis censu denariorum tot ad luminaria S. illius -- die illo, quod cueniet festo ipsius sancti illius pro hoc vobis dare & adimplere faciam.* Aliis testimoniis hoc exornat BIGNONIVS *in not. ad append. Marculfi* apud BALVZ. *tom. II. capit. p.* 961. Adiiciam adhuc formulam priuilegii monaste-

Digitized by Google

naſterii Atrebatenſis, conceſſi *anno* 866. & relati a BALVZIO *ad Petrum de* MARCA *de C. S. & imp. lib. III. c.* 16. *in f. Has villas cum mancipiis & omnibus ad ſe pertinentibus in vſus luminariorum matricu-lariorum & ceteris, quæ in eccleſiis in præfato monaſterio poſitis neceſſaria fuerint, deputauit CVM OMNI CENSV DE OMNIBVS PRECARIIS monaſterii.*

§. CXXXIV. Denique etiam bona *ſub modico cenſu* in alterum transferri poſſunt, interueniente contractu, cuius facere mentionem videtur ALEXANDER III. *in c.* 1. *X. de reſtit. in integr.* Natura eius in eo conſiſtit, vt pleno iure res in alterius proprietatem transferatur, ne quidem retento *dominio directo*, cenſus tamen annuus in perpetuum reſeruetur in *memoriam priſtini dominii*. De tali contractu pontificem egiſſe, communiter ex illa ratione concludunt, quod, eccleſia læſa & reſtituta; bona ad *ius & proprietatem* eius redire dicantur, adeoque præſupponi debeat, eccleſiam læſam antea proprietatem amiſiſſe. Id inprimis egit FELICIANVS *de* SOLIS, vt hoc defenderet, & ea occaſione tractatum de *cenſibus* conſcriberet, quam ſententiam etiam GONZALEZ *ad cit. c.* 1. tuetur. Ego hic ſubſiſto, cum argumentum, quo vtuntur, etiam applicari poſſit ad *emphyteuſin* in Italia vſitatam, cuius intuitu textus prædictus conſcriptus eſt. *Modicus cenſus* etiam ſoluitur in *emphyteuſi*. emphyteutæ non raro *coloni* dicuntur, quales minus recte dicuntur, in quos *pleno iure* res translata eſt, & ſi contra hanc alienationem eccleſia læſa reſtituitur in integrum, recte dicitur fundus in *ius & proprietatem* eccleſiæ redire. Quicquid vero huius rei ſit, ſi *plenum dominium* reſeruato cenſu transfertur, cenſus vt onus reale fundo inhæret, eoque nomine actione *confeſſoria & negatoria vtili* agendum eſt. Ortum inde ſine dubio traxere *cenſus redimibiles*, quos *conſtitutiuos*, ſicuti priores *reſeruatiuos* vocant. FRANZK. *l.* I. *reſ.* I. *n.* 14. *ſeqq.* BERGER. *in œconom. iur. lib. III. tit.* 5. §. 27. Hi in eo quidem conueniunt, quod in vtroque cenſus ſit inſtar *ſeruitutis*, *dominium* autem *plenum* penes cenſitam maneat, ſed in *fine* eſt differentia. Neque *conſtitutiui*, de quibus ad tit. *de vſur.* agitur, proprie huc pertinent, cum de his cenſibus tantum agam, qui *argumentum iuris alicuius conceſſi* ſunt, qua de cauſa neque de aliis cenſibus, qui ex fundis, vario contractus genere intercedente, præſtantur, ero ſollicitus, quamuis alias *cenſus* appellatio tam diffuſa ſit, vt quibuscunque penſionibus & præſtationibus applicetur, de quibus tamen hic non eſt ſermo.

Cenſus reſeruatus in memoriam priſtini dominii.

Digitized by Google

Varia cenſuum argumenta in vnum conferuntur.

§. CXXXV. Oſtendi, ni fallor, luculenter, cenſus varii iuris argumentum eſſe poſſe. Quodſi enim, quæ dicta ſunt, in vnum confero, palam erit, cenſus ſolui (I) in ſignum *protectionis* §. 114. *ſeqq.* (II) *exemtionis plenariæ* a poteſtate & iurisdictione epiſcoporum, §. 117. *ſeqq.* (III) *ſubiectionis* nexusque *feudalis* §. 118. *ſeqq.* (IV) factæ *oblationis* bonorum eccleſiis vel monaſteriis. §. 124. (V) *aduocatiæ* §. 126. (VI) *liberationis* ab aduocatia: §. 127. (VII) *pro conceſſione*, vt monaſteria eccleſias parochiales a laicis acquirerent: (VIII) pro liberatione eccleſiarum a manibus laicorum: (IX) pro renunciatione iuris diœceſani: (X) pro vnione: (XI) pro liberatione ab exactionibus: (XII) in memoriam factæ dedicationis: §. 128 (XIII) pro vario iure a principe conceſſo ſubditis: §. 129. (XIV) pro commercio vini adufti: (XV) pro incolatu: (XVI) in ſignum ſeruituris: § 120. (XVII) in memoriam fundationis: §. 131. (XVIII) ob vicariatum: § 132. (XIX) ob conceſſionem precariarum: (XX) in memoriam priſtini dominii §. 134. Plura ſine dubio addi poſſent, quæ varium cenſuum ſignificatum illuſtrare poſſent: verum hæc ſufficere exiſtimaui.

Cenſus in frumento.

§. CXXXVI. Præſtatur cenſus vt plurimum in *frumento* vel *pecunia*. Si in frumento, in ea præſtandus eſt cenſus *menſura*, quæ tempore *conſtitutionis* vel *reſeruationis* vſitata fuit, quippe de qua eo tempore cogitatum fuit.

Si menſura incerta.

Si de ea *menſura* non conſtat, (quod contingere tunc inprimis poteſt, ſi ab eius præſtatione per diuturna ceſſatum tempora, nec aliunde conſtat, qua menſura anteceſſores cenſum perſoluerint (diſtinguit pontifex in *c.* 18. *X. h. t.* aut eadem & communis eſt terræ menſura aut diuerſa. (v. c. der groſſe und kleine Scheffel) Priori caſu ſoluendus cenſus in dubio in *communi menſura:* quamuis enim olim alia menſura adeſſe potuerit; ſufficit tamen, quod de ea non conſtet, nec a debitore probari poſſit. Poſteriori vero, qui ſoluere in *minore* menſura volunt, non ſunt cogendi, vt ad maiorem perſoluant. Optimam INNOCENTIVS III. addit rationem: *quoniam cum huiusmodi vota* (cenſus) *gratuita fuerint ab initio, benignius ſunt a viris eccleſiaſticis exigenda, ne tanquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare.* Hæc ratio ex *decoro* & *honeſtate externa*, clericis inprimis commendata, eſt deſumta: ſupereſt alia, eaque iuris communis: quod, *vbi varius regionis mos eſt, ad id quod minimum eſt, redigenda ſumma ſit, l.* 34. *de R. I.* vel vt in *l.* 9. *eod.* dicitur, *ſemper in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur.* Quæ etiam applicari poteſt ad nobiles aliosque quoscunque, qui tales cenſus percipiunt.

§. CXXXVII.

Digitized by Google

§. CXXXVII. Si cenſus in *moneta* ſoluitur, eaque poſtea mutata vel extra vſum prorſus poſita fuit, regulariter reſpiciendum ad bonitatem monetæ, quæ tempore *impoſitionis* & *reſeruationis* promiſſa, vt cenſuit pontifex in *c.* 20. & 26 *X. h. t.* vt in illa *bonitate* moneta, vel ſi ea haberi amplius nequit, *æſtimatio* eius præſtari debeat, niſi præſcriptione XL. annorum (in *eccleſiaſticis* cenſibus: in aliis ergo XXX. annorum) interueniente in *alia qualitate* pecunia accepta fuerit, quorſum reſpexiſſe videtur pontifex in *c.* 20. *& non niſi triginta ſex annorum ad plus tempus effluxerit*, quibus indigitat, non fuiſſe præſcriptionem completam. Equidem haud leuis ponderis dubia circa hanc quæſtionem mouit HARTMANNVS PISTOR *obſ.* 144. atteruitque, parum hic referre, vtrum præſcriptio ſit impleta nec ne? cum non tam de *præſcriptione* quam *præſumta remiſſione* agatur, quæ etiam ex *vſu paucorum annorum* induci poſſit, ita vt, qui cenſum in moneta æſtimationis vel valoris minoris acceperit, maiorem cenſum remiſiſſe videatur. *arg. l.* 13. *D. l.* 5. *C. de vſur.* Enimuero 1) talis præſumtio cedere debet veritati, ſi contraria voluntas, quod maior cenſus haud fuerit remiſſus, doceri poterit, vt ipſe PISTOR docet *cit. l. n.* 41 *ſeqq.* Quid enim ſi doceat actor, ſe non ſponte recepiſſe, proteſtatum fuiſſe? Quin cum 2) errantis non ſit voluntas nec conſenſus, *l.* 15. *D. de iurisdict.* crederem, audiendum actorem eſſe, ſi errorem probare paratus eſt, contra eum, qui in *præſumta remiſſione* ſe fundat ex acceptatione monetæ leuioris valoris: probato enim errore, præſumta remiſſio corruit. Præterea quoque 3) reſpiciendum, an is, cui *præſumta remiſſio* opponitur, remittere pro lubitu potuerit, id quod in eccleſiaſticis cenſibus non eſt integrum regulariter, *l.* 37. *D. de pact.* quale exemplum in *cit. c.* 20. occurrit. Talia autem dubia & obſtacula allegari nequeunt, ſi *præſcriptionis præſidium* cenſitam tuetur, quippe quæ ius irreuocabile ex lapſu temporis conſtituit. B. HORN. *claſſ. XI. reſp.* 89. Cenſus in moneta.

§. CXXXVIII. Quodſi *monetæ antiquæ*, iam prorſus extinctæ, valor dubius ſit, rurſus in dubio, quod *minus* eſt, accipiendum. *cit. l.* 9. & 34. Denique ſi tantum ſimpliciter *quantitas* in cenſum deducta, ſine *expreſſione generis monetæ*, veluti *duobus thaleris* promiſſis, contigeritque, monetæ *bonitatem* mutari, ſiue *intrinſecam* ſiue *extrinſecam*, cenſus in conſueta hodie moneta ſoluendi, licet in hodierna moneta duo thaleri forſan deteriores quam olim tempore *impoſitionis* vel *reſeruationis* fuerint, quia non certa nummorum ſpecies, ſed in ge- Quid ſi monetæ extinctæ valor dubius fuerit? Quid ſi ſimpliciter quantitas promiſſa?

Digitized by

nere *quantitas* in cenſum eſt deducta, adeoque huius tantum habenda ratio.

Difficultates motæ referuntur & reſoluuntur.

CXXXIX. Quæ difficultates hic moueri & excitari ſolent, vt plurimum inde naſcuntur, quod a diuerſis ad diuerſa argumenta trahant. Videlicet (I) huc minime reduci debent deciſiones in *mutuo* & *condictione indebiti* receptæ & approbatæ. In his ſpeciebus obligatio *ex re* naſcitur, & ita ſimpliciter quatenus *res* interuenit, obligatio in futurum conſtituta cenſetur, *l.* 17. *pr. de pact.* vt non ad præſentem nummorum ſed *antiquum* reſpiciendum ſit ſtatum, qui fuit tempore contractus initi, ſeu *dationis*, CARPZOV. *P.* 2. *C.* 28. *def.* 5. Hæc ratio ad *cenſus* & alias *annuas præſtationes* promiſſas applicari nequit, in quibus obligatio non ex re *data* & *accepta* ſed *ſolo conſenſu* naſcitur. Hic vero, ſi indefinite *quantitas* promiſſa, ad eam vnice reſpicitur, & ita cenſus quotannis in *moneta* conſueta ſolui debet.

Dubium reſoluitur ex c. 20. X. de cenſib.

(II) Omne præſidium vt plurimum quærunt in *cit. c.* 20. & 26. quorum textuum deciſiones tamen non exhauriunt hanc doctrinam, ſed de ſpecialibus loquuntur caſibus, vt optime obſeruat WIESTNERVS *ad h. tit. X. n.* 34. Videlicet, vt paucis me expediam, in *c.* 20. *h. t.* adfertur ea facti ſpecies, qua certum nummorum genus, ſcilicet *denarii Papienſes*, debebantur, & loco eorum aliud genus, *denarii Luccenſes*, ſoluti. In his mutatio contigerat, qui tamen non debebantur; non item in illis, qui erant in *obligatione*, quæ nondum erat per præſcriptionem ſublata, adeoque reſpondet pontifex, *denarios Papienſes* in poſterum eſſe ſoluendos. Non ergo hic primario quæſtio erat de *mutata* monetæ *bonitate*, ſed de *certo nummorum genere* præſtando, quod mutationem haud recuſperat, prout etiam obſeruat GONZALEZ *ad c.* 26. *X. h. t. n.* 6.

Reſoluitur dubium ex c. 26. X. de cenſib.

§. CXL. Eadem fere deciſio deprehenditur in *c.* 26. *X. h. t.* quæ itidem ſupponit caſum, vbi *certum genus monetæ* in obligatione erat, videlicet, vt cenſus in *moneta Turonenſi* præſtarentur, loco cuius *moneta Pariſienſis* exigebatur, quod reprobauit pontifex in *cit. c.* vt eleganter illuſtrat GONZALEZ *ad cit. tr. n.* 7. Rurſus hic non erat quæſtio de *mutatione monetæ.* Neque enim *moneta Turonenſis*, in qua cenſus promiſſi erant, mutata fuerat; ſed eam reſpuebant canonici, & pretioſiorem ſeu diuerſum monetæ genus petebant.

Temperamentum deciſionis.

§. CXLI. Diuerſa ab his adductis caſibus eſt ratio, ſi indefinite *quantitas* promiſſa, quæ merito attendenda, qualiscunque mutatio monetæ interuenerit, vt creditoris lucro & damno ſit *augmentum* vel *incremen-*

Digitized by Google

mentum monetæ; cum non expreſſo genere monetæ *conſuetus & vſitatus* valor in dubio intellectus videatur, niſi forſan enormis læſio in debitorem vel creditorem ex nimia monetæ mutatione redundare videatur, quo caſu, *æquitate* ſuadente, quæ optimum interpretandi fundamentum conſtituit, ad valorem primæuum foret reſpiciendum, tum, quia *noua* inſolita eſt, nec diutius perſiſtere ſolet, adeoque de eo caſu pacifcentes haud cogitaſſe videantur; tum etiam, quia benignior ſententia in dubio arripienda, quæ a tali læſione abhorret. WIESTNER. *ad h. t. X. n.* 37.

(IV.)

DE EXACTIONIBVS.

§. CXLII. Præter cenſus olim erant variæ *exactiones epiſcopales*, quibus grauabantur eccleſiæ & monaſteria. Epiſcopi olim in ea rerum bonorumque abundantia non viuebant, qua hodie gaudent, ſed varia ſubſidia, quæ *charitatiua* dixere, præter *quartam* ex reditibus eccleſiaſticis, exigebant ab eccleſiis ſibi ſubiectis inſtar alicuius *tributi*, quod *ſtatus eccleſiaſticus* ſchema politicum inſtar *reipublicæ* aſſumſiſſet. Singulæ diœceſes *rempublicam* quandam eccleſiaſticam conſtituere videbantur, ſyſtemate quodam vnitæ: ſingulis præſidebat epiſcopus, vt *princeps eccleſiaſticus* ſuæ reipublicæ, imperium in eccleſias, monaſteria & pia loca exercens, eademque iure *imperii ſacri* viſitans, vt in antecedentibus obſeruaui. Hac noua forma exſtructa, *tributa* quoque imponenda & exigenda erant iure *imperii* in *ſubſidium* principis eccleſiaſtici, in cuius *exactione* ſæpe adeo graues erant prælati, vt ipſos ſuperarent principes ſeculares. Reprobandum hoc cenſuere patres in *concilio Toletano III.* *c.* 20 relato in *c* 6. C. 10. *qu.* 3. *Quia cognouimus, epiſcopos per parochias ſuas non ſacerdotaliter ſed crudeliter deſeuire & dum ſcriptum ſit: forma eſtote gregi neque vt dominantes in clero, exactiones diœceſi ſuæ vel damna inſtigant; ideo cenſemus (excepto, quod veterum conſtitutiones a parochiis habere iubent epiſcopos) vt alia, quæ hucusque præſumta ſunt, denegentur, h. e. neque in angariis presbyteri aut diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus, ne videamur in eccleſia Dei exactores potius quam Dei pontifices nominari.*

Præter cenſus epiſcopis exactiones debentur,

§ CXLIII. Hoc ſubſidium tantum in *neceſſitatis emergentis* caſu exigi poſſe vt plurimum docent; ſed *neceſſitatis* tantus cumulus fingitur, vt facili negotio ſub prætextu eius exactiones huius *tributi* inſtitui poſſint. Neque tantum *imperfectam* habet obligationem, vt ratio appellationis indicare videtur, ſed omnino *perfectam*. Obſeruat id ipſum ZIEGLER. *de epiſc. lib. III. c.* 27. §. 16. &, *etſi vero*, ait, *admodum delicatum*

quæ ſunt tributa eccleſiaſtica,

inſtante quadam neceſſitate,

rigoroſe exacta,

habentque obligationem perfectam.

catum ſit nomen & vocabulum ſubſidii charitatiui, vt videatur non niſi liberalitati cuiusque commiſſum eſſe, vnde & doni gratuiti, conceſſionis liberalis & eiusmodi titulis aliis inſigniri ſolet, nouiorum tamen canoniſtarum ſententia hæc eſt, precibus ab initio expetendum eſſe ſubſidium hoc charitatiuum, verum aduerſus renitentes & refractarios ius poteſtatis ordinariæ exercendum, vt etiam inuiti ſoluere cogantur; neque id iniquum eſſe, cum vnicuique inopia laboranti ſuccurrendum ſit. Sententiam canoniſtarum etiam recenſet WIESTNER *h. t. n.* 40. & ſuo calculo approbat, maxime ideo, *quod hæc charitas ſit præcepta*, h. e. lege imperata, vt ex verbis eius colligo. Ita vero non amplius eſt *charitas*, ſed, vt dixi, *tributum*. Scilicet primis quidem temporibus epiſcopi videntur *precibus* egiſſe, indeque *charitatiui ſubſidii* nomen huic *tributo* dediſſe; idem tamen ſemper conſeruaſſe, quamuis poſtea non amplius *precibus* agerent, ſed *imperio* vel *precibus armatis*. Sed nolo canoniſtarum libros de his *exactionibus* conſcriptos compilare, parum vtilitatis inter noſtrates habituris, nec, quæ de antiquo *ſynodatico*, *inthroniſtico* aliisque *iuribus* antiquis epiſcopalibus traduntur, referre, cum vbiuis obuia ſint. Id vel binis verbis addo, ſæpe hæc iura ab epiſcopis, vniones eccleſiarum confirmantibus, ſpeciatim reſeruata & determinata fuiſſe, vt docent duo diplomata relata ab ill. Dn. A LVDEW. *in reliq. MSS. tom. II. n.* 176. *ſq.*

TITVLVS XL.

DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ VEL ALTARIS.

§. I.

Sequuntur varia iura liturgica.

AD varia *ſacra*, remque inprimis *liturgicam*, progreſſum facit RAYMVNDVS *de* PENNA FORTI, ſed, vt ipſa rerum ſeries oſtendit, admodum turbato rerum ordine. Interim quem ducem ſemel elegi, hic quoque ſequor, & cum circa *ſacra* & *cultum diuinum* rite peragendum *ius liturgicum* inprimis verſetur, e re eſſe duxi, huic tomo præmittere diſſertationem *de iure liturgico*, & fundamen-

Digitized by Google

menta genuina in illa præſtruere, vt, quæ in his doctrinis *generalia* & *communia* ſunt *iura* vno intuitu & idonea connexione haberi poſſint. Plures ergo in ſingulis titulis obſeruationes intactas relinquam, illas inprimis, quæ ex hac *generali* fluunt doctrina, & peculiares duntaxat obſeruationes in ſingulis materiis tradam, quæ ad iuris conſiderationem inprimis facere poſſunt.

§. II.° Magna in veneratione & pretio ſacra *conſecrationum* habentur ab eccleſiæ Romanæ aſſeclis: magnopere etiam iudæi olim eadem colebant, idque non ſine ratione, quod Dei iuſſu & lege eſſent præſcripta, & determinata. Gentiles denique *conſecrandi* ritum adeo ſancte obſeruarunt, vt fere primarius eorum cultus illo ipſo abſolueretur. Quæ cum ita ſint, proteſtantes tepidi, irreligioſi, & nequid durius dicam, eſſe videntur, quod hæc ſacra reſpuant, vel inter mere *arbitraria* referant, nec eundem ſignificatum *conſecrationibus* ſuis tribuant. Enimuero iuſtis de cauſis hæc ſacra a nobis derelicta eſſe, tunc facile conſtabit, ſi rationes eorum & fata indicauerim.

Quorſum primo referuntur loco conſecrationum ſolennia,

inter proteſtantes ad arbitraria relata.

§. III. Consecratio, quæ & *dedicatio* vocatur, eſt *actus ſolennis, quo, interuenientibus quibusdam ſymbolis, res profanæ, ſeu ad vſum quemuis promiſcuum adhiberi ſolitæ, ex cenſu earum ita tranſeunt, vt iuris diuini prorſus habeantur atque qualitatem diuinam accipiant, vt ad cultum ſacrum remque diuinam faciendam adhiberi poſſint.* Definitionem hanc traxi ex conceptu communi, quem *iudæi*, *gentiles*, imo ipſi *Romanæ eccleſiæ* proceres de *conſecratione* habent. In eo conueniunt, 1) quod conſecratio immutet qualitatem & naturam rerum in totum: 2) quod eximat easdem diſpoſitione hominum, adeo vt 3) ne quidem respublica ſeu imperantes aliquid iuris amplius in easdem habeant, ſed 4) tantum *ſacerdotes* præſidatum vice Dei in his terris gerentes, & iurium diuinorum cuſtodes vindicesque. Hac de cauſa cenſent, 5) intuitu *laicorum* easdem recte dici *nullius*, nec 6) hanc qualitatem vetuſtate temporum conſumi, ſed *characterem indelebilem* per *conſecrationem* rebus conſecratis inprimi, licet 7) propter infirmos quandoque quædam *reconciliatio* vel *purgatio* adhiberi ſoleat: inde 8) *venerationem* ſingularem his rebus deberi, ſignis externis prodendam; e contrario 9) ingens *ſacrilegium* committi in harum rerum violatione, non niſi vltimo ſupplicio expiandum, nec 10) rem diuinam alibi commode fieri poſſe, quam in *loco ſacro* & per *res ſacras*, idque 11) adeo conueniens & neceſſarium eſſe, vt nec in nouo fœdere ſacra *conſecrationum* derelinquenda ſint, cum in veteri teſtamento ea Deus lege ſanctiſſima ſanxerit. &c.

Conſecrationis definitio,

ex conceptu iudæorum, gentilium, & eccleſiæ Romanæ.

Digitized by Google

Confecratio-nis ratio in republ. iudaica.

§. IV. In republica iudaica *sacra consecrationum* fuisse, nemo ambigit. Iam in deserto tabernaculum, altaria, vestes, imo ipsos sacerdotes *oleo sancto* consecratos fuisse, constat ex *Leuit. VIII*, 10. 11. quo ritu ex peculiari instituto diuino non tantum addicebantur in vsus sacros a Deo inidem determinatos, sed etiam commercio humano eximebantur, de qua materia peculiares obseruationes habet SELDENVS *de Synedr. lib. III. c.* 13. *seqq.* *Res Deo & religioni dicatæ*, ait SPENCER. *de LL. Hebr. ritual. diss. III. lib. III. c.* 6. *e rerum communium & profanarum censu transire, & sanctæ diuinæque repente prodire credebantur.* Cur ritus peculiaris *consecrandi*, *expiandi* & *purgandi* seu *lustrandi* Deo placuerit, non adeo altius repetendum est, cum in propatulo sit, totum *cultum Leuiticum* ex infinitis ceremoniis compositum fuisse, sub quibus sapientia diuina varia *spiritualia*, sub his *umbris* repræsentata, adumbrare & significare haud dubie voluit. Id docent apostolica noui fœderis scripta, quæ ritus sacros & sanctitatem ipsam rerum consecratarum ex vero fine sistunt explicantque. Illustrant hoc verba DIONYSII A BVDAEO *tom. III. oper. p.* 863. *in comm. gr. ling.* adducta: *Non existimare nos oportet, quæ figurate diuinitus tradita sunt, de nihilo sic esse prodita, in eumque sensum esse exaudienda, quem præ se ferunt, sed esse integumenta arcanæ intelligentiæ, scientiæque non peruulgatæ.*

Spenceri peculiaris de illa sententia, cum epicrisi.

Equidem SPENCER. *cit. l.* non facile dubitandum esse ait, *patres* (fideles ante Moisen) *gentesque veteres vnctione solemni Deo consecrasse*, *Deumque ritum illum ex eorum moribus in cultum suum traduxisse* - verum distinguendi erant *patres* a *gentibus*. Non infitias iuerim, patres ritum quendam *inunctionis*, ad res diuinis destinatas purificandas, adhibuisse, ceu factum IACOBI *Gen. XXIIX*, 18. docet, & valde probabile est eo tempore ipsa altaria e lapidibus exstructa *oleo* lustrata & purgata fuisse. Quod igitur patriarchis iam vsitatum antiquis, & cuius aliqua memoria inter posteros sine dubio seruata fuit, Deus postea in *legem* recepit, specialiusque determinauit. Sicuti vero patriarchæ & fideles ante Moisen perpetuum cum gentilibus commercium habebant, imo hi ab illis propaginem habebant; ita dubitandum non est, ritum *dedicandi* & *oleo* res profanas *expurgandi* ab illis cum sacrificiis retentum & ex sacris fidelium mutuatum esse. Hoc posito non recte dixeris, Deum ex *moribus gentilium* hæc sacra petiisse & in legem transtulisse, sed morem fidelium gentiles, peruerso quamuis more, adsciuisse. Deum autem ritum apud fide-

Digitized by Google

fideles olim iam vſitatum in gente Iſraëlitica approbaſſe & propagaſſe.

§. V. Vt *ſuperſtitio* plura a Deo ſapienter inſtituta inquinauit atque infecit, ita *conſecrationi* huic poſteri inſignem virtutem tribuerunt. Obſeruante enim LEIDEKKERO *de republ. Hebræor. lib. VIII. c.* 3. §. 10. *in not.* dedicationem Salomonis perpetuam ſanctitatem ædi & loco conciliaſſe aſſeruerunt, quo nullo tempore nulla deuaſtatione oblitterari minuiue poſſet, licet poſt huius excidium nouum fuerit exſtructum, & poſt Antiochi profanationem denuo luſtratum templum. Addit vero vir clariſſimus: *quaſi vero adhuc in Moria & ſolo Hieroſolymo ſacra ab ipſis fieri liceret ex iure conſecrationis a Salomone factæ, & quidem poſt tot a vaſtatione ſecula. Talibus ſe paſcunt deliriis, ἄπιστοι a Deo deſerti.* Non noua ergo eſt doctrina Romanæ eccleſiæ, quæ per conſecrationem *characterem* quendam *indelebilem* rebus conſecratis inprimi cenſet: *ſuperſtitio* eandem iam apud iudæos produxerat, ex ea ratione, quod ſanctitatem illam diuina quædam efficacia rebus conſecratis imponeret, quæ nunquam ceſſare aut tolli poſſet. De ipſis locis ſacris diuerſoque eorum ſtatu legi meretur HADRIAN. RELANDVS *in antiq. ſacr. vet. Hebr. lib. I.*

Superſtitio mox conſecrationi acceſſit,

quod character indelebilis rebus inprimeretur.

§. VI. *Conſecrationum* SOLENNIA gentiles quoque ſuis ſacris appropriaſſe, iam obſeruaui, idque exemplo fidelium patriarcharum. Id obſeruauit SELDENVS *cit. l. c. XIV.* §. 3. aiens: ab iudæorum exemplis, *ſicut & alia compluria, dedicandi ac in ſacros vſus conſecrandi inoleuit manauitque mos apud gentiles, vt ædes eorum ſacræ, aræ, Deorum ſtatuæ, ambitusque circumiacentes per ſolennia ſacra, quæ tum euchariſtica eſſent, tum propitiatoria, ac velut* התודות *ſeu ſacrificia illa Hebræorum in dedicationibus memorata, dedicarentur, vti interdum tranſferrentur, ampliarentur reficerenturque.* Quotquot enim gentes aras, templa, ſtatuasque habuere, conſecrationum ritum adhibuere, & quidem ex opinione *neceſſitatis* alicuius *abſolutæ*, quod ſine illa cultus Diis exhiberi, aut *præſentia Numinis certi* haberi non poſſet. Imo qui inter eos templis adhuc carebant, (cum *religio* ipſa *templis* ſit antiquior,) lucos conſecrarunt, ibidem altaria poſuerunt, ſedemque Deorum ibidem eſſe conſtituerunt, quod plenius illuſtrat ESCHENBACH *de conſecratis gentil. lucis.* Non me diffundam in hæc *dedicationum* gentilium ſacra a SELDENO *cit. l.* ex eorum mente explicata & exornata.

Conſecratio gentilium,

Digitized by Google

Ex inſtituto idem thema eleganter expoſuit variisque ex antiquitatibus illuſtrauit ANTONIVS *van* DALE *de conſecrat. ethnicis*, oſtenditque, hoc adhibito ritu Deorum numerum admodum auctum fuiſſe, quod hoc ritu plures homines etiam adhuc viuentes in *numerum Deorum* collocarent, ſtatuasque eorum rite dedicatas templis inferrent. Hæc enim ex eorum opinione vis erat *conſecrationis*, vt *diuinitatis* quid perſonis rebusque conſecratis conciliaretur. Id aperte prodit QVINTILIANVS *declam.* 322. *Hæc priusquam dedicationis accipiant ſummam religionem, opera ſunt tantum: dedicatio eſt illa, quæ Deum inducit, quæ ſede deſtinata locat.* Sententiam gentilium ARNOBIVS *lib. IV. adu. gent.* ita exprimit: *ſed eos in his colimus eosque veneramur, quos dedicatio infert ſacris & fabrilibus efficit inhabitare ſimulacris.* Nec minus MINVCIVS FELIX *in Octau. c.* 27. *Iſti igitur impuri ſpiritus, dæmones, vt oſtenſum a magis, a philoſophis & a Platone, ſub ſtatuis & imaginibus conſecratis deliteſcunt, & aſflatu ſuo auctoritatem quaſi præſentis numinis conſequuntur.* IDEM *c.* 23. *in f. Quando igitur hic naſcitur?* (Deus) *ecce ſunditur, fabricatur, ſcalpitur. Nondum Deus eſt. Ecce plumbatur, conſtruitur, erigitur. Nec adhuc Deus eſt. Ecce ornatur, conſecratur, oratur, tunc poſtremo Deus eſt; cum homo illum voluit & dedicauit.* Tanta vis *dedicationis* ex mente gentilium, per quam *animas* eorum *diuinas* fieri poſt mortem crediderunt, vt CICERO *lib. II. de LL.* & plenius EZECH. SPANHEIMIVS *in not. ad hymn. Callimach. p.* 240. docuerunt. Tales Dii, qui ex hominibus DII facti erant, per *conſecrationem*, DII *patrii*, inprimis vero *indigetes* dicebantur, vt obſeruat SALMASIVS *ad Solin. P. I. p.* 71. & tandem concludit: *Igitur indigetes proprie fuerunt homines conſecrati & dicati*, quæ appellatio traducta eſt a *dicare* & *indicare*, qua de cauſa *indigetamenta* erant *libri ſacri*, qui *dedicationum ritus* continebant, & Deorum Dearumque nomina atque hominum in Deos receptorum, teſte EODEM *cit. l.*

quæ infinitos produxit Deos.

§. VII. Tandem etiam hæc ſacra in chriſtianiſmum ſunt recepta, non iuſſu & voluntate Dei, ſed ex *κακοζηλίᾳ iudaismi*, vt HOSPINIANVS *de templis lib. I. c.* 6. & *lib IV. c.* 1. recte cenſet. Conſecrationum ſolennia a ſtatu noui teſtamenti admodum aliena eſſe, ratio eius penitior deſignat. Chriſtus ipſemet declarauerat, iam aduentaſſe tempora *libertatis*, vt non amplius in *locis conſecratis* & dicatis *præciſe* (de quibus inter ſe contendebant Iudæi & Samaritani) orari ſeu res diuina fieri deberet, ſed vbique locorum, in *ſpiritu & veritate*, non in vmbris, ſchematibus, ceremoniisque, quibus res iudaica ſacra conſtabat. *Ioh. IV,* 21. *ſqq.*

A ſtatu noui fœderis hæc ſolennia aliena ſunt,

Digitized by Google

21. *sqq.* Sacrificia enim non vbique sed in locis a Deo consignatis & dicatis fieri potuisse, notum est. *Deut. XII*, 4. 5. 6. Circumscripta erant eius solennia variis legibus, quibus totus cultus Leuiticus, vt sub quodam iugo, gemebat. *Act. XV*, 10. In his vero sacris ceremonialibus *veritas* nulla *rerum spiritualium*, sed *vmbra* quædam & *designatio* vel *repræsentatio* earum aderat, a quibus liberati per Christum sunt noui fœderis consortes, *veritatis* diuinæ facti participes. *Libertatem* hanc admodum tuetur & propugnat PAVLVS contra eos, qui eidem iugo colla fidelium submittere nitebantur, *ad Gal. IV*, 9. *Col II*, 9. *Rom. XIV*, 5. &c. eamque primi christiani per primum & secundum seculum strenue conseruabant. *Simplicitate* omnia commendabantur. *Templis* destituti erant, & *quilibet locus* eorum sacris peragendis sine consecratione aptus erat. Vasorum nulla singularis religio. Hæc in vita, & praxi christianissimi quærebatur. Si pax externa libere coëundi potestatem iis faciebat, eligebant domus certas ordinis gratia, in quibus commode conuenire poterant. Hæ magis formam *synagogarum* habebant, quam *templi iudaici*, nec aliter hodie *ecclesiæ* in nouo fœdere sunt æstimandæ, vt CAMPEGIVS *de synagog. vet.* ex professo docet. Breuiter, nostræ ecclesiæ non sunt *templa*, sed *oratoria publica*, adeoque *consecratione* nulla, proprie dicta, indigent, quæ tantum *templis* debetur.

qui libertatis est,

simplicitate commendatus olim

templis proprie dictis carens.

§. VIII. Hunc conceptum de *ecclesiis nostris* commendat etiam B. SPENERVS *P. II. conf. theol. Germ. c.* 3. *art.* 1. *sect.* 30. *p.* 178 aiens: Das Kirchenbauen bloß dahin und an sich selbst achte ich für keinen Gottesdienst, oder dem HErrn sonderbar gefälliges Werck, wie es auch nirgends in dem N. T. uns Christen befohlen und recommendiret, wird: so lässet sich auch von dem von GOtt in dem A. T. befohlnen Tempel nicht auf unsere Kirchen schliessen, wann nicht nur jener mit zu dem Levitischen Gottesdienst gehörete, und was GOtt dabey und in solchem Vorbild vor Absichten hatte, sich auf unsere Kirchen nicht reimet, sondern diese vielmehr mit Schulen oder *Synagogen* der Juden als dem Tempel zu vergleichen sind. Hingegen halte ich dieses aus dem Pabstthum noch herzukommen, da man meynet, es sey die Stifftung und Erbauung der Kirchen, und sogenannter geistlicher Gebäude, auch wo und in welcher Zahl man sie nicht nöthig hat oder braucht, an und vor sich selbst ein heiliges Werck, damit man einen Dienst thue. Deinde de *templis* ecclesiæ Romanæ propriis, hæc addit. Wie ohne das ihrer Religion, die viele Pomp und splendeur liebet,

Speneri sententia concors.

Digitized by Google

principiis die anſehnliche Kirchen vielmehr als denen unſrigen gemäß ſind, als die wir gelernet haben, daß der Dienſt des N. Teſt. mehr in dem innerlichen beſtehe, und in dem äuſſerlichen nichts, ohne allein was die Sauberkeit, Reinigkeit und gute Ordnung angehet, erfordert, den Ueberfluß aber mehr für ſeine Hinderniß als Förderung halte. Hæc ſi vera ſunt, vti omnino ſunt, facile quilibet mecum conſtituet, *conſecrationem* proprie dictam nullam ædibus hiſce eſſe neceſſariam, imo ne quidem conuenientem, nec aliter *ſacras* dici poſſe, quam ab *vſu* & deſtinatione.

Synagogæ iudaicæ deſtinatione & vſu perficiebantur, non conſecratione.

§. IX. Equidem *ſynagogas iudaicas* quadam *dedicatione* inauguratas fuiſſe, docet & demonſtrat ex magiſtrorum iudaicorum ſcriptis CAMPEGIVS VITRINGA *lib. I. p.* I. *c.* 13. ſimulque adducit teſtimonium ex *Schulchan Aruch: ſi ſimpliciter domum exſtruxerint, eamque poſtea conſecrauerint in domum ſynagogæ, illa domus gaudet pleno iure domus ſynagogæ: ſancta tamen non eſt, niſi poſtquam preces in illa fuderint, ne quidem ſi eo nomine & titulo illam exſtruxerint, vt ſit domus ſynagogæ. Verum poſtquam in ea precati fuerint etiam viatores, illam, occaſione ſic ferente, ingreſſi, ſancta habetur, quando iam antea precibus publicis deſtinata eſt.* Enimuero proprie dicta *conſecratio*, *lege Moſaica* determinata, ex his verbis minime euincitur. Nam *conſecrare domum exſtructam in domum ſynagogæ* nihil aliud eſt, quam domum antea iam exſtructam, ex poſtfacto *deſtinare* precibus *ad vſum ſynagogæ*, vt ſequentia indicant. Sola *deſtinatione* non fiebat domus *ſancta*, fiebat tamen *ſynagoga*: illa *publice* vniuerſitatis *conſilio*, non *priuato auſu* ſine dubio perficienda & declaranda erat, quia ſynagogæ publicæ exſtructio negotium vniuerſitatis erat. *Sancta* autem dicebatur fieri ex *precibus* quacunque occaſione in iis fuſis, vt ne quidem ſolennitas quædam accedere deberet. *Deſtinatio & vſus ſimplex* loco quandam *ſanctitatem* conciliabat, quæ duo re uera *conſecratione* proprie dicta longiſſime abſunt, quæ ſine *ritibus* & *publica* quadam *ſolennitate* concipi nequit. Quod vero *ſanctitatem* quandam loco hoc ipſo conciliarent, non de ea, quæ *templo* cohærebat, intelligebatur, ſed de quadam *reuerentia*, quæ loco debebatur, & ab aliis profanis ædibus ſynagogas diſtinguebat; varios enim *ſanctitatis* gradus conſtituebant, & ita quoque diuerſos effectus eisdem tribuebant. Qui ex *ſanctitate ſynagogarum* fluebant, plenius exhibentur a VITRINGA *de ſynag vet. cit. l.*

Dedicationem talem ſimplicem

§. X. Hæc ſi applicaueris ad *oratoria chriſtianorum* primæua ſub perſecutionibus, non dubitandum eſt, *vſum* & *deſtinationem* cer-

Digitized by Google

certi loci ad sacra peragenda, si pax publica id permittebat, hic deprehendi, eamque *dedicationem* dici posse, quæ *dedicatio simplex* est ipsa destinatio simplex in actum deducta, VT SELDENVS *de synedr. lib. III. c.* 14. § 1. obseruat & illustrat. Hæc vero nullam *solennitatem* & *ritum consecrandi* desiderat, imo ne quidem ædes tales eximit ab vsibus vulgaribus, docente EODEM *lib. III. c.* 15 §. 3. Quæ monumenta de *consecratione oratoriorum* horum adferri solent, vel spuria & fictitia sunt, plenius examinata & reiecta a SELDENO *cit. l.* §. 4. *sqq.* vel consecrationem eam non euincunt, de qua hic agitur. Videlicet quando de *consecratione* proprie dicta quæritur, ad eam respiciendum, quæ *iudæis* & *gentilibus* familiaris & vsitata fuit, h. e. VT SELDENVS *cit. l.* §. 5. rem concise depingit, quæ *in exemplis Ebraicis numini supremo vero & vnico, & apud gentiles diis minoribus ita factæ, vt numen ipsum velut ex dedicationis formula, donatorum ædis dedicatæ ac simul etiam atriorum ambituumque pariter adiectorum incolam esse perpetuum non dubitaretur, adeoque vt locus sit dedicatus pro eo, qui vsibus communibus in cultum tantum atque incolatum exemtus esset & optimo iure dedicatus, sumeretur.* Iudæos eundem de *consecratione* conceptum cum gentilibus habuisse in *epist.* BARNABAE *c.* 16. adscripta quoque confirmatum est apud COTELERIVM *in coll. patr. qui temp. apost. flor. tom. I. p.* 48. Verba eius sunt hæc: *Adhuc & de templo dicam vobis; quomodo errantes miseri non in ipsum Deum effectorem eorum spem habuerunt, sed in ædem, quasi domus Dei esset. Nam fere instar gentium consecrauerunt illum in templo.*

etiam Christiani adhibuere olim in suis oratoriis,

non consecrationem,

quam gentiles & iudæi a priori distinxere.

§. XI. Talem itaque *consecrationem* frustra in *ecclesia primæva* quærimus, quod testimonia christianorum euidentissima euincunt, quibus negarunt, se *templa consecrata* habere, quando illis cum gentilibus res erat. Neque enim oratoria sua priuata intra priuatos ædium parietes cultui diuino dicata in horum censum ponebant, aut ethnicis, Christianos ex *defectu templorum* atheismi postulantibus, eadem obiiciebant, optime reputantes, *consecrationem* demum templa facere, qua destituebantur priuata Christianorum oratoria. *Simplicem* aliquam *dedicationem*, quatenus *destinationem* quandam ad vsum sacrum denotat, primæuos Christianos, si id pax publica tulerit, adhibuisse, iam obseruaui; verum hæc a *consecratione vera* & *proprie dicta* aliena erat. Detur etiam, *precibus* hanc simplicem *dedicationem* quandoque peractam fuisse; neque enim a more Christianorum abhorrebat, precibus res suas auspicari; minime tamen *consecrandi ritus* in sensu proprie dicto inde elicitur.

Inde Christiani negarunt se templa habere,

vtut haberent oratoria,

precibus dicata ad conuentus ordinarios,

Digitized by Google

tur. Recte rursus SELDENVS *cit. l.* §. 5. *precibus dicatæ ecclesiæ nihil omnino præter ipsa* εὐκτήρια, *oratoria, quæ pro dominorum, a quibus locarentur permitterenturue, lubitu, in alios conuerti, si nihil aliud obstaret, potuerint vsui, significant.* Proinde si vel maxime genuina esset CLEMENTIS *epist.* 2 *ad Iacob* (quæ tamen ad adulterinas merces pseudo-Isidori referenda) relata in *c.* 28. C. 16. *q.* 7. his verbis: *ecclesias per congrua & vtilia facite loca, quas diuinis precibus sacrare oportet;* nihil aliud inde, quam *simplex* aliqua *dedicatio*, seu ad vsum sacrum applicatio esset haurienda, VT BLONDELLVS *Pseudo-Isid. ad cit. epist. p.* 72. observat, & *morem*, ait, *loca sacris conuentibus destinata solemnibus fidelium precibus dedicandi, nobis & probandum & apostolicæ doctrinæ consentaneum videtur.*

quæ dedicatio simplex Christianismo non aduersatur,

§. XII. Hæc tamen *simplex dedicatio* vel *destinatio* ad vsus sacros paululum flexit mentes patrum ad *consecrationis*, proprie dictæ, conceptum arripiendum, incautisque imponendum, rebus per *preces* missamque (quæ *cumulus precum* cum *celebratione eucharistiæ*, seu potior pars cultus diuini erat) dedicatis vim inesse *consecrationis* virtutemque similem, quam *consecratio* olim inter iudæos gentilesque templis vasisque sacris conciliabat. Hæc corrupta idea iam *seculo IV.* sese exseruit, quo plures aliæ rerum verborumque significationes sunt inquinatæ, quod plura rerum argumenta docent. Notæ sunt concertationes Eusebianorum cum ATHANASIO. Interdixerat hic Ischyræ vsum sacrorum, quod *presbyter* non esset, & tamen pagi sui incolis sacra administrare conaretur. Hic ad Meletianos schismaticos confugit, qui, re cum Eusebianis communicata, *istiusmodi calumniam composuerunt*, vt ipse ATHANASIVS *apol. II. p.* 781. *edit. Paris* refert, *calicem sacratum* scilicet *a Macario esse fractum*, quem ATHANASIVS ad eum ablegauerat. Addebant porro, *sacram mensam* esse subuersam, quod literæ ipsius ISCHYRAE apud EVNDEM *cit. l. p.* 782. testantur, denique *combustos* quoque *libros sacros.* vid. IDEM *cit. l. p.* 800. Criminatio hæc insignes ciebat motus: sacrilegium insigne designabat, quod *mensa sacrata* subuersa, & *calix mysticus*, vt vocatur, fractus fuerit. Nisi iam conceptus de *consecrationis* virtute mentes plerorumque occupasset; factum hoc, si vel maxime verum fuisset, tam ingentes fluctus non excitasset. Crimen ipsum, quod in eo facto inesse videbatur, ipse agnoscit ATHANASIVS *cit. l. p.* 731. *lit. d.* his verbis: *Cum igitur neque ecclesia ibi esset, neque qui sacra faceret, neque dies hoc ipsum requireret, quare aut quando aut vbi illud mysticum poculum fra-*

mox tamen conceptum consecrationis assumsit ex corruptione doctrinæ seculo IV.

quod concertationes cum Athanasio indicant,

ob fractum calicem sacratum & mensam sacram subuersam.

Digitized by Google

fractum est? pocula multa passim in ædibus atque adeo in medio foro haberi nemini dubium, quæ collisa collidentem non impiant. Mysticum autem poculum, quod impium cum reddit, qui id vitro frangit, nunquam nisi apud legitimos ecclesiæ præsides inueniat. Verum quo grauiores erant Eusebianorum accusationes, eo minus CONSTANTINVM mouerunt, vt earum rationem haberet, sed mox audaciam temeritatemque aduersariorum repressit. Non quieuere tamen Eusebiani, sed auctores fuere CONSTANTINO, vt *concilium Tyrense* cogeret, quo coacto, denuo causa hæc *fracti calicis* sub examen reuocata, & ab accusationibus in summum crimen vocata. Macarius, criminis huius putatiui auctor, vinculis constrictus in concilium deducitur. Eusebiani cum Ischyra accusatore in Marcotam deputatos mittunt, inquirunt, testes corradunt, & impio more id agunt, vt *sacrilegii* huius crimen confictum simul in ATHANASIVM conicerent. *Sacrorum igitur ministris*, ait ATHANASIVS *cit. l. p. 733. in f. exclusis coram ethnicis hominibus, quæstiones de ecclesia, de calice, de mensa domini, de sanctis sanctorum habuere, & quod grauius est, ethnicos in quæstione de mystico poculo in testes citauerunt.* Quid multa? præualentes Eusebiani tandem ATHANASIVM deponunt, & ad omnes episcopos scribunt, ne cum eo amplius communicarent, *vtpote qui criminum, de quibus ipsi cognouerant, conuictus fuisset*, referente SOZOMENO *lib. II. hist. eccles. c. 25.* inter quæ crimina illud de *confracto calice* primarium fuit, vt in sequentibus SOZOMENVS tradit. Conf. TILLEMONTIVS *dans memoires pour seruir a l'histoire eccles. tom. VIII. P. I. art. 16. sqq.* En primum argumentum de sententia ecclesiæ, quam de *consecratione* eo tempore ferebat, quod animaduertisse videtur HERBERTVS THORNDICIVS *in orig. eccles. p. 212.* aiens: *Quid de consecratione sentiret vniuersa ecclesia Athanasii causa declarat, ob comminutum a Macario calicem vitreum sede Alexandrina per calumniam deiecti.*

de qua causa actum in concilio Tyrensi

sub prætextu sacrilegii,

ob quod Athanasius deponitur.

§. XIII. Aliud adhuc accusationis caput contra ATHANASIVM ab Arrianis proponebatur, quod *consecrationis* necessitatem eo tempore iam agnitam admodum illustrat, ab ipso ATHANASIO *in apol. tom. I. p. 682. seq.* relatum & refutatum. Ait: *de magna ecclesia* Alexandriæ exstructa, *crimen concinnant, quod ibi synaxis habita, sit, priusquam absoluta* vel consecratione perfecta esset. In hoc enim crimen positum erat, quod ATHANASIVS in ecclesia non consecrata rem diuinam fecisset, vel, quod addebant, priuata auctoritate eam consecrasset, quod sine principis auctoritate non liceret, vt eum criminis *læsæ maiestatis* reum face-

Nouum bellum cum Athanasio, quod in ecclesia non consecrata rem diuinam fecerit.

Digitized by Google

rent. Vtrumque *accusationis* caput hoc modo a se declinat, prius fatendo, posterius negando. De posteriori ita loquitur: *Non encæniorum festum celebrauimus, religiosissime Auguste, id enim celebrare ante tuum decretum prorsus nefarium fuisset, neque de industria eo deuenimus, neque episcopus quispiam aut vllus clericus eo nomine euocatus est, neque vlla denunciatione ad synaxin coitum est, vt isti inde aliquam detrectandi occasionem rapiant.* Agnoscit ergo (1) dedicationem fieri debuisse ex *decreto imperatoris*, (2) conuocatis episcopis, (3) legitima denuntiatione præuia ad *synaxin* seu *congregationem* habendam. Primum caput, quod affirmat, ex obiecta necessitate excusat, seseque coactum esse ait, ad synaxin ibidem habendam, quod festum paschæ instituisset, & ecclesiæ reliquæ paruæ populum capere haud potuissent; se dissuasisse conuentum in ecclesia nondum publice dedicata, addit, minime autem ipsi obtemperatum fuisse. Subiungit deinde exempla, ab aliis episcopis in tali *necessitatis* casu idem factitatum fuisse sine vllo reatu. Denique obiectioni calumniatoris ita respondet: *obiicit enim in suis calumniis: opus nondum absolutum fuisse, ac proinde illegitime ibi preces conceptas.* Respondet ex *Matth. VI*, 6. & praxin populi iudaici, antequam Zorobabel templum restauraret, adiungit, prouocatque ad exemplum Alexandri prædecessoris sui aliorumque episcoporum, *qui populi conuentus habuere, & absoluto opere agendis Deo gratiis dedicationem celebrauerunt. Huius ergo dedicationis*, pergit p. 686. *te literarum, studiosissime imperator, autorem esse oportet. Locus enim ille precibus in eo fusis ante expiatus, præsentiam tuæ pietatis requirit. Hoc enim solum ei deest ad plenum ornatum. Hoc igitur vtinam adimpleas, & vota tua domino, cum hanc domum construxisti, reddas, id enim omnium vota & optant & suspirant.* Purgat itaque ex *necessitatis* ratione factum suum, simul tamen dedicationem *auctoritate publica* accedere debere agnoscit, quod tum *gentiles* tum *Hebræi* in suis dedicationibus quoque obseruarunt.

Magnus eo tempore fuit dedicationum seu consecrationum pruritus,

§. XIV. Ceterum quantus eo tempore, quo certatim sub CONSTANTINO templa exstructa sunt, esset *dedicationis* pruritus, in compendio enarrat EVSEBIVS *lib. X. histor. eccles. c. 3.* aiens: *postbac votiuum nobis ac desideratum spectaculum præbebatur, dedicationum scilicet festiuitas per singulas vrbes, & oratoriorum recens constructorum consecrationes: ad hæc episcoporum conuentus: peregrinorum ab externis & procul dissitis regionibus concursus. - - - Iam vero antistitum absolutissimæ ceremoniæ & accurata sacrificia sacerdotum, & diuini quidam augustique eccle-*

Digitized by Google

ecclesiæ ritus; hinc psalmos canentium, & reliquas nobis diuinitus traditas voces auscultantium: illinc diuina & arcana obeuntium ministeria. Mystica quoque salutaria passionis symbola credebantur. Denique omnis ætas, & promiscua vtriusque sexus multitudo toto pectore precationibus & gratiarum actionibus incumbens cum summa animorum letitia Deum bonorum autorem venerabatur. Sed & ecclesiarum antistites, quotquot aderant, panegyricas habebant orationes, & quantum quisque ingenio poterat, conuentum laudibus extollere studebant. Simplex *dedicatio* non amplius sufficere credita fuit: *consecratio solemnis*, cooperante episcoporum vndique euocatorum cœtu, necessaria credebatur, adhibitis variis solennibus, & festiuitatis celebratione insigni accedente, vti apud Iudæos.

quod exemplo ecclesiarum Hierosolymitanarum illustratur

§. XV. Ad *dedicationem* ecclesiarum Hierosolymitanarum (nam plures ecclesias dedicandas fuisse, refert THEODORITVS *lib. I. hist. eccl. c.* 31.) omnes confluxere episcopi Tyri congregati in causa ATHANASII pluresque alii vndequaque acciti, testibus EVSEBIO *in vita Constantini M. lib. IV. c.* 43. SOZOMENO *lib. II. hist. eccl. c.* 26. & THEODOR. *cit. l.* Festiuitati huic etiam interfuit EVSEBIVS, vti testatur, *cit. l. c.* 45. & solennia ita depingit: *At sacerdotes Dei partim precationibus partim sermonibus festiuitatem ornabant. Alii siquidem comitatem religiosi imperatoris erga omnium seruatorem laudibus celebrabant, & martyrii magnificentiam oratione persequebantur. Alii sacris theologiæ dogmatibus ad præsentem celebritatem accommodatis spirituale quoddam epulum audientibus præbebant. Quidam sacrorum voluminum lectiones interpretabantur, arcanos & mysticos sensus in lucem proferentes. Qui vero ad hæc adspirare non poterant, incruentis sacrificiis & mysticis immolationibus Deum placabant; pro pace communi; pro ecclesia Dei; pro imperatore tot bonorum auctore eiusque piissimis liberis preces Deo suppliciter offerentes. Ibi nos quoque, quibus maiora quam pro meritis nostris bona contigerant, variis sermonibus publice habitis solennitatem decorauimus.* Alii adhuc ritus *aspersionis aquæ, inunctionum, reliquiarum* &c. adhuc deerant: sufficiebat publica festiuitas, precibus, concionibus panegyricis, & eucharistiæ administratione celebrata. Quod vero tot *episcoporum* præsentia & cooperatio desideraretur, vt plenius illustrat EDMVNDVS MARTENIVS *tom. III. de antiq. eccles. ritib. lib. II. c.* 13. *p.* 232. quod tot repetita sacra fierent, id magis *consecrationem* iudaico ritu peragendam indicasse videtur, cum cognitum sit, quanto sacrorum apparatu SALOMON templum Hierosolymita-

Digitized by Google

mirandum dedicauerit quantusque concurſus ſacerdotum, Leuitarum, po-
& Antiochenæ eccleſiæ. pulique iudaici factus fuerit. Ad *eccleſiam Antiochenam*, recens exſtructam, conueniſſe ſeptem & nonaginta epiſcopos, auctor eſt SOZOMENVS *lib.* 3. *hiſtor. eccl. c.* 5. In occidente eundem epiſcoporum concurſum ad eccleſiarum dedicationem obtinuiſſe luculenter demonſtrat MARTENIVS *cit. l.* vt tamen diœceſanus epiſcopus principalis conſecratoris munia ſuſtineret. Id cautum eſt in *concilio Arauſiaco I. anno* 441. celebrato *c.* 10. apud HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 1785. vbi quidem permiſſum eſt epiſcopo in aliena diœceſi exſtruere eccleſiam, ſed dedicatio epiſcopo, in cuius territorio illa fundata, reſeruata.

In occidente reliquiæ SS. paulatim conſecrationi acceſſere, §. XVI. In *occidente* præterea paulatim plura *conſecrationi* ſuperaddita. Sine *reliquiis SS.* eccleſias dedicari non poſſe, mox inualuit doctrina, ab initio ignota. Magna in veneratione apud Chriſtianos fuere inprimis martyres, quorum commemoratio ſolemnis, & anniuerſaria colebantur feſtá, de quibus agit DODWELLVS *ad Cyprianum diſſ. II.* cuius ratio euoluitur, Non raro quoque ad *tumulos eorum* concentus facti, honoris cauſa. Seculo IV. templis exſtructis, cogitatum fuit, de corporibus martyrum ſanctorumque honeſtiori in loco condendis, quæ inſtante perſecutione terræ mandabantur delectu loci non habito. Honeſtiſſimus autem locus cenſebantur templa, in quo Cæſares proceresque ſepeliri anxie deſiderabant. Quid ergo demirandum, quod corpora ſanctorum martyrumque effoderent, & in eccleſias iam dedicatas vel dedicandas transferrent. Inde *translatio reliquiarum* cum magna pompa fieri cœpit, cuius veſtigia iam deprehenduntur ſeculo IV. vt tradit IACOBVS BASNAGE *in annal. eccleſ. ad ann.* 356. *n.* 12. Quantum quidem auguror, aliquid etiam in hac re tractum eſt ex diſciplina gentilium ſacra. Gentilium templa quoad maximam partem ex *ſepulchris heroum* conſecratorum orta fuiſſe nemo ambigit. Obiicit id ipſum CLEMENS ALEXANDRINVS *in admon. ad gent. p.* 29. ethnicis, atque *ſepulchra ipſa vocata fuiſſe templa*, quod ſubinde variis illuſtrat exemplis. Ipſe CYRILLVS *lib.* 10. *contra Iulian.* variis ex antiquitate depromtis exemplis docet, *celeberrima gentium templa fuiſſe olim ſepulchra aut monumenta mortuorum*, quod pluribus illuſtrat HOSPINIANVS *de templ. lib. I. c.* 5. Hæc gentilium diſciplina ex *veneratione* erga heroes orta, in imitationem tracta a Chriſtianis, qui itidem ſingulari veneratione ſuos *heroes ſanctos* proſequebantur. Proinde vel ſuper eorum tumulis eccleſias exſtruebant, vel ſi in eo loco ſepulchrum alicuius ſancti deficeret, illud, vel in ipſa dedicatione vel ex poſt-
& cum gentilium moribus confertur.

Digitized by Google

poſtfacto ſub altari exſtruebant, ibique oſſa, ſancti alicuius translata, terræ mandabant. Neque enim olim in altaribus *ſublimi loco* ea ponebantur, vt hodie, ſed *terræ condebantur*, ſub ipſis altaribus, vt *ſepulchra* eorum ibidem eſſent, ceu docet MABILLON. *in actis Benedict. ſec. II. in præf.* §. 33. Reliquiæ SS. terræ mandatæ.

§. XVII. Sicuti vero potiſſimum Romæ ſub gentilium religione ſepulchra heroum templa erant, vt PRVDENTIVS *lib. I. contr. Symmach* canit: Primum Romæ hic mos inualuit,

Et tot templa Deum Romæ, quot in vrbe ſepulchra
Heroum numerare licet.

ita obſeruatu dignum eſt, eam conſuetudinem primum Romæ cœpiſſe, quod eccleſiæ dedicari non poſſent absque *martyrum reliquiis*, & mox ad eas deriuatam fuiſſe, quæ ad huius eccleſiæ inſtituta ſunt compoſitæ, vt ingenue fatetur MARTENIVS *cit. l.* §. 10. Plures enim hinc inde eccleſiæ dedicatæ ſine ſanctorum reliquiis: in plures etiam eccleſias iam dudum dedicatas ex poſtfacto oſſa martyrum translata, vt honeſtiori in loco eſſent condita. Romanæ demum eccleſiæ proprium ab initio erat, templum non exſtruere, niſi in loco, quo eſſent oſſa martyris alicuius condita, vel in ipſa dedicatione illis ſub altari ſepulchrum honeſtius exſtruere. Enimuero mox dilatatus, & tandem, conciliorum accedente ſanctione, per vniuerſum occidentem hic mos extenſus fuit, vt in *legem perpetuam* conſtantemque abiret, ſine *reliquiis ſanctorum* nec aras exſtrui nec templa dedicari poſſe, vt eo magis hæc fierent *ſepulchra* quædam *heroum ſanctorum*. Tandem etiam hæc opinio credulis ingenerata fuit, ex ſingulari ſanctitate *reliquiarum* locum ipſum quid *diuinitatis* ſpirare, eoque *ſanctiorem* futurum, quo maiori copia reliquiarum præſtantiſſimarum abundaret. Inde ingens monachos clericosque inceſſerat cupiditas, vndequaque corradendi ſanctorum reliquias, imo magno per laicos redimendi pretio, vt ſuaſu cleſici (quod credere fas eſt) HENRICVS I. imperator *oblata parte Sueuiæ* lanceam, qua Chriſti latus transfoſſum, a RVDOLPHO Burgundionum rege, additis adhuc minis & precibus, impetrauerit. vid. NICOL. SCHATEN. *in annal. Paderborn. ad ann.* 929. Theſaurus hic *reliquiarum* augebat *theſaurum eccleſiaſticum*, plerumque clericorum, quod imaginaria ſanctitas & miraculorum numerus vndequaque attraheret homines peculoſos, qui e re ſua eſſe credebant, in locum tam ſanctiſſimum bona ſua conferre. mox vbique receptus per occidentem.

Digitized by Google

Reliquiæ multum promouerunt conſecrationis doctrinam, cui additæ inunctiones aliaque.

§. XVIII. Nemo forſan in dubium vocabit, *reliquiarum* adhibitionem magis magisque ſententiam de *conſecratione* proprie dicta corroboraſſe, & ab omnibus facile creditum fuiſſe, eadem, imo maiori *diuinitate* & *ſanctitate* loca conſecrata inter Chriſtianos radiare, quam templum iudaicum apud Hebræos. Hunc in finem quoque addebantur pedetentim *inunctiones*, quibus magna ineſſe creditur *ἐνέργεια*, aquæ benedictæ aſperſiones, quibus itidem inſignis efficacia adſcribitur, crucis picturæ, formulæ precum ſolennes, aliaque plura, peculiarem prorſus *liturgiam* efficientia, de qua plenius agunt MARTENIVS *cit. l. p.* 244. *ſqq.* CASALIVS *de veter. ſacr. Chriſt. ritibus P. III. c.* 33. HOSPINIANVS *de templ. lib. IV. c.* 2. ANDREAS PISCARA CASTALDVS *in prax. ceremon. lib. II. c.* 4. *ſqq.* LINCK. *de iur. templ. c. VI.* GVILIELMVS DVRAND. *in ration. diuin. officior. lib. I. cap.* 6. BELLARMINVS *tom. I. contr.* 3. *de cult. ſanct. c.* 5. inprimis vero ipſum *pontificale* ROMANVM *p.* 2. *rubr. de eccleſ. dedicat. ſeu conſecrat. p.* 497. *&c.*

Præparatoria conſecrationis hodiernæ,

§. XIX. Non iniucundum erit, ritus *conſecrationis* hodiernos, quos *pontificale Romanum* præſcribit, referre & cum antiquis, quos MARTENIVS habet, conferre, quorum ſignificatus myſticos varie, vt fieri ſolet, explicant DVRANDVS *cit. l.* REGIMIVS *apud* MARTENIVM *cit. l. &* HONORIVS, ſcriptor ſeculi XI. *in ſacramentario* edito a Bernardo PEZIO *tom. II. theſ. anecdot. nouiſſ. P. I. c.* 100. *p.* 339. *ſqq.* Concernunt hi ritus vel *antecedentia* ſeu *præparationem* vel *ipſum* conſecrationis *actum*. Ad illa varia referuntur. (1) Curandum eſt, vt in parietibus *XII. cruces* depingantur vel in lapide inſculpantur, primo, ait DVRANDVS, *propter dæmonum terrorem*, quod ridiculum; deinde *propter triumphi oſtenſionem*, quod ſint vexilla Chriſti: aſt vero ita non duodecim neceſſariæ eſſent. Hic numerus vero ſine dubio deſumtus eſt ex duodecim lapidibus pretioſis, quibus *ephod* compoſitum erat. (II) Ante quamlibet crucem figatur *clauus*, cui poſſit aptari candelabrum ad formam *cornucopiæ*, in quo candela affigi debet. Luminaria ante cruces poſita denotare XII. apoſtolos DVRANDVS non inepte credit, *quod per fidem crucifixi totum illuminauerint mundum*, quodque apoſtolica doctrina in hoc loco tradenda ſit, vt ait REMIGIVS *de dedicat. eccleſ.* apud MARTENIVM *cit. l. p.* 306. (III) *Scala* ſeu machina lignea fabricanda, ſupra quam epiſcopus cum miniſtris ad vngendas cruces aſcendere & in ea conſiſtere commode poſſit. Huic machinæ rotulæ ferreæ aptantur, vt commode de loco in locum deduci queat. Mirum eſt, quod huic machi-

XII. cruces,

clauus,

ſcala,

Digitized by Google

machinæ nullam adſcripſerit myſticam ſignificationem DVRANDVS, cui ad ſuperſtitionem vsque deditus fuit. (IV) Pridie illius diei, quo ecclesia conſecranda, epiſcopus & clerus illius eccleſiæ & alii, qui conſecrationem petunt, *eccleſiaſtico more* ieiunant. *Vigilias* olim vſitatas fuiſſe, obſeruat MARTENIVS *cit. l.* §. 7. *p.* 237. quæ in *ieiunio* perficiebantur, & quamlibet feſtiuitatem præcedebant, quo fideles ſeſe præpararent ad ipſius feſti ſacra deuote peragenda. (V) *Altaria nuda* relinquenda abſque vllo ornatu, ſine cruce, ſine candelabris; interim ipſa *ornamenta* ab epiſcopo benedicenda loco congruo præparata haberi debent; ipſa denique eccleſia vsque ad tempus conſecrationis claudenda. (VI) Quia in ipſa conſecratione *alphabetum græcum* & *latinum* pauimento terræ inſcribendum, magiſter ceremoniarum curare debet, vt ex *cineribus* duæ lineæ efformentur in modum *crucis*; latitudinis vnius palmæ & longitudinis pertingentes ab angulo eccleſiæ a ſiniſtra manu per *portam principalem* intrantis ad angulum transuerſum illius, i. e. ad caput eccleſiæ a *latere epiſtolæ*, quod eſt ad dextram manum intrantis, & aliam ab angulo eccleſiæ a dextra manu intrantis ad caput eccleſiæ a *latere euangelii*. Addunt, commodius eſſe, in loco primo lineæ inſtrumento ligneo ad modum *capſulæ*, absque fundo tamen, XXIV. areolas ex cinere, æquali atque conuenienti ſpatio inter ſe diſtantes aptare, in quibus alio inſtrumento XXV. elementa *alphabeti græci* efformentur, ita vt epiſcopus cuſpide baculi paſtoralis ſuper ipſas efformet poſtmodum alphabetum; ſimiliter in ſecunda linea efformare XXIII. areolas pro *alphabeto latino*, eodemque modo procedere, prout antea dictum. Breuiter *magiſter ceremoniarum* pridie deſignabit huiusmodi lineas cum *lapide* vel *carbone*, adaptans in ipſis ligneo inſtrumento vtriusque alphabeti imagines. (VII) Ante eccleſiam locus aptandus pro conſeruandis interim *ſanctorum reliquiis*, quem in finem *tentorium* erigi ſolet. Arcula quoque pro ſanctorum reliquiis panno aureo contecta cum ſuo baldachino & baculis, quibus ſuper humeris geſtari queat, conficienda; & denique ante fores eccleſiæ *faldiſtorium* (quod ſellæ genus, de quo præter CANGIVM vid. *Acta erudit. Lipſ. M. April.* 1678. *p.* 179) pro epiſcopo, & aliud in eccleſia præparandum. (VIII) In ipſa eccleſia *credentia*, h. e. *menſa* præparanda, in qua collocentur *vaſculum chrismatis*, & *ampulla*: *oleum S.* catechumenorum in vaſculo & ampulla: duæ libræ thuris in peluicula: peluis cineribus referta, peluicula ſalis: duo vaſa aquæ benedicendæ, aliud extra, aliud intra eccleſiam in presbyterio: vas vini: aſperſorium

vigiliæ cum ieiunio,

ornamenta altarium,

cinerum præparatio,

tentorium ante templum,

faldiſtorium,

menſa credentia dicta,

de

de herba hyſſopi confectum: duæ libræ goſſipii ſiue bombycis pro extergendis crucibus, quæ fiunt in parietibus eccleſiæ, & in ſtipite altaris quinque cruces paruæ, factæ de candelis ceræ ſubtilis, pro quolibet altari conſecrando: paruæ ſpatulæ ligneæ ad abradendum de altari combuſtiones candelabrorum & thuris: vas, in quo ipſæ raſuræ deponantur: prunæ accenſæ in ſuo vaſe pro thuribulo: thuribulum cum nauicula: vas aquæ benedictæ cum aſperſorio & pontificale. En apparatum inſignem, ad conſecrandam eccleſiam neceſſarium, *more iudaico*, quem in omnibus fere referre voluere Romanæ eccleſiæ antiſtites. Sed plura (IX) adhuc ſuperſunt, quæ in promtu eſſe debent in loco congruo, vt calx, arena, ſiue puluis ex tegulis tritis ad faciendum cæmentum pro liniendo ſepulchro reliquiarum, & iunturam menſæ altaris cum ſtipite: duodecim candelæ ante cruces accendendæ: duo intortitia, quæ accenſa debent præcedere pontificem: vaſa ad abluendas pontificis manus & mappæ ad eas abſtergendas: mantilia ex tela groſſa ad extergendam menſam altaris, quoties opus fuerit: tela linea cerata pro quolibet altari conſecrando ad ipſius menſam cooperiendam. Denique (X) in promtu habeantur paramenta pro epiſcopo & miniſtris, qui epiſcopo debent miniſtrare.

aliaque, quæ in promtu eſſe debeut,

paramenta.

Cura circa reliquias ſanctorum.

§. XX. Inprimis vero circa *reliquias ſanctorum* ſollicita adhibenda eſt cura, vtpote quæ omne in conſecratione ferr punctum. Proinde ante diem *conſecrationis* poſt veſperas epiſcopus aſſiſtentibus diacono & ſubdiacono reponit SS. reliquias in altari conſecrando recludendas in decenti vaſculo mundo, & cum eis tria grana thuris nec non chartulam pergamenam, in qua ſit inſcriptum *nomen conſecrantis*, *tempus conſecrationis* cum *nominibus ſanctorum*, quorum reliquiæ ibi reconduntur, & *conceſſio indulgentiarum* ac ſigillatum vaſculum in arcula clauibus obſerata ac bene ornata includit. Poſt epiſcopus incenſum in thuribulum ponit ac benedicit, triplicique ductu ipſas reliquias thurificat. Mox ſubdiaconus paratus cum cruce medius inter cereoferarios, alios omnes præcedens, proceſſionem ordinat ad locum paratum: reliqui bini cum cereis accenſis ſequentes, feretrum a Leuitis in humeris geſtatur, ſacerdotibus paratis baldachinis haſtas deferentibus: thurificarius ſanctorum reliquias continue per viam incenſat: epiſcopus poſt ferertrum ſacrorum pignorum cum mitra incedit: poſt epiſcopum prælati, magiſtratus ac reliqui rogati cum viris nobilibus mixtim. Hoc modo cum ſolenni pompa *exequiæ* oſſi-

Earum thurificatio, proceſſio pro transferendis reliquiis,

ad inſtar exequiarum,

bus

Digitized by

bus SS. denuo inſtaurantur. Sicuti enim, vt iam ſupra obſeruaui, oſſa martyrum vel SS. terræ mandabantur olim ſub altari; ita *translationes* eorum ſolennes nihil aliud niſi *exequiæ repetitæ* fuere. Ceterum cum ad locum peruenerint, rurſus epiſcopus reliquias SS. thurificat, & ſuper altari decenter ornato cum luminibus collocat precibusque peractis omnes recedunt. Ipſe vero eccleſiæ clerus in illa nocte *vigilias* ante *SS. reliquias* celebrat, ac inprimis canrant nocturnum & laudes matutinas in honorem eorum ſanctorum, quorum reliquiæ in vrna ſunt reconditæ, deinde per vices ante ipſas orationi tota nocte vigilantes aſſiſtunt.

vigiliæ ante SS. reliquias.

§. XXI. Atque his actibus *præliminares obſeruationes* abſoluuntur. *Solenniores actus* ſuperſunt, *ipſam conſecrationem* perficientes. Nimirum ſummo mane, omnibus in loco *conſecrationis* bene diſpoſitis, adſtantibus in ſacriſtia clericis atque presbyteris, ſuperpelliceis & duobus diaconis ſuo diaconali habitu indutis, nec non ſubdiacono parato, accedente epiſcopo in ſuo habitu quotidiano, in eccleſia ipſa accenduntur *duodecim candelæ* ante *cruces*, & in eius medio ſuper tapetum ſtratum ponitur *faldiſtorium ornatum;* alio pariter faldiſtorio ante fores eccleſiæ ſuper tapetum præparato, omnibusque inde electis atque clauſis ianuis, vno tantum diacono intus manente, proceditur ad locum extra eccleſiam, vbi pridie ſanctorum reliquiæ fuerunt repoſitæ. Præcedit *ſubdiaconus* crucem deferens medius inter cereoferarios: ſequuntur clerici atque presbyteri bini: poſt eos diaconus, & tandem epiſcopus in ſuo habitu & poſt ipſum viri nobiles eiusque familiares. Ad locum peruenientes omnes genua flectunt, & epiſcopo inchoante clericisque proſequentibus dicuntur ſubmiſſa voce *ſeptem pſalmi pœnitentiales* cum antiphona: *ne reminiſcaris*, ſine *litania*. Interim epiſcopus paramentis induitur, amictu, alba, cingulo, ſtola, ac pluuiali albi coloris, mitram ſimplicem accipiens in capite, & baculum paſtoralem in ſiniſtra manu. Septem pſalmis finitis, pontifex cum miniſtris & clero accedit ante fores eccleſiæ conſecrandæ, ibique ſtans ſine mitra inchoat antiphonam: *adeſto* &c. quam chorus continuat; deinde eodem modo dicit orationem: *actiones* &c. Poſt hanc accepta mitra, & in faldiſtorio ante fores eccleſiæ præparato procumbente dicuntur litaniæ vsque ad verſum: *ab omni malo* excluſiue. Surgens pontifex & ſtans cum mitra conſecrat *ſalem* & *aquam* prima benedictione, quæ in *pontificali Romano P. II. tit. de bened. primi lapid. p.* 282. occurrit. Formulæ ſimiles occurrunt apud MARTENIVM *tom. III. de antiq. eccl. ritibus p.* 244. *ſqq.* Deinde

In ipſa conſecrationis die XII. candelæ accenduntur,

ante XII. cruces,

clauſis ianuis.

Proceſſio ad locum, vbi reliquiæ SS. ſunt.

Epiſcopus induitur,

accedit ad fores eccleſiæ.

benedicit ſall & aquæ.

Digitized by Google

accenduntur duo intortitia deferenda ante epiſcopum a duobus acolythis, & pontifex ſtans ſine mitra aſpergit ſe & circumſtantes, inchoando antiphonam: *aſperges me*, quam chorus proſequitur; interim impoſita ſibi mitra præcedentibus acolythis cum intortitiis accenſis & clero ac populo incipit circuire eccleſiam ad manum dextram, ſpargens *aquam benedictam* forinſecus ſupra parietes eccleſiæ & cœmeterium, dicens: *in nomine patris & filii & Spiritus S.* Finita antiphona clerici cantabunt reſponſorium: *fundata eſt domus domini &c.* Completo circuitu pontifex ante oſtium principale perueniens ſtans ſine mitra dicit: *oremus*, dictoque a miniſtris: *flectamus genua*, & poſt pauca: *leuate.* Subdit orationem: *omnipotens ſempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus aſſiſtis &c.* Hac dicta, pontifex accepta mitra ad oſtium eccleſiæ appropinquans percutit illud ſemel cum inferiori parte baculi paſtoralis ſuper liminare, dicens clara voce: *attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales & introibit rex gloriæ.* Diaconus vero intus exiſtens dicit alta voce: *quis eſt iſte rex gloriæ?* cùi pontifex reſpondet: *dominus fortis & potens.* Secunda vice epiſcopus præcedentibus acolythis cum intortitiis circuit eccleſiam, aſpergendo parietes circa fundamentum & cœmeterium dicens: *in nomine patris &c.* cantoribus interim cantantibus reſponſorium: *benedic domine.* Expleto circuitu ſtans depoſita mitra ante oſtium verba adducta repetit, & denuo baculo paſtorali oſtium pulſat. Tertia vice eodem modo circuit eccleſiam incipiens ad ſiniſtram manum aſpergendo parietes *in media parte*, choro interim canente reſponſorium: *Tu domine uniuerſorum* &c. expletoque cantu & circuitu dicit tertiam orationem, & accedens oſtium percutit tertia vice adhibitis verbis antea recitatis: *attollite* &c. His finitis epiſcopus ſubdit: *aperite, aperite, aperite*, facitque crucem ſuper liminare in oſtio cum inferiori parte baculi adhibita hac formula: *ecce ſignum crucis* &c. & ſtatim aperitur eccleſiæ oſtium.

circuit eccleſiam prima vice,

orat ante oſtium principale,

mandat eius aperturam,

circuit ſecunda vice,

de nouo pulſat oſtium & tertia vice eccleſiam circuit.

Aperitur oſtium eccleſiæ.

Ritus huius explicatio.

§. XXII. REMIGIVS *de dedicat. eccleſ.* apud MARTENIVM *cit. l. p.* 307. hunc ritum per *doctrinam apoſtolorum* eorumque diſcipulorum ad nos deriuatum eſſe credit, ieiunis tamen admodum argumentis probat. Præmittit, epiſcopus geſtare perſonam Chriſti, & per virgam paſtoralem *poteſtatem ſacerdotalem* adumbrari. *Cum ergo pontifex*, pergit, *virga ſua ſuper liminare futuræ eccleſiæ percutit, oſtendit, quia ſibi & cœli & terræ & inferi poteſtas cedit. Vnde & poſt percuſſionem oſtium aperi-*

Digitized by Google

aperitur, videlicet quia ſibi poteſtatem ſuam digne conſeruanti pars aduerſa reſiſtere non poteſt. Trinam deinde percuſſionem etiam *myſtice* explicat, &, prout in tali *myſtica interpretatione* contingere ſolet, varia ſub hoc ritu adumbrari credit. Aliam interpretationem addit DVRANDVS *cit. l. n.* 13. *ſqq.* & per trinam percuſſionem *prædicationem verbi diuini* præfigurari credit, quod *virga ianuas percutere* ſit *aures audientium prædicationis voce pulſare.* Quid ſi addiderim, *trinam repetitionem percuſſionis* denotare *actum perfectum* ſecundum illud tritum: *omne trinum perfectum*, & formulam, *attollite*, adhiberi ad imitationem conſecrationis gentilis, per quam conſtituunt, incolatum ſeu hoſpitium in templis Deo adornari, & hac formula inuitari, vt ædes ſibi conſecrandas introëat. Talem enim conceptum circa *conſecrationem* proprie dictam gentiles habuiſſe ſupra obſeruatum eſt, quem tamen in fœdere nouo minime admittere poſſumus.

§. XXIII. Sed perſequar reliqua. Oſtio ad iuſſum epiſcopi aperto, eccleſiam cum miniſtris cantoribusque intrat, reliquo clero & populo ante oſtium ſtare iuſſis, illudque claudit, & ingrediens dicit: *pax huic domui*, cui diaconus, qui intus eſt, reſpondet: *in introitu veſtro*, & omnes dicunt: *amen.* Poſtea cantores cantant antiphonam: *pax æterna*: & aliam antiphonam: *Zachæe feſtinans deſcende.* Epiſcopus cantatis antiphonis ad medium eccleſiæ in *faldiſtorio* parato, vt loquuntur, depoſita mitra, procumbens inchoat hymnum: *veni creator ſpiritus.* Completo primo verſu ſurgens ſtat ſine *mitra* vsque ad finem; ſparguntur interim cineres, niſi prius, prout dictum eſt, fuerint diſpoſiti. Completo hymno pontifice procumbente cum mitra ſupra *faldiſtorio*, dicuntur *litaniæ*, in quibus ſuo loco *bis* nominatur ille *ſanctus*, in cuius honore & nomine eccleſia vel altare dedicatur, & illi, quorum reliquiæ in eo includendæ ſunt. Vbi fuerit dictum: *vt omnibus fidelibus defunctis* &c. pontifex ſurgens baculumque ſiniſtra tenens dicit: *Vt locum iſtum*, item: *vt in eo angelorum cuſtodia* &c. Deinde dextram in altum extendens producit communiter ſuper eccleſiam & altare conſecrandum ter ſucceſſiue *ſignum crucis*, dicens: *vt eccleſiam &c.* His dictis iterum ſuper faldiſtorio recumbit, & cantores proſequuntur *litanias* vsque ad finem, poſt quas ſurgens ſine mitra dicit: *oremus*, & miniſtri: *flectamus genua*, & paulo poſt: *leuate:* ipſe vero ſubdit orationes: *præueniat:* &, *magnificare domine Deus noſter in ſanctis &c.* Poſt orationes dicitur antiphona: *o quam*

Intrat epiſcopus eccleſiam, cum formulis.

Sparguntur cineres,

dicuntur litaniæ,

ſignum crucis facit,

Digitized by Google

metuendus eſt locus iſte, cum cantico Zachariæ: *Benedictus Dominus Deus Iſraël*, & poſt quemlibet verſum repetitur antiphona.

in cineribus ſparſis formar alphabetum græcum,

§. XXIV. Interim pontifex, dum prædictum canticum cantatur, accepta mitra, incipiens ab angulo eccleſiæ ad ſiniſtram intrantis extremitate baculi ſignat ſuper cineres ſparſos diſtinctis literis *alphabetum græcum*: deinde producens ab angulo eccleſiæ ad dextram intrantis eodem modo in deſcripta linea ſignat ſuper cineres *alphabetum latinum*.

& latinum.

Per *alphabetum* initia & rudimenta doctrinæ ſacræ intelligi putat REMIGIVS *cit. l. p.* 310. & per *quatuor angulos* quatuor mundi plagas, ad quas doctrina euangelica peruenit. Tria hoc alphabeto deſignari credit DVRANDVS *cit. l. n.* 21. (I) coniunctionem in fide vtriusque populi, *iudaici* & *gentilis*, per crucem Chriſti factam: (II) paginam vtriusque teſtamenti: (III) articulos fidei, quia eccleſiæ pauimentum eſt noſtræ fidei fundamentum. Admodum imperite & ieiune. Si vera hæc fabula eſſet, alphabetum *hebraicum & græcum* in pauimento effigiari debuiſſet, quod tum vtramque gentem, tum vtrumque teſtamentum & articulos fidei literis hisce exaratos denotare potuiſſet.

Vera huius ritus ratio.

Non adeo alte rationes huius ritus ſunt repetendæ. Orientalis & occidentalis ſeu *græca & latina eccleſia communio* antiqua ſatis decantata fuit, quæ vnum quaſi corpus conſtituebat propter illam vnionem. Huic communioni inferenda & agglutinanda per *conſecrationem* eccleſia; quamuis enim hæc vnio ſæpe disrupta & diſſoluta fuerit, vt nec hodie reſtituta ſit; ſemper tamen pro illa reducenda laboratum, ſpemque curia Romana firmiſſimam, habet, illam tandem reſtauratum iri. Fata huius diſſidii explicuit LEO ALLATIVS *de eccleſ. occid. & orient. perpet. conſenſione.* Hæc imaginaria conſenſio meo iudicio produxit vtrumque alphabetum, *græcum* & *latinum*, quo eccleſiæ occidentales demonſtrare voluere, ſe ad vnionem illam non tantum proclives eſſe, ſed etiam eam admodum neceſſariam, cum curiæ Romanæ interſit, hanc promouere καθόλου ſub ſuo *capite vniverſali*. Sed addam reliquos conſecrationis ritus.

Conſecrator appropinquat ad altare maius,

§. XXV. Poſt efformatum alphabetum verſus *altare maius* conſecrator accedens congruenti ſpatio ab illo diſtans, depoſita mitra & in genua procumbens dicit: *Deus in adiutorium meum intende.* Choro deinceps reſpondente idem ſecunda & tertia vice repetit, voce ſemper altius eleuata. Poſt hæc pontifex in eodem loco ſtans, benedictionem

benedicit aquæ, ſali & cineribus,

ſecundam *aquæ* & *ſalis* vt & *cinerum* peragit, & miſcendo ſalem cum cineribus, dicit: *commixtio ſalis & cineris cum aqua benedicta ſit ſanctificata*

Digitized by Google

ficata ad conſecrationem huius eccleſiæ & altaris in nomine patris & filii & Spiritus ſancti amen. Deinde *vino* benedicit, ac in modum crucis in aquam mittit: *commixtio vini, ſalis, cineris & aquæ pariter fiat &c.* Subdit poſtea verſiculum cum oratione: *Omnipotens ſempiterne Deus creator & conſeruator humani generis &c.* qua completa aſſumta mitra, dicit ſuper aquam iuxta *pontificiale p.* 320. *Sanctificare*, dictoque: *ſtabilitas parietum*, accedit ad *oſtium* eccleſiæ, & cum extremitate baculi paſtoralis formar ſignum crucis *in parte ſuperiori* & aliud *in parte inferiori* intrinſecus, quo facto & depoſito baculo proſequitur dicens: *ſic poſitis*, vsque ad finem, atque rediens ad locum, vbi benedictio aquæ peracta, ſtans verſus *altare maius* mitramque pariter in capite tenens dicit: *Deum patrem.* vid. *pontificiale p.* 321. Peracta oratione ad *conſecrationem altarium* ſucceſſiue procedit epiſcopus, & ſtans ante illud cum mitra inchoat antiphonam: *introibo, ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.* Hanc chorus proſequitur cum pſalmo: *iudica me, Deus*, repetendo antiphonam poſt quemliber verſum. Inter hæc pontifex intincto pollice dextræ manus in aqua vltimo benedicta facit *crucem* cum eo & aqua huiusmodi in medio tabulæ altaris, dicens: *ſanctificetur hoc altare in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, amen.* Eodem modo cum pollice in eadem aqua intincto efformat *quatuor cruces* in quatuor cornibus altaris ſemper repetendo: *ſanctificetur*, primam videlicet in parte poſteriori a *latere euangelii*, quæ eſt a dexteris altaris; ſecundam in parte anteriori in *cornu epiſtolæ*, quæ eſt a ſiniſtris altaris transuerſa prima; tertiam in dextra anteriori & quartam in ſiniſtra poſteriori tertia transuerſa. His tandem peractis conſecrator ſine mitra recitat orationem: *ſingulare*, qua finita ſtans ante medium altaris inchoat antiphonam: *aſperges me &c.* quam chorus proſequitur cum pſalmo; *miſerere mei*, dicendo tres primos verſus pſalmi. Interim epiſcopus ſtans cum *mitra*, acceptoque *aſperſorio* de herba hyſſopi facto circuit & adſpergit altare, & ad medium, vnde diſceſſerat, redit. Per ſex vices idem ritus poſtea reperitur cum antiphona, choro tres ſubſequentes verſus ingeminante, vt ita altare ſepties adſpergatur.

vt et vino, formar eum baculo ſignum crucis in parte inferiore & ſuperiore. procedit ad conſecrationem altarium, formula ſolenni adhibita, & IV. crucibus formatis in IV. cornibus, deinde aſpergit altare ſepties,

§. XXVI. His peractis, ter circuit & adſpergit eccleſiam intus, primo incipiens retro *altare maius* ad *dextram* partem circumiens eccleſiam, & adſpergit parietes illius a parte *inferiori* circa terram, rediens vsque ad locum retro altare, vnde diſceſſerat. Interim chorus (1) in parte antiphonam: *hæc eſt domus domini*, cum pſalmo: *lætatus ſum*, ſine glo-

poſt ter aſpergit eccleſiam (1) in parte inferiore,

Digitized by Google

gloria; ſecundo per eandem viam procedens & circumiens adſpergit pa-
(1) In medio, rietes eccleſiæ in *medio*, id eſt, circa altitudinem faciei ſuæ, rediens ad locum, vnde diſceſſerat; interim cantatur antiphona: *exſurgat Deus.* Denique tertia vice circuit eccleſiam, incipiens a ſiniſtra parte, adſpergit-
(2) in ſuperiori parte, que parietes illius altius, vti ſecunda vice factum erat, interimque dicitur antiphona: *qui habitat in adiutorio altiſſimi.* Poſt trinam circuitionem pontifex ſtans cum mitra cum prædicta aqua adſpergit *pauimentum eccleſiæ* per medium, incipiens ante altare vsque ad portam principalem, deinde transuerſus de vno pariete ad alium. Interim cantantur antiphonæ tres: 1) *domus mea domus orationis vocabitur.* 2) *Domine, dilexi* &c. 3) *non eſt hic aliud* &c. His peractis aſperſionibus pontifex ſtans cum mitra in medio eccleſiæ verſus *altare maius* inchoat antiphonam: *vidit Iacob.* Quam chorus proſequitur; ipſe vero adſpergit aqua pauimentum verſus quatuor partes, orientem, occidentem, aquilonem & auſtrum; deinde depoſita mitra ibidem in medio eccleſiæ conuerſus ad portam principalem dicit orationes: *Deus, qui loca nomini tuo dicata ſanctificas* &c. &: *Deus ſanctificationem, omnipotens dominator; cuius pietas ſine fine ſentitur* &c. vid. MARTENE *cit. p.* 286.

adſpergit etiam pauimentum.

Conſecrator ſeſe accingit ad tranſlationem reliquiarum, facitque cæmentum.

§. XXVII. Hisce abſolutis conſecrator ſeſe accingit ad ſolennem reliquiarum *tranſlationem.* Reliquimus eundem in *medio eccleſiæ*, vbi adhuc ſtans conuerſus ad portam & manibus ante pectus extenſis dicit *præfationem: Vere dignum* &c. qua finita accipiens mitram, accedit ad altare, & ibi cum præmiſſa aqua facit *maltam* ſeu *cæmentum* ex calce, tegula & aqua benedicta. Huic mox, depoſita mitra, benedicit, deinde cæmentum benedictum reſeruatur & reſiduum aquæ benedictæ funditur ad baſin ſeu pedem ſtipitis altaris per circuitum. Dein pontifex benedicto cæmento procedit proceſſionaliter cum cruce & clero ad locum, in quo nocte præcedente reliquiæ fuerunt reſeruatæ, & refertur chriſma vsque ad fores eccleſiæ, vbi, antequam locum ingrediatur, ſtans ab extra, depoſita mitra, dicit orationem: *auſer a nobis, quæſumus, domine, omnes iniquitates noſtras, vt ad ſancta ſanctorum puris mereamur mentibus introire per* &c. Deinde cum clero ingreditur & chorus cantat antiphonas: *o quam glorioſum* &c. *mouete vos ſancti* &c. *ecce populus cuſtodiens iudicium* &c. *via ſanctorum*, cum pſalmo: *venite, exultemus.* Finitis antiphonis ſtans ibidem ſine mitra dicit orationem: *fac quæſumus,*

Proceſſio ad SS. reliquias.

debito ordine Impoſito incenſo in thuribulum ordinatur proceſſio, in qua præcedit deferens crucem, medius inter cereoferarios ſequitur clerus, deinde cereos de-

Digitized by Google

deferentes ante ſanctorum reliquias, quæ a ſacerdotibus in feretro ornato portantur thuriferario continuo ipſas incenſante. Poſt reliquias ſequitur pontifex paratus cum ſuis miniſtris, & interim per viam cantantur antiphonæ: *cum iucunditate* &c. *ambulate ſancti Dei*, *ingredimini* &c. *iſtorum eſt enim* &c. Ad eccleſiam cum fuerit peruentum, cantoribus extra fores eccleſiæ prædictas antiphonas cantantibus, pontifex præcedentibus cereoferariis, cruce, thuriferario & ſacerdotibus feretrum reliquiarum portantibus, circuit ab extra eccleſiam cum ipſis reliquiis populo ſequente & clamante: *Kyrie eleiſon.* His peractis ſedens cum mitra ad fores eccleſiæ in *faldiſtorio* ibi parato admonet populum forma in pontificali præſcripta. Poſt archidiaconus legit duo decreta concilii Tridentini *ſeſſ. XXV. de regul. c.* 11. *& ſeſſ. XXV. de reform. c.* 12. His lectis, pontifex monet fundatorem, qui, prout ſibi videbitur, reſpondebit de *dote* eccleſiæ, absque qua nulla conſecranda eſt eccleſia, de numero clericorum &c. de quibus omnibus formatur inſtrumentum publicum. Iubet deinde pontifex, vt orent pro fundatore, & pro illo, qui eam dotavit, participes eos efficiens omnium bonorum, quæ in ea fiunt, nec non, vt orent pro eo, qui eam conſecrari petiit. Sedente adhuc epiſcopo, priusquam quis ingrediatur eccleſiam, cantabitur reſponſorium: *erit mihi dominus.* Deinde depoſita mitra conuerſus ad oſtium eccleſiæ ſtans dicit: *oremus.* Et miniſtri: *flectamus genua*, & paulo poſt: *levate*, & ipſe ſubdit orationem: *domum tuam*, *quæſumus domine* &c. Deinde cum pollice in ſacro chrismate intincto ſignat in modum crucis oſtium eccleſiæ exterius dicens: *in nomine patris &c.*

circuit eccleſiam.

Ante fores leguntur decreta concilii Trid. & de dote fit informatio.

ſignat cum chrismate oſtium.

§. XXVIII. Tandem *ingreſſus cum reliquiis* ſequitur, qui *vnctionibus* accedentibus conſecrationem ipſam perficit atque conſummat. Videlicet presbyteri eleuant feretrum reliquiarum, & clero proceſſionaliter cum eis ingrediente eccleſiam, populus ſequitur, pontifex vero inchoat antiphonam: *ingredimini*, *benedicti domini*, *quia præparata eſt habitatio veſtra.* Hanc chorus proſeqnitur cum alia: *gaudent in cœlis.* Perueniendo ad altare, in quo reliquiæ ſunt condendæ, feretrum reponitur loco congruo cum luminaribus, & pontifex ſtans cum mitra inchoat antiphonam: *exultabunt ſancti*, quam chorus proſequitur cum pſalmo: *cantate domino canticum nouum.* In eius fine non dicitur *gloria*, ſed repetitur antiphona cum oratione: *Deus*, *qui in omni loco dominationis.* Hoc facto pontifex ſtans cum mitra ſignat pollice ſanc-

Ingreſſus cum reliquiis

Conſecratione pulchri altaris

Digitized by Google

& quatuor angulorum,

cto chrismate intincto *confessionem*, i. e. *sepulchrum altaris*, in quo reliquiæ sunt reponendæ, & *quatuor angulos* altaris in singulis formans signum crucis & dicens: *consecretur & sanctificetur, quæsumus, domine, hoc altare ad laudem & gloriam nominis tui, in honore & veneratione omnium sanctorum per istam unctionem & benedictionem, qui vivis & regnas per omnia secula seculorum Amen.* Recondit deinde vasculum sanctarum reliquiarum sigillatum in *sepulchro altaris*, & inchoat antiphonam: *sub altari domini &c.* quam cantores prosequuntur cum alia: *corpora sanctorum &c.* post quam deposita mitra recitat orationem: *Deus, qui &c.* Hac dicta cum mitra incipit firmare *lapidem* cum cæmento & cæmentarii subsequuntur. Postea pontifex iterum pollice dextræ manus sancto chrismate intincto format signum crucis super eandem tabulam siue lapidem dicens: *signetur.* Ministrato deinde incenso more solito, inchoat antiphonam: *fletit angelus*, quam dum chorus prosequitur, thurificat altare vndique ad dextrum & sinistrum latus, ante & desuper, donec cantus finiatur. Postea deposita mitra orationem recitat: *dirigatur domine oratio mea ad te &c.* qua completa sedet cum mitra, & ministri extergunt mensam altaris cum linteo mundo.

conduntur reliquiæ,

firmatur lapis,

thurificatur altare,

repetitis vicibus.

§. XXIX. Neque vero ita consecratio altaris consummata: plura solennia adhuc addenda, vt *characterem diuinum* accipiat. Videlicet, his peractis, secunda *incensi* ministratio sequitur; pontifex enim thurificat altare in medio ad modum crucis, & iterum *incensum* imponit & benedicit, tradens thuribulum vni sacerdoti superpelliceo induto, qui continue altare circuit incensando, donec consecratio perficiatur, excepto eo, quo pontifex accipit ab eo thuribulum, vt incenset. Et tunc stans cum mitra inchoat antiphonam: *dirigatur*, quam dum chorus prosequitur, circuit ter altare a dextris continue ipsum thurificando. Inchoata deinde antiphona: *erexit Iacob*, quam chorus prosequitur cum psalmo: *quam dilecta*, intingit pollicem dextræ manus *oleo catechumenorum*, & cum eo in medio altaris & in quatuor eius cornibus in locis, in quibus fecerat cruces cum aqua benedicta, videlicet in medio in cornu euangelii in parte posteriori, in sinistra anteriori sc. lateris epistolæ, in dextra anteriori scilicet lateris euangelii format cruces, ad singulas dicendo: *sanctificetur* &c. Additur *tertia incensi ministratio;* pontifex enim accepto thuribulo a sacerdote altare incensat, & imposito ac benedicto, vt in antecedentibus, incenso inchoat responsorium; *dirigatur* &c. & choro prosequente interim semel circuit altare a dextris illud thurificando, & completo responsorio de-

Formantur cruces oleo catechumenorum,

quod repetitur tertia vice.

posita

posita mitra, orationem recitat: *adsit.* Post orationem inchoat *antiphonam: mane surgens Iacob*, &c. quam chorus continuat cum psalmo: *bonum est &c.* atque interim pontifex facit in iisdem locis altaris, in quibus antea, cum pollice, de *oleo catechumenorum* quinque cruces, addita formula consueta: *sanctificetur.* Mox adiungitur *quarta incensi ministratio*, & pontifex iterum imposito & benedicto incenso inchoat responsorium: *dirigatur*, a cantoribus prosequendum; interim circuit semel a dextris altare incensando, & reddito thuribulo sacerdoti depositaque mitra orationem recitat: *adesto*, & aliam: *omnipotens* &c. Hisce recitatis episcopus inchoat antiphonam: *vnxit te DEVS*, quam cantores prosequuntur cum psalmo: *eructauit*, atque interim accepta mitra quinque format, vt antea, cruces, pollice dextræ manus de *sancto chrismate* eodem modo & in iisdem locis, quibus antea fecit, dicendo ad singulas: *sanctificetur* &c. quarta.

§. XXX. Subiungitur postmodum *quinta incensi ministratio*, per incensus impositionem & benedictionem cum antiphona: *dirigatur*, atque pontifex rursus circuit semel altare ad siniſtrum illud incensans, deinde reddito thuribulo sacerdoti depositaque mitra, recitat orationem: *descendat quæsumus domine, Deus noster, spiritus tuus sanctus super hoc altare, qui & populi tui dona sanctificet & fumentium corda purificet per &c.* Post orationem pontifex inchoat antiphonam: *sanctificauit dominus*, quam cantores continuant cum psalmo: *Deus noster.* Interim accepta mitra spargit vtraque manu phialas olei catechumenorum & chrismatis super altare illud manu dextra confricans, liuiens & perungens. Pontifex inchoat dein antiphonam: *ecce odor filii mei* &c. quam cantores prosequuntur cum psalmo: *fundamenta.* Hoc completo stans cum mitra dicit: *lapidem* &c. Post hæc inchoat antiphonam: *lapides pretiosi*, quam cantores prosequuntur cum psalmo: *lauda Hierusalem*, & responsoriis sequentibus: *hæc est Hierusalem* &c. *plateæ Hierusalem* &c. quinta.

§. XXXI. Dum prædicta cantantur, pontifex stans cum mitra vngit chrismate singulas duodecim cruces depictas in parietibus ecclesiæ, incipiens retro altare & procedendo ad dextram, ad vnamquamque crucem dicens: *sanctificetur &c.* & qualibet peructa, accipit thuribulum & illam incensat. Perunctis & thurificatis omnibus ecclesiæ crucibus pontifex reuertitur ad altare, ibique stans cum mitra inchoat antiphonam: *ædificauit Moises altare domino Deo*, quam chorus prosequitur; ipse vero interim super altare incensat, subdens deinceps orationem: *Dei patris omni-*

Vnguntur XII cruces in pariete depictæ.

cum incenso, reuertitur ad altare.

Digitized by Google

omnipotentis miſericordiam deprecemur &c. Depoſita mitra benedicit *incenſo*, dicens verſus cum oratione: *domine Deus* &c. in cuius fine ipſum aſpergit aqua benedicta; deinde reaſſumta mitra, ex ipſo format propria manu quinque cruces, quamlibet ex quinque granis ſuper quinque loca altaris, in quibus alias cruces efformauit *aqua*, *oleo* & *chrismate*, & ſuper qualibet cruce thuris ponit vnam crucem factam de candelis ſubtilibus ad menſuram crucis de granis incenſi factæ, & cuiuslibet crucis capita accenduntur, vt cum ipſis thus comburatur. Accenſis crucibus depoſita mitra coram altari genu flexus inchoat: *Alleluia*, cum verſu: *veni ſancte ſpiritus*, vel tempore ſeptuageſimæ omiſſo *Halleluia*, dicit verſum prædictum. Surgens deinde inchoat antiphonam: *aſcendit fumus aromatum* &c. & aliam: *ſtetit angelus* &c. quas cantores proſequuntur. His completis ſtans adhuc ſine mitra dicit orationem: *domine ſancte pater omnipotens* &c. miniſtri adſtantes combuſtis candelis & thure, ſpatulis ligneis ad id paratis cineres combuſtionis abradunt & proiiciunt in ſacrarium.

Formantur quinque cruces ex granis incenſi.

§. XXXII. Pontifex ſtans ſine mitra ante gradus altaris dicit orationem: *Deus omnipotens* &c. poſtquam extenſis manibus dicit *præfationem*. Deinde inchoat antiphonam: *Confirma hoc Deus*, *quod operatus es in nobis*, *a templo tuo*, *quod eſt in Ieruſalem* &c. quam cantores continuant cum pſalmo: *exſurgat Deus* &c. Inchoata antiphona pontifex accepta mitra pollice dextræ manus intincto chrismate facit crucem in fronte altaris nihil dicens. Poſtmodum completa antiphona cum pſalmo recitat orationem: *maieſtatem tuam*, *domine*, *humiliter imploramus* &c. Deinde inungit chrismate pariter pollice in modum crucis *coniunctiones menſæ* ſeu tabulæ altaris ſiue ſtipitis, in quatuor angulis ad ſingulas cruces dicens: *in nomine patris & filii & ſpiritus S.* Deinde depoſita mitra recitat orationem: *ſupplices te* &c. Poſthæc ſubdiaconi abſtergunt diligenter cum mantilibus telæ groſſæ menſam altaris, & pontifex in ſede cum mica panis fricat ac bene purgat manus lauans ac iergens. His peractis, pontifex ſtans ſine mitra benedicit tobaleis & aliis vaſis ad cultum altaris ſpectantibus, dicens orationes in pontificali præſcriptas, & in fine aqua benedicta illa adſpergit. Poſthæc ornatur altare, & ſubdiaconi ſternunt ſuper illud pannum lineum ceratum ad menſuram altaris factum; dein veſtiunt altare & imponunt deſuper crucem & alia ornamenta. Dum ornatur altare, pontifice inchoante & cantoribus proſequentibus, cantantur antiphonæ & reſponſoria in *pontificali p.* 298. præſcripta cum pſalmo: *Deus Deus meus &c.* Finito pſalmo pontifex inchoat

Continuatur vnctio altaris.

Benedictio vaſorum.

Ornatur altare,

Digitized by Google

inchoat antiphonam: *omnis terra* &c. quam cantores continuant; ipſe vero interim altare aſcendens ter in modum crucis ipſum incenſat; ſtans poſtmodum ante medium altaris recitat orationem: *deſcendat* &c, &: *omnipotens* &c. His dictis in ſacriſtia depoſito pluuiali accipit ſandalia, dicens pſalmos conſuetos: deinde, lotis manibus, pontificalibus induitur. Clerici poſtea in eccleſia luminaria accendunt, & omnia pro *miſſarum ſolennibus* diſponuntur; ipſa miſſa erit de die declinationis eccleſiæ in paramentis albis. Tandem in fine epiſcopus dat *ſolennem benedictionem* populo & publicas *indulgentias.*

Epiſcopus pontificalibus induitur, celebratque miſſam.

§. XXXIII. Hoc *ſacro apparatu* eoque ampliſſimo abſoluitur *conſecratio*, quem ideo ex *pontificali* referre placuit, vt inde de vero conceptu, quem eccleſia Romana de *rebus conſecratis* ſibi format, indeque fluentibus concluſionibus conſtare queat. Tria potiſſimum obſeruo, quæ ex cultu Leuitico circa *conſecrationem* aſſumta ſunt, *adſperſiones* ſcilicet *aquæ*, *inunctiones*, & *thuriſicationes*, quæ etiam *iudaicæ eccleſiæ* in conſecrationibus, quibus res conſecratæ in *ius diuinum* transibant, commercioque humano eximebantur, vſitata & præſcripta erant. *Ex. XXIX*, 4. 7. *XL*, 9. 12. 27. Inter hæc tria præeminebat *inunctio*, quæ verum *conſecrationis* eſſentiale conſtituebat, qua de cauſa in nouo fœdere fideles *ſpiritu S. inuncti* vel in genere *vncti* vocati ſunt ſenſu myſtico, vt indigitaretur, eos eſſe viuida templa Deo ſummo conſecrata, & ita addicta, vt ab omni mundano exemta debeant eſſe commercio, mundo mortua, (vti res ſacræ externo commercio exemtæ ſunt,) & ſoli Deo viuentia. 1 *Cor. III*, 16. 17. *VI*, 19. 2 *Cor. I*, 21. *VI*, 16. *Eph. II*, 21. 22. *Hebr. III*, 6. 1 *Petr. II*, 5. 1 *Ioh. II*, 20. 27. Quamuis vero, vt ſupra obſeruatum, talis *conſecratio* eum effectu, *diuinam qualitatem* rebus imprimendi, & commercio humano prorſus eximendi, in fœdere nouo chriſtianis non ſit præſcripta, imo a ſtatu eius prorſus aliena; res tamen ipſa loquitur, eccleſiam Romanam, ſicut in aliis ita etiam in hac re cultum Leuiticum legesque ceremoniales, a cuius iugo per ſeruatorem liberati ſumus, reuocaſſe in vſum, & quæuis liturgica ex principiis huius cultus æſtimaſſe, vti paulo penitius iam oſtendendum erit.

Plura ſunt deſumta ex conſecratione V. T. inprimis inunctio, quæ commercio rem eximebat.

§. XXXIV. Id vero vix rectius fieri poſſe arbitror, quam ſi comparationem inter *conſecrationem* eccleſiæ Romanæ & *dedicationem ſimplicem* in eccleſiis proteſtantium receptam inſtituam, indeque differentiæ rationes petam. Iam ſupra ex SELDENO obſeruaui, magnum inter

Inde ingens differentia inter conſecrationem & dedicationem ſimplicem.

Digitized by Google

inter has duas ſpecies eſſe diſcrimen: hanc conſiſtere in ſolenni *deſtinatione* ad certum vſum, rei autem nullum ſingularem imprimere *characterem.* Talis *ſimplex dedicatio*, quæ etiam cum quibusdam ſolennibus rei conformibus fieri poteſt, in *vita ciuili* vſitatiſſima eſt, neque tantum in *eccleſiis* recens exſtructis adhibetur. Ita *curia* dedicari hoc modo poteſt, adhibita quandoque *oratione ſolenni*, qua publice declaratur, ædes exſtructas dedicatas ſeu deſtinatas eſſe ad vſum curiæ. Academiæ vbi conſtituendæ, inaugurari ſolent; quid autem tales *inaugurationes* ſunt aliud, quam *dedicationes ſolennes*, ſimplices tamen absque *conſecrationis* conceptu? Et quid vetaret, ædificium recens exſtructum *ritu* quodam *arbitrario* inaugurare, h. e. declarare, hoc in poſterum ad inhabitandum eſſe deſtinatum. Talis *dedicatio* ſimplex *arbitraria* eſt, & ita quoque eccleſiis exſtructis adhiberi poteſt, qua declaretur publice, illas poſterum ad *cultum diuinum* peragendum eſſe deſtinatas.

hæc etiam in vita ciuili vſitatiſſima eſt.

§. XXXV. Inde vero naſcitur primum diſcrimen, quod Romanæ eccleſiæ conſortes *conſecrationem* in templis exſtructis *ſimpliciter neceſſariam* arbitrentur; proteſtantes vero *dedicationem* arbitrariam, *indifferentem*, & ad *decorum externum* referendam. Ratio diuerſitatis eſt, quod noſtræ eccleſiæ non ſint *templa* proprie dicta, ſed magis *oratoria;* illæ autem, quæ catholicorum ſacris inſeruiunt, proprie dicta *templa* ſint & absque *conſecratione* opus *mere profanum*, in quo *ſacrificium miſſæ*, quod *conſecratum locum* deſiderat, peragi non poſſit, *c.* 1. *de conſecr. D.* 1. Quid quæris? eandem neceſſitatem allegare ſolent, ob quam olim ad ſacra iudaica *conſecratio proprie dicta* ex præcepto DEI neceſſaria fuit. Ita ſubducit rationes auctor *epiſtolæ*, quæ FELICI IV. apud BLONDELL. *in Pſeudo-Iſidoro p.* 578. *ſq.* HARDVINVM *tom. II. concil. p.* 1089. & GRATIANVM *in c.* 2. *de conſecr. D.* 1. adſcribitur, quæ licet vitio *νοθείας* laboret, mentem tamen eccleſiæ Romanæ a *ſeculi IX.* temporibus optime repræſentat, vt verba hæc inde depromere e re eſſe duxerim. Præmittit PSEVDO-FELIX rationem, qua tabernaculum olim fuerit conſecratum diuinis precibus, & ſancti olei vnctione perlinitum, imo & a SALOMONE in ſolenni feſtiuitate templum ad cultum diuinum dedicatum. *Iudæi ergo*, pergit, *loca, in quibus ſacrificabant domino, diuinis habebant ſupplicationibus conſecrata, nec in aliis quam Deo dicatis locis munera Deo offerebant. Si enim iudæi, qui vmbræ legis deſeruiebant, hæc faciebant, multo magis nos, quibus veritas pateſacta eſt, & gratia per IEſum Chriſtum data eſt, templa domino ædificare, & pro-*

Inde proteſtantes dedicationem arbitrariam eſſe cenſent, nec templa habent, quæ conſecrationem deſiderant,

quam etiam catholica eccleſia abſolute requirit.

Digitized by Google

prout melius possumus, ornare, eaque diuinis precibus & sanctis vnctionibus suis cum altaribus & vasis, vestibus quoque & reliquis ad diuinum cultum explendum vtensilibus deuote & solenniter sacrare, & non in aliis locis, quam in domino sacratis ab episcopis & non a chorepiscopis (quæ sæpe prohibiti sunt, nisi, vt prædictum est, summa exigente necessitate) missas celebrare nec sacrificia domino offerre debemus. Et hoc si summa necessitas agere compulerit, non in domibus (quia in sacris canonibus sacrificia in domibus offerri prohibita sunt) sed in tabernaculis diuinis precibus a pontificibus dicatis & in mensis domino sacratis & sacra vnctione a pontificibus delibutis pro summa, vt præfixum est, necessitate & non pro lubitu cuiusquam & pigritia agatur. In *c.* II. *de conſ. D.* I. confirmatur hoc ex eadem epistola, vbi notanter dicitur: *satius est, missam non cantare aut non audire, quam in illis locis, vbi fieri non oportet.* Hac de causa supra *tit. XXXVII.* § 14. *sqq.* iam obseruaui, in *oratoriis* non aliter, quam *consecratione* facta, missas celebrari potuisse.

§. XXXVI. Alterum discrimen est, quod ecclesiæ Romanæ consortes legitimum huius negotii sacri ministrum duntaxat *episcopum*, quem *pontificem* dicunt, esse censeant, ita vt eius *sola auctoritate* perficiatur, sicuti eius auctoritate templa & oratoria exstruenda, *c.* 15. *de consecr. D.* 1. *c.* 1. *D.* 25. *c.* 4. *D.* 68. adeo vt ne quidem episcopus simplicibus *sacerdotibus* hunc actum, qui *ordinis episcopalis* est, committere possit. *c.* 9. *X. b. t.* Scilicet censetur hic actus præ ceteris *pontificalis* ex disciplina veteris testamenti, non aliis, quam qui *pontificis* vices gerunt, committendus; quamuis vero ratio inde depromi debebat, quod olim ex *auctoritate episcopi*, tanquam *primi presbyteri*, vt HILARIVS *in comm. ad* I *Tim. III.* eum appellat, omnia expedienda essent in cultu diuino, qui primarios actus ipsemet expedire solebat, ad ceteros vero etiam presbyteros, qui ab eius nutu dependebant, admittebat. Quod ergo *solis episcopis consecratis* tandem attributa, *presbyteris* vero negata fuerit, magis est ex *consuetudine*, non ex *inhabilitate presbyterorum.* In nostris ecclesiis *auctoritate principum* dedicationes instituuntur more seculi IV. cuius obseruantiam ex ATHANASII verbis supra retuli, ostendique, sine *imperatoris decreto* dedicationes publicas legitime fieri haud potuisse. Eodem iure merito vtimur, non quod *consecrationis* actus sit *episcopalis*, & principes *iure episcopali* hunc expediri curent, (neque enim talem *consecrationem*, a pontificibus peragendam, agnoscimus) sed quod, quæ ad *cultum publicum* eiusque exercitium pertinent, merito *auctoritate publica* peragenda sint.

Consecratio tantum potest perfici a sacerdote summo, non a simplici.

Dedicatio fit auctoritate principum.

Digitized by Google

Ipſe actus *dedicationis* vel ſuperintendenti vel primario paſtori committi ſolet, nec hic talem delectum in *conſecratore* inſtituimus, quem eccleſia Romana deſiderat. LYNCK. *de iur. templ. c. VI. n.* 21.

Conſecratio plura ſolennia eſſentialiter deſiderat,

§. XXXVII. Tertium diſcrimen ipſa *ſolennia*, *conſecrationis* eſſentiam conſtituentia, concernit, quæ antea plena manu allata ſunt, huc directa & inſtituta, vt veram *conſecrationem* repræſentent conſtituantque. Enimuero hæc vel ideo negligimus aut inſuper habemus, quod perſuaſiſſimum nobis ſit ex rationibus ſupra adductis, in nouo fœdere talia loca conſecrata resque ſacratas haud deſiderari, ſed in quouis loco preces in *ſpiritu* & *veritate* eſſe fundendas, ritumque *conſecrationis* ad *ceremonialem legem*, a qua liberati & ſoluti ſumus, pertinere. Dedicatio illa ſimplex, quæ nudam *deſtinationem publicam* denotat ſignificatque, expeditur concione, hymnis, precibus & actuum ſacrorum adminiſtratione, ſine *unctionibus*, *thurificatione*, *adſperſione aquæ* & *reliquiarum SS.* adhibitione. Recentiſſimum eiusmodi *dedicationis ſimplicis* exemplum ex nouellis publicis referam, qua eccleſia nouiter exſtructa Francofurti ad Mœnum *d.* 10. *Dec.* 1721. ſacris vſibus publice deſtinata eſt:

non dedicatio ſimplex.

Franckfurt vom 12. Decembr. Vorgeſtern iſt die jüngſt-erwehnte Einweihung der St. Nicolai-Kirche vollbracht worden, da Morgens um 8. Uhr, nachdem im Nahmen E. Hoch-Edlen und Hochweiſen Magiſtrats das denſelben præſentirende Scholarchat, ſich in beſagter Kirche eingefunden, und E. Ehrwürdig Miniſterium proceſſions-weiſe ſich dahin verfüget gehabt, der Gottesdienſt mit Abſingung der geiſtreichen Geſänge: **Allein GOTT in der Höh ſey Ehr** ꝛc. und: **Es woll uns GOTT genädig ſeyn** ꝛc. den Anfang genommen, darauf eine ſchöne Muſic unter Trompeten- und Paucken-Schall, und nach deren Endigung vom Herrn D. Pritio eine vortreffliche Predigt über die Worte 1 **Buch Moſ.** 28. v. 17. 18. 19. Wie heilig iſt dieſe Stätte ꝛc. gehalten, auch nach derſelben Beſchluß das Lied: **Nun lob mein Seel den HErrn** ꝛc. geſungen, ſodann hierauf das heilige Abendmahl adminiſtriret, nechſt dieſem die Copulation zweyer verlobten Perſonen verrichtet, und endlich 2. Kinder, ein Knäblein und ein Mägdlein getauft, mithin die Einweihung in aller Andacht vollzogen worden, und ſoll künftig hin alle Freytage und Sonntage nachmittags eine Predigt, und darauf die gewöhnliche Bet-Stunde von denen dazu verordneten Candidatis Miniſterii gehalten werden. Dieſer Einweihungs-

So-

Digitized by Google

Solennität hat der Käyserliche Herr Commissarius und Resident, Freyherr von Wetzel, von Anfang bis zu Ende beyzuwohnen sich belieben lassen.

In hac *dedicatione* præter *concionem*, *hymnos* & *preces*, *sacræ cœnæ* & *baptismi* administratio atque *copula sacerdotalis* factæ sunt, vt destinatio publica statim in actum deduceretur, quamuis hi actus non necessario accedere debeant. vid. STRYK. *ad Brunnem. lib. II. c. 2. §. 3.* & *in vsu mod. ad tit. de rer. diuis. §. 3.* Quin quod ipsemet in dedicatione ecclesiæ Ienensis cuiusdam anno 1693. obseruauerim, hos actus plane non fuisse adhibitos, quod ecclesia dedicanda non esset *parochialis*, sed solis *concionibus funebribus* habendis destinata, adeoque hymnis, precibus & solenni sermone a superintendente B. GOETZIO dicata.

§. XXXVIII. Quartum discrimen respicit vestes, vasa aliaque mobilia ad cultum S. adhiberi solita. Hæc ex disciplina ecclesiæ Romanæ non aliter vsibus sacris applicanda sunt, quam si rite fuerint consecrata, *c. 42. de cons. D. 1.* cuius solennia refert CASTALDVS *in prax. ceremon. lib. 2. sect. 12. c. 2.* Protestantes ne quidem *publicam & simplicem dedicationem* in his desiderant, quin potius ecclesiis oblata ex priuatorum destinatione mox, vbi opus fuerit, eadem ad vsus sacros adhibent. Communiter nostrates asserere solent, duo requiri, vt res tales *sacræ* fiant, 1) *destinationem* ad vsum sacrum, & 2) rei illius ad illum vsum *adhibitionem*, *quæ duo*, ait B. STRYK. *cit. l. si concurrant, res sacra erit; altero deficiente, profanis potius adhuc adscribenda, vel tandem ecclesiastica dici poterit, sola destinatione, vtpote cum ecclesia dominium sine traditione acquirat, l. pen §. 1 C. de SS. eccl. non tamen mox sacra; quippe sola voluntas domini rem sacram facere nequit; sicut ne sola adhibitio ad vsum sacrum, nisi ad illum dominus eandem destinauerit.* Hæc vero verba cum grano salis esse intelligenda arbitror, cum conclamatum sit, rem *sacram* sine *consecratione* concipi & intelligi non posse, quæ cum in his rebus prorsus deficiat, res tales proprie loquendo *sacræ* dici non possunt, eo maxime significatu, quo ecclesia Romana vtitur, vt infra ostendam. Ex *fine* & vsu *sacræ* dici solent in significatu prorsus nouo & peculiari, adeoque magis *quasi sacræ*, vt hactenus quidem, quod semel ad *vsum sacrum perpetuum* sint destinatæ, ad vsus profanos adhiberi non possint, minime tamen dominio & proprietati humanæ exemtæ, vt mox declarabo.

Consecratio etiam extenditur ad vestes & vasa, a qua protestantes abstinent.

An vasa apud nos sacra dici possint?

§. XXXIX.

Digitized by Google

Benedictionem a conſecratione diſtinguunt, quam in cœmeteriis adhibent,

§. XXXIX. Quædam tamen res non *conſecrantur* in eccleſia Romana, ſed *benedictione* quadam, aſperſione *aquæ benedictæ* adhibita, initiantur. Talis *benedictio* ſufficit in cœmeteriis, cuius ritum refert CASTALDVS *cit. tr. lib.* 2 §. II. *c.* 7. quæ etiam ſi polluta ſunt, aquæ benedictæ adſperſione reconciliantur. *c.* 7. *X. h. t.* Inde *iuris epiſcopalis* conſtitutio cœmeterii dicitur, & ad *res religioſas* refertur. Enimuero inter proteſtantes omnis deeſt *benedictio*, ex cuius defectu ad *tit. de ſepult.* obſeruaui, 1) cœmeteria noſtra eſſe res *vniuerſitatis*: 2) ſine conſenſu conſiſtorii erigi poſſe, nec 3) apud nos *iuris epiſcopalis* eius conſtitutionem dici poſſe, niſi ſine iudicio iuris canonici concluſionem applicare velimus.

& campanis, quam baptiſmum dicunt.

§. XL. *Campanæ* quoque initiantur ſolenni *benedictione*, quamvis magis ad *conſecrationem* inclinare videatur, cum non tantum per *oleum* catechumenorum *ſeptem cruces*, ſed præterea etiam quatuor cruces cum *chriſmate* ſuper campanam efformandæ ſint. Præcedit tamen *ſolennis lotio* campanæ, mediante aqua benedicta, quam vulgo *baptiſmum* vocare ſolent. Olim vel hæc *lotio* ſufficiebat, nec vbique vſitata erat. Colligo id ex LETARDO, ſcriptore ſec. X. *de miracul. S. Maximin.* relata a MABILLONIO in *act. Benedict. ad ſec. I. p.* 598. *n.* 33. vbi de ANNONE abbate Miciacenſi hæc habet: *Venerabilis Anno abbas, cui in memoriis piorum maxima portio eſt, ſignum vſibus eccleſiæ præparari iuſſerat, quod* SECVNDVM QVORVNDAM MOREM *baptizatum & ſuper tectum eccleſiæ eleuatum eſt.* Iam *ſeculo VIII.* vſum aliquem huius baptiſmi obtinuiſſe, colligo ex capitulari CAROLI M. de *anno* 789. *c.* 18. apud BALVZIVM *tom. I. capitul. p.* 244. quo cautum: *vt clocas non baptizent.* Particularem hunc morem præſertim in monaſteriis, vnde tanquam ex equo Troiano omnis ſuperſtitionum moles prodiit, obtinuiſſe, non vero *vniuerſalem* fuiſſe, credere par eſt, quia alioquin, ceu nouus mos, haud prohibitus fuiſſet. Enimuero non tam facile *ſuperſtitio* eradicari poteſt, quæ vt plurimum latius ſerpit & vires pedetentim aſſumit, vt tandem vniuerſam inficiat eccleſiam, id quod vel hæc *lotio* docet. Non negant antiſtites eccleſiæ Romanæ, in hac præcipuas, quæ in *baptismo puerorum* obſeruantur, obſeruari ceremonias, vt *lotionem*, *unctionem* per *oleum catechumenorum* & *chriſma*, item *nominis* impoſitionem adhibitis *patrinis*, quamuis tamen hunc baptismum ſeparent ab eo, qui infantibus confertur in remiſſionem peccatorum. vid. MARTENIVS *tom. II. de antiq. eccl. ritib. lib.* 2. *c.* 21. *p.* 368. DU SAVSSAY de *pano-*

Digitized by Google

noplia ſacerdot. P. II. lib. 2. art. 22. Interim non leuis baptiſmi abuſus eſt, quod eadem forma, qua pædobaptismus, peragatur. Si ſimplex eſt *benedictio*, quare nominis impoſitio? quare totalis lotio, vnctio aliaque? in quem finem patrini adhibentur? cur *baptiſmi* appellatio actui impoſita? Neque enim hæc ab heterodoxis originem trahit, vt quidam volunt, ſed ex antiquis rerum argumentis. Denique ſi ex *vulgi nugis* nata eſt, quod *du* SAVSSAY *cit. l. p.* 607. credit, cogitandum erat, anſam huic opinioni datam fuiſſe, eamque promotam ab iis, qui huius ſuperſtitionis a CAROLO M. reprobatæ auctores fuere. Ceterum iam ſeculo X. *nominis impoſitionem* fuiſſe vſitatam, colligo ex auctore *vitæ S. Turketuli abbatis Crulandenſis* apud MABILLONIVM *in actis Benedict. ad ſecul. V. p.* 519. vbi hæc occurrunt: *fecit fieri duas magnas campanas, quas Bartholomæum & Bettelinum cognominauit, & duas medias, quas Turketulum & Talwinum vocauit, & duas minores, quas Pegam & Begam appellauit.* De *patrinis*, qui magno numero quæſtus cauſa rogari ſolent, ſingularia quædam obſeruat FABRICIVS *in bibliograph. antiq. p.* 391. Ipſa ſolennia huius *baptiſmi* ſeu *benedictionis*, vt quidam loqui tutius amant, referuntur in *pontif. Rom. P. I. tit. de bened. ſign. vel camp. p.* 515. (conf. CASTALDVS *in prax. cerem. lib. 2. ſect. 12. c. 5.* MARTENE *cit. l. p.* 370. *ſqq.*) quæ non repetam, ne nimis me in hoc gurgite diffundam, præſertim cum noſtræ eccleſiæ huic abuſui iuſtis de cauſis repudium miſerint, indeque apud nos non in eundem cenſum campanæ referendæ ſint, vt ſuo loco indicabo. conf. HOSPIN. *de orig. templ. lib. IV. c.* 9.

§ XLI. Ad *ſimplicem benedictionem* magis accedit ille ritus, qui circa *initiationem* plurimarum rerum adhiberi ſolet. Omnia cum *gratiarum actione* & *benedictione* eſſe auſpicanda & ſuſcipienda, verbum divinum iniungit ſingulis; aſt illa ipſa *priuatam* ſingulorum *deuotionem pietatemque* duntaxat denotat, non *ſacerdotalem* quendam *actum*, ſingulari quodam ritu peragendum. Interim poſtquam pleraque *pietatis* exercitia in monopolium cleri tranſiere, vnde laici illa redimere, vel vt mollius dicam, petere debuerunt, *benedictio ſacerdotalis, epiſcopalis* & *papalis* plura noua inſtituta introduxit, & in immenſum auxit numerum, quorum primarias ſpecies recenſent ANDREAS *du* SAVSSAY *in panopl. ſacerdot. lib. II. c.* 1. *ſqq.* & MARTENIVS *tom. III. de antiq. eccleſ. rit.* Primarium harum *benedictionum* cum ſingulari efficacia fundamentum *du* SAVSSAY conſtituit *c.* 3. *in ſacerdotio ſummo* & *pontificali poteſtate*, cui etiam in *veteri fœdere* ius *benedicendi* cohæſit, vt vel *formula Aaronitica* indicat, quod plenius illuſtratum eſt in diſſert. ſub

Benedictionum primæua ratio,

Digitized by Google

præſ. Dn. GODOFR. LVDOVICI MENCKEN. *de eo, quod iuſtum eſt circa ritum & formul. Aaronit. in eccleſia benedicendi* §. 5. Vnde ſine dubio factum, vt olim *epiſcopi* primarias *benedictionum* ſpecies peregerint, quæ tamen pedetentim quoad maximam partem communicatæ ſunt *presbyteris*, vt benedictio catechumenorum, infantum baptizandorum, energumenorum, pœnitentium, coniugio copulandorum, totius populi finita miſſa per *formulam Aaroniticam*, infirmorum &c.

epiſcopis vindicata,

§. XLII. Verum huc potiſſimum pertinent res, *benedictione epiſcopali* præuia initiandæ, per quam ſingularis *virtus* & *efficacia ſpiritualis* illis imprimi creditur, in quarum cenſum (I) referri debet *benedictio aquæ baptismalis*, de qua IOSEPHVS VICECOMES *in eccleſ. obſeruat. c. XIV. ſq.* plena manu agit. (II) *Benedictio aquæ ſale conſperſæ*, quæ in ſingulis eccleſiis populo proponitur, vt huius adſperſione perfrui poſſint, vulgo Weihwaſſer, quem ritum quilibet presbyter etiam peragit, de quo vid. du SAVSSAY *cit. l. p.* 564. (III) *Benedictio ſalis*, qui in os catechumeni mox baptizandi inſerendus eſt, de qua IDEM *cit. l. p.* 566. tradita eccleſiæ Romanæ enarrat. (IV) *Benedictio ignis paſchalis*, Oſterfeuer, cuius ritum recentiſſimum refert IDEM *cit. l. p.* 569. Nec hic ritus in totum eliminari potuit in terris proteſtantium, cum hinc inde ruſtici in agris tales *ignes paſchales* accendere ſoleant; ſed ex ſolo more, ſine peculiari ſignificatione. (V) *Benedictio incenſi* in thuribulo imponendi, cuius vſus in eccleſia Romana ampliſſimus eſt, vt IDEM *cit. l. p.* 570. declarat. (VI) *Benedictio ſymbolorum euchariſticorum*, qua etiam proteſtantes vtuntur; ſed non eadem ſignificatione, cum apud catholicos hæc magis *conſecrationi* accedat, adeoque ſecundum eorum ſententiam a reliquis ſpeciebus admodum diſtingui debeat. (VII) *Benedictio vini*, *lactis & mellis*, recens baptizatis dari ſolitorum, de qua agit IDEM *cit. l. p.* 575. (VIII) *Benedictio olei*, cuius varium vſum recenſet IDEM *cit. l. p.* 577. (IX) *Benedictio cerei parochialis*, de qua IDEM *p.* 579. aliorumque *cereorum* & *candelarum*, de qua *p.* 583. (X) *Cinerum*, de qua *p.* 586. (XI) *Palmarum* ſeu *ramorum*, de qua *p.* 589. (XII) *Agni* in paſcha, de qua *p.* 593. (XIII) *Ouorum* in ſolennitate paſchali, vulgo Paſch-Eyer, de qua *p.* 594. (XIV) *Benedictio vuæ*, *fabæ*, *frumenti & nouarum frugum*, quam IDEM *cit. l.* illuſtrat. (XV) *Quorumcunque comeſtibilium*, ne dæmones aliquid poteſtatis ſibi in ea vſurpare poſſint, quippe qui terrentur fugantiurque tali ritu, vt credit IDEM *p.* 596. (XVI) *Menſæ* vel conuiuii, cui intereſt presbyter, de qua IDEM *p.* 597. *ſqq.* (XVII) *Segetum & vinearum benedictio* ſolenni

eum ſingulari virtute,

quarum ſpecies ſigillatim recenſentur.

habita

habita proceſſione cleri & populi, de qua IDEM *p.* 600. (XVIII) *Noui putei*, de qua *p.* 601. (XIX) *Noua domus*, cuius rationes peculiares euolvit IDEM *cit. l. p.* 602. (XX) *Nauis*, vt per vndas ſecundis ventis ruat. vid. IDEM *p.* 605. (XXI) *Thalami coniugalis*, de qua IDEM *p.* 608. (XXII) *Sepulchri*, cuius ritum & rationem IDEM tradit *p.* 610. *ſeqq.* (XXIII) *Turris*, de qua agit MARTENE *cit. l. p.* 372. (XXIV) *Armorum*, *enſis*, *pilei* & *vexilli bellici*, de cuius ritu agit CASTALDVS *in praxi ceremon. lib. II. ſect.* 12. *c.* 4. & ego ediſſerui in *diſſ. prælim. de iure clericorum militari* ad tr. filii ſecundo geniti de *iure militum eccleſiaſtico.* Denique ſupereſt, vt ait SAVSSAY *cit. l. p.* 612. (XXV) Benedictio *quarumcunque rerum*, ad hominum ſubſidium vtilium, quarum in cenſum refert MARTENIVS *cit. l. p.* 378. *ſqq. benedictionem ſcriniorum*, *baculi* & *perae peregrinorum*, *retis* &c. quæ omnia referre nimis longum foret.

§. XLIII. Quintum diſcrimen effectum *conſecrationis* tangit ſimulque oſtendit, qua ratione res *ſacratae* a *benedictis* differant. Per *conſecrationis* ritum rem *ſacram* ſpeciali in ſenſu fieri, *diuina* quadam *virtute* imbutam, & propterea *iuris diuini*, omni commercio humano prorſus exemtam, panegyriſtae *conſecrationum* oſtendunt, inter quos primatum gerit BELLARMINVS, vt docet HOSPINIANVS *de templ. lib. IV. c.* 11. *in f.* Nec enim diuerſum de *rebus ſacratis* ſenſum habere poſſunt, quam quem *iudaei* & *gentiles* habuere, cum eandem agnoſcant neceſſitatem. Iam tempore IVSTINIANI hæc de *rebus ſacratis* ſententia erat nota, inde eccleſiae *ſacroſanctae* dicuntur, & templa atque altaria *nullius* & *iuris diuini.* Hoc patronorum huius ſententiae præſidium admodum extollit. P. BENEDICTVS SCHMIER. *in tr. de SS. eccl. P. I. diſſ. III. n.* 18. aiens; *ſi aduerſarios reſponſum petere non pudeat, examinandi & interrogandi ſunt, vtrum titulus de SS. eccleſiis inueniatur in Codice nec ne? Si inueniatur, an forte ſit expungendus & titulus de ſtabulis in locum expuncti ſubrogandus? Quare non etiam ipſum cœtum ad æqualitatem cum ceteris locis deprimunt? Principis terreni palatium ſupra vulgaria loca & tecta venerantur atque extollunt, & templa Dei omnipotentis cum caſis & tuguriis exæquata volunt. Quanta impudentia & cœcitatis miſeria.* Iratus fuit homo, dum hæc ſcriberet, & per ipſam iram & impudentiam occœcatus. Argumentum, quo vtitur, nos ferire videtur, ſed inſignem ignorantiam elenchi commitit. Non in quæſtione eſt, annon *veneratio* aliqua loco debeatur, ideo, quod vſibus ſacris deſtinata ſit, vt interim, dum his vſibus deſtinata

Conſecratio facit res ſacras, iuris diuini & nullius, quod ſententia Schmierii refertur, quae ſub examen reuocatur,

Digitized by Google

Veneratio externa ecclesiis attribuitur,

est, aliis vsibus profanis absque *violatione decori* adhiberi nequeat? Id etiam fatentur protestantes, & eo respectu insignem differentiam constituunt inter *stabulum* & *ecclesiam*, quam SCHMIERVS animaduertere non potuit, quia protestantium scripta haud euoluit, vel si euoluit, dissimulare scienter veritatem maluit, quam sincere agere. Audiat ZIEGLERVM *ad Lancellott. lib. 2. tit.* 18. §. 12. quem sine dubio in manibus habuit; *Effectus dedicationis, si quem peculiarem habet, est externa & ceremonialis sanctitas seu separatio huius loci ab vsu communi & profano ad vsum sacrum & ecclesiasticum publica magistratus auctoritate & communi ac solenni totius ecclesiæ consensu sancita.* Non negamus, principum palatiis deberi *sanctitatem externam;* nec negamus, *oratoriis* vel *ecclesiis*

non interna sanctitas.

sanctitatem talem & venerationem deberi *externam*, quæ non debetur stabulis, hortis aut priuatis ædificiis. Ast id quæritur, an ecclesiæ *interna sanctitate* vel *superstitiosa* polleant, vt *sanctificandi vim virtutemque* habeant, & templum ita consecratum *diuina* quadam *virtute*, *diuina efficacia* præditum existimari debeat? Iam respondeat SCHMIERIVS. Verum tacet, & ne quidem effectum *consecrationis* ex mente suæ ecclesiæ tangit aut explicat, quod insignem negligentiam inuoluit. Hanc *vim diuinam*, quam *vnctio* ecclesiis altaribusque tribuere creditur: hanc *diuinam virtutem internam*, quæ consecratis lapidibus inesse creditur ex virtute *olei*, *chrismatis*, *aquæ benedictæ*, & *carminum consuetorum*, ignoramus, negamus & ad *superstitionem* referimus, nec *characterem* quendam *indelebilem* rebus consecratis inesse credimus. Titulus de *SS. ecclesiis* lippis & tonsoribus notus est, sed parum hæc applicatio facit pro sententia SCHMIERII, ad minimum intuitu protestantium, tum quod IVSTINIANI auctoritas in rebus huius farinæ nihil euincat, cuius tempore abusibus & superstitione infecta erat ecclesia, vt vel libelli CORVINI & ARYSSEL. *de Iustiniano catholico* docent, tum etiam, quod a *dici* ad

Ieiuna Schmierii argumentatio.

esse non valeat consequentia. Quid si SCHMIERIVS assereret, imperatoribus minus recte tribui NVMINIS prædicatum, & rescriptis *verbi diuini* prædicatum? Crederem, eadem argumentandi argutia SCHMIERIVM redargui posse: *si aduersarium hoc negare non pudeat, examinandus & interrogandus est, vtrum l. 2. C. de mand. princ. l.* II. *C. de SS. eccl. & l.* 34. *C. de appell. cum similibus inueniantur in Codice nec ne? si inueniantur, an forte hæc prædicata sint expungenda. & in locum eorum alia substituenda,* v. c. *nostræ humilitatis* &c.

§. XLIV.

Digitized by Google

§. XLIV. Ex hac ſuppoſita *ſanctitate interna* peculiares fluunt effectus, quæ veram eius rationem declarant. (I) Quod non aliter valide facta exiſtimari debeat, niſi ab iis, *qui fidem ſacroſanctæ trinitatis tenuerunt*, *c.* 3. *inf. D.* 68. quod formula: *in nomine patris & filii & ſpiritus S.* ſit eius de eſſentia, adeoque *Arrianorum* conſecratio, quæ ſit ſub hac formula: *in nomine patris per filium, in ſpiritu ſ.* nullam diuinitatem loco conciliet *c.* 21. & 22. *de conſecr. D.* 1. (II) Quod conſecratio reiterari haud debeat, quia *characterem indelebilem* imprimit, vnde communiter *irreiterabilitatem* actus ſacri colligunt. Huc collineare videtur philoſophia *c.* 3. *D.* 68. & *c.* 20. *de conſecr. D.* 1. admodum craſſa: *quia ſicut infans a qualicunque ſacerdote in nomine patris & filii & ſpiritus S. ſemel baptizatus non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dicatus eſt iterum conſecrandus.* Mirum ſane, quod *conſecrationem* hanc inter *ſacramenta* proprie dicta non retulerint. Admittunt tamen conſecrationem, ſi de illa dubium incidit, *c.* 18. *de conſ. D.* 1. quia non cenſetur reiteratum, quod neſcitur factum, *c.* 16. *eod.* de quo caſu proteſtantes nullam mouent quæſtionem, ſi ad vſum ſacrorum iam reapſe applicata fuerit eccleſia. (III) Quod pro pretio conſecratio fieri nequeat, quippe quæ ſimoniaca, & eccleſia magis *execrata* quam *conſecrata* dicenda foret, vt dicitur in *c.* 11. *C.* 1. *q.* 4. Sponte, ſine præcedente pacto oblata, honeſte & ſine peccato accipi poſſunt. *c.* 1. *C.* 1. *q.* 2. (IV) Quod per conſecrationem res *nouam gratiam* & *indolem* accipiant, quia conſecratio dicitur *ſanctificationis ſeu gratiæ collatio c.* 24. *de conſ. D.* 1. id quod ex patribus probat IO. DARRIS ad *D.* 1. *de conſecrat. p.* 426. Addit ſatis optime ad mentem Romanæ eccleſiæ: *Nam, vt ait Burchardus lib. IV. vt homo ſpiritu gratiæ in melius mutatur & longe aliud quam erat, efficitur; ſi enim ars multa poteſt, quæ in aliquo genere naturam etiam ſuperat; quid non faciet gratia, quid non faciet benedictio atque conſecratio? ea ſane res innouat, vt Chriſtus nos innouauit.* Ira ergo *conſecratio* innouat rei *ſubſtantiam:* aliam facit: eius *naturam* immutat, vt *ſpiritualis divinaque* facta cenſeatur, quæ ante erat *humana & profana.* Pari modo & gentiles ſuas rationes ſubduxere: minime proteſtantes, & hoc ipſum eſt, quod contra SCHMIERIVM ante obſeruaui. Conf THOMAS *de iur. princ. circ. adiaph. c. II. §.* 8. *in f.* (V) Quod noua conſecratio ſit neceſſaria, ſi res ſacra vel in totum vel quoad maximam periit partem, quia qualitas non poteſt ſupereſſe, re exſtincta, veluti ſi igne conſumta fuerit. *c.* 20. *de conſ. D.* 1. Altare denuo conſecrandum eſt, ſi lapis, qui

Effectus interna ſanctitatis,
(1) quod Arriani conſecrare non poſſint,
(2) quod reiterari non debeat conſecratio.
(3) quod pretium reſpuat.
(4) quod res conſecrata nouam virtutem accipiat,
(5) quod re deſtructa noua conſecratione opus ſit,

Digitized by Google

qui *ſigillum* continet, confractus eſt, quia, vt ſupra dictum, primaria conſecrationis ratio applicatur *lapidi ſuperiori*, quo totum obtegitur altare. *c.* 1. X. *h. t.* Ceterum ſi parietes eccleſiæ in ſua integritate permanſerint, licet forſan *nouum tectum* eccleſiæ impoſitum, conſecrari denuo haud debet, *c.* 6. *X. h. t.* quod ad *parietes* conſecratio potiſſimum applicatur. Quid ergo ſi eccleſia per ſoculum & vltra ſine tecto fuiſſet, poſtea autem, parietibus ſaluis, in priſtinum reſtitueretur ſtatum, cultui diuino rurſus applicanda? Negarent ſine dubio catholici, denuo conſecrandam eſſe eccleſiam; aſt vero proteſtantes nullum mouebunt ſcrupulum, ſed de nouo *dedicabunt* ſolennitate quadam eam eccleſiam, ſacris reſuſcitatis.

quod ſit differentia inter oratorium & eccleſiam, (6) (VI) Quod in eo differentia quæratur inter *oratorium* & *eccleſiam*, cum illud quilibet in ſua domo habere poſſit, vt ibi oret, nec *conſecratione* indigeat, *c.* 33. *de conſecr. D.* 1. prout ſupra *tit.* 37. plenius explicatum. Quod ſi tamen *conſecratum*, tunc etiam permiſſum eſt, S. euchariſtiam ibidem adminiſtrare cum conſenſu epiſcopi. *c.* 34. *ſq. de conſ. D.* 1.

quod patronus nullum dominium in eccleſia conſecrata retinere dicatur, (7) §. XLV. Sunt præterea alii *conſecrationis* effectus, qui itidem magni eſſe cenſentur momenti. Huc pertinet (VII) quod patronus nullum amplius *dominium* in eccleſiam fundatam & conſecratam habere credatur, quodque *ius patronatus* in ſimplici *præſentatione*, non vero *inueſtitura* vel *inſtitutione* conſiſtere credatur. Contrarium ex argumentis ſtringentibus aſſerui ad tit. *de iure patron.* oſtendique, ius patronatus in ſe continere *dominium directum* cum iure *inueſtiendi*, & olim hoc ius ſaluum integrumque patronis fuiſſe. Aſt *conſecrationis* paulisper ad gentilium inſtituta effigiatæ conceptus nouas quotidie atque inuſitatas produxit ſententias. Seculo XI. in fauorem GREGORII VII. & ſucceſſorum, qui HENRICO IV. de *inueſtitura per annulum & baculum* litem mouerunt, PLACIDVS NONANTVLANVS librum de *honore eccleſ.* conſcripſit, editum a BERNARDO PEZIO, eruditiſſimo Benedictino, *tom. II. theſ. anecdot. P. II. p.* 74. qui totus in eo eſt, vt omne omnino ius laicis in eccleſias eiusque acceſſoria, ex principiis Hildebrandinis, deneget & abiudicet. Ait *c.* 7. *quod ſemel eccleſiæ datum eſt, in perpetuum Chriſti eſt, nec aliquo modo alienari a poſſeſſione eccleſiæ poteſt, vt etiam idem ipſe fabricator eccleſiæ, poſtquam eam Deo vouerit & conſecrari fecerit, in ea deinceps nullum ius habere poſſit. Non enim per eum ordinari, non inueſtiri vlterius poteſt.* Trahit etiam *c.* 43. argumenta de antiquo fœdere, quo *conſecratio* proprie dicta ex peculiari Dei præcepto recepta erat. Loquitur vero de *immobilibus*

præ-

Digitized by Google

præcipue hoc modo: *Omne, quod ſemel Deo offertur, in perpetuum eius iuri mancipatur. Sic enim & S. Moyſes in Leuitico ait: omne, quod domino conſecratur, ſiue homo erit, ſiue animal, ſiue ager, non vendi nec redimi poterit. Quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit domino.* Vlterius *c.* 68. explicat euoluitque notionem *inueſtituræ*, & inde colligit, res conſecratas earumque acceſſoria ſub illam non cadere. Ait: *Inueſtitura ideo dicitur, quia per hoc ſignum, quod noſtri iuris eſt, alicui nos dediſſe monſtramus. Quod enim noſtrum eſt, cum alicui ex noſtra parte ad poſſidendum concedere volumus, eum exinde inueſtiri curamus, ſignificantes videlicet, & hoc ſigno illud, quod damus, nobis iure competere, & illum, qui accipit, quod noſtrum eſt, per nos poſſidere. Ipſo itaque nomine, quantæ impietatis ſit, ſanctuarium Dei inueſtire deſiderare, apertiſſime comprobatur.* Neque vero tantum hæc ſententia ipſis *eccleſiis conſecratis* applicata eſt, ſed præterea ad earum patrimonium extenſa, vt ab omni *ciuilis poteſtatis* imperio eximeretur, & prorſus *immunis* eſſe crederetur, vt infra *tit. XLIX. de immunit. eccleſ.* plenius demonſtrabitur, oſtendeturque, olim talem *immunitatem fictam* de iure diuino rebus eccleſiaſticis haud competiiſſe.

§. XLVI. Inde vero porro (VIII) inferunt, ne quidem cœmenta & rudera eccleſiarum deſtructarum ad vſus vulgares adhiberi poſſe, quod his etiam virtus quædam diuina adhuc inſit. Euidens huius ſententiæ teſtimonium occurrit in *c.* 38. *de conſecr. D.* 1. huius tenoris: *Ligna eccleſiæ dedicatæ non debent ad aliud opus iungi, vel igni ſunt cumburenda, vel ad profectum in monaſterio fratribus: in laicorum vero vſum non debent admitti.* Verba hæc non HYGINI, ſed *impoſtoris* eſſe, nemo dubitabit; interim eccleſiæ Romanæ ſenſum apprime indicant, quorſum etiam PSEVDO-CLEMENTIS doctrina in *c.* 39. *ibid.* pertinet: *Altaris palla, cathedræ, candelabrum, & velum, ſi fuerint vetuſtate conſumta, incendio dentur, quia non licet ea, quæ in ſacrario fuerint, male tractari; ſed incendio vniuerſa tradantur. Cineres quoque eorum in baptiſterium inferantur, vbi nullus tranſitum habeat: aut in pariete, qui in foſſis pauimentorum iactentur, ne introëuntium pedibus inquinentur.* Hac ſcrupuloſa induſtria præcauere voluerunt, ne rudera rerum ſacrarum, ob *characterem indelebilem*, in vſus profanos applicarentur. Enplus quam iudaicam ſuperſtitionem!

(8) quod rudera eccleſiarum adhuc ſacra eſſent,

§. XLVII. Hæc ratio conſecrationis (IX) hunc quoque effectum produxit, quod ſacrata vaſa non niſi a ſacratis perſonis, non vero a laicis, impuris, profanis, (quæ ſynonyma ſunt) tangi debeant. Tenor huius

(9) quod laici ſacra tangere non audeant,

Digitized by Google

huius ſententiæ adſcribitur SIXTO in *c.* 41. *de conſecr. D.* 1. *In ſancta hac apoſtolica ſede ſtatutum eſt, vt ſacra vaſa non ab aliis, quam a ſacratis, dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valde eſt, vt ſacra domini vaſa, quaecunque ſint, humanis vſibus ſeruiant, aut ab aliis, quam domino famulantibus eique dicatis tractentur viris: ne pro talibus præſumtionibus iratus dominus plagas imponat populo ſuo, & hi etiam, qui non peccauerint, mala patiantur, aut pereant, quia perit iuſtus ſæpiſſime pro impio.* Tam indigni cenſentur laici, qui ne quidem ſacra vaſa, multo minus hoſtiam conſecratam, manibus tangere audeant, quod tamen non vbique & omni tempore creditum fuit, vt ad *tit. de celebrat. miſſ.* oſtendendum erit. Idem euincit pontifex in *c.* 42. *de conſecrat. D.* 1. vbi argumentum ex veteri fœdere adductum eſt, vt ſtatum eius cum omni iugo Leuitico prorſus reuixiſſe crederes.

(10) quod polluta eccleſia reconcilianda ſit.

§. XLVIII. Denique (X) vltimus & primarius, qui ex *ſanctitate illa interna* fluit, effectus concernit *pollutionem*, die Entweihung, & *reconciliationem* eccleſiæ, de qua agunt pontifices in *c.* 4. 7. 9. *X. b. t.* & PETRVS FRANCISCVS PASSERINVS *de pollut. eccleſ.* Ampliſſimum in hac materia reperiunt campum doctores catholici, in quo ſubtiles vires ingenii exercere poſſint. Ego vero tantum ſumma huius thematis tangam capita; cum magis *luſum quendam* quam *rei veritatem* hic agnoſcere videantur ipſi interpretes. *Moralem* quandam *maculam* per *pollutionem* rebus ſacris imprimi aſſerunt, magis tamen ex hominum *opinione*, quam rei *veritate*. Quæ ſancta ſunt, coinquinari non poſſe, aiunt; *nihil enim eſſe ſanctum, ſi incorrupta ipſa ſanctitas pollueretur*, vt ait PASSERINVS *cit. tr. diſp.* 1. *c.* 7. *n.* 1. Quid vero eſt *incorrupta ſanctitas* aliud, quam *character* quidam *indelebilis* rebus ſacratis impreſſus? Rectius forſan iudicarent, meo iudicio, interpretes, ſi, ſuppoſita ſanctitate loci, *pollutionem* conſtituerent in *iniuria* loco illata, læſaque *veneratione externa* loco debita. Enim vero id forſan conceptum *pollutionis* non exhauriret, cum cœmeteria per illationem *excommunicati* polluta cenſeantur, *c.* 7. *X. b. t.* quod absque intentione loco inferendi iniuriam ſanctitatemque lædendi fieri potuit, quam tamen omnis *iniuria* deſiderat. Et tamen ipſimet *moralem*, vel potius *imaginariam*, quam fingunt, *maculam* definire, aut diſtinctum conceptum nobis ſuppeditare non poſſunt. Poteſt ſecundum canoniſtas eccleſia *violari*, vt tamen non *polluatur*, licet vice verſa *pollutio* ſit etiam *violatio*, quod PASSERINVS *diſp.* 1. *cit. tr. c.* 3. declarat,

Quid pollutio?

Quid violatio eccleſiæ?

Digitized by Google

clarat. Poteſt porro eccleſia *profanari*, quatenus totalem *deſtructionem qualitatis ſacræ* denotat, vt tamen proprie non polluatur, EODEM obſeruante *diſput.* I. *c.* 6. Dicam paucis quid ſentiam. Loco ſacrato *interna ſanctitas*, ſubſtantiam rei *mutans innouansque*, ineſſe creditur, prout antea demonſtraui. Hæc *interna ſanctitas*, quæ totam permeat ſubſtantiam, *maculâ quadam* adſpergi poteſt vel adſpergi dicitur, adeo vt id ipſum citra omnem culpam hominis fieri poſſit, vt fatetur PASSERINVS *cit. tr. diſp.* I. *c.* 9. *n.* 3. id quod inſignem arguit ſuperſtitionem, non aliunde quam ex doctrina, de *intrinſeca ſanctitate*, ortam. Nos *externam* loco deberi *ſanctitatem* fatemur, quæ ſubſtantiam parietum & lapidum non permeat, atque hæc poteſt lædi per homines peſſimos. Sicuti vero *loco* inde nihil decedit; ita id vnice nobis curæ cordique eſt, vt temeritas talis iuſtis coërceatur pœnis. At vero qui *pollutionem* & *ſuperſtitioſam expurgationem* introduxere, id intendiſſe mihi viſi ſunt, vt idolum templorum rerumque ſacrarum hominum mentibus eo magis imprimerent commendarentque, imo vt *terrorem panicum* iis iniicerent, quos hoc luſu in officio egregie continere poſſunt, vt non diffirentur PASSERIN. *cit. tr. diſp.* I. *c.* 7. *n.* 2. & DVRANDVS in *ration. offic. diu. lib. I. c.* 6. *n.* 44. Quid profanatio.

§. XLIX. Polluitur autem eccleſia non per quoslibet actus malos, ſed illos tantum, quos conſtitutiones eccleſiaſticæ huc retulerunt. Huc pertinent (1) *homicidium* in loco ſacro commiſſum: *c.* 4. *X. h. t. c.* 19. *de conſ. D.* I. (2) *adulterium* in eo perpetratum: *cit. c.* 19. *c.* 5. *X. de adult.* (3) *vulneratio* cum *ſanguinis* effuſione: *c.* 20. *de conſ. D.* I. *c. vn. de conſecr. in* 6. (4) *effuſio* vel eiaculatio *ſeminis*: *c.* 20. *cit. c. vn. c. ſ. X. h. t.* (5) *ſepultura excommunicati* vel *pagani. c.* 7. *X. h. t.* Fuſiſſimus admodum & ſubtiliſſimus eſt PASSERINVS in his caſibus explicandis, quos per *diſput. V. VI. VII. & VIII.* plena manu, imo ad tædium nauſeamque vsque explicat. Quomodo polluatur eccleſia?

Ipſa *expurgatio* ſeu *reconciliatio ſit per aquam cum vino & cinere benedictam c.* 4. & 7. *X. h. t.* ab epiſcopo ſacris indu-to, variis adhibitis aliis ſolennibus carminibusque. Ordinem procedendi hodiernum in *reconciliatione* ex præcepto curiæ Romanæ, tradit *pontificale Roman. P. II. ſubtit. de eccleſ. & cœmet. reconcil. p.* 474. & ex eo CASTALDVS *in pr. ceremon. lib. II. ſect.* 13. *c.* 3. Ordinem veterem in *reconciliandis eccleſiis* obſeruandum ex antiquis ritualibus tradit EDMVNDVS MARTENE *tom. III. de antiq. eccleſ. ritib. lib. II. c.* 15. *p.* 333. *ſqq.* Hæc *reconciliatio & expurgatio* vel *mundatio* vt vocatur in *c.* 27. *de conſ. D.* I. in tantum neceſſaria creditur, vt, pollutione nondum deleta, Reconciliatio per aquam benedictam.

Effectus pollutionis.

leta, interſtitium ſacrorum inducatur in eccleſia, & in cœmeterio interim nemo ſepeliendus ſit; *c. 27. ſq. de conſecr. D. I. c. 18. de ſentent. excomm. in 6. c. vn. h. t. in 6.* imo *luctus* quaſi *publicus* indicitur, dum *diuinæ laudis organa* interim ſuſpendenda ſint, vt dicitur in *c. ſ. X. h. t.* quin & alia *luctus eccleſiaſtici* indicia, ſupra *tit. de iure patron. §. 133. p. 549.* tradita, ſumenda, vt præter teſtimonia *cit. l.* adducta illuſtrat MATTHAEVS *Pariſ. in hiſtor. Angl. ad ann. 1172.* Diffundit ſe rurſus, pro more, late in hac materia PASSERINVS *cit. tr. diſp. IX.* quia adiri poteſt ab eo, qui has nænias amat.

Altaria etiam ſeorſim conſecrantur.

§. L. Speciatim quoque *h. t.* agitur de *conſecratione altarii*, quippe quæ vel ſimul cum *dedicatione ſolenni* eccleſiæ perficitur, vel *ſeorſim* inſtituitur, cum non tantum altaria *extra eccleſiam* nonnunquam erigi ſoleant, ſed etiam non raro contingat, vt in iam conſecrata eccleſia *noua altaria* erigantur. Vnde peculiares ritus ſunt præſcripti in conſecratione altaris *ſeorſim* ab eccleſia facta, quos enarrat CASTALDVS *lib. II. prax. cerem. ſect. XIII. c. 9.* quamuis qui in *conſecratione eccleſiæ* circa altare *ſpeciatim* adhiberi debent, hic quoque obſeruandi ſint, vt non neceſſe ſit, eosdem repetere. De *ordine antiquo* ſeorſim conſecrandi altaria agit EDMVNDVS MARTENE *tom. III. de antiq. eccleſ. rit. c. 16. p. 340.* & inter noſtrates GOTHOFREDVS VOIGTIVS *de altari c. II.* atque B. SLEVOGT *de iure altarium.* Effectus *benedictionis* idem eſt, quem in *conſecratione eccleſiæ* conſtituunt, quamuis olim ab hac ſententia alieni fuiſſe videantur patres. Ad minimum GREGORIVS NYSSENVS *lib. de baptiſm. ſecul. IV.* ſanioribus adhuc principiis inſtruxit orbem chriſtianum, dicendo: *Altare hoc ſanctum, cui aſſiſtimus, lapis eſt natura communis, nihil differens ab aliis cruſtis lapideis, ex quibus parietes noſtri exſtruuntur & pauimenta exornantur, ſed quoniam Dei cultui conſecratum atque dedicatum eſt, ac benedictionem accepit menſa ſancta, altare immaculatum eſt, quod non amplius ab omnibus ſed a ſolis ſacerdotibus iisque venerantibus contrectetur.* Dicitur ergo ex mente NYSSENI altare *ſanctum* ex *deſtinatione* ſolenni ad rem ſanctam & ipſo *vſu*, quo ipſo tamen ſubſtantia lapidum non mutatur, nec eam *ſanctitas* vel *qualitas diuina* permeat, vt poſtea orbi credulo imponi cœpit.

Effectus huius conſecrationis.

Neceſſariam eſſe hanc conſecrationem ſtatuunt

§. LI. *Conſecrationem altarium* eo magis neceſſarium arbitrantur, quod nec iudæi nec gentiles aras absque *vnctione* & *ſolenni luſtratione* ſacrificiis adhibere potuerint. Cum vero etiam in nouo fœdere *ſacri*

Digitized by Google

crificium proprie dictum Deo offerendum esse persuasissimum habeant, necessum quoque fuit, altarium consecrationem *simpliciter* inculcare & asserere. Ita ex corrupta doctrina de SS. eucharistia plures erroneæ & infectæ secutæ sunt conclusiones. Sicuti vero apostoli in sacræ cœnæ administratione nullum vnquam *sacrificium* agnouere, sed, prout in *diss. IV. iur. eccl. antiq. ad Plin. & Tertull. §. XI. sqq.* obseruaui, ad instar *postcænii*, agapis finitis, eam celebrarunt, quod etiam PAVLVS I *Cor. XI.* indicat; ita nec *aras* nec vllum alium *sacrificii* apparatum requisiuerunt aut adhibuerunt. Communibus iisdemque, quas *agaparum* gratia strauerant, *mensis* eademque appellatione vtebantur. I *Cor. X*, 21. IGNATIVM quidem *in epist. ad Philadelph. altarium* vsum iam in ecclesia agnouisse & asseruisse, docent proceres ecclesiæ Romanæ, quia diserte verbis fatetur, *vnum in omni ecclesia esse altare.* Enimuero huic admodum suspecto testimonio parum fidendum esse norunt peritiores, qui ob infinitos scopulos syrtesque, quibus *Ignatianæ epistolæ* laborant, eas vel admodum corruptas vel plane suppositicias esse, dudum demonstrarunt, non obstantibus illis, quæ a PEARSONIO *in vindic. Ignat.* pro horum remotione adducta sunt. Demus vero, hunc, quem attuli, locum genuinum esse, nihil tamen aliud inde euincitur, quam *mystica* & *metaphorica* adeoque *improprie dicta* appellatio, quæ *sacris mensis*, ad vsum S. cœnæ præparatis, tribui a patribus solebat, innoxia quidem ab initio intentione, sed sinistro prorsus euentu. Reuera enim *proprie dicta altaria* Christianos sibi haud asseruisse, ex propria confessione eorum constat. Apud MINVCIVM FELICEM Octauius aperte fatetur, Christianos nullas habere aras dicendo: *putatis autem nos occultare, si delubra & aras non habemus?* Id potissimum gentiles crimini dabant Christianis, quod nec *templa* nec *altaria* haberent, sine quibus nullum cultum diuinum *legitimum* esse censebant. Refert id ARNOBIVS *adu. gent. lib. VI. in pr.* simulque eorum doctrinam erroneam esse docet. Ait: *consuetis crimen nobis maximum impietatis affingere, quod neque ædes sacras venerationis ad officia exstruamus, non Deorum alicuius simulacrum constituamus aut formam, non* ALTARIA *fabricemus.* Non negat ARNOBIVS, Christianos nulla altaria habere; negat tamen, crimen *impietatis* ex horum defectu deduci posse. Nouerant quidem ARNOBIVS & MINVCIVS, Christianos *sacras mensas*, vsui S. cœnæ destinatas, mystico sensu *altaria* appellare; verum quando iis cum iudæis gentilibusque res erat, mensas suas illis vt *altaria* obiicere haud poterant, quod

ex conceptu de sacrificiis.

Veteres Christiani aras non habuerunt.

Digitized by Google

ſcirent, illas *vera altaria* non eſſe, adeoque aduerſarios mox in ludibrium easdem verſuros eſſe.

Menſæ ſacræ dicta altaria,

§. LII. Reuera autem patres *menſas ſacras* vt plurimum *altaria* vocaſſe, indubitatis conſtat teſtimoniis, quæ tamen *verorum altarium* vſum minime euincunt. Si IGNATII verba ſupra adducta, vtpote ſuſpecta, ſequeſtramus, fere primus fuit TERTVLLIANVS, qui *menſas ſacras* appellauit *altaria*, vt conſtat ex tr. *de orat.* *Nonne ſolennior erit ſtatio tua, ſi & ad aram Dei*, h. e. ad menſam, in qua ſymbola euchariſtica offerebantur, *ſteteris.* Hunc ſecutus eſt CYPRIANVS, cui *altare* contra *altare* erigere idem eſt, ac in vna eccleſia ſchisma facere, & epiſcopum contra epiſcopum conſtituere. Sed plura alia loca in CYPRIANI ſcriptis vbiuis obuia id docent, quod eo minus mirandum eſt, cum ipſe vbique locutiones ex veteri teſtamento mutuare, & ad inſtituta eccleſiaſtica, diuerſæ quamuis indolis & ſignificationis, applicare ſoleat, præſertim cum *ſacrificii* appellatio, in *ſenſu allegorico*, adminiſtrationi S. cœnæ iam attributa fuerit. Aliorum patrum loca referre nolo, quæ ſecundum ſeculorum ordinem congeſſit VOIGT. *cit. l. c. II.* §. 33. *ſqq.*

tandem in vera altaria mutatæ.

Tolerari hæc appellatio potuiſſet, niſi tandem, relicto *ſenſu allegorico*, omnia ita in eccleſiis fuiſſent compoſita, vt loco *menſarum* vera altaria cum doctrina de *ſacrificio* proprie dicto eſſent ſubſtituta. Hoc facto, ſimul hinc inde conſtitutum, vt altaria erigerentur *lapidea*, *c.* 31. *de conſecr. diſt.* I. quæ antea *lignea* eſſent, qualis metamorphoſis demum ſeculo XI. in Anglia facta eſt. Teſtis eſt *auctor vitæ S. Wiſtani epiſc. Wicorn. lib.* 3. §. 14. apud MABILLON. *in act. Bened. ſec. VI. P. II. p.* 860. *Erant tunc temporis altaria lignea iam inde a priſcis diebus in Anglia; ea ille per diœceſin demolitus ex lapidibus compaginauit alia.* Denique *peculiaris conſecratio* iis acceſſit, cum ſingularis *venerationis* documentis, inter quæ primarium fuit *capitis inclinatio.* Verum etiam hæc olim adhuc *ſeculo* IX. incognita fuit, vt ex *elog. B. Alcuini abb. de anno* 815. apud MABILLON. *in actis Bened. ſec. IV. P. I. p.* 188. conſtat: *quia illorum nullus caput tunc temporis inclinauit ad altare Dei.* Præterea etiam illud in morem abiit, vt absque illis S. cœna celebrari non poſſet, *c.* 30. *de conſ. D.* I. quæ ea de cauſa nomen *ſacramenti altaris* aſſumſit. *c.* 49. *de conſecr. D.* I.

Martyres & ſancti ſub altaribus ſepulti,

§. LIII. Pedetentim, vbi *altaria fixa* in eccleſiis ſunt erecta, mos inualuit, vt ſancti, martyres, imo ipſi epiſcopi ſub altaribus ſepelirentur, indeque tandem in legem conſtantem abierit, ſine *reliquiis SS.* nullum

Digitized by Google

nullum altare exſtrui poſſe, de quo iam mentem meam ſupra aperui. Plenius rem exſequitur VOIGT. *cit. tr. c.* 15. In eo tamen recentior praxis ab antiqua receſſit, quod non amplius *oſſa ſanctorum* terræ ſub altari mandentur, ad quem morem antiquum adhuc prouocat concilium Africanum in *c.* 26. *de conſecr. D.* 1. ſed vt in facie ipſius altaris *feneſtella* quædam aperiatur, in qua *capſula* cum reliquiis SS. condatur, ea vero lapillo quadrato operiatur, quem *ſigillum* vocant. Ratio hæc noua condendi *reliquias SS.* in hunc finem excogitata, vt etiam extra eccleſias conſecratas miſſam celebrare, & altaria vbique erigere poſſent. Si enim horum copia adeſt, nihil amplius deeſt celebrationi miſſæ, ſed in omni loco, in *itinere*, in *tentoriis*, in *priuatis ædibus*, in *naui* alibique hæc fieri poteſt. *c.* 30. *de conſecr. D.* 1. Vocant talia altaria *portatilia*, ſeu *viatica*, vt docet *c.* 30. *X. de priuileg.* hoc modo inſtruenda, vt capſula cum reliquiis SS. *feneſtellæ* incluſa, deferatur ad locum, vbi miſſa celebranda, menſæque imponantur, ornatu reliquo accedente, quo facto, altare eſt in promtu, celebrationi miſſæ inſeruiens. Hoc modo in ædibus priuatis mox exſtrui poteſt altare, ſi ſolennia copulationis ſacerdotalis, accedente miſſa, der Brautmeſſe, extra eccleſiam peragenda ſunt, quod ſine ratione proteſtantes in imitationem trahunt, figuram altaris cuiusdam tali occaſione efficientes, cum tamen nec miſſas legant, nec *portatile altare* tale erigere neceſſum habeant. De *multitudine* altarium, contra priſtinum eccleſiæ morem introducta, nihil attinet dicere, quæ ex *multiplicatione miſſarum* earumque infinita extenſione ad varios vſus ortum traxit, vt ad *tit. ſeq.* explicabitur.

poſtea in facie eius,

cuius ratio adfertur.

Inde altaria portatilia,

vt miſſa vbique celebrari queat.

§. LIV. Ex more *conſecrandi* eccleſias ſimul inualuit *anniuerſaria celebratio dedicationis*, quæ nomine *encæniarum* venit ἀπὸ τῦ ἐγκαινίζειν ab *innouando* dictarum, germ. Kirchweih, Kirchmeß, vel corrupte Kermeß, de quibus agit LINCK. *de iur. templ. c. VII.* FELICEM IV. huius feſti auctorem facit PSEVDO-ISIDORVS, cuius verba ſuppoſititia repetiit GRATIANVS in *c.* 16. *de conſecr. D.* 1. *ſolennitates dedicationum eccleſiarum, epiſcoporum & ſacerdotum per ſingulos annos ſolenniter ſunt celebrandæ.* Magis vero eſt, vt demum ad *ſeculi IV.* nouos mores, quibus omnia ceremoniis variis ſunt oppleta, *initia encæniarum* referri debeant, vt indubitata teſtimonia euincunt. Dedicationem templorum Hieroſolymitanorum iuſſu CONSTANTINI ab epiſcopis, qui Tyri congregati erant, factam ſupra retuli. Huius ſequela mox dicitur fuiſſe anniuerſarius dies feſtus, teſte SOZO-

Encæniarum origo

ſeculo IV. orta,

Digitized by Google

MENO *lib. II. hist. eccl. c.* 26. inquiente: *ex eo vero tempore solennem quotannis festiuitatem admodum splendide Hierosolymitana celebrat ecclesia, adeo vt baptismi quoque sacramenta eo die tradantur & per continuos septem dies collecta fiant, multique ex omni fere terrarum orbe conueniant, qui huius festiuitatis tempore ad sacra loca perlustranda vndique accurrunt.* Videlicet sicuti dedicatio ex *disciplina iudaica* eo tempore recepta est, ita quoque hæc anniuersaria festiuitas, quæ adhuc tempore Christi vsitata erat, *Iob. X*, 20. Conf. 1 *Maccab. IV*, 59. quam *festum luminum* vocare solent, de cuius ratione agit HADRIANVS RELANDVS *in antiquit. vet. Hebr. p. IV. c.* 9. §. 6. Ipse GREGORIVS, si credimus GRATIANO in *c.* 17. *de consecr. D.* 1. morem inde repetit his verbis: *solennitates dedicationum ecclesiarum & sacerdotum per singulos annos solemniter sunt celebrandæ, ipso domino exemplum dante, qui ad festum dedicationis templi omnibus id faciendi dans formam cum reliquis populis eandem festiuitatem celebraturus venit.* Ni fallor, auctor huius textus necessitatem huius festi ex *Christi instituto* deducere intendit, quod admodum ieiunum est, vt optime obseruauit HOSPIN. *de orig. templ. lib. IV. c.* 2. *p.* 381. Venit Christus ad hoc festum, quod commodam occasionem, in tanta populi multitudine, annunciandi iudæis salutem, haberet, sicuti in aliis festis diebus ipsi moris erat. *Iob. VII*, 10.

ex moribus iudaicis assumta,

§. LV. Festum hoc anniuersarium mox degenerauit in *bacchanalia*, & *mercatus*. Hos produxit confluxus multorum hominum vndique accurrentium, vt *saltationibus* & *comessationibus* interessent, quibus ruri præcipue hoc festum peragitur; vbi enim hominum frequentia, ibi mercatores mox præsto sunt, venum merces suas exponentes, cum hilaritas promtissimos faciat emtores. Hæc rerum metamorphosis varia produxit iura, sicuti regulariter noua mala noua desiderant remedia. Generatim (l) consultissimum omnino fuisset, *encænias* prorsus abolere ob abusus ingentes, qui eradicari haud potuerunt. *Vigiliæ* itidem optima ex ratione sunt institutæ, & *deuotionis* singularis documentum fuerunt antiquitus: glisente vero eorum abusu & vniuersam inficiente ecclesiam, seculo XII. & sequente pedetentim de iis abrogandis cogitatum fuit, vt docet SAMVEL BASNAGE *in annal. eccl. ad ann.* 51. §. 32. Equidem in *ciuitatibus* festa hæc anniuersaria in desuetudinem abierunt; ruri autem retenta sunt, tum quod rustici tenaciores sint in propugnandis comessationum diebus: tum etiam quod nobilium, qui iurisdictione gaudent, interesset, hos *anniuersarios dies* non abrogari ob singularia lucra, quæ tum ex mul-

Encæniæ mutatæ mox in bacchanalia & mercatus.

Inde merito eradicari debuissent,

ruri tamen retentæ,

mulctis, tum ex pruritu bibendi sperantur. Nullæ fere peraguntur encæniæ in pace: nimius potus mox armat rusticos in mutua prœlia; inde tumultus, cædes & varia alia facinora. Inde olim introducta fuit *protectio encæniarum* der Kirchweih-Schutz, solemniter in introitu publicata, quæ nihil aliud fuit, quam ipsius *iurisdictionis exercitium*. Id ideo addo, quod olim obseruante LINCKIO *de iur. templ. c. VII. n.* 12. *sqq.* dubitatum fuerit, pertineretne hæc protectio ad *regalia*, an vero *iurisdictionis* connexum sit? Lucri suauis odor & mulctarum compendia hanc litem mouere, præsertim quod *regalium* numerum & exercitium vnice æstimandum crediderint ex iure Longobardico, quo *mulctarum compendia* accensentur *regalibus*. 2. *f.* 56. Erenim 1) *iurisdictio* quoque regalibus annumeranda, quæ tamen priuatis concedi potest *subordinate* tam *bassa* quam *alta*. 2) Huius ratio & forma neque ex iure Romano neque Longobardico addiscenda, sed ex propriis Germaniæ institutis & legibus. Iam autem 3) nihil vulgatius est, quam *mulctas* ad ius *puniendi* referendas esse, vt, cui hoc comperit, etiam illarum compendium faciat, & in prouerbium abierit, mulctas esse *fructus iurisdictionis* & emolumenta dominii vtilis, KNIPSCHILD. *de iur. & priuil. ciuit. imper. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 79. *sqq.* HERTIVS *de superior. territ.* §. 65. MYLER. *de princ. & stat. imper. c.* 25. §. 16. quamuis MEVIVS *P. IV. decis.* 393. id absolute admittere nolit. Denique *protectio* quid aliud est, quam effectus *iurisdictionis criminalis*, cuius est tum punire fontes, tum operam dare, ne quid turbarum publicarum intra limites iurisdictionis emergat?

cum singulari protectione,

quæ iurisdictionis est.

§. LVI. Cum ergo (11) hæc bacchanalia in totum tolli haud potuerint, prudenter tamen iam olim variis in conciliis limites certi eis positi sunt, vt intra certos continerentur cancellos, quos perrumpere non possent, quem in finem duplex admodum prouisio facta. Prima est, vt in omnibus ecclesiis hoc anniuersarium festum vno eodemque celebraretur die, quod alias in die *dedicationis* celebrandum esset. Solent vt plurimum inuitari vel etiam non rogati in encæniis comparere vicini rustici pagorum, vt comessationibus intersint tripudiantes & choreas ducentes. Hic peregrinorum rusticorum accursus per *indirectum* hoc modo præcauetur, dum in propriis pagis rustici vno eodemque die bacchanalia viuunt. In *synodo Cameracensi, Colonienſi, Torniacensi*, vt & aliis edictis in Belgio optime hoc constitutum fuisse docet BSPEN. *P. II. iur. eccl. tit.* 16. *c.* 3. §. 25. quod, vt vbiuis inter protestantes in obseruantiam quoque trahatur, merito omnibus experendum est votis. Altera est, vt

In plurimis locis hoc festum vno eodemque die celebratur,

Digitized by Google

vel in id reiicitur tempus, quo ei vacare poſſunt ſine diſpendio laborum.

vt ad minimum in id tempus reiiciatur, quo ſine diſpendio operarum debitarum & laborum hisce compotationibus ſupereſſe & vacare queant, ne a re agraria per has ferias, Baccho magis conſecratas, auocentur, qua de cauſa in Saxonia poſt *feſtum Martini* vsque ad Nicolai ferias reiecta ſunt, vt ſpeciatim LINCKIVS *cit. l. n.* 19. *ſqq.* demonſtrat. Enimuero in ſingulis fere locis adhuc encæniæ multa indigent reformatione, vt mirandum ſit, tam impune abuſus publicos & notorios tolerari, qui prorſus, hisce feriis extinctis deletisque, præcaueri potuiſſent. Neque enim aliter emendari poſſunt, quæcunque demum medicina iis parata fuerit.

TITVLVS XLI.

DE CELEBRATIONE MISSARVM ET SACRAMENTO EVCHARISTIAE ET DIVINIS OFFICIIS.

§. I.

Series dicendorum.

TRia maxime hoc titulo occurrunt excutienda & illuſtranda: (I) celebratio miſſarum: (II) ſacramentum euchariſtiæ & (III) divinorum officiorum ratio. Cum vero primarium totius miſſæ conſtituatur negotium in conficiendo *ſacramento euchariſtiæ*, conueniens admodum videtur, ſeorſim de hoc *ſacramento venerando* eiusque variis *effectibus ciuilibus* agere, eaque doctrina abſoluta, *apparatum miſſaticum*, prout ſcopi mei ratio id permittere videtur, ſubiicere & denique generalem *diuinorum officiorum* materiam annectere. Vltimum membrum ampliſſimum habet ambitum, quem tamen in *diſſertatione præliminari* adeo iam exhauſiſſe mihi videor, vt hoc titulo nil niſi quoddam *ſpicilegium* ſuperaddere neceſſum ſit.

Lites ſuper euchariſtia variæ,

§. II. Quod *euchariſtiæ* ſacramentum concernit, dolendum ſane eſt, illud, cum deberet eſſe ſummæ *vnionis* inter Chriſtianos vinculum, & *communionis mutuæ* documentum ſanctiſſimum, pomum Eridos fuiſſe factum, & in mutua bella cladesque armaſſe & excitaſſe

Digitized by Google

ſe Chriſtianos. Quæ horum diſſidiorum cauſæ ſint, norunt ii, qui ingruentem omnium rerum corruptionem in eccleſia per tot ſecula ſedulo perluſtrant animo, animaduertuntque, quanta a prima chriſtianorum ſimplicitate fuerit facta diſceſſio. Non referam mores doctrinamque primorum Chriſtianorum circa S. cœnam, quæ ſpecialius *in diſſ. iur. eccl. antiq. ad Plin. & Tert. diſſ. IV.* euolui, ſed, quod propius ad meum inſtitutum accedit, id tantum inprimis agam, vt principia aulæ Romanæ, per ius canonicum ſparſa, de S. euchariſtia fideliter exhibeam, & concluſiones effectusque iuris inde deductos explicem. Ad hæc autem capita omnis dicendi ratio reduci poſſe videtur, quod vulgo ſupponant, (I) *conſecrationem ſymbolorum euchariſticorum* peculiarem & miraculoſam hic eſſe neceſſariam, qua (II) *tranſſubſtantiatio* quædam ſeu mutatio panis euchariſtici efficiatur; quodque (III) vſus calicis laicis recte interdici & ſubtrahi potuerit, & denique (IV) in ipſa celebratione huius ſacramenti proprie dictum *ſacrificium* quærendum ſit. In his quatuor capitibus diſceſſum fecerunt proteſtantes ab eccleſia Romana, cum etiam ipſa antiqua eccleſiæ praxis ab ea magnopere diſſideat, cuius euidentiſſima veſtigia in iure canonico adhuc ſuperſunt. Quatuor controuerſiæ capita.

§. III. CONSECRATIONIS peculiarem conceptum iam titulo præcedente explicui, quem etiam hic ſupponere eumque conſtituere videntur in *actu* quodam *ſacerdotali*, quo per *verba ſacramentalia*, quibus *virtutem diuinam* tribuunt, conficitur corpus & ſanguis Chriſti modo quodam miraculoſo, ita vt *panis* & *vini* ſpecies priſtinam ſuam qualitatem prorſus deponant, atque virtute diuina immutentur, id quod *conſecrationis* proprius effectus eſt. *Benedictionem* antiquitus per preces & gratiarum actionem, vnde & *euchariſtiæ* nomen accepit, vſum S. cœnæ præceſſiſſe, in confeſſo eſt, vnde & a PAVLO *calix benedictus* & iterum *panis benedictus* notanter vocatur, I *Cor. X*, 16. & hoc modo *conſecratio euchariſtiæ* in ſenſu latiori antiquitus facta eſt, vt ſolide pro more oſtendit Cancellarius academiæ Tubingenſis meritiſſimus Dn. PFAFFIVS *diſſ. de conſecrat. vet. euchariſt.* & in differt. apologet. *de fragment. Iren. anecdot.* §. 10. *ſqq.* inter reformatos vero IO. DALLAEVS *de cultib. latin. lib. III. c.* 12. *ſqq.* AVBERTINVS *in tr.* quem inſcribit: *L'euchariſtie de l'ancienne egliſe.* LARROGVE *dans l'hiſtoire de l'euchariſtie.* BASNAGE *dans l'hiſtoire de l'egliſe tom. II. lib.* 13. *ſqq.* Non ad verba certa ſeu *carmina* alligata fuit hæc *benedictio*, cum generaliter dicatur, Chriſtum *benedixiſſe* & *gratias egiſſe*; id vero qua *formula* fieri debeat, haud deſignauit. Hac de cauſa etiam IVSTINVS MARTYR. *apol. II. in f.* Conceptus conſecrationis. Olim ſimplex benedictio adhibita,

Digitized by Google

tantum *precum* & *gratiarum actionum* mentionem facit, quibus præpositus, ante vsum S. cœnæ vsus fuerit, in quibus *benedictio* constitebat.

quæ pedetentim certas precum formulas accepit.

§. IV. Formulis certis has *preces benedictorias* mox inclusas fuisse nemo probare poterit, quod iam in *dissert. prælimin.* monui. Pedetentim tamen certæ formulæ, quibus *benedictio* absolueretur, sunt præscriptæ, & ex his *liturgiæ certæ* & *statæ* natæ, quorsum forsan respexit AMBROSIVS in *c.* 39. *de consecr. D.* 2. afferens, quod panis & calix non *qualibet*, sed *certa consecratione* mysticus nobis fiat, qua *determinatam liturgiam* innuit. Equidem generatim adhuc consensi sunt patres, per *benedictionem* fieri *consecrationem*, quod indigitat AMBROSIVS in *c.* 40. *eod.* aiens: *ante benedictionem verborum cœlestium alia species nominatur, post benedictionem corpus significatur.* Sic etiam AVGVSTINVS in *c.* 41 *eod.* itidem affirmat, *benedictionem* consecrare panem & vinum, & in *c.* 60. *eod. prece mystica* consecrari corpus & sanguinem Christi, censet, atque *c.* 61. *eod.* addit: *non omnis panis, sed accipiens benedictionem Christi, fit corpus Christi.* Enimuero scrupulose simul determinare voluerunt, quibus præcise *verbis* hæc consecrandi ratio perficeretur, quo ipso a prima simplicitate prorsus desciuerunt, & nouas insolitasque procuderunt sententias.

In verbis Christi singularem consecrandi virtutem quæsiuerunt

§. V. Videlicet huc iam seculo IV. dilapsi sunt patres, vt in precibus hisce benedictoriis primario respiciendum esse docerent ad ipsa *verba Christi*, quibus *virtutem consecrandi* diuinam inesse docebant. Qui certas statasque preces *benedictorias* præscripserunt, conuenientissimum esse arbitrati sunt, si *verba institutionis* his ipsis includerent ostenderentque, se ex statuto saluatoris hunc actum sanctissimum peragere. Hoc facto, in precibus benedictoriis duplicia verba occurrere docuere: ipsius CHRISTI, & ab *ecclesia* præscripta; illa *diuinissima*, hæc vero ex hominum deuotione nata; illa vero his potentiora, adeoque credendum esse, his verbis ipsius CHRISTI omnem *consecrandi* virtutem inesse.

ex sententia Ambrosii.

Hæc fuit sententia AMBROSII relata in *c.* 55. *de consecr. D* 2. quæ a plerisque fere accepta est. Ait: *Panis est in altari vsitatus ante* VERBA SACRAMENTORVM; *vbi accessit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur adstruamus. Quomodo potest, qui panis est, corpus esse Christi? consecratione. Consecratio autem quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu.* In sequentibus verba Christi a reliquis verbis sacerdotis caute distinguenda monet, &, *nam per reliqua omnia*, ait, *quæ dicuntur, laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris. Vbi venitur, vt conficiatur venerabile sacramentum, iam non*

Digitized by Google

non ſuis ſermonibus ſacerdos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. Ergo Chriſti ſermo hoc conficit ſacramentum. Subiungit in ſequentibus, quanta ſit efficacia verborum Chriſti, & tandem concludit: *Si ergo tanta vis eſt in ſermone domini Ieſu, vt inciperent eſſe, quæ non erant: quanto magis operatorius eſt, vt ſint, quæ erant, & in aliud commutentur. Et ſic quod erat panis ante conſecrationem, iam corpus Chriſti eſt poſt conſecrationem: quia ſermo Chriſti creaturam mutat, & ſic ex pane fit corpus Chriſti, & vinum cum aqua in calice miſtum fit ſanguis conſecratione verbi cæleſtis.* Poſt pauca addit conſuetas, preces benedictorias, quibus *verba inſtitutionis* incluſa erant, & pergit: *Accipe, quæ ſunt verba,* (quæ) *dicit ſacerdos. Fac nobis, inquit, hanc oblationem adſcriptam, rationabilem, acceptabilem, quod eſt figura corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pridie, quam pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem, reſpexit ad cælum, ad te ſancte pater omnipotens æterne Deus, gratias agens benedixit, fregit, fractumque apoſtolis ſuis & diſcipulis ſuis tradidit dicens:* ACCIPITE ET EDITE EX HOC OMNES; HOC ENIM EST CORPVS MEVM, QVOD PRO MVLTIS CONFRINGETVR. *Similiter & calicem, poſtquam cœnatum eſt, pridie quam pateretur, accepit, reſpexit ad cælum, ad te ſancte pater omnipotens æterne Deus, gratias agens benedixit, apoſtolis & diſcipulis ſuis tradidit dicens:* ACCIPITE, BIBITE EX EO OMNES; HIC EST ENIM SANGVIS MEVS. Hæ ſunt preces illæ *myſticæ & conſecratoriæ*, quibus totius conſecrationis negotium peragitur, & quidem hæc verba: *qui pridie, quam pateretur, accepit panem*, & quæ ſequuntur, ideo recitat ſacerdos, vt ait BONA *lib. II. rer. liturg. c.* 13, *vt poſſit in perſona Chriſti formam ipſam proferre; qua idem dominus & ſaluator vſus eſt in hoc ſacramento conficiendo.* Prorſus enim arbitrantur & olim arbitrati ſunt patres, verba, quæ Chriſtus attulit, fuiſſe ea intentione prolata, vt per hæc mirifica virtus *tranſubſtantiationis* ſequeretur. Hoc AMBROSIVS *cit. l.* hoc modo declarat: *Vide ſingula. Qui pridie, inquit, quam pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem. Antequam conſecretur, panis eſt: vbi autem verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti. Denique audi dicentem: accipite & edite ex hoc omnes, hoc eſt enim corpus meum. Et ante verba Chriſti calix eſt vini & aquæ plenus, vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur, qui plebem redemit.*

Inde canon miſſæ natus,

§. VI. Ita ergo omnis *vis conſecratoria* ex ipſis verbis Chriſti, quando recitantur a ſacerdote, deducitur, cum tamen his verbis ſaluator noſter, poſtquam *benedixiſſet & gratias egiſſet*, demum vſus fue-

ſed in verbis Chriſti confundunt benedictionem & erogationem.

Digitized by Google

fuerit, adeoque re vera duo *in verbis inſtitutionis* deſignantur: (I) *benedictio ſaluatoris & gratiarum actio*, quæ præceſſere erogationem, vnde calix & panis dicuntur *benedicti*, & actus ipſe *eucharistia*: (II) *erogatio panis & vini* additis verbis, huic inſtituto conuenientibus. Quodſi ergo *conſecratio* quædam *eximia* accedere debuit, illa magis in *benedictione & gratiarum actione*, quæ *erogationem* anteceſſerunt, quærenda fuiſſet, quam in actu *erogationis*, cum *tradendo panem & vinum* verbis: *accipite & edite: accipite & bibite*, cum deſignatione finis huius ſacramenti, vſus demum fuerit. Enimuero quia *certam formulam conſecrationis* anxie patres quæſiuerunt, & tamen formulam, qua ſaluator in benedicendo & gratias agendo vſus eſt, ignorarunt, (noluit enim ſuos ad *certam* alligare *formulam*) ad verba, quibus Chriſtus in *erogando* pane & vino vſus eſt, dilapſi ſunt, & hisce omnem vim *conſecrandi* ineſſe conſtituerunt. Speciatim has preces *myſticas* vel *ſecretas* dixere antiqui, quod ſubmiſſa voce olim recitatæ fuerint, *ne verba tam ſacra vileſcerent*, vt plenius ex antiquitatibus declarat MARTENE *de antiqu. in eccl. rit. lib. I. p. I. c. 4 art. 8. p. 397.* Acceperunt etiam *canonis miſſæ* nomen, quod *regulam* ſeu *ordinem* conficiendi corporis & ſanguinis domini continerent, & ſingulari ſemper diligentia in eccleſia æque, vt textus *ſacræ ſcripturæ*, conſeruatæ ſint; IDEM *cit. l. p.* 395. BONA *lib. II. de reb. liturg. c.* II. GEORG. CASSANDER *in ord. Rom. de offic. miſſæ c.* 12. quamuis negari nequeat, preces has non ſemper easdem fuiſſe.

Verba Chriſti vocantur preces myſticæ & ſecretæ,

& canon miſſæ.

§. VII. Sedulo proinde præcauent, ne quid in recitatione *canonis* & *verborum ſacramentalium* peccetur, quod alioquin *virtutem conſecratoriam* habere non poſſint. Verbis enim Chriſti ſtrictiſſime inhærendum iudicant, vt ne quidem ſyllaba in iis mutanda ſit, quod alioquin non eſſent *verba Chriſti*, ſed *ſacerdotis*. *Nam ſacramentum iſtud*, ait AVGVSTINVS in *c.* 69. *de conſecr. D. 2. quod accipis*, CHRISTI SERMONE *conficitur*, h. e. ipſiſſimis Chriſti verbis, haud immutatis, vt nec iis aliquid addere vel detrahere licitum ſit. Elegans applicatio huius dogmatis occurrit apud BVSCHIVM *de reformat. monaſt. lib. I. c.* 15. relatum a LEIBNITIO *tom. II. ſcript. Brunſu. p.* 815. Synodum coëgerat *viſitationis* cauſa BVSCHIVS, ad quam presbyteri multarum eccleſiarum vocati erant. Vbi de *verbis ſacramentalibus* mentionem iniiciebat, deprehendit presbyterum horum ignarum eſſe, adeoque dubium ingens incidiſſe, an hoſtiæ, quæ conſeruabantur, re vera eſſent *conſecratæ* nec ne? Rem geſtam hisce ipſe enarrat verbis: *Interrogaui in ſynodo ſacerdotem*

Verba ſacramentalia, hoc eſt corpus meum, omnem vim conſecrandi habere creduntur,

quod exemplo illuſtratur.

Digitized by Google

dotem vnum, cuius erat ecclesia synodalis, quæ essent VERBA CONSECRATIONIS *corporis domini? cui respondere trepidauit. Cui clamauit archipresbyter in opposito eius sedens: quinque verba, quinque verba* (hæscilicet: HOC ENIM EST CORPVS MEVM.) *Cui dixi taceatis vos. Tunc secundo plebanus interrogatus ait: si haberem librum, bene scirem. Accepi ergo missale sedens ante altare coram reliquiis stola circumiectus. Ipse vero ante me genua flectens monstrauit mihi hæc in canone verba: panem sanctum vitæ æternæ calicem salutis perpetuæ. Cui mandaui, vt iret sessum. Post finem synodi retinui eum in ecclesia, omnibus aliis inde egressis, & iussi, vt legeret canonem, me audiente, tanquam si celebraret, & signa faceret consueta. Qui fecit omnia, sicut presbyteri seculares facere consueuerunt. Quo facto accessi ad mensam, quia omnes sacerdotes nos expectabant in domo huius plebani. Prandio facto iui cum eo ad pomerium suum, interrogans, quomodo deliberasset, quæ essent verba consecrationis corporis dominici? respondit: fiat corpus & sanguis domini nostri Iesu Christi, quæ sacerdos dicit manuum eleuatione ante consecrationem, sicut beata virgo Maria per verbum: fiat mihi secundum verbum tuum, concepit Dei filium. Tunc dixi sibi, quod non celebraret, antequam ad me in nouum opus* (vulgo Neuwerck, quod olim in suburbio huius ciuitatis fuit) *veniret, tunc sibi dicere vellem, quomodo & quid seruare deberet.* Ingens autem incesserat BVSCHIVM dubium, an hostiæ, quæ pro infirmis ab hoc plebano consecratæ erant, vere essent consecratæ; ea de causa alias ab alio sacerdote consecrari fecit, iussitque, vt hostias ibi inuentas ipse reciperet, prout essent. Addit enim BVSCHIVS: *Tam subito enim & improuise non poteram diffinire, an hostiæ illæ essent consecratæ. Certiorem ergo viam elegi. Formam tenuit ecclesiæ, intentionem habuit consecrandi, sed per quæ verba consecrare debuit, ignorauit. Intentionem* videlicet principaliter desiderant ad sacramentorum validitatem, vt *tit. sq.* declarabo, adeoque ad eam inprimis tanquam ad præsidium aliquod tutissimum prouocat. Quomodo tandem vero hæc quæstio in vtramque partem ventilata fuerit, in sequentibus addit: *Veni postbæc Erfordiam, de hac materia conferens cum certis doctoribus. Quidam dixerunt, quod consecrauit: alii autem, quod non consecrauit, quia, per quæ verba consecrare debuit, ignorauit. Doctor Iacobus in Carthusia, qui multos pro fide catholica, pro conseruatione religionis, pro statu secularium libros scripsit, & doctores in Erfordia saniores concluserunt, quod consecrauit, quia* INTENTIONEM *habuit consecran-*

Scrupulosa dubitatio.

Decisio subtilis.

fecrandi & faciendi, quod ſancta mater eccleſia intendit, & verba protulit, per quæ fit conſecratio, quamuis illa ignorauit.

His verbis ſtrictè inhærendum cenſent, vt conſecratio ſequatur cum intentione,

§. VIII. Ecce quam ſtrictè & amare ex *literis* & *verbis* omnem *conſecrandi* vim æſtiment, quam tenaciſſime illis inhæreant, vt vel hæc ad *ſyllabam* recitaſſe ſufficiat, ſi vel maxime ſacerdos illa non ſatis intelligat, vel ſciat, hæc eſſe *verba ſacramentalia*, modo accurate verba cum *generali intentione*, faciendi ea, quæ eccleſia facit, recitauerit. Quodſi ergo in *verbis* vitium deprehenditur; quodſi *intentio* ſacerdoti deficit, non id faciendi, quod eccleſia facit, quin potius contrarium intendit, ludibrium talem actum eſſe perſuaſiſſimum habens, interim, ne beneficio ſuo priuetur, conſecrationem ſe facere ſimulans, panem haud conſecratum eſſe, ex principio hoc colligendum eſt. Ita vero ſemper anxii & dubii eſſe debent communicantes, cum *intentionem* ſacerdotis ſolus Deus perſpectam cognitamque habeat, non item homo; & quamvis *præſumtio* pro eo militet, quod actui ſacro non deſit intentio, euidens tamen eſt, in negotiis ſalutem ſpectantibus non *præſumtionibus* certandum eſſe, ſed *certitudinem* ſectandam. Adorandam eſſe *conſecratam hoſtiam*, vt *verum corpus CHRISTI*, iubent, edicunt, docent: quis autem certus eſſe poteſt de *conſecratione*, cum *intentio* in dubium vocari poteſt? Si hoc, quomodo adorari poteſt, de quo an præſens corpus ſit, dubitatur? Id tantum in hunc adfero finem, vt dogmatis de *intentione ſacerdotis* fallaciam oſtendam, quod etiam cum aliis principiis pugnat. vid. *c.* 84. C. 1. *q.* 1. Plura ad *tit. ſq.* reſeruo.

Ita vero ſemper dubium eſt, an hoſtia ſit conſecrata.

Ritus ex hoc dogmate quidam remanſerunt in eccleſiis proteſtantium.

§. IX. Vtut vero in eccleſiis proteſtantium *talem* conſecrationem, quam ex verbis Chriſti a ſacerdote recitatis deducunt, haud agnoſcamus, non tamen vbiuis deponi potuerunt mores huic dogmati proprii, qui ex Romanæ eccleſiæ canone retenti videntur. Nam vt quosdam tantum noſtrarum eccleſiarum ritus adferam, 1) id omnibus noſtris eccleſiis commune eſſe videtur, quod miniſter eccleſiæ recitando *quinque illa verba*, quæ *conſecratoria* vulgo dicuntur, benedicat pani & vino *ſigno crucis*, cum quadam vocis intenſione, vt hæc verba a reliquis eo diſtinctius ſecernantur, & fere credendum ſit, eis ſingulare pondus ineſſe. Precibus & gratiarum actione, non vero præciſe his quinque verbis: *hoc enim eſt corpus meum*, *hic enim eſt ſanguis meus*, euchariſtiæ benedici profitemur, adeoque merito ad hanc doctrinam ritus accommodandi erant. II) Alibi campanula quadam, quam das Wandelglöckgen vocant, ſignum omnibus datur, vt ad *hæc verba* ſi-

gil-

Digitized by Google

gillatim attendant, eaque deuote obſeruent; vel vbi campanula deeſt, cantor baculi pulſu triplici vice repetito attentionem & deuotionem populi excitat. Quantam deuotionem Romanæ eccleſiæ conſortes eo momento, quo ſigno dato verba *conſecratoria* recitantur a presbytero, edant, in propatulo eſt, quæ cum ſuppoſito principio de *conſecratione* & eius *effectu diuiniſſimo*, non male cohæret; in noſtris autem eccleſiis rationem ſolidam non habet, ſi his verbis *virtutem conſecratoriam* denegamus.

§. X. Vt vero euidentius fiat, quanta *conſecrationi* huic efficacia, virtus diuina, ipſo cœlo maior, ineſſe credatur, ſtatim propero ad eius effectum, quem *tranſubſtantiationem* dicunt, quod panis ſubſtantia naturalis prorſus pereat, & transmutetur in *ſubſtantiam corporis Chriſti*, manentibus tantum accidentibus panis. Id credendum eſſe, ſub anathemate edixerunt patres *concilii Tridentini* contra proteſtantes. Idem iam antea docuere dominantis eccleſiæ Romanæ doctores, inprimis ſcholaſtici. Meum non eſt, hanc quæſtionem, quæ tot turbas fluctusque in eccleſia excitauit, ſub incudem reuocare, & dogma eccleſiæ Romanæ per rationes theologicas eneruare, cum tot eruditi theologi in ſyrtibus his ſuperandis iam dudum ſolliciti fuerint, quibus hoc negotium relinquo. Præ ceteris ſatisfecit theologis catholicis CHEMNITIVS *in concil. Trident. exam. loc. IV. ſect.* I. *c.* I. inprimis vero *c. IV.* quo docet, dogma hoc vnum eſſe ex columnis regni pontificii, multosque ſingulares effectus habere, quos ægre dimittunt, adeoque pro eo defendendo omnem lapidem mouent. Præterea erudite & ampliſſime fata huius doctrinæ recenſuit, &, adhibito iudicio, explicuit IACOBVS BASNAGIVS *in hiſtor. eccl.* gallice edita *tom. II. c. XIII. ſqq.* vbi per ſeculorum ſingulorum decurſum tum dogma de *conſecratione* eiusque ritu, tum eius effectum & patrum de eo ſententiam ſincere exhibet, delineat, explicat. PHILIPPVS MORNAEVS in *tr. de S. euchariſt. lib. IV. c.* 13. *ſqq.* eandem prouinciam occupauit; vtut enim non eadem perſpicuitate, ad minimum tamen grauiſſimis ſententiarum ponderibus & eruditione ſingulari eandem exornauit, & dogma hoc per ſeculorum decurſum cum patrum ſcriptis non omnino conſpirare credidit. Nec IOANNEM DALLAEVM ſicco, quod aiunt, præterire poſſum pede, qui in tr. *de cultib. relig. latinor. lib. III. & ſqq.* id agit, vt, quæ Romana eccleſia de *conſecratione*, *tranſubſtantiatione*, *ſacrificio miſſatico* aliisque tradit, exacte examinet, diiudicet, &, quæ iis ſecundum verita-

Ex hac conſecratione nata eſt doctrina de tranſubſtantiatione.

Laudantur, qui contra eam ſe ipſe re.

Digitized by Google

veritatem ſacram obiici poſſunt, cum magna fiducia pronunciet, alios plures §. *III.* iam relatos vt iam haud memorem.

Patrum de hac doctrina ſententiæ varietas.

§. XI. In eo quidem patres omnes conueniſſe videntur, poſt *conſecrationem* panem conſecratum non amplius *communem panem*, nec vinum poſt conſecrationem *commune vinum* eſſe, ſed *virtutem diuinam* eidem acceſſiſſe, quam varie explicuere, aliquando *mollius*, aliquando *durius* effectum eius determinando. Parum abeſſe videtur a *transſubſtantiationis* dogmate AMBROSIVS in *c.* 69. *de conſecr. D.* 2. aiens: *Quod ſi tantum valuit ſermo Heliæ, vt ignem de cælo deponeret, non valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum?* & poſt pauca: *Sermo igitur Chriſti, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non poteſt ea, quæ ſunt, in id mutare, quod non erat?* Eandem ſententiam prodere videtur in *c.* 43. & 55. *ibid.* vt alia loca omittam. Et tamen IDEM ſimul alienus ab hoc dogmate eſſe videtur, quod ad minimum indicat, in eo ſenſu, quem hodie Romana eccleſia ſub fulmine anathematis defendit, AMBROSIO dogma hoc incognitum fuiſſe. Hæc enim in *c.* 69. *cit.* verba ſubiungit notatu digna: *Ante benedictionem verborum cæleſtium alia ſpecies nominatur: poſt conſecrationem corpus Chriſti* SIGNIFICATVR. Porro: *ante conſecrationem aliud dicitur: poſt conſecrationem ſanguis* NVNCVPATVR, quæ verba GRATIANVS ſeorſim in *c.* 40. *de conſ. D.* 2. recitat & refert, quæ *transſubſtantiationi* conuenire nequeunt. AVGVSTINVS quoque] quandoque non alienus ab hoc dogmate eſſe videtur, vt in *c.* 41. 46. 54. *eod.* Aſt re penitus inſpecta magis eidem aduerſatur in ſententiis a GRATIANO collectis, vt vel inuitus teſtimonia veritatis colligere, ſingulari Dei prouidentia, debuerit. Ita enim rationes ſubducit in *c.* 48. *eod.* *Hoc eſt, quod dicimus: hoc modis omnibus approbare contendimus, ſacrificium ſcilicet eccleſiæ duobus conſici, duobus conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine, ſacramento & re ſacramenti*, & poſt pauca: *Sicut ergo cæleſtis panis, qui vere Chriſti caro eſt*, SVO MODO *vocatur corpus Chriſti.* Euidentius dogma Romanæ eccleſiæ conculcat *in c.* 58. *de conſecr. D.* 2. *quod videtur, panis eſt & calix, quod etiam oculi renunciant. Quod autem fides poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti, calix ſanguis. Iſta ideo dicuntur ſacramenta, quia in iis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, ſpeciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet ſpiritualem.* Similiter etiam EVSEBIVS Emiſſenus in *c.* 35. *eod.* dogmati Romanæ eccleſiæ fauere videtur his verbis: *Inuiſibilis ſacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiam corporis & ſan-*

Digitized by Google

ſanguinis ſui verbo ſuo ſecreta poteſtate conuertit. Mox vero, quo ſenſu id accipi debeat, his indigitat verbis: *tibi nouum & impoſſibile videri non debet, quod in Chriſti ſubſtantiam & mortalia conuertuntur, te ipſum, qui in Chriſto iam es regeneratus, interroga. Dudum alienus a vita, peregrinus a miſericordia, a ſalutis via intrinſecus mortuus exulabas: ſubito initiatus Chriſti legibus & ſalutaribus myſteriis imouatus in corpus eccleſiæ non videndo ſed credendo tranſiliuiſti, & de filio perditionis adoptiuus Dei filius fieri occulta puritate meruiſti: in menſura viſibili permanens maior factus es te ipſo inuiſibiliter ſine quantitatis augmento, cum ipſe atque idem eſſes, multo aliter fidei proceſſibus extitiſti: in exteriori nihil additum eſt, & totum in interiori mutatum eſt, ac ſi homo Chriſti filius effectus & Chriſtus in hominis mente formatus eſt.*

§. XII. Falluntur itáque egregie, qui docent, hoc dogma de *tranſubſtantiatione* ſemper in eccleſia viguiſſe, & patrum verba æquiuoca ad hoc conformanda & intorquenda eſſe, quod credere fas ſit, eos nunquam a *communi eccleſiæ ſenſu* receſſiſſe. Somnia hæc ſunt, quæ præſupponunt, id verum eſſe, de quo adhuc contenditur. Neque demum tempore *reformationis* veritatis oppreſſores in ius vocati ſunt, ſed per omnia fere ſecula hinc inde iis contradictum, qui dogma Romanæ eccleſiæ amplexi erant, vt plenius IACOBVS BASNAGE *cit. l* docet. Sub CAROLO caluo recruduit hæc controuerſia, variis agitata ſcriptis, quorum quædam adhuc extant, de quibus agit MABILLON. *in act. Benedict. ad ſec. IV. P. II. in præf.* Inter illa principatum tenet monachi Corbeienſis RATRAMNI *tr. de corpore & ſanguine domini*, quem iuſſu CAROLI calui conſcripſit, vt verba initialia præfationis docent: *Iubes, glorioſe princeps, vt quid de ſanguinis & corporis Chriſti myſterio ſentiam, veſtræ magnificentiæ ſignificem.* Nuper admodum anno 1717. Amſtelodami tractatus hic denuo editus, in gallicam translatus linguam cum duplici diſſertatione ex anglicana in gallicam translata ſub tit.: *Ratramne ou Bertram pretre du corps & du ſang du ſeigneur avec une diſſertation preliminaire ſur Ratramne & une autre diſſertation hiſtorique ſur la vie & les ouvrages de cet auteur.* De veritate huius libri, & incorrupta eius ſinceritate nemo hodie dubitat, poſtquam tot codices antiquiſſimi vtramque ab omni ſuſpicione liberarunt. Magnopere RATRAMNVS abeſt a *tranſubſtantiationis* dogmate, vt omnia eius docent oſtenduntque argumenta & verborum pondera. *At quia*, inter alia ait, *confitentur & corpus & ſanguinem Chriſti eſſe, nec hoc eſſe potuiſſe niſi facta in melius commutatione, neque iſta commutatio corporaliter, ſed ſpiritualiter*

Patrum ſententiæ huic doctrinæ non fauent.

Sub Carolo caluo hæc controuerſia agitata. Ratramni ſententia contra tranſubſtantiationem.

Digitized by Google

ter facta ſit, neceſſe eſt, vt iam FIGVRATE *facta eſſe dicatur, quoniam ſub velamento corporei panis corporeique vini ſpirituale corpus Chriſti ſpiritualisque ſanguis exiſtit. - - Secundum quod vtrumque corporaliter contingitur, ſpecies ſunt creaturæ corporeæ* (ergo ſubſtantiam ſuam non amittunt) *ſecundum potentiam vero, quod ſpiritualiter factæ ſunt, myſteria corporis & ſanguinis Chriſti.* Poſt pauca pergit: *ſic itaque Chriſti corpus & ſanguis ſuperficie tenus conſiderata, creatura eſt mutabilitati corruptelæque ſubiecta. Si myſterii vero perpendis virtutem, vita eſt, participantibus ſe tribuens immortalitatem. Non ergo ſunt idem, quod cernuntur & quod creduntur. Secundum enim quod cernuntur, corpus paſcunt corruptibile, ipſa corruptibilia. Secundum vero quod creduntur, animas paſcunt in æternum victuras, ipſa immortalia.* Magis adhuc alienus eſt a dogmate Romanæ eccleſiæ in his verbis: *Et cum vnum ſit corpus dominicum, in quo ſemel paſſus eſt, & vnus ſanguis, qui pro ſalute mundi fuſus eſt, attamen ſacramenta ipſarum rerum vocabula ſumſerunt, vt dicantur corpus & ſanguis Chriſti, cum propter* SIMILITVDINEM *rerum, quas immunt, ſic appellentur: ſicut paſcha & reſurrectio domini vocantur, quæ per ſingulos dies celebrantur, cum ſemel in ſe ipſo paſſus ſit & reſurrexit, nec dies illi iam poſſunt reuocari, quoniam præterierunt. Appellantur autem vocabulo dies, quibus memoria paſſionis dominicæ ſiue reſurrectionis commemoratur, idcirco, quod ſimilitudinem illorum habeant dierum, quibus ſaluator ſemel paſſus eſt & reſurrexit.* Pauca hæc ſufficiant, cum meum non ſit, hanc quæſtionem ex profeſſo ſub incudem reuocare, ſed tantum oſtendere, dogma eccleſiæ Romanæ etiam ab illis, qui in magna ſemper auctoritate fuerunt, (qualis fuit RATRAMNVS,) & nunquam hæreticis annumerati, impugnatum & reiectum fuiſſe. Contra hæc nihil aliud opponere potuit FLEVRI *in hiſt. eccl. ad ann.* 859. *lib.* 49. *n.* 52. *in f.* quam ſequentia: *Au reſte, il faut convenir, que dans le traité de Ratram il y a des manieres de parler dures & obſcures, qu'il faut expliquer par les plus claîres: puiſque l'auteur a toujours vêcu dans la communion de l'egliſe.* Talia vero ſubterfugia indicium malæ cauſæ ſunt, oſtenduntque deeſſe, quod ad obiecta regeri poſſit, cum perlegenti totum tractatum facile liqueat, quorſum eius intentio vergat. Inde ſine dubio factum, vt in indice iuſſu CLEMENTIS VIII. edito inter libros non ſanam doctrinam continentes reiectus fuerit, teſte NATALI ALEXANDRO *in diſſ. hiſtor. eccl. ad ſec. IX. diſſ. XIII. p.* 854. *ſqq.* vbi ex inſtituto de RATRAMNO & eius operibus agit, & quæ pro

Pro excuſando Ratramno ratiunculæ imbecilles.

Digitized by Google

pro excuſanda eius ſententia adferri poſſunt, allegat, non ſine manifeſta ſenſus deprauatione.

§. XIII. Doctrina hæc varios produxit effectus, etiam *ciuiles*, imo errores & ſuperſtitiones haud ferendas. A craſſiori effectu initium faciam, qui vix ſine horrore concipi poteſt, quem in *Deificatione*, vt loquuntur, conſtituunt. Per *conſecrationem* enim induci *tranſſubſtantiationem* aſſerunt, qua ſimul indigitatur, ex *pane* ipſum produci & creari CHRISTVM, ſaluatorem mundi, Deum ſummum, creatorem cœli & terræ a creatura creari, mediante *verborum ſacramentalium* pronunciatione & *intentione ſacerdotis*. Ita enim rationes ſubduxit VRBANVS II. in *concil. Romano III, anno* 1099. habito, referente ROGERIO HOVEDEN, cuius verba adduxit HARDVIN. *in coll. concil. tom. VI. P. II. p.* 1761. quibus demonſtrare voluit papa, inueſtituras laicorum eſſe iuri diuino contrarias. Cenſuit enim, *nimis execrabile cenſeri, vt manus, quæ in tantam eminentiam excreuerunt, vt quod nulli angelorum conceſſum eſt, vt Deum cuncta creantem ſuo ſignaculo creent, & eundem ipſum pro ſalute totius mundi Dei patris obtutibus offerant, in hanc ignauiam vel ſtultitiam detrudantur, vt ancillæ fiant earum manuum, quæ diebus & noctibus obſcœnis contractibus inquinantur, ſiue rapinis ac iniuſtæ ſanguinis effuſioni addictæ maculantur.* Creant ergo ſacerdotes Deum cuncta creantem, & quidem quotidie creant, quæ philoſophia ſatis horrida eſt & multa ἀσύχατα produxit, allata a MORNAYO *de S. euchariſtia lib. IV. c.* 9. Vtrumque coniungit etiam INNOCENTIVS III. in *c.* 1. *X. de ſumma trinit.* aitque: *in eccleſia idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificium Ieſus Chriſtus: cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, tranſſubſtantiatis pane in corpus & vino in ſanguinem, poteſtate diuina.* In *c.* 6. *X. h. t. verſ. ex eo autem verbo.* IDEM latius de hoc dogmate philoſophatur, & *ſubtiliter* tria diſtinguenda eſſe docet, *formam viſibilem, veritatem corporis, & virtutem ſpiritualem*, quæ hic excutere non vacat. Inde Deificatio ſacerdotibus tribuitur.

§. XIV. Obſeruandum eſt ex verbis VRBANI II, ex hoc dogmate vulgo *ſacerdotibus* præ *laicis* quibuscunque inſignem tribui præeminentiam, quæ cauſa ſine dubio fuit, vt pro eo tanquam pro aris & focis (vt vere dicere poſſum) certarent. Inter ceteros hoc argumentum magnopere vrget, extollit, inculcatque THOMAS BOZIVS in tr. *de iure ſtatus*, quo generatim oſtendere nititur, per *ſacerdotium* vnice *ſtare* ſeu *ſubſiſtere* vniuerſum orbem. Inter cetera huius theſeos fulcra *lib. III. c.* 2. ad illud, quod ex *Deificatione* deſumi ſolet, dila- Inde inſignis prærogatiua ſacerdotibus tributa, quod ex Bozio illuſtratur.

Digitized by Google

dilabitur, atque: *ſeptimo ſacerdotes conficiunt illud idemque Chriſti corpus, ac repræſentant in terris, quod ſedet ad dexteram patris, omnia, quæcunque ſunt, mouens, ac regens, vt omnia corpora glorificet, omnes animas glorificet, cunctis corporibus donet omnia, quæcunque habere natura iter ac ſupernaturaliter bona poſſunt; cunctis mentibus omnia, quæcunque eo modo aſſequi valent, bona. - - En itaque, vt ſacerdotes non modo* REGES, *ſapientiæ magiſtri, parentesque ſint, ſed etiam mirabiliſſimo modo* DII, *largitoresque ideirco ob eſſentialem ſubordinationem neceſſariamque præterea conſecutionem omnium bonorum, quæ vel externa ſunt vel ad corpus animamque pertinent.* IDEM *in fin. cap. Hac parte Dii ſunt, participata atque admirabili poteſtate, quod multo magis apparet, quod corpus Chriſti Dei conficiunt in terris.* IDEM *c. IV. lib.* 3. *circa finem* eandem recoquit ſententiam craſſiori adhuc philoſophia vſus, vt ſtatuat ſacerdotes, eundem ſpiritum & idem corpus cum Chriſto habere. Audi hominis argumenta: *Quibus eſt idem ſpiritus & idem corpus participata diuinitus poteſtate & coniunctione, iis eſt neceſſario eadem poteſtas in exteriora cuncta. Nam ſi ego regis animum corpusque idem habeam, neceſſario* REX *idem ero. At ſacerdotibus propter characterem Chriſtique imaginem impreſſum eſt idem ſpiritus a Chriſto participatus ad regendos homines ſibi commiſſos, eſt ſimiliter idem corpus ex* POTESTATE PARTICIPATA, *quia conficiunt idem Chriſti corpus, quod ſedet ad dextram patris, eidemque coniunguntur primo ipſi re vera illud ſumentes, rurſusque tradunt illud tanquam filiis, & membris in vnum Chriſti corpus myſticum verumque coniunctis ſecularibus.* Quilibet ergo ſacerdos, ex hac craſſa SOZII ſententia, eſt CHRISTVS, quia CHRISTI *ſpiritum* & *corpus* habet, imo & CHRISTVM pro lubitu facit. Quis non exhorreſceret ad talem doctrinam, verbo diuino repugnantem, quæ tamen toleratur, imo approbata eſt ab his, quibus cenſura librorum edendorum commiſſa eſt, vt teſtimonia libro præmiſſa indicant. Fuſius hoc argumentum tractat *eod. libr. c.* 5. & hos floſculos inter ceteras nænias ſpargit: *Tamquam Chriſtus, atque eſt Chriſti perſona, inquit ſacerdos: hoc eſt corpus meum.* Et tandem omnibus argumentis prolatis ita concludit: *quicunque vna cum Chriſto ex participata ipſius poteſtate actiua, licet inſtrumentali, ſed tamen ſciente & volente (non enim conficit corpus Chriſti ſacerdos niſi volens) recapitulant omnia ſimul cum Chriſto, ii ſunt noui Adami cum Chriſto, renouantes humanum genus quoad animam & corpus, & quæcunque ſunt in terra & in cælis, quoad angelorum loca & ordines ob dæmonum ruinam deſertos & vacuos reſtaurent. Atqui ſacerdotes* &c. Hæc ἀσύσκατα pro-

qui ſacerdotibus Chriſti perſonam & ſpiritum tribuit,

vt quilibet ſacerdos ſit Chriſtus

renouentque genus humanum.

produxit doctrina de *ſacerdotali iure Deum faciendi & creandi*, qua vix durior excogitari poteſt.

§. XV. De ſacerdotum *dignitate* eximia, & *gloria* ineffabili, ex hoc miniſterio, quod in conficiendo hoc ſacramento exercent, tracta, plenus etiam eſt ANDREAS *du* SAVSSAY in *panopl ſacerd. P. II. lib.* I. *c. IV. art.* I. & 2. vbi agit de *ſacerdote*, qui vt Chriſti *miniſter* offert. *Verum*, ait, *hic iuuat expendere, quanta hinc dignitas ſacerdoti conferatur.* Prouocat ad dictum TERTVLLIANI: *dignitatem eſſe ſeruum eſſe potentis*, & hoc applicat ad formulam miſſaticam, in qua hoc nomine gloriatur ſacerdos, quod ſit *ſeruus* & *miniſter Dei*, longe excellentiori prædituſ ſacerdotio, quam qui in antiquo fœdere Deo offerebant. *At noui teſtamenti*, ait, *ſacerdotes, vt miniſtri Dei, Chriſti corpus & ſanguinem ſacro ore conficiunt, diuinæ maieſtatis offerunt, ſibi ſumunt & fideli populo diſtribuunt, cum ſumma admittendi vel arcendi ab hoc diuino altari, quoscunque vel dignos vel indignos iudicarint, poteſtate.* En ſacerdotium cum *excelſa dignitate* & *ſumma poteſtate* prædituſ, pro quo conſeruando, (quod ſtimuli *ambitionis ſacræ* iubent) tot errores in ſacris fouendi & defendendi ſunt. Auguſtior porro eius dignitas *cit. l. art.* 2. inde demonſtratur, quod *vicem Chriſti* in hoc ſacrificio gerat, & longe quidem eminentius, ac proreges, legati vel vicarii principis *abſentis*, cum ad eorum miniſterium CHRISTVS concurrat, ſemper præſens in altari, & ipſe hoſtia ſit, quæ offeratur. *Si non vehitur carpento*, ait, *Chriſtum ipſe portat, dum offert & miniſtrat in tremendis myſteriis, quibus aſſiſtunt angeli ipſum ſacerdotem comitantes, quin & ei adminiſtrantes, & diuinas vices gerenti & diuina operanti.* Audi maiora, maioris abollæ. *Planeſie præfert*, pergit IDEM *cit. l. art.* 3. *ſacerdos in miſſa veſtes regias, quia ſunt regalis maieſtatis inſignia. Hæc nemo geſtat, niſi rex ipſe. Vnde proreges neque ſibi imponunt diadema, neque ferunt ſceptrum, quod indicium eſt regiæ poteſtatis. At ſacerdos in diuina actione, quia Chriſti gerit perſonam, ipſius Chriſti inſignia ſumit.* Paulo poſt pergit: *Loquitur Chriſtus & offert per ſacerdotem, non tantum vt vicarium & miniſtrum, ſed quaſi per proprium ſuppoſitum, nempe per ſe ipſum, quia ſacerdos hoc diuino munere fungens perſonam eius aſſumit, profert verba, auctoritate nititur, ac omnipotentiam eius exequitur. Ideo diuino honore potitur ſacerdos in ſacrificio.* Addit, quod ea de cauſa in miſſa diaconus ei iubeatur exhibere *cultus diuini* indicia, *quod tunc ſacerdos, non vt homo mortalis conſideretur, ſed vt ipſe Chriſtus, cuius perſonam tremenda in illa actione repræſentat.* Talia laicis inſinuanda

Illuſtratur hoc vlterius ex doctrina du Sauſſay,

& eminentiſſima dignitas creditur,

quæ regalis eſſe creditur,

diuinum cultum deſiderans,

& fedulo inculcanda ſunt, vt auguſtiſſimam dignitatem ſacerdotum agnoſcant apoſtolis quamuis incognitam. *Hæc enim dignitas*, EOPEM iudice *cit. l. art.* 4. *adeo ſublimis eſt, & poteſtas tam admirabilis, vt ſancti patres, quicquid aliud magnum & excelſum cenſeri poteſt, hac inferius eſſe, vnanimi iudicio arbitrentur.* Quid quæris? *tritum* quidem *eſt, quod paſſim regiæ poteſtati ſacerdotalem anteponant* patres; *at vlterius* adhuc *progrediuntur, etenim ſupra omnem humanam poteſtatem non modo ſacerdotalem efferunt; verum etiam ſupra vim & dignitatem attollunt angelicam.* Ratio in promtu eſt, & quidem primaria hæc, quam ex PETRI BLESENSIS *ſerm.* 47. adfert: *eſt ſacerdos coadiutor redemtionis, conſiliarius domini Sabaoth, dapifer menſæ Chriſti.* Sed tædium me capit, plura de exorbitante auguſtaque hac *dignitate ſacerdotum* ex ſcriptis huius farinæ compilare, quam vnice peperit ſententia de *Dèificatione*, vt haud erraſſe credendi ſint, qui *imperii ſacri* primarium fulcrum ex hoc *ſacrificio* petierunt. Si hoc impugnas, ſimul dignitatem illam *auguſtam, divinam & ſupremam* cum ſumma poteſtate vnitam impugnas, tollis, deſtruis. Aſt hinc illæ lacrymæ.

& dignitatem angelicam ſuperans.

§. XVI. Ex vtroque dogmate de *conſecratione* & *tranſubſtantiatione* vlterius deducta eſt conſuetudo, *aſſeruandi euchariſtiam* ad varios vſus, tum propter *infirmos*, vt ad eos deferri poſſit: tum vt *adorationis* gratia exponi in eccleſia, ac velut Chriſtus ipſe populo ſiſti, ac denique in *ſolennibus proceſſionibus* circumferri poſſit. HONORIVS III. in *c.* 10. *h. t.* hæc inſtituta ſub grauiſſima pœna ſingulis presbyteris iniungit, iubetque, *vt frequenter doceant plebem ſuam, vt cum in celebratione miſſarum eleuatur hoſtia ſalutaris, ſe reuerenter inclinet, idem faciens, cum eam defert presbyter ad infirmum. Quam decenti in habitu*, pergit, *ſuperpoſito mundo velamine ferat, & referat manifeſte ac honorifice ante pectus cum omni reuerentia & timore, ſemper lumine præcedente, cum ſit candor lucis æternæ, vt ex hoc apud omnes fides & deuotio augeatur.* Similiter patres Tridentini *ſeſſ. XIII. c. VI. n.* 7. anathema dixere iis, qui euchariſtiam non *aſſeruandam*, ſed mox conſumendam eſſe dicunt. Sed ita ſimul anathema dixere CLEMENTI papæ vel auctori, qui eius nomen aſſumſit in *c.* 23. *de conſecr. D.* 2. inquienti: *Tanta in altari certe holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. Quodſi remanſerint, in craſtinum non reſeruentur, ſed cum timore & tremore clericorum diligentia conſumantur.* Vel hoc teſtimonium euincit, adhuc ſeculo IIX. quo compilatio PSEVDO-ISIDORI publicata eſt, hanc conſuetudinem *aſſeruandi euchariſtiam* improbatam fuiſſe, quam pluribus argumentis

Aſſeruatur euchariſtia in varium finem,

Digitized by Google

mentis impugnat CHEMNITIVS *in exam. concil. Trid. p.* II. *loc. IV. sect.* 7. & DALLAEVS *de cultibus latin. c.* 4. *seqq.* aliique plures.

§. XVII. Quando itaque consecrata & asseruata hostia circumfertur in processionibus, ipse CHRISTVS circumferri dicitur, non sine maiestatis diuinæ profanatione, quæ nullibi talem pompam suis commendauit, nec voluit, vt in *pane tali consecrato* Christus adoraretur. Quando ergo contingit, vt processiones diuersarum societatum concurrunt, vel eo tempore a diuersis parochis *venerabile* ad infirmos defertur, vel in pluribus ecclesiis illud exponitur, quam facile rudis plebecula in eam incidere potest sententiam, singulas parochias vel ecclesias habere suum proprium CHRISTVM & Deum, quod ad cultum gentilium magnopere inclinat. Obseruauit iam suo tempore BVSCHIVS præpositus *noui operis*, quod in suburbio Hallensi fuit, morem hunc non adeo conuenientem esse, quem olim in hac ciuitate in circumgestatione *pluriuum monstrantiarum*, vt loquuntur, obseruabant, de quo ita in *tr. de reform. monast. lib. I. c.* 16. apud LEIBNIT. *tom. II. script. Brunsuic. p.* 816. *Animaduerti, quod hæc venerabilis sacramenti delatio in monstrantiis diuersis, pariter incedentibus, fidei catholicæ multum esset nociua, imo & contraria; tanquam singuli plebani, sicut singulas habent monstrantias, sic etiam singuli proprium haberent Deum, & vnum non esset corpus dominicum, quod in diuersis monstrantiis portaretur. Mandani igitur plebanis per totam ciuitatem, quod non nisi vnum sacramentum & vnam monstrantiam per ciuitatem & per circuitum eius portare deberent. Hoc audientes plebanus & conuentus ad S. Mauritium volebant, vt suam monstrantiam operose factam solum deferre deberent. Respondi, quod non: sed suam populo sequente ad ecclesiam B. Virginis deferrent monstrantiam cum venerabili sacramento, & ibi eam relinquerent, & omnis populus ciuitatis cum plebanis sequerentur corpus dominicum in monstrantia B. Virginis positum, quæ pretiosior erat omnibus &c.* Non sine murmure senatus populique Hallensis hanc innouationem factam fuisse, refert in sequentibus, *quod illam longo tempore laudabilem habitam consuetudinem, cuius contrarium non erat in hominum memoria, ita subito vellet infringere* BVSCHIVS. Tandem pax facta, & collatione cum senatu habita, modus deferendi & exponendi venerabile determinatus est.

Circumfertur hostia in processionibus & adoratur, vt ipse Christus.

Quid si plures hostiæ circumferantur, an sint plures Christi?

§. XVIII.

Digitized by Google

Adoratio hæc demum seculo XIII. inualuit.

§. XVIII. Ipsa *adoratio* huius *venerabilis* vel *expositi* vel *elevati*, vel *circumgestati* serius introducta, & demum eius vestigia se reperisse seculo XIII. fatetur FLEVRY *in hist. eccl. ad ann.* 1197. *p.* 580. eo scilicet tempore, quo *communio sub vna* natales suos accepit, & tot alii *errores* & *abusus* multiplicati sunt.

quæ post reformationem varios excitavit motus,

Hæc ipsa post reformationem ingentes motus turbasque inter *protestantes* & *catholicos* dedit, his protestantes ad *adorationis* cultum verberibus, plagis aliisque malis publicis cogere, nitentibus; illis vero processiones cum *venerabili* impedientibus, vt ex mutua hac renitentia bella sæpe priuata inter vnius eiusdemque ciuitatis incolas orta fuerint, ceu acta publica docent.

in I. P. sedatos.

Moribus hisce tandem obuium itum in *I. P. art. V.* §. 29. *neutri partium alterum de religionis suæ exercitio ecclesiæ ritibus & ceremoniis deturbare fas sit, sed ciues pacifice & comiter inuicem cohabitent, liberumque religionis suæ & bonorum vsum vtro citroque habeant.* In §. 31. tamen exercitium subditorum restrictum est ad *anni* 1624. *statum* possessionemque, *quatenus sacra dicto anno exercuere aut exercita fuisse probare poterunt.* Proinde si dicto anno catholici in certo loco *processiones publicas* cum *venerabili* facere, vel publice illud ad ægrotantes deferre prohibiti fuere, nec postea hac libertate frui possunt, si leges imperii publicas conculcare nolunt. Cautum porro est in *art. V.* § 48. nihil A. C. addictis iniungi posse a catholico magistratu, quod *Augustanæ confessioni* vel *conscientiæ* repugnat, & in §. 34. similiter *libertati conscientiæ* lex hæc data, vt *patienter* tolerentur subditi diuersæ religionis, & *conscientia libera* sine *inquisitione* aut *turbatione* deuotioni vacare possint.

Inde protestantes cogi nequeunt ad cultum adorationis.

Quæ cum ita sint, quis tam ferreus, tam inhumanus esset, qui contendere vellet, recte prorestantes cogi posse ad cultum *adorationis*, si *venerabile* publice defertur ad infirmos? Nolo cum catholicis in arenam hic descendere & inquirere, vtrum barbara illa & plusquam ferina methodus, ad religionis suæ cultum cogendi dissentientes, sit rectæ rationi & principiis *religionis* conformis? Sed id tantum vt primarium decidendi fundamentum adducam proponamque: annon catholici per leges publicas imperii iussi fuerint abstinere a tam barbaro processu, adeo vt si, pro more suo, eo vtantur, pacifragii rei fiant incidantque in pœnas violatoribus pacis Osnabrugensis dictas? Non tantum verba adducta, sed totius instrumenti pacis principalis finis & intentio id docent, monstrant, declarant, vt si catholici bonam fidem agnoscere velint, negare id minime possint.

§. XIX.

Digitized by Google

§ XX. Euentus vero proh dolor! docuit, nullam legem tam sacrosanctam esse, quam non hominum obnoxiorum audacia infringere, superstitio insulsa conculcare, & ineptus zelus cœcæ plebeculæ delere & peruertere possit. Longa est iniuria & ferax exemplorum recentissimorum pariter ac antiquorum copia, ceu acta publica declarant. In Palatinatu potissimum hæc *inhumana coactio* circa *adorationis* cultum a pluribus annis exercita est. Equidem anno 1699. elector Palatinus apud ANTON. FABRVM in der Staats-Canzley *tom. V. c. 2. p. 78.* in hæc verba rescripserat: Demnach Ihro Churfürstl. Durchl. vorkommen, daß im Vorbeytragen des Hochlöbl. Venerabilis verschiedene Reformirte und der Augspurgischen Confession zugethane, weil sie vor selbige die geziemende Veneration nicht bezeiget, mit Schlägen übel tractiret worden; als ist hierauf Hochgedachter Ihro Churfürstl. Durchl. gnädigster Befehl, damit fürohin destoweniger einige Scandala hierinfalls sich ereignen mögen, daß die Reformirte und A. C. Verwandte, da Hochbesagtes Venerabile über die Gassen getragen wird, entweder in denen Häusern verbleiben, oder in die nächste Häuser oder anderwärts sich hinverfügen, oder aber, wenn sie nicht ausweichen können, die Hüte abziehen, und solchergestalt zu öffentlichen Aergernissen keinen Anlaß geben sollen, und wie auf solche Weise von Reformirten und Lutherischen, wann das Hochlöbl. Venerabile vorbeygetragen wird, Ihro Churfürstl. Durchl. nicht allerdings aus Trutz und Spott zugegen gehandelt wird; also soll auch auf obigen Verhaltungs-Fall gegen die Reformirte und Lutherische mit Schlägen nicht verfahren werden, welche gnädigste Verordnung den N. wissend gemachet wird, um solche gehörigend zu publiciren, allerseits Geistlichen Communication zu thun, und dahin zu sehen, daß deren gehorsamst nachgelebet werde. Dessen zu geschehen man sich verläst. Weinheim den 28. Octobr. 1699. Sed anno subsequente querelæ antiquæ de nouo auditæ, quo ipso apparuit, hoc rescripto rebus protestantium subditorum parum vel nihil prospectum esse. Docet hoc ipsum relatio de anno 1700. ab ANTONIO FABRO *cit. l. p. 79.* & THVCELIO *in act. publ. seculi XVIII. P. I. p. 130.* Der Gewissens-Zwang wegen Niederknieung vor dem sogenannten Venerabili continuiret mehr als zu iemahlen, und erfolget nicht die geringste remedirung, sondern es werden so wol die reformirte als evangelische lutherische Bürger und Unterthanen mit allem Ernst, und sogar durch Arrestirung ihrer Persohnen, dar-

Nihilominus sæpe hic peccatur contra instrumentum pacis. Quod exemplo recentissimo declaratur.

Digitized by Google

zu angehalten, wie erſt noch neulich zu Manheim beſchehen, und der Schultheiß daſelbſt den hiebey gehenden Befehl nicht allein an die Bürger-Wacht deswegen ergehen laſſen, ſondern es iſt auch dem evangeliſchen lutheriſchen Pfarrer Metenio anbefohlen worden, ſolches von der Cantzel zu verkündigen. Denen Stadt-Hauptleuten ſtehet nicht mehr frey, denen Corporals zu erlauben, andere gegen Bezahlung auf die Wacht zu ſubſtituiren, weshalben denn bereits einige von beyder Evangeliſchen, doch von keiner ſonderbaren Condition, zu Vermeidung ohnfehlbarer Straffe und Ungelegenheit, ſich zum Niederknien leyder bequemet, die fürnehmſte aber nach und nach ſich aus der Pfaltz begeben wollen, falls keine Aenderung erfolget.

Aliquando tamen hæc coacta adoratio remiſſa,

§. XXI. Anno ſequente ſcil. 1701. de nouo ſereniſſimus elector Palatinatus libertatem conſcientiæ *fide publica* roborauit, in *reſcripto d.* 29. *May* 1701. apud ANTON. FABRVM **in der Staats-Cantzley** *tom. VI. p.* 81. Speciatim vero de adoratione venerabilis ita edixit: **So habt ihr auch, damit bey Umtragung des Venerabilis allen öffentlichen Aergerniſſen und widrigen Begegniſſen, worüber bishero verſchiedene Klagen vorkommen, ins künfftige deſtomehr abgeholffen werde, zu verfügen, und zu männigliches Wiſſenſchafft ordentlich** publiciren zu laſſen, **daß vor bemeldter Umtragung des Venerabilis iedesmahln ein Zeichen mit der Glocken zu dem Ende gegeben werde, auf daß die Proteſtirende zurück bleiben, oder ſich in Zeiten zurück ziehen können, und ſolle bloß und allein gegen diejenige Ahndung und Correction vorgenommen werden, welche aus kündlichem böſen Vorſatz und allerdings zu öffentlichen deſpect vor dem Venerabili ohne geziemende Ehrerbietung ſich præſentiren. Ferner könnt ihr bey der Bürgerwacht zu Manheim denen Proteſtirenden anheim geben, daß ſie ſtatt ihrer Catholiſche ſubſtituiren, welche bey Umtragung des Venerabilis das Gewehr kniend præſentiren.** Vtrum ita *libertati conſcientiæ*, quam lex publica imperii imperat, & tot electoris Palatini declarationes publicæ roborarunt, conſultum fuerit? alii iudicent. Quid auctor *expoſitionis facti & iuris in cauſa religionis euangelicæ in Palatinatu inferiore* apud THVCELIVM *cit. l. p.* 210. adductus hac de re ſtatuendum eſſe cenſuerit, his *p.* 215. *in f.* declarat verbis: *Ante omnia vero turbat & affligit mandatum de cultu ſic dicti venerabilis. Neque pro ſola-*

ſed non plene, vti decebat.

mine

Digitized by Google

mine aut remedio esse potest data libertas de via decedendi aut referendi pedes. Nam hoc ipsum graue est ingenuis Christianis, eius rei causa latebras quærere aut fugam capessere. Deinde id etiam semper non licet propter fortuitos & inopinatos casus, quibus sape deprehenduntur, antequam capere consilium de fuga possint. Et qua tandem ratione vitare homines istos occursus poterunt, cum nuper Manheimii auctoritate magistratus edictum fuerit, vt, qui excubias ciuicas agunt, ad exemplum militis præsidiarii, quoties ista circumgestatio fit, cum armis prodeant, & flexis genibus armisque more militari submissis coram re procumbant, quam ex animi sui sententia, & secundum instituta suæ religionis negant sibi hoc modo colendam esse.

§. XXII. Quieuerunt per aliquot annos hæc de *adoratione venerabilis* certamina, sed mox, data occasione, recruduerunt in Palatinatu, vt, quæ recenter in causa religionis publice acta sunt, declarant. Quæ turbæ in Palatinatu, incitante clero, per aliquot annos natæ fuerint, omnibus notum est, quas hic referre non placet. Ea occasione etiam *coacta adoratio venerabilis* in vsum reuocata, tandemque nouum edictum *anno* 1720. *d.* 16. *Aug.* publicatum, quod a prioribus differt. En verba edicti, quod ANTON. FABER *tom. XXXVII. p.* 533. refert: Nachdem Ihro Churfürstl. Durchlauchtigkeit es bey Umtragung des heiligen Viatici, und denen Processionen, der sich solchenfalls auf denen Gassen befindender Reformirten und Lutherischen Religion zugethanen Personen halber zu beobachten seyender Verordnung dergestalt gnädigst bewenden lassen, daß alle diejenige reformirte und lutherische Unterthanen, welche bey solcher Vorfallenheit sich auf denen Gassen gefliſſentlich befinden, und nicht ausweichen, sondern zu mehrerm despect stehen bleiben, und solchenfalls mit entdecktem Haupt nicht niederknieen wollen, von den hierzu bestellten Leuten gewarnet, und respectiue annotiret, nach geendigter Procession denunciiret, mithin ohne einigen Anstand gestalten Sachen nach mit einer nahmhaften Geld- oder *proportionirter* anderer Strasse belegt, wegen deren in erstgemeldeter Verordnung benanter Personen aber, so in der Geschwinde sich in benachbarte Gassen und Häuser nicht saluiren könten, es auf vorhin dabey gnädigst befohlenen Fuß gehalten, (darunter auch die Kramer und Bauers-Leute, welche ihre öffentlich feil habende Waare nicht verlassen können, begriffen, und diese lediglich den Hut abzuziehen verbunden sind) sothane gnädigste Verordnung eigentlichen Inhalts befolget, und niemand

Motus ad suggestionem cleri mox recruduerunt.

Digitized by Google

dawider beſchweret, mithin gegen die, ſo ſich hierunter nicht ungehorſam, oder widerſpenſtig bezeigten, keine Hand angelegt oder Thätlichkeiten gebraucht, die dawider handelnde mit würcklicher Straffe angeſehen, und dieſer hochſtgedachte Ihrer Churfürſtlichen Durchlaucht. gnädigſten Intention nicht nur in dero Stadt Heidelberg, ſondern auch Dero ſämtlichen Churpfältziſchen Landen befolget werden ſolle, als bleibet dem Heidelbergiſchen Rath ein ſolches zu weiters gebührender Verfüg- und Beobachtung hiemit unverhalten. Manheim den 16. Auguſti 1702. Ex his, quæ *acta publica* ſuppeditant, edictis plus quam manifeſtum eſt, non obſtante *libertate conſcientiæ*, legibus publicis ſubditis A. C. aſſerta, catholicos in eo ſubſiſtere principio, proteſtantes contra *confeſſionem ſuam*, & contra *conſcientiam* cogi poſſe ad actum *adorationis*, nili aufugere ſeſeque in ſecretiora abdere loca malint.

Pœnæ furantium venerabile.

§. XXIII. Nata præterea ex hoc principio eſt *ſanctio Carolina criminalis in art.* 172. ſo einer eine Monſtranz ſtiehlt, da das H. Sacrament des Altars innen iſt, ſoll mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtraffet werden. Alia *ſacrilegia* vt plurimum quidem morte, quandoque etiam pœna non capitali puniuntur, vt indicat *art.* 174. Verum hoc ſacrilegium, quod circa *venerabile*, in *hierotheca*, quam *monſtrantiam* vocant, committitur, eſt ſacrilegium *qualificatum*, atrociſſima pœna coërcendum, quod hoc ipſum committatur circa ipſum *tranſubſtantiatum corpus* CHRISTI, quod ne quidem laici *tangere*, multominus *contrectare* potuere. Quid ergo ſi A. C. addictus tale ſacrilegium commiſiſſet, qui ex ſuæ confeſſionis principiis longiſſime a dogmate eccleſiæ Romanæ abeſt, adeoque reſpectu eius crimen haud cenſeri poteſt atrociſſimum? Quin *ſacrilegium* hic committat, nullum habet dubium; pœnam tamen *ignis* ei haud applicandam crederem, cum omne delictum ſit æſtimandum ex *intentione* & *malitia* facientis, quæ non æqualis in tali fure ac quidem in eo, qui *venerabile* vt verum CHRISTVM profitetur.

Ex tranſubſtantiatione fluxit communio ſub vna.

P. de Marca ſententia de eius origine.

§. XXIV. Porro ex hoc dogmate communionem laicorum ſub *vna ſpecie* ortam eſſe, arbitror. Equidem initium & originem moris huius, communicandi *ſub vna ſpecie* PETRVS DE MARCA *dans l'hiſtoire de Bearn lib. V. c.* 10. *n* 3 *ſeqq.* trahit tum ex *concilio Claromont.* ſub VRBANO II. *anno* 1096. habito, tum etiam ex liberatione terræ ſanctæ e manibus Saracenorum. Quamuis enim obiter ad TERTVLLIANVM prouocet, &, ipſo in teſtem vocato, oſtendat, panem chriſtia-

Digitized by Google

ſtianos quandoque domum ſecum ſumſiſſe, & pro re nata manducaſſe; noluit tamen inde morem hodiernum deriuare. In *c.* 28. dicti concilii cautum: *ne quis communicet de altari, niſi corpus ſeparatim & ſanguinem ſimiliter ſumat, niſi per neceſſitatem & cautelam.* Hunc canonem MARCA commode ita intelligi poſſe cenſet, vt in eo *regula duplex* ſimulque *duplex exceptio* contineatur. Prima regula eſt: *communicandum eſſe ſub vtraque ſpecie panis & vini:* altera; *ita communicandum eſſe ſub vtraque ſpecie, vt ſpecies ſingulæ ſeorſim accipiantur* & non coniunctim more græcorum, vtramque ſpeciem miſcentium, partem panis euchariſtici vino mergendo vel tingendo. Exceptio prima *neceſſitatis* caſum continet, ſi quis forſan adeo ægrotet, vt vomitus ex vini potu metuendus ſit. Altera *cautelam* reſpicit; ſed quam? Secundum P. de MARCA hæc intellecta: *la precaution de danger de l'effuſion ou eſpanchement du ſang conſacré, des ſortes ſi les chreſtiens s'abſtiennent de participer à la coupe par reſpect & pour aller au devant de danger de l'effuſion du ſang, ce cas de cautele & precaution eſt autoriſé par les termes de ce canon. Or c'eſt le danger de l'eſpanchement & la precaution de cette irreuerence, qui a principalement esmeu les membres de l'egliſe d'introduire & recevoir peu à peu cette couſtume generale de ne diſtribuer la coupe aux laiques.* Explicationem hanc debet IOANNIS Teutonici gloſſatoris antiqui gloſſæ *ad c.* 92. *de conſ. D.* 2. eamque vel inde probabilem eſſe credit, quod vix ſeculo diſtet a temporibus *concilii Claromontani.* Vtrum VRBANI II. hæc mens & ſententia fuerit, oppido incertum eſt, cum etiam *vna* tantum *exceptio* in *cit. can.* contineri poſſit, quæ ſolius panis euchariſtici ſumtionem excuſat, ſcilicet, in caſu *neceſſitatis* ad *cautelam*, ne vomitum patiatur ægrotus, vt hæc verba: *per neceſſitatem & cautelam* coniunctim accipienda ſint. Id quod ſi verum eſt, vix ex hoc canone natales huius moris peti poſſunt. Interim facile concedo admittoque, eos, qui morem hunc poſtea paſſim irrumpentem excuſabant atque defendebant, hoc argumento forſan fuiſſe vſos, & *ſynodum Claromontanam* in ſuas partes traxiſſe, licet non conſtet, tempore huius concilii ex ſola hac *praecautione*, ne quid ex vino conſecrato forſan effunderetur, vini vſum intermiſſum quandoque fuiſſe.

ex concilio Claromontano.

Epicriſis.

§. XXV. Altera cauſa petitur a *peregrinationibus* frequentiſſimis in terram ſanctam, tum cruce ſignatorum, tum ex ſola deuotione ad ſepulchrum Chriſti iter facientium, quibus circa idem fere tempus occidentis totius maxima pars dedita erat, &, occupata Hieroſolyma, in *templo patriarchali* inprimis ſacris vocabat. Obſeruat vero MARCA,

Noua occaſio ex peregrinationibus in terram ſanctam.

Digitized by Google

cum Hierosolymis primum hic mos obtinuisse videatur.

in hoc templo vsum communicandi *sub vna* primum cepisse, &, *où l'affluence*, ait, *des pelerins & l'usage frequent des communions avoit introduit la coutume de communiquer au peuple la seule espece du pain, afin d'eviter les dangeres de l'irreverence, qui se commettroit en l'espanchement du sang, que la presse des communians pourroit facilement causer.* Illustrandæ huius sententiæ causa prouocat ad literas patriarchæ cuiusdam Hierosolymitani, quas HVMBERTVS in *dialogo*, a BARONIO *tom. XI. annal. in append.* publicato, adfert, in quibus hæc habentur: *In ipso sancto & venerabili loco adimpletur diuina & immaculata oblatio domini nostri IEsu Christi, sicut decet per ordinem. Et puto quia bene faciunt ibi, quod non nisi integras & sanas ponunt ipsas oblationes in sanctas patinas, nec, quomodo græci habent, lanceam ferream, qua scindant in modum crucis ipsam oblationem, i. e. pro sancto missæ - - - Cochlear autem, in quo communicent, sicut in ecclesia græcorum, minime habent, quia non ita commiscent sanctam communionem in calice, sed sola communione communicant populum. Itaque & in magnis & in paruis ecclesiis hunc morem traditum sibi a SS. apostolis habent omnes christiani ipsius prouincie - - ad hæc si quid ex sancta venerabili eucharistia in Hierosolymitanis ecclesiis superfuerit, nec incendunt, nec in foueam mittunt, sed in pyxidem mundam recondunt & sequente die communicant ex ea populum, quia quotidie communicant ibi, eo quod conueniunt illuc ex diuersis prouinciis Christiani, qui propter fidem & maximum amorem filii Dei communicari ibidem desiderant. Panem consecratum* in verbis adductis *communionem* vocari, obseruat MARCA & ita *sola communione communicare populum* idem est, ac *solo pane consecrato.* Ita primo in *ecclesiis Hierosolymitanis* introductum morem communicandi *sub vna specie* facile tractum esse ad occidentem, IDEM addit, quod peregrinationes frequentissimæ ex occidente essent in terram sanctam; neque tamen tempore THOMAE AQVINATIS eum *vniuersalem* fuisse, sed tunc demum generaliter receptum, *apres que par sa response il eut approuvé la prudence & prevoyance, dont elles vsoint en cet endroit, à fin de ne tomber pas dans le danger de l'effusion du sang.*

Ante seculum XII. communio sub vtraque necessaria credita fuit.

§. XXVI. Hæ circumstantiæ docent, ad minimum vsque ad seculi XII. tempora communionem *sub vtraque* obtinuisse, quod nec ecclesiæ Romanæ asseclæ in dubium vocant. Neque, vt quidam volunt, hoc *arbitrarium* fuit, sed *necessarium* & *ordinarium*, quod indicat papa GELASIVS in *c.* 12. *de consecr. D.* 2. *comperimus autem, quod quidam sumta tantummodo corporis sacri portione a calice sacri cruo-*

Digitized by Google

eruoris abſtineant. Qui procul dubio (quoniam neſcio, qua ſuperſtitione docentur obſtringi) aut integra ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia diuiſio vnius eiusdemque myſterii ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire. Qui hunc textum de *ſacerdotibus* vnice accipiunt, merito a BARONIO *ad ann.* 496. *n.* 20. exſibilantur, his verbis: *quibus* (nouatoribus) *noſtri, qui repugnant, Gelaſium de ſacerdote ſacrificante dixiſſe, interpretantur; at re vera nulla ibi de ſacerdote ſacrificante mentio habetur, vt plane, quod generaliter dictum eſſe apparet, ad ſacerdotes minime reſtringi debere, ſatis intelligi poſſit. Reiicimus igitur frigidam eiusmodi, qua haud indigemus, ſolutionem.* Ipſe *n.* 21. & 22. ad *Manichæos* inter fideles ſeſe occultantes, & cum iis communicantes, hunc textum vnice pertinere arbitratur cum BONA *lib. II. rer. liturg. c.* 18. atque ex LEONIS ſermone illuſtrat. Enimuero 1) quod in *Manichæis* reprobat LEO, generaliter reprobat, & ita a catholicis ad imitationem haud trahendum eſſe, iubet. Fruſtra hoc in Manichæis damnaſſet, quod catholicis permiſſum credidiſſet. 2) GELASIVS nullam mentionem *Manichæorum* iniicit, ſed generatim eos notat, qui hac ſuperſtitione ducuntur. 3) Ratio ſubiecta tam amplum habet ambitum, vt non tantum eos ſtringat, qui a *vino* ſponte abſtinent, ſed etiam qui laicis vinum denegant, cum & hi *diuiſionem vnius eiusdemque myſterii* inducant, & ex ſententia GELASII *ſacrilegium* committant. Si quæ exempla in contrarium adferri poſſunt, *abuſum*, non *praxin* eccleſiæ vniuerſalem docent, cum conſtans eccleſiæ obſeruantia *communionem ſub vtraque* agnouerit, & prudentiores abuſum taxauerint.

Baronii ſententia de Gelaſii dogmate examinatur.

§. XXVII. Sicuti vero *ſeculo XII.* magis magisque *ſuperſtitio* coniuncta cum màxima *ignorantia* & *barbarie* vires & maiora quotidie incrementa cepit, ita negari nequit, ex hac tandem *communionem ſub vna* introductam, propagatam & roboratam fuiſſe. Dogma *tranſubſtantiationis* iam altas radices egerat. Communis perſuaſio iam omnes ceperat, vinum transmutari in *ſanguinem* CHRISTI per verba *conſecrationis*. Interim vinum aqua mixtum non adeo *parce* dabatur communicantibus, quod ab his offerri ſoleret ad vſum ſacrum, vt ſufficiens copia adeſſet. In *translat. S. Glodeſindis Abb. Metenſis circa ann.* 830. apud MABILLON *in actis Benedict. ſec. IV. P. I. p.* 446. de hac *oblatione vini* hæc habentur; *Ex his, quæ habitu inter laicas religioſæ oblationes altario deferre conſueverunt, quædam fuit nomine Raginaidis, quæ ad baſilicam virginis veniens vaſculum, quo vinum ad ſacra ſecum huiusmodi circumferri ſolet, plenum detulerat, ex quo dum ipſa obtuliſſet, & ceteris, quæ plures oblatura*

Superſtitio & barbaries temporum communionem ſub vna peperit.

Digitized by Google

laturæ conuenerant, dum, quod ſuperfuit, totum diuiſiſſet, repente vaſculum ipſum, quod iam omnino exhauſtum putabat, attentant, vino vt prius repletum maximo cum ſtupore inuenit. Cererum ſicuti ante *conſecrationem* non magna adeo iactura credebatur, ſi aliquid vini ſtillaret vel effunderetur in terram, ita poſt *conſecrationem* admodum ſolliciti erant, ne tale quid contingeret, ac tali *effuſione* incauta iniuria ſanguini CHRISTI fieret. Grauiſſima hæc ſollicitudo varias peperit anxietates, nec tamen ſemper, præſertim in magna communicantium frequentia, præcaueri potuit, quo minus gutta quædam vel particula vini, omni etiam adhibita ſollicitudine, caderet in terram, id quod in liquidis quibuscunque accidere ſolet. Quid eo ergo caſu faciendum tunc eſſet, dubitatum. Tandem conſtitutum in *c.* 27. *de conſecr. D.* 2. *ſi per negligentiam aliquid de ſanguine domini ſtillauerit in terram, lingua lambetur, & tabula radetur. Si non fuerit tabula, vt non conculcetur, locus corradatur, & igne conſumatur, & cinis intra altare recondatur, & ſacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si ſuper altare ſtillauerit calix, ſorbeat miniſter ſtillam & tribus diebus pœniteat. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat* &c. Sed adhuc plura alia pericula metuenda. Quid ſi vinum congelaſſet? Deberet tamdiu exhalare ſacerdos, donec glacies ſoluatur, adhibito etiam igne, ſi aliter ſolui nequeat, ex mente DVRANDI *in ration. offic. diu. lib. IV. c.* 42. *n.* 11. Quid ſi muſca vel aranea vel ſimile quid ceciderit in calicem poſt *conſecrationem?* noua anxietas! quam rurſus ſoluit DVRANDVS *cit. l. n.* 12. Quid ſi, ſumto vino, communicans ex infirmitatis vitio vomitum fecerit? rurſus grauis ſollicitudo ſuſpenſos tenuit, ne quid irreuerenter in CHRISTI *ſanguinem* fieret. Conſilium in his turbis rurſus ſuggerit DVRANDVS *cit. l.* Præterea alios caſus grauiſſimos, qui facilius circa *vinum* quam *panem* contingere poſſunt, præſertim vbi *vinum* poſt *conſecrationem* aſſeruatum fuit in vſum ægrotantium.

&i nanis metus, ne quid vini in terram effunderetur & iniuria ſanguini Chriſti fieret,

vel vinum congelaret,

vel muſca aut aranea in vinum caderet,

vel vomitus ſequatur.

§. XXVIII. Ad hos caſus euitandos quidam conſultius duxere, quandoque, ſi periculum *effuſionis* immineret, ob multitudinem communicantium, ſolum panem (qui etiam commodius quam *vinum* aſſeruari potuit) *laicis* tali in caſu dare, eamque ſententiam partim *neceſſitatis* præſidio, partim inde excuſarunt, quod cum panis iam transmutatus eſſet in *Chriſti corpus*, ſanguine carere non poſſet. In *oriente* primum hanc praxin natam, optime obſeruauit MARCA, vt §. *XXV.* oſtendi, & ſicuti error plures habet ſectatores quam veritas, ita mox illa approbata & in plerisque locis ſuſcepta eſt.

Ad talia pericula auertenda calicem laicis denegarunt.

Mirę

Digitized by Google

Mira rerum metamorphosi! Agnoscunt ipsi doctores catholici, 1) olim obtinuisse communionem sub *vtraque*: 2) perraro a *calicis vsu* abstentum fuisse, nisi vel *vomitus* metuendus esset, vel *effusio* vini, & ita 3) hoc admissum fuit per modum *exceptionis*, quamuis *erroneæ*. Hæc *exceptio* tandem in *regulam* mutata, & *laicis* penitus *calix* subtractus, vt omne *periculum* euitaretur. Iam seculo XII. RODVLFVM *abbatem S. Trudonis* fualisse hunc morem, docent hi versus relati a BONA *lib. 2. rer. liturg. c.* 18.

ad nonnullorum consilium seculo XII.

Hic & ibi cautela fiat, ne presbyter agris
Aut sanis tribuat laicis de sanguine Christi,
Nam fundi posset leuiter; simplexque putaret,
Quod non sub specie sit totus Iesus vtraque.

Suadetur his versibus, ne laicis vinum præbeatur (1) ob metum *effusionis*: (2) quod iam totus Christus in *pane transsubstantiato* adsit. Idem quoque comprobat ERNVLFI Roffensis *epistola ad Lambertum* seculo XII. scripta, in *spicilegio Dacheriano tom. II. p.* 431. & *in nouiss. edit. tom. III. p.* 470. *sq.* relata, in qua *ex effusionis periculo* nouam consuetudinem defendit, qua panem vino consecrato tinctum communicantibus quidam presbyteri dabant. Ita vnus error peperit plures. Verum quod RODVLFVS fualit, non statim in praxin abiit, sed lento gradu in *occidente* demum receptum est. Glossator ad *c.* 92. *de conf. D.* 2. qui IOANNES SEMECA fuisse videtur, adhuc seculo XIII. de praxi istius temporis ita scribit: *sed sanguinem non præcipitur seruare* in gratiam infirmorum, *quia opus esset nimis* CAVTELA *in eo seruando. Ergo propter* CAVTELAM *non seruatur, ne fundatur.* Itaque adhuc eo tempore calix non simpliciter *laicis* denegatus est, sed *ægrotantibus* tantum, quod commode seruari vinum ob varios imminentes casus non posset; quodsi enim eo tempore in vniuersum *calicis vsus* desiisset, hanc rationem dare debuisset, quod laicis calix non amplius præberetur. Enimuero tantum *ob cautelam*, ne effunderetur vinum creditum fuit, sufficere *infirmis* posse panem consecratum, & ita hic casus adhuc ad *exceptionem* relatus fuit. Alia testimonia hoc illustrantia suppeditat MABILLON. *tom. II. Mus. Ital. in comment. in ord. Roman. §. 9. p.* 6. Equidem ALEXANDER Halensis, Anglus, ordinis fratrum minorum lumen in medio seculi XIII. variis scriptis, inprimis vero *summa theologiæ* eo tempore inclytum, *Parte IV.* de *sacramentis* praxin communem refert, & edisserendo de *eucharistia* asserit, FERE vbique *laicos* sub *vna specie* communicare, quod olim secus erat. Enimuero (1) notanter particulam *fere* suæ assertioni adiungit, nec (2) sine

nec tamen seculo XIII. simpliciter laicis denegatus fuit.

Digitized by Google

contradictione hic nævus receptus est. Displicuisse enim hunc morem recentissimum quibusdam, quos cura sanctior rei ecclesiasticæ tangebat, nemo in dubium vocabit, quamuis forsan pauciores fuerint, quia pauci sunt boni. His inprimis annumerandus est ALBERTVS M. seculi XIII. scriptor, qui eo tempore tractatum *de missa & corpore Christi seu sacramento altaris* conscripsit, cuius MSCtum asseruatur in monasterio Heilbrunnensi, teste IOANNE WILHELMO **von der Lith**, theologo Anspacensi meritissimo, in tr. anno 1720. edito sub tit. Gründlicher Beweiß, daß das Niederknien vor den Hostien in der Messe den Gewohnheiten und Satzungen der alten Kirchen zuwider, und dessen Nothwendigkeit erst im Tridentinischen concilio eingeführet worden. *c. V.* §. 19. *sqq.* In hoc tractatu ALBERTVS M. necessitatem *sub vtraque* communicandi adhuc agnoscit & defendit contra *innouationem*, simulque iis satisfacit, qui eo tempore existimarunt, sine *calice* eucharistiam plene administrari, quod indicant verba ipsius *cit. tr. germanico* excerpta. Neque forsan vniuersali applausu error hic tandem receptus approbatusque fuisset, nisi ALBERTI discipulus, sed magistro dissimilis, THOMAS AQVINAS sua auctoritate, quæ maxima erat, eundem roborasset.

Quidam putant ex defectu vini laicis calicem subtractum esse.

§. XXIX. Quæ cum ita sint, facile liquet, quid iudicandum sit de sententia ill. Dn. de LVDEWIG *in comm. ad A.B. lib* 2. §. 1. *p.* 304 *sq.* existimantis, *defectum vini* in Europæ terris consuetudini communicandi *sub vna* ansam dedisse; neque enim Christi tempore in Anglia, Islandia, Norwegia, Dania, Suecia, Polonia, Borussia aliisque regnis tantam *vini* copiam fuisse, vt omnibus ecclesiis pascendis sufficere potuerit: communionem præterea frequentissimam fuisse, vt fere singulis diebus dominicis conuenerint, obtulerint & communicarint: vinum non adeo *parce* communicantibus distributum, & tamen Christi religionem ita compositam efformatamque, vt *vniuersalis* dicenda, non ad certum locum & rempubl. vt iudaica, restricta: *calicis* quidem mentionem factam ab euangelistis, *genus potus* tamen non exprimi: in oriente *aquam* vino fere vsitatiorem fuisse, nec in prima ecclesia defuisse, qui in pane & aqua communicarent, quos dixere *aquarios*: accedere, quod homines plurimi nausea vini naturali ducerentur, quos ab hoc pastu cœlesti ita *per indirectum* excluisset saluator, si *præcise* vinum adhibendum esset: praeterea ex *c.* 13. *X. b. t.* apparere, adhuc in Suecia circa *annum* 1220. episcopum Vpsalienſem ob defectum vini, vt notat CIRONIVS *ad compil. Honor. b.t.c.* 5. ad vsum S. cœnæ *maiorem aquæ partem* quam *vini* adhibuisse,

Digitized by Google

buiſſe, idque ab HONORIO III. quidem reprobatum, ſed inſulſe & ſine iudicio, cum impoſſibile fuerit, vt vini ſufficientis copia ad vſum miſſarum epiſcopis in promtu eſſe potuerit: hinc tandem pontifices calicem prorſus laicis ſubtraxiſſe, ne in S. cœnæ vſu diſcrepantia deprehenderetur, nec regna quædam ob *vini inopiam* in cultu diuino aliis, copia vini abundantibus, poſtponenda eſſent; poſtea vero, omnibus regnis vino affluentibus, priſtinum morem merito reſtitui debuiſſe &c.

§. XXX. Quare huic ſententiæ accedere haud poſſim, rationes ſunt plures. Nam (I) communionem ſub *vtraque ſpecie* vſitatam *vbique* fuiſſe adhuc ſeculo XI. probat MABILLON *in act. Benedict. ſec. VI. p. 2. in præf.* §. 96. & infinita alia teſtimonia probant. (II) Ne quidem ſeculo XIII. in *Suecia* vſus calicis laicis ſubtractus fuit, ceu indicat HONORII III. conſtitutio in *c.* 13. *X. h. t.* quamuis epiſcopi *admodum parce* vino vterentur, & circa hæc tempora in quibusdam aliis locis, in quibus *copia vini* ſufficiens non defuit, iam communio *ſub vna* inualuerit. (III) Si *defectus vini* in cauſa fuiſſet, vt calix laicis fuerit ſubtractus, a *ſeptentrionalibus eccleſiis* initia moris huius reperenda forent. Enimuero iam ſupra oſtenſum, prima huius dogmatis initia in *Hieroſolimitanæ eccleſiæ* praxi deprehendi, & hanc a cruce ſignatis in *occidentem* translatam fuiſſe ex erronea opinione, *integrum corpus Chriſti* in conſecrato pane iam adeſſe. (IV) Nec in ſeptentrionalibus eccleſiis defectus vini tantus fuit, vt ea de cauſa laicis calix adimi debuerit, cum aliunde in hæc loca transportatum fuerit. Commercia maritima iam florebant, vbi fides Chriſtiana in Daniam, Norwegiam & Sueciam delata eſt per ANSCHARIVM, apoſtolum gentium ſeptentrionalium, circa *annum* 829. Nobile & celeberrimum tunc oppidum in Suecia memoratur, BYRCA, *principalis Suediæ ciuitas in medio eius ſita, quam tractus quidam Baltici maris alluebat, reddens portum optabilem, quo omnes Danorum, Norueorum, itemque Slauorum & Semborum naues, aliique Scythiæ populi pro diuerſis commerciorum neceſſitatibus ſolenniter conuenire ſolebant*, teſtibus HELMOLDO *in chron. Slau. lib. I. c.* 8. *n.* 9 & ADAMO Bremenſi *lib. I. c.* 50. *in f.* Quis vero crederet, in hoc commerciorum ſtatu nullum in ſeptentrionales terras vinum allatum fuiſſe, vel ad minimum in tanta raritate, vt ſufficiens vinum ad euchariſtiam deeſſet? Poſtquam *anno* 845. HARDGARIVS pro reſtituendis rebus fidei chriſtianæ admodum deſolatæ in *Sueciam* miſſus eſt, a rege obtinuit, *vt diuina myſteria publice celebraret*, quæ absque vino celebrari non poterant,

Quod in dubium ex variis cauſis vocatur,

nec vini defectus in ſeptentrionalibus terris probari poteſt,

Digitized by Google

quod etiam laici in eis terris accipiebant, vt ex dictis MABILLONII *in annal. Benedict. tom. II. ad cit. ann. n.* 29. *p.* 663. liquet. Denique (V) consuetudini *communio sub vna* fere vnice tribuitur ab eius assertoribus. Probabile autem est, eam magis fluxisse ex *principio* omnibus ecclesiis *communi*, quam quibusdam ecclesiis *proprio*. Dogma *transsubstantiationis* vniuersale omnibus ecclesiis, prætereaque sollicitudo circa *vinum consecratum* omnibus & singulis ita demandata fuit, vt *vsum calicis* abrogare quam sese grauissimo periculo exponere maluisse videantur. Enimuero affluentia vini septentrionalibus tantum ecclesiis denegata est, adeoque si vel maxime quidam defectus vel indigentia doceri possit, illa tamen minime *generalem consuetudinem* operari potuit.

potius consuetudini tribuitur hic error.

§. XXXI. Ceterum quin Christus in S. cœna *vino* vsus fuerit, dubium nullum habet, vt erudite ex *more* ipso *paschali* demonstrauit ANTONIVS BYNAEVS *de morte Jesu Christi lib. I. c.* 8. §. 14. *p.* 611. *sqq.* *Calicis* quidem absolute fit mentio; sed non necesse erat, *vini* mentionem iniicere, cum mores apud Iudæos notorii fuerint, vt, peracta cœna principali, *vinum* & *panis* accumbentibus præberetur, quem morem etiam saluator continuauit, vt ostendi *diss. iur. eccl. IV. ad Plin. II.* & *Tertull.* §. 12. & CHRISTVS diserte vsum *vini* exprimit *Matth. XXVI*, 29. *Marci XIV*, 25. *Luc. XXII*, 18. Licet enim forsan *aquae* potus in oriente vsitatus esset, id tamen ad *conuiuia sacra*, iudæis etiam familiaria & solennia, præsertim in *festo paschatos*, extendi non poterat. Quod quidam tempore CYPRIANI loco vini *aqua* vterentur in cœtibus antelucanis, id minime *defectui vini* adscribendum erat, sed iusto metui, ne ex *vini odore* sub persecutionibus a gentilibus detegerentur, vt aperte profitetur CYPRIANVS *epist.* 63. de quo abusu iidem *cit. l.* § 17. egi. Id tamen negare non possum, in illis locis, vbi vinum rarius fuit, pedetentim inualuisse, tum, vt *parcissime* vino vterentur, quod indicat *c.* 13. *X. h. t* tum etiam vt *laici* non adeo frequenter communicarent, quod paulo serius receptum est. *c.* 16. 19. 20. *de consecrat. D.* 2.

Christus vinum in calice obtulit.

§. XXXII. Adscribo quoque huic dogmati hunc effectum, quod laici *suis manibus* accipere, aut *tangere* hostiam haud audeant, tantum tangendam & palpandam a manibus sacerdotum puris, sanctificatis, & consecratis. Adeoque immediate panem sacerdos ori communicantium ingerit atque immittit, quem morem protestantes retinuerunt, licet

Laici symbola eucharistica manibus tangere non audent,

Digitized by Google

licet principio, vnde ortum traxit, nuncium miserint. Olim eucharistiam a communicantibus manu exceptam fuisse vsque ad seculi noni tempora ostendit DALLAEVS *lib. V. de cultib. Latin. c.* 2. Nec hoc in dubium vocant Romanæ ecclesiæ addicti, quin potius idem IO. MABILLONIVS *in præf. ad secul. III. act. Benedict. P. I. p.* 55. & EDMVNDVS MARTENE *de antiq. eccles. ritib. lib.* I. *P. I. c.* 4. *art.* 10. §. 8. *p.* 424. *sq.* ambabus concedunt manibus, argumentisque euidentibus illustrant. Neque enim per hæc secula dogma *transsubstantiationis* in *sensu* adeo *exorbitante* receptum erat, vt indignæ laicorum manus viderentur, quæ *panem consecratum* apprehenderent vel tangerent. Eádem de causa in *c.* 29. *de consecr. D.* 2. horribile & detestabile in concilio Rhemensi iudicatum fuit, *laico vel fœminæ sacrum corpus Domini tradere ad deferendum infirmis*, quod, quibus prohibitum sit, ne sacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis quoque *sancta sanctorum* committi minime possint. Quod ne amplius in posterum fieret, institutæ sunt *solemnes translationes venerabilis* ad infirmos. quod olim secus erat.

§. XXXIII. Vltimum momentum, quo a *Romano-catholica ecclesia* dissidemus, conceptum *sacrificii* veri & proprie dicti concernit, quod in *consecrationis* actu, recitato missæ canone, simul fieri & Deo immolari statuunt, vt ex antecedentibus liquet. Vnde dicitur *corporis & sanguinis immolatio* in *c.* 11. *de consecr. D.* 2. Ipse panis consecratus *hostia*, quæ *sacrificii* proprie dicti obiectum constituit, vel *oblata e charistica* vocatur, quod sacrificii causa offeratur, de qua ex antiquitatibus multa egregia obseruat & adfert Dn. SCHMIDT *de oblat. eucharist. quæ hostiæ vocari solent.* Inde porro totus *apparatus missaticus*, cum *altaribus* consecratis, & *vestibus missalibus* dependet, vt in altera parte huius tituli indicandum est. Hoc dogma adeo *patres Tridentini* asserendum & admittendum esse arbitrati sunt, vt anathema *sess. VI. c.* 1. iis dixerint, qui negant, *sacrificium* in missa Deo offerri *verum & proprium*, asseruntque, missam esse *nudam commemorationem sacrificii* in cruce peracti. Vnde hæc sententia ortum traxerit, plenius tradunt theologi, & strictim *tit. de decim.* §. 95. *sqq.* causæ adductæ sunt, quarum momenta examinare ad meum institutum non pertinet. Id negari nequit, CHRISTVM, qui *corporis & sanguinis* sui distinctim meminit, alluisse ad *sacrificia piacularia*, quæ imperata quondam Hebræorum genti sunt, atque ab offerentibus data sua vice suoque loco, vt erudite docet ANTONIVS BYNAEVS Sacrificium quoque in consecratione S. cœnæ supponitur,

Digitized by Google

de morte Ieſu Chriſti lib. I. *c.* 8. §. 10. indeque patres, S. cœnam celebrantes, *ſacrificii* huius ſummi, quod ipſe CHRISTVS in cruce in *corpore* & *ſanguine* ſuo pro nobis obtulit, memoriam deuota recoluiſſe mente. Interim qui ſedulo ea, quæ *diſſ. IV.* §. 22. *ſqq. ad Plin. II. & Tertull.* de *praxi euchariſtiæ primæua* attuli, ponderabit, facile deprehendet, apoſtolicam eccleſiam tale *ſacrificium*, quod Romana eccleſia in euchariſtiæ actu quærit, haud agnouiſſe.

Patres tale ſacrificium non agnouerunt.

§. XXXIV. Ad minimum patres & pontifices, etiam a GRATIANO adducti, ita frequenter adhuc locuti ſunt, vt magis in *ſacrificio* improprie dicto, quam *vero & proprio* mentem ſuam defixerint. Audiamus EVSEBIVM Emiſſenum in *c.* 35. *de conſecr. D.* 2. *quia corpus aſſumtum ablaturus erat ab oculis noſtris & fideribus illaturus, neceſſarium erat, vt die cœnæ ſacramentum nobis corporis & ſanguinis ſui conſecraret, vt coleretur iugiter per myſterium, quod* SEMEL OFFEREBATVR *in pretium.* Si ergo *ſemel oblatum* eſt in pretium, ſi tantum *ſacrificium* ſemel oblatum per myſterium colitur, certe *proprie dictum ſacrificium* agi nequit in S. cœna. Eundem in ſenſum loquitur AVGVSTINVS in *c.* 37. *de conſecr. D.* 2. *cum frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quam dominici corporis in cruce immolatio eiusque ſanguinis de latere effuſio* DESIGNATVR. Quod autem rem tantum *deſignat & repræſentat*, ab ipſius *rei veritate* differt. Idem vlterius in *c.* 48 *de conſecr. D.* 2. *Vocatur ipſa immolatio carnis, quæ ſacerdotis manibus fit, Chriſti paſſio, mors, crucifixio,* NON REI VERITATE, *ſed* SIGNIFICANTE MYSTERIO. Ecquid clarius, quid expreſſius dici potuiſſet? Idem rurſus in *c.* 51. *de conſecr. D.* 2. eam theſin tuetur: *ſemel Chriſtus mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis. Quoties paſcha celebratur, numquid toties Chriſtus moritur? Sed tamen anniuerſaria recordatio quaſi repræſentat, quod olim factum eſt: & ſic nos facit moueri, tanquam videamus in cruce pendentem Dominum, non tamen irridentes, ſed credentes.* Nec AMBROSIVS ab hac ſententia alienus fuit, vt docet *c.* 53. *eod. In Chriſto ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutem ſempiternam potens. Quid ergo nos? nonne per ſingulos dies offerimus? Offerimus quidem, ſed ad recordationem mortis eius? & vna eſt hoſtia, non multæ. Quomodo vna & non multæ? quia ſemel oblatus eſt Chriſtus.* Sed etiam PASCHASIVS in *c.* 71. *eod. in med.* eiusdem fuit ſententiæ, aiens: *Iteratur hoc myſterium ob commemorationem paſſionis Chriſti.* In verbis antecedentibus in eundem ſenſum *ſacrificii* conceptum declaraverat:

Digitized by Google

verat: *quia quotidie labimur, quotidie Chriſtus pro nobis* MYSTICE *immolatur. Myſtica* autem *immolatio* non eſt *vera immolatio*, ſicut *myſticum templum*, quod in cordibus fidelium Spiritui S. dicatum, non eſt *templum proprie dictum.* Hac de cauſa quoque *in c.* 84. C. I. *q.* I. in med. *ſacrificium* dici, *quaſi ſacrum factum*, aſſeritur, *quia prece myſtica conſecratur pro nobis in memoriam paſſionis dominicæ.* Refert ergo euchariſtiæ celebratio *memoriam ſacrificii*, quod ſemel Chriſtus obtulit, non autem nouum & verum ſacrificium eſt.

§. XXXV. Ceterum quia, his non obſtantibus, dogma de vero *ſacrificio* recepit, & *lege publica* ſtabiliuit eccleſia Romana, non potuit non quoque has *concluſiones* inde nectere. Prima eſt: *S. euchariſtiæ celebrationem & adminiſtrationem tantum peragi poſſe a ſacerdote conſecrato*, qualis eſt *presbyter. c.* 73. *de conſecr.* D. 2. Ita cenſuit INNOCENTIVS III. in *c.* I. *de ſumm. trinit. Hoc vtique ſacramentum nemo poteſt conficere niſi ſacerdos, qui rite fuerit ordinatus ſecundum claues eccleſiæ.* conf. *c.* I. *in med.* D. 25. *clem.* I. *de priuil.* Vocant hunc actum communiter *confectionem corporis & ſanguinis Chriſti*, *c.* I. *de conſecr.* D. 2. quæ ſolis *ſacerdotibus*, qua talibus, virtute *ordinationis* eſt data, commiſſa & conceſſa, adeo vt ne quidem *diaconi* euchariſtiam conficere poſſint, quod *ſacerdotes* non conſecrati ſint. Iam ſupra *lib.* I. *tit.* 23. §. 21. obſervaui ex iudicio B. SPENERI, hoc diſcrimen vel ideo repudiatum eſſe in noſtris eccleſiis, quod in erroneo principio, aulæ Romanæ proprio, ſe fundet, presbyteris peculiare quoddam & proprie dictum *ſacerdotium* eſſe tributum, vi cuius *ſacrificium* hoc peragunt, quod *diaconis* denegatum ſit. Id vero haud agnoſcimus, cum æque ſint *miniſtri eccleſiæ*, doceant, baptizentque & ita nec ab eo actu ſacro arceri debeant.

Ex doctrina hac fluit, tantum a ſacerdote S. cœnam peragi poſſe,

non a diaconis.

§. XXXVI. Videlicet miniſtris eccleſiæ, ad *ſacra* peragenda vocatis ordinatisque, merito etiam *celebratio euchariſtiæ* relinquitur, excluſis aliis, qui ad hos actus peragendos haud vocati ſunt. Eccleſia eſt corpus aliquod *ordinatum*, cui quidem hæc poteſtas *ſacrorum* eſt conceſſa; verum cum a *ſingulis* peragi haud poſſit, quod non poſſet non omnium confuſionem rerum introducere, vt PAVLVS 1 *Cor. XI.* ſapienter monet atque obſeruat, inde conſtituendi ſunt communibus eccleſiæ ſuffragiis qui huic officio tantum vacent, doceant, baptizent, & euchariſtiam more præſcripto celebrent. Hoc facto, nemini in eccleſia amplius eſt integrum, ſeſe huic actui ingerere, quod ratio omnium *ſocietatum* docet. Qui in *ſacerdotio* myſtico, omnibus fidelibus in ſacris attri-

Miniſtri eccleſiæ merito S. euchariſtiam celebrant,

quia hoc iis ab eccleſia ordinis gratia commiſſum eſt.

Digitized by Google

attributo, præſidium ſuum quærunt, & virtute illius *omnibus laicis* promiſcue hoc miniſterium indulgent, næ grauiter errant, omnia turbant, & ne quidem rectæ rationis principia ſequuntur. Sunt ſano in ſenſu omnes fideles *ſpirituales ſacerdotes*; ſed Deus etiam, omnium eccleſiarum radix & fundamentum, ordinis boni auctor & conditor eſt, quem prorſus conculcant, qui confuſum chaos in *eccleſia* admittunt, approbantque. Conſtituto ergo miniſterio, regulariter ſingulis in eccleſia non amplius integrum eſt, actus peragere ſacros & ſic nec euchariſtiam celebrare, quod conſtans noſtrarum eccleſiarum eſt doctrina, eaque *recta, vera, ſolidaque*.

In defectu paſtorum an laici cœnam celebrare poſſint?

§. XXXVII. Enimuero ſi paſtores eccleſiæ deficiunt, ſi *conſeſſus ordinis eccleſiaſtici* ob calamitates publicas deeſt, & tamen pauciores fideles coniunctim vel in naui vel in preſſa eccleſia viuunt, graue dubium emergit, annon in tali *neceſſitatis* caſu *ſine paſtore* vel *ordinato eccleſiæ miniſtro* hi euchariſtiam inter ſe celebrare queant? Romanæ eccleſiæ deciſio hic non exſpectanda, quæ neceſſario ad negatiuam inclinare debet ex principio de *ſacrificio, conſecratione, & tranſubſtantiatione*, vnice per manus *ſacerdotis* peragendis. Notæ ſunt lites, occaſione ſententiæ, quam TERTVLLIANVS *de exhortat. caſtit. c. 7.* protulit, motæ, quam cum RIGALTIVS defendiſſet, male ea de cauſa exceptus eſt ab ALBASPINAEO, vt vix ab hæreſeos ſuſpicione abſolueretur. Nihilominus ſummus GROTIVS peculiari libello *de adminiſtrat. S. cœnæ, vbi paſtores non ſunt*, cauſam RIGALTII feliciter egit, vtut eo ipſo DIONYSIVM PETAVIVM, CLOPPENBERGIVM & HENRICVM DODWELLVM aduerſarios nanciſceretur, rurſus tamen defenſus a SALMASIO in *tr. de epiſcop. & presbyt.* Speciatim hiſtoriam huius controuerſiæ tradidi in *diſſ. IV. ad Plin. II. & Tertull.* §. 24. ſimulque oſtendi, mentem TERTVLLIANI huc omnino tendere, vt, quia etiam pauci eccleſiam conſtituunt, hi inter ſe euchariſtiam, tali *neceſſitatis* caſu, peragere poſſint.

Lites ea de re motæ.

Proteſtantes plurimi in negatiuam itidem inclinant,

§. XXXVIII. Timidius hac in quæſtione verſantur theologi pariter ac ICti A. C. adeo, vt fere itidem in *negatiuam* inclinare videantur, allegantes vulgatum illud AVGVSTINI in *c. 47. de conſecrat. D. 2. crede & manducaſti.* Horum ſententiam amplexus eſt L. B. de LYNCKER *diſſ. de eo, quod iuſtum eſt circa S. cœnam c. II. §. 2.* ſimulque ſuffragia aliorum attulit, conſtituendo, 1) a ſacramento *baptiſmi* non valere conſequentiam *ad S. cœnam*, nec 2) tantam huius eſſe neceſſitatem, quanta eſt illius; integrum tamen eſſe tali cœtui, vtut

Digitized by Google

vtut pusillo, concedit, pastorem animæ ex membris suis constituere, quo facto non amplius vt *laicus*, sed vt *pastor* considerari debeat. Ita vero *per indirectum* conceditur, quod *directo* negatum est. Hæc limitatio *ordinem* commendat, vt, quantum fieri potest, vni directio *actuum sacrorum* committatur, qui vtrum *laicus* in posterum an *clericus* dicendus sit, parum refert; sufficit, quod *boni ordinis* causa etiam ecclesia, quæ ex quinque personis constat, vnum ex gremio suo *interim*, quamdiu in tali necessitate sunt, huic administrationi præficere possit. Verum ne quidem ad hanc sollicitam limitationem recurrendum esse, suadet ratio *lib.* 1. *tit.* 33. §. 33. adducta. Manifestum enim est, deficientibus pastoribus ordinariis, in *singulis* libertatem reuiuiscere, quam a saluatore acceperunt. Hæc in *singulis*, antequam quibusdam officium sacrorum peragendorum committitur, adest: eadem deponitur, constituto ministerio: reuiuiscit denique, deficientibus per publicam calamitatem pastoribus animæ, quod ipse SCHILTERVS *lib.* 1. *instit. iur. canon. tit.* 3. *in f.* veritate conuictus asseruit. Accedit & hoc argumentum, quod ex primitiuæ ecclesiæ vsu depromitur, explicatum in *diss. ad Plin. II. & Tertull. cit. l.* §. 22. *sqq.* vbi ostendi, *singulos patresfamilias* in ædibus suis has direxisse cœnas, in cœtu fidelium vero *presbyteros* & *episcopos*, non vt *sacerdotes*, sed vt negotiis sacris dirigendis præfectos. Videtur id rursus agnouisse SCHILTER *cit. l. lib.* 2. *tit.* 3. §. 2. inquiens: *non apparet, quibus primæuo iure administratio commissa proprie fuerit, cum durantibus præsertim persecutionibus Christiani singuli sibi communicarint,* BASILIO *teste, quod in casu necessitatis hodieque concessum.*

sed vt per indirectum quæstionem affirment.

Affirmatiue defenditur,

§. XXXIX. Denique etiam huc recte applicari posse censeo B. SPENERI sententiam de *absolutione* in casu necessitatis a quouis facienda, cum ratio *diuersitatis* hic nulla adferri possit: Daß auch ferner in dem Nothfall, da ein Christlicher Bruder zu Stärckung seines Glaubens nicht nur des Trostes, da ihm seine Sünden von GOtt würden vergeben werden, sondern auch der würcklichen durch Menschen in GOttes Nahmen geschehender Vergebung sich benöthiget achtete, und aber darzu kein ordentlicher Prediger zu erlangen wäre, ein ieglicher anderer Christlicher Mit-Bruder ihm solche Vergebung und absolution ertheilen, und dero Gültigkeit vor GOtt versichern könne, ist eine nicht weniger ausgemachte Sache. Welche nicht allein Lutherus hin und wieder, sonderlich in der Kirchen-Postille (bey Quasimod. und 19. Trinit.) stattlich treibet, sondern auch unsere übrige Lehrer

& doctrina Speneri illustratur,

Digitized by Google

hin und wieder davon Meldung thun (wie mir hingegen keiner wissend wäre, der es widerspräche) sondern es stehet so gar offenbahrlich in denen Schmalkaldischen Artickuln: *in casu necessitatis absoluit etiam laicus & fit minister & pastor alterius*: wo auch eine Stelle aus Augustino angeführet wird, von der merckwürdig, daß durch sonderbahre Regierung GOttes dieselbe in das ius canonicum (*c.* 36. *de consecr. D.* 4.) gesetzet worden. Ich nenne es billig **sonderliche Regierung GOttes**, indem solche Thesis nicht wenig Schaden dem Pabstthum und sonderlich der übermäßigen Prærogativ des Cleri, an dem allein anderer Leute Seligkeit fast einzig hangen solte, thun, ja gleichsam eine Grund-Seule ihres Gebäudes übern Hauffen werffen kan. In

vt & Lutheri.

sequentibus post pauca adducit notatu digna verba LVTHERI, quæ sententiam meam de *iure singalorum*, vbi pastores non sunt, exacte referunt: Es ist zweyerley, daß einer ein Gemein-Recht **durch der Gemeinde Befehl** (ex delegatione ecclesiæ) ausrichtet oder einer sich desselben Rechtens **in der Noth** gebrauchet. In einer Gemeinde, da jedem das Recht frey ist, soll sich desselben niemand annehmen ohne der gantzen Gemeinde Willen und Erwehlung; aber **in der Noth** brauche sich desselben ein jeder, wer da will.

Contraria argumenta refelluntur.

§. XL. Admittunt Romanæ ecclesiæ doctores, baptisma in casu *necessitatis* per *laicum* conferri posse; ast hoc ideo fieri censent, quod illud *absolute* necessarium sit, non item S. cœna. Eandem cantilenam ingeminauit, vt §. 38 obseruaui, L. B. de LYNKER *eit. l.* adeoque cum *illis* iustius esse credit, abstinere potius a S. cœna, quam *laici* ministerium in eius vsu admittere. Vnde rationem diuersitatis, nobis haud asserendam, petat ecclesia Romana, explicat B. SPENERVS *P. I. concil. theol. German. c. II. art. V. sect.* 8. & recte iudicat, inde potius totum discrimen asserendum esse, quod *potestas sacerdotalis* conficere dicatur *corpus Christi*, sine quo non possit vsus S. eucharistiæ esse. Præterea quoque adfert casum, quo S. eucharistiæ vsus in illis locis, vbi pastores non sunt, possit esse suo modo necessarius: Diesen einigen casum nahm D. Danhauer aus, und ich mit ihm, wo einige allerdings an solchen Orten wären, wo keine Evangelische Kirche und also ministerium wäre (zum Exempel in Italien, Franckreich oder dergleichen) es wäre aber einer, der nach dem heiligen Abendmahl sehnlich verlangete, und ob er wol von seinen übrigen Freunden auf die geistliche Niessung gewiesen wür-

S. cœnæ vsus secundum quid potest esse necessarius, si desunt pastores,

gitized by Google

würde, ſich damit nicht beruhigen könte, ſondern in ſolche Anfechtung geriethe, daß ihm das heilige Abendmahl bloß nothwendig wäre, ſolcher Gedancken und daher entſtehende Angſt ihm auch in ſothaner tentation nicht benommen werden könte, daß alsdann einer ſeiner Mit-Brüder, von dem ers verlangete, in ſolchem Fall, wo nun ein wahrhafftiger caſus neceſſitatis wäre, und die Ordnung der Liebe billig weichen ſolte, ihn communiciren möge. Eandem ſententiam repetit *P. II. theol. conſil. Germ. c.* 3. *art.* I. *ſect.* 16. & ſuffragia aliorum theologorum, VT BIDENBACHII, HESHVSII & IO. GALLI adfert, ſimulque plenius illam examinat quæſtionem: *an permiſſum ſit fidelibus, ſi paſtores non deſint, priuata inter ſe communione domi ſine paſtore vti?* quod negat, & variis rationibus late illuſtrat, quorſum etiam rationes a me ſupra adlatæ collineant. Non enim defuerunt, qui, cum animaduerterent, ad communionem publicam plures indignos concurrere, ſe cum illis haud communicare poſſe crediderunt, & hac de cauſa priuatam inter ſe communionem inſtituere conati ſunt, quod ſine *ſchismate* vix fieri potuit. Conf. EVNDEM *cit. l. c. V. art.* 2. *ſect.* 33.

ſi paſtores adſunt, communio ſine iis non eſt permiſſa.

§. XLI. Altera concluſio hæc eſt: *ſine veſtimentis ſacerdotalibus hoc ſacrificium peragi non poſſe.* In veteri teſtamento ſacerdotes, ſacrificium facientes, ex præſcripto Dei *peculiari amictu* vtebantur, nec in *quotidianis veſtibus* ſacrificium facere poterant. Id in imitationem traxit eccleſia Romana, poſtquam *ſacrificium* in S. cœnæ celebratione quæſiuit. Varia horum veſtimentorum genera pedetentim ad huius *ſacrificii* vſum aſſumſit, latius explicata ab ANDREA *du* SAVSSAY *in panoplia ſacerdotali ſeu de venerabili ſacerdotum habitu*, & myſticis interpretationibus exornata, quæ hic non enarrabo. Equidem etiam noſtris in eccleſiis paſſim *albis & caſulis* vtimur, (vulgo vocant das Chorhembd und Meßgewandt) ex more per eccleſiam Romanam primitus introducto. Sed 1) *arbitrarium* hoc eſſe credimus, cum euidens ſit, morem noſtrarum eccleſiarum non vbique eſſe eundem, ſed in quibusdam eccleſiis harum veſtium vſum prorſus ſublatum eſſe. B. STRYK. *in not. ad Brunnem. ius eccl. lib.* I. *c.* 6. *m.* 8. *in f.* 2) Non *eodem ſignificatu* nec *in eundem finem* cum eccleſia Romana hunc amictum retinemus, parum intereſſe cenſentes vtrum in veſtibus *ordinariis* an *miſſaticis* S. cœna celebretur? Vnde 3) in *communione infirmorum*, extra eccleſiam, imo in *communione priuata* his abſtinere ſolent paſtores, eisdem tantum vtentes

Veſtes ſacerdotales deſiderant in ſacrificio S. cœnæ.

Ex libertate proteſtantes veſtibus hiſce vtuntur.

Reformatorum iniquitas notatur.

in *publica*. Qua de cauſa 4) reformati non habent, quod eas veſtes, vt *indecentes*, in noſtris eccleſiis reprobent, & *ſub quadam neceſſitate* eas repudiandas eſſe cenſeant. *Libertatem*, qua ſibi vtuntur, eis non inuidemus; ſed vt eodem iure nos frui ſinant, merito iure noſtro contendimus, cum notum ſit, plures cauſas fuiſſe, ob quas non vbique antiqua inſtituta vno impetu aboleri potuerint. Conf. DVNTE *in caſ. conſcient. c. XV. q. 7.* LYNKER. *cit. l. c. IV.* §. 16. Cum vero 5) hæ rationes ceſſent in pleriſque locis, non dubium eſt, quin princeps horum veſtimentorum vſum *lege publica*, iuſta de cauſa, tollere poſſit Dn. THOMAS. *de iure princip. circa adiaph. c. II.* §. 8. Denique 6) recte IDEM *cit. l.* monet, veſtes has, quibus adhuc vtimur, inter *res ſacras* minime in noſtris eccleſiis referendas eſſe; quamuis enim eccleſia Romana hac ducatur opinione, ea tamen ob diuerſa principia nobis merito repudianda eſt.

Princeps vſum harum veſtium tollere poteſt.

Veſtes hæ non ſunt res ſacræ.

Effectus ciuilis S. euchariſtiæ conſiſtit in iure communionis eccleſiaſticæ.

§. XLII. Explicui quatuor illa eccleſiæ Romanæ præiudicia de *conſecratione*, *tranſſubſtantiatione*, *communione ſub vna* & *ſacrificio* eorumque conſectaria pro ratione inſtituti examinaui. Supereſt, vt de *effectu* & *fine* nonnulla addam, & tandem quasdam adhuc *obſeruationes* adiiciam. Principalis effectus *externus*, qui etiam *iuridicus*, (quod *communionis* & *fraternitatis* ius indicat,) vt, qui ad S. cœnam admittitur, pro *membro eccleſiæ* habeatur, ſicuti olim communione eius priuatus, quod per *excommunicationem* fiebat, ab vſu eius excludebatur. Vnde etiam *communio* vocatur, quod primarium eius ſignum ſit. Iam tempore IRENAEI vſitatum erat, vt aduentantibus presbyteris a peregrinis oris, *euchariſtia* in ſignum *fraternitatis* & *communionis* mitteretur, vt ipſe IRENAEVS teſtatur apud EVSEBIVM *lib. V. hiſt. eccleſ. c.* 24. *p.* 193. Eadem de cauſa exire iubebantur, cum quibus *communio eccleſiaſtica* perfecta non intercedebat, quia olim omnes, qui in cœtu præſentes erant, S. cœna vtebantur, adeo vt etiam ad abſentes, infirmos forſan, vel carceribus mancipatos, mitteretur per diaconos. *communionis* oſtendendæ gratia, teſte IVSTINO Martyre *in apol. II. in f.* Inde formula conſuera, vbi *S.* communio imminebat: *exite catechumeni*, quippe qui nondum recepti erant in *communionis eccleſiaſticæ* iura, quod demum fiebat per *baptiſmum*. Hoc accepto, baptizatus ſtatim communicabat, vt oſtenderent fideles, iam illum in *ſocietatem eccleſiaſticam* eſſe receptum. Ait IVSTINVS *cit. l. Non autem ſecundum huiuſmodi lauationem credentem iam & nobis aſcitum, ad fratres, qui dicuntur,*

Olim exire iubebantur, cum quibus perfecta communio non intercedebat,

eo

Digitized by Google

eo adducimus, vbi illi congregati ſunt ad communes preces & ſupplicationes - - a precibus finitis, mutuis nos inuicem oſculis ſalutamus. Deinde ei, qui fratribus præeſt, offertur & poculum aquæ & vini &c. Sed præterea etiam alii, extra communionem conſtituti, excludendi erant: hinc formula plenior, quam diaconus exclamabat: *Ne quis ex catechumenis, ne quis ex audientibus, ne quis ex infidelibus, ne quis ex hæreticis.* vid. CLEM. *conſtit. eccl. lib. VIII. c.* 12. Etiam ſimiles formulæ in aliis liturgiis occurrunt, vt in *liturgia Marci* apud RENAVDOT *in collect. liturg. orient. tom. I. pag.* 141. *Videte, ne quis catechumenorum;* & aliis *liturgiis*, de quibus IDEM *in obſeruat. ad liturg. Syriac. tom. II. p.* 71. *&* *p.* 601. plenius agit. conf. IO. DALLAEVS *lib. IV. de cult. latin. c.* I. *p.* 452. Denique quando eiecti pœnitentia acta, & abſolutione ſecuta reſtituebantur in integrum, mox etiam *euchariſtiæ* participes fiebant, indicio certo, eos rurſus eſſe in *communionem* admiſſos.

quod formulæ antiquæ indicant.

§. XLIII. Conſtans ergo & omnium eccleſiarum praxis vnanimis erat, quæ ex *principio communi* fluebat, neminem ab *vſu S. euchariſtiæ* arceri & excludi poſſe, niſi *communionis euchariſticæ iure* priuatus eſſet, quod demum fiebat per *excommunicationem.* Atque hæc tantum *vna*, non *duplex* erat, vsque ad tempora INNOCENTII III. excommunicationis *minoris* fabricatoris, qua ius antiquum admodum immutatum eſt, quia ſecundum hanc nouam hypotheſin quis ab his ſacris arceri poteſt, ſaluo manente iure fraternitatis, h. e. nulla præuia excommunicatione, quam *maiorem* vocant. Inter eccleſiæ Romanæ doctores ingenue id fatetur ESPENIVS *P. III. iur. eccl. tit.* II. *c* 3. §. 20. & cum eo CHRISTIANVS LVPVS *tom.* I. *ſchol. in can. p.* 491. id quod ipſa diſciplinæ eccleſiaſticæ ratio facile euincit. Hæc eo ſollertiori animo hic ponderanda eſt, vt *de iure excludendi a S. cœna non excommunicatum*, eo rectius conſtare poſſit, quippe de quo diuerſis animi motibus, etiam inter proteſtantes, diſputatur.

A S. cœna tantum excludebantur eiecti, admiſſi non eiecti,

§. XLIV. Videlicet (I) nemo facile aſſeret, communicantes immediate ante vſum S. cœnæ neceſſario ad *auricularem confeſſionem* adſtrictos fuiſſe. Vſum *pœnitentiæ* tum *priuatæ* tum *publicæ* non nego; veſtigia infinita ante INNOCENTII III. tempora exiſtunt. Nemo vero ad eam obſtringebatur, niſi *crimine* maculatus, & quidem ad *publicam*, in *notoriis* delictis, quæ ſimul *priuationem communionis* ſecum trahebant;

quod per plures rationes oſtenditur.

Confeſſio auricularis ante S. cœnam olim ceſſabat,

Digitized by Google

bant; ad *priuatam* vero in *occultis*, ſed *grauioribus*. Nulla *delictorum* talium labe aſperſi non confitebantur, nec *pœnitentiam* ſubire tenebantur. Proinde, qui communicare volebant, nulla lege ad *confeſſionem priuatam* cogebantur. INNOCENTII III. ſanctio demum hanc impoſuit neceſſitatem communionem deſiderantibus in *c.* 12. *X. de pœnitent. & remiſſ.* vt ad minimum ſemel in anno *proprio ſacerdoti* ante vſum S. cœnæ peccata ſua confiterentur. Hoc ipſo ſimul poteſtatem accepit, peccatorum remiſſionem denegandi, ſi iuſta cauſa ad hoc ducatur, & per indirectum *vſum euchariſtiæ*, cum, cui peccata haud remittuntur, ad S. cœnam admitti non debeat. Ita per *indirectum* parochis *ius excludendi a S. cœna* datum eſt, quod *minorem excommunicationem* vocant; eiicere enim ex cœtu fidelium neminem poſſunt, quod actum *epiſcopalis iuriſdictionis* inuoluit.

Innocentius III. demum eam impoſuit ſingulis, quo ipſo ſacerdotes acceperunt poteſtatem excludendi alios a S. cœna.

§. XLV. Sicuti vero (II) *confeſſio priuata* ante hæc tempora ſingulis tantum commendabatur; ita contingebat per neceſſariam conſequentiam, vt, ſi quis eam omitteret, (nam ad *priuatam* nemo cogebatur) ab vſu S. cœnæ repelli non poſſet. Si autem ob grauiora crimina (ob quæ tantum *pœnitentia* præſcripta erat) ſacerdoti ſponte reuelata pœnitentiam ſubiret, *communione eccleſiaſtica* ſimul priuatus erat, & in *ſtatu pœnitentium* conſtitutus, vt *eiectus*, vt *excommunicatus* habendus erat, quod indicant antiquæ formulæ: *ne quis ex audientibus*. INNOCENT. I. in *epiſt. III. ad epiſc. Toloſ. c. IV.* apud GRATIANVM in *c.* 23. *C.* 32. *q.* 5. & HARDVINVM *tom.* I. *concil. p.* 1004. ſui temporis praxin optime depingit: *Viros ſuos mulieres non facile de adulterio accuſant, & non habent latentia peccata vindictam: viri autem liberius vxores adulteras apud ſacerdotes deferre conſueuerunt, & ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio* (eccleſiaſtica) *denegatur.* Denegata autem *communio* inducebat demum *excluſionem a S. cœna*, donec rurſus, *pœnitentiæ* tempore peracto, illa fuiſſet reſtituta, atque licet proditio delicti clandeſtina eſſet, *pœnitentia* tamen *publica* ſubeunda erat, qua nondum peracta reſtitutioni in priſtinum ſtatum adhuc multum deerat. Eiusdem praxeos meminit coæuus AVGVSTINVS in *epiſt.* 108. *Agunt homines pœnitentiam, ſi poſt baptiſmum ita peccauerint, vt excommunicari & poſtea reconciliari mereantur, ſicut agunt in omnibus eccleſiis illi, qui proprie pœnitentes appellantur.* His demum denegari debebat vſus S. cœnæ, non illis, qui adhuc *integri ſtatus* erant, licet vel maxime peſſime viuerent, vel exceſſibus variis ſeſe maculaſſent.

Pœnitentes olim excluſi, quia pro eiectis habebantur.

§. XLVI.

Digitized by Google

§. XLVI. Id vero vlterius (III) teſtimoniis euidentiſſimis demonſtrandum eſt, ex penu praxeos antiquæ depromendis. HILARII ſententia (quæ potius ex AVGVSTINI *epiſt.* 118. deſumta eſſe videtur,) notatu digna eſt in *c.* 15. *de conſecr. D.* 2. *ſi non ſunt tanta peccata, vt excommunicetur quis, non debet ſe a medicina corporis & ſanguinis ſeparare.* Eo videlicet tempore *præſentes omnes* communicabant: *ſponte* quidam abſtinebant, criminum conſcii, ob quæ *communionis* iure excludebantur, ſi ſacerdotibus eſſent reuelata. Hoc modo ſponte ſeſe excludebant, non excludebantur. Eadem eſt ſententia in *c.* 16. *ib.* vbi additur limitatio: *niſi forte quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur.* ISIDORVS in *c.* 24. *de conſecr. D.* 2. huc etiam collineat his verbis: *Qui ſcelerate viuunt in eccleſia & communicare non deſinunt, putantes ſe tali communione mundari, diſcant, nil ad emundationem ſibi proficere.* Non excludebantur ergo ab vſu S. cœnæ impie viuentes, non tamen excommunicati, vtut ſerio monerentur, ne peccatis coinquinati & ſine ſincero *conuerſionis* propoſito accederent. Ceterum qui *ſponte* abſtinebant, in eadem cum *pœnitentibus publicis* videbantur eſſe naui, vt textus iam adducti euicerunt liquido. CHRYSOSTOMVS *homil. XI. in Epheſ.* ſuo calculo hanc praxin approbat: *Audis præconem* (diaconum) *ſtantem & dicentem: quicunque eſtis in pœnitentia, abite. Omnes, qui non participant, ſunt in pœnitentia* (h.e. in ſtatu excluſorum) *ſi es ex iis, qui ſunt in pœnitentia, non debes participare. Nam qui non participat, eſt in pœnitentia* (in ſtatu excommunicatorum, ſeſe tamen *pœnitentiæ* ſubdentium.) *Cur ergo dicit* (diaconus) *abite, qui non poteſtis precari? Tu autem ſtas impudenter. At non es ex his, qui poſſunt participare* (vtpote nulla ligatus *excommunicatione* nec *pœnitentiæ* ſubiectus) *& nihil curas, remque nihili eſſe putas.* Tota homilia eiusque ſcopus oſtendit, *ſponte* abſtinuiſſe, qui ſeſe indignos iudicarent; non alios vero repulſos, quam *excommunicatos* & adhuc in ſtatu *pœnitentiæ* poſitos, nec *reſtitutos.* Hi enim *ſine communione eccleſiæ tamdiu ſtabant, donec impletum eſſet tempus pœnitentiæ*, vt ait BASILIVS *ep. ad Amphiloch. c.* 34. Euidentius adhuc AVGVSTINVS *homil. L. c.* 4. diſciplinam antiquæ eccleſiæ his exprimit verbis: *Nos vero a communione prohibere quenquam non poſſumus, niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo ſiue ſeculari ſiue eccleſiaſtico iudicio nominatum atque conuictum. Quis enim vtrumque ſibi audeat aſſumere, vt cuiquam ipſe ſit & accuſator & iudex.* Agit AVGVSTINVS de *excommunicatione*; ſicuti

Teſtimoniis antiquis probatur, neminem a S. cœna repulſum fuiſſe, niſi excommunicatos.

by Google

ſicuti vero nemini communio denegari poterat, niſi eſſet vel *confeſſus* vel *conuictus*, ita nec vſus S. *euchariſtiæ*, quippe qui erat *communionis* conſequens. Additur elegans ratio: *ne alioquin cuiquam ipſe ſit accuſator & iudex.* Infinita alia loca in patribus occurrunt, quæ idem cuincunt, quæ conglomerare nolo. Producam potius in ſcenam idoneum teſtimonium ex ſeculo XII. quod optime demonſtrat, eandem praxin eo tempore adhuc perduraſſe, nec cognitam fuiſſe excluſionem a S. cœna eorum, qui non erant eiecti. GILBERTVS Pictauienſis epiſcopus, medio ſeculi XII. ad MATTHAEVM abbatem S. Florentii ſcripſit epiſtolam, publicatam ab EDMVNDO MARTENIO & DVRANDO *P. I. theſ. anecdot.* p. 429. *Quæritur de illis, qui peregerunt aliquod criminale, conſciente ſacerdote, ſi poſtulent ipſum ſacerdotem corpus Chriſti, ſi debeat illis denegari an non? ad quod dicimus, teſte Auguſtino, quod admoneri debent, non arceri. Ex quo habemus exemplum Chriſti, qui Iudæ proditori corpus & ſanguinem ſuum tradidit, ſciens eum immundum & ſe traditurum; nondum enim publicanus erat, nec extra communionem eccleſiæ poſitus. Et ideo quamuis ſciamus aliquem in aliquo criminali manentem, non debemus ei denegare corpus Chriſti, ſi quærat, niſi ſit excommunicatus & extra communionem eccleſiæ poſitus.* Non hæc noua eccleſiæ diſciplina fuit, ſed inueterata & cum ipſa *excommunicationis* praxi introducta, vt antea adducta teſtimonia docent.

Teſtimonium ex ſeculo XII. euidens.

§. XLVII. Hæc omnia teſtimonia antiquæ diſciplinæ ſi paulo attentius ponderamus, manifeſtum inde redditur, (I) neminem ab his ſacris arceri potuiſſe, niſi ab eccleſia iectum necdum plene reſtitutum: (II) crimine occulto maculatos *ſponte abſtinere* potuiſſe ab eorum vſu, *volentes* autem admiſſos fuiſſe, licet de crimine eſſent ſuſpecti, quamdiu adhuc *integri ſtatus* erant: (III) ne quidem ſacerdotem repellere potuiſſe eum, de cuius crimine ipſe ſolus ſcientiam habebat; ſed (IV) eum demum, qui vel *conuictus* vel *confeſſus* eſſet, vt tamen (V) ſedulo admoneretur, ne indignus accederet. (VI) Ne quidem *notorium peccatorem* repulſam tuliſſe, niſi criminibus illis eſſet inquinatus, ob quæ excommunicari debuerit, quo caſu (VII) ab vſu S. cœnæ pellendus erat, quatenus *excommunicationi* neceſſario ſubiiciebatur. Adeoque (VIII) σιδηρόξυλον creditum fuiſſe, aliquem iure communionis eccleſiaſticæ frui, & tamen a ſacris *euchariſtiæ* arceri, & ita (IX) excommunicationem *minorem*, qua aliquis, ſalua *communione eccleſiaſtica*, ab *vſu S. cœnæ* repellitur, nouum eſſe inuentum,

Conſectaria ex hac doctrina.

poſt

poſt ſeculi XII. tempora demum natum, quo fabricari cœpit *confeſſio auricularis* ante vſum S. cœnæ.

§. XLIX. Quæ cum ita ſint, demirandum eſt, proteſtantes nouum hoc dogma, in corruptiſſima eccleſia natum, adeo auide amplecti & ſollicite defendere, vt *priuatam excluſionem* eorum, quos paſtores *indignos* credunt, ad obligationem muneris paſtoralis pertinere, & quemlibet fidelem eccleſiæ miniſtrum ad arcendos hœdos in conſcientia & vi officii obſtringi, prorſus arbitrentur. Quidam adeo inexorabiles ſunt, vt ne quidem conſiſtorii mandato ſeſe flecti patiantur, quæuis potius extrema, h. e. remotionem, ſubire parati. Alii ipſas *ordinationes eccleſiaſticas*, quibus *priuata excluſio* prohibita eſt, iniquas iurique diuino contrarias eſſe pronunciant, & hoc ſub prætextu ſeſe ab earum obligatione eximunt. Ab hac ſententia tamen alii vel in totum vel pro parte recedunt, & denegationem S. cœnæ minime in arbitrio paſtoris poſitam eſſe arbitrantur, inter quos eſt GOTTFRIED ARNOLD **in der geiſtl. Geſtalt eines Evangeliſchen Lehrers** *c. XV.* § 10. DN. THOMAS. in *not. ad Lancell. lib. II. tit.* 6. §. 5. *not.* 218. TITIVS **in der Probe des geiſtl. teutſchen Rechtes** *lib. III. c.* 3. §. 15. *ſqq.* & *c.* 4. §. 8 *ſqq.* quorum ſententiam & ego in *additam. ad Schilt. ius Can. lib. II. tit.* 3. §. 6. *ſqq.* ſecutus ſum, hic vlteriùs illuſtrandam.

Vulgo creditur ad munus paſtorale pertinere indignos ab vſu S. cœnæ arcere.

Quidam id negant.

§. L. Videlicet hic non quæritur de iis, qui *publica auctoritate* excommunicati ſunt, qui ſine dubio a quolibet paſtore ſunt arcendi, donec in integrum reſtituantur. Quæſtio eſt tantum de iis, quos paſtores ſeu parochi *proprio* ſuo & *priuato iudicio* indignos iudicant, atque a conuerſione *vera* & a fide *viuida* in Chriſtum alienos cenſent, vel ex vita aſte acta vel ex variis rumoribus, quibus facile in eam deducuntur ſuſpicionem, vt, quæ narrata ſunt, vera eſſe arbitrentur. Commune eſt hoc vitium, vt famæ plus æquo ſeruiant plurimi, faciles detractoribus aures præbeant, eosque mox condemnent, qui non ex formula ſua vi *bona fide* uunt. EX VERO DEMOSTHENES *orat. de coron.* iam hoc vitium taxauit: *Φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, τῶν μὲν λοιδοριῶν τῶν δὲ κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, natura omnibus hominibus inſitum eſt, vt conuicia & accuſationes libenter audiant.* Sunt præterea plures in republica, qui ſe delectis publicis haud maculant, moraliter tamen mali ſunt, auaritiæ ſtudio vnice dediti, luxuria capti, bacchanalia viuentes, vel etiam ambitione adeo turgentes, vt ceteros contemtui habeant, ſibi tantum placentes, ſeſe omnibus eruditione, diſciplinis vel prudentia præferen-

Quæritur de iis arcendis, quos paſtor indignos proprio iudicio cenſet.

Digitized by Google

tes, & quæ ſunt alia ſtultitiæ mundanæ genera. De his quæſtio vnice formanda, an tales, quod non *chriſtiane* viuant, ſeu quod nondum conuerſi ſint, poſſint a ſacra cœna arceri priuata auctoritate? Plures præcautiones deſiderant affirmantes, vt talis ſuſpenſio valeat: (I) vt cauſa ſit *manifeſta & rationabilis*, non leuis aut occulta: (II) *monitio* præcedens ad minimum *trina*: (III) adſit *contumacia* moniti: (IV) correctio hæc ex parte excommunicantis ſit medicinalis, ex *zelo pietatis*, non ex *odii fomite* ſuſcepta: (V) denique ad *cautelam* tantum ſuadent, vt adhibito *ſuperiorum* conſenſu hanc *ſuſpenſionem a S. cœna* ſuſcipiant. vid. L. B. de LYNKER. *cit. l. c. II.* §. 8.

Cautelæ affirmantium & conditiones.

§. LI. Hæ conditiones ſunt ita comparatæ, vt dubia, quæ *priuatæ excluſioni* reſiſtunt, magis augeant quam tollant. In prima *conditione* fere omne momentum conſiſtit, quippe quæ præſupponit, paſtori ſeu miniſtro eccleſiæ iudicium *deciſiuum* competere, vt decernere poſſit, quæ cauſa *rationabilis* & *iuſta*, quæ *manifeſta* habenda? Oſtendi in antecedentibus ex praxi XII. ſeculorum male *priuatum iudicium* presbyteris haud indultum fuiſſe, ſed magna præcautione eccleſiam fuiſſe vſam, ſi quis ita deliquiſſet, vt relegari ab eccleſia in totum debuerit. Ait TERTVLLIANVS *apol. c.* 39. *Iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de* DEI *conſpectu, ſummumque futuri iudicii praiudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, vt a communicatione orationis & conuentus & omnis ſancti commercii relegetur.* Hoc iudicium (I) penes totam eccleſiam erat: (II) ob *graniſſima delicta* formabatur & quidem *publica manifeſtaque*, vt oſtendi *diſſ. III. ad Plin II. & Tertull.* §. 33. (III) *Confeſſi* demum & *conuicti* relegabantur ab omni ſacrorum commercio: *non eiecti* iura integra ſeruabant, & inprimis vſum S. cœnæ. Quis vero crederet, eccleſiam a primis apoſtolorum temporibus, vsque ad INNOCENTII III. æuum tam deſidem tamque ſui iuris ignaram fuiſſe, ſi creditum, ſi in ſacra ſcriptura fundatum fuiſſet, ad munus paſtorale tale *ius ſuſpendendi* a S. cœna eum, qui communione eccleſiaſtica adhuc fruitur, pertinere? Id vero per hæc ſecula, ne quidem exceptis iis, quæ *puriora* adhuc æſtimanda, admodum inconueniens viſum fuit, vt teſtimonia adducta docent. Hodie vero id conueniens, pium, iuſtumque eſſe cenſetur, vt quis poſſit *priuato* paſtoris *iudicio* ab his ſacris arceri, ex cauſis, ex quibus primitiua eccleſia ne quidem aliquem *communione eccleſiaſtica* priuabat. Hodie paſtorem quemlibet *iudicem* conſtituunt *arbitrumque*

Quæ tamen priuatam ſuſpenſionem magis impeditam reddunt.

Iudicium deciſiuum paſtoribus non competit,

cum nec praxis eccleſiaſtica tot ſeculorum illud probet,

in

in cauſa, de qua olim tota eccleſia *magno cum pondere* iudicabat. Hodie ex noue dogmate INNOCENTII III. id admittunt, quod per tot ſecula σιδηρόξυλον eccleſiaſticum habitum fuit, & re vera tale eſt, quia nemo poteſt a iuribus communionis eccleſiaſticæ repelli, quamdiu quis in *communione eccleſiaſtica* eſt. *Voluntariam abſtentionem* olim ſuadebant patres iis, quos *indignos* iudicabant, per exhortationes creberrimas; eam vero nemini imponebant & obtrudebant. Si vel maxime quis dignus *excommunicatione* iudicabatur, nondum tamen a quibusuis ſacris arcebatur, niſi *ſententia iudiciali* eſſet excluſus in totum. Vel hoc argumentum mihi in hac materia ſufficit, quod facile demonſtrat, rationes, quibus diſſentientes vtuntur, haud eſſe fundatas; quodſi enim his robur ineſſet, nunquam eccleſia per tot ſecula in contrariam praxin inclinaſſet, quæ tamen ſeueriori adhuc diſciplina erga peccatores vſa fuit, quam qua hodie vtimur.

quamuis voluntariam abſtentionem commendarent.

§. LII. Veritatem huius ſententiæ B. SPENERVS pro eo, quo pollebat, iudicio theologico, in dubium non vocauit, ſed eandem variis occaſionibus ſtrenue aſſeruit, ſtrenuus de cetero *veritatis* pariter ac *pietatis* aſſertor. Non iniucundum aut inutile erit, quædam loca ex ipſius doctrina huc referre. In *conſil. theol. germ. vol. vlt. c. I. ſect. 2. p.* 11. ita de hoc *priuato iudicio* cenſet: Wie ich denn nicht in Abrede bin, daß davor halte, es komme denen Predigern vor ſich das Urthel nicht zu, wer vor würdig oder unwürdig zu achten, und alſo wer zu admittiren oder zu excludiren ſey, ſondern das Gerichte gehöre der Kirchen; und alſo, wo bey jeder Gemeinde ein collegium presbyterorum oder Kirchen-Aelteſten, ſo von der Gemeinde verordnet, ſich finden, welche, wo der Prediger über eine Perſon ein dubium hätte, mit ihm die Sache cognoſciren und ſprechen, der Prediger aber nach ſolchem Spruch ſich halten ſolte. Wie denn einmahl die Schlüſſel nicht dem Predig-Amt, ſondern der Kirchen zuſtehen. Ob dann wol dieſelbe ſolche ordentlich durch die Prediger zu verwalten pfleget, gehet doch ſolche ihre Verwaltung nicht weiter, als ſo lange es keine contradiction giebet; wo aber er einen vor unwürdig hält, und ſolcher will vor würdig gehalten ſeyn, ſo ſtehet die deciſion nicht bey ihm, ſondern geſagter maſſen bey der Kirchen. So lange alſo dieſe Ordnung nicht eingeführet wird, zu dem es aber die wenigſte apparence noch hat, ſehe ich nicht, wie dem Unheil zu ſteuren iſt. **Denn einem Prediger die Macht zu überlaſſen, finde ich ſelbſt nicht rathſam, noch der Weisheit**

Illuſtratur hæc doctrina ex ſcriptis Speneri.

unſers Heylandes, mit der er ſeine Kirche angeordnet hat, gemäß. Denn wo wir einen Prediger finden würden, welcher klüglich, gewiſſenhaft und ohne affecten ſeine Gewalt gebrauchen möchte, ſo ſorge ich, ſolten wol zehen dagegen ſeyn, denen es entweder an gehöriger Klugheit oder moderation, oder ſonſten was zu fruchtbahrer Verwaltung dieſes Wercks gehörig, mangeln dürfte, daß der Jammer der Kirchen nur deſto gröſſer werden dürffte. IDEM *cit. l. c.* I. *ſect.* 25. *p.* 140. eandem materiam rurſus ſub examen reuocat, aiens: So iſt nirgends denen Predigern ausdrücklich befohlen, daß ſie die unwürdige ausſchlieſſen ſollen, ſondern es gehöret ſolches allemahl der Gemeinde unter der direction der Prediger, die alſo in einer gewiſſen ordentlichen Verfaſſung ſtehen muß. Wir ſind Haußhalter über GOttes Geheimniſſen. Aber der Haußhalter hat ohne der Haußehre willen nichts zu thun, noch ihr vorzugreiffen. Jedoch mache ich einen Unterſcheid unter der abſolution und communion. Jene kan ich abſolute keinem wiſſentlichen Unbußfertigen ertheilen; von dieſer **als einem allgemeinen Guth** darff ich ohne diejenigen, denen dieſes Recht zukommt, keinen ausſchlieſſen. Hanc diſtinctionem B. auctor in ſequentibus ita moderari & temperare intendit, vt ei, cui denegatur abſolutio, non tamen denegari debeat vſus S. cœnæ. Et tamen, ſi dicendum quod res eſt, ſi praxin eccleſiarum intuemur, illius denegatio huius excluſionem ſecum trahit, imo hæc inde ortum traxit, quod paſtoribus ius *abſoluendi* & *denegandi abſolutionem* datum ſit, de quo ſuo loco conuenientius agendum. Interim laudo *moderationem* beati auctoris, *abſolutionem* nemini abſolute denegandam eſſe exiſtimantis; ſed tali potius denunciandum, parum ſibi abſolutionem profuturam, niſi ſeriam egerit pœnitentiam. Addit vero poſtea exemplum Saluatoris a S. cœna nec Iudam repellentis: So ſtehet mir allemahl das Exempel unſers Heylandes vor Augen, der gleichwol den Judam ſo bald zu der erſten communion zugelaſſen hat, welches wahrhaftig nicht ohne Urſachen geſchehen und einen Troſt vor uns in ſich hat.

Quid ſi paſtor occulti ab aliquo delicti commiſſi conſcius ſit?

§. LIII. Idem quoque *cit. tr. c. II. art.* 5. *ſect.* 3. *p.* 525. hoc ad eum applicat caſum, quando *delicti occulti* commiſſi ſolus paſtor eſt conſcius, vt neque hunc poſſit repellere. Hoc ſuo modo approbatum eſt ab ALEXANDRO III. cuius ſententia refertur in *concil.* Lateran. III. de anno 1719. apud HARDVIN. *tom. VI. P.* I. *coll. concil. p.* 1871. & *c.* 2. X. *de offic. iudic. ordin. Si ſacerdos ſciat pro certo, aliquem eſſe reum alicuius,*

Digitized by Google

cuius criminis, vel ſi confeſſus fuerit & emendare noluerit, niſi iudiciario ordine quis probare poſſit; non debet eum arguere nominatum - - - ſed debet eum arguere, ne ſe ingerat, quia nec Chriſtus Iudam a communione remouit. Non alia huius deciſionis ratio reddi poteſt, quam quod ob *occulta delicta* ne quidem *excommunicatio*, quæ hodie *maior* vocatur, fuerit dictata; integra vero manente communione eccleſiaſtica, ab vſu communi S. cœnæ ſine iniuria repelli nequiuerit, vtut crediderit paſtor, eum indigne ad menſam ſacram accedere, dummodo ſedulo eum admoneat, ne temere accedat.

§. LIV. Nouo dubio vir beatus occurrit *cit. tr. c. II. art.* 6. *ſect.* 14. *p.* 586. *ſqq.* & inter alia ita cenſet: Es bringet die Billigkeit ſelbſt mit ſich, daß nicht etzlicher Männer, ſondern der gantzen Kirchen, und welche in deroſelben Nahmen ihr Recht auszuüben haben, Erkäntniß dieſes zukomme, welche ſie vor Glieder an ihrem Leibe erkennen wolle. Nun möchte man zwar ſagen, daß dieſes nur den groſſen Bann betreffe, dadurch ein Glied gantz von dem Leib abgelöſet werde; aber es iſt auch die Ausſchlieſſung von dem Gnaden-Mahl eine Ausſchlieſſung von demjenigen, **das ein allgemein Guth iſt der gantzen Kirchen und daher aller dero aufs wenigſte wahrer Glieder.** Wen man demnach davon gerichtlich ausſchlieſſet, den erkennet man, daß er in der innerlichen Gemeinſchaft der Kirchen nicht ſeyn müſſe, ob man ihm wol die äuſſerliche Gemeinſchaft nicht eben annoch verſagen (ſcil. in totum) ſondern ihn in Hoffnung der Beſſerung in derſelben annoch leiden will. Es iſt aber wiederum die Frage, wer denn vor ein ſolches wahrhafftiges Glied zu achten ſey, zu wichtig, und der Kirche zu præiudicirlich, da ſie allein von einem Stande, **der ja nur aus Dienern der Kirchen beſtehet**, gerichtet werden ſolte. So hat ein Haushalter den Befehl, daß er dem Hausgeſinde ihre Speiſe zu rechter Zeit gebe, er mag auch, wo er findet, dieſem oder jenem etwas gewiſſes nicht dienlich zu ſeyn, damit etwas zurück halten; wo aber derſelbe ſich darüber beſchweret, und auf ſein Gebühr und Recht dringet, iſt er nicht mehr darüber Richter, ſondern der Haus-Vater und Haus-Mutter. Sic *eod. tr. c. VI. art.* 3 *ſect.* 109. *p.* 628. diiudicationem earum cauſarum, ob quas quis repelli queat, eſſe *fori eccleſiaſtici* cenſet: Was die Zulaſſung zum Heil. Abendmahl anlangt, und die Beurtheilung der Urſachen, warum ſolche geſchehen und nicht geſchehen ſolle, iſt mehr fori eccleſiaſtici, und hat mit

Nouum dubium remouet B. Speneruus.

der äusserlichen Religions-Freyheit, nicht so viel Verknüpffung, quamuis posterius postea declarandum sit.

Per ordinationes ecclesiæ priuata exclusio prohibita, & eius cognitio consistorio delegata est.

§. LV. Hæc doctrina quoque passim in *ordin. ecclesiast.* ecclesiarum protestantium est confirmata, & cognitio de *exclusione a S. cœna* ad consistorium reiecta. Verba *constit. elect. Saxon.* & *visit. Marchicæ* iam adduxit Dn. THOMASIVS *cit. l.* Addo his *ordin. Guelpherbyt. renou. P.* I. *c.* 10. §. 10. Als auch denen Predigern die Macht nicht gegeben absque cognitione & decreto superiorum nach ihrem eigenen priuat-Urtheil jemand von der Beicht und dem Heil. Abendmahl abzuweisen; so soll kein Prediger sich unternehmen, vor sich dergleichen Abweisung zu thun, sondern wenn bey einem oder andern Menschen solche erhebliche Umstände sich hervor geben, daß keine priuat-Vermahnung bey ihm anschlagen, und daher an seiner Bußfertigkeit zu zweiffeln, so hat der Prediger zwar solche widrige Bezeugung nach GOttes Wort auch auf der Cantzel, jedoch ohne indigitirung der Persohn, ernstlich zu bestraffen, und die schweren Gerichte GOttes über die unbußfertigen vorzustellen, darneben aber die Sache an dem ihr vorgesetzten Superintendenten und dieser dem Befinden nach selbige an unser geistl. Consistorium zu bringen, und der Prediger darüber den Verhaltungs-Befehl abzuwarten.

Edictum in ducatu Cellensi.

Promulgatum quoque contra *priuatam* hanc *exclusionem* edictum *d.* 28. *Iul.* 1693. in ducatu Cellensi, quod in *continuat. supplem. constit. prouinc.* de anno 1719. n. 13. reperitur huius tenoris: Nachdem mahlen man einige Zeit hero bey Fürstl. Consistorio allhie mißfällig wahrgenommen, daß die Pastores auf dem Lande öffters, der Fürstl. Kirchen-Ordnung schnur stracks entgegen, aus keinen erheblichen Ursachen, ja gar zuweilen in ihren eigenen Pfarr- und andern Streit-Sachen, als aus blossen priuat-affecten ein und andere ihrer Beicht-Kinder, vom Beicht-Stuhl ab und zurück weisen, solchem und dergleichen unziemlichen Verfahren aber also länger nicht nachgesehen werden kan: So wird Nahmens des Durchlauchtigsten unsers gnädigsten Fürsten und Herrn allen und jeden Predigern hiesiger Fürstenthum und Landen krafft dieses ernstlich anbefohlen, daß sie, wenn ihrem Bedüncken nach, ein oder ander Beicht-Kind zur Beicht und Heil. Abendmahl nicht zu admittiren, vornehmlich aber in dem Fall, wann der Pastor entweder mit der gantzen bey ihm eingepfarreten Gemeinde, oder einigen aus derselben in würcklichen Procels begriffen, oder sonst ausser Procels

und

Digitized by Google

und Rechtfertigung dabey als eine Parthey anzusehen ist, Fürstl. Kirch-Ordnung darunter gehörig nachgehen, und die in derselben vorgeschriebene gradus admonitionum gebührend in acht nehmen, zuvorderst jedesmahl, und ehe die Beicht-Kinder zum Beicht-Stuhl sich bey ihnen einfinden, den Casum ohngesäumt an die ihnen vorgesetzte Superintendenten referiren, und von denselben, wie sie sich darunter zu verhalten, Information einziehen sollen, welche ihnen entweder ihr Gutachten, deme sie allerdings zu geleben, eröffnen werden, oder zumahlen in schweren wichtigen Fällen davon zu fernerer Verordnung an das Fürstl. Consistorium zu referiren haben.

Solte sich dann begeben, daß ein oder ander Beicht-Kind, welches zum Gebrauch des Heil. Abendmahls zu admittiren, ein Pastor gegründetes Bedencken hätte, sich ohnvermuthlich zum Beicht-Stuhl anfünde, hat derselbe solches mit guter Bescheidenheit zur Gedult zu verweisen, indessen des Fürstl. Consistorii oder Superintendenten Verordnung und Gutachten einzuholen, und zu erwarten, hinkünfftig aber niemand vor sich allein vom Beicht-Stuhl zurück zu weisen, und vom Gebrauch des Heil. Abendmahls abzuhalten. Wornach sich denn alle und jede Pastores gehorsamlich zu achten haben. Uhrkundlich des vorgedruckten Fürstl. Cantzley-Secrets. Zell den 28ten Iulii Anno 1692.

§. LVI. Repetita postea est hæc constitutio anno 1704. relata in *cod. supplem. n.* 14. & variis declarationibus aucta huius tenoris: Nova confirmatio.

Demnach man aus denen bey Fürstl. Consistorio eine Zeit her verschiedentlich eingekommenen Klagen mit besonderm Mißfallen wahrnehmen müssen, daß, obwohl denen in hiesigen Fürstenthum und Landen befindlichen Predigern, vermöge der am 28ten Iulii Anno 1693. ausgelassener Fürstl. Verordnung, ausdrücklich verbothen, daß sie der Fürstl. Kirchen-Ordnung zuwider und ohne vorher gegangene Communication mit denen ihnen vorgesetzten Superintendenten, für sich allein niemand vom Beicht-Stuhl und Gebrauch des Heil. Abendmahls abweisen und zurück halten sollen; dennoch solchem ohngeachtet einige, insonderheit auf denen Dörffern befindliche Prediger entweder aus Uebereylung oder affecten ihrer so gar vergessen, und ihr geistl. Amt dahin mißbrauchen, daß, wann sie, entweder mit ihrer eingepfarreten gantzen Gemeine, oder jemand aus derselben über ein und andern Punct streitig sind, und sodann

einer

einer oder der andere ihnen worin contradiciret, und in dasjenige, was sie verlangen, sofort nicht einwilligen will, oder die etwan neuerlich prætendirende, oder doch allerdings noch nicht liquide accidentien herzugeben difficultiret, oder auch wann einer eines mit ihnen oder sonst jemand habenden Processus oder gerichtlichen Streits halber, oder sonst, nach ihrem Willen sich nicht erklähren will, vorerwehnten Fürstl. Verordnungen zuwider den oder dieselben, eigenmächtiger und unbedachtsamer Weise, vom Beicht-Stuhl und Heil. Abendmahl abzuweisen, oder sonst ihr geistl. Amt zu versagen, und solcher Gestalt gleichsam eines richterlichen Amts, auch wohl gar in propria causa, sich anzumassen, und solche Abweisung, oder Verwegerung ihres geistl. Amts pro modo exequendi zu gebrauchen sich nicht scheuen; Man aber dergleichen ungebührlichen und ihrem geistl. Amte allerdings unanständigen Verfahren, also nachzusehen gar nicht gemeynet ist; So wird Nahmens des Durchlauchtigsten Unsers allergnädigsten Fürsten und Herrn, allen und jeden in Sr. Durchl. Landen befindlichen Predigern Krafft dieses, hiermit nochmahls ernstlich anbefohlen, daß sie nach Eingangs erwehnten Verordnung, welche alles Jnhalts anhero erholet seyn soll, sowol als jetziger, sich gebührend richten, und wann sich in der ihnen anvertraueten Gemeine einige, so mit jemand in unversöhnlichen Haß und Feindschafft oder in groben vorsetzlichen Sünden unbußfertig leben, finden werden, sie dieselben zwar vorfordern, und die in Fürstl. Kirchen-Ordnung vorgeschriebene gradus admonitionum gebrauchen, denselben ihre Sünden und darauf beruhenden Seelen-Gefahr nachdrücklich vorstellen, und davon abzustehen, so oft es nöthig ist, ernstlich ermahnen, und wie sie, wenn sie von solchem ihrem sündlichen Leben nicht abstehen, und als frommen Christen eignet und gebühret, im Leben und Wandel bezeigen würden, zur Beicht und Heil. Abendmahl nicht admittiret werden könten, ihnen anzeigen, und wann sie sich nicht zulänglich erklähren, und Christliche Besserung angeloben, wegen solcher admission bis zur Verordnung der Superiorum zur Gedult verweisen, darneben aber solche casus ohngesäumt an ihre vorgesetzte Superintendenten berichten, und sich darüber deren Einraths erholen, auch von ihren Beicht-Kindern, so mit ihnen, den Predigern, oder sonst jemand in einen Rechts-Streit oder Proceß, vor der Obrigkeit, befangen sind, und sich in den Beicht-Stuhl, oder sonst daß sie gegen ihren Aduersarium keinen Haß und

Digitized by Google

und Groll im Hertzen hegen, sondern demselben, ausser ihrer Streit-Sache, alles Gutes gönnen, und in Vorfallenheiten erweisen, die Sach an sich zu richterlichem Ausspruch vorstellen, und damit begnügen wollen, erklähren werden, ein mehrers nicht prætendiren, sonsten auch denenjenigen, welche zum andern und dritten mal in vorige Sünde verfallen, zwar ihr Gewissen schärffen, und die reiterirte Sünden aufrücken, darneben ihren gefährlichen Zustand, und grosse Seelen-Gefahr ernstlich vorstellen, wann sie aber wiederkehren, Reue und Leid über solche Sünde bezeugen, und daß sie GOtt um deren Vergebung hertzlich anruffen, sich auch bessern und hinkünftig für dergleichen hüten wollen, angeloben werden, dieselben so wenig als sonst iemand für sich vom Beicht-Stuhl und Heil. Abendmahl abweisen, übrigens auch ihr Amt aus priuat-interesse niemand versagen sollen, mit der ausdrücklichen Verwarnung, daß, wofern ein oder der andere solchem zuwider zu handeln, und insonderheit seiner eigenen Persohn und Interesse halber, oder unter sonst einem ungegründeten Vorwand zu contraueniren unterfangen wird, der oder dieselbe alsdann davor nicht allein ernstlich angesehen, und bestraffet, sondern auch nach Befinden, ab officio suspendiret, ja gar remouiret werden sollen. Wornach sich ein jeder zu achten. Uhrkundl. des vorgedrückten Fürstl. Cantzley-Siegels. Zelle den 4. Dec. 1704.

§. LVII. Idem quoque approbat SPENERVS *vol. vlt. conf. theol. Germ. c.* II. *art.* 6. *sect.* 14. *p.* 587. & nonnullas ordinationes ecclesiasticas adducit, quibus causæ huius cognitio consistorio delata est. Laudat inprimis die erneuerte Burg-Fried-Bergische-Ordn. *b. t.* I. *n.* 7. quæ ita disponit: Es sollen auch die Pfarrer aus- und innerhalb des Beicht-Stuhls wie andere, also auch solche delinquenten priuatim erinnern, nach Christl. Schuldigkeit sich zu erweisen; Da aber diese solchen Erinnerungen keinen Raum geben würden, sie väterlich ermahnen, eines bessern sich zu besinnen, und bis dahin zu Verhütung unwürdiger Niessung des heiligen Abendmahls und folgender Empfangung dessen zum ewigen Gericht davon zu enthalten. Da aber keine parition erfolgen wolte, soll solches an uns und unser Consistorium berichtet, und da vorsetzliche Verachtung und boßhaffrige Widerspenstigkeit befunden würde, alsdann mit öffentlicher Ausschliessung vom Heil. Abendmahl, auch nach Befinden wol endlich von der gantzen Christlichen Gemeinde per excommunicationem verfahren werden. Vlterior confirmatio huius asserti.

Temperamentum.

Cum autem absque dedecore is, qui ad *confessionem* accedit, vix reiici possit, optime constitutum est in constitutionibus ecclesiasticis, vt, qui sacro hoc pabulo sese pasci cupiunt, pridie quam accedunt, hoc indicent pastori, quo mature rem omnem ita componere & instruere possit, vt, si ad consistorium rem deferre necesse ducat, is, de cuius admissione dubitat, ab aditu ad S. cœnam tamdiu sese temperet, donec *consistorii decreto* res decisa fuerit.

Prætextus eorum, qui his legibus ecclesiasticis se haud adstringi patiuntur,

§. LVIII. Quamuis vero hæc sapienter constituta sint, dolendum tamen, non deesse, qui *legibus* hisce *ecclesiasticis* bellum indicunt, eas vt *iniustas*, verboque Dei contrarias reiiciunt, nec se iis adstringi patiuntur, maxime iis in locis, vbi præsidio plebis tuti quæuis audere possunt. Exemplum notabile adfert L. B. de LYNKER. *resp. X. Ordinatio ecclesiastica* in certo quodam loco promulgata, & exemplo ceterarum prohibitum erat, ne pastores sine *consistorii decreto* aliquem a S. cœna excluderent. Turbas ingentes mox mouit ministerium, & ex eo quidam insolentius, iactis etiam tribunitiis clamoribus, sese gessit, & vt verba sonant, habe sie pro concione sehr raxiret, und dabey bedrohlich angehenget, daß er kein membrum ihres Stadt-Regiments, so in mehrgedachte Ordnung consentiret, zu dem Beicht-Stuhl oder Communion verstatten wolle, bevor mehrerwehnter Articul gäntzlich cassiret sey, welche seine Bedrohung, und daß beyde Herren Burgemeistere und sämmtliche Herren der Regierung daselbst, er derentwegen a communione ausschliessen wolte, nicht allein priuatim von ihm wiederholet, sondern auch als er hierüber von derselben deputirten erfordert und befraget, gerichtlich erwiederte, und zugleich seine vorgesetzte ordentliche Obrigkeit mit schimpflicher Benahmung von ihm beleget worden.

ex principiis papizantibus.

Crederes, nouum papam in hoc homine resurrexisse in ecclesiis protestantium, cuius principia si patronos inuenirent, ad cleri captum eius asseclæ vniuersum ius sacrum trahere possent; ni enim ipsi pareretur, & leges ad gustum eius componerentur, mox bellum magistratui indicere & minas de excludendo eo ab vsu S. cœnæ spargere posset, quo improbius vix quicquam excogitari posset. Ipsas rationes, ab hoc homine eiusque sociis prolatas, examinat solide LYNCKERVS simulque consensum SALOMONIS GESNERI *in comp. doctr. cal. loc.* 25. MENZERI *in exeg. Aug. conf. p.* 510. MICHAELIS HAVEMANNI *de iur. episc. tit.* 10. §. 3. CARPZOV, *lib. I. iurispr. conf. def.* 27. & MEVII *consil.* 110. adducit, qui-

Digitized by Google

quibus etiam addi poteſt IAEGER *de iure circa ſacra c.* 19. qui ſententiam SPENERI in plerisque approbat. Si tales cogitarent, ſe non eſſe *dominos* ſed *miniſtros ſacramentorum*, in hæc ἀσύσατα non inciderent, quæ tamen non euitant, poſtquam *dominium* quoddam in ſacramenta, quæ ſe facere forſan arbitrantur, ſibi aſſerunt, cum *iurisdictione*, absque qua talem *priuatam exclusionem* ſibi contra leges eccleſiaſticas aſſerere nequeunt.

§. LIX. Ex his deductis principiis duo maxime fluunt: (1) paſtores eiusmodi *conſtitutionibus eccleſiaſticis* omnino ligari: (2 ſi reiectis paſtoris rationibus conſiſtorium decreuerit *admiſſionem*, nil amplius ſuo priuato iudicio poteſt indulgere, ſed *decreto conſiſtoriali* ſtare tenetur. Interim ſi putat, ſe ſcrupulis conſcientiæ ſuæ impediri, quo minus morem gerere poſſit, a conſiſtorio, modo modeſte & ſubmiſſe agat, facile impetrabit, vt alium confeſſionarium eligendi ei, quem arcendum eſſe conſtituit, poteſtas fiat, quatenus hoc commode fieri queat. Quid vero ſi ne hoc quidem conſilio vtatur paſtor, ſed vel contra tales *ordinationes eccleſiaſticas* clamores tribunitios cieat, vel decreto conſiſtorii reclamet & contradicat, vtrum ob hanc *contumaciam ſacram* puniri poteſt, & qua ratione contra eum procedendum? Conſilia, quæ ſuggerit BÖNIG. *de caſ. conſcient loc. de S. cœna, caſ.* 14. ita ſunt comparata, vt *contumaciam* magis augeant, quam frangant. Vult talem miniſtrum *vim* (decretum conſiſtorii) tantisper deprecari debere, donec ab vna alteraue facultate theologica *conſilium* quæſiuerit. *Magiſtratus iuſſus* vel *decretum* ei non ſufficit: maioris ponderis putat eſſe *conſilium theologicum*, quod tamen non eſt *deciſiuum*, altero non audito impetratum, & ita in tali cauſa nil operari poteſt. Pergit: ſi magiſtratus eius deſiderio ſtare recuſat, vel conſilio, quod interim impetrauit, ſeſe accommodare nolit, tutius eſſe credit, extrema quæuis expectare, quam morem magiſtratui gerere. LYNCKERVM *in diſſ. de eo, quod iuſt. eſt circa S. cœnam c. II.* §. 10. huic proceſſui ſuffragium ſuum dediſſe eo magis miratus ſum, quod hic fere omnes rationes in *reſp.* 10. allatas conculcare videatur. Rectius ſine dubio rationes ſubducit B. SPENERVS *cit. l. c.* 6. *art.* 3. *ſect.* 145. *p.* 711. Wo aber die Obere und Conſiſtoria einem Prediger, nachdem er ihnen ſeine Urſachen zur Gnüge vorgeleget, warum er einen Menſchen vor unwürdig halte, befehlen zuzulaſſen, und ihn alſo vor würdig halten, auch deßwegen weiter in ihn zu ſetzen verbieten, ſo kan ein Prediger derſelben Befehl gehorſamen, und weil die Ausſchlieſſung allein in ſeine Gewalt, auch nach Chriſti Ordnung, nicht gege-

Quid ſi paſtor credat, ſe ſalua conſcientia conſiſtorio parere non poſſe?

Quid ſi extreme contumax ſit & impetuoſus?

Sana Speneri deciſio.

Digitized by Google

ben iſt, dasjenige unterlaſſen, was ihm nicht zukommt. Hæc poſterior ratio euincit, non tantum *poſſe* (quod arbitrii eſt) ſed imo *debere* decreto conſiſtorii morem gerere, niſi ſe arbitrum *decretorum conſiſtorii* conſtituere malit. Si enim *poteſt* morem gerere ſalua conſcientia, cur non *obligatus* eſſet ad obediendum, cum *vinculum obedientiæ* eum ſtringat, & verbum diuinum hanc eidem iniungat? Proinde putarem, (1) theologos prudentes conſulturos magis eſſe rei eccleſiaſticæ, ſi talem proceſſum, quem KOENIGIVS propoſuit, omnibus diſſuadeant modis: (2) ſi exemplo SPENERI doceant, iuſſa talia ſalua conſcientia & *poſſe* impleri & implenda eſſe. Ni enim hoc fiat, imperitiores, quique exercitatos non habent ſenſus, in infinitos incidunt ſcrupulos, *bona* ex *intentione* reſiſtunt, & cum prodeſſe vita ſua integerrima eccleſiæ poſſint, rei communi magis nocent, & *bona fide* peccant, & tandem *contumacia* hac *ſacra* efficiunt, vt remoueantur. Doleo vices horum hominum, qui ſæpe integerrimi ſunt, & vnicum illud neceſſarium pro ſcopo habent, ſed præconceptæ ſuæ opinioni nimis inſeruiunt, quo ipſo per *indirectum* ſalutem eccleſiæ ſuæ negligunt, & ad varia incommoda alia ſcandalaque publica, dum obedientiæ legem ſoluunt, a lege naturæ inculcatam, præter ſpem & opinionem anſam præbent. Si *dubiam* habent *conſcientiam*, cogitent, *in dubio parendum eſſe*, vbi præceptum ſuperioris nos vrget & ſollicitat; nec enim aliam quam *dubiam* poſſunt habere conſcientiam, ſi rationes recte ſubduxerint. Quod enim dici ſolet, *in dubio* abſtinendum eſſe, ad res *arbitrarias*, in quibus *præceptum ſuperioris* deficit, referendum.

qua obligatio ad parendum confirmatur.

§. LX. Minus forſan dubii haberet illa concluſio, quæ ex deductis fluit, ſcilicet principem a miniſtro aulico plane ab vſu S. cœnæ excludi non poſſe, niſi animaduertiſſem ex actis, etiam nonnullos in contrariam ſententiam prolapſos fuiſſe, imo & plures tradidiſſe, principem non quidem *maiori*, bene tamen *minori* excommunicatione ligari poſſe. HVLSEMAN. *de corrept. frat. p.* 302. DANHAVER. *P. II. ſpec. theol. conſcient. dub* 3. *p* 1131. *ſq.* ZIEGLER *de epiſc. lib. III. c* II. § 72. Quæ contra hanc ſententiam B. THOMASIVS in denen *iuriſt.* Händeln *P. IV. caſ.* 2. plena manu regeſſit, non reguſtabo, ſed duntaxat ad principia antea deducta prouocabo, ex quibus planum erit, *excluſionem* hoc caſu in exitum deduci non poſſe, cum ſuo conſiſtorio non ſit ſubiectus, a cuius *decreto* tamen vnice hæc *ſuſpenſio* dependet. Forſan quis obiecerit, *ſacerdotem aulicum* conſiſtorio non eſſe ſubiectum, ergo nec eius decreto con-

Multo minus princeps a ſacerdote aulico ab vſu S. cœnæ excludi poteſt.

Digitized by Google

constringi posse. Verum regero: exemtus est a consistorio ex principis priuilegio; ipsi tamen principi in *sacris* & *profanis* subiectus; nisi quis asserere vellet, sacerdotem aulicum *in sacris* nemini rationibus reddendis esse obnoxium. Non alienus est ab hac sententia IAEGERVS, theologus quondam Tubingensis *de iure circa sacra c.* 20. quamuis a rationibus a Dn. THOMASIO adductis sibi recedendum esse crediderit. *Nec etiam censemus*, ait, *quod minus locum habeat, si ea in suis formalitatibus spectetur; nam etiam hanc nullus minister sine consensu & suffragiis publicis ecclesiæ stringere potest. At vero quis hæc suffragia colliget sine graui macula & dispendio auctoritatis in principe, cuius obseruatio iure diuino nobis est præcepta* 1 *Petr. II*, 17. *Timete Deum & honorate regem.*

§. LXI. Sicuti autem, prout dictum, ex hoc argumento *communionis ecclesiasticæ* deducebatur, neminem, qui eam integram habebat, ab hoc sacro pabulo repellendum esse; ita nemo quoque olim absque graui causa eius vsum intermittebat. In primitiua ecclesia omnes *fideles* communicabant, eaque de causa *offerebant:* pedetentim quidam, se non satis dignos iudicantes, *sponte* abstinebant, & in eius argumentum non offerebant. Vnde natum illud: *qui non offert, non communicet.* Ardor pristinus tandem adeo conseruit, vt quidam rarius ad S. cœnam accederent, quorum inertiam merito patres redarguebant castigabantque crebris exhortationibus. Sed reluctantes non *cogebant*, nec refugientes obtorto collo ad hoc conuiuium sacrum trahebant. Nouerant præceptum Christi: *compelle intrare*, manu militari haud esse executioni dandum, sed *doctrina*, *adhortatione* & *inuitatione amica* applicandum. AVGVSTINVS in *c.* 13. *de consecr. D.* 2. de *frequentissimo vsu* sui temporis testis est, quem nec laudat nec vituperat, addit tamen: *omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo & hortor, si tamen mens sine affectu peccandi sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi grauari magis dico eucharistiæ perceptione, quam purificari. - - Sed hoc de illo dico, quem capitalia & mortalia peccata non grauant.* Censebant itaque, neminem regulariter abstinere debere, nisi tanta essent peccata, ob quæ alias excommunicandus foret, *c.* 14. & 15. *eod.* quæ cum *occulta* esse poterant, singulorum conscientiæ vsus relinquendus erat. Enim uero paulatim certa tempora, ad communionem veniendi, sub pœna *excommunicationis* constituta fuisse legimus, quo ipso *inuiti* etiam & *reluctantes* adacti sunt ad vsum S. cœnæ, quæ non alios quam *sitientes* & *anhelantes* desi-

Nemo olim cogebatur ad vsum S. cœnæ,

sponte quidam quandoque abstinebant.

Tandem certa tempora constituta, quibus de necessitate communicandum.

Digitized by Google

deſiderat conuiuas. Hæc pœna eſt conſtituta in *c.* 18. *de conſecr. D.* 2. imo in *concil. Agathenſi c.* 18. relato in *c.* 19. *eod.* tria tempora *Natalis Domini*, *Paſchatos* & *Pentecoſtes* ſunt omnibus & ſingulis præſtituta, adeo vt, qui hiſce non communicauerint, *catholici non credendi*, *nec inter catholicos habendi*, conf. *c.* 21. *eod.* Tandem hoc reſtrictum eſt ad *tempus paſchale* in *c.* 12. *X. de pœnit. & remiſſ.* quo quis a *proprio presbytero*, non aliis, S. cœnam & quidem ſub *excommunicationis* pœna accipere tenetur. Ita ex duplici reſpectu vſus S. cœnæ *legem coactionis* accepit: (I) vt *inuitus* ad illum cogi poſſit: (II) & quidem in *eccleſia parochiali*. De vtraque *coactionis* ſpecie iam egi in *iure paroch. S. IV. c.* 1 §. 13 *ſqq.* & §. 21. *ſqq.* ſimulque primam inter proteſtantes reprobandam eſſe cenſui.

Communio priuata ſolitaria olim reprobata,

§. LXII. Porro ex hoc *communionis eccleſiaſticæ* argumento quoque fluit, *communionem priuatam ſingulorum* non adeo inſtituto ſaluatoris & naturæ huius conuiuii S. conuenire, ſed coniunctionem plurium deſiderare. Captiuos infirmosque excipiebant primi Chriſtiani, ad quos in ſignum *communionis* per diaconos euchariſtia deferebatur. Sed forſan *priuatæ miſſæ* anſam abuſui, *ſolitarie* S cœna fruendi, dederunt, nec *priuatam communionem*, illis licet ſublatis in proteſtantium eccleſiis, vbique eradicare potuere.

nec hodie probanda,

Vt plurimum cauſa *priuatæ communionis* in quadam *ambitione* quærenda, quæ impellit honeſtiores, ne *publica communione* cum cereris vtantur. Non abſolute *priuatam communionem* reprobandam eſſe cenſeo, ſi iuſta adſit cauſa; aſt vt plurimum hæc deeſt, & in ſola *conſuetudine*, qua honeſtiores ſeſe tuentur, & in *priuata communione* gloriolam captant, plebi *publica* relicta, contraria praxis quæritur. Neque enim, depoſita *ambitione* vel *commoditate delicata*, inordinatus quidam ordo in *publica communione* deprehenditur, ob quem ab ea abſtinendum ſit. Ad minimum *ſeparatio honeſtiorum* a cœtu reliquo non leuem contemtum eius arguit, quem ſuo tempore PAVLVS I *Cor. XI*, 21. 22. iam redarguit. Ceterum quæ circa hanc monenda ſint, plenius explicata ſunt a B. SPENERO *P. I. conſil. theol. Germ. c. II. art. V. ſect.* 9 *ſqq. P. II. c.* 3 *art.* 1. *ſect.* 16. *& P. vlt. c.* 6. *D.* 4. *ſect.* 12. *& art.* 3. *ſect.* 149. *in f.* Hac de cauſa in plurimis *ordinationibus eccleſiaſticis* diſerte prohibita eſt, quæ tamen ex *conniuentia* paſtorum non vbique in praxin deducuntur. Sic in *ord. eccleſ. Magdeb. c. VII.* §. 22. expreſſe prohibitum, daß ohne der Magdeburgiſchen Regierung und Conſiſtorii, im Nothfall aber des inſpectoris ausdrückliche Verwilligung, niemand, es ſey dann Alters oder Unpäßlichkeit halben, oder

Digitized by Google

oder wenn eine eilige Reise vorgestossen in der Sacristey oder heimlich vor angehenden Gottesdienst das Heil. Nachtmahl gereichet werden soll. Pariter iussu regio anno 1731. in terris sceptro Borussico subiectis *communio priuata* prorsus abolita est, cuius formulam in calce *huius tomi* adduxi. In ducatu Cellensi anni 1700. hoc edictum, quod in *contin. supplem. n.* 15. refertur de *priuata communione* publicatum est: Unsern ꝛc. Wir lassen auch hiedurch ohnverhalten, was massen verschiedentlich dem Fürstl. Consistorio vorkommen, welcher gestalt an denen mehresten Oertern im Lande die priuat-Communion dergestalt einreissen soll, daß auch solche Leute, die dessen gar keine Ursache haben, noch ausser dem, weilen es ihnen also beliebet, was vorzuschützen wissen, sich dem Gebrauch der öffentlichen Communion entziehen sollen. Wie nun aber deme, zumahlen ohne allen Unterscheid, nicht nachzusehen, sondern bey Zeiten zu begegnen, daß es nicht weiter und überall einreisse, und solchemnach resoluiret, daß inskünftige, ausser in Kranckheiten und andern Nothfällen niemanden, ohne erhebliche, und so viel eure inspection betrifft, auch allenfalls dem Fürstl. Consistorio anzuzeigender Ursachen, deren Erheblichkeit zu erwegen, wir eurer dexterität überlassen, die priuat-Communion verstattet werden soll; als begehren nomine Sereniss. unsers gnädigsten Fürsten und Herrn wir hiemit an euch, ihr wollet euch nicht nur vor euch selbst darnach gehörig achten, sondern auch denen eurer inspection untergebenen Predigern solche des Fürstl. Consistorii resolution und zwar sonderlich zu dem Ende eröffnen, daß sie ohne euer Vorwissen und Gutbefinden ausser obgemeldten Nothfällen niemand das Heil. Abendmahl priuatim reichen sollen, auch da bey einem oder andern casu sich solche dubia finden solten, derentwegen ihr Bedencken haben möchtet, vor euch etwas darunter zu resoluiren, davon anhero ans Fürstl. Consistorium berichten und dessen Verordnung darüber erwarten. Und wir seyn euch ꝛc. Cell, den 20. Oct. 1700. Edicto Cellensi prohibita.

§. LXIII. Sunt adhuc obseruationes variæ circa S. cœnam, quæ Variæ obsermagis fori theologici sunt. Huc pertinet (1) quæstio de *azymis* eorumque vsu & necessitate, contra quam disputant DALLAEVS *lib. III.* de azymis, *de cult. latin. c.* I. *sqq*, & BASNAGE *dans l'histoire de l'eglise lib. XIV. c.* 3. Conf. Dn. EVDDEVS *in parerg. histor. theol. in præfat. & exercit.* I. §. 7. *sqq.* Dn. SCHMIDT. *de oblat. eucharist.* §. 4 *sqq.* Fermentatum panem per plura secula obtinuisse negari vix potest, & forsan seculo XI. demum

uationes

demum *azyma* lege perpetua sunt præcepta, vt censet Dn. SCHMIDT. *cit. l.* §. 8. Interim vsum *fermentati* & *azymi* panis *indifferentem* quidem credo, magis tamen expediret, vt ad pristinos rediremus mores.

de placentis orbicularibus,

(II) Contendunt etiam reformati, abstinendum esse *placentulis orbicularibus*, quibus adhuc hodie vtimur, easque verum panem esse negant. Harum fata refert Dn. SCHMIDT. *cit. dissert.* §. 12 *sqq.* easque veram panis rationem habere, contra reformatos docuit CHRISTIANVS CORTHOLTVS *de hostiis.*

de aqua vino mixta,

(III) Vinum *aqua* miscendum esse, ecclesia Romana docet, vt tamen plus vini quam aquæ assumendum sit, *c.* 13. *c. h. t.* cuius varii significatus mystici traduntur in *c.* 1. 2. 4. 7. *de consecr. D.* 2. *c.* 8. *X. h. t.* Conditio orientis & consuetudo apud Iudæos sine dubio hunc vsum introduxere, vt vinum aqua miscereturr, quem postea patres sub lege quadam *necessitatis*, præter omnem necessitatem, adeo approbarunt, vt nefas esse crederent, solo vti vino, quæ necessitatis ratio tamen in nostris regionibus deficit, præsertim cum adhuc sub iudice lis sit, vtrum saluator vinum aqua temperauerit, de quo legi meretur BYNAEVS *de morte Iesu Christi lib.* I. *c.* 8. §. 15. *p.* 613. *sq.*

de vasculis,

(IV) In *vasculis ligneis* etiam olim sacramentum confectum fuisse docet *c.* 42. *de consecr. D.* 1. vbi videlicet adhuc *sola simplicitate* sine *pompa externa* viuebat ecclesia, quod BONIFACIVS indicauit his verbis: *quondam sacerdotes aurei lignei calicibus vtebantur; nunc e contrario lignei sacerdotes aureis vtuntur calicibus*, eo scilicet tempore, quo solida pietas deferbuit, & loco eius fastus infecit ecclesiam, qui effecit, vt perpetua lege sanciretur,

de puro linteo,

ad minimum *stanneum calicem* adhibendum esse. *c.* 45. *eod.* (V) Desiderant præterea, vt in *puro linteo* ab episcopo consecrato, quod *corporale* vocant, sacramentum hoc celebretur, quod corpus Domini nostri IESV CHRISTI, quod in altari offerri creditur, in sindone lintea munda sepultum fuerit. *c.* 46. *de consecr. D.* 1.

de ieiunis,

(VI) Vt *ieiuni* accipiant hoc sacramentum cautum est in *c.* 54. *de consecr. D.* 2. quod demum eo tempore inualuisse videtur, quo *horis antelucanis* Christiani primæui rem diuinam fecerunt. Ab initio enim S. cœna fuit agaparum accessorium, & instar *postcænii*, adeoque a *non-ieiunis* celebrata.

de missa & eius denominatione,

§. LXIV. Explicata generali doctrina de *eucharistia*, consequens est, vt de *celebratione missæ* agatur, quippe quæ *totum apparatum sacrum* circa *consecrationem corporis & sanguinis Christi* potissimum denotat. MISSAM dictam fuisse a *dimissione* eorum, qui celebrationi S. cœnæ interesse non poterant, diacono solenni formula hoc in-

Digitized by Google

indicante, notum eſt. Dicitur etiam *liturgia* in ſenſu primario, quamuis, prout in *diſſert. prælim.* obſeruaui, hæc appellatio generaliter quodcunque officium ſacrum, den Gottesdienſt, denotet, prout vetereres non raro *miſſæ* appellationem huc traxere. Quamuis vero olim ipſa *celebratio euchariſtiæ* primario *miſſa fidelium* dicta fuerit, quæ ardentibus *precibus* & *gratiarum actione* peracta eſt, docente IVSTINO Martyre *apol. II. in f.* hodie tamen, vbi talis dimiſſio non amplius fit, in genere iuxta ESPENIVM *P. II. tit. 5. c. 1. §. 5.* denotat *totam ſacrificii diuini celebrationem*, ſecundum formulas & ritus ab eccleſia præſcriptos. Paulatim enim *preces formulariæ* cum variis ritibus excogitatæ, collectæ, præſcriptæ: inde *miſſalia* varia orta, de quibus in *diſſert. prælim.* actum fuit. Ceterum poſtquam ſemel miſſa *ſolennis ſacrificii* proprie dicti celebrationem denotare cœpit, variæ miſſarum ſpecies pro diuerſa *ſacrificiorum* ratione ortæ ſunt, quia ex ſacris notum eſt, varii generis ſacrificia olim fuiſſe, *euchariſtica*, *propitiatoria*, ſimilia. Hæc opinio poſtea *priuatas & ſolitarias* introduxit *miſſas*, in qua ſolus presbyter communicat contra intentionem ipſius ſaluatoris, ſine populo, quæ a pluribus improbatæ olim fuere, vt non diffitetur ESPEN. *cit. l. c. III.* §. 16. & potiſſimum ex *monaſteriis* receptæ, vnde velut ex equo Troiano varii errores prodiere.

Eius variæ ſpecies.

§. LXV. Ceterum miſſæ *priuatæ* non ſingulis presbyteris olim fuerunt iniunctæ, ſed viri, qui ſanctiores ceteris eſſe volebant, ſponte quotidie eas cantarunt, & hac deuotione præ aliis inclaruerunt. In *geſt. Cenoman. epiſc.* apud MABILLON. *tom. I. annal. c. 7.* hæc leguntur: *nunquam a die ordinationis ſuæ cognouerat diem præterire, vt non miſſam aut publicam aut ſecretam celebraret.* Quidam non *quotidie*, ſed *certis* tantum *diebus* miſſam celebrabant, quia nulla lege eccleſiaſtica præciſe ad hoc officium obſtricti erant. Auctor *vitæ Iohannis abb. Gorzienſis*, ſcriptor ſeculi X. apud MABILLON. *in actis Benedict. ſec. V. p.* 82. hoc confirmat his verbis: *omnibus dominicis & feſtiuitatibus ſanctorum celebrioribus miſſas publice dixit. Ad hoc vnaquaque quarta feria priuatim.* Eadem deuotio ſingularis quosdam inuitauit, vt *plures* vna die *miſſas* legerent, nec hoc nefas eſſe ducerent, quod IDEM *in præf. ad ſec. II. act. Bened.* §. 28. pluribus declarat. Ne quidem ſeculo X. vſus *plurium miſſarum* reprobatus eſt, vt paſſim antiquitates memorant. Apud EVNDEM *ſec. V. act. cit.* GERARDVS *in vita S. Vdalrici* refertur, *p.* 426. ita ediſſerens: *Miſſas autem tres vel duas aut vnam ſecundum ſpatium temporis cantare quotidie non deſit*: item *p.* 443. *n.* 51.

De miſſis priuatis.

Plures vna die miſſæ a quibusdam celebratæ.

Digitized by Google

Singulis presbyteris tandem lex data, quotidie missas legendi,

Missam de S. trinitate celebrauit, qua expleta cum alteram statim veneratione diei dominici congruentem celebrare cœpisset. Tandem vtriquevsui per leges ecclesiasticas quid derogatum. Primum enim quod attinet *anno* 1056. *in concil. Compostellano* cautum, *vt sacerdotes omnes, episcopi atque presbyteri missam quotidie celebrarent*, teste HARDVINO *tom. VI. P. I. concil. p.* 1049. & MABILLON. *in præf. ad sec. VI. P. II. act. Benedict.* Alterum seuere prohibitum, cautumque, vt vna tantum singulis diebus missa celebraretur, exceptis *tribus festis maioribus*, adeo vt, qui contra egerit, *criminis capitalis* reus fieret, vt obseruaui *in not. ad* CORVINI *aphor. iur. canon. lib. II. tit.* 6. §. 8. *lit. p.* & recentius exemplum episcopi, Romæ in inquisitionem eo nomine deducti, corroborat, vt *relationes publicæ mens. Febr.* 1722. narrarunt. *In c.* 53. *de consecr. D.* 1. prohibitio non occurrit, multo minus in *c.* 3. & 12. *X. h. t.* in quibus fere sententia *cit. c.* 53. refertur, vt agnoscit ANDREAS *du* SAVSSAY *in panopl. sacerd. P.* 2. *lib.* 1. *p.* 523. Opinio ergo hæc est receutior & forsan inde nata, quod a *ieiuno* eucharistia esset accipienda, quod tamen fieri non posset, si iam eo die missam celebrasset. *c.* 5. *X. h. t.* Ita vero *capitale crimen* est, soluto ieiunio, eucharistiam accipere. Talia *crimina* nouiter efficta plura Roma peperit. *Dedit hanc contagio labem, & dabit in plures*, vt iam IVVENALIS *lib.* 1. *sat.* 2. *v.* 7. 8. suo tempore cecinit.

vt tamen singuli vnam tantum celebrarent missam.

Missa apud protestantes.

§. LXVI. Quid nostrates in missa Romanæ ecclesiæ desiderent, ex *hypothesibus* supra notatis per se patet. Interim ordo, quem in missa obseruare solent, in *liturgiis solennibus* quoad magnam partem retentus est in ecclesiis protestantium, quamuis plura paulatim in melius reformata sint, quæ ab initio vno impetu aboleri non potuere. Ea de causa *liturgia solennis* in *diebus dominicis* vocari solet etiam apud nos die Messe, quatenus solennis celebratio S. eucharistiæ ea die peragitur.

Sententia Aug. confessionis.

Hac de causa maiores in *Aug. confessione tit.* von der Meß, ita sese contra obtrectationes purgarunt: Man leget den Unsern mit Unrecht auf, daß sie die Meß sollen abgethan haben, denn das ist öffentlich, daß die Meß, ohne Ruhm zu reden, bey uns mit grösserer Andacht und Ernst gehalten wird als bey den Widersachern; so werden auch die Leute mit höchstem Fleiß zum offtermahl unterrichtet vom Heil. Sacrament, wozu es eingesetzet, und wie es zu gebrauchen sey, als nemlich die erschrockene Gewissen damit zu trösten, dadurch das Volck zur Communion und Messe gezogen wird. So ist auch in denen öffentlichen Ceremonien der Messe keine merckliche Aenderung geschehen, denn

denn daß an etlichen Orten teutſche Geſänge, das Volck damit zu lehren, und zu üben, neben lateiniſchen Geſängen geſungen werden, ſintemahl alle Ceremonien fürnemlich darzu dienen ſollen, daß das Volck daran lerne, was ihm zu wiſſen von Chriſto noth iſt. Eſt ergo *miſſa* apud nos *ſolennis celebratio euchariſtiæ*, quam ex more antiquo præcedunt hymni, collectæ, recitatio euangelii & epiſtolæ, ſymboli quoque apoſtolici, concio, preces pro aliis & ſimilia. Sequitur, quod principale eſt in miſſa adminiſtratio S. euchariſtiæ ſeu *communio*, cum *gratiarum actione* & *benedictione*, qua demum miſſa clauditur, & diſceſſus permittitur.

§. LXVII. Hoc ſi ſedulo in memoriam reuocarent noſtrates, attenderentque, etiam apud nos iuxta maiorum noſtrorum confeſſionem primariam partem miſſæ ſeu liturgiæ publicæ conſtitui in *ſacramenti huius adminiſtratione* & deuota eius meditatione, magis ſine dubio abuſum, in pluribus eccleſiis receptum, notarent, quod ſoli communicantes fere celebrationi huic aſſiſtant, reliqui autem omnes fere diſcedant, quaſi hæc ipſos non tangat. In eccleſia Romana diſceſſus ante finem miſſæ nemini conceditur, qua de re ita cautum eſt in *c.* 64. *de conſecr. D.* 1. *miſſas die dominico ſecularibus totas audire ſpeciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præſumat, quod ſi fecerint, ab epiſcopo publice confundantur.* Id vtique docent antiquitates eccleſiaſticæ, Chriſtianos ſemper primariam partem *cultus diuini* poſuiſſe in *communione*, & licet ſingulorum fidelium communio pedetentim deficeret, creditum tamen fuiſſe, meditationem eius etiam *non-communicantes* nunquam intermittere, adeoque ei quoque intereſſe debere. Quodammodo vſum noſtrarum eccleſiarum contrarium taxauit emendationemque deſiderauit B. SPENERVS *P. II. conſil. theol. Germ. c. III. art.* 1. *ſect.* 23. *p.* 106. vbi etiam recte obſeruat, quanta in veneratione *meditatio paſſionis dominicæ* habita fuerit.

Abuſus notatur in eccleſiis proteſtantium, quod euchariſtiæ ſoli communicantes interſint.

Primaria pars cultus diuini fuit olim communio.

§. LXVIII. Solennis vero in miſſa eſt *recitatio nominum* eorum, pro quibus ſpeciatim preces funduntur, quæ ex diptychis ab antiquo recitata fuiſſe ad *tit. de iure patron.* §. 126. *ſq.* iam obſeruaui. Originem huius moris iam aperui in *diſſert. prælim.* §. 15. vbi oſtenſum, Chriſtianos primæuos in cœribus ſuis imperatores et miniſtros eorum precibus ſuis Deo commendaſſe. Verum nondum euictum eſt, nomina eorum fuiſſe in precibus communibus. Equidem apud EVSEBIVM

Solennis recitatio nominum in miſſa, ex antiqua praxi non ſatis euicta,

Digitized by Google

hiſt. eccleſ. lib. 7. c. 11. hæc DIONYSII Alexandrini relatio occurrit: *Nos vnum Deum, rerum omnium opificem, qui Valeriano & Gallieno ſacratiſſimis Auguſtis imperium tradidit, colimus & adoramus. Huic continuas preces offerimus pro imperio illorum, vt ſtabile & inconcuſſum permaneat.* Verum enim vero ex his verbis tantum conſtat, pro imperio horum imperatorum preces fuſas, non autem, *nominetenus* eorum factam in precibus mentionem fuiſſe. Nec quod hic *nomina* eorum referantur, indicium præbet, eos etiam fuiſſe *nominatim* allegatos in precibus publicis. Memores olim Chriſtiani erant moniti apoſtolici 1 *Tim. II.* & hinc ſua ſponte absque vlla lege ciuili, nec tanquam ex opere operato, pro ſalute imperatorum orabant. Teſtis eſt TERTVLLIAN. *ad Scapul. c. 2. Sacrificamus pro ſalute imperatoris, ſed Deo noſtro & ipſius, & quomodo præcipit Deus, pura prece.* Prouocat quoque ad hoc inſtitutum ARNOBIVS *lib. V. contra Gent.* inquiens: *Noſtra ſcripta cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conuenticula dirui, in quibus ſummus oratur Deus, pax cunctis & venia poſtulatur, magiſtratibus exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis vitam adhuc degentibus & reſolutis corporum vinctione.* In eundem ſenſum OPTATVS MILEVITANVS *lib. III.* loquitur: *Merito Paulus docet, orandum eſſe pro regibus & poteſtatibus, etiamſi talis eſſet imperator, qui gentiliter viueret. Quanto magis quod Chriſtianus, quanto quod Deum timens, quanto quod religioſus, quanto quod miſericors.* Idem confirmatur verbis ATHENAGORAE Athenienſis *in fine legat. pro Chriſtian.* *Vos igitur*, ait, *qui in omnibus omni modo tum natura tum inſtitutione boni, moderati, humani & imperio digni eſtis; mihi nunc & cum obiecta confutarim, & quod nos pii, iuſti & animo contemperati ſimus, demonſtrauerim, regali capite annuite: quos obtinere iuſtius eſt, quod petunt, quam nos, qui pro imperio veſtro oramus, vt & filius a patre, ſicut æquiſſimum eſt, imperium per manus accipiatis, & ipſum imperium veſtrum ſubiectis omnibus incrementum & acceſſum capiat.* In ſimilem ſenſum fere loquitur ORIGENES *contra Celſum lib* 8. *p* 426. *edit. Cantabrig.* reſpondens Celſo, Chriſtianos ad militiam euocanti his verbis: *Reſpondemus, ferre nos imperatori auxilia ſuo tempore, ſed diuina (vt ita loquar) nimirum armatura fretos, non humana: idque facimus apoſtoli monitis obedientes, cuius hæc verba ſunt: Obſecro vos, primum vt faciatis deprecationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & cunctis in poteſtate collocatis.* Poſtea addit, Chriſtianos *puras* quidem *manus* a cæde humana ſeruare, ſed tamen decertare *fuſis ad Deum precibus*

bus pro legitimo imperatore, & pium iuſtumque bellum gerente milite, vt deſtruatur, quicquid iuſte facientibus aduerſarium. Itaque, pergit, *precibus noſtris profligantes omnes bellorum excitatores damones, & perturbatores pacis ac fœderum, plus conferimus regibus, quam qui arma geſtant pro republ. Laboramus autem pro imperio Romano, dum iuſte viuentes vota pro eo facimus &c.* Denique TERTVLLIANVS *in apol. c.* 30. etiam hanc praxin comprobat his verbis: *Nos pro ſalute imperatorum Deum inuocamus æternum, Deum verum, Deum viuum, quem & ipſi imperatores proprium ſibi præter ceteros malunt*, & paucis interiectis: *Hoc agite, boni præſides, extorquete animam Deo ſupplicantem pro imperatore.* Prouocat deinde ad apoſtoli præceptum, ſubiiciens *cap.* 32. *Eſt & alia maior neceſſitas nobis crandi pro imperatoribus, etiam pro omni ſtatu imperii, rebusque Romanis &c.* Inprimis autem, quando precationibus ſuis commendabant Deo imperatores magiſtratusque alios publicos, hoc vnice agebant, vt participes fierent *gratiæ* & *luminis æterni*, ad quod ipſimet per CHRISTVM eſſent vocati. Exemplo Romani martyris id præcipue illuſtrare liceat, qui, cum iuberetur pro vita & ſalute imperatoris ethnico more Deos orare, ita apud AVREL. PRVDENT. *de corona hymn.* 10. *verſ.* 425. *ſqq.* reſpondit:

- - Nunquam pro ſalute & maximis
Fortiſſimisque principis cohortibus
Aliter precabor, quam fidele vt militent,
Chriſtique lymphis vt renaſcantur patri,
Capiant & ipſum cælitus paraclitum.
Vt idolorum reſpuant caliginem,
Cernant vt illud lumen æternæ ſpei,
Non ſuccolentis inſluens obtutibus,
Nec corporales per feneſtras emicans,
Puris ſed intus quod relucet mentibus.

§. LXIX. Admodum probabile eſt, eo demum tempore *ſolennem nominum recitationem* in vſum fuiſſe deductam, quo preces *ſtatæ* & *formulariæ* in miſſa receptæ & præſcriptæ ſunt. Tempore CONSTANTINI M. *formulariæ preces* iam inualuerunt, ſimulque Cæſar *nominatim* Deo commendatus eſt, adeoque admodum credibile, reliquos quoque, pro quibus preces fuſæ, *nominatim* Deo fuiſſe commendatos. Teſte EVSEBIO, *lib.* 4. *de vit. Conſtant. c.* 18. ipſe Cæſar CONSTANTINVS certam formulam militibus ſuis præſcripſiſſe dicitur, quam ex eo recitare lubet:

ſed cum precibus formularibus introductæ. Tempore Conſtantini M. preces a Conſtantino militibus præſcriptæ.

Digitized by Google

lubet: *Te ſolum Deum agnoſcimus, te regem profitemur, te adiutorem inuocamus, per te victorias conſecuti ſumus, per te hoſtes ſuperauimus, abs te præſentem felicitatem conſecutos fatemur & futuram indepturos ſperamus. Tui omnes ſupplices ſumus, abs te petimus, vt* CONSTANTINVM *imperatorem noſtrum vna cum piis eius liberis quam diutiſſime ſaluum & victorem conſeruet.* Refert hanc formulam quoque BARON. *ſub anno* 321. IO. BAPTISTA CASALIVS *de vet. ſacr. Chriſtian. rit. c.* 3. *p.* 36. Potiſſimum vero *die dominica* hæ preces præſcriptæ a militibus erant recitandæ, hoc cum diſcrimine tamen, vt milites, nondum *fideles* facti, dominicis diebus in patentes ſuburbiorum campos exire, atque ibi eandem precandi formam, dato ab vno aliquo ſigno, omnes ſimul recitare iuſſi fuerint, quæ ratio precandi an a mero opere operato aliena, & an non plerumque *hypocritica* fuerit, iudicent alii. Ipſe quoque CONSTANTINVS in aula ſua *preces ſolennes & iuxta præſcriptum legis conſtitutas* recitauit, ex quo pietatem eius concludit EVSEB. *cit. l. c.* 17. Præterea quoque clero iniunxit, *vt pro ſe fierent ſupplicationes*, ID. *c.* 14. id, quod per *certam formulam* factum fuiſſe, a vero haud alienum videtur. Hiſce formulis ſemel introductis, non potuere non lites variæ de ipſis oriri, quæ tandem degenerauere in controuerſias forenſes. Chriſtiani in primitiua eccleſia *libertatem* hac in re nunquam abdicarunt, ſed ſubſequentibus temporibus mirum in modum tenaces eſſe cœperunt precum ab antiquis traditarum, de quibus plenius HILDEBR. *in ritual. orant. c.* I. §. 15. agit, actum eſſe putantes de religione Chriſtiana, ſi non easdem ſemper recitarent formulas, iisdemque grauiter reſiſtentes, qui libertate ſua vti amarent. Bene NICEPHOR. *lib.* 12. *c.* 43. *Tales*, inquit, *diſſenſiones in eccleſiis inualuiſſe opinor reuerentia eorum, qui eis ab initio præfuerunt, & qui illis deinde ſucceſſerunt. Nam ii leges quasdam ab illis acceptas per manus poſteris tradiderunt; non ſatis pium, neque ferendum eſſe arbitrati, ſi traditiones, in quibus educati eſſent, non honorifice colerent, ſed contemtim reiicerent.* Hæc ingenua confeſſio oſtendit, omnia per modum *legis* tandem adornata fuiſſe in eccleſia, quæ antiquitus ex *libertate mera* erant introducta, nec ſub illa intentione, vt *legis rationem* haberent, aut pomum Eridos eſſent, recepta. Idem confirmat SOZOMENVS *lib. V. c.* 19. Imo cum frequentes deſuper lites orirentur, quibusdam *formulis antiquis* mordacitus inhærentibus, quibusdam magis *libertate Chriſtiana* vtentibus, tandem res conciliis determinari, & modus *precationibus publicis* præſcribi cœpit. Ita tandem preces commercio humano

Digitized by Google

mano cum cetero cultu subiectæ sunt, præsertim cum clerus e re sua censuit esse, totum precationum *formularium vsum* sibi vnice adscribere, & laicos plane excludere. Hunc in finem in *concil. Laodic. c.* 50. seculo quarto habito prohibitum, *ne in ecclesia psalmi plebeii vel ab idiotis compositi canerentur.* In *concilio Mileuitano* anno 402. habito *can.* 12. ita cautum legitur: *Placuit & illud, vt preces vel orationes & missæ, quæ probatæ fuerint in concilio, siue præfationes siue mamus impositiones ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino dicantur in ecclesia, nisi quæ a prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem vel per ignorantiam vel per minus studium sit compositum.* Idem anno 397. *Patres Carthaginenses in concil. Africano III. c.* 23. iam antea statuerant, aientes: *Quicunque sibi preces aliunde describit, non eis vtatur, nisi prius cum instructioribus contulerit.* Ita omnis virtus precum in aptitudine quadam formularia collocata est, quasi Deus magis verborum externorum corticem, relicta sinceritate cordis, vero precum nucleo, hominibus commendasset. Talia vero publice facta sunt, vt constaret, iam ex *pietate lucrum*, ex *sanctitate* monopolium, & ex *precibus publicis* commercium publicum factum fuisse.

§. LXX. Inprimis vero nomina offerentium ex *diptychis* recitata sunt inter missarum solennia. Quemadmodum enim, vero pietatis cultu inter Christianos exstincto, omnia fere exercitia pietatis a plerisque in peruersum applicari cœperunt finem, vt vel essent *instrumentum imperii clericalis*, vel quæstui & auaritiæ inseruirent; ita proh dolor! preces quoque publicæ postea inter modos acquirendi, & *quæstuosa negotia* relata sunt. Christiani certe primitiui non propter lucrum preces publicas & communes fundebant pro salute magistratuum & singulorum; cum vero ex prisco more oblationes in ecclesiis permansissent, de quibus vid. DORSCH. *in diatyp. concil. Nic. sect.* 2. *n.* 21. *sqq.* atque hæ postea lucro vel ecclesiæ vel clericis cederent, consultum visum fuit, *nomina offerentium* in publicis precibus recitare, & pro iis peculiariter preces fundere, vt ita magis incitarentur *laici* ad *oblationes* largissimas faciendas. Solennis tunc fuit in precibus publicis formula: *Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum, quorum commemorationem agimus, & qui nobis bona fecerunt, &c.* Cardin. BONA *rerum liturg. lib.* 2. *c.* II. *circa f.* Declarat id ipsum *epistola* I. INNOCENTII I. *ad Decentium episcopum Eugubinum*, cuius particulam seruauit GRATIANVS in *c. f. de consecr. D.* I. integram autem exhibet CHRISTOPHORVS IVSTELLVS *tom.* I. *bibl. iur. canon. veter. p.* 194. & a DIONYSIO exiguo colle-

Nomina offerentium inprimis recitata.

Digitized by Google

collectioni decretorum pontificum R. inserta. *De nominibus*, ait, *recitandis, antequam preces sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis, vt cuius hostiam nec dum Deo offeras, eius ante nomen insinues, quamuis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, vt inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quæ ante præmittimus, vt ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.* Refertur hoc officium in iure canonico ad diaconum in *c.* 1. *D.* 25. his verbis: *ad diaconum quoque pertinet officium precum & recitatio nominum.* Quantus vero abusus hac in publicis precibus facta *nominum commemoratione* commissus fuerit, sine dubio quilibet coniectura assequi potest, qui quæstuosum hoc negotium sedulo secum perpendit animo. Egregie hunc pessimum morem describit HIERONYMVS in *c.* 18. *Ezech.* inquiens: *multos conspicimus, qui opprimunt per potentiam, vel furtum committunt, vt de multis parua pauperibus tribuant, & in suis sceleribus glorientur, publiceque diaconus in ecclesia recitet offerentium nomina: tantum offert ille, tantum ille pollicitus est: placentque sibi ad plausum populi, torquente conscientia.* Eadem ratio alliciendi homines ad diruendas & exstruendas ecclesias fuit, vt *patronorum* quoque nomina precibus publicis inserirentur, id quod adhuc hodie moris esse solet. In *concilio Emeritensi* sub papa VITALINO *c.* 19. expresse hoc cautum legitur his verbis: *Vt in singulis ecclesiis, in quibus presbyter iussus fuerit praesse, singulis diebus dominicis sacrificium Deo procuret offerre, & eorum nomina, a quibus eas ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his sanctis ecclesiis videntur aut visi sunt contulisse, si viuentes in corpore sunt, ante altare recitentur tempore missæ, quod si ab hac decesserunt aut discesserunt luce, nomina eorum cum fidelibus defunctis recitentur ordine.* Recitabantur vero nomina eorum, qui precibus publicis commendandi erant, ex tabula quadam, quam nomine *diptychorum* vocare solebant, quorum sit mentio etiam in *l.* 7. §. 5. *C. de S. trinit. & l.* 1. *C. Theod. de expens. lud.* de quibus iam supra *tit. de iure patron.* §. 128. *sq.* actum. His tractu temporis accessit, vt pro eiusmodi precationibus publicis ministro ecclesiæ honorarium aliquod præstaretur, quo factum, vt *munus* precum fere *mercenarium* factum sit. Denique cum preces in *monopolium cleri* transiissent, mirum in modum aucta est eorum auctoritas, atque reges, principes aliique potentes crediderunt, se per *preces clericorum* vel sal-

Abusus in nominum recitatione.

Diptycha quid?

Digitized by Google

ſaluari, vel ſaltim ſatis commendatos eſſe apud Deum, ceu aperte fatetur auctor *de dignit. ſacerdot. c.* 2. Hinc tranſiit quoque hodie in decorum aliquod clericale, quod communiter ſibi dare ſoleant prædicatum in ſubſcriptione literarum: Deſſen Vorbitter bey GOtt. Ratio huius denominationis explicatur optime a COELESTINO papa inquiente: *cum ſanctarum plebum præſules mandata ſibi legatione fungantur, apud diuinam clementiam humani generis cauſam agunt, & tota ſecum eccleſia congemiscente poſtulant & precantur, vt &c. Collect. Decret.* DIONYSII exigui apud CHRISTOPH. IVSTELLVM in *Biblioth. iur. canon. veter. tom. I. p.* 218.

§. LXXI. Ex his corruptionibus non potuere non alii ingentes in *publicis precibus* oriri abuſus. Huc refero, quod ſolius *decori publici cauſa* ſæpe *preces publicæ* & *ſupplicationes* adhibitæ fuerint exemplo Romanorum, qui in decernendis triumphis ſimul ſupplicationes adhibebant ad templa Deorum, vt hi eo ſplendidiores eſſent. Ita vero rurſus *publicum* quoddam *commercium* & *decorum* ex precibus publicis factum NICEPHORVS *lib.* 14. *hiſtor. c.* 1. auctor eſt, THEODOSIVM iuniorem, audita victoria contra tyrannum, in ludis Circenſibus populum conuocaſſe, ac dixiſſe: *agite, ſi ita videtur, & ludicro dimiſſo in ædem precatoriam eamus, & carmina gratiarum agendarum auctori victoriæ canamus.* Hæc vbi dixit neglectum eſt ſpectaculum, omnesque circumeuntes cum hymnis & carminibus εὐχαρίστως in vicinum templum abiere. En elegantem ad preces publicas fundendas præparationem; quaſi impuris Deus colatur manibus, atque adeo magis *decori publici* gratia, & ne viderentur ethnicis peiores, hæc ceremonia adhiberi debuerit. Deſino plura addere, & mores noſtrorum temporum quoque examinare.

Cæperunt præterea preces in decorum publicum conuerti.

§. LXXII. Ex hoc more tandem natum eſt *ius exigendi* pro ſe *preces publicas*, quas patroni etiam *pro ſe* exigere ſolent ex *iure* quodam *perfecto*, prout ad *tit. de iure patron.* §. 125. *ſqq.* iam dixi. Reliqua hic perſequar, & quæ circa ius *dirigendi* & *exigendi preces publicas* ſuperſunt, ordine idoneo referam. In *eccleſiis proteſtantium* nomina eorum, pro quibus preces fundi debent, finita concione ex ſuggeſtu recitantur. In hoc eccleſiæ noſtræ receſſere a moribus antiquiſſimarum eccleſiarum, in quibus *coram altari* nomina eorum recitari ſolebant, qui precibus ſpeciatim Deo erant commendandi, id quod ſupra ex hiſtoria eccleſiaſtica illuſtraui, & præterea Dn. BVDDEVS *diſſert. contra Grabium* ſupra laudata

Inde natum ius exigendi preces publicas.

Digitized by Google

Cur hodie ex suggestu eiusmodi intercessiones fiant?

data §. 14. plenius explicuit. Duplicem huius mutationis subministrat rationem CASPAR CALVOR, *in ritual. eccles. lib. 2. sect. 2. c. 38. §. 4.* (1) vt populus, qui finita concione se proripere solet ex ecclesia, supplicationes comprecando iuuet: (2) vt caueatur, ne intercessiones ad *προκείμενα δῶρα* symbolaue panis & vini in ara proposita more pontificio, æmuloue patrum alligentur. Sed dubito, an hæ rationes sint adæquatæ, & ex historia ecclesiastica ostendi possit, hac intentione communiter recessum fuisse ab illo vetustissimo more. Hoc non nego, postquam *missæ solennes* pontificiorum in nostris ecclesiis tempore reformationis mutatæ sunt in melius, modum supplicationes hasce faciendi quoque immutatum, & ab *ara* ad *suggestum* translatum fuisse. Interim hæc circumstantia externa quoque merito referri debet ad *adiaphora*, adeoque sub *arbitrio* principis est, qui, prout commodum & ordini bono conueniens duxerit, disponere potest, an eiusmodi intercessiones coram *altari*, an *ante* an vero *post concionem*, an denique in *suggestu* fieri debeant, si quidem non ignoti sunt mores quarundam ecclesiarum, vbi ante concionem ex altari vel alio loco hæ solennes recitantur preces.

Disponit princeps territorii, pro quibus personis speciatim preces faciendæ.

§. LXXIII. Vi huius iuris princeps disponit, quarumnam personarum speciatim mentio fieri debeat in precibus publicis. Proinde solet vt plurimum certa formula a consistorio ministris ecclesiæ præscribi, precibus publicis inserenda, quæ, prout circumstantiæ id suadent, mutari varie solet. Vi huius *directionis* non tantum princeps pro se exigit intercessionem, sed etiam pro Augusta, matre, liberis, fratribus, aliisque cognatis, prout in formula præscripta id expressum est. Ex quo perspicuum redditur, non omnes, quorum fit mentio speciatim in supplicationibus hisce publicis, habere ius illas exigendi, quippe quod primario sit iure *summæ potestatis*, quo reliquæ personæ nominatæ destituuntur, sed omnia hæc dependere ex *directione summæ potestatis*. Quid? quod etiam nonnullis in locis soleat mentio fieri eorum, qui ex *confraternitatis iure* spem succedendi habent in territorio illo, vti in Saxonia communiter orari solet vor die Erbverbrüderten und Erbvereinigten; nemo tamen inde concludere potest, hoc fieri ex *imperio confratrum*, qui adhuc nullum *ius imperii reale* habent, sed præscriptio etiam hæc dependet ex principis indictione & imperio, vel etiam ex *pacto*.

§. LXXIV.

Digitized by Google

§. LXXIV. An autem hi, qui ex *confraternitatis pacto* ius succedendi habent, *suo iure* exigere possint *a principe territorii regente*, vt in formula ministris ecclesiæ præscribenda eorum quoque speciatim mentionem faciat, alia a priori est quæstio? Hoc quidem certum est, pacta eiusmodi plus iuris in alterum transferre, ac quidem de iure Romano transferre solebant. Operantur enim aliquod *ius reale*, ita vt *ficta* quædam *traditio* interuenisse videatur. STRYK. *de succeſſ. ab int. diſſ.* 8. *c.* 7. §. 30. Huc forsan respiciunt verba pacti confraternitatis adducti a THVLEMARIO *de Octouiratu c.* 16. §. 27. und gegen einander der Auf- und Uebergebung gethan haben. Inde quoque est, quod a confratris alterius subditis alteri in euentum simul *homagium* præstari debeat, quod ipsum in iam adducto pacto confraternitatis inter domum Brandenburgicam, Saxonicam & Hassiacam expresse prouisum est, & praxi ipsa comprobatur, teste B. STRYK. *in exam. iur. feud. in append. n.* 10. vbi formulam ipsam refert. Ceterum de hac quæstione nihil in ipso pacto determinatur, & quamuis in terris Saxonicis *confratrum* mentio fieri soleat, non tamen constat, sereniſſimam domum Saxonicam ad hoc teneri vigore *pacti*, & confratres *iure perfecto* hoc prætendere posse. Sane in his terris eorum non fieri speciatim mentionem, res ipsa loquitur, neque *ius perfectum* ex pacto tali quæsitum esse puto, vt præcise formulam in eos quoque dirigant. Nam quod *euentualiter homagio* includantur, hoc vtique ad maiorem pacti securitatem & subditorum adstrictiorem fidem spectat; quod vero eorum mentio in precibus publicis speciatim fieri debeat, nec addit firmitatem pacto, nec eidem aliquid detrahit, si quidem non omnes spem succedendi habent, pro quibus speciatim quoque preces concipiuntur, nec vbique omnes, qui spem succedendi habent, iisdem includuntur, sed totum hoc negotium ex *directione* eius, penes quem est suprema potestas, dependet. Multum tamen hic *speciali conuentioni* vel *obseruantiæ constanti* dandum esse, facile admitto.

An, qui ius confraternitatis habent, suo iure prætendere possint, vt eorum fiat mentio in precibus publicis?

§. LXXV. Dictum vero præterea est, quod *fratrum*, puta *apanagiatorum*, quoque soleat mentio in precibus publicis fieri. Consistit vero alicubi apanagium in certa *pecuniæ* quantitate; alicubi autem certa *portio feudi regalis* vltragenitis fratribus assignatur, vt ex illa reditus percipiant, in quo vltimo casu dispiciendum est, an possint *proprio ausu* exigere intercessiones publicas in districtu assignato, an vero tale quid exigendum a fratre primogenito, vt ille formulam

Quid de fratribus apanagiatis dicendum?

Digitized by Google

talem præſcribat, in qúa *ſpecifice* & ſub *nomine proprio* eorum fiat mentio? Non vna eademque definitione hanc quæſtionem abſolui poſſe, facile conſtat, cum varia ſit apanagii conditio. Videlicet plura ſunt apanagia, vbi *ſuperioritas territorialis* & *omnia regalia* primogenito fratri in diſtrictu tali ſalua manent, SPRINGSFELD. *de apanag. c. 5. n. 47.* KNIPSCHILD. *de fideic. famil. c.6. n.227.* MYLER. *de princip. & ſtat. imper. c.21. §. 4.* qualia vt plurimum ſolent eſſe apanagia. Hoc in caſu, cum apanagiatus reditus tantum certos ſibi aſſignatos percipiat, expeditum eſt, ei non competere ius *proprio iure* præſcribendi miniſtro eccleſiæ formulam, ſecundum quam pro ſe faciat interceſſionem, ſed frater primogenitus de hoc diſponit, ad quem proinde recurrendum. Sed etiam non deſunt apanagia pinguiora, vbi apanagiati *ſuperioritatis* quoad maximam partem participes facti, exceptis illis regalibus, quæ ſpeciatim primogenito reſeruata ſunt, quo pertinent exempla adducta AIO. GVILIELMO ITTERO *tr. de feud. imperii c.13. §.5.* Quodſi itaque *ius ſacrorum* a quo hæc diſpoſitio dependet, non fuerit exceptum, nemo negabit, apanagiato tali quoque preces eiusmodi exigendi ius competere, cum & reliqua iura ſacrorum exerceat. Qua ratione autem preces eiusmodi concipiendæ ſint, & annon primario *fratris primogeniti* & deinde demum *apanagiati* in illo diſtrictu regentis mentio fieri debeat, non tam videtur eſſe quæſtio *iuris* quam *meræ ciuilitatis politicæ.*

An etiam orandum pro protectoribus prouinciarum?

§ LXXVI. Similiter non raro contingere ſolet, vt *aduocati* vel *protectores prouinciarum* die Schutz- und Schirm-Herren, precibus publicis inſerantur, quod in ciuitate Erfurtenſi, antequam a Moguntino occaſione precum publicarum controuerſarum ſubiugaretur, aliquoties obſeruatum, vt *domum Saxonicam* ob *ius protectionis*, eidem a ciuitate aſſertum, etiam medias inter turbas, ob prætenſiones Moguntini exortas, publicis quoque precibus comprehenderent. vid. *Theatr. Europæum P. 9. ad annum* 1663. *p.* 885. vbi formula ipſa refertur. Hoc ipſum in aliis quoque locis, vbi potentiſſimo regi Boruſſiæ *ius protectionis* ſeu *aduocatiæ* competit, fieri ſolet, quod eo magis ibi obtinere debet, vbi præter aduocatiam longe eminentiora iura protectori competunt, vti regi Boruſſiæ in abbatiam Quedlinburgenſem. vid. AVCTOR des Europäiſchen Herolds *p. m.* 1528. Quamuis autem *protector* vi iuris *aduocatiæ* in prouincia clientelari ſuperioritatem territorialem non exerceat, illud tamen fœdere hoc clientelari comprehenſum videtur, vt alter alterius maieſtatem

Digitized by Google

ſtatem comiter conſeruet, vt loquar cum PROCVLO in *l. non dubito 7. §. 1. de captiu. & poſtlim. reu.* eidemque tanquam patrono *reuerentiam ſingularem* exhibeat, in cuius declarationem merito quoque in *precibus publicis* nominatim allegandus eſt. Alias quidem iura ex *reuerentia* fluentia ſunt imperfecta; ſed cum hæc reuerentia ex *pacto* ſeu *conuentione ſpeciali* debita ſit, & ſignum huius quoque hodiernis moribus habeatur, ſi quis ſpeciatim in ſupplicationibus eccleſiaſticis nominetur, merito quoque aduocato & protectori ex hoc pacto competit ius exigendi preces publicas, licet *indictio* ipſa ſeu *conceptio formulæ* ſalua eſſe debeat domino territorii.

§. LXXVII. Cum vero in imperio noſtro haud rara adſint exempla eorum, qui prouincias ſeu territoria poſſident *iure antichretico*, & in creditorem antichreticum omnia iura & regalia, territorio connexa, transferantur, niſi quædam in ſpecie debitor ſibi reſeruauerit, non admodum dubium eſt, quin talis poſſeſſor poſſit quoque exigere preces publicas. Quamuis enim propterea in dignitatem non ſuccedat, cum dentur Inhaber der Grafſchafft, qui tamen non ſunt comites, GAIL. *de arreſt. c. 6. n. 9.* ZIEGLER. *de iur. maieſt. l. 28. §. 27.* CARP. *diſput. feud. 2. poſ. 15.* nihilominus tamen regalia ipſi territorio connexa in eum tranſeunt, & ſic quoque *iurisdictio eccleſiaſtica*, vi cuius preces adornare, & formulam earundem concipere poteſt. Quia vero plerumque in eiusmodi caſibus *debitor* ſibi reſeruare ſolet *iurisdictionem eccleſiaſticam*, nihil quoque circa preces tunc diſponere poteſt, niſi forſan præterea *ius patronatus* in eum translatum ſit, quo facto ad minimum tanquam *patronus* eiusmodi ſupplicationes prætendere, non tamen proprio auſu præſcribere poteſt, id quod eius eſt, qui *iurisdictionem eccleſiaſticam* exercet, niſi obſeruantia conſtanti & inueterata aliud peculiariter introductum, cui ſtandum eſt. Vid. CASPAR. ZIEGLERVS *de iur. maieſt. lib. 1. c. 17. §. 4.*

Quid dicendum de poſſeſſoribus principatuum iure antichretico.

§. LXXVIII. Idem fere fundamentum adducendum in caſu, ſi de principatu lis inter perſonas illuſtres pendeat; ſic enim inprimis ad *poſſeſſorem* reſpiciendum, qui interim omnia iura territorio connexa recte exercet, donec *de iure* conſtiterit. Eſt enim præſumtio pro poſſeſſore, quod iure poſſideat, quæ habet hunc effectum, vt, niſi alius iuſtiorem titulum probauerit, merito pro poſſeſſore pronunciandum ſit, *l. 128. de R. I. l. 8. de condict. ob turp. cauſ.* quod non tantum in priuatorum rebus, ſed etiam in cauſis illuſtrium

Quidſi de principatu lis fit?

Digitized by Google

procedere debet, non tantum in allodialibus, ſed etiam feudalibus. MEV. 5. *Dec.* 178. *n.* 8. Imo ex poſſeſſione ius ipſum ſeu titulus præſumitur, CARPZ. *P.* I. *C.* 16. *def.* 23. *n.* I. adeo vt ne quidem ad allegationem tituli præſens poſſeſſor adſtringatur. *l.* II. *C. de petit. hered.* Atque hæc omnia, quæ in iure ciuili de commodis poſſeſſionis allegantur, ex naturalibus fluunt principiis, vt ſic eo facilius quoque ad *cauſas principum* applicari poſſint. Quodſi enim præſentem poſſeſſorem ſubditi pro *domino territorii* agnoſcere non tenerentur, certe ipſis relinqueretur arbitrium iudicandi, vter ex litigantibus ius haberet imperandi nec ne? id quod tamen cum *ſubiectionis indole* pugnat. Idem fere hodie applicatur ad *poſſeſſores temporarios*, qui bellis ſæpe mutantur. Non raro enim contingere ſolet, vt bello exorto hoſtis plures occupet ciuitates, & in occupatis ſtatim *iura imperii* exerceat, homagium a ſubditis exigat, & alia iis imponat, ex quibus *ſubiectio* diiudicanda. Et ſic quoque *iuris eccleſiaſtici* primum ſolet eſſe exercitium, vt exigat pro ſe in eccleſiis *ſupplicationes*, prohibeatque, ne amplius pro vero & legitimo domino territorii eiecto præſtentur. Et quidem ſi ſubditi cum hoſte non conſpirauerint, ſed violentiæ bellicæ cedere debuerint, excuſandi ſunt, quoniam non volentes deſciſcunt a domino territorii, ſed vi bellica coacti, neque aliter ſe conſeruare poſſunt, quam vt *ſubiectionis* huiusmodi leges ſubeant, in quo dominus legitimus territorii conſenſiſſe præſumitur, cui curæ cordique conſeruatio ſuorum ſubditorum eſſe debet. Sic fit, vt, contra quem tempore obſidionis ſupplicationes in eccleſiis factæ ſunt, iam, capta vrbe, pro eo debeant fieri, & cuius interitum quæſiuit eccleſia, eius ſalutem nunc expetere debeat. Hæc omnia, vt dixi, ſubditis improbari nequeunt, quatenus neceſſitate coacti in leges eiusmodi conſentire debuerunt. Sed & ſolent quandoque miniſtri eccleſiæ ad quemlibet nutum eſſe faciles & mutabiles, atque mutato ita domino, ſtatim animum mutare. Capto IOANNE FRIDERICO, electore Saxoniæ, eoque bello a CAROLO V. ſuperato, eique MAVRITIO ſubſtituto, Wittebergenſes theologi mox hunc lætis videntur accepiſſe vlnis, præſertim cum liberalitate eximia MAVRITII a fauore in veterem dominum retraherentur. Referunt, D. POMERANVM, dum finita concione preces publicas conſueto more recitaret, & iam in eo eſſet, populumque admoneret, vt pro *domino præſenti territorii* preces quoque funderet, populum his interpellaſſe verbis: Doch meine ich nicht den Churfürſten Johann Friedrich, ſondern den itzigen unſern gnädigen Herrn

An pro hoſte patriæ, poſſeſſore tamen, orandum ſit?

Digitized by Google

Herrn Moritzen, der ein rechtschaffener gütiger milder Fürst, und hat neulich dem Herrn Philippo und mir einem jeden eine Pump-Mütze voll Thaler schenken lassen. vid. ARNOLDI Ketzer-Historie *P.* 2. *lib.* 16. *c.* 4. §. 8.

§. LXXIX. Quodsi dubia quædam a ministerio ciuitatis vel prouinciæ occupatæ oriantur, facile iis satisfieri potest ex argumentis iam allatis. Et ne hæc doctrina idoneo destituatur exemplo, responsum facultatis nostræ nomine *anno* 1714. *M. Mart.* conceptum adferam:

Illustrantur dicta responso.

Ist ein bißhero neutrales Land von unterschiedlichen feindlichen Trouppen bezogen, und solches, nachdem einige Völcker in die Vestung gekommen, von einem Potentaten vor feindlich erkläret worden, vor welcher Erklährung der Fürst desselben Landes zu seiner Sicherheit an einen andern neutralen Ort entwichen, nach solcher Erklährung aber erfolget, daß, ob wol die Vestung noch nicht eingenommen, dennoch der gedachte Potentat durch seinen General-Superintendenten an die Prediger ausschreiben und befehlen lassen, daß sie sich des vorigen Kirchen-Gebets enthalten, dahingegen vor den ietzigen Besitzer des Landes beten sollen. Haben aber die Prediger dieses neue Kirchen-Gebet nicht eingeführet, sondern ihr voriges behalten, bald darauf aber, da sich die vorgewesene tractaten zerschlagen, Befehl empfangen, und zwar sub pœna suspensionis diese neue formul in dem öffentlichen Kirchen-Gebet zu gebrauchen.

Nimm die hohe Landes-Obrigkeit in deinen väterlichen Schutz, bewahre sie wie deinen Augapfel im Auge, bedecke sie mit deinen Gnaden-Flügeln

gleichwol dabey unterschiedene scrupul bey ein und andern dabey vorgefallen, und daher gefraget wird

1. Ob die Prediger des sequestrirt- oder occupirten Landes von dem theuren Eyde, den sie dem Landes-Fürsten geschworen haben, frey und loß sind, nachdem ihr Landes-Fürst aus dem Lande gewichen?
2. Ob die Prediger ohne Verletzung ihres Gewissens den Landes-Fürsten bey solchen Umständen aus dem allgemeinen Kirchen-Gebet ausschliessen, dahingegen das von dem jetzigen possessore zugeschickte gebrauchen können?
3. Ob die von dem General-Superintendenten des vorgedachten Potentaten beygefügte rationes zulänglich sind, daß die Prediger des

des sequestrirten Landes das neue Gebet mit gutem Gewissen brauchen mögen?

4. Wenn von dem neuen Kirchen-Gebet abgestanden, und denen Predigern zugelassen werden mochte, das bishero in denen Wochen-Predigten gewöhnliche Kirchen-Gebet mit diesen Conditionen zu gebrauchen, daß sie sich des am Sonntag gewöhnlichen, darin des Landes-Fürsten gedacht wird, gantz enthielten, in dem Kirchen-Gebet auch dieses änderten, nemlich die Räthe und Amt-Leute ausliessen und vor den Worten **gnädigsten Obrigkeit** die general-expression gebrauchten, **hohe Landes-Obrigkeit**, ob die Prediger bey so gestalten Sachen das verordnete kurtze Gebet ohne Verletzung des Gewissens beten können?

5. Wenn der possessor temporarius bey fernerer exercirung der iurisdiction in ecclesiasticis durch seinen General-Superintendenten Bußtage ausschreiben lassen wolte, wie die Prediger sich dabey zu verhalten?

6. Wenn über Verhoffen die blocquirte Vestung sich ergeben solte, wie denn die Prediger des bishero sequestrirten oder occupirten Landes sowol wegen des Gebets als auch der iurisdictionis ecclesiasticæ sich zu verhalten?

Wann wir nun zuforderst bey der ersten und allen andern Fragen alle rationes theologicas bey Seite setzen und deren Erörterung denen Herren Theologis überlassen, so möchte zwar bey der ersten eingewandt werden, daß die Unterthanen sich von dem nexu, damit sie an ihren Landes-Herrn verbunden, absonderlich aber Prediger, die andern mit guten Exempeln vorgehen müssen, eigenthätiger Weise nicht loß machen können, zumal sie demselben in glück- und unglückl. Zeiten zu allem Gehorsam verbunden, und daß der Landes-Herr zu seiner Sicherheit an neutrale Oerter sich begeben müssen, die Unterthanen ihrer Pflicht nicht erlassen mag, weil er solches animo derelinquendi nicht gethan, maxime cum necessitate compulsus fuerit.

GROT. *lib. II. c. 4. §. 6. de iur. bell. & P.*

Weil aber dennoch aus der facti specie zu ersehen, daß der fremde Potentat das platte Land gäntzlich occupiret, und nachdem ihm solches nicht resistiren mögen, auch würcklich nicht resistiret, anjetzo iure belli, nachdem er es vor feindlich erkläret, besitzet, und die Unterthanen de iustitia belli zu iudiciren nicht befugt sind, und ob sie wol ihren

Digitized by Google

ren Landes-Herrn zu aller Treu verbunden, doch dieſe præſumtion billig zu faſſen, daß der Landes-Herr ſie ad interim ihrer Pflicht erlaſſen, und lieber gewolt, daß ſie durch Gehorſam gegen den Potentaten, der alles Land occupiret, ſich conſeruiren, als durch unzeitige reſiſtentz ſich ſelbſten in völlige Ruin ſetzen ſolten, abſonderlich da derſelbe ſelbſten ſich retiriren müſſen, und ſein Land nicht weiter beſchützen, auch keine andere Vermuthung gefaſſet werden mögen, als daß der Landes-Herr ſeinen getreuen Unterthanen vor ihre conſeruation zu ſorgen, verſtatten werde.

OBRECHT. *diſſert. de hoſte dedit.* §. 18.

Nam in omnibus fere gentibus quodammodo vox naturæ iſta perſonuit, vt ſubiugari victoribus mallent, quam bellica omnifaria vaſtatione deleri,

AVGVSTIN. *de ciuit. DEI lib.* 18.

qui enim ab initio in ciuitates coiuerunt, iam antea per naturam ius habebant, ſalutem ſuam quouis modo defendendi, idque vt eo melius poſſent conſequi, ciuitates ſubierunt. Eum finem vbi ciuitas ipſis amplius præſtare nequit, cenſentur ſoluti vinculo, quo ciuitati tenebantur, ac recepiſſe ius ſuo ſibi arbitrio conſulendi;

PVFENDORFF. *de I. N. & G. lib. VIII. c.* 5. §. 9.

So erhellet hieraus ſo viel, daß bey den angeführten Umſtänden ſo wol die Unterthanen als Prediger, ſo lang das Land von denen fremden Potentaten occupirt und ſequeſtriret iſt, inzwiſchen von ihrer vorigen Pflicht befreyet ſind.

Bey der andern Frage möchte zwar dieſer Zweiffel entſtehen, daß, wenn die Prediger die neue Gebets-Formul annehmen wolten, ſie dadurch öffentlich kund thun würden, daß ſie ihren vorigen Landes-Herrn nicht mehr vor ihren Landes-Herrn erkenneten, und dadurch ihren Zuhörern ein böſes Exempel gäben, hergegen aber den fremden Potentaten, ſo das Land occupiret, vor ihren Herrn halten würden. Weil aber dennoch der fremde Potentat das Land vor feindlich erkläret, und iure belli occupiret, alſo in deſſen Beſitzung iſt, und die iura ſuprema ſo wol in ſacris als profanis exerciret, und denn aus denenſelben das ius præſcribendi preces publicas unſtreitig herflieſſet, hiernechſt aus der deciſion der vorigen Frage flieſſet, daß die Unterthanen inzwiſchen von ihrer vorigen Pflicht befreyet, und dem præſenti poſſeſſori zu allem Gehorſam ſo lange verbunden ſind, bis ſie von ihrem Landes-Herrn wiederum befreyet werden, in übrigen die Prediger dadurch, daß

daß sie den ihnen vorgeschriebenen Befehl exequiren, ihren Zuhörern kein böses Exempel geben;

So halten wir davor, daß die Prediger die neue Gebets-Formul zu gebrauchen, schuldig sind.

So viel die dritte Frage betrifft, ob wol die Gebets-Formul in terminis generalibus eingerichtet und also den Landes-Herrn mit einzuschliessen scheinet, gleichwol wenn darunter die Prediger ihren vorigen Landes-Herrn verstehen wolten, sich der reseruationum mentalium bedienen und eine Heucheley begehen müsten, so ihnen nicht wol zuzumuthen.

Dieweil aber dennoch die Prediger von denen Streitigkeiten, so zwischen ihrem Landes-Herrn und demjenigen Potentaten, so das Land occupiret, zu urtheilen nicht befugt sind, sondern an eine Landes-Obrigkeit gebunden sind, welche entweder ordentlicher Weise ihnen vorgesetzet, oder inzwischen in possessione summi imperii ist, und sie also durch diese Gebets-Formul, so sehr gelinde eingerichtet, überhaupt vor ihre Landes-Obrigkeit beten, und dabey sich keine reseruationes mentales bedienen dürffen, sondern der göttlichen providentz überlassen müssen, wie sich der Zustand des Landes verändern werde, auch nicht abzusehen, wie, wenn Prediger die vorgeschriebene Formul gebrauchen, sie gegen ihren Landes-Herrn beten oder sich einiger Heucheley schuldig machen können;

So erachten wir, daß des General-Superintendenten angeführte rationes wegen Gebrauch der neuen Gebets-Formul zulänglich seyn.

Wegen der vierten Frage scheinet es zwar, daß denen Predigern hierin gefuget werden könne, weil die Veränderungen, derer sie sich bedienen wollen, gering sind, und der gantzen Sache wenig geben oder nehmen.

Weil aber dennoch denen Predigern nicht erlaubet ist, die öffentlichen Gebets-Formuln zu ändern, und solche nach ihrem Gutdüncken einzurichten, sondern sich nach der vorgeschriebenen Formul richten müssen, auch kein arbitrium, wie die titulatur in demselben zu setzen, ihnen zukommt, man auch nicht absiehet, wie dadurch der Sache gerathen werde, wenn sie an statt der Worte **gnädigste Obrigkeit**, die general-expression **der hohen Landes-Obrigkeit** gebraucheten, hiernechst ihnen dabey nicht zu statten kommen mag, daß durch die neue Formul pro possessore temporario gebeten werde, zumal solches bey gegen-

Digitized by Google

gegenwärtigem Zuſtand nicht unterlaſſen werden kan, auch der Apoſtel vor die Obrigkeit, die Gewalt über uns hat, zu beten befohlen, denen Unterthanen aber, ob ſolche Gewalt rechtmäßig ſey, bey ſolchen Umſtänden zu beurtheilen, nicht erlaubt iſt;

So ſind die Prediger die Gebets-Formul vorgedachter Weiſe zu ändern nicht befugt, ſo ferne der ietzige poſſeſſor nicht darin conſentiren würde.

Die fünffte Frage betreffend iſt zwar auſſer allem Zweiffel, daß die Ausſchreibung der Bußtage ex iure ſupremæ poteſtatis in ſacris herflieſſet, und alſo keinem andern zukommen mag, als welcher dieſes hohe regal beſitzet

B. STRYK. *in Vſ. mod. ad tit. de feriis* §. 1.

Weil aber dennoch bereits in vorigen ausgeführet worden, daß auch einem poſſeſſori temporario, der iure belli ein Land occupiret und beſitzet, oder ſolches ſequeſtrirt, das exercitium ſummæ poteſtatis in ſacris inzwiſchen zuſtehe, zumal dergleichen exercitium der ordinarius effectus poſſeſſionis iſt, und was etwa contra violentam occupationem priuatorum die iura diſponiren, auf dergleichen iure belli geſchehene occupationes nicht gezogen werden mag;

So ſind die Prediger in ſolchem Fall zu pariren, und die vorgeſchriebene Bethtage zu halten verbunden.

Woraus denn auch die deciſion der letzten Frage von ſelbſten flieſſet, wobey wir denn noch dieſes erinnern, daß, woferne etwa ein und andere Prediger aus denen uns communicirten rationibus theologicis ſich bey dieſem caſu dubio einige ſcrupulos gemachet, und wie ſie ſich dabey verhalten ſollen, gezweiffelt, denenſelben unbenommen bleibet, durch ſubmiſſe Vorſtellung dieſer dubiorum die angedrohete Strafe zu depreciren, und zweifeln wir hierbey nicht, es werden ſodann dieſelbe, wenn ſie remonſtriren, daß ſie nicht aus Widerſetzlichkeit und Vorſatz, ſondern bona fide & conſcientia dubia aut ſcrupuloſa die anbefohlne Gebets-Formul abzuleſen bishero ſich geweigert, einer erfreulichen reſolution ſich zu getröſten haben. V. R. W.

Idem quoque dicendum, ſi princeps in *poſſeſſione ſuperioritatis territorialis* ex alio capite ſit, & hæc ei ab alio in dubium vocetur. Quamdiu enim hæc controuerſia nondum ſopita eſt, is, qui poſſeſſori litem mouet, ius exigendi preces publicas non habet, vt ſequens reſponſum facultatis noſtræ rurſus illuſtrat: Hat Conſtans, ein gewiſſer der Augſpurgiſchen confeſſion zugethaner Reichs-Fürſt, dero gnä-

Sic etiam, qui ex alio capite in poſſeſſione eſt, exigere preces publicas poteſt.

Digitized by Google

digste Herrschafft, nebst seinen immediaten Reichs-Lehnen, auch unterschiedene Oerter in seinem Lande von Constantino, einem grössern Reichs-Stande, zu Lehn gehen, und ist es, als zwischen beyden, wegen der Superiorität oder territorial-Gerichtbarkeit anno 1561. Streit entstanden, die Sache auch von denen austregis per appellationem an das Käyserl. Cammer-Gerichte deuoluiret, in dieser Sache zwischen beyden Partheyen anno 1699. und 1702. zu einem Transact gekommen, darinne dem Constanti über solche Stücke gegen einer gewissen Summe Geldes alle Hoheits-Iura zugestanden und überlassen worden. Es will aber jetzo Constantinus ungeachtet solches Vergleiches eigenmächtig und durch militarische execution und Einlegung seiner Soldaten die Herren zwingen, daß sie in ihrem gewöhnlichen Kirchen-Gebet, das Wort, **Landes-Herr, Landes-Fürst,** mit welchem sie vor Ihro gnädigste Herrschafft gebeten, auslassen, und an statt dessen vor Constantino als Landes-Herrn, vor ihre Herrschafft aber nur **als Erb-Herrn** bitten, und solches in die gewöhnliche Formul einrücken sollen, unter scharffer Bedrohung, widrigenfalls wider sie noch härter zu verfahren, und sie zu bestraffen, auch wol gar wegzuführen und abzusetzen; erbietet sich aber zur Befriedigung ihres Gewissens, sie der Pflicht, wonnit sie ihrer gnädigsten Herrschafft zugethan, so weit solche seinem interesse zuwider, zu erlassen, weil die Landes-Hoheit ihm unstreitig zustünde, der angezogene Transact sub- & obreptitie erschlichen, und also des Constantis exercirte actus heimlich und neuerlich geschehen, und wollen daher die Herren im Rechten belehret seyn:

> Ob Constantinus solches zu thun befugt, und sie schuldig seynd, wider ihres Landes-Herrn Verboth die formul des allgemeinen Gebets zu ändern und auf die Art, wie es Constantinus verlanget, einzurichten?

Wenn nun gleich von Constantino angeführet wird, daß er allerdings der Landes-Herr sey, indem ihm als Domino directo die Güter quæstionis zugehöreten, und Constans solche nur als ein Vasallus besitze, und daher in dem allgemeinen Kirchen-Gebet vor Constantem als einen Landes-Herrn nicht gebeten werden könte; was auch den vorgeschützten Vergleich anlange, derselbe zu Recht nicht beständig, und dahero die neuerlich und heimlich exercirte actus keine possession ausmachen können, folglich, es das Ansehen gewinnet,

daß

Digitized by Google

daß Constantinus die Veränderung der formul zu fodern wohl befugt sey.

Weil aber dennoch nach dem [illegible] zugeschickten Bericht von Anfang bis hieher, vor Constante und seinen Vorfahren, in dem allgemeinen Kirchen-Gebete, als vor ihre Landes-Herren in bemeldten Herrern beständig öffentlich gebeten worden, und so wol noch lange Zeit vorher, ehe der Streit anno 1561. angegangen, als auch nachdem derselbe entstanden, ja gar durante lite stets continuiret, auch von niemand widersprochen worden, bis auf diese jetzige Zeit, und also Constans an die 300. Jahr in possessione huius tituli gewesen, dergleichen possessio immemorialem præscriptionem ausmachet, welche auf keine Art und Weise kan impugniret werden, quum valeat per modum priuilegii, & iuris constituti loco habeatur.

CARPZOV. *L. I. resp. 38. n. 7. seq.*
KLOK. *vol. I. cons. 29. n. 26.*
BESOLD. *cons. 232. n. 106.*

In mehrer Erwegung auch Constantinus in obangezogenem mit Constante geschlossenem Transact ihm superioritatem territorialem zugestanden, und solches das Ius circa sacra, und also auch das Ius præscribendi preces publicas in sich fasset, folglich in solchem Fall, Constans vor die Landes-Obrigkeit allerdings zu achten, und solchen Titul in dem gemeinen Kirchen-Gebet sich geben zu lassen, wohl befugt gewesen, da auch ihm allein von diesen Unterthanen die Pflicht geleistet worden, und solches der nexus feudalis nicht aufheben kan, indem bekanter massen alle Fürsten und Stände des Reichs eodem nexu von Ihro Käyserl. Majestät dependiren, und doch vi superioritatis territorialis wahrhafftige Landes-Herren seyn, auch alle Iura und regalia libere exerciren können, überdem viele Exempel zu finden, da ein Superior ab inferiore ein Lehn haben kan; in diesem casu aber, Constantinus dem Constanti die superiorität im Transact zugestanden, und daß solches sub- & obreptitie geschehen, hieher sich nicht wohl schicket, indem nicht allein diese exception zwar wider extrahirte Rescripta, keines weges aber wider Transacta opponiret werden kan, sondern auch solche exception so vielmaniger hieselbst statt findet, da so lange Jahre darüber proces geführet, und darauf wohlbedächtig die Transaction und noch dazu titulo oneroso gegen Erlegung einer Summe Geldes geschlossen, dergleichen transactiones, quæ tendunt

dunt ad ſopiendas lites, ſo fauorable ſeynd, vt earum vis eadem ſit, quam rei iudicatæ,

L. non minorem 20. *C. de transact.*

ita, vt omnia iura & omnes probationes tam teſtium, quam inſtrumentorum facta transactione annullentur.

Cap. I. X. de transact.

VVLTEI. *vol.* 4. *conſ. Marp.* 15. *n.* 228.

DAN. MOELLER. *in comment. ad conſt. Sax. P.* 2.

Conſt. 32. *n.* 7.

und daher alle attributa, welche rei iudicatæ gegeben werden, auch der Transactioni zukommen, quod ex non debito faciat debitum, falſum mutet in verum, & ius inde adquiſitum nulli nec a principe ex plenitudine poteſtatis poſſit auferri

MARANTA *de ordin. iud. P.* 6. *n.* 426.

MENOCH. *de præſumt. l.* 2. *pr.* 67. *n.* 48.

RIMINALD. *conſ.* 410. *n.* 7. *ſeqq.*

ANGELVS ARETINVS *conſ.* 40. *n.* 39. *ſeqq.*

auch über dem die Rechte allezeit pro inſtrumento præſumiren, quod omnia rite & ſolenniter acta ſint,

arg. §. II. *Inſt. de inutil. ſtipulat. ibique Commentatores.*

Conſtantinus hingegen noch keine momenta ſpecialia, dadurch er die transaction infringiren, und annulliren könte, vorgebracht, auch wenn er dergleichen hätte, ſolche vorhero mit Conſtante würden gerichtlich auszumachen ſeyn, und da Conſtans bishero nicht nur immemorialem poſſeſſionem, ſondern auch den Transact vor ſich hat, die bisherigen Actus nicht vor heimliche und Neuerungen ausgegeben werden können, am allerwenigſten Conſtantino frey ſtehet, propria auctoritate ſich ſelber Recht zu ſprechen, und den Proceſs ab executione anzufangen, als welches auch den Legibus fundamentalibus imperii entgegen, endlich die Herren dem Conſtanti mit Eid und Pflicht verbunden, und hingegen ſolche niemahl Conſtantino geleiſtet, und alſo des Conſtantis Befehl allen Gehorſam zu leiſten, ſo ieglichen nach menſchlichen und göttlichen Rechten verpflichtet;

So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel, daß Conſtantinus dergleichen Veränderung im Kirchen-Gebet denen Herren zu befehlen nicht befugt, ſie auch nach ſeinem Verlangen ſolche wider Ihres Landes-Fürſten Verboth zu thun nicht verbunden.

§. LXXX.

Digitized by Google

§. LXXX. Cum itaque *indictio precum publicarum*, earumque exactio *iure imperii* fiat, coniici potest, quonam nitatur fundamento decisio CARPZOVII *in iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 260. vbi probare intendit, principes extraneos petere aut exigere non posse scilicet *iure perfecto*, vt *nominatim* ac *in specie* precibus inserantur publicis. Primarium fundamentum quærit in *obseruantia & consuetudine*, quod illa ius faciat; huius vero *obseruantiæ* rationem eam vult esse, quod principes & magistratus extranei nullam iurisdictionem ecclesiasticam, cuius intuitu domini territorii precibus publicis inserantur, prætendere possint. Hæ rationes id quidem euincunt, non posse extraneos principes *suo iure* prætendere, vt nominatim precibus includantur, licet iure *humanitatis* vel ob *reuerentiam* id fieri soleat. Tota itaque dispositio huius negotii dependet ab eo, qui in tali loco exercet *iurisdictionem ecclesiasticam*, qui *formulam* eiusmodi supplicationum præscribere potest. Si quidem fere per totum imperium imperator nominatim solet precibus publicis inseri, id quod tamen non fit ad *mandatum* ipsius *imperatoris*, qui nullam *iurisdictionem ecclesiasticam* in territoriis statuum exercet, sed potius ad mandatum *domini territorii*, qui tale quid adornare soler, in *reuerentiam* imperatori vt *capiti imperii* debitam.

An extranei principes nominatim precibus publicis sint inserendi?

§. LXXXI. Vlterius, quamuis determinatio, pro quibus personis speciatim in publicis supplicationibus orandum sit, fluat ex iure *imperii* in republica; non tamen statim inde concludendum: *ergo pro quibus principibus publicis in precibus nominatim supplicationes fiunt, illis etiam competit superioritas territorialis.* Solet enim, vt hactenus dictum est, pro aliis orari, v. c. pro *protectoribus* prouinciarum, *agnatis, cognatis*, vel aliis etiam ex *iure familiaritatis*, quin etiam pro *magistratu oppidano, patronis*, & qui *iurisdictionem patrimonialem* habent. Vnde præterea docendum est, quod is, qui precibus publicis includitur, simul quoque vi *iurisdictionis ecclesiasticæ* has preces indixerit formulamque præscripserit. Quod autem iure *familiaritatis* tantum factum, ob id alteri nullum ius competere potest, *l.* 41. *D. de acquir. vel omitt. poss.* LVDOV. POST. *tr. de mand. manut. obs.* 53. *n.* 2. BESOLDVS *cons.* 118. *n.* 79. STRYK. *diss. de iure familiarit. c.* 4. *n.* 10. multo minus aliqua inde *superioritas* colligi. Illustratur hoc vlterius ex scripto quodam publico, cuius titulus: Nochmahlige ernstliche Behauptung des freyen und unbeschränckten *exercitii* des Schleßwig-Hollstein-Gottorffischen *iuris armorum, armandiæ, fortalitii, fade-*

An ex supplicationibus talibus possit superioritas probari?

Digitized by Google

fœderum &c. &c. &c. gegen alle bisherige ungegründete Schleßwig-Hollstein-Glückstädtische Anmassungen und nach so heiliglich geschlossenen Altenaischen Vergleich wieder hervor gesuchten und bey noch währenden Pinnenbergischen *Tractaten continuirten* Beeinträchtigungen in wohlgemeynter Antwort auf die von einem Hollsteinischen Land-*Patrioten* in Monath *Novemb.* 1699. jüngsthin zusammen getragene, und aufgesetzte so genannte rechtmäßige Ursachen *&c. &c.* vbi auctor in §. 85. sequentia hanc in rem habet: Daß in einigen Städten das allgemeine Kirchen-Gebet aus alter unverfänglicher Gewohnheit vor beyde regierende Hertzogen zugleich abgeleget werde, giebet der Sache nichts; und wird ein jeder solcher Exempel nur halbkündiger gestehen müssen, daß sothane Einschliessung ins Kirchen-Gebet so wenig einige Superiorität mit sich führen, als dessen Unterlassung selbige Landes-Obrigkeit und Hoheit einen sonst rechtmäßigen Landes-Fürsten absprechen könne. Die gesamte Hertzogen zu Schleßwig-Holstein, würden in Regard der bey ihrer Stadt Hamburg so wohl hergebrachter und fundirter Gerechtsame übel fahren und zu kurtz kommen müssen, wann die von dieser Stadt so eigenmächtiger unverantwortlicher Weise, de facto verfügte Unterlassung des gewöhnlichen Kirchen-Gebets vor ihre Erb-Landes-Herren, denenselben ihre hohe Landes-Obrigkeit nehmen solte, wie gleichwohl nach dem Glückstädtischen Vorgeben folgen müste. Eben so wenig, als der Aebtißin und Fürstin von Essen ihre Landesherrschaftliche Ober-Bothmäßigkeit, die sie doch so gar auch in Contradictorio durch ordentliche Sentenz, die 4. Febr. 1670. am Käyserl. und des Reichs Cammer-Gericht erstritten vid. Deckherr. sentenz. cameral. duodecennal. period. num. 276. p. 103. dadurch, daß ihrer im Kirchen-Gebet auch noch bis diese Stunde nicht gedacht wird, genommen werden, und als wenig Ihr. Chur-Fürstlichen Durchl. von Brandenburg, auf welche als der Stadt Schutz-Herrn, mehr besagtes Kirchen-Gebet beständig mit gerichtet wird, dadurch einige Superiorität über solche Stadt zuwachsen kan. * Eines mehrern, da in andern Fürstlichen Häusern, nebst der regierenden nicht weniger auch vor die übrigen Linien sothanes Kirchen-Gebet mit zu geschehen pfleget, anietzo nicht zu gedencken, die deswegen iedoch **vor diese** *Civilität* und gute Wünsche, sich niemals die geringste Superioritäts-Gedancken zu Sinn steigen lassen.

Hæc

Hæc omnia ſine dubio vera ſunt, niſi aliæ circumſtantiæ prægnantes concurrant, veluti ſi in *precibus publicis* pro principe quodam ſpeciatim interceſſiones fiunt, eisque inſeritur clauſula: unſern gnädigſten Landes-Herrn, quo ipſo aperte profitentur, ſe eum, pro quo interceſſiones faciunt, pro *domino territorii* agnoſcere. Equidem MYLER. ab EHRENB. *de princip. & ſtat. imperii c.* IIO. §. 22. ex huiusmodi clauſula nullam *ſubiectionem* probari poſſe autumat, quoniam talia verba *honoris & ciuilitatis* gratia, atque, vt loquuntur, *ad complacentiam* videntur prolata, nec obligationis aut diſpoſitionis vim habent. Verum duas diuerſas videtur confundere clauſulas. Sciendum enim eſt, clauſulam: unſern gnädigen Herrn, nullam *ſubiectionem* inuoluere, ſed *reuerentiæ* tantum argumentum eſſe; licet Erfordienſes in cauſa cum Moguntino electore eam ipſam ne quidem admittere voluerint. Plus inuoluunt verba: unſern gnädigen **Landesherrn**, quo non poſſunt non ſubditi ſe *ſubiectos* profiteri; quem enim agnoſcunt, quem publice profitentur *dominum territorii*, huic quoque ſe *ſubiectos* profiteri debent.

§. LXXXII. Quam inſigne autem præiudicium ex eiusmodi clauſulis metuendum ſit, docent *motus Erfordienſes*, orti inprimis tum ob *denegatas ſupplicationes* pro electore Moguntino, tum etiam ob *reiectionem* illius clauſulæ: unſern gnädigen Herrn, quam Moguntinus inſeri precibus prætendebat. Meretur hoc exemplum, vt ad ſcopum præſentis doctrinæ facientia breuiter hic inſerantur, quæ ſupra tradita confirmabunt, atque oſtendent. hodie *manu militari* tales preces exigi ſolere. Concluſa pace Osnabrugenſi, ad inſtantiam *Moguntini* contra ciuitatem Erfordienſem anno 1649. commiſſio a Cæſare fuit decreta, ad reſtituenda illa, quæ ante bellum de iure ad Moguntinum ſpectauerant. Inter *reſtituenda* etiam *ius preces exigendi* ab Erfordienſibus collocabatur, cuius prætenſionis ſumma hæc erat: das vor dem eingefallenen Kriegs-Weſen in daſigen Evangeliſchen Kirchen auf öffentlicher Cantzel gebräuchlich geweſene, aber dieſer Zeit unterlaſſene Gebet für einen regierenden Herrn Ertz-Biſchoff und Churfürſten wieder einzuführen. LONDORPIVS *P.* 9. *c.* 2. *pag.* 6. Theatr. Europ. *tom.* 9. *pag.* 22. Obiiciebat ſenatus Erfordienſis, (1) preces has publicas inter *reſtituenda* ex mente I. P. commode referri non poſſe: (2) *obſeruantiam* allegatam nullam eſſe, nec doceri poſſe, vnquam pro quodam principe, ne quidem ipſo imperatore, *nominatim* intereeſſiones factas fuiſſe: aliquando quidem, controuerſiis cum Moguntino incidentibus, ſe precibus publicis

De motibus Erfordienſibus ob denegatas preces publicas.

Prætenſiones Moguntini, vt ciuitas Erfordienſis in precibus publicis eius nominatim mentionem faceret.

Senatus Erfordienſis reſponſiones.

blicis Deo cauſam commendaſſe, & ſic *electoris Moguntini* quoque mentionem feciſſe, non tamen ex *imperio*, ſed *libera voluntate*, &c. Qui a *Moguntini* partibus ſtabant, aliis probationibus negatam obſeruantiam defendere conabantur, producendo teſtes, de *obſeruantia* teſtimonium perhibentes. Quia autem ſenatus optime animaduertebat, ſub hac controuerſia circa *preces publicas* longe aliud quid latitare, quam externa ſpecie præ ſe ferebat, grauioribus huic prætenſioni fundamentis, rationibusque non ſpernendis, reſtitit, quæ rurſus ex LONDORPIO *cit. l. p.* 7. adducere lubet. Nimirum conſiderandum eſſe voluerunt, wie es (1) zu Beſchwerung der Gewiſſen ausſchlagen wolte, wenn vor die Herren Ertz-Biſchöffe zu Mäyntz namentlich auf den Cantzeln zu bitten, die hieſigen Evangeliſchen Kirchen genöthiget, oder gezwungen werden ſolten: denn ja der cultus diuinus, cuius pars non minima eſſent preces, freywillig ſeyn ſolle, und ſich nicht zwingen lieſſe; maſſen dann auch (2) das Gebet, ſo von anno 1626. bis 1630. geſchehen, **nicht aus Zwang, ſondern aus freyem Willen und guter Wohlmeynung** verrichtet worden; Wannenhero (3) dasjenige, ſo damals arbitrii & liberæ voluntatis geweſen, und noch wäre, itzo, als wäre es neceſſitatis, nicht exigiret, vielweniger die Evangeliſchen Gemeinden durch executions-Mittel darzu adigiret werden könten, weil dadurch paſtorum & auditorum conſcientiæ grauiret würden: Auch (4) dieſer Zwang leichtlich für einen Eingriff in das liberum exercitium religionis geachtet werden möchte, indem dergeſtalt von einem Catholiſchen Stande denen Evangeliſchen Gemeinden vorgeſchrieben würde, was und wie ſie auf ihren Cantzeln beten ſolten. Welch Schreiben und Zwang (5) ohne Verletzung und Violation des an. 1555. aufgerichteten Religion-Friedens nicht geſchehen könne, weil im ſelbigen verſehen, daß die Catholici die Euangelicos wider ihre conſcientz, Gewiſſen und Willen, von Augſpurgiſchen Confeſſion, Religion, Glauben, (welchem das Gebet am allernächſten iſt.) Kirchen-Gebräuchen, Ordnung und Ceremonien, ſo ſie aufgerichtet oder nochmals aufrichten möchten, nicht dringen, noch dawider in einiger Geſtalt beſchweren ſollen, ja es würde auch (6) obbedeuteter Zwang, weil der jüngere Friedens-Schluß den alten Religions-Frieden diſſfalls exprimiret und ampliiret habe, auf eine contrauentionem ausſchlagen, und weil (7) bishero allhier in den Catholiſchen Kirchen für die Herren Ertz-Biſchöffe zu Maynz auf denen Cantzeln nicht mit Nahmen gebeten wer-

den

den, würde es, wenn darzu die Evangelischen genöthiget werden solten, bey sämtlichen Evangelischen Churfürsten und Ständen ein seltzames Nachdencken causiren: Sintemahl (8) bekannt, daß die Catholischen Doctores den Gottesdienst der Evangelischen und also auch ihr Gebet bey GOtt für unkräfftig und verwerfflich achteten, und nicht dafür hielten, daß selbiges erhöret werden, oder ihnen zustatten kommen könte: Und erinnere man sich (9) dißeitlich noch wohl, daß a parte Moguntina offtberührtes Kirchen-Gebet in einer Schrifft pro nota omnimodæ superioritatis angezogen worden. Es wäre aber (10) sothanes Gebet anno 1626. nicht aus solchem fundament, sondern aus freyen Willen und gutter Wohlmeynung darum angestellet und gehalten worden, weil die damahlige Herren Ertz-Bischöffe gemeinter Stadt in Abwendung annahender Gefahr beförderlich zu erscheinen, sich gnädigst bemühet, und zum Fall (11) es nun aus einigem Zwang eingeführet werden solte, solche Neuerung bey dem Chur- und Fürstlichen Hause Sachsen seltzames Nachdencken und eine gefährliche consequentz nach sich ziehen würde.

§. LXXXIII. Hisce tamen non obstantibus, sequenti anno 1650. per Commissarios decretum huius tenoris publicatum: Daß mehrberührtes gemeine Gebet in der Evangelischen Kirchen für Ihro Churfürstl. Gnaden und Dero Ertz-Stifft Maintz auf den Cantzeln EA INTENTIONE & MODO, wie solches ante motus bellicos bräuchlich gewesen, auch in das künfftige wieder eingeführet und gepflogen werden solte. Cum vero *intentio* in abdito lateret, nec specifice MODVS determinatus esset, senatus existimauit, se decreto satisfeciſſe, si eo, quo dictum est §. *præced. modo*, preces instituerentur, in quo statu etiam hæc controuersia durauit vsque ad annum 1660. Cum enim hoc anno noua *commissio Cæsarea* contra ciuitatem a Moguntino extraheretur, acrius & vehementius controuersia prædicta recruduit, obiectumque ciuitati, decreto Cæsareo satisfactum minime esse, adeo, vt commissarius Cæsareus Liber Baro de SCHMIDBVRG formulam precum conciperet huius tenoris: Vor die Römische Käyserliche Majest. alle Christl. Könige, Churfürsten und Stände, und dergestalt vor Ihro Churfl. Gn. zu Mäyntz, daß GOtt Dero Gemüth regieren wolle, auf daß die zwischen Ihro Churfl. Gn. und uns schwebende differentien zu gemeiner Stadt Wohlfahrt ausschlagen möge. Displicuit tamen sena-

Cæsareum decretum.

Formula primum concepta commissario Cæsareo.

Digitized by Google

Formula alia a senatu Erfordiensi concepta.

senatui hæc formula, qui aliam concepit hisce sub formalibus: Wir bitten auch den lieben GOtt, daß er Ihro Churfl. Gn zu Mäyntz consilia dergestalt leiten und regieren wolle, damit die zwischen Deroselben und gemeiner Stadt obhandene differentia zu unserer und unserer Nachkommenden Wohlfahrt glücklich erörtert werden möge. Erfordiensibus vero nodum in scirpo quærentibus, a partibus Moguntini noua clausula inuenta, quæ precibus prædictis adiiceretur, scil. als unsers gnädigsten Herrns, & tandem ex Cancellaria Moguntina hæc formula producta: Wir bitten auch den lieben GOtt für Ihro Fürstl. Gn. zu Mäyntz, **als unsern gnädigsten Herrn**, und Dero Erzstifft, daß seine Allmacht Dieselbe im guten Wohlstande erhalten, und Deren consilia dergestalt leiten und regieren wolle, daß solche sowol zu Erhaltung beständiger gemeiner Reichs-Ruhe, als glücklicher Hinlegung aller bis daher entstandener Mißhelligkeit zu unserer und unserer Nachkommen gäntzlicher Beruhigung und Wohlfahrt gedeyen möge. Erfordienses, metuentes, ne formula hæc notam *superioritatis* præ se ferret, suo modo in formulam consenserunt, addita tamen *clausula reseruatoria*, quæ plane a Moguntino & Cæsareo commissario reprobabatur. Inde factum, vt, cum Moguntini huic formulæ *stricte* inhærerent, Erfordienses autem illam ita *illimitate* recipere nollent, tandem ignis sub cineribus gliscens, in apertam eruperit flammam.

Protestatio Saxonica.

§. LXXXIV. Dum hæc ita geruntur, domus Saxonica mense Ian. 1661. solenni protestatione *ratione iuris protectionis* interuenit, & de suo quoque præiudicio per prætensiones Moguntinas agi ostendit, addens: es hätte der Rath sich erinnern sollen, daß er dem Churfürstlichen und Fürstl. Hause mit Lehns-Pflicht, und ratione des Erbschutzes, auch sonst verwandt wäre, und also ja so viel und noch mehrere Ursach hätte, vor höchst besagtes Hauses Wohlfahrt und Verleihung guter Rathschläge den lieben GOtt anzurufen. Voluit itaque, vt vel plane *preces* illæ *speciales* pro Moguntino intermitterentur, vel domus Saxonica quoque eodem modo includeretur. LONDORP. *tom.* 9. *p.* 12.

Decisum Cæsareum.

Verum per collusionem quorundam factum, vt hæc *protestatio* supprimeretur, quin, cum quorundam, inprimis LAMPRECHTI ausibus, plura in fauorem Moguntini indulgerentur, *decisso Cæsareo die* 24. *Febr.* 1661. ministerio Erfordiensi, quod itidem variis ex causis preces illas admittere nolebat, sub pœna iniunctum, vt formulam præscriptam publicis in con-

Digitized by Google

congregationibus reciteret, neque vllo modo amplius reſiſteret. Enim vero ne ſic quidem ſenatus *Cæſareo decreto* morem geſſit, quin potius noua deductione plures allegauit rationes, quare aliam recipere haud poſſit formulam precum, quam in quam conſenſerat. vid. *Theatr. Europ. P. 9. p.* 549. Nihil tamen obtinuit, quin nouo mandato Cæſareo paritio iniuncta adiecta hæc clauſula: Ihrem vorigen Käyſerlichen gerechten Befehl gehorſamlich nachzukommen, und ohne fernere tergiuerſation, Einrede oder prætext, wie ſie auch Namen haben möchten, das Gebet ohnfehlbar zu Werck zu richten, und ſich weder des miniſterii noch anderer Ein- oder Widerreden darin nicht irrig oder abwendig machen zu laſſen, und daß ſolches geſchehen, innerhalb 2 Monathen von Einantwortung deſſen anzurechnen, glaubwürdig zu dociren, widrigenfalls nicht allein die declarario pœnæ, ſondern auch weitere Verordnung zu Erhaltung der Käyſerl. Auctorität und Reſpects ohnfehlbahr ergehen würde. Neque vero hoc *nouo mandato* Moguntinus introductionem formulæ præſcriptæ obtinere potuit, præſertim cum ſenatus Erfordienſis ſub *Saxonica protectione* ſe ſatis ſecurum ab omni violentia crederet, donec tandem poſt varias concertationes noua formula a ſenatu Erfordienſi conciperetur, cui pro ſecuritate iurium ſuorum præter epiſcopum Moguntinum etiam electorem reliquoſue duces Saxoniæ inferebat, ſub hoc tenore: Wir bitten auch für weltl. Obrigkeit, für Röm. Käyſerl. Majeſtät, alle Chriſtliche Könige und Churfürſten, bevorab für Ihro Churfl. Gn. zu Maynz und für Ihro Chur- und Fürſtl. Durchl. zu Sachſen, auch andere Fürſten und Herren, verleihe ihnen &c. Theatr. Europ. *c. l. p.* 885. atque hæc formula *die* 19. *April* 1663. ſtatim introducta & publicis in eccleſiis recitata, mox tamen per *commiſſarium Cæſareum* rurſus reiecta, & reprobata. Hæc res nouis motibus anſam dedit, vt tandem menſe Octobr. 1663. *declaratio banni* contra ciuitatem prædictam declarata & Moguntino executio demandata fuerit, quo ipſo pleniſſime ſcopum, per preces haſce publicas valde controuerſas forte quæſitum, obtinuit. Hæc omnia ideo plenius enarrare lubuit, vt oſtenderem publico exemplo, in quantas hodie preces publicæ coniectæ ſint controuerſias & ſimultates, poſtquam inde *imperii* vel *ſuperioritatis* prærogatiua deſumi cœpit.

Nouum mandatum Cæſareum pœnale.

§. LXXXV. Argumenta in vtramque partem adducta eo minus ſub examen reuocanda ſunt, quo magis conſtat, hanc litem iam dudum ſopitam eſſe. Interim occaſione illarum rationum,

An quoque princeps catholicus in ec-

Digitized by Google

ecleſiis proteſtantium preces exigere poſſit?

quæ ex miniſterii Erfordienſis ſententia adductæ ſunt, lubet illam mouere quæſtionem: *vtrum princeps ſubditis diuerſæ religionis iniungere queat, vt precibus publicis eundem includant?* quod miniſterium Erfordienſe in dubium vocaſſe videtur, exiſtimando, eo ipſo lædi *liberum religionis exercitium*, & conſcientiis vim inferri, cum tamen etiam ſubditis catholicorum ſtatuum liberum religionis exercitium, quatenus illud anno 1624. habuerunt, in *I. P art. V.* §. 12. datum ſit. Verum ſicut aſſeri nequit, eo ipſo *liberum exercitium religionis* impediri, ſi a principe territorii, diuerſæ quamuis religionis, interceſſiones ſolennes exigantur, quippe ad quas omnes ſubditi, qua tales, cuiuscunque religionis ſint, obligati ſunt; ita multo minus oſtendi poteſt, conſcientias inde grauari. PAVLVS admonet grauiter Chriſtianos, vt pro magiſtratu, etiam *ethnico*, preces fundant, quod etiam Chriſtiani in *primitiua eccleſia* ſuis in congregationibus exacte obſeruarunt, ceu ſupra notatum, quo inprimis reſpicit locus ex OPTATO MILEVITANO adductus. Quidni etiam Chriſtiani pro æque Chriſtiano magiſtratu preces funderent, licet diuerſitate religionis ab eo diſtinguantur? Imo ſi vel maxime princeps eſſet turca vel gentilis, adhuc tamen maneret princeps & ſic pro eo, qua tali, Deus eſſet inuocandus, vt ſubditi ſub eius regimine vitam tutam tranquillamque agere poſſent, 1 *Tim. II*, 1. 2.

An in formula interceſſionum titulis ſuperbiendum?

§. LXXXVI. Circa ipſas *formulas* interceſſionum adhuc breuiter monendum eſt, nonnullis in eccleſiis moris eſſe, vt, quoties in precibus publicis mentio *domini territorii* iniicitur, titulos conſuetos longa ſerie ſoleant recenſere, quæ res ſicuti non leuem abuſum habet, ita absque nota aliqua haud dimittenda. Facultas theologica Gryphiswaldenſis anno 1610. apud DEDEKENNVM *in conſil. theol. vol.* I. *rubr.* **vom Predigt-Amt**, *m.* 3. *f.* 2. *n.* 18. hac de re ita cenſuit, omnes quidem eiusmodi ritus liberos eſſe, ita tamen adornandos, ne in detrimentum eccleſiæ & abuſum vergant. Oſtendi autem non poſſe, *vtile* & eccleſiæ *conſultum* eſſe, vt eiusmodi *titulis* in precibus ſuperbiant *miniſtri eccleſiæ*, cum omnes, pro quibus orandum eſt, coram Deo, vt *peccatores* comparere, & ſe eius miſericordiæ ſubmittere debeant; præterea in eo quoque non leuem *abuſum* occurrere, quod ita in congregatione fidelium diuites & potentes nimis extollantur, pauperum vero, qui tamen Deo commendatiſſimi ſunt, vix *dicis gratia* & *obiter* mentio iniicitur; non leuem denique *offenſam* fore, quod ita miniſtri eccleſiæ oſtendant, ſe in eccleſia προσωπολημψίαν amare & indulgere affectibus &c. Hæ rationes

Digitized by Google

nes ſuo pondere non deſtituuntur, & ſic multo magis in ſupplicationibus pro *priuatis* inſtituendis ab eiusmodi pompa titulorum & elogiorum abſtinendum eſt; in interceſſionibus autem pro *domino territorii* faciendis non quidem inconueniens aut Dei voluntati aduerſum eſſe videtur, quando talia epitheta applicantur, per quæ *ſubiectionis vinculum* ſubditi teſtantur, v. c. ſi clauſula: unſern gnädigen Landes-Herrn, Ihro Durchl. Ihre Königl. Maj. vel alia huius generis verba adhibeantur; STRYK. *in not. ad ius eccl. Brunnem. lib.* 1. *c.* 6. *m.* 6. §. 8. reliqua tamen pompa titulorum, quando ſimul omnes prouinciæ longa ſerie recenſentur, merito omittenda erat, quippe quæ ab hoc actu ſanctiſſimo, in *humilitate* peragendo, abhorret.

§. LXXXVII. *Patronis* quoque *tit. de iure patron. ſupra* ius exigendi nominatim preces publicas aſſerui, eiusque fundamentum ex iure *honorifico* petii. Ex eodem fere fundamento *dominis iurisdictionalibus* id vindicari ſolet, licet iure patronatus deſtituantur. Supra *tit. de iure patron.* §. 128. retuli reſponſum a ZIEGLERO publicatum, in quo potiſſimum ad *æquitatem* & *obſeruantiam* prouocatur. Addit CARPZOVIVS *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 259. *n.* 9. eriam hanc rationem: *quod non ſit negligenda ſalus dominorum iurisdictionalium, qui in diœceſi iuſtitiam adminiſtrant, poſtquam ſalus eccleſiæ & religio cum iuſtitia ita connexa, vt vna ſine altera vix radices agere queat,* vel vt *n.* 11. ait: *quod cura religionis ac defenſio eccleſiæ non minus quam iuſtitiæ adminiſtratio officio magiſtratus politici incumbat.* Hæ vero rationes magis *ſuaſoriæ* ſunt quam *iuſtificæ*, nec *ius perfectum*, de quo hic agimus, arguunt. Neque enim quilibet magiſtratus ius tale ſibi aſſerere poteſt. Vnicum ergo *præſidium* fere in *obſeruantia* quærendum, quæ ex *iure honorifico* deducenda, vigore cuius honoratiores laici precibus publicis commendati; iam vero in pagis ſoli *domini iurisdictionales*, die Gerichts-Herren, honores gerunt, imperium tenent, & auctoritate quadam ſingulari pollent, ex priſtina *poteſtate dominica*, qua in ruſticos, vt ſeruos, olim vtebantur.

An domini iurisdictionales pro ſe preces exigere poſſint?

§. LXXXVIII. Ceteri parochiani cuiuscunque dignationis fuerint, ſimili iure non gaudent, vt *nominatim* pro eis interceſſiones *conſtantes* fiant. Neque enim ad nudum *ius honorificum* prouocare poſſunt, quod non promiſcue omnes ſibi aſſerere queunt, ſed illi tantum, quibus lege eccleſiaſtica *ſcripta* vel *non ſcripta* illud datum eſt. Huc meo iudicio collineauit CARPZOVIVS *lib. II. def.* 260. in ſubiecto re-

Ceteri parochiani conſtanter preces pro ſe exigere nequeunt,

reſcripto: Wann dann Supplicanten vermöge ihrer Subſcription dieſes Orts weder collatores noch Gerichts-Herren, ſondern nur Eingepfarrete ſind, und dahero vor denen Bürgern auſſer ihres Adelſtandes keinen Vorzug haben, und ohne das in dem gemeinen Gebet (und ganzer Chriſtlichen Gemeinde) begriffen, ſo tragen wir ihrenthalben etwas ſonderliches anzuordnen Bedencken ꝛc. Extra ordinem tamen neceſsitate quadam vrgente, pro ſe recte intercesſiones publicas exigunt, cuius cauſæ variæ eſſe poſſunt, v. c. morbus, iter, puerperia, deſponſationes &c. *Abuſus*, qui hic committi ſolent, EX MENGERINGIO *in ſcrut. conſc. c.* 18. *qu.* 18. illuſtrat STRYKIVS *ad Brunnem. ius eccl. lib.* 1. *c.* 6. *m.* 6. §. 8. Verba ipſa hic repetere placuit: So ſind auch etliche geartet,, die ſolcherley Kirchen-Gebete für eine Pracht-Ceremonie halten, und ſo bald ihnen nur das liederlichſte vorſtößt, und widerfähret, daß ſie ſich etwa in Finger geſchnitten, ein Bein vertreten, ein Zahn wehe thut, haben etwan über Land zu reiſen auf ein paar Meile Weges, ſo muß ſo bald ein Zettel in die Kirchen, da wird ein Chriſtlich Gebet zu thun begehrt, mancher wird im Zettel todtenkranck und ſterbe-ſiech gemacht, kommt man bey ihm zu Hauſe, und will ihn aus Chriſtlichem Mitleiden beſuchen, ſo ſitzt er am Tiſche, iſt luſtig und guter Ding ꝛc. Offt laſſen die ſtoltzen Frauen allzuzeitlich vor ſich bitten, als wenn ſie ſchwanger wären, und wenn denn ein halbes Jahr allemal die Bittzettul von der Cantzel abgeleſen worden, ſo lauffts endlich in lami aus, der Bittzettel verleuret ſich von der Cantzel, Urſach, das zarte Fräulein hat ſich bethöret, und iſt nie ſchwanger geweſen, und gleichwol hat man alſo die Pracht-Ceremonie und das groſſe Spiegel-Fechten gebrauchen, und die gantze Gemeine damit äffen müſſen. Idem *abuſus* quoque occurrit in *deſponſationibus* faciendis, pro quibus, poſtquam *priuatim* iam factæ, & adhuc die ſolis publice repetendæ ſunt, *pompæ & oſtentationis gratia* fieri ſolent ſolennes preces vor ein Chriſtlich Eh- und Ehren-Werck, vti formula ſonat, quibus Deus inuocatur, vt corda eorum ad *vnionem* & *coniunctionem* dirigere velit, ſi deſponſationem hanc voluntati ſuæ conformem viderit. Si preces eſſent faciendæ, illæ quidem, antequam deſponſatio fieret, ſuſcipi deberent, non vero eo tempore, vbi vtrinque iam conſenſus adeſt. Sicuti enim tunc ſponſalia publica non amplius in dubium vocantur, ita quoque preces eiusmodi *decori gratia* plerumque fieri ſolent.

niſi extra ordinem.

Abuſus circa interceſſiones pro ſingulis.

Preces pro deſponſatione.

§. LXXXIX.

Digitized by Google

§. LXXXIX. Vlterius in eo quoque diuersitas laret, quod, quamuis cereri, de quibus supra actum, *nominatim* in precibus commemorentur, parochiani tamen saltim *generali circumscriptione* a sexu & habitationis loco desumta denotentur, quo ipso auditorum curiosæ mentes plerumque incenduntur, vt loco *intercessionum* faciendarum sollicitas disquisitiones instituant, quasi ænigma quoddam ipsis esset propositum. Vnde fit, vt, quæ preces debebant esse *communes*, fiant *solitariæ*, ad instar solitariarum missarum pontificiarum; quamuis enim confluxus hominum ingens in ecclesia adsit, ille tamen plerumque circa has preces magis mutus quam piscis esse solet, sua nihil referre existimans. Aliquando tamen consultum, imo necessarium videtur, vt is, pro quo *intercessio publica* suscipitur, vel nominetur, vel ita specifice circumscribatur, vt de eius persona singulis & maxime illis, quorum interest, constare possit. In quibusdam locis enim moris est, vt ægrotus morti vicinus per ministerium ecclesiæ publice delicta in alios a se admissa deprecetur, subiecta contestatione, se pari modo omnia in se admissa aduersariis suis remisisse &c. Er bittet hertzlich, wenn er jemand in dieser Gemeinde erzürnet oder beleidiget, daß er ihm solches vergeben wolle, wie er auch ihnen alles mit einander von Hertzen vergeben und vergessen haben wolle. STRYK. *de iure sens. diss.* 9. *c.* 4. *n.* 10. Hæ solennes deprecationes habent etiam suum in *foro ciuili* effectum, vt ægrotans, sanitati restitutus pristinæ, non amplius saluam habere possit actionem iniuriarum, quoniam semel *serio* declarauit animum remittendi iniurias. Dn. STRYK. *cit. l.* Obiectiones huic conclusioni opponi solitas resolui in *tr. de iniust. act. iniur. c.* 10. §. *vlt.*

An nominatim preces pro priuatis fundi possint?

§. XC. Porro illud quoque posset suppeditari discrimen, quod preces pro priuatis magis *iure imperfecto* exigantur, ceteræ iure *perfectiori*: cum non semper & vbique, sed, *necessitate* demum instante, tales preces pro priuatis fiant. Sed vix est, vt hoc discrimen admitti possit, si rem secundum mores hodiernos æstimamus. Rarius quidem hæc quæstio in discrimen vocabitur, cum hæ preces, *lucrosæ & hamatæ*, nunquam denegari soleant. Interim tamen si de *parochianis* sermo est, ministri ecclesiæ *obligatione perfecta* adstricti videntur, ne desideriis eorum, qui preces exigunt, desint, tum, quia *obseruantia ecclesiæ*, quæ etiam in collegiis *ius* facit, singulis ius tribuit ad preces illas conuenienti casu exigendas: tum etiam, quia parochi ad hoc ipsum per *ordinationes ecclesiasticas* adstringuntur: tum denique, quia nullam allegare possunt

An iure perfecto exigi possint?

Digitized by Google

rationem ſufficientem, cur preces huiusmodi recuſent, conſequenter in denegatione non poſſunt non propriis indulgere affectibus. Si obiicerent, iſtum, qui preces exigit, eſſe impium; regererem, eo magis pro eo preces eſſe faciendas, vt Dei gratia a via peccatorum reuocetur. Si dicerent: *indignus eſt*, pro quo preces in eccleſia fiant; reſponderem, ſaluatorem aliosque pios pro *inimicis* oraſſe. Si vlterius inſtarent, preces haſce absque vlla *neceſſitate* exigi & *pompæ gratia*; parata eſſet reſponſio, miniſtrum eccleſiæ ita preces poſſe formare, ne ſint tales, in quem finem forſan exiguntur, de quo tamen non ſemper conſtat. Neque enim exiſtimo, miniſtrum eccleſiæ ſemper preces adſtringere debere ad ſchedulas ſibi oblatas, ſi rem aliter ſe habere, ipſi ſatis conſtet; ſæpe enim, quod non nego, in diptychis illis verba continentur parum apta, imo cauſa talis, cuius publice mentio facienda non erat, circa quas circumſtantias miniſter eccleſiæ caute procedere debet. GISBERTVS VOETIVS *pol. eccl. P.* I. *lib.* 2. *tr.* 2. *c.* 1 *p.* 501. Quid ergo? vtrum in *denegatione precum* absque vlla cauſa ex affectibus priuatis facta talis *iniuria* lateat, ob quam in foro externo miniſter denegans conueniri poſſit *actione iniuriarum*? Id quidem impium & plane omni rationi Chriſtianiſmi contrarium eſſe facile credo; ſed cum in *foro ciuili* plura conſcientiis committantur ſingulorum, inde rationem decidendi vnice peti non poſſe exiſtimo. Propterea ſi conſtaret de *mente* miniſtri eccleſiæ, quod in *contemtum* alterius hoc feciſſet, de *iure* quidem *ſtricto* fundata eſſet actio ad deprecationem; ſed quemadmodum iudicis arbitrio multum circa has *odioſas* & *peruerſas actiones* indultum eſt, vt oſtendi *cit. tract. de inueſt. & iniqu. & iniur. cap.* 10. ita non interminar omnes adhibere vias, quibus ſtatim absque omni ſtrepitu talis impia lis ſopiatur.

Obiectiones reſoluuntur.

Miniſter eccleſiæ non ſemper preces adſtringere debet ad ſchedulas.

An in denegatione precum iniuria lateat?

§. XCI. Addi quoque ex communi praxi poſſet hæc differentia, quod pro *priuatis* tantum preces fundantur in *eccleſia parochiali*, non alibi. Hic tamen merito prius examinandum: *an parochiani ſint adſtricti, vt præciſe in eccleſia parochiali interceſſiones pro ſe exigant, & annon has etiam in alia exigere eccleſia poſſint?* Equidem *iure perfecto* hoc exigere nequeunt a parocho *non ſuo*, vti quidem a *proprio*, id quod ratio *finium parochialium ſocietatisque parochialis* facile oſtendit. Sed quid ſi parochus alienus conſentiret, & ſponte eiusmodi interceſſiones ſuſciperet, an competeret parocho proprio *ius prohibendi?* an *ius cogendi* parochianos, vt in propria parochia preces exigerent? In iure enim

An præciſe hæ preces ſint faciendæ in eccleſia parochiali.

Digitized by Google

enim *cogendi & prohibendi* ius parochiale potiſſimum conſiſtit. Verum cum *ius prohibendi* potiſſimum tunc ſeſe exſerat, ſi peregrinus parochus in alterius parochia actum quendam parochialem exercere velit, preces autem hæ ab *extraneo paſtore* in *propria* inſtituantur *parochia*, neque ita limites parochiales confundantur, aut quid in aliena parochia fiat; præterea preces ſeu interceſſiones pro aliorum ſalute facere ſit negotium extra omne commercium poſitum; denique parochianis etiam neceſſitas in eo nulla imponi poſſit, quod *libertati* eorum relictum eſt, vti ſunt *interceſſiones*: recte tales interceſſiones in *aliena parochia* fieri poſſe, neque *ius parochiale* parocho competens vllo modo lædi exiſtimarem. Ex his igitur fundamentis ſequitur, vt etiam in eccleſiis non parochialibus huiusmodi interceſſiones licite fieri poſſint. Verum cum ob lucrum, quod inde ſperant parochi, merito metuendæ ſunt contentiones inter parochos, non raro quoque hoc ſolet ordinationibus eccleſiaſticis determinari, & interceſſiones ad *eccleſias parochiales* adſtringi, cui tunc *pacis publicæ* & euitandæ *contentionis* gratia merito ſtandum.

§. XCII. Hanc quoque poſſes addere differentiam, quod hæ interceſſiones ordinarie ſint *lucroſæ*, cum plerumque neceſſitatem adiunctam habeant, ſoluendi *honorarium* quoddam parocho, id quod adhuc ex antiquo more *oblationum*, quæ lucro presbyterorum ceſſerunt, prouenisſe in confeſſo eſt. Conſtat enim, haud alios fuiſſe in precibus commemoratos, quam eos ipſos, qui liberales in *oblationibus* fuerunt. Inde hæc obſeruantia, vtpote grata, continuata per tot ſecula ad nos tranſiit. Iam proceres Germaniæ in *centum grauaminibus* §. 46. aduerſus clerum Romanum propoſitis, & in comitiis Noricis editis conqueſti ſunt de quæſtuoſis cleri negotiationibus: *Ita ex onere ſeritur onus, eousque vt nullum gratis, niſi numeretur ſemper aliquid, miniſtrent ſacramentum, eccleſiæque Chriſtianæ donum, ad quod tamen præcipuum gratis vt facerent darentque gratis, quæ nullo ære redimi poſſunt, atque ipſi gratis accepiſſent, ſacroſancti Euangelii atteſtantibus literis, tenebantur.* Ipſa grauamina reperit SCHILTERVS *de libert. eccl. lib. 7. c. 2.* Collineat etiam huc ERASM. Roterod. *Cent. 1. adag. 12.* deſcribens clerum ſui temporis: *Sacrificant*, ait, *conducti, non pſallunt gratis, non orant gratis, non imponunt manum gratis, vix procul mota manu benedicunt, niſi dederis.* Hæc res mouit ſereniſſimos fratres, CASIMIRVM & GEORGIVM, marggrauios Brandenburgenſes, vt anno 1526. has *nundinationes ſacras* prorſus interdicerent, quod ex

Interceſſiones hæ ſunt lucroſæ.

Digitized by Google

authentico ſcripto apud HORTLEDERVM *Part. I. lib.* I. *c.* 3. apparet. Vtinam vero ſacræ hæ negotiationes in eccleſiis noſtris haud eſſent cognitæ! Hic enim ſacer denarius eſt lapis offenſionis, æmulationis mater, contentionum fons, præſertim ſi alteri parochorum plus faueant parochiani. Hinc ad auerruncandas has lites determinari ſolet in *ordinationibus eccleſiaſticis*, cuinam ex parochis hoc lucrum precum debeatur. Alicubi illud debetur paſtori primario: alicubi diuiditur, quod conſultius: alicubi aliter de hoc lucro diſponitur. Non puto autem, *perfecto iure* hoc honorarium peti poſſe, ſed quoque hic applicari poſſe monitum ICti *in l.* I. §. 5. *de extraord. cognit. multa honeſte accipiuntur, quæ minus honeſte petuntur*, ſicuti quoque multis in eccleſiarum ordinationibus cautum eſt. Præterea quantitas cuiuslibet *libertati* ſolet relinqui, neque aliquid hic determinatum eſt, ex quo eo magis *obligatio imperfecta* concludenda eſt.

Abuſus in precibus pro priuatis.

§. XCIII. Iplæ preces pro *priuatis* ſunt varii generis. Communiter tamen ad duas referri ſolent claſſes, quod ſint vel *interceſſiones* vel *gratiarum actiones*. Circa illas haud raro inſignes committi ſolent abuſus, quemadmodum ex MENGERINGIO ſupra iam monitum eſt. Illud vnicum adhuc addere placet, quod in nonnullis prouinciis etiam pro *ædibus*, quibus imminet periculum, interceſſiones fieri ſoleant. Ea ſcilicet ſuperſtitio plures inuaſit, vt ex certis indiciis colligere & præſagire ſoleant futurum & inſtans incendium, ſi nimirum *flamma* quædam *imaginaria* circa illas ædes viſa fuerit, quod vocant, das Hauß ſey vorgebrannt, quaſi vorhergebrannt. Præterea ſolent attendere *colorem flammæ* vel *ignis putatiui*, qui ſi *pellucidus* & *ſplendidus* fuerit, inde ſolent omen ſeu præſagium *mortis* capere: ſi magis inclinare videtur in ſpeciem *auroræ rubræ* ſimilem, tunc certum indicium *incendii immigrentis* colligunt. Hæc ſemel alta mente concepta opinio anſam dedit, vt *interceſſiones* quoque eiusmodi in caſibus fieri ſoleant, hiſce ſub formalibus: Es wird zu bitten begehret vor ein Hauß, ſo vorgebrannt, an dem und dem Ort. GOtt wolle ihn und ſein Hauß gnädiglich behüten &c. Hoc ipſo videntur interceſſiones ad vtrumque caſum & *incendii* & *mortis* dirigere, quæ ratio precandi an a ſuperſtitione abſolui poſſit? dubito. Hoc expeditum eſt, huius ſuperſtitionis cauſam prorſus friuolam eſſe, interim tamen plures ea ita ducuntur, vt piaculum credant, ab illa recedere. Sed & de *gratiarum actionibus* quædam adhuc monenda ſuperſunt. Alicubi fiunt *pompæ* & *oſtentationis* gratia, dum

dum ſub auſpicio noui anni nonnullis in locis pro ditioribus ſingulares gratiarum actiones ad Deum dirigi ſolent, quod anno præterlapſo ſua clementia & gratia eos ſuſceperit & fouerit. Quo ipſo fit, vt, qui nihil poſſunt contribuere, eorum nomine quoque *gratiarum actiones* omittantur, vel ſub generali quadam clauſula obiter eorum fiat mentio; imo quo præſtantius eſt honorarium, eo verboſiores ſunt plerumque gratiarum actiones. Solennes quoque ſunt *gratiarum actiones pro defunctis*, vbi tamen merito reiicienda in noſtris eccleſiis eſſet clauſula: GOtt verleihe dem Cörper in der Erden eine ſanffte Ruhe, quæ adhuc ex pontificiorum inani opinione deſcendere videtur, qua putant, cadauera a ſpiritibus immundis vexari poſſe, quem in finem *benedictio cæmeteriorum* apud eosdem eſt introducta. LANCELL. *inſtit. iur. can. tit. de ſepult.* §. 1. Dn. STRYK. *in V. M. tit. de religioſ.* §. 14. Quin in hoc quoque non leuis abuſus eſt, quod indiſtincte in *gratiarum actionibus* pro defunctis, hos, pro quibus gratias Deo agunt, *beatos* prædicent, quamuis id ſibi ipſi perſuadere haud poſſint, & infinitum foret, ſi omnes abuſus hic recenſere vellemus. Quo circa omnino vtile foret, ſi ad omnes iſtos abuſus tollendos in *ordinationibus eccleſiaſticis* huic rei prouideretur, & reformatione quadam illa emendaretur, quod tamen rariſſime fieri ſolet.

§. XCIV. Sicut vero preces *pro incolumitate & ſalute Cæſaris, principum, aliorumque*, de quibus ſupra actum eſt, in cœtibus eccleſiaſticis funduntur, ita merito quoque benignitas diuina inuocanda pro frangendis hoſtium viribus & conſiliis eorum diſſipandis. In *hoſtium* numerum proteſtantes etiam collocant *pontificem Romanum*, nec ſine ratione, ſi molimina curiæ Romanæ ſæuiſſima, ad deſtructionem eccleſiarum noſtrarum vnice directa, intuemur, vt nemo noſtris vitio vertere poſſit, quod in *precibus publicis* nominatim des Pabſtes, mentionem faciant, Deumque inuocent, vt eiusdem machinationibus inſidiisque obicem ponat. Dubitatum tamen aliquando fuit, vtrum iure id fieri poſſit? quod *M. Sept.* 1714. ſequente reſponſo declaratum eſt: Hat man vor gut befunden, die daſige Kirchen-Gebeter umdrucken zu laſſen, und bey deren reuiſion nachfolgende formuln etwas hart befunden;

Preces contra hoſtium inſidias.

An recte contra papam?

> Denen aber, ſo in ihrem Irrthum muthwillig verharren, wie auch allen deiner Chriſtenheit Feinden und Verfolgern, inſonderheit dem Türcken, Pabſt und andern

Digitized by Google

dern Tyrannen ſtarcken Widerſtand thun, und dein gläu-biges Häuflein wider ihre Verfolgungen kräftiglich beſchirmen und verthädigen.

ingleichen:

Steure und wehre den Feinden deines Wortes, Pabſt, Türcken und andern, die uns verfolgen, der Engel des HErrn ſtoſſe ſie weg, ſie müſſen werden wie Spreu für dem Winde, und der Engel des HErrn verfolge ſie.

und man daher vermeinet, daß die Benennung des Pabſtes ausgelaſſen, und alſo die Formul geändert werden könne, gleichwohl dabey, ob darzu trifftige und erhebliche Urſachen vorhanden? in Zweifel gezogen worden.

Ob nun zwar die angeführte Formuln ſehr hart und anzüglich zu ſeyn ſcheinen, da der Pabſt nicht allein unter die Tyrannen geſetzet, ſondern auch dem Türcken faſt gleich geachtet worden, welches doch nicht wohl geſaget werden möchte, da derſelbe mit ſeinen Anhängern gleichwol Chriſtum noch bekennet, und die Succeſſion von denen apoſtoliſchen Männern vor ſich hat; hiernächſt auch der Sanftmuth entgegen zu ſeyn ſcheinet, in denen öffentlichen Kirchen-Gebetern, die Feinde der Chriſtenheit mit dergleichen harten expreſſionen zu belegen, und gegen ſie zu beten, da vielmehr nach unſers Heylandes Exempel das Gebet vor ſie und ihre Bekehrung einzurichten, auch nicht zu befinden, daß unſer Heyland auf ſolche harte Art gegen ſeine Verfolger gebetet, ingleichen auch die erſten Chriſten ihre vornehmſte Pflicht darin geſetzet, daß ſie denen, die ihnen fluchen, geſegnet, und die ſie verfolget, mit aller Gedult getragen;

TERTVLL. *lib.* I. *de patientia.*

vornehmlich aber iſt hierbey in Conſideration zu ziehen, daß in dem Weſtphäliſchen Frieden-Schluß die Catholiſche, Evangeliſche und Reformirte Religion öffentlich approbiret, und darbey verordnet worden, daß niemand unter dieſen dreyen Religionen den andern verächtlich halten, noch verächtliche Beynahmen beylegen ſolle, als wodurch der Religions-Friede nicht erhalten, ſondern vielmehr geſtöhret wird,

I. P. art. V. §. 35.

abſonderlich, da unter dem Worte **Pabſt** nicht allein der zu Rom re-

Digitized by Google

residirende Bischoff, sondern dessen Lehrer und Anhänger zugleich mit verstanden werden können, es dahero das Ansehen gewinnet, als wenn sehr wichtige Ursachen vorhanden, bey itziger Gelegenheit die angeführte Formuln zu ändern, welche vornemlich zu der Zeit gemacher sind, da noch der Pabst würcklich die Evangelischen verfolget, und gegen dieselbe noch grosse Macht gehabt.

Dieweil aber dennoch die vergangene Zeiten klärlich zeigen, daß vornemlich **der Pabst zu Rom** gegen die Evangelischen sehr gewütet, und die ärgste Tyranney gegen sie ausgeübet, und dahero mit Recht vormals unter die **Tyrannen und Verfolger der Christenheit** gesetzet worden, und ob wol nicht allein durch den Religions-Frieden, sondern auch durch den Westphälischen Friedens-Schluß die Gewissens-Freyheit wieder herbeygebracht, und daß keiner den andern der Religion wegen verunglimpfen solle, verordnet worden, dennoch dagegen bekannt ist, daß der Pabst zu Rom gegen solchen Friedens-Schluß protestiret, und darin nicht mit eingeschlossen, also zu dessen faveur derselbe nicht angezogen werden mag, noch auch, wenn vorgedachter massen gegen denselben gebeten wird, gegen den Friedens-Schluß gehandelt wird, angesehen die in gedachter Formul befindlichen Worte nicht die Catholische Religion und deren Anverwandte, sondern vielmehr allein **den Pabst zu Rom** angehen, und per sanam interpretationem also verstanden werden können, als welcher auch bis dato noch nicht aufhöret, wo nicht öffentlich und mit Gewalt, doch heimlich und subdolis artibus die Evangelischen zu verfolgen, und seine Tyranney gegen sie auszuüben, welches er absonderlich in der jährlichen angestelleten solennen excommunication zu erkennen giebet, und also noch anjetzo billig als ein Tyranne und Verfolger der Evangelischen angesehen werden mag; hiernechst billig zu befürchten, daß, wenn man den Pabst aus der Gebets-Formul auslassen solte, solches nicht geringen Anstoß geben, und üble Suiten nach sich ziehen dürfte, da leichtlich einige in den Wahn gerathen möchten, als wenn des Pabstes auctorität und gute conduite diese Veränderung verursachet, absonderlich, da in ecclesia libera solches bewerckstelliget würde, da die päbstlichen Religions-Verwandte solches nicht einsten vrgiren oder begehren, und in denen protestirenden Ländern solche Gebets-Formul bißhero gantz gewöhnlich gewesen, im übrigen auch die gebrauchte Redens-Arten denen Reguln des Christenthums nicht entgegen

gegen iſt, als worin denen Feinden des Chriſtlichen Namens nicht geflucher, ſondern daß GOtt ihre Verfolgungen abwenden wolle, gebeten wird, welches abſonderlich zu denen ietzigen Zeiten nicht auſſer acht zu laſſen, da die bekanten Exempel im Röm. Reich ausweiſen, wie der Pabſt hin und wieder allgemehlich ſeine Verfolgungen wieder anrichte;

So halten wir davor, daß zu Veränderung der angeführten Gebets-Formuln keine wichtige und trifftige Urſachen vorhanden, ſondern vielmehr beſſer ſey, daß ſolche beybehalten werden.

Ad liturgiam publicam quoque ſpectant ſermones,

§. XCV. Primariam partem *liturgiæ* quoque in primitiua eccleſia conſtituebant *ſermones* ad populum habiti ante euchariſtiæ celebrationem ab epiſcopo, vt teſtatur IVSTINVS martyr *apol. II. in f.*. adeoque ad *miſſam* quoque conciones olim rectè relatæ, obſeruante MARTENIO *de ſacr. eccl. ritibus lib.* I. *P.* I. *p.* 374. hodie vero ab iis ſeparatæ, vt extra eas habeantur. Magnum olim quorundam epiſcoporum ſtudium, magnus in *concionando* feruor, vtpote quorum erat, *lectioni & orationi & verbi Dei prædicationi tantum vacare. c.* 6. D. 88. Nec epiſcopus Romanus *ab initio* excipiebatur, ſed ceteris exemplo præibat, quamdiu nondum luxui & otio ſe dediſſet aut faſces imperii ciuilis ad ſe traxiſſet. Ab omni probabilitatis ſpecie aliena eſt traditio nimis crude accepta SOZOMENI *lib. VII. hiſt. eccl. c.* 19. ſcribentis: *In eadem vrbe nec epiſcopus nec alius quisquam in eccleſia populum docet. Sed apud Alexandrinos ſolus ciuitatis Alexandrinæ epiſcopus concionatur.* Eadem quidem tradit etiam CASSIODORVS & NICEPHORVS, quorum auctoritas VALESIVM *in notis ad Sozomenum* defendendum induxiſſe videtur, vt huic fidem haberet; ſed vterque magis SOZOMENVM ſecutus, quam de *propria ſcientia* locutus videtur. Tradit IVSTINVS martyr mores eccleſiarum in *apolog. II.* nec improbabile eſt, eum inprimis *conſuetudinis Romanæ* rationem habuiſſe; quo ſuppoſito ad minimum IVSTINI tempore negligentia talis haud corrupit eccleſiam. Hac de cauſa TILLEMONTIVS *dans les memoires pour ſervir a l' hiſtoire eccleſ. tom. VI. P. I. p.* 372. cum BARONIO *ad ann.* 391. omnem SOZOMENO fidem in hac re derogat, celeberrimus autem BASNAGE *dans l' hiſtoire de l' egliſe lib.* I. *c.* 7. SOZOMENI aſſertionem hoc temperat modo, quod *varius* ſermonem ad populum habuerint *epiſcopi* & *presbyteri*, quod plerique eſſent græci, ſermonis latini peritia non ſatis innutriti. Enim vero vtrumque dubium nec

ab epiſcopis olim habiti,

etiam Romanis,

quod in dubium vocatur,

ſatis

satis probatum. Quin Romanæ ecclesiæ epistolas, a CYPRIANO editas, legenti constabit, eos *latinæ linguæ vsu* satis instructos nec omnes imperitos fuisse. CASSIODORI æuo forsan negligentiores in *officio prædicandi* fuere pontifices Romani, luxui dediti & otio, quod induxit ZIEGLERVM *de episc. lib. III. c.* 3. §. 9. vt crederet, CASSIODORVM forsan, qui omnia sua ex scriptis SOCRATIS, SOZOMENI & THEODORETI consarcinauit, SOZOMENVM corrupisse, & ad mores sui temporis accommodasse. Quin enim ante ipsius tempora huic officio vacauerint, dubitandi locus nullus est.

§. XCVI. Quorsum itaque te vertas, *traditio* hæc variis inuoluta est scopulis. Vt dicam, quod sentiam, primo admitto, SOZOMENVM & CASSIODORVM mores sui temporis referre, nam IVSTINI æuo Romæ etiam *præpositi* seu episcopi docebant, adeoque hæc asserta inter se non pugnant. Deinde vero obseruandum est, præter *episcopos* & *presbyteros* in ecclesiis passim fuisse *doctores*, quorum munus erat, verbum Dei tradere, concionari, docere. Episcopos enim & presbyteros ab initio non *docendi* gratia fuisse constitutos, docet PAVLVS I *Tim. V*, 17. quippe quibus alia functio concredita erat, vt in *diss. iur. eccl. ad Plin. II. & Tertull. diss. VI.* §. 41. ostendi, quamuis etiam simul *munus docendi* obire possent. Inde contingebat, vt quandoque episcopi docerent; quandoque ab hoc officio, quod iis proprium non erat, abstinerent, si donis ad docendum sufficientibus instructi non erant. Quodsi ergo vel maxime Romæ episcopi & presbyteri non docerent, *prædicationes* tamen non cessabant, sed *doctores* eas ad populum habebant. Libertas *docendi* priscis seculis insignis adhuc erat, vt *cit. l.* §. 29. obseruaui, & sic nunquam *doctores* deerant. Facit horum mentionem EVSEBIVS *lib. VII. hist. eccl. c.* 24. distinguitque *presbyteros & doctores, qui per singulos vicos fratribus prædicabant.* Etiam Alexandriæ tales fuisse, docet SOCRATES *lib. V. hist. c.* 22. aiens: *Præterea Alexandriæ quarta feria, & ea, quæ dicitur parasceue, leguntur sacræ scripturæ, easque* DOCTORES *interpretantur.* Paulo post tamen addit: *Alexandriæ presbyter non concionatur, idque ab eo tempore obseruari cœptum est, quo Arius ecclesiam perturbauit.* SOZOMENVS *cit. l.* fere idem obseruat &, *apud Alexandrinos*, ait, *solus ciuitatis Alexandrinæ episcopus concionatur*, quod intelligo in oppositione *presbyterorum;* præterea enim *doctores* etiam concionasse, SOCRATES affirmat; imo & SOZOMENVS addit, *esse hoc nouum atque insolens apud Alexandrinos.* Poterant ergo antea hoc

Sententia Sozomeni de episcopo Romano haud concionante explicatur.

Digitized by Google

munere fungi; facilius autem ab eo excludi, quod proprium eorum munus non esset *docere*. Hæc forsan ratio fuit, quod Romæ *nec episcopus nec alius quisquam*, presbyterorum scilicet, doceret in ecclesiis, sed *doctores* eo ævo vnice sacris sermonibus habendis vacarent, quamuis hoc non esset perpetuum. Desierunt tandem *doctores*, a *presbyteris* distincti, in ecclesiis, & ita factum, vt munus docendi solis *episcopis* & *presbyteris* proprium fuerit factum, quemadmodum post hæc tempora episcoporum Romanorum *homiliæ* passim occurrunt.

Episcoporum erat docendi officium dirigere, & presbyteris ius concionandi dare.

§. XCVII. Quia itaque *episcoporum* erat, *dirigere* negotia ecclesiæ, ita multo magis ordinabant ea, quæ ad *docendum* pertinebant. Ea facultas eis dabat potestatem vel *docendi*, vel *doctoribus* aliisque presbyteris habilibus hoc munus demandandi. Sine *auctoritate episcopi* nihil agebatur in ecclesia: eius iussu olim docebant, baptizabant & alia munia administrabant, presbyteri. In abusum hoc quandoque trahebant episcopi, quod indicat HIERONYMVS *ad Nepot. ep.* 2. *Pessimæ consuetudinis est, in quibusdam ecclesiis tacere presbyteros, & præsentibus episcopis non loqui, quasi aut inuideant aut non dignentur audire.* VALERIVS, postquam AVGVSTINVM ordinauerat, *potestatem prædicandi* eidem coram se tribuebat, quod vt *irregulare* quoddam factum adducitur a POSSIDIO *in vita Augustini*, aiente: *Eidem presbytero potestatem dedit*, CORAM *se in ecclesia euangelium prædicandi, ac frequentissime tractandi, contra vsum & consuetudinem ecclesiarum Africanarum. Vnde etiam ei nonnulli episcopi detrahebant; sed ille vir venerabilis ac prouidus, in orientalibus ecclesiis id ex more fieri sciens, vtilitati ecclesiæ consulens obtrectatorum non curabat linguas, dummodo facilitaretur a presbytero, quod a se episcopo impleri minime posse cernebat.* Docebant ergo *presbyteri*, dono hoc instructi: docebant etiam alii, secundum episcopi dispositionem: docebat etiam *episcopus præsens*, adeo vt in pluribus locis vitio huic verteretur, si præsens non doceret, sed alios docentes audiret, qua de causa in pluribus locis primarium eius munus in *docendo* & *concionando* positum est, vt docent ZIEGLER. *de episc. lib. III. c.* 3. ANDREAS *du* SAVSSAY *in panopl. sacerd. P.* 2. *lib.* 4. *c.* 2. *seq.* MAIMBVRG *dans l'histoire du pontificat de S. Gregoire le grand lib.* I. *ad ann.* 595. HILDEBRAND. *de veter. concion.* SIRMOND. *tom.* I. *oper. p.* 333. ANTON. MATTHAEI *lib. II. de nobilit. c.* 28.

§. XCVIII.

Digitized by Google

Seculo V. episcoporum obligatio ad prædicandum agnita.

§. XCVIII. Ipsi pontifices Romani agnouerunt seculo V. obligationem episcoporum ad prædicandum verbum diuinum, vt docet epistola COELESTINI *in concil. Ephes. anno* 431. *act. II.* perlecta apud HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 1467. *Docebat ille, qui miserat; docebat, qui dixerat, quid docerent; docebat, qui in apostolis suis se confirmat audiri. Hæc ad omnes in communi Domini sacerdotes mandatæ prædicationis cura peruenit: hereditario in hanc sollicitudinem iure constringimur, quicunque per diuersa terrarum eorum vice nomen Domini prædicamus, dum illis dicitur: ite, docete omnes gentes. Aduertere debet vestra fraternitas, quia accepimus generale mandatum: omnes etiam nos id agere voluit, qui illis sic omnibus in commune mandauit officium. Necesse est, vt competenter nostros sequamur auctores. Subeamus omnes eorum labores quibus omnes successimus in honore. Præstamus eorum diligentiam prædicatis: post quæ, monente apostolo, nullam prædicationem iubemur adiicere. Non est minor tradentis officia custodia traditorum &c.* Qui *apostolorum successores* dici voluerunt, ante omnia quoque hoc munere perfungi debuerunt, in quo etiam circa hæc tempora plures episcopi inclaruerunt.

Celebres episcopi concionatores.

Memorabili exemplo CAESARII id illustrare iuuabit, de quo AVCTOR *in vita eius lib.* I. *n.* 21. apud MABILLON. *sec.* I. *act. Benedict. p.* 667. *in f.* ita: *Docuit præterea memoriter, quam diu potuit, altaque voce semper in ecclesia prædicauit. In quo opere tam pia atque salubris eius prouisio fuit, vt cum ipse pro infirmitate iam non posset ad officium peragendum accedere, presbyteros ac diaconos imbuerit atque statuerit in ecclesia prædicare, quo facilius nullus episcoporum ab hac necessaria cunctis exhortatione cuiuscunque impossibilitatis excusatione suspenderet, hæc dicens: si verba Domini & prophetarum siue apostolorum a presbyteris & diaconibus recitentur; Ambrosii, Augustini, seu paruitatis mex aut quorumcunque sanctorum a presbyteris & diaconibus quare non recitentur? Non est seruus maior domino suo. Quibus data est auctoritas euangelium legere, credo & licitum est homilias seruorum Dei seu expositiones canonicarum scripturarum in ecclesia recitare. Ego me exuo hoc instituendo; sancti sacerdotes, qui hoc implere contempserint, causas se in die iudicii nouerint esse dicturos. Non quidem credo, quod quisquam tam obduratum sensum habeat, vt, cui Deus dicit, clamare cesser, ne ipse clamet, nec alios clamare permittat. Timeo illud: væ tacentibus de te, quoniam loquaces muti sunt. Et illud prophetæ: canes muti, non valentes latrare. Etenim quantæ oues tacente sacerdote aberrauerunt, de tantarum animabus redditurus est rationem.*

Digitized by Google

Conciliorum decreta id confirmantia.

§. XCIX. Quod ſermonibus priuatis conſtituerat cenſueratque CAESARIVS, Arelatenſis epiſcopus, id in *concilio Vaſenſi II.* cui ipſe præfuit, *anno* 529. *c.* 2. apud HARDVINVM *tom. II. concil. p.* 1106. confirmandum ſtuduit: *Hoc etiam pro ædificatione omnium eccleſiarum & pro vtilitate totius populi nobis placuit, vt non ſolum in ciuitatibus, ſed etiam in omnibus parochiis verbum faciendi daremus presbyteris poteſtatem: ita vt ſi presbyter aliqua infirmitate prohibente per ſe ipſum non potuerit praedicare, ſanctorum patrum homiliæ a diaconibus recitentur. Si enim digni ſunt diacones, quod Chriſtus in euangelio locutus eſt, legere; quare indigni iudicentur, ſanctorum patrum expoſitiones publice recitare?* Id aliis in locis quoque in vſum deductum eſſe videtur, qua de cauſa epiſcopis iunctum, vt homilias *continentes neceſſarias admonitiones* in promtu haberent, additumque in *concilio Turonenſi III. c.* 17. *anno* 813. apud HARDVIN. *tom. IV. conc. p.* 1025. & *Moguntino I. c.* 2. *de anno* 847. apud EVNDEM *tom. V. p.* 8. *vt easdem homilias quisque aperte transferre ſtuderet in ruſticam Romanam linguam aut Theotiſcam, quo facilius cuncti poſſent intelligere, quæ dicuntur.* Intellexiſſe patres *homilias patrum antiquorum*, in vernaculam transferendas exiſtimo, adeoque inde liquet, ipſos epiſcopos easdem populo prælegiſſe.

Conceſſumque, vt patrum homiliæ populo prælegerentur,

quem in finem in vernaculam transferebantur,

§. C. CAROLVS M. hunc morem approbans, PAVLI WARNEFRIDI miniſterio compilari fecit *lectiones* vnicuique feſtiuitati conuenientes, decerptas ex ſcriptis patrum, per circulum anni in eccleſia legendas, vt tradit SIGEBERTVS GEMBLACENSIS *ad ann.* 807. Facit huius collectionis mentionem HAYTO epiſcopus Baſileenſis *in capitular. ſuis c. 6. circa ann.* 821. apud HARDVIN. *tom. IV. concil. p.* 1241. vbi refert catalogum eorum, quæ ſacerdotibus neceſſaria ſint ad diſcendum, atque inter ea collocat *homilias per circulum anni dominicis diebus & ſingulis feſtiuitatibus aptas*, quas populo prælegebant, cum ipſimet concionibus habendis non eſſent idonei. Ipſum præceptum, quo CAROLVS ſparram hanc commiſit WARNEFRIDO & *collectas homilias* confirmauit, adducit MABILLON. in *annal. Bened. ad ann.* 797. *lib.* 26. *n.* 62. vbi inter alia hæc habentur: *idque opus Paulo diacono, familiari noſtro, elimandum iniunximus, ſcilicet, vt ſtudioſe catholicorum patrum dicta percurrens veluti florentiſſimis eorum pratis certos quosque floſculos legeret, & in vnum, quæque eſſent vtilia, quaſi ſertum aptaret. Qui noſtræ celſitudini deuote parere deſiderans, tractatus atque ſermones & homilias diuerſorum catholicorum patrum perlegens, & optima quaque decerpens, in duobus voluminibus per totius anni*

et collectio ex homiliis patrum iuſſu Caroli M. facta.

Digitized by Google

ni circulum congruentes cuique feſtiuitati diſtincte & absque vitiis nobis obtulit lectiones. Quorum omnium textum noſtra ſagacitate perpendentes noſtra etiam auctoritate eadem conſtabiliimus, veſtræque religioni in Chriſti eccleſiis tradimus ad legendum. Collectio hæc poſtea aucta eſt, & ex iis epiſcoporum, qui poſtea demum floruerunt, homiliis inſignem accepit acceſſionem, vt præter MABILLONIVM docet NATALIS ALEXANDER *ad ſec. VIII. c. 3. art. 9.* Præterea eodem tempore ab ALCVINO, abbate magni nominis, *homiliarium*, vt vocant, collectum eſt ex patrum ſcriptis, in eundem finem, &, vt vero ſimile eſt, eiusdem CAROLI auctoritate, vt MABILLONIVS *cit. l.* exiſtimat, quo itidem vſæ ſunt eccleſiæ in Gallia & Germania.

Alcuini homiliarium.

§. CI. Sicuti vero hæ homiliæ ſunt adparatæ ad textus euangeliorum & epiſtolarum, ita euidens eſt, has *pericopas* non demum *æuo Carolino* introductas, ſed iam ab antiquo cognitas vſitatasque fuiſſe. Sunt hæ pedetentim & ſenſim receptæ nec certus eorum auctor allegari aut probari poteſt, quod plenius euicit IO. HENRICVS THAMERVS *de orig. & dignitate pericoparum, quæ euangelia & epiſt. vulgo vocantur* c. I. Legebantur primitus in *primitiua eccleſia* certa *veteris* & *noui fœderis* capita, non fixa, ſed arbitrio epiſcoporum electa, vel etiam ad imitationem ſynagogæ veteris, iuxta ordinem in ſacris literis occurrentem. Lectione facta, præpoſitus de his, quæ lecta erant, ediſſerebat, & ad imitationem auditores excitabat, & adhortabatur, vt IVSTINVS *apol. II.* teſtis eſt. Magis ergo erant *exhortationes* piæ & practicæ, quam diffuſæ orationes. Non figurarum tumore & ſententiarum vaniſſimo ſtrepitu, quippe quo nihil proficitur, ſed *ſimplici doctrina*; non mellitis verborum globulis, ſed *ſpiritu* & *demonſtratione efficaci* more apoſtolico populum erudiebant, idque vnice agebant, vt non *declamatores*, ſed *euangeliſtæ* viderentur.

Euangeliorum & epiſtolarum pericoparum origo.

Conciones veterum nudæ exhortationes.

§. CII. Verum mox ſcena mutata eſt. *Floſculis oratoriis* & *turgidis ſermonibus* concionatores vti cœperunt, vt laudis eximiæ gloria præ ceteris eminerent. In tantum hæc ventoſa loquacitas ſenſus ipſos auditorum ferire ſueuit, vt a *plauſu* media in concione non abſtinerent. Id vitium iam notauit HIERONYMVS in *libr. de vita cleric. ad Nepot.* *Et ne quæras*, ait, *puerile declamationes, ſententiarum floſculos, verborum tirocinia, & per fines capitulorum ſingulorum aucta quædam breuiterque concluſa, quæ plauſus & clamores excitent audientium.* Egregio vero ſimul exemplo docet, quam inanis & ſine iu-

In concionibus varia irrepſere vitia, & plauſus,

Digitized by Google

dicio ſæpe ab imperita plebe plauſus moti fuerint. *Docente te*, ait, *non clamor populi ſed gemitus ſuſcitetur - - Verba voluere & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem ſui facere, indoctorum hominum eſt. Attrita frons interpretatur ſæpe, quod neſcit, & cum aliis perſuaſerit, ſibi quoque vſurpat ſcientiam. Praceptor quondam meus Nazianzenus rogatus a me, vt exponeret, quid ſibi vellet in Luca ſabbathum δευτεροπρωτον, eleganter luſit, docebo te, inquiens, ſuper hac re in eccleſia: in qua mihi omni populo acclamante cogeris inuitus ſcire, quod neſcis. Aut certe ſi ſolus tacueris, ſolus ab omnibus ſtultitiæ condemnaberis.* Conf. FERRARIVS *de vet. acclam. & plauſ. lib. V. c. 4.*

clamores, Quamuis vero merito a patribus hi *inconditi clamores* reprobati, & tandem ab eccleſia eliminati fuerint, non tamen *ſolers* illa & *ambitioſa eloquentia* depoſita, ſed potius propagata, in *oriente* magis quam *occidente*, quæ tamen parum proficit, nec intimos animi receſſus ſpiritualiter ferit.

aniles fabulæ. §. CIII. Hi ſimilesque nævi, qui in concionibus committi ſolent, anſam dederunt, vt leges de *concionibus* ſcriberentur, & vitiis emergentibus obex poneretur. Quæ ineptiæ concionatorum, maxime *Franciſcanorum* & *Dominicanorum*, tempore reformationis fuerint, noto notius eſt, qui non CHRISTVM, non *dogmata diuina*, ſed *aniles fabulas*, ſanctorum putatiua miracula, laudes diuorum, ſimiliaque tradebant. Ipſe ERASMVS *in colloquio*, *concionis* nomine inſignito, admodum horum hominum ineptias perſtrinxit, nec diffitetur, huic generi hominum *expedire, in populo Chriſtiano ſuperſtitionis eſſe quam plurimum, pietatis quam minimum.* Agnouit eccleſia Romana quoque, conciones reformatione inſigni indigere, vt oſtendit SECKENDORFF *in hiſtor. Lutheran. lib. III. ſect.* 16. §. 59. *n.* 6. Inſignem hæc ieiuna concionandi ratio produxit ruditatem in plebe, cui non tantum ſacrarum literarum lectio interdicta, ſed etiam per ineptiam concionatorum omnis præcluſa via in penitiorem penetrandi cognitionem diuinarum veritatum. Prima inde cura reformatorum & proteſtantium fuit, vt huic defectui medicina quæreretur. Sacra ſcriptura ſingulis communicata: verbum Dei magna cum cura traditum: conciones multiplicatæ, nihilque omiſſum, quod ad eruDiendam rudem plebem facere poſſet.

Reformatorum cura in his vitiis emendandis.

Inde quotidianæ conciones natæ, quæ tamen magis reſtringendæ.

§. CIV. Hæc ſine dubio vera ratio eſt, quod adhuc hodie *quotidianæ conciones* in plurimis locis habeantur, vt fere vileſcant. Crederem, reſtringendam eſſe, hodie magis concionum multitudinem quam ampliandam, poſtquam per Dei gratiam verbi diuini theſau-

Digitized by Google

ſaurus tam late diffuſus eſt, vt *quotidianis concionibus*, cui rari interſunt, non indigeamus. Olim *ſolis die* tantum *exhortationes* ad populum fiebant: interim alii cœtus laudibus diuinis & precibus perſonabant, quod merito in imitationem trahendum. Magis expedit *pios* quam *eruditos* facere homines; imo & præcauendum eſt, ne cultus diuinus in *ſcholas publicas* degeneret. Habeantur quotidie *horæ precatoriæ*, antiquis etiam Chriſtianis vſitatæ: excitetur hoc modo deuotio populi per preces, per hymnos, per lectionem ſcripturæ S. cui vel binis verbis adiici poſſet adhortatio: ita meo iudicio magis profecerit res Chriſtiana, quam per *quotidianas conciones*, quibus ipſimet paſtores nimium fatigantur. Hunc ſcopum antiquitus habuere *horæ canonicæ*, vt *lib. III. tit.* 1. §. 93. obſeruaui, quibus plebs intererat, & deuotionem ſuam alebat, quæque merito commendandæ eſſent, niſi in abuſum notorium degeneraſſent, vt magis ſint *opus operatum*, quam *deuotio*.

Magis commendandæ horæ precatoriæ.

§. CV. Sicuti vero prima cura proteſtantium fuit, ceu dixi, vt puriori doctrina imbueretur populus, defectus autem concionatorum idoneorum haud leuis eſſet, (I) concinnatæ in quibusdam locis ſunt conciones, populo prælegendæ ad exemplum CAROLI M. *homiliaria* confici curantis. Formulas tales per ANDREAM OSIANDRVM in vſum Marchiæ confici fecit IOACHIMVS, elector Brandenburgicus, easque in eccleſiis prælegendas iuſſit ſub titulo: Catechiſmus oder Kinder-Predigt, wie die in dem Churfürſtenthum der Marcken zu Brandenburg allenthalben geprediget werden *anno* 1542. Variæ eo tempore prodierunt *homiliæ*, quarum numerus vsque ad noſtra tempora auctus eſt, quas *poſtillas* vocant, quasque in ſuos vſus imperitiores etiam hodie conuertere ſolent, quod non abſolute improbandum eſt. Expedit enim, vt aliorum cogitata ſalutaria ſua faciant paſtores ieiuni, quam vt ex proprio ingenio inepta & minus ſalutaria proferant.

Tempore reformationis formulæ concionum confectæ populo prælegendæ.

§. CVI. Equidem (II) ne ieiuni admittantur, talesque, qui ſolis inequitant poſtillis, legibus eccleſiaſticis cautum eſt, vt, antequam officio ſacro admoueantur candidati, concionem δεκιμαστικὴν ad populum, præſente *ſuperintendente* vel *inſpectore*, habeant, de qua tit. *de iure patron.* §. 77. *ſqq.* quædam tacta ſunt, ſpeciatim autem in *diſſ.* ſub præſ. D. IO. GODOFREDI KRAVSII *Prof. Witteberg. de concione docimaſtica* actum eſt. Non aliter olim adminiſerunt in clerum quempiam Chriſtiani, quam *diuturna probatione* dignus officio S. repertus fuiſſet. Hodie

Ea de cauſa quoque conciones docimaſticæ fieri ſolent.

Digitized by Google

Hodie tria potiſſimum præmitti ſolent: 1) *examen*: 2) inquiſitio in *vitam & mores*: vid. *tit. de ſcrutin. in ordin. fac.* 3) *concio docimaſtica*, quæ *vocationem* imo & *præſentationem* antecedere, & auctoritate patroni & ſuperintendentis ſuſcipi debet. Quis vero ignorat, tales concionnes non raro ab aliis elaborari & pro quæſtu venales haberi ſolere, quamuis hoc ipſo candidatus admodum ſe eccleſiamque decipiat? Ex quo concludo, non adeo in dubium argumentum ex *concione* hac *docimaſtica* pro *idoneitate candidati* trahi poſſe. Ceterum ſi paſtoris cuiusdam dona omnibus nota: ſi ex vna ad aliam eiusdem loci eccleſiam transferendus: ſi conſtans eccleſiæ vocantis deſiderium ad *translationem* directum, ſuperflua non tantum hæc concio habenda, ſed præterea ex ſana legum eccleſiaſticarum interpretatione ſtatuendum, concionis huius habendæ neceſſitatem tali non eſſe imponendam, cum de *habilitate* eius non amplius dubitandum ſit, quæ in eo loco omnibus ſatis probata & nota eſt. Denique & illud a vero harum concionum ſcopo recedit, quod eo tempore in quibusdam locis haberi ſoleant, vbi non amplius repelli poteſt, ſed iam vocatus & confirmatus eſt nouus paſtor, quia hoc modo in nudam degenerat ceremoniam.

Determinatus in legibus eccleſiaſticis ordo in concionibus ſeruandus.

§. CVII. Solet vero præterea (III) in *ordinationibus eccleſiaſticis* ſollicite determinari, quid in concionibus *obſeruari*, quid *præcaueri* debeat? Ad *illa* pertinet 1) *iuſtus ordo*; non nimis tamen affectatus: 2) *perſpicuitas*: 3) *doctrina ſolida*, quæ ad emendationem vitæ & morum facit, quam ſingulariter commendat *ord. eccleſ. Vinar. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 2. vbi paſtoribus iniungitur, daß ſie die Lehre der Buſſe, Glaube und Liebe zuförderſt treiben ſollen. 4) *Simplicitas* pro captu ſcilicet auditorum, quam rurſus commendat *ord. cit. n.* 8. 5) *Iuſta menſura*. Ad hæc referri debent infiniti næui, qui in concionibus vulgo committi ſolent. Notant vero ordinationes ſequentes: (1) ſi conflatæ ſunt ex hiſtoriis, philoſophorum dictis & canticis vulgaribus. vid. *Guelpherbyt. ord. P.* 1. *c.* 4. §. 1. (2) ſi inflatæ rhethoricis amplificationibus & tautologiis, vel ſi magis ſunt *declamationes mortuæ*, quam *conciones viuidæ*: (3) aut ſubtilibus refertæ quæſtionibus vel inutilibus: (4) geſticulationes nimiæ: (5) nimia vehementia, & quæ ſunt alia vitia, quæ referre nimis longum foret. Illud vero magnopere mirandum, quod in *Vinarienſi cit. l. n.* 5. concionantibus iniunctum, vt ſimpliciter *verſioni Lutheri* inhæreant: Bevorab aber ſollen ſie ſich allerdings enthalten, den ebräiſchen oder griechiſchen Text anders, denn ihn

Vitia concionum vulgaria.

Herr

Digitized by Google

Herr Lutherus Christlicher Gedächtniß mit grossem Fleiß und Nutz der Kirchen in die teutsche Sprache versetzet, (wo nicht sonderbahre emphases obhanden) zu verdolmetschen. Nunquam LVTHERVS eam suæ versioni attribuit *infallibilitatis* speciem, vt ab ea recedi non posset, si planior interpretatio ostendi poterit. Ecclesiæ Romanæ hoc vitio damus, quod *vulgatæ* in decisionibus & controuersiis attribuerint *vim authenticam*, nec tamen a simili instituto abstinemus. Equidem scandalum inde metuendum esse censent theologi seruilis ingenii, quod imaginarium & cerebrinum est, nec nisi ab iis profectum, qui *auctoritatis præiudicio* nullam literam in versione LVTHERI superfluam, incommodam aut erroneam agnoscunt.

§. CVIII. Inprimis vero solent (IV) in eo pastores peccare, vt conciones vltra tempus præstitutum trahant, & in causa sint, vt cetera cultus diuini capita, præcipiti cursu, absolui debeant, quibus potior temporis pars impendenda foret. Conciones, vt iam antea obseruaui, magis deberent esse *admonitiones*, quam *lectiones scholasticæ*, in quas vbi degenerant, prolixiorem ambitum desiderant, & facile a scopo suo aberrant. Obseruatum id in *ordin. eccl. Gualpherb. cit. l* §. 2. Weil auch die Erfahrung bezeuget, daß durch die lange und weitläufftige Predigten die Erbauung der Christlichen Gemeine mehr gehindert als befördert, der übrige Gottesdienst auch dadurch aufgehalten wird, und die Gemeine leicht in der Andacht verdrossen werden kan: so sollen die Prediger ihre Predigten so concipiren und einrichten, daß dieselbe nebst dem gemeinen Kirchen-Gebet innerhalb drey Viertel-Stunden, oder zum allerlängsten in einer Stunde abgehandelt werden können; die Wochen-Predigten aber sollen mit dem Gebete und völligem Gottesdienste in einer Stunde gäntzlich absoluiret werden, damit niemand zu lang von seinem Beruff und Arbeit abgehalten werde. In *ordin eccl. Magd. c.* 17. §. 11. idem fere cautum: Mit langen Predigten soll das Volck nicht aufgehalten, sondern dieselben also angestellet werden, daß sie ausser denen Gebeten am Sonn- Fest- und Feyer-Tagen auf drey Viertheil-Stunden, am Werck-Tage aber auf eine halbe Stunde und darüber sich nicht erstrecken. Quia vero hæc dispositio per plures annos fere obliuioni demandata erat, ante aliquot annos per noua *edicta arctiora*, in *calce huius tomi sub N. II.* adiecta, sanctio antiqua reperita, ad *horæ* spatium tamen extensa, quamuis ne sic quidem vbique agnita a pastoribus.

Conciones vltra tempus præstitutum non trahendæ.

Digitized by Google

Quæ leges tamen ob varias cauſas negliguntur.

§. CIX. Cauſæ, quod tales leges, tempus concionibus præſcribentes, ſusque deque habeantur, ſunt variæ, quarum quasdam indicabo. Prima eſt, quod contra harum legum violatores nunquam fiat executio, quod cum ſciant, impune peccant. Credunt, hanc *legem* eſſe *imperfectam*, *conſilium*, *monitum*, cuius obligatio ſuo ſubiecta ſit arbitrio. Altera eſt, quod plures perſuaſiſſimum habeant, vnicum fere cultus diuini momentum in *concionibus* eſſe collocandum, adeoque eis limites non poſſe conſtitui, ſed abundantiam earum potius in ſacris inculcari. *Col. III*, 16. Tertia eſt, quod prolixæ conciones ipſo apoſtolico exemplo legitimari poſſint *Act. XX*, 17. Vltima denique, quod moraliter impoſſibile eſſe videatur, concionatorum meditationes præciſe ad breue ſpatium reſtringere, quæ pro dignitate materiæ, quam tractare ſuſceperunt, quandoque duplum temporis ſpatium deſiderat. Audiamus vero BRVNNEMANNVM, ICtum ſane pietatis eximiæ *lib. II. iur. eccl. c.* I. *m.* I. §. II. *Sane ſi inutiles digreſſiones atque alia ad ædificationem parum facientia omitterentur, intra horulæ ſpatium multa dici poſſent, ſi paſtores non gloriam ſuam ſed Chriſti reſpicerent ex aſſe.* Dixi iam ſupra, inſignem abuſum plerarumque eccleſiarum eſſe, quod pauciſſimi intereſſe ſoleant *celebrationi S. cœnæ*, ſed mox finita concione diſcedant, cuius ratio fere vnice quærenda in concionum prolixitate. Non omnium paſtorum dona ſunt æqualia, nec omnes eandem attentionem in auditoribus ſuis excitare poſſunt, & qui ſingularibus donis inſtructi ſunt, eo facilius conciones ſuas ita componere poſſunt, ne cetera ſacra derelinquantur.

Speneri iudicium.

§. CX. Sed ne *auctoritas theologica* deſit, adferam ſententiam B. SPENERI *in vol. vlt. conſ. theol. Germ. c. II. art. 4. ſect. 3. p.* 475. Ob wol kein gewiſſes Maaß der Predigten, wie lang ſolche währen ſollen, von GOtt geſetzet, ja auch nicht ſchlechterdings und insgemein geſetzet werden kan, das nicht immer dieſe und jene exception billig leiden ſolte: ſo hat man doch, um die Andacht der Leute mit langem Aufhalten nicht ſelbſt zu ermüden, auch darin auf ihre Gelegenheit und gemachte Ordnungen, ſo viel geſchehen kan, zu ſehen. So kan das nothwendige kürtzer gefaſt, mehr eindringen und Frucht ſchaffen als eine alzulange Predigt, darin die Zuhörer bereits verdroſſen werden, wann es gegen das Ende ſonderlich an Dinge kommt, da die meiſte Aufmerckſamkeit nöthig wäre. Die Predigten aber ohne Nachtheil der Haupt-Materie etwas abzukürtzen, mag dienlich ſeyn, die exordia, und wo man Leute vor ſich hat, die nicht ſtudiret haben, alles, was die erudition angehet, oder

Digitized by Google

oder ihren Begriff übersteiget, auszulassen, und sich bloß bey den Dingen zu halten, die denselben zur Lehr, Vermahnung und Trost nöthig sind. Sunt adhuc alia vitia per leges in concionibus prohibita, quæ magis *delictorum* in censum veniunt, & ad *lib. V.* reseruanda sunt.

TITVLVS XLII.
DE
BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

§. I.

Ordo huius doctrinæ.

IPsa tituli inscriptio ostendit, duas potissimum res hic illustrandas esse, *baptismum* in se consideratum & eius *effectum* tum *ecclesiasticum*, tum *ciuilem*; adiunxi quoque tertium caput de *confirmati ne*, tanquam *baptismi accessorium*, cum seorsim de eo in decretalibus non agatur, quod mirandum est, cum tamen eidem locum separatum inter septem sacramenta concedant. In *parte* huius thematis *prima* plura occurrunt, ordine consideranda, sed per *ius canonicum* dispersa, qualia sunt 1) de iure baptizandi: 2) de baptizandis: 3) de substantialibus: 4) de ritibus variis: speciatim 5 de nominis impositione: 6) de exorcismo: 7) de alba veste: 8) de patrinis: 9) de pecunia lustrica: 10) de conuiuiis baptismalibus &c.

Partis primæ capita.

§. II. De origine baptismi iam edisserui *dissert. X. iur. eccles. ad Plin. II. & Tertull.* ostendique, eundem iam apud Israëlitas cognitum, & *initiationis* fuisse sacramentum, quod etiam ex professo docuit theologus quondam Ienensis celeberrimus B. DANZ. *de antiquit. baptismi initiationis Israëlitarum vindicata.* Christianorum baptismus itidem *initiationis* sacramentum, sed maioris & diuinioris efficaciæ est, cuius sacra interna hic non tangam. Circa *externa*, quæ leges ecclesiasticæ & mores determinant, nunc quidem occupatus ero. Ius *dandi baptismum* olim liberum erat, nemini negatum, vt testis est HILARIVS *in comm. ad Eph. IV.* Rebus ecclesiæ bene ordinatis, iis hoc ius attributum,

De origine baptismi.

Ius dandi baptismum olim liberum fuit,

Digitized by Google

mox clero tantum adscriptum.

quibus *directio* negotiorum ecclesiasticorum concredita, h. e. *episcopis & presbyteris*, non propter *sacerdotium*, sed *directionem*. Ait TERTVLLIANVS *de baptism. c.* 17. *Dandi* baptismum *ius habet summus sacerdos, qui est episcopus, dehinc presbyteri & diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate.* Dirigebat omnia *episcopus*, eius auctoritate & iussu presbyteri & diaconi sacra faciebant, vt modo de *iure conciones habendi* dictum.

Diaconi etiam admissi.

Facilius eo tempore admissi sunt diaconi ex *episcopi auctoritate*: difficilius postea, & non aliter, quam *necessitate* suadente, *c.* 13. *D.* 93. *c.* 19. *de consecr. D.* 4. quod ius hoc suo modo *sacerdotio* vindicatum fuerit, quo

Praxis ecclesiarum protestantium.

destituuntur *diaconi*. Diuersa est ecclesiarum nostrarum conditio, quæ quibuslibet ecclesiæ ministris hoc ius vindicat propter *ministerium ecclesiasticum*, quo etiam gaudent *diaconi*, *archidiaconi* & *subdiaconi*. Imo hi in quibusdam ecclesiis tantum baptizant, non *pastor ordinarius*, nisi speciatim ad hoc requisitus fuerit negotium.

Pietas in baptizante non desideratur, sed fides in baptizato.

§. III. Quia vero efficacia baptismi dependet a fide *recipientis*, *c.* 54. *C.* 1. *q.* 1. non *dantis*, parum refert, qua fide & pietate id peragat minister ecclesiæ, cum *spiritus Dei subministret gratiam baptismi*, non baptizans, *c.* 59. *C.* 1. *q.* 1. & Dei munus sit, non ministri ecclesiæ. *c.* 25. *de consecr. D.* 4. Inde æque efficax est baptismus, qui per *malum* quam qui per *bonum* ministrum datur. *c.* 26. 27. 39. 41. 50. *de cons. D.* 4.

An intentio ministri ecclesiæ?

Quid igitur est, quod ad efficaciam sacramentorum *intentionem ministri* administrandi hoc sacramentum, seu faciendi illud, quod facit ecclesia, desiderent patres Tridentini *sess. VII. c.* 11.? Id eatenus admitti potest, vt excludamus *actum iocosum*, quando nec *recipiens* baptizari desiderat, nec *dans* illud intendit, interim tamen per *iocum impium* & *sceleratum* actus baptismi peragitur, id quod pro *rebaptizatione* quidem haberi nequit, a *blasphemia* tamen non adeo alienum, adeoque arbitrarie puniendum, CARPZOVIO iudice *in prax. crim. qu.* 45. *n.* 96. *sqq.* & *P.* 4. *C.* 1. *def.* 10. *n.* 2 & 5. Neutiquam vero id ita intelligi potest, (id quod tamen intendere videntur ecclesiæ Romanæ doctores) vt si de desiderio, *intentione* & fide eius, qui baptizari cupit, constat, si hic baptismum anxie & sollicite quærit, ad *intentionem ministri* ecclesiæ amplius respiciendum sit, quia, vt dictum, efficacia baptismi dependet ex *fide recipientis*. Nemo de collato sibi baptismo certus esse posset, si huius substantia ab *intentione ministrantis* penderet, quippe quæ in oculos non incurrit, sed ab actu externo prorsus aliena esse potest. Equidem id non præsumendum esse aiunt, quin potius credendum, baptizantem id re vera intendisse, quod egit. Enim vero in rebus

Digitized by Google

rebus ad ſalutem neceſſariis non nudis inſiſtendum præſumtionibus: *mediorum certitudo* omnino deſideratur, adeoque quilibet certus eſſe debet, ſe eſſe baptizatum, quæ certitudo tamen deeſt, ſi *intentio baptizantis* baptiſmum conſtituit. Rectius ſane pontifex in *c.* 89. C. I. *q.* 1. philoſophatur: *Non nocet malitia epiſcopi neque ad baptiſmum infantis, neque ad eccleſiæ conſecrationem, quia baptiſma a Deo datur, non ab homine venit*, & ita fruſtra ad eius *intentionem* reſpicitur. Conf. *c.* 46. & 77. C. I. *q.* I. INNOCENTIVS IV. *in comm. ad c.* 2. *X. h. t. n.* 8. etiam intentionem qui- Sententia In-
dem in baptizante deſiderat; ſed eo ſenſu, quem §. *antec.* ſuppeditaui. nocentii IV.
Ait: *Nota, quod ad hoc, quod aliquis baptizatus ſit, neceſſarium eſt, quod baptizans intendat baptizare, non tantum balneare aut carnes lauare; nec tamen videtur neceſſe, quod ad effectum baptiſmi, quod ſciat, quid ſit baptiſmus, ſcilicet quod ibi infundatur gratia, vel quod ſit ſacramentum, nec etiam oportet, quod credat hoc ipſum; imo etſi contrarium credit, totum reputat truffam & deceptionem, tamen baptiſmus ſuum habet effectum. Item non eſt neceſſe, quod baptizans ſciat, quid ſit eccleſia, quia baptizatus, vel vnde ſit, nec quod gerat in mente facere, quod facit eccleſia; imo ſi contrarium gereret in mente, ſcilicet non facere quod facit eccleſia, ſed tamen facit, quia formam ſeruat, nihilominus baptizatus eſt, dummodo baptizare intendat. Vnde ſi aliquis in caſu neceſſitatis conſtitutus vel etiam ſine neceſſitate vadat ad Saracenum & dicat: baptiza me, & doceat eum formam, & ille Saracenus baptizet, non credens per immerſionem aliquid aliud fieri, niſi madefactionem, & non intendat eum baptizare, vel etiam madefacere ſecundum intentionem petentis baptiſmum, i. e. vt baptiſmus operetur quicquid operari poteſt, & ipſe baptizans tanquam miniſter conferat, quod alii baptizantes conferunt, licet non credat, ipſum poſſe aliquid operari, vere baptizatus eſt; ſed ſi hoc non intenderet, non baptizaret*, forſan quod *iocoſe* & *per ludibrium* rem perageret. Reſpexit INNOCENTIVS IV. ad *c.* 23. 24 31. & 52. *de conſecr. D.* 4. quibus aſſeritur, baptiſmum a pagano vel iudæo collatum, eſſe verum baptiſma, ſi quis baptizari *fide* deſiderauerit, & forma baptiſmi ſeruata fuerit, in quo tamen *intentio* faciendi illud, quod facere intendit eccleſia, nunquam concipi poteſt, quippe qui potius contrarium ſentit, reputat & credit.

§. IV. Videlicet in *caſu neceſſitatis* etiam baptizare poſſunt *laici*, quod vocant die Noth-Tauffe, ſi forte infantes morti vicini credun- In caſu neceſ-
tur, & parochus ordinarius ſtatim haberi non poteſt, vel alias deficit, ſitatis quilibet
c. 21. 36. *de conſecr. D.* 4. vt nec *mulieres* excludantur; quamuis enim in ius dandi baptiſmum habet,

c. 20. *eod.* eis hoc interdictum videatur, id tamen intelligi debet, ne in *conuentu* vel *cœtu* publico hoc perficiant, seu vbi *ecclesia* non deest, & ita *casus necessitatis* deficit. Vt plurimum *obstetrices* talem baptismum peragunt, quæ ea de causa *publica* constituuntur *auctoritate*, & a superintendente vel inspectore examinantur, vt sancitum est in *Vinar. ord. eccl. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 4. Sollen dieselbe vor ihrer Annehmung die Superintendenten oder Pfarrer iedes Orts, wie die Noth-Tauffe auf begebenden Fall zu verrichten, und wessen sie sich sonst in ihrem Amt zu verhalten, unterweisen, zu solchem Dienst auch solche Personen genommen und bestellet werden, welche dazu geschickt, auch sonst eines Christlichen, Gottseligen und mäßigen Lebens, bey der Gemeinde ein gut Zeugnis haben. Hac de causa quoque iis præscribitur forma officii, super qua constringendæ sunt iuramento solenni. Quodsi infanti ita baptizato Deus vitam concedat, *confirmatio* ab ordinario pastore precibus interuenientibus fieri & subiungi solet, cuius forma in plerisque *ordinat. eccles.* præscribitur. vid. *Guelpherbyt. lib. II. c.* 10. *Argentorat. p* 165. *Vinar. lib. I. c.* 14. *Coburg. lib. I. c.* 14. &c In ecclesia Romana postea presbyter supplere illa solet, quæ alias circa baptismum ex ritu veteri obseruare solent, veluti vnctionem, pabulum salis &c. vid. *concil. Salzburg. de anno* 1420. apud HARDVINVM *tom. VIII. concil. p.* 971. *Claromont de ann.* 1268. apud EVND. *tom. VII. p.* 591. *Nemausanum de anno* 1284. apud EVNDEM *cit. l. p.* 905.

etiam obstetrices.

Parochi regulariter tantum ius dandi baptismum habent.

§. V. Sed non indistincte quilibet *ministri ecclesiæ* baptizant, sed regulariter tantum *proprii* seu *parochi*, quia dare baptismum inter *actus parochiales* relatum, de qua iam egi *iniure paroch. sect. IV. c.* I. §. 27. *seq.* Sicuti vero diuersæ religionis coniuges pro *parochianis* proprie non habentur, ita (I) si in vicinia suæ religionis sacra deprehendunt, pastori illius loci infantem recens natum offerre possunt, vt declaraui *cit. l.* §. 29. non item (II) presbyteris, monasteriis catholicis præfectis, in ditionibus protestantium, qui anno 1624. actus parochiales in ecclesia conuentuali non exercuere, vt supra *p.* 379. §. 39. & 459. §. 77. iam obseruaui, quia monasteria contra statum anni 1624. exercitium religionis suæ augere non possunt. (III) In defectu *pastoris vicini* eiusdem religionis, *parochus* illius loci *ordinarius* dat baptismum, nec diuersitas religionis attenditur, cum in *substantialibus* baptismi tres religiones in imperio Romano receptæ non discrepent. (IV) Si coniuges sunt diuersæ religionis, ad parochum *patris* primario est respiciendum, nisi pactis dotalibus aliud cautum fuerit conuentumque, vt filiæ in *matris reli-*

Quid si subditi sint diuersæ religionis?

Si coniuges sint diuersæ religionis, parochus

Digitized by Google

religione educentur. Etenim inter potiora *educationis* capita etiam *inſtitutio liberorum in religione* referenda, cuius *initiatio* per baptiſmum fit, & quia patri *primaria* eius *cura* incumbit, *ſecundaria* matri, merito hic præferendus eſt, niſi aliud per pactum placuerit; poteſt enim maritus ſuo iuri in fauorem vxoris renunciare, & ei indulgere, vt in eius religionis ſacris educentur infantes. In quacunque ergo religione educandi ſunt liberi, a paſtore quoque, ſacris eius addicto, per lauacrum initiandi, cum per *baptiſmum* regulariter conſortio illius eccleſiæ infans agglutinetur, in cuius confeſſione educandus eſt. Qua de cauſa, cum in imperio Romano-Germanico per *pacem Osnabrugenſem art. V.* §. 34. 36. 37. &c. libertas religionis ſingulis ſubditis indulta ſit, per leges publicas quoque patribus iniungi nequit, vt liberos ſuos in diuerſa religione educent, & per *baptiſmum* eidem ſubdentur, ne alioquin *per indirectum* libertati religionis, quæ etiam *educationem liberorum* comprehendit, officiatur. reſpectu mariti baptizat infantem.

§. VI. Hiſce tamen non obſtantibus *acta publica* docent, contra hæc manifeſta iura *in Palatinatu* plura innouata fuiſſe. Etenim *anno* 1700. per reſcriptum ad inſtantiam patrum ſocietatis Ieſu conſtitutum, & quidem prætextu *art. IV. pacis Ryswicenſis*, daß auch, wo nur eins unter den Eheleuten catholiſch, nicht allein von den Catholiſchen copuliret, ſondern auch alle aus ſolcher Ehe erzeugte Kinder catholiſch getauffet und erzogen werden ſollen. Vid. ANTON. FABER in der Staats-Cantzley *tom. V. p.* 85. *& p.* 69. Simile fere quid iam olim patres *Toletani concil. III. c.* 14. *de ann.* 589. apud HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 481. conſtituerunt, iubentes, vt infantes ex coniugio inter iudæum & chriſtianam inito *ad baptiſmum aſſumantur*, ſcilicet inuito patre, quo ipſo rurſus iura patris legitima violata ſunt. Sed reuertor ad Palatinatum, in quo tandem æquitate motus elector Palatinus ſereniſſimus hos motus a Ieſuitis excitatos lege publica anno 1705. compoſuit ſtatuitque: In matrimoniis mixtis ſtehet den Eltern frey, ihre Kinder in der Religion tauffen zu laſſen und zu erziehen, wie es die Ehe-Gerichts-Ordnungs-mäßige Ehe-pacta, oder ihre ſtante matrimonio beſchehene authentiſche Abreden mit ſich bringen. Wo aber weder Ehepacta noch dergleichen Abrede, ſo viel dieſen Punct angehet, befindlich, da folgen die Kinder dem capiti familiæ, iedoch bleibet denen Kindern, wie obgedacht, die vollkommene Gewiſſens-Freyheit, wenn ſie ad annos diſcretionis kommen, auch dem letztlebenden Vater oder Mutter bevor, Nihilominus hic ſæpe peccatur contra Inſtrum. pacis.

Digitized by Google

bevor, die Kinder nach Belieben in ihrer Religion zu erziehen. v. faber in der Staats-Canzley, *tom. X. p.* 805.

Infantes recte baptizantur.

§. VII. Pergo ad *baptizandos*, qui vel *infantes* sunt vel *adulti*. *Paruulorum* baptismum eiusque necessitatem variis locis inculcat ius canonicum, quod pie creditque credendum sit, prodesse paruulo fidem eorum, a quibus consecrandus offertur. *c.* 7 8. 74. 76. 129. 130. 138. *sq. de consecr. D.* 4. Hac de causa etiam paruuli baptizati inter *credentes* reputantur, per *sacramenti virtutem* & *offerentium responsionem. c.* 8. *eod.* Protestantes eandem agnoscunt necessitatem, & eam ob rem in *ordinat. eccles.* constituerunt, ne pædo-baptismus a parentibus diu differatur, sed infantes mox per lauacrum regenerationis saluatori adducantur. vid. *ord. Luneb. de anno* 1631. *c.* 8 §. 73 In *Guelpherbyt. P.* 1 *c.* 8 §. 3. hac de re ita cautum: Niemand, er sey, wer er wolle, soll sein Kind ein oder mehr Wochen ungetaufft liegen lassen, sondern wenigstens innerhalb 3. oder 4. Tagen nach der Geburth zur Tauffe schicken, bey Vermeidung der in der publicirten Tauf-Ordnung enthaltenen Straffe. Idem statutum in *Magdeburg. c. III.* §. 14. & fere in omnibus alus. Quin etiam in R. I. de *anno* 1529 §. 6. idem inculcatum: daß ein jeder seine Kinder nach Christlicher Ordnung, Herkommen und Gebrauch, in der Jugend tauffen lassen solle &c. Tempora, intra quæ baptismus infantibus dandus, olim admodum variarunt. In *capit. Carol. M.* 19. *de anno* 789. apud baluz. *tom. I. capit. p.* 253. cautum, vt *intra annum* baptizentur, alias nobiles CXX. solidos, ingenui LX. liti XXX. solidos fisco componere iubentur. Legibus ina XXX. dies sub pœna ter denorum solidorum *anno* 692. sunt constituti, apud hardvin. *tom. III. concil. p.* 1783. *c.* 2. Hodie intra paucos a natiuitate dies mox baptizari iubentur infantes.

Hinc parentes christiani cogi possunt, vt infantes baptismo offerant.

§. VIII. Hoc posito, (1) expeditum est, parentes, religioni in Instrumento pacis approbatæ addictos, cogi, vt suos infantes baptismo offerebant, imo recusantibus eos iussu consistorii aufferri & *ex officio* baptizari posse. Contingere scilicet potest, vt parentibus scrupulus de *pædo-baptismo* motus, & tandem ita obfirmatus fuerit, vt firmiter credant, infantum lauacrum in S. scriptura non esse fundatum. Hac de causa infantes suos nolunt quidam baptismo offerre, ad quod tamen lege ecclesiastica tenentur. Etenim quamdiu Augustanæ confessioni adhuc adhærere, & consortes ecclesiæ nostræ esse cupiunt, legibus quoque eius viuere tenentur, quæ districte infantum baptismum iniungunt. Renunciare quidem confessioni nostræ & societati ecclesia-

Digitized by Google

ſiaſticæ non prohibentur, & *anabaptiſtarum* ritus amplecti, quo facto amplius cogi nequeunt; vt tamen emigrent, iis iniungi poteſt, quod dominus territorii præter tres approbatus religiones nullas alias in ſuo territorio tolerare haud ſit obſtrictus. Quamdiu autem eccleſiam non deſerunt, manent membra eius & legibus eius obligantur. Interim hoc moderamine vtendum arbitror, ne inuitus *abſolute* cogatur contra *conſcientiam erroneam* offerre infantem baptiſmo, id quod ſine vi conſcientiæ illata fieri non poſſet; ſed vt ante omnia ſedulo admoneatur, & ſi monita haud admiſerit, infans ipſi auferatur, & conſueto more immerſus ac baptizatus patri r[illegible]. Ita ſatisfit legibus eccleſiaſticis, nec *erranti conſcientiæ* vis inf[illegible], quod præcauendum eſt.

§. IX. Diuerſa eſt (II) ratio *infantum Iudæorum*, qui parentibus adimi & baptizari nequeunt, quia illi ſocietati eccleſiaſticæ haud adſcripti ſunt, & ita legibus eius non tenentur, vt ſupra *p.* 261. *ſqq.* contra ZASIVM plenius oſtendi. Eiusdem quoque ſententiæ fuit B. SPENERVS *tom.* I. *conſ. theol. Germ. c. II. art. V. ſect.* 4. idque etiam recte ad eum extendit caſum, ſi pater Iudæus ſpem ſuæ conuerſionis fecit; neque enim, antequam eam in actum deducat, eo in ſtatu membrum eccleſiæ eſſe cœpit, aut eo ipſo prorſus ſe legibus eccleſiaſticis ſubiecit, cum talis nequidem inter *catechumenos* referendus ſit, quia nondum *firmum propoſitum* ſe conuertendi edidit, id quod ſi cepiſſet, ordini *catechumenorum* ſeſe accinxiſſet. Deinde talis infans, patre inuito, ad baptiſmum raptus, aut patri eſſet poſt lauacrum reddendus, aut eius poteſtati plane ſubducendus. Das erſte, ait SPENERVS, wäre gefährlich und dahero zu ſorgen, daß das Kind doch wieder zum Judenthum verführet, und alſo die Taufe nur an ihm profaniret werden möchte. Das andere wäre auch hart, und möchte nicht beſtehen, wo man betrachtet, daß gleichwol der Vater eine völlige Gewalt über ſein Kind habe, die ihm unverletzt ſeiner Gerechtigkeit nicht wohl entzogen werden könte, da wir aber nicht Böſes thun dürfen, damit Gutes daraus entſtehen möchte. De his Iudæis, qui per ſimulationem ſpem ſuæ conuerſionis facere ſolent, eam vero rarius ſerio intendunt, optime cenſuere patres *concil. Nicæni II. de anno* 787. *c.* 8. apud HARDVINVM *tom. IV. concil. p.* 491. *Quoniam errantes quidam, qui ex Hebræorum ſuperſtitione conſtant, ſubſannare ſe Chriſtum Deum exiſtimant, ſimulantes chriſtianizare, ipſum autem negant, clam & latenter ſabbatizantes & alia Iudæorum*

Iudæorum reluctantium infantes baptizari nequeunt.

more facientes: definimus, hos neque in communionem, neque in orationem, neque in ecclesiam suscipi; sed manifeste sint secundum religionem suam Hebræi: neque pueros eorum baptizari, neque seruum emi vel acquiri. Si vero ex sincero corde & fide conuerterit se quis eorum, & confessus fuerit ex toto corde, diuulgans mores eorum & res, vt alii etiam arguantur & corrigantur; hunc suscipi & baptizari & pueros eius &c.

Mancipiorum infantes baptizari possunt.

§. X. Rursus (III) alia ratio est infantum *mancipiorum infidelium* vel *expositorum*, cum illi a dominis christianis, hi a magistratu baptismo offerri possint, vt iam supra *p.* 766. obseruaui, vbi simul (IV) adieci, quid dicendum sit de liberis ex stupro *infidelium* [illegible], qui quidem *patrem* habere non creduntur, *matris* tamen sunt [illegible] eiusque educationi subiecti. Nec (V) statim quilibet infantes, qui offeruntur baptismo, mergendi sunt, quod inprimis in *liberis Cingarorum* obseruandum, quos *quæstus gratia* vtplurimum parentes aliquoties baptizari curant. Ne itaque hoc fiat, in *ordin. Magd. eccl. c. III.* §. 25. prouisum, eos non esse admittendos aliter, es wäre dann, daß ein Ziegeuner-Kind, an dem Ort, wo es zur Taufe gebracht, neu gebohren, oder der Pfarrer sonst von der Geburt Wissenschafft hätte. Idem prouisum in *ordin. Vinar. lib. II. c.* II. *n.* 4 & in plerisque aliis Saxonicis constitutionibus. Denique (VI) non aliter baptizandi infantes, quam si plene nati & in forma humana. Matre grauida & partui proxima baptizata, non censetur infans baptizatus, qui in vtero est. Generatus esse debet naturaliter, qui regenerari debet *c.* 114. *sqq. de consecr. D.* 4 Ergo nec venter vxoris grauidæ baptizari potest, vt infans in ventre baptizatus censeatur. Ex ventre matris exsecti & viuentes recte baptizantur. vid. *concil. Nemauf. de anno* 1284. apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p.* 906. Monstra, quæ re vera talia sunt, id quod potissimum ex *capite* iudicatur, *hominum* numero non habentur, ergo nec baptizanda. DEDEKENNVS *vol.* I. *lib.* I. *sect.* 3. *n.* 2. & 4. L. B. de LYNCKER *de baptismo c.* I. §. 4.

Non statim liberi Cingarorum baptizandi.

Liberi baptizandi debent plene esse nati.

Monstra non baptizantur.

Quid, si liberi sine baptismo decesserint?

§. XI. Quodsi infantes *sine baptismo* decesserint, inter *infideles* collocantur, & salus eorum in dubium vocatur. *c.* 142. *D.* 4. Inde iis honesta & ecclesiastica denegari solet sepultura, prout ad *tit. de sepultur. p.* 1081. §. 42. *sqq.* iam obseruaui. In *concil. Nemauf. cit. l. p.* 905. hanc conclusionem approbarunt his verbis patres: *Si in baptismo infantis a laico baptizati & mortui antequam presbytero præsentatur, inuentum fuerit, formam debitam non fuisse seruatam; vel infantem expositum & mortuum inuentum, constitit per scripturam vel per alia signa baptizatum*

Digitized by Google

tum nõn esse, non debet in cœmeterio ecclesiastico sepeliri. Protestantes hanc duritiem reprobant, nec absolute infanti salutem abiudicant, adeoque *ecclesiastice* eundem sepeliendum esse, docui *tit. de sepult. cit. l.* Id vero merito attendendum, cuius fuerit *culpa* factum, vt infans sine baptismo moreretur, vtrum *parentum* an *parochi?* Si *parentum*, veluti quod vltra tempus præscriptum lauacrum hoc sacrum distulerint, vel alias negligentiores fuerint, *arbitrarie* a *consistorio* puniuntur, cuius est, ea, quæ circa sacra negligentius facta sunt, coërcere. vid. *Mogd. ordin. eccl. c. III. §. 14. in f. Vinar. cit. l. n. 2. &c.* In *LL. eccles.* INAE regis occiduorum Saxonum *de anno* 692. *c.* 2. pœna confiscationis omnium bonorum, quod admodum durum est, parentibus negligentibus dictabatur, iuxta legis tenorem: *sin prius* infans *vitam cum morte commutarit, quam sacro tingeretur baptismate, rebus suis omnibus mulctator,* V. HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 1783. Si per culpam & desidiam *pastoris* factum, vt infans sine baptismo moreretur vel etiam infirmus adultus, deponi iubetur, *c.* 22. *de consecr. D.* 4. quod etiam in THEODORI *Cantuar. capitulis* constitutum, vid HARDVIN. *cit. l. p.* 1777. *c.* 88. & merito in terris Protestantium obseruatur.

§. XII. In *adultorum* baptismo magis cunctandum quam festinandum, quippe qui ante omnia *rudimentis fidei & praxi doctrinæ apostolicæ* solide imbuendi sunt, vt non *nudo nomine*, sed *re ipsa* Christiani fiant. Cum per *catechismum* præparandi erant, dicebantur *catechumeni*, de quorum statu iam supra *tit. de conuers. fidel. p.* 268. *sq.* egi. Quæ olim circa eos obseruata fuerint, plenius euoluunt TOBIAS PFANNERVS *de catechum.* SAMVEL BASNAGE *diss. de catechum. tom. II. annal. eccl. p.* 563. inserta. MATTHAEVS LORROQVANVS *lib. III. adversar. c.* I. MARTENE *de antiq. eccles. ritibus lib.* I. *P.* I. *cap.* I. *art.* 5. & 6.

Adulti ante præparandi,

dicti catechumeni,

Olim in duas præcipue classes distinguebantur catechumeni, in *audientes & competentes.* Illi dicebantur, qui relicto gentilismo desiderium conversionis edebant, & ad *audiendum verbum Dei* cœtibus fidelium publicis intererant, donec exire iuberentur. Nam ad audiendum verbum Dei quilibet admittebatur, vt docet *concil. Carthag. IV. c.* 84. *vt episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam & audire verbum Dei, siue gentilem siue hæreticum, siue Iudæum, vsque ad missam catechumenorum,* h. e. vsque ad eorum dimissionem. Vbi enim concione peracta ad celebranda sancta & veneranda mysteria properabant fideles, exire iubebantur *catechumeni*, cum *infidelibus & pœnitentibus*, atque inde liturgia hæc vsque ad eum actum

qui olim erant vel audientes vel competentes.

Digitized by Google

sacrum dicebatur *missa catechumenorum*. V. LOCROQVANVS *lib. III. adverſ. ſacr. c.* 6. HILDEBRAND. *in ritual. bapt. p.* 25. Hoc intuitu quidem omnes catechumeni generatim dici poterant *audientes*, qui ſacris arcebantur myſteriis; ſpeciatim tamen ab his diſtinguebantur *competentes*, qui ſpem proximam ad S. baptiſmum perueniendi habebant, & inter pulſantes & *petentes* erant, inde dicti *competentes*. Duos adhuc ordines addit BONA *lib.* I. *rer. liturg. c.* 16. §. 4. *genuflectentium* & *electorum*. Sed recte MARTENE *cit. l.* §. 2. *art.* 6. *genuflectentes* eliminat, qui inter *audientes* erant; aſt in pœnam delicti commiſſi genuflexi verbum diuinum audiebant. Ipſe tantum tres claſſes agnoſcit, *electosque* recipit, eosque in hoc a *competentibus* diſtinguit, quod illi abſoluto catechumenatus tempore nomen ſuum ad recipiendum baptiſmum dederint; hi vero, peractis neceſſariis, petierint, baptiſmum ſibi conferri, id quod paucis ante baptiſmum diebus, factum eſt, quam ſententiam etiam tuetur HILDEBRAND. *in ritual. baptiſm. veter. p.* 20. *ſq.* Verum discrimen hoc vix concipi poteſt, quin potius, vt recte obſeruat BASNAGE *cit. l.* §. 2. qui abſoluto catechumenatus tempore rogabant, inſtabant, mox nomina ſua albo baptizandorum dabant, *c.* 60. *de conſecr. D.* 4. & inde *electi* & *competentes* promiſcue dicebantur, quod non diſſimulat Cardinalis BONA *cit. l.* §. 4.

Quinam competentes dicti? Genuflectentes & electi a prioribus diſtincti.

§. XIII. AVDIENTES rudimentis fidei & morum imbuendi erant, non tamen absque ritibus in horum numerum recipiebantur. Inter quos erat *impoſitio manuum* & *exorciſatio*, obſeruante BASNAGIO *cit. l.* §. 3. Ipſa inſtitutio in *rudimentis fidei* & *morum* dicebatur *catechiſmus*, quo nomine etiam veniebat *publicum examen* baptizandorum in eccleſia. *c.* 57. *de conſecr. D.* 4. Qui inſtituendis catechumenis operam navabat, *catecheta* erat, quem pederentim, rebus eccleſiæ melius ordinatis, conſtituebant eius proceres; talem etiam ſibi eligebant candidati fideles, quorum inſtitutioni ſeſe ſubiiciebant, quique eos bene præparatos poſtea ad *catechiſmum* publicum præſentabant. *Patres ſpirituales* hos vocabant catechumeni, quod conuerſionis ſuæ ſollicitudinem ſuſcepiſſent, vnde poſtea impedimentum matrimonii quaſi ex *ſpirituali cognatione* natum eſt, quorſum alluſiſſe videtur BONIFACIVS VIII. in *c.* 2. *de cognat. ſpirit. in* 6.

Audientibus manus imponebantur,

a catechete inſtruebantur.

§. XIV. Ipſa inſtitutio audientium *prudenter* & *cum indicio* adornabatur. Recondita dogmata & abſtruſiores fidei articulos iis non tradebant, qui *lacte* alendi erant. Inde non tantum catechume-

Audientes cum iudicio inſtruebantur.

ni

ni a celebratione mysteriorum arcebantur, vt dictum est, sed etiam ea methodus docendi adhibebatur, qua audientibus non nisi veritates maxime practicæ & simplicissima fidei rudimenta tradebantur, relictis paulisper mysteriis, rationis humanæ sphæram transcendentibus, quam methodum *disciplinam arcani* constituisse, eleganter & solide observat decus academiæ Tubingensis, Dn. PFAFFIVS *in primit. Tubing. P. poster. p.* 149. Habuisse etiam Iudæos quandam *arcani disciplinam*, imo & gentiles, observat vir celeberrimus, quamuis inde Christiani suam methodum haud derivauerint. Nec diuersa methodo CHRISTVS est vsus: parabolis pleraque proposuit: paulisper discipulis maiora tradidit, & tandem eosdem in omnem veritatem deduxit, spiritu S. illuminatos & confirmatos. Equidem concionibus intererant *audientes*; caue tamen, ne existimes, eas, more hodierno depravato, compositas fuisse ex subtilibus speculationibus de dogmatibus fidei abstrusioribus, vel etiam rixis & altercationibus repletas, quibus concionatores imprudentes & carnales vtplurimum conciones suas exornant, vt optimi videantur polemici, militesque strenui, licet bacchanalia viuant. Pietatis studium, viram ad exemplar Christi effigiandam, conuersionem cordis & mentis, & vno verbo, *studium practicum* primario inculcabant, adeoque nihil in concionibus publicis erat, quod abscondi debebat *audientibus*. Equidem non statim in primo Christianorum exordio talis catechumenorum distinctio facta fuit, vt ostendit TENZELIVS *de disciplina arcani*; admodum tamen probabile est, vt etiam censuit plur. reuerend. Dn. PFAFFIVS *cit. l. p.* 156. ex antiqua illa methodo eam profluxisse distinctionem, & magis magisque fuisse determinatam. Valde improbabilis est clarissimi BASNAGII *cit. l.* §. 7. sententia, *disciplinam arcani* tantum ad ceremonias quasdam, non vero ad ipsa *dogmata* pertinuisse, cum tamen mox ostendendum sit, competentibus demum *symbolum* aliaque *grauiora fidei capita* tradita fuisse, non in alium finem, quam quod *symbolum* capita religionis christianæ recondita contineret, ad quæ demum admittendi essent, qui doctrina imprimis morum & generalibus doctrinæ capitibus satis imbuti erant. Quod TERTVLLIANVS *in Valent. c.* 1. Valentinianis studium *occultandi doctrinam* suam obiicit, id non eo tendit, quod eam catechumenis occultarent, sed potius ipsis etiam *fidelibus*, solosque sapientiores horum mysteriorum capaces esse crederent. Denique quod *audientes & gentiles* etiam admissi fuerint ad *publicas conciones*, negari nequit, prout antea observaui; at id non probat, in concionibus qualescunque doctrinas

Inde disciplina arcani nata.

Digitized by Google

reconditas ſubtilioresque propoſitas fuiſſe, quæ magis *exhortationes* erant, quam *diſputationes ſcholaſticæ* de controuerſiis fidei. Neque enim ratio erat, cur adeo ſeparandi fuiſſent *catechumeni* a *fidelibus*, maxime in celebratione S. cœnæ, ſi huius myſterii mox compotes facti fuiſſent. Prouocat denique Dn. PFAFFIVS *cit. l. p.* 159. ad libros pro eruditendis catechumenis conſcriptos, & inde ſatis recte ita concludit: *hæc qui legerit, & cum aliis patrum teſtimoniis coniunxerit, nunquam arbitrabitur, diſciplinæ arcani olim fuiſſe, ſaltim ritus occultare non dogmata, aut ſacramenta eandem ſolum reſpexiſſe, non cetera fidei chriſtianæ myſteria.* Quia ergo hæc methodus probata primis Chriſtianis fuit, eandem quoque ſupra *p.* 248. §. 30. commendaui his, qui pro *conuertendis infidelibus* publica ablegantur auctoritate, nec dubium eſt, quin prudenter hoc modo inſtituta methodus multum rei chriſtianæ profutura ſit.

Competentibus grauiora fidei capita tradebantur,

§. XV. *Competentibus* & qui nomina ſua albo baptizandorum dederant, *c.* 60. *de conſecr. D.* 4. grauiora fidei capita tradenda erant, quippe qui iam in limine eccleſiæ erant, mox recipiendi inter *fideles*, quibus ipſa *myſteria* cognita erant. His tradebatur *ſymbolum*, in quo articulus fidei abſtruſior de *trinitate* eis explicabatur, vt docet HIERON. *epiſt.* 61. *c.* 4. *conſuetudo autem apud nos iſtiusmodi eſt, vt iis, qui baptizandi ſunt, per XL. dies publice tradamus ſanctam & adorandam trinitatem.* Tradebatur 1) publice in eccleſia, 2) per XL. dies *continuos*, & ita quoque die dominica, electis ante *audientibus*. Illuſtrat id optime AMBROSIVS *lib. II. ep.* 14. *ſequenti die, erat autem dominica, poſt lectiones atque tractatum dimiſſis catechumenis*, (audientibus, qui ſimpliciter *catechumeni* vocantur,) *ſymbolum aliquibus competentibus in baptiſterii tradebam eccleſia.* Baſilicæ *baptiſterii* mentionem facit, quia non omnes eccleſiæ erant olim *baptiſmales* aut *baptiſterium* adiunctum habebant, & qui in iis mergendi erant, in his quoque erudiebantur in graviſſimis fidei articulis. Tempus ipſum, quo tradebatur iis *ſymbolum*, variauit. In *concil.* BRACARENSI *II. c.* 1. relato in *c.* 55. *de conſecr. D* 4. XX. dierum tantum ſpatium præſcriptum: *ante XX. dies baptiſmi ad purgationem exorciſmi catechumeni concurrant, in quibus XX. diebus omnino ſymbolum, quod eſt, credo in Deum patrem omnipotentem, ſpiritualiter doceantur.* In *concil. Agathenſi c.* 13. relato in *c.* 56. *de conſecr. D.* 4. alia conſuetudo refertur: *ſymbolum etiam placuit ab omnibus eccleſiis vna die, i. e. ante octo dies dominicæ reſurrectionis publice in eccleſia competentibus prædicari.* Priuata informatio

inprimis myſterium trinitatis.

De tempore huius informationis.

Digitized by Google

tio hic non videtur excludi, cum tantum *publica prædicatio ſymboli* vna die conſtituatur. Ita præparati ad publicum *ſcrutinium* admittebantur, de quo in *concil. Laodic. c.* 46. relato in *c.* 58. *de conſecr. D.* 4. hæc habentur: *Baptizandos oportet fidei ſymbolum diſcere, & quinta feria vltimæ ſeptimanæ* (ante paſcha) *vel epiſcopo vel preſbyteriis reddere*, quod etiam repetitum in *concil. Bracar. c.* 49. relato in *c.* 59. *ibid.* conf. BASNAGE *cit. l.* §. 11. Sequebatur ſcrutinium ſeu examen.

§. XVI. Quo ſimplicior vero tum *inſtructio baptizandorum*, tum *baptiſmus* primis chriſtianæ religionis temporibus fuit, eo maiorem apparatum poſtea accepit, qui iam *ſeculo IV.* obtinuit. Arduum cenſebatur negotium, catechumenum per baptiſmum numero *fidelium* inſerere, atque ea de cauſa *variis ritibus* quoque initiandi & quaſi expiandi erant, de qua materia generatim agit IO. MORINVS *de catechumenorum expiatione.* Præmittebatur 1) *ieiunium* cum crebris orationibus, cuius facit mentionem IVSTINVS *martyr apol.* 2. ibi: *orare ieiunantes & petere a Deo priorum peccatorum remiſſionem docentur.* conf. TERTVLL. *de baptiſm. c.* 20. In *concil. Carthag. IV. c.* 85. relato in *c.* 60. *de conſecr. D* 4 idem confirmatur: *Baptizandi nomen ſuum dent & diu ſe abſtinentia vini & carnium ac manus impoſitionis crebra examinatione baptiſmum percipiant.* Accedebat II) *manus impoſitio*, cuius fit mentio in *cit. c.* 60. Iam æuo TERTVLLIANI hæc vſitata erat, eique III) *abrenunciatio* adiungebatur. De vtroque ritu ait *de coron. c.* 3. *aquam adituri, ſed & aliquanto prius in eccleſia ſub antiſtitis manu conteſtamur, nos renunciare diabolo & pompæ eius & angelis eius.* Inſignis huius *eiurationis* efficacia erat, per quam in *conſœderatam diſciplinam eccleſiæ* recipiebatur baptizandus, electioni poſtea ſubiectus, ſi contra fidem in eccleſia datam egiſſet, vt plenius obſeruaui in *diſſ. ad Plin. II. & Tertull. diſſ. III.* §. 19. conf. *c.* 61. *de conſecr. D.* 4. De hoc ritu plura antiquitatum documenta congeſſit COINTIVS *tom.* 1. *annal. Franc. eccleſ. p.* 151. Accedere plures ritus, 1) ieiunium, 2) manus impoſitio, 3) abrenunciatio,

§. XVII. Alii ritus non addebantur tempore IVSTINI martyris & TERTVLLIANI. Plura porro acceſſere pedetentim, maxime ſeculo IV. *veluti* IV) *impoſitio veli. Reuelanda ſunt capita eorum*, ait AVGVSTINVS *ſerm. IV. in dom. oct. paſch., quod eſt indicium libertatis. Habet enim libertatem iſta ſpiritualis natiuitas.* Præmittebatur quoque V) *crucis ſignaculum*, de quo IDEM *lib. II. de ſymb. c.* 1. *nondum quidem adhuc per ſacrum baptiſma renati eſtis* (ad catechumenos dirigit orationem) *ſed per crucis ſignum in vtero eccleſiæ iam concepti eſtis.* Non itaque eo die, quo baptizabantur catechumeni, cruce ſignabantur, ſed aliquo 4) impoſitio veli, 5) crucis ſignaculum,

Digitized by Google

quo ſpatio interiecto. Alium ſignificatum huius ritus tradit RABANVS in *c.* 63. *de conſecr. D.* 4. *poſtea ſignatur baptizandus ſignaculo ſanctæ crucis tam in fronte quam in corde, vt ab eo tempore ipſe apoſtata diabolus in vaſe ſuo priſtino ſuæ interemtionis cognoſcens ſignaculum, iam ſibi deincepſ illud ſciat eſſe alienum.* conf. MARTENE *cit. l.* §. 5. *p.* 30. Eadem ex intentione præcedebant VI) *exſufflationes* & *exorciſmi*, de quibus AVGVSTINVS in *c.* 62. *de conſecr. D.* 4. agit, eamque huius ritus cauſam adfert: *vt pellatur ab eis diaboli poteſtas inimica, quæ decepit hominem, vt poſſideret homines.* Vtrumque ritum ad *quartum ſeculum* reiiciendum eſſe, opûme oſtendit BASNAGE *cit. l.* §. 17. *ſq.* cum DALLAEO *de ritib. latin. relig. lib.* I. *c.* 13. quemadmodum infra quasdam obſeruationes de eo adiungam. Porro VII) dicebantur ſuper catechumenos *orationes* ex libris liturgicis, eique dabatur *ſal benedictum in os. c.* 64. *ſq. de conſecr. D.* 4. Dehinc VIII) iterum *exorcizabatur* diabolus ſecundum *c.* 66. *ibid.* vt duplici *exorciſmo* expiaretur. IX) Tangebantur ei *nares* & *aures* cum ſaliua, cuius ritus ſignificatum tradit RABANVS in *c.* 68. *ibid.* Denique X) *vnctio* catechumenorum præcedebat immediate baptiſmum, de qua vid. *c.* 70. *de conſ. D.* 4. quæ non confundenda cum illa, quæ æuo TERTVLL. baptizatis in *confirmationem fidei* tradebatur, vt obſeruat BASNAGE *cit. l.* §. 21. Hiſce ritibus initiabantur catechumeni, qui *ſucceſſiue*, non vno eodemque tempore, adhibebantur, nec omnes *immediate* ante actum baptiſmi perficiendi erant.

6) exſuffiationes & exorciſmi,

7) orationes & ſal benedictum,

8) exorciſmus reiteratus,

9) tactus narium & aurium,

10) vnctio.

Solida præparatio magis commendanda, quam tantus apparatus,

§. XVIII. Hoc apparatu, expiandi catechumenos, non indiguit purior eccleſia, nec nos indigemus. Præparandi ſunt potius ſolide in ſolida pietate & fide, nec mox ad baptiſmum admittendi, niſi ante ſatis explorati fuerint, quod potiſſimum ad Iudæos, nomen CHRISTO dare cupientes, applicandum, vtpote *quorum perfidia frequenter ad vomitum redit*, vt dicitur in *c.* 93. *de conſecr. D.* 4. adeoque non antea admittendi, quam *ſi pura fide noſcantur venire*, vt *ibid.* recte traditur. Summa ergo præcautione opus eſſe in baptizandis catechumenis, qui ex Iudæorum gente ad noſtram eccleſiam tranſire deſiderant, nemo in dubium vocabit, ita vt tum *magiſtratui* tum *miniſterio* ſuæ partes peculiares ſint, prout optime docet B. SPENERVS

id quod illuſtratur ex ſententia Speneri.

tom. vlt. conſ. theol. Germ. c. I. ſect. 53. *p.* 289. vbi ita: Allen Unordnungen und Aergerniſſen abzuhelfen, kommt theils auf uns Prediger, theils auf die Obrigkeit an. Uns kommet zu, keinen hergelaufenen auf ſein bloſſes Angeben, und daß er ein Bekäntniß ab-

zu-

Digitized by Google

legen gelernet, oder es in die Gedächtniß gefasset, zur Tauffe zuzulassen, sondern sie auf genugsame Probe, wie Ernst es ihnen seye, zu setzen, und sie nicht eher zur Tauffe anzunehmen, bis man wahre Zeugnissen, daß GOtt ihre Seelen kräfftig gerühret habe, an ihnen finde. Weil aber solches eine ziemliche Zeit, ja wohl Jahres Frist, erfordert, solten von den Oberen Anstalten gemachet werden, zu ihrer sustentation, aber also, daß ihnen so bald etwas, nach der Personn Beschaffenheit und Tüchtigkeit, zu arbeiten verschaffet würde, nicht allein, daß ihr Verdienst ein Theil des Unterhalts ausmachte, sondern daß man auch, ob sie das Jüdische Laster des Müßiggangs sowohl als die Jüdische profession abzulegen gesonnen, daran prüfete, wie ich dann keinen der Christlichen Gemeinschafft würdig halte, der sich weigert, nach unsers JEsu Befehl, vor sein Essen zu arbeiten. Würden nun keine, als von denen man bereits einiges Zeugniß der Rechtschaffenheit findet, zur Tauffe verstattet, (da es auch besser wäre, wann einige zurück blieben, als daß die Gemeinde GOttes mit mehreren Schandflecken der religion, zu dero eigenem schweren Verdammniß und der Kirchen Aergerniß angefüllet werde) so fället alsdenn auch das andere Aergerniß, wann sie keine andere Christen aus ihrer nation unter uns sehen, als an denen das göttliche Werck und Tauff so viel Krafft gehabt, daß sie gantz andere Leuth, als sie in dem Judenthum gewesen, geworden seyn: welches gewiß bey allen Juden, da noch einiger guter Funcken ist, einen starcken Eindruck geben würde, ferner zu forschen, woher solche Aenderung komme, und also immer näher herbey gelocket zu werden. Deswegen auch mit desto mehrerem Fleiß an solchen Bekehrten zu arbeiten, und das Gute in ihnen immer wachsend zu machen, hingegen sie von aller Unordnung mit Sorgfalt abzuhalten, damit ihr Leben ihren Brüdern nach dem Fleisch stets in die Augen leuchte, und sie, wo sie mit denselben umgehen, ihre eigene Erfahrung von der Gnade und Krafft GOttes ihnen erzeiget, rühmen, ja in der That zeigen können. 3. Dazu würde aber erfordert, daß die Getauffte gleich zu einer gewissen profession, dem Zustand Alters und Kräfften gemäß, angehalten würden, um ob sie erstlich eines Beyschusses bedörfftig seyn, doch bald in den Zustand zu kommen, ihr Brodt Christlich zu erwerben; darzu billig jeder Orthen von der Dinge Verständigen solche Anstalten gemacht würden, (darzu immer erstlich einige Kosten nöthig sind, aber durch den Gewinst der Seelen wieder ersetzet würden,) daß weder faule Leuthe, immer aus [illegible]rer Mildigkeit lebende, in dem Müßiggang, (daraus das andere Uebel [illegible]ntstehen pfle-

get) mehr gestärcket werden, noch die redlich sind, da man ihnen ihr Brodt ehrlich zu verdienen, (nach Ueberfluß und delicaten Leben haben sie ohne das nicht zu trachten) nicht Gelegenheit verschaffe, andern zum Spott herum gehen, und Hunger leiden müssen, dadurch sie oft in schwere Versuchung gerathen. Würde aber so mit ihnen verfahren, so würden viele liederliche Tropfen, weil sie sehen, daß sie bey uns ihre Nahrung nicht finden, uns mit verstellter Bekehrung zu betriegen anstehen, hingegen andere gute Gemüther, die etwa GOtt rühret, sich zu uns zu bekehren, weniger durch die Furcht der liebloser Verlassung zurück gehalten werden. Ceterum vtrum sine *consistorii auctoritate*, a pastoribus Iudæi adulti baptizari possint, responso facultatis nostræ in *fine huius toni* sub *N. III.* subiecto declaratum est.

Substantialia baptismi.

§. XIX. Pergo ad *substantialia*, quæ in *verbo & elemento*, h. e. *aqua* consistunt, adeo vt si alterum eorum omissum sit, non recte censeatur baptismus collatus. *c. pen. X. h. t.* In primitiua ecclesia baptismus per *immersionem in aquam* seu *flumen* fiebat, teste IVSTINO *apol. II.* asserente: *deinde ducuntur a nobis, vbi est aqua*, & paulo post: *nos quidem postquam illum, qui credit iam, & nobiscum facit, ita* ABLVIMVS. Abluebatur ergo per *immersionem*, quæ tempore CYPRIANI tam necessaria credebatur, vt quidam dubitarint, vtrum *clinici*, h. e qui in *infirmitate sua* per *aspersionem* tincti erant, habendi essent legitimi Christiani, *eo quod aqua salutari non essent loti, sed perfusi*, VT CYPRIANVS *ep.* 69. *edit. Bremens.* ait, quam dubitationem recte reprobat reiicitque. Grauiter autem de eorum *baptismate* dubitatum fuisse, vel inde liquet, quod eos Romani *clinicos* vocauerint, non *Christianos*, VT IDEM docet, illosque numquam ad *clericatum* admiserint. vid. *c.* 127. *de consecr. D.* 4. EVSEB. *lib. VI. hist. eccl. c.* 43. *p.* 199. AVCTOR *de la vie de S. Cyprien lib. V. §.* 26. *p.* 448. Ceterum *immersio trina* iam TERTVLLIANI æuo recepta erat, vt fatetur *de coron. c.* 3. *dehinc ter mergitamur*, quem ritum variis antiquitatum documentis exornat illustratque CAROLVS COINTIVS *tom. I. annal. eccl. franc. ad ann.* 496. *n.* 52. *p.* 157. Rationes *trinæ immersionis* vel triduanam sepulturam vel fidem in SS. trinitatem denotare dicuntur. *c.* 80. *di consecr. D.* 4. Ex his simul liquet, *nudos* immersos fuisse, etiam feminas, vt recte docet COINTIVS *cit. l. ad ann.* 496. *p.* 162. *in f. sqq.* Haec spartit *diaconissis* potissimum concredita erat, vt denudarent feminas baptizandas, easque in aquam immitterent, quo facto a presbyteris baptizabantur. ZIEGLER *de diacon. c.* 19. §. 8 & COINTIVS *cit. l. p.* 163. Per plura secula [illegible] *trina immersio* duravit, adhuc æuo CAROLI M. vsitata, vt docet epist. HIERONYMI ad CAROLVM M. *de ritibus baptismi*, relata

Immersione olim perficiebatur,

& quidem trina.

§ MAR-

Digitized by Google

MARTENIO & DVRANDO *tom. I. thes. anecd. p.* 15. vbi hæc habentur: *& sic in nomine Patris & Filii & Spiritus S. homo, qui ad imaginem S. Trinitatis conditus est, trina submersione tinctus ad eiusdem reuocatur imaginem trinitatis.* HINCMARVS adhuc eiusdem meminit in *vita S. Remigii: qui baptizatus est trina mersione in nomine S. & individua trinitatis.* Imo seculo XII. vsum eius superfuisse, liquet ex vita OTTONIS episcopi, relata a CANISIO *tom. III. lect. antiq. P. 2. p.* 60. *edit. nouiss.* Sed tandem in *occidentali ecclesia* (nam orientales *immersionem* retinuerunt) *aspersio trina* loco *immersionis* recepta est, eo quod recens natis paruulis *immersio* totalis trina periculosa videretur. Nihilominus illius reductionem seriis votis exoptant prudentiores theologi, (vid. SPENER. *vol. I. cons. theol. Germ. c. II. art. V. sect. I. q.* 4. item *sect.* 2) non quod *aspersione* genuinus baptismus non conferatur, sed quod mos *immergendi* magis *æuo apostolico* respondeat, mysteriumque baptismi euidentius explicet *Rom. VI,* 3. 4. 6. 7. Dn. HEINECCIVS in der Abbildung der alten und neuen griechischen Kirchen *P.* 2. *c.* 6. §. 16. & 37. SCHILT. *lib. II. instit. iur. canon. lib.* 2. §. 14. *sq.* In occidente tandem trina aspersio recepta.

§. XX. Cum baptismus *lauacrum* esse debeat, *naturalis aqua* sine dubio adhibenda erit. Neque enim verus baptismus est collatus, (1) si in defectu aquæ quis *arena* superinfunditur, vid. Dn. SCHMIDT. *diss. de baptismo per arenam:* (2) si quis *saliua* tingitur trina vice *c.* 5. *X. h. t.* (3) vel alius liquor loco *aquæ* adhibetur, vt sanguis, lac, vinum &c. SCHILTER. *cit. l.* §. 12. Si alius liquor aquæ naturali tantum adfundatur, integritati baptismi nihil decedit. Equidem in alia omnia iuisse videtur STEPHANVS papa *ann.* 754. ad varia consulta ita respondens, & quidem *n. XI. si in vino quis propterea, quod aquam non inueniebat, anima periclitantem infantem baptizauerit, nulla ei adscribitur culpa. Infantes sic permaneant in ipso baptismo. Non, si aqua adfuit præsens, ille presbyter excommunicetur & pœnitentiæ submittatur, quia contra canonum sententiam agere præsumsit.* Enimuero verba hæc: *infantes sic permaneant in ipso baptismo* intrusa esse, recte coniicit COINTIVS *in annal. ad cit. ann. tom. V. p.* 427. quod tum *in plurali* posita huc non quadrent, tum etiam quod in *responso* 13. & 14. occurrant, vnde amanuensis illa in hunc transtulit locum. Naturalis aqua adhibenda.

§. XXI. *Immersio* vel *aspersio trina* facienda est *in nomine Patris & Filii & Spiritus S.* qua formula antiquitus ecclesia constanter vsa est, vt illustrat COINTIVS *cit. l. ad ann.* 496. *n.* 156. Sub hac baptizari, non rebaptizandi, licet (1) ab *hæreticis* baptismus collatus esset; *c.* 28. & 32. *de consecr. D.* 4. e contrario, qui ob peruersum de *trinitate* dogma diuersa vtuntur formula, veluti Arriani, hac formula vtentes: *in nomi-* cum inuocatione trinitatis.

Digitized by Google

re Patris, per Filium, in Spiritu S. vere baptizati non creduntur. *c.* 109. *de conſecr. D.* 4. SCHILTER. *cit. l.* §. 17. Neque vero (z) nocet baptiſmo, ſi aliqua erroris verba contra *grammaticam* per imperitiam ſacerdos protulit. *c.* 72. *de conſecr. D.* 4. Talis caſus ZACHARIAE papae oblatus fuit a BONIFACIO de preſbytero, qui *latinam linguam* penitus ignorabat, & hac corrupta formula vſus fuerat: *baptizo te in nomine patria, filia & Spiritua S.* Reſpondet pontifex in *c.* 86. *ibid.* ſe non poſſe conſentire, vt infans denuo baptizetur, quod ſolus error in lingua non impediat, quo minus in *SS. Trinitatis nomine* baptizatus dici queat. Aliud eſt, ſi (3) verba *mutilata* fuerint, veluti ſi quis infantem in aquam immerſerit ſub hac tantum formula: *in nomine Patris, & Filii & Spiritus S. amen*, nec addiderit: *ego te baptizo*, quo caſu non recte cenſetur infans baptizatus ſecundum *c.* 1. *X. h. t.* Refert talem caſum BVSCHIVS *de reformat. monaſter.* apud LEIBNITIVM *tom. II. ſcript. Brunſuic. p.* 815. *c.* 15. *Venit ad me mulier, quaerens, an infantem, a ſe baptizatum, poſſet in cœmeterio ſepelire? Cui dixi: quid dixiſtis baptizando eum? reſpondit: effundi trina vice aquam ſuper caput eius, dicens: in nomine Patris & Filii & Spiritus S. amen. Reſpondi, ſi nihil aliud dixiſtis, tunc extra cœmeterium ſepelite eum, quia non eſt baptizatus, & agite pœnitentiam de anima eius occiſione. Sic enim dicere debuiſtis: ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus S. amen.*

nec nocet barbariſmus,

bene tamen mutilatio formulae.

§. XXII. Haec *ſubſtantialia* ſufficiunt, vt baptiſmus integer cenſeatur, licet vel maxime *ſolennia* ſuperaddita omiſſa fuerint, vt conſtat in baptiſmo in caſu *neceſſitatis* a quouis collato. Neque enim vlla *ceremonia* aut *ſolennitas* ex praeſcripto Chriſti ad integritatem eius pertinet. Ignorauit eam purior eccleſia, in ſola *ſimplicitate*, qua CHRISTVS & apoſtoli vſi leguntur, ſubſiſtens. Teſtis eſt TERTVLLIANVS *de baptiſmo c.* 2. *Nihil adeo eſt, quod tam obduret mentes hominum, quam ſimplicitas diuinorum operum, quae in actu videtur, & magnificentia, quae in effectu repromittitur: vt hic quoque, quoniam tanta ſimplicitate, ſine pompa, ſine apparatu nouo aliquo, denique ſine ſumtu homo in aqua dimiſſus & inter pauca verba tinctus non multo vel nihil mundior reſurgit, eo incredibilius exiſtimetur conſecutio aeternitatis.* Erat ergo eo tempore baptiſmus etiam adultorum (paedobaptiſmus enim teſte EODEM *c.* 18. rarior adhuc erat) ſine omni *pompa* & *ſumtu*. Praeparatio ſedula adultorum praecedebat, quae rurſus absque *pompa* fiebat: *renunciatio ſolemnis* tantum praemittebatur, teſte EODEM *de coron. c.* 3. & immerſione facta accedebat *manuum impoſitio* & *inunctio*, vt IDEM *de baptiſmo c.* 7. & 8. indicat.

Solennia ad ſubſtantiam baptiſmi non pertinent,

ignorata a primitiua eccleſia,

etiam in baptiſmo adultorum.

dicat. *Exorciſmi* adhuc ignorabantur, aliaque ſolennia, quæ poſtea in *adultorum baptiſmo* ſeculo IV. iam vſitata fuere.

§. XXIII. Pleraque *ſolennia* nata ſunt *ſedula præparatione* catechumenorum adultorum ad baptiſmum, quæ olim non eodem, ſed diuerſo interponebantur tempore, vt paulo ante iam demonſtraui. Hæc quidem rationem quandam, antea explicatam, in adultis admittebant; non æque vero cadebant in *infantes*, qui præparari ad S. lauacrum non poterant. Merito ergo his abſtinendum, vel commodiores ritus in locum eorum ſubſtitui debuiſſent. Enimuero omnes fere ritus, ad *præparationem catechumenorum* excogitati, tracti etiam ſunt ad *infantum baptiſmum*, & *vno contextu eodemque tempore* adhibiti. Confeſſio fidei, recitatio ſymboli, & renunciatio actus erant adultis fere tantum proprii: infantibus tamen hos applicari poſſe cenſebant interuenientibus ſponſoribus, vt indicat TERTVLLIANVS *de baptiſmo c.* 18. quod non adeo probat. Poſtea tamen variis conciliis hoc inſtitutum eccleſiæ approbatum ex patrum doctrina communi, vid. *c.* 74. 75 77. *de conſecr. D.* 4. quo more adhuc eccleſiæ proteſtantes vtuntur, vt infra indicabitur in materia de *officio patrinorum.* Ipſa *ſolennia baptiſmi* ex antiquitatibus ſuccincte tradit HILDEBRANDVS *in rituali baptiſmi.*

Solennia nata ſunt ex ſedula præparatione adultorum, etiam infantibus, ſed ſine ratione applicata.

§. XXIV. Locus conferendi baptiſmum non erat *eccleſia*, ſed *flumen*, in quo præſentibus quibusdam immergebantur, teſte TERTVLLIANO *de baptiſmo c.* 4. & 6. &, lauacro facto, demum loti deducebantur ad eum locum, quo fratres congregati erant, teſte IVSTINO martyre *apol. II.* vnde dici nequit, *præſente tota eccleſia* immerſionem fuiſſe factam, vt nonnemo exiſtimat. Tempeſtates perſecutionum publicæ tandem effecere, vt non amplius Chriſtianis integrum fuerit, in *fluminibus publicis* baptizandos immergere. Inde Romæ in thermis & balneis, ad baptiſmum maxime accommodatis, hic peractus eſt, quippe quæ nihil aliud quam *lauacra* erant; vtrum vero certa *baptiſteria* ibidem exſtructa fuerint, certis & indubiis probari nequit teſtimoniis. Quarto ſeculo demum circa eccleſias maiores fontes in vſum baptiſmi adornati ſunt in loco quodam ſeparato ab ipſa eccleſia, propriisque parietibus circumſepto, quem *baptiſterium* vocarunt, vt docet ATHANASIVS *in epiſt. ad orthodox. tom. I. p.* 945. *ſeq.* & plenius illuſtrat CANGIVS *in gloſſar. voc. baptiſterium*, quales eccleſiæ *baptiſmales* dictæ. Horum *fontium baptiſmalium* GREGORIVS M. mentionem facit in *c.* 7. *C* 18. *qu.* 2 vbi præcipit, ne tale *baptiſterium* in monaſteriis habeatur, ſed *locus ipſorum fontium repleatur*, & altare illuc potius ſundetur. His

Baptizabantur in flumine olim.

Seculo IV. baptiſteria conſtructa.

Digitized by Google

In cœtu fidelium baptiſmus collatus.

ita conſtitutis, admodum credibile eſt, in *cœtu fidelium* catechumenos immerſos fuiſſe, præſertim cum ritus plerique præparatorii in eccleſia ſeu *concione publica* fidelium fierent. Aſperſione loco *immerſionis* introducta, ſingulæ eccleſiæ parochiales *baptiſmales* factæ, quod in vſum eius facile *baptiſterium* (quo nomine adhuc hodie vtimur, licet res a priſco more in totum receſſerit.) erigi poſſet, ſimulque cautum, vt baptiſmus in *eccleſia* daretur baptizandis.

Baptiſmus regulariter in eccleſia conferendus,

§. XXV. Nec diuerſo iure vruntur eccleſiæ proteſtantes: ſed in omnibus fere *ordinationibus eccleſiaſticis* iniunctum eſt paſtoribus, vt tantum in *eccleſiis* hunc actum peragant. Enimuero cogitandum erat, id potiſſimum conſtitutum eſſe, non ob *loci ſanctimoniam* quandam, ſed potiſſimum ob *congregationem fidelium*, quæ *eccleſiam* proprie conſtituere dicitur. Baptizandi ergo infantes eſſent in *eccleſia*, h. e. in *cœtu fidelium*, & ita differendus baptiſmus ad *coitiones* Chriſtianorum *ordinarias*, vt iam monui in *diſſert. prælim.* p. 62 quod tamen in plerisque eccleſiis negligitur, extra *cultum ſacrum* baptiſmum peragentibus, quod emendandum eſſe, ſerio optauit BRVNNEMANNVS *lib. I. iur. eccl. c. 6. m. 3. §. 4.* *Apud plerosque euangelicos*, ait, *baptiſmus adminiſtratur in poſtica templi parte, præſentibus vix quinque perſonis, quorum precibus debet infans Deo commendari. Grauiſſima res hic agitur: eripiendus eſt infans ex regno diaboli: transferendus eſt in regnum Chriſti: ſanciendum fœdus cum diuina maieſtate: orandum eſt pro infante ita, vt effectus harum precum per totam vitam duret. Igitur in conuentu totius eccleſiæ meretur celebrari, quando in mora non eſt periculum. Quam facile eſſet baptiſmum ſemper inſtituere, quando concio ſacra dominica die vel etiam in reliquis diebus habita, in præſentia auditorum, huius rei in fine homiliæ admonitorum, & quaſi teſtium rogatorum: vel ſi nulla eo die concio habita, poſt preces publicas, aut chriſtiano populo per campanam peculiarem ad id opus ſanctum conuocato. Præmitti poſſet ſacra cantio, aut hymnus, & baptiſmus in medio templo in præſentia totius eccleſiæ celebrari, & infans multorum precibus Deo commendari debebat.* Veram ſinceramque imaginem huius *obſeruationis Brunnemannianæ* in eccleſia quadam prope Osnabrugam collecta deprehendi, vt fere perſuaſiſſimum habeam, methodum hanc ex præſcripto B. viri ibidem introductam fuiſſe, quæ adeo mihi arriſit placuitque, vt eandem in *diſſ. prælim. cit. l.* exacte retulerim commendauerimque. Forſan inde quoque deſumta eſt methodus, quæ in *ordin. eccl. Guelpherbyt. renou. P. I. c. 8. §. 1.* traditur: Die Heiligkeit dieſer Handlung erfordert es, daß ſelbige mit beſonderer Solennität und Andacht verrichtet

& ſic merito præſente cœtu fidelium,

quod illuſtratur ex doctrina Brunnemanni,

& conſtitutionibus eccleſiaſticis.

Digitized by Google

ket werde, und zwar, wenn es die Zeit leiden will, **bey öffentlicher Verſammlung der Gemeine,** damit die Leute nicht allein zum Gebet für das zur Taufe gebrachte Kind ermahnet, ſondern auch ihrer eigenen Taufe, und der erlangten hohen Gaben, nemlich **der Vergebung der Sünden, der Kindſchaft GOttes und des Rechts zum ewigen Leben** erinnert werden mögen. Ea de cauſa quoque cautum eſt, daß die Heil. Taufe aller und ieder Kinder nicht in priuat-Häuſern (es ſey denn, daß ſolches beſonders concediret worden, oder das Kind wegen augenſcheinlicher Schwachheit nicht zur Kirche gebracht werden mag) ſondern in der Kirche verrichtet werden ſoll, da dann an den Orten, wo es gewöhnlich iſt, vor dem actu der Geſang: **Chriſt unſer HERR zum Jordan kam** ꝛc. oder aus demſelben der Vers: **Das Aug allein das Waſſer ſieht** ꝛc. abgeſungen werden kan &c.

§. XXVI. Reliqui ritus, quos maximam partem ſeruant eccleſiæ noſtræ, potiſſimum deſumtæ ſunt ex *adultorum præparatione* ad baptiſmum. De quibusdam hic duntaxat quasdam *leges eccleſiaſticas* adferam. Ante baptiſmum baptizando *nomen* imponitur vel a *patre* vel a *patrinis* electum. Qui numero *competentium* inferi cupiebant, *nomina* ſua dabant, *albo eccleſiaſtico* inſcribenda. In concil. *Carthag. IV.* c. 85. relato in *c.* 60. *de conſecr. D.* 4. patres ita edixere: *baptizandi nomen ſuum dent.* Admodum itaque veroſimile eſt, nonnunquam *competentes* ſua nomina, gentiliſmi quid ſpirantia, mutaſſe, & aliud ſibi impoſuiſſe. Primitiuis eccleſiæ temporibus id factum haud fuit, cum nec Iudæi nec gentiles poſt baptiſmum aliud induerint nomen, vt antiquitates loquuntur. *Arbitraria* ergo, non *neceſſaria* mutatio nominis fuit. Vbi vero etiam ritus initiandi catechumenos infantibus applicati ſunt, loco eius ritus, quo nomina ſua competentes dabant, receptum eſt, vt ante baptiſmum nomen infanti imponeretur, & patrini compellarentur de *nomine* infanti dando. Quamuis vero ipſa *nominis* electio libera ſit, ſolet tamen in legibus eccleſiaſticis quandoque hæc reſtringi: 1) ne plura quam *duo nomina* infanti imponantur: 2) ne inſolita, gentilibus, vel certæ ſectæ propria eligantur, quem in finem preſbytero ante baptiſmum nomina edi iubentur. In *ordin. eccl. Magdeb. c. III.* §. 14. hoc diſerte promiſum: Auch ihnen keine fremde oder gar heidniſche, ſondern bekante Chriſtliche Tauf-Namen, und zwar nur einen, oder zum meiſten zwo, geben. Puritani in Britannia magna quædam ſingularia circa *nominis* impoſitionem & electionem obſeruant, teſte IEREMIA COL-

Ritus hodierni deſumti ſunt ex adultorum præparatione antiqua, vt impoſitio nominis.

Eius mutatio in adultis olim arbitraria.

Leges circa nominis impoſitionem.

LIERIO

LIERIO *in hiſtoria eccleſ. magn. Britann.* anglico ſermone conſcripta. Etenim in eorum agendis cautum eſt: *ne baptizandis infantibus dentur nomina ex paganiſmo & papiſmo quid ſpirantia, ſed vt talia iis imponantur, quorum exempla in ſcriptura ſacra reperiuntur.* Inde noua nomina admodum ſingularia & inſolita excogitant, quorum catalogum IDEM refert, v. c. *Dominus appropinquat. Probatio noua. Reformatio. Diſciplina. Nouum gaudium. Sufficiens. In excelſis. Donum gratuitum. Noui fructus. Puluis.* &c. Refert DE LA ROCHE *dans la bibliotheque Angloiſe tom. I. p.* 181. ſe ex hiſtoria temporis recentioris obſeruaſſe, fanaticum quendam tempore CROMWELLI ſibi nomen hoc dediſſe: *lauda Deum in Chriſto; nam ſine eo damnatus fuiſſes.* Nec inter proteſtantes deſunt, qui nominibus ſingularibus nouiter effictis, v. c. GOttes Gnade, GOttes Gabe, GOttes Treu, GOttes Furcht, Fürchte GOtt, GOttes Huld, Gottlob &c. delectantur, qui ſuo ſenſu abundent, vbi legibus eccleſiaſticis nihil de hac re cautum. Interim nomina a Diis gentilium deſumta, v. c. *Martis, Veneris, Saturni, Charontis* &c. non puto eſſe admittenda, cum conclamatum ſit, eos, qui talia nomina idololatrica eligunt, id vnice agere, vt riſum excitent, & ludibrio in re tam ſeria ſeſe exponant.

Exorciſmus duplex.

§. XXVII. Præterea dictum eſt ſupra, duplicem *exorciſmum* pro *initiandis catechumenis* fuiſſe *ſeculo IV.* vſitatum. Idem ritus translatus eſt ad *baptiſmum infantum*, & in plurimis eccleſiis proteſtantium retentus. Prima *exorciſmi* formula eſt: Fahre aus, du unreiner Geiſt, und gieb Raum dem Heiligen Geiſt. Altera vero hæc: Ich beſchwere dich, du unreiner Geiſt, bey dem Namen des Vaters, und des Sohnes, und des Heiligen Geiſtes, daß du ausfahreſt und weicheſt von dieſem Diener JEſu Chriſti N. N. Amen. *Exorciſmos* olim fuiſſe cognitos, nemo antiquitatum eccleſiaſticarum peritus negabit, quos tamen tantum circa eos, qui a diabolo obſeſſi erant, adhibebant, & quidem illi ipſi, qui *dono* hoc *extraordinario* eiiciendi dæmones inſtructi erant, quo plures adhuc gaudebant. SVICERVS *in theſ. eccleſ. voc.* ἐξορκισμός. Ait TERTVLLIANVS *in apol. c.* 23: *Edatur hic aliquis ſub tribunalibus veſtris, quem dæmone agi conſtat; iuſſus a quolibet Chriſtiano loqui ſpiritus ille, tam ſe dæmonem confitebitur de vero, quam alibi Deum de falſo.* Qui hoc *dono extraordinario* præditi erant, *exorciſtæ* dicebantur, quorum ſeculo III. plures Romæ iam fuere, teſte EVSEBIO *lib. VI. c.* 43. Etiam in Africana eccleſia horum copia aderat, teſte CYPRIANO *epiſt.* 75. qui etiam

Eorum ratio antiqua ab hodierna diverſa fuit,

epiſt.

Digitized by Google

epiſt. 69. *p.* 187 clarius praxin eius temporis adumbrat his verbis: *Quod hodie etiam geritur, vt per exorciſtas voce humana & POTESTATE DIVINA flagelletur & vratur & torqueatur diabolus.* Ita vero ſolis *energumenis* exorciſmi applicabantur, non *catechumenis* aut baptizandis, ita vt ne quidem TERTVLLIANVS, vbi *ritus baptiſmi* refert, *exorcismorum* mentionem faciat, quorum vſus demum ſeculo IV. refertur. Proinde non eſt ritus *purioris*, ſed iam quodammodo *corruptæ eccleſiæ*, vt non poſſim non ſatis demirari, proteſtantes theologos in hoc ritu vel excuſando vel conſeruando tam fuiſſe pertinaces. vid. STRYK. *in not. ad ius eccl. Brunnemanni lib I c.* 6 *m.* 2. §. 3. Neque enim, quod quidam putant, eſt *ritus vniuerſalis eccleſiarum proteſtantium*, quia plures iam dudum eidem repudium miſerunt, vt STRYK. *cit. l.* obſeruat. In *Guel. pherbyt. ord. eccl. renou. P.* 2. *c.* 9. qua *forma dandi baptiſmum* traditur cum conſuetis formulis, *exorcismus* plane omiſſus eſt Similiter in formula baptiſmi in Oſtfriſia, vt & dynaſtia Eſſenſi & Wittmundenſi viſitatum *exorcismum* non deprehendo, inſpecta horum locorum *ordin. eccl. c.* 8 de anno 1631. Similiter nec *ordinatio. eccl.* **der Wild- und Rheingreffſchafft** *c.* 14 in formula, præſcripta baptiſmo, exorcismum retinuit, vti nec *Argentoratenſis p.* 153. *ſqq.* vbi ritus baptiſmi ſiſtitur. In *ordin Osnabrug. eccl.* de *anno* 1652. *p.* 126. formula nulla exorcismi *traditur*; hæc tamen obſeruatio in parentheſi adiicitur: Den exorcismum belangend, weil derſelbe als ein ritus libertati chriſtianæ ſubiectus in dieſen Kirchen bißhero indifferenter gehalten worden iſt, immaſſen der Herr D. Chemnitius P. 3. loc. comm de baptiſm. der Lutheriſchen Kirchen Meynung erkläret hat, laſſen wirs dabey billig bleiben.

vt hodierni exorcismi non ſatis probari poſſint,

in pluribus eccleſiis aboliti.

§. XXVIII. Cum ſit ergo ritus *indifferens*, ita tamen comparatus, vt a *duritie* haud alienus ſit, nec omnibus eccleſiis proprius, non dubium eſſe videtur, quin *lege eccleſiaſtica* abrogari poſſit. Enim vero quot turbas diſſidiaque inter theologos hoc pomum Eridos de *abrogando exorcismo* mouerit, acta publica ſeculi XVI. & XVII. docent. Sub electore Saxoniæ CHRISTIANO I. inprimis hi motus orti, nec ſine ſanguine, quod pudendum, finiti ſunt. Plura ſcripta & conſilia eo tempore publicata ſunt de hac materia, quorum quædam adducta a DEDEKENNO *vol.* I. *P.* 2. *p.* 167. *ſqq.* Decreuerat ſcilicet elector, *exorcismum* in Saxonia lege publica abrogare, eaque de cauſa ſcriptum D. PIERII, cui titulus: **ein Bedencken von Abſchaffung des** *exorcismi*, congregaris Lipſiæ Lutheranis ſuperintendentibus, ad ſubſcribendum obtulerat. Obedien-

Abrogatio exorcismi in nonnullis eccleſiis non ſine turbis facta, vt in Saxonia

Digitized by Google

tiam hi ipſi prorſus electori denegarunt variis ſub prætextibus, vnde factum, vt elector leniori via incedens iis iniunxerit, vt auditores ſuos de hoc ritu recte informarent, quod etiam factum. Cum etiam D. GVNDERMANN & SALMVTH *anno* 1591. *d.* 14. *Iul.* cum paſtoribus Zizæ congregatis, de *exorcismo abolendo* agerent, res caruit effectu, exorto hac de re turpiſſimo tumultu, qui eos coëgit, vt fuga ſalutem ſuam quærere cogerentur. Tandem *edictum electorale* de *abrogando exorcismo* promulgatum eſt, quod tamen, morte electoris interueniente, executioni dari non potuit. Paucos ante annos publicauit ill. Dn. THOMASIVS ein Verſuch von annalibus von anno 1409. bis 1629. atque hoc ipſum ſpecimen MELCHIORIS ab OSSE *teſtamento* a ſe edito notisque illuſtrato adiecit. Ab *anno* 1591. his de motibus turbisque hæc leguntur: Den 5. Jul. haben die Geiſtlichen zu Dreßden D. Georg Schönfeld, Superintendent und ſeine Collegen, den exorcismum oder Beſchwerung in der H. Tauffe angefangen auſſen zu laſſen. Uber welche Veränderung aber unter dem gemeinen Manne eine groſſe Gemüths-Beſtürtzung entſtund, und ſich zu einer öffentlichen Unruhe anſchickte; maſſen denn ein Bürger und Fleiſchhacker zu Dreßden ſich nicht geſcheuet, als man ihm ſein jung gebohrnes Kind zur Tauffe trug, mit bewehrter Hand nachzufolgen, und gegen den Prieſter in der Kirchen ſich mit hohen Vermeſſen vernehmen zu laſſen, daß, woferne er den Täufling nicht mit Beybehaltung des exorcismi tauffen würde, er ihm den Kopf vor dem Tauf-Steine entzwey ſpalten wolte, wodurch er dem Prieſter eine ſolche Furcht eingejaget, daß derſelbe ſich nach dieſes Fleiſchhackers Begehren richten müſſen. Zu dieſer Zwieſpalt war der fürnehmſte Urheber D. KREL, damahliger Cantzler zu Dreßden, welcher der Lehre des Calvini ſehr ergeben, und ſolche algemach zu introduciren, auch dergleichen Prieſter einzuführen in geheim ſehr bemühet war. Mit Abſchaffung des exorcismi bey der Heil. Tauffe aber ging er ungeſcheuet, und hatte dem Churfürſten das formale der Tauff-Beſchwerung ſo verhaßt gemacht, daß allen Superintendenten und Pfarrern, ſo wol in Städten als auf dem Lande des Churfürſtenthums Sachſen durch die Conſiſtoria anbefohlen wurde, den exorcismum bey Verluſt ihrer Dienſte zu unterlaſſen, geſtalt denn auch ein ieder, das zu ſolchem Ende aufgeſetzte und ihnen zugeſchickte Umlauffs-Patent. zu Bezeugung ihres unterthänigſten Gehorſams, eigenhändig unterſchreiben ſollen. Welcher ſcharffe Ernſt auch ſo viel gewürcket, daß der wenigſte Theil von denen Prieſtern ſich der ſubſcri-

Digitized by Google

ſcription berührten patents geweigert, dahero ein Prieſters-Weib zu ihrem Ehemanne geſaget: Ach Herr! lieber Herr! ſchreibt, daß ihr doch bey der Pfarre bleibt. Non diu vero, vt dictum eſt, hæc abrogatio durauit, cum mox, extincto electore, omnia in priſtinum reducta fuere ſtatum, & in theologos pariter atque politicos grauis inſtituta fuerit inquiſitio, cuius *corpus delicti* primarium quæſitum fuit in bello, exorcismo indicto. Inprimis ſæuitum in CRELLIVM; contra quem plura accuſationis capita adminiſtratori a ſtatibus prouincialibus oblata, quorum primum fuit: daß er die Abſchaffung des exorcismi in dieſer Lande Kirchen mit höchſter Betrübniß und Zerrüttung derſelben boßlich eingeſchoben. Vid. *cit. annal. p.* 216. Hoc modo admodum cruento in Saxonia triumphauit exorcismus, per CRELLIVM excommunicatus.

§. XXIX. In *Marchia* ſeculo ſequente parem fortunam non habuit exorcismus, ſed non leuem accepit cladem. Promulgauerat potentiſſimus elector *d.* 16. *Sept.* 1664. edictum, quo inter alia capita *libertas omittendi vel adhibendi exorcismum* ſtabilita fuit. Nihil quidem moderatius & prudentius a ſapientiſſimo principe conſtitui potuit; nihilominus tamen tum de hoc, tum de aliis edicti capitibus concertatum fuit, quæſitumque, vtrum ſalua conſcientia huic edicto ſubſcribere, an vero obſequium potius denegare, & quæuis extrema exſpectare deberent paſtores? Quidam *ſacram contumaciam* reſponſis ſuis ſuadendam, & pro *exorcismo*, vt pro gloria Chriſti, pugnandum, atque martyrium potius ſubeundum, exiſtimarunt: quidam in contrarias prudentius partes tranſierunt: quidam etiam, *remotionem* potius ſubire, quam iuſto principis decreto parere voluere, quod hæc *contumacia* eſſet *ſacra, pia, chriſtiana*. D. IOANNES BOTTICHER, paſtor & ſenior Magdeburgenſis, ea de cauſa in grauiſſima certamina coniectus eſt. Ediderat ſcriptum aliquod ſub titulo: Unvorgreifliches Bedencken über die Frage: ob die Herren Prediger zu Ständel in der alten Marck, dem Churfürſtl. Brandenburgiſchen edicto de dato 16. Sept. anno 1664. nit gutem Gewiſſen unterſchreiben, oder ſich remouiren laſſen können, in forma epiſtolæ ad M. CHRISTIANVM SCRIVERVM, in quo *ſubſcriptionem* ſalua conſcientia fieri poſſe cenſuit, qua tamen ſententia irritauit crabrones, ſcil. CALOVIVM Witebergenſem, SIVERTVM collegam, aliosque hiſce ſimiles, vt variis editis ſcriptis anno 1666. & ſequentibus, contra tot *contumaciæ ſacræ aſſertores patronosque* ſeſe defendere coactus fuerit, in quibus etiam cauſa iuſte electi exorcismi acta. Qui remoti ea tempeſtate fuere, ſeſe forſan *martyres veritatis* factos fuiſſe, ex *decreto* & Marchia.

Calouiano arbitrati ſunt; ſed non ex *iudicio Speneriano*. Hic enim *vol. vlt. conſil. theol. German. P. III. c. 6. art. 3. ſect.* 134. admodum prudenter ea de re ita cenſuit: Leidet einer alsdann über dem Ungehorſam in ſolcher Sache, ſo halte ich ihn nicht pro martyre veritatis.

Cauſa tot turbarum & denegatæ obedientiæ,

§. XXX. Peperit hanc *contumaciam ſacram*, obedientiam denegandi principum edictis in rebus eiusmodi *arbitrariis* & *adiaphoris*, tum odium erga reformatos exorcismo perpetuum indicentes bellum: tum præconcepta quædam opinio *de independentia* in rebus ad eccleſiam & ſacra pertinentibus ab imperio ciuili, quam Romanæ eccleſiæ aſſeclæ *palam*, plures vero ex noſtratibus, peruerſis principiis innutriti *clam* profitentur. His armis plures inſtruxerat CALOVIVS, huius ſucceſſores & diſcipuli ingentem numerum addiderunt, qui *ſacram contumaciam* in his rebus propagarunt, idque egerunt, vt *hierarchia* in clero reduceretur, quod etiam factum forſan fuiſſet, niſi diuina benignitas, quæ magiſtratui obedientiam præſtandam eſſe præcepit, interceſſiſſet. Prudentiores theologi enim hanc *ſacram contumaciam* in retinendo exorcismo contra edicta principum, inuictis expugnarunt argumentis, vt hodie animam agere videatur. Inter hos quoque fuit B. SPENERVS, qui *P. I. conſil theol. Germ. c. II. art.* 5. *ſect.* 6. variis argumentis *libertatem hanc*, edicto electorali ſtabilitam, plurimis argumentis corroborauit, probauitque, daß der Churfürſtl. Befehl, ſo den Eltern die Macht den exorcismum nicht zu verlangen, gegeben, und hingegen den Predigern, ihn alsdann auszulaſſen, aufferleget, nicht unrecht ſey. Ipſa argumenta, quæ fuſius illuſtrat, ad hæc capita reduci poſſunt: (1) daß der exorcismus von Chriſto nicht befohlen, noch eingeſetzet, kein nothwendig Stück der Tauffe, ſondern dieſe ohne demſelben nicht weniger als mit demſelben kräftig ſey: 2) Daß die Kirche demſelben niemahlen ausdrücklich befohlen, und durch eine gewiſſe Ordnung oder Geſetze in einem concilio oder ſonſten alle ihre Kinder oder Glieder daran verbunden habe, ſondern er unter diejenigen Gebräuche gehöre, deren Urſprung uns nicht völlig bekant iſt ꝛc. 3) Daß unſere Evangeliſche Kirche bey der reformation ſich nicht ausdrücklich vereiniget, dieſen ritum zu behalten oder einzuführen, ſondern einige Gemeinden, als die Kirchen alle, oder meiſten, in den Rheiniſchen, Schwäbiſchen und Fränckiſchen Kräyßen denſelben gar ausgelaſſen haben, und alſo nicht als eine allgemeine ceremonie zu achten: 4) Daß unwiderſprechlich ſey, daß die Worte des exorcismi in dem rigore, wie ſie lauten, und nach dem Verſtande, den ein jeder, welcher ſie das erſte mahl höret, und eher ihm eine an-

reprobata a B. Spenero

per argumenta ſolida.

Digitized by Google

andere Erklährung beygebracht wird, daraus faſſet, falſch ſind, und dahero, damit ſie nicht falſch ſeyn, eine Auslegung über dero Verſtand gemachet werden muß, ſo nicht aus den Worten ſelbſten flieſſet, ja einige kaum ſehen, wie derſelbe damit überein komme, daß daher die gantze ceremonie ſo bewandt ſey, daß man ſie endlich entſchuldigen, aber nicht eben hoch loben könne, auch von dieſer formul die Kirche an ſich ſelbſt weder Nutzen noch Erbauung habe: 5) Daß durch ſolches edict die Freyheit des Gewiſſens vergönnet worden, und der exorcismus nicht völlig aufgehoben, ſondern in der Freyheit geſetzet ſey, Alſo iſts, pergit inter alia, allein zu thun um die **Freyheit der Gewiſſen**, daß nemlich diejenigen, welchen die harte Formul anzuhören zu ſchwer wird, nicht dörfften genöthiget werden, eine zu der Tauffe nicht nöthige ceremonie bey den ihrigen zu admittiren, ſondern die Macht haben, das Heil. Sacrament ohne dergleichen, aufs wenigſte überflüßigen Zuſatz, zu fordern ꝛc. Hiſce præmiſſis, obiectiunculis reſpondet, quibus vtuntur exorcismi aduocati, quæ fere vnice vel e *ſcandalo* quodam imaginario, vel ab *inſidiis* clancullariis putatiuis confeſſioni noſtræ ſtructis, vel ab *vniuerſalitate ritus*, vnice ab vniuerſa eccleſia A. C. addicta abolendi, deſumtæ ſunt. Vltimum iam examinaui *tit. de conſuetud.* § 50 *ſqq.* & HILDEBRANDO diſſert. *de ritib. ſacr.* contendenti, ritum exorcismi tantum ab *vniuerſali eccleſia* tolli poſſe, reſpondi. Tangit hoc argumentum etiam SPENERVS *cit. l. p.* 173. ſed timidius quodammodo illud reſoluit, cum tamen hac in re nullum periculum, quod iuſtum timorem excitare poſſit, meruendum ſit. Nec ab *antiquitate* vllum ei præſidium peti poteſt, cum purioris eccleſiæ inſtitutum non ſit. Si *antiquitatis* veneratione ritus fouendus eſſet, noſtris merito vitio vertendum eſſet, quod *vnctionem*, æuo TERTVLLIANI iam vſitatam, reiecerint, quæ ſignificatum admodum conuenientem habet, baptizatosque admonet, ſe iam *chriſtianos* factos fuiſſe, & ad *ſacerdotium ſpirituale* allectos.

§. XXXI. Egi cauſam *exorcismi* eiusque variam recenſui fortunam inter proteſtantes: iam ad ritum illum pergo, quo *alba veſtis* baptizatis imponitur, de quo GOTHOFREDVS WEGNERVS, theologus Regiomontanus, anno 1700 ſpeciali diſſertatione ediſſeruit. *Nudos* fuiſſe baptizatos catechumenos vtriusque ſexus, ſupra obſeruaui: egreſſi lauacrum *veſte alba*, quam *ſplendidam* ἔνδυμα φωτεινὸν, dicebant, teſte BASILIO M. *in exhortat. ad baptiſm.* induebantur, vt indicaretur, baptizatos intus renouatos eſſe Spiritu Dei ad vitam æternam, qua de

Ritus albæ veſtis.

Eius origo,

Digitized by Google

cauſa *myſtica veſtis* vocatur a SOZOMENO *lib. VII. c.* 8. quod *arcanum* quendam & *ſpiritualem ſignificatum* haberet. Seculo III. eius vſum iam fuiſſe docet prælaudatus WEGNERVS §. 6. quod DALLAEVS *de cultib. latin. relig. lib.* I. *c.* 14. *in f.* in dubium vocat, nec ſine ratione. Neque enim loca TERTVLLIANI ab iſto adducta hoc euincunt, ceu nec CLEMENTIS ALEXANDRINI mentio *albarum veſtium* aliquid præſidii huic ritui adfert, quippe quas in genere chriſtianis, ceu maxime eos decentes, commendat, obſeruante SALMASIO *ad* TERTVLLIANVM *de pallio p.* 74. Neque enim, antequam baptiſteria ſeculo demum IV. exſtructa, in maioribus eccleſiis eſſent introducta, hic ritus commode applicari potuit, cum adhuc *ſeculo III.* in fluminibus, lacu, vel aliis aquis publicis mergerentur chriſtiani, & ſtatim ad eum locum, quo erant congregati fratres, adducerentur, id quod in *albis veſtibus* fieri commode non potuit. Ludibrio gentilium ſeſe expoſuiſſent *illuminati*, ceu poſt baptiſmum vocabantur, imo infinitis periculis ſubiecti fuiſſent, ſi publice in tali veſte conſpectum eorum ſubiiſſent. Vel ſi aliquis harum veſtium vſus ſeculo III. fuit, *particularis* fuit, tunc vſitatus, quando in ſubterraneis locis, in balneis forſan, catechumeni mergebantur, quod Romæ factum eſſe ſupra obſeruaui, qui tamen ſeculo V. iam vt *vniuerſalis* eccleſiæ ritus adducitur.

Seculo IV. iam vſitatus.

§. XXXII. Inter ſcriptores IV. ſeculi plures ſunt, qui huius ritus memoriam nobis conſeruarunt. AMBROSIVS *lib. de init. myſter. c.* 7. eum ita explicat: *Accepiſti poſt hæc veſtimenta candida, vt eſſet indicium, quod exueris inuolucrum peccatorum, indueris innocentiæ caſta velamina, de quibus dixit propheta: adſperges me hyſſopo & mundabor: lauabis me & ſuper niuem dealbabor Pſ. L. Qui enim baptizatur, & ſecundum legem & ſecundum euangelium videtur eſſe mundatus. Secundum legem, quia hyſſopi faſciculo Moyſes aſpergebat ſanguinem agni. Ex.* 24. *Secundum euangelium, quia Chriſti erant candida veſtimenta, ſicut nix, cum reſurrectionis ſuæ gloriam in euangelio demonſtraret. Hebr. IX. Super niuem dealbatur, cui culpa remittitur. Vnde & per Eſaiam Dominus ait: ſi fuerint peccata veſtra ſicut Phœnicium, vt niuem dealbabo.* EVSEBIVS *lib. IV. de vita Conſtant. c.* 62. deſcribens eius baptiſmum etiam huius ceremoniæ meminit: *Poſtquam rite omnia impleta ſunt, candidis, ac regiis veſtibus lucis inſtar radiantibus eſt amictus, & candidiſſimo in lecto recubuit, nec purpuram amplius contingere voluit.* Conf. MARTENE *de antiq. eccl. ritib. lib. I. P.* I. *c.* I. *art.* 15. §. 4. *p.* 138.

Hodie vocatur das Weiſſe Hemd.

Vulgo hodie vocari ſolet WEISSE HEMD, cuius appellationis ratio non caret obſcuritate. Weſt vocari omnem *auram lenem, gra-*

Digitized by Google

tam & placidam, & metaphorice *lætitiam* quoque, credidit WEGNERVS *cit. l.* §. 16. indeque Weſter-Hemd quaſi Freuden-Hemd appellatam fuiſſe cenſet, quæ tamen deriuatio diuinatoria, imo nimis longe petita eſt. Dixeris forſan, olim *veſtem albam* vocatam fuiſſe geweihetes Hemd, vnde poſtea corrupte ſubſtitutum eſt Weſter-Hemd, vel etiam *veſtem* in Weſt & Weſter germanice formatam, ceu plura nomina ex ſtylo eccleſiaſtico in germanicam deducta ſunt, vt *presbyter* Prieſter, *epiſcopus* Biſchoff, *chrisma* der Chriſam, *oleum* Oel ꝛc. Loco *veſtis albæ* enim, quo catechumeni induebantur, hodie infantes regi ſolent *linteo albo*, vt Weſter-Hemd coniunctim poſitum, ſit *linteum* loco *veſtis* infanti impoſitum.

Patrini veſte alba indutum tenere ſolent.

§. XXXIII. Moris præterea erat, vt patrini *veſte alba* indutum infantem *tenerent*, & *apprehenderent*, quod vocarunt *ſuſcipere infantem ex baptiſmo*, quoniam olim *patrinis* ſtatim traderetur infans baptizatus, qui eundem traditum *ſuſcipiebant e lauacro*, vid. SVICERVS *in theſ. eccleſ. voce ἀναδέχομαι.* MASTRICHT. *de ſuſceptor. p*, 28. HOCLVTHERVS im Tauf-Büchlein etiam confirmat, aiens: Denn ſollen die Pathen das Kindlein halten in der Taufe, und der Prieſter ſpreche, weil er das Weſter-Hemd anfeucht: Der allmächtige GOtt und Vater unſers HErrn JESU Chriſti, der dich anderweit gebohren hat durchs Waſſer und Heil. Geiſt, und hat dir alle deine Sünde vergeben, der ſtärcke dich mit ſeiner Gnade zum ewigen Leben. Hac formula etiam hodie plures eccleſiæ, vt Saxonicæ, Magdeburgicæ aliæque, linteo albo infanti impoſito, vtuntur.

Vnde cognatio ſpiritualis naſcitur.

Hæc *ſuſceptio* & *apprehenſio*, vt loquuntur, adeo neceſſaria erat, vt ſine ea *cognatio ſpiritualis* non contraheretur. Qua de cauſa, ſi abſentes patrinorum locum ſubire deberent, linteum album ſolebat eis transmitti, vt præſentes infantem *ſuſcepiſſe* viderentur. PIPINVS linteum, in quo filia GISLANA baptizata erat, PAVLO pontifici miſit, quod *Sabanum* vocarunt, id quod *linteum* denotat, obſeruantibus SVICERO in *theſ. eccleſ. voc.* Σάβανος, & CANGIO *in voc. Sabanum.* PAVLVS hoc ita ſuſcepiſſe dicitur, non ſecus, ac ſi præſens regiam puellam e ſanctiſſimo lauacro ſuſcepiſſet. Verba epiſtolæ pontificis ſunt hæc apud CAROLVM COINTIVM *tom. V. ad ann.* 757. *p.* 59. *Præfatus nempe ſodalitatis veſtræ illuſtris miſſus pretioſiſſimum nobis ſuperna gratiæ munus attulit, Sabanum videlicet, in quo noſtra dulciſſima atque amantiſſima ſpiritualis filia ſacratiſſimo lauacro abluta ſuſcepta eſt, quem & cum magna iucunditate aggregata populi coborte, infra aram ſacrati corporis auxiliatricis veſtræ*

Abſentibus patrinis hac de cauſa linteum album transmiſſum.

Digitized by Google

veſtræ, beatæ Petronillæ, quæ pro laude æternæ memoriæ nominis veſtri nunc dedicata dignoſcitur, celebrantes miſſarum ſolennia cum magno gaudio ſuſcepimus, & per allatum eundem Sabanum eamque tanquam præſentialiter nos ſuſcepiſſe gaudemus: qua de cauſa regem PIPINVM poſtea in literis ſæpe vocat *ſpiritualem compatrem* apud EVNDEM *cit. l. p.* 660. 680. 689 &c. Itaque patrini ex hoc more priſco infantem *tenere*, vel ad minimum *manum* eidem *imponere* deberent, loco cuius ritus tamen in plurimis inualuit eccleſiis, etiam huius loci, vt extremis digitis linteum album tangant, &, peracto baptiſmate, digitos aqua lauent, quod vt *laici veſtem myſticam* vel *ſacratam* tetigerint verendumque ſit, ne aliquid *ſacri* digitis ex contactu hoc adhæreat, abluendum potius quam in digitis, ad profanos vſus poſtea rurſus applicandis, conſeruendum. Ita ritus quosdam vel deprauauimus, vel ſine ratione recepimus, a noſtra confeſſione prorſus alienos.

Baptizati mox confirmari & ad vſum S. cœnæ admiſſi, etiam infantes.

§. XXXIV. Baptizati mox præterea *confirmabantur* ab epiſcopo, de quo ſpeciatim infra agendum, & præterea S. cœnæ participes fiebant, certo indicio, eos iam in *communionem* eccleſiaſticam aſſumtos fuiſſe, vt iudicat IVSTINVS martyr *apol. II.* Nec infantes baptizati excludebantur, vt vel exemplum apud CYPRIANVM *de lapſis p.* 132. docet. Parentes quidam aufugientes *ſub nutricis alimento paruulam filiam reliquerunt: relictam nutrix detulit ad magiſtratum. Illi ei apud idolum, quo populus confluebat, quod carnem nec dum poſſet edere per ætatem, panem vero mixtum, quod tamen & ipſum de immolatione pereuntium ſupererat, tradiderunt. Recipit filiam poſtmodum mater.* Narrat porro in ſequentibus, puellam in congregatione ſanctis mixtam, prorſus abhorruiſſe a S. cœna. *Perſtitit tamen diaconus & reluctanti licet, de ſacramento calicis infudit. Tunc ſequitur ſingultus & vomitus. In corpore atque ore violato euchariſtia permanere non potuit. Sanctificatus in Domini ſanguine potus de pollutis viſceribus erupit.* Adhuc ſeculo IX. Romæ hic mos vſitatus fuit, vt docet *ordo Romanus in bibl. patr. tom. X. p.* 84. *De paruulis prouidendum, ne, poſtquam baptizati fuerint, vllum cibum accipiant, neque lactentur, ſine ſumma neceſſitate, antequam communicent ſacramento corporis Chriſti.* In MAXENTII, patriarchæ Aquileienſis, epiſtola *ad Carolum M.* ſcripta, apud P. BERNHARDVM PEZIVM *tom. II. theſ. anecdot. nouiſſ. P. 2. p.* 11. & 16. & ALCVINVM *tit. de Sabbato S.* eiusdem moris adhuc fit mentio, obſeruatque COINTIVS *tom. I. annal. eccl. Franc. ad ann.* 496. *n.* 76. *p.* 162. ex HVGONE de S. VICTORE, pueros ſub ſpecie *vini*, adultos ſub *vtraque euchariſtiæ* participes fuiſſe factos, quod

Digitized by Google

quod illi panem comedere non poſſent. Tandem hic mos deſiit, qui tere ad *ſeculi XII. vel XIII.* tempora perdurauit, quibus calix laicis ſubtractus, & *communio ſub vna* introducta, quæ infantibus baptizatis applicari non potuit.

§. XXXV. Adſunt etiam baptiſmo *patrini*, qui *ſuſcipere* dicuntur *infantem ex lauacro*, vt modo dictum eſt, qui *ſponſores*, *teſtes*, *ſuſceptores*, *fideiuſſores*, *patrini* &c. vocantur, quarum *appellationum* propriæ ſunt rationes. De origine varie ſentiunt eruditi, vt obſeruat GERHARD VON MASTRICHT *de ſuſceptor. infant. ex baptiſm. pag.* 16. & 17. Ipſe hunc morem *p.* 25. potiſſimum ex *baptiſmo infantum* repetit, poſtquam *profeſſio fidei* & *abrenunciatio* baptiſmo adiecta eſt, quam interuenientibus ſponſoribus faciebant infantes, vt TERTVLLIANVS *de baptiſm. c.* 18. auctor eſt. Hoc *ſponſore* non indigniſſe *adultos* addit, quod hi ipſimet promitterent, & eiurarent gentiliſmum, adeo vt hi *ſponſores* & *ſuſceptores* nullos habuiſſe, ſed ſeculo IV. eosdem demum accepiſſe videantur. In eo quidem accedo beati viri opinioni, quod *ſponſores* nullos deſiderauerit baptiſmus *adultorum* in tribus prioribus ſeculis: an non vero *teſtes* adhibiti in eorum baptiſmo, alia quæſtio eſt. Coram *triumuiris* apud Iudæos baptiſmum collatum fuiſſe gentilibus, ad Iudaiſmum conuerſis, docet SELDEN. *de ſynedr. lib.* I. *c.* 3. quod quidem ab apoſtolis non ſtricte obſeruatum eſſe puto; conſtat tamen, quam infimiza ex Iudaiſmo fideles retinuerint, traditionum antiquarum cuſtodes tenaciſſimi. *Teſtes* hos æuo IVSTINI martyris iam adhibitos fuiſſe, colligo ex eius *apol. II. inf.* vbi ita: *deinde ducuntur a nobis, vbi eſt aqua.* Quinam hi fuerint, a quibus ad aquam ducerentur candidati, non clare exprimitur; non vnum tamen alterumue, ſed quosdam præſentes lauacro adſtitiſſe probabile eſt, præſertim cum hæc mox addat: *nos quidem, poſtquam illum, qui credit iam & nobiscum facit, ita abluimus, ad fratres, vt dicuntur, eo adducimus, vbi congregati ſunt.* Aderant ergo, 1) qui *ducebant* candidatum ad locum, vbi erat aqua, vt *teſtes* & *comites*: qui 2) præſentabant *baptizandos* epiſcopo vel preſbyteris: quique 3) eos reducebant ad locum, vbi fratres erant congregati. Dixi, comites hosce eos *præſentaſſe* epiſcopo vel preſbytero. Id colligo ex relatione ORIGENIS *lib. III. adu. Celſum p.* 142. vbi de præparandis catechumenis agit, docetque, iis præpoſitos fuiſſe nonnullos, qui in vitam & mores eorum, qui admittendi erant, inquirerent, *vt non conceſſa facientes candidatos religionis quidem arcerent a ſuis conuentibus, ceteros autem horum diſſimiles ex animo exciperent, & quotidianis acceſſibus*

Patrinorum origo & ratio.

Teſtes etiam adhibuere Iudæi in baptiſmo,

etiam antiquitus Chriſtiani.

Digitized by Google

ex ratione satis idonea.

meliores facerent. Sicuti vero hi erant *testes vitæ & morum* catechumenorum; ita admodum credibile est, eosdem postea candidatos obtulisse baptistæ, eosdem ad locum, vbi aqua aderat, adduxisse, testimoniumque eis præbuisse, quod digni essent, qui baptizarentur. Plures enim ex Iudæis & gentilibus nondum satis obfirmati in fide ad lauacrum properabant: mox vita sua pessima Christianos quoscunque in suspicionem sinistram apud hostes adducebant; imo tandem desertores & hostes nominis christiani infensissimi fiebant. Vt horum audaciam frangerent, & festinationem hanc cohiberent, sedulo præparabant catechumenos, iis præponebant *ductores morum*, qui eos obseruabant, & tandem de eorum integritate vitæ testimonium publice ferebant. Atque hi erant ἀναδοχοι, quos deinceps sibi catechumeni quærebant, vt ex DIONYSII AREOPAGITAE *eccles. hier c.* 2. constat, eosque petebant, vt *ad sacerdotem eos adducerent, & vitæ omnis, quam deinceps agerent, curam susciperent.* Quamuis enim AVCTOR *hierarch. eccles.* non pertingat ad hæc tempora, morem tamen antiquum refert, non suo demum tempore natum. Conf. TOB. PFANNER *P. II. obs. eccl. IV.* §. 10. Iam TERTVLLIANVS *de corona c. III.* susceptorum facit mentionem his verbis: *Inde SVSCEPTI lactis & mellis concordiam præguſtamus.* Minime vero hic *susceptores* eos, quos quærimus, occurrere censuit MASTRICHT *cit. l. p.* 26. sed eos, qui madentem ex aqua suscipiebant, quod *diaconorum* vel *diaconissarum* officio postea annumeratum est. Interim concessit vir eruditus, adfuisse, qui ex aqua *susciperent* lotum, quod quidem postea *diaconis* attribuitur, non tamen constat, hoc æuo ab illis id solitarie factum fuisse, ad minimum sequentia tempora docent, patrinos infantem ter submersum mox *suscepisse*, vt constans ecclesiæ phrasis docet.

Susceptores duorum generum erant, infantum & adultorum.

§. XXXVI. Agnoscit etiam MASTRICHT *cit. l. p.* 30. duas species *susceptorum* postea cognitas fuisse: alteram *adultorum*, alteram *infantum*. Sponsores infantum iam memorat TERTVLLIANVS *de baptismo c.* 18. non tamen hunc morem approbat. *Itaque*, ait, *pro cuiusque personæ conditione ac dispositione, etiam ætate, cunctatio baptismi utilior est, præcipue tamen circa paruulos. Quid enim necesse est, SPONSORES etiam periculo ingeri? quia & ipsi per mortalitatem deficere promissiones suas possunt, & prouentu malæ indolis falli.* Adducebat hic sponsor vel *offerebat* infantem baptismo, pro eo respondebat, & fidem suam interponebat, adeoque grauius vinculum subibat ac quidem *offerentes* adultorum, quamuis etiam hi perpetui morum & vitæ eius obseruatores essent,

Digitized by Google

ſent, vt adhortarentur aberrantem, indormientem excitarent, & promiſſionis factæ memoriam apud eum renouarent Quia enim in *fœdus & diſciplinam conſœderatam* aſſumebantur baptizati, vt illuſtraui ex antiquitatibus *diſſ. eccl. 3. ad Plin. II. & Tertull.* grauitas rei poſtulare videbatur, vt non temere quemcunque admitterent, ſed tum ſatis probatum, tum etiam optimo & idoneo *teſte* atque *fideiuſſore* inſtructum, cuius *fide & teſtimonio* numero fidelium adſcribi poſſet. Nouerant Chriſtiani, turpius eiici, quam non admitti hoſpitem, adeoque admodum cauti erant in recipiendis iis, qui ad baptiſmum feſtinabant. Speciatim vero circa *infantes baptizatos* ſollicitudo erat adhibenda, vt in fide chriſtiana ſedulo inſtruerentur, & ad vitam ſanctam puramque viuendam adducerentur, præſertim inter perſecutionum tempeſtates, ex quibus eo grauius infantibus imminebat naufragium, quo magis contingere poterat, eos orbari parentibus, & ita inſidiis gentilium, eosdem ad ſua ſacra profana trahentium, exponi. *Sponſorum* itaque *officium* erat, eos ab his inſidiis tutos & incolumes præſtare, eorum ſalutis curam gerere, & id agere, ne fidem publice datam imprudentes paruuli fallerent. Eleganter AVGVSTINVS in *c.* 105. *de conſecr. D.* 4. officium horum ſponſorum his adumbrat verbis: *Vos ante omnia tam mulieres, quam viros, qui filios in baptiſmo ſuſcepiſtis, moneo, vt vos cognoſcatis fideiuſſores apud Deum exſtitiſſe pro illis, quos viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere. Ideoque ſemper eos admonete, vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiam diligant, charitatem teneant.*

§. XXXVII. Hac de cauſa merito delectus in *patrinis rogandis* & admittendis ſeruandus erat, ſicuti in omni *fideiuſſore* pro patrimoniali cauſa *habilitas* & *idoneitas* in iure deſideratur. Merito (I) excludebantur, qui ipſimet adhuc *catechumeni* necdum baptizati erant, quibus olim etiam *non-confirmatos* addebant. *c.* 102. *de conſecr. D.* 4. (II) Monachi & abbates, *c.* 103. & 104. *ibid.* quod cœnobiis incluſi ſollicitudinem illam, quam ſponſores ſubeunt, præſtare infantibus non poſſent, quos tamen, vt ſingulari ſanctitate præſtantes, facile ſolebant eligere & expetere ſponſores. (III) Excluſi ab omni commercio ſacro, quales erant *excommunicati* & in ſtatu *pœnitentium* conſtituti, quippe qui nondum plene reſtituti erant in integrum, nec in plenam eccleſiaſticam communionem admiſſi, vt ſpeciatim declarat *concil. Pariſ. VI. de ann.* 829. *tit.* I. *c.* 54. apud HARDVINVM *tom. IV. concil. p.* 1331. ex hac ratione: *Quoniam quos & lex diuina a caſtris militaribus, ne ruina ſint populi, & auctoritas canonica ab eccleſiarum ſequeſtrant liminibus, mul-*

Delectus in patrinis rogandis adhibendus.

Excludebantur catechumeni,

monachi,

excommunicati & pœnitentes,

to magis a memoratis peragendis officiis vsque ad tempus pœnitentiæ peractum, dignamque perceptam reconciliationem, huiusmodi merito sunt excludendi. Multo minus ergo (IV) admitti poterant *hæretici*, non tantum communione eccleſiaſtica priuati, ſed etiam propria quadam cauſa inhabiles, vt munus ſuſceptorum ſubire non poſſent, ne, quos in fide inſtruere iubebantur, erroribus ſuis reprobatis inficerent. (V) *Parentes* quoque tandem excluſi ſunt, poſtquam *cognatio ſpiritualis* per *ſuſceptionem* contracta impedimentum nuptiis poſuit; creditum enim fuit, patrem filium baptiſmo offerentem, cognatione ſpirituali etiam iungi matri infantis, h. e. vxori ſuæ, atque adeo ſine peccato eidem amplius cohabitare non poſſe. Olim enim, antequam *ficta* hæc *cognatio* tantum acceperat robur, patres liberos ſuos offerebant, nec fideliores ſponſores reperiri poterant, quam ipſi parentes, vt euidenter oſtendit MASTRICHT *cit. l. p.* 60. *ſq.* nec negant ESPEN. *P. II. iur. eccl. tit.* 2. *c.* 4. §. 17. VICECOMES *de antiq baptiſm. ritib. lib. I. c.* 33. CAROLVS COINTIVS *tom. II. annal. eccl. Franc. p.* 55.

hæretici,

parentes.

Etiam proteſtantes delectum in patrinis adhibendis poſtulant.

§. XXXVIII. Quæ hac in re eccleſiarum proteſtantium ſit praxis, paucis indicandum eſt. Merito hæ quoque non quoscunque admittunt, adeoque adſtringunt parentes, vt mox paſtori loci *nomina patrinorum* dent, quo, de *habilitate* eorum ſi dubium incidat, mature huic defectui prouideri poſſit. Id expreſſe iniunctum eſt parentibus in *ordin. eccl. Magdeb. c. III.* §. 2. damit, wenn wegen der Eltern oder der Gevattern Zahl oder Qualität Bedenken vorfiele, ſolchen ohne Aergerniß füglich möge abgeholfen, und die Kindlein mit der Tauffe nicht aufgehalten werden. Etenim noſtrates etiam (1) excludunt infantes, impuberes, vel qui nondum S. euchariſtiæ participes facti ſunt, cum vinculum illud, quod ſubeunt, haud intelligant. Ita iubent conſtituuntque *ordin. eccl. Magdeb. cit. l.* §. 7. *Guelpherbyt. renou. P* 1. *c.* §. 6. *Vinar. P.* 2. *c.* II *n* 6. quamuis TITIVS in der Probe des geiſtl. Rechts *lib. III. c.* 2. §. 19 hos non abſolute reiiciendos credat, quod hodie mera & nuda ceremonia ſit; ad quam quilibet aptus videtur. Ita quidem dicendum, ſi *vſum peruerſum* conſlideras, qui vix emendari poteſt, non vero ſi *intentionem* & *ſcopum*, qui adhuc in baptiſmo ipſo hodie *patrinis* prælegi ſolet. Nec (2) *excommunicatos* admittimus, cum ejectionis hic potiſſimus debeat eſſe effectus, vt ab omni ſacro commercio (non ciuili) relegentur. *Pœnitentes* quidem olim excludebantur; aſt non arcendi erant, qui adhuc communione eccleſiaſtica fruebantur, licet vita eorum vitiis admodum contaminata eſſet. Hic tamen in eccleſiis proteſtantium diſci-

Digitized by Google

ſciplinam quandam deprehendo, quæ a priſca recedere videtur. Probos omnino præferendos eſſe improbis, quando de *electione* patrinorum agitur, nemo negabit; id quod tamen *conſilii* magis, quam *neceſſitatis* eſſe videtur. Id ſcilicet quæritur: *vtrum improbi arcendi ſint?* & *an parochus propria auctoritate eos arcere poſſit?* Adferam ante omnia quorundam locorum ordinationes. In *Guelpherbytana cit. l.* §. 6. reiiciendi ſunt, welche aus wichtigen Urſachen der Heil. Sacramenten unwürdig ſind: h. e. minore excommunicatione ligati. In *Magdeb. cit. l.* §. 4. & 6. repelluntur offenbahre Gotteslåſterer und Verächter ſeines Worts, imgleichen die in öffentlichen Sünden und Laſtern ſtecken, welche mit allem Ernſt zur Buſſe und Beſſerung ihres Lebens zu ermahnen, auch ſolche zu verſprechen ſchuldig und auf den verweigerten Fall zu verwarnen ſind, bey dieſem Heil Werck der Tauffe nicht zu erſcheinen. Non abſolute ergo repellendi ſunt, ſed adhortandi, ne actui tam ſanctiſſimo adſint. In *Vinarienſi cit. l. n.* 5. arcentur, welche entweder auf des Conſiſtorii Verordnung von dem Gebrauch der H. Communion ſuſpendiret, oder als Sacrament-Verächter ſich derſelben lange Zeit von ſelbſt geäuſſert und entzogen. Eccleſia Romana itidem excludit eos, *qui in paſchate non ſunt confeſſi, nec ſacram communionem receperunt*, vt decernit *concil. Camerac. de anno* 1586. *tit.* 6. *c.* 5. apud HARDVIN. *tom. IX. concil. p.* 2159. Dicuntur enim hi oſores contemtoresque huius ſacramenti, qui hoc legitimo tempore absque *diſpenſatione* parochi ab his ſacris abſtinent. Aliæ ordinationes aliter rem hanc definiunt. TITIVS *cit. l.* §. 20. plures hic difficultates mouet, nec absque ratione, cum rarius *inhabilitas abſoluta* in foro externo doceri poſſit. Non enim quæritur, quid ſuadendum parentibus, quid conſultius ſit? ſed an electus patrinus, vt inhabilis, ab hoc munere arceri poſſit a parocho, cui infans offertur? Recurrunt hic eædem difficultates, quas ſupra moui in excludendis indignis a S. cœna, qui tamen hoc caſu facilius admitti poſſunt, quam illo. Ad tot motus, qui inde oriri poſſunt, præcauendos conduceret, ſi priſtino eccleſiæ more viueremus, eos duntaxat arcentes, qui ab omni commercio ſacro relegati ſunt. Equidem vrgent, *notorium* tantum *peccatorem* & *oſorem ſacramentorum* repellendum eſſe, prouocantque ad DEDEKENNI *conſil. vol.* I. *P.* 2. *L.* 2. *ſect.* 6. *n.* 12. adeo vt ne quidem per probum & orthodoxum procuratorem comparere valeat SIMON *de patrin. c.* 2. § 12. Ne ſic tamen euitantur incommoda, & motus ciuiles, a tali excluſione imminentes, ſed iudicium deciſiuum, quis *notorius peccator* dicendus ſit, relinquitur paſtori.

An improbi arcendi?

Digitized by Google

Imo fere noua *excommunicationis* ſpecies introducitur, cum hæc excluſio plus inuoluat, quam *minor*, minus vero, quam *maior*, quæ etiam a limine eccleſiæ excommunicatum arcet. Si inſtas: *inſpectoris* vel *conſiſtorii* deciſum eſſe exſpectandum; regero, non tamen inauditum condemnandum, ſed qui *indignus* cenſetur, ad defenſionem admittendus, quia non leuis iniuria in hac excluſione latitat, id quod tamen commode fieri non poteſt, quia interim baptiſmus differendus foret, quod leges noſtræ non permittunt. Quorſum itaque te vertas, ita res noſtræ ſunt comparatæ, vt ordinationes tales eccleſiaſticæ in *applicatione* infinitis ſubiectæ ſint difficultatibus.

Suſpectos de hæreſi arcent noſtrates,

§ XXXIX. De *hæreticis*, h. e. in dogmatibus fidei a nobis diſſentientibus, diuerſis animi motibus ducuntur noſtrates. Per gradus incedamus, variosque diſtinguamus caſus. Primus concernit *ſuſpectos* tantum *de hæreſi*, quos ſine iniuria arceri non poſſe, perſuaſiſſimum habeo, vtpote quibus vtplurimum a calumniatoribus errores imputantur, qui alio medio, innocentes opprimendi, deſtituuntur, cum tamen confeſſioni noſtræ inſiſtant, eique ſubſcribant. Neque enim hodie *ſuſpecti de erroribus* aut *hæreſi* quidam redduntur, niſi ab his, qui ſtudio perſequendi & *hæretificandi* (ſit venia verbo) inclareſcere ſtudent. Hoc genus hominum peruerſorum eleganter depingit IOANNES LASSENIVS, theologus ſui temporis præſtantiſſimus, in opuſculo, quod *arcana politico-atheiſtica* inſcribit, vbi *p.* 199 hoc axioma his peruerſis proprium eſſe docet: *Si bonum noueris, argutiis tuis contrarium: en remedium, hæreticum dicito, obtinebis omnia, religionis magna vis.* Explicatio, quam huic axiomati ſubiungit, eſt iucundiſſima & lectu digniſſima, quam *ad tit. de hæreſi* V. D. in meos transferam vſus, & crimen, quod *hæretificinam* vocant, denudabo.

nec eos, qui in vno vel altero errore, non capitali tamen, verſantur, A. C. tamen addicti ſunt.

§. XL. Alter caſus concernit eos, qui in vno vel altero fidei articulo diſſentiunt, vel dubii ſunt, vt tamen *confeſſionem Auguſt.* non euertat, h. e. vt non ſit *capitalis* error, qualis omnino eſt Socinianorum aut Arianorum. Huc puto reſpexiſſe electorem Saxoniæ AVGVSTVM *in general-articuln de anno* 1580. *art.* 10. vbi prohibuit, ne arcerent eos, die gleich in ein oder mehr articul noch zur Zeit ſich nicht finden können, ſondern ſich Chriſti Spruch erinnern, da er ſaget: wer mit uns iſt, der iſt nicht wider uns, quod etiam *ordin. eccl. Magdeb. c. III.* §. 6. recepit repetiitque. Tales leges eo tempore eo magis neceſſariæ erant, quod inter theologos lites de *dogmatibus fidei* variæ mouerentur, & non ſine imprudentia ad inſtantiam theologorum dominantium mox deciderentur,

Digitized by Google

tur, quibus tamen non omnes subscribere voluerunt. Vix condita erat academia Ienensis, quo grauis controuersia super articulo *de libero arbitrio* inter MATTHIAM FLACIVM ILLYRICVM & VICTORINVM STRIGELIVM nasceretur, imo & aliæ controuersiæ hinc inde audirentur. Flacianorum instinctu anno 1559. dux Saxoniæ IOANNES FRIDERICVS *confutationem & condemnationem præcipuarum corruptelarum, sectarum & errorum* &c. publicabat, ab omnibus amplectendam, quæ tamen, vt ordinarie fieri solet, lites non sedauit composuitque, sed magis auxit. Plures ea de causa male habiti, inter quos etiam referendus MATTHAEVS WESENBECIVS ICtus insignis auctoritatis, *confutationi* huic categoricum assensum denegans. Hac *contumacia*, quam inde fingebant dominantes, quod non statim pure iurare vellet in verba magistri, irritauit crabrones, induxitque professores theologiæ cum reliquo clero ciuitatis, vt eum excludendum esse censerent a *munere susceptoris*, quod ei anno 1560. IOANNES STIGELIVS, professor philosophiæ, detulerat, & ita *excommunicationis* cuiusdam fulmen in eum vibrarent. En audaciam insignem, quæ non potuit non fluctus mouere ingentes in academiæ totius detrimentum! Rem detulit WESENBECIVS ad ducem Saxoniæ. petiitque, vt vel dimitteretur, vel rescisso theologorum decreto restitueretur in integrum. Literas WESENBECII refert Dn. IOANN. IOACHIM MVLLER **im entdeckten Staats-Cabinet, in der ersten Eröffnung** *c. III. p.* 41. in quibus inter alia refert, se non primum fuisse, in quem pastor ordinarius tam iniquam tulisset sententiam, sed eundem iam plures honestos homines ab hoc officio excluisse; speciatim vero, quibus artibus clerus illius loci erga professores vsus fuerit, his paucis adumbrat verbis: *Sape nos professores multis aliis artibus in suam scenam pertrahere annisi sunt. Id quia non successit, ad ista extrema dilabuntur.* In aliis literis *p.* 49. *sqq.* relatis, idem vrget, docetque, se *de statione & ecclesiæ gremio quasi postumum demumque deturbatum esse, non aliam ob causam, quam quod nec institutas ab ipsis accusationes pertexere, nec in tragœdiam a se nouissiquam inchoatam descendere, nec omnes illorum conciones, qui partibus dediti, accusationibus & affectibus interdum magis incumbunt, quam studio docendi populum, approbare vellet.* Rem ægre, vt decebat, tulit dux Saxoniæ, factumque cleri dominantis & inprimis Superintendentis, prouisionaliter tantum constituti, improbauit, decretumque eius annullauit. Hic vero *contumaciam sacram* præferens, sententiæ

Exemplum Wesenbecii iniuste exclusi ab officio patrini.

rentiæ aulæ ſtare noluit, ſed factum ſuum de nouo defendere atque iuſtificare ſtuduit in literis *p.* 97. relatis, præſertim cum eodem zelo peruerſo plures alios ab hoc ſuſceptorum munere, non obſtante mandato contrario, arcuiſſet. Hiſce tamen non obſtantibus per nouum reſcriptum auſus horum hominum improbatus eſt, in quo *p.* 127. hæc audacia non inepte vocata fuit ein öffentlich erforſchlich Gericht von Haus zu Hauſe, in Form und Geſtalt eines weltlichen Richter-Amts, auch zum Theil und etzlicher maſſen einer Spaniſchen inquiſition nicht ungleich. Ne ſic quidem acquieuit *miniſterium eccleſiaſticum*, ſed *p.* 135. de nouo literas ad ducem Saxoniæ dedit, factumque ſuum ineptis ratiociniis ab omni iniquitate purgare ſtuduit, qua contumacia tandem effectum, vt Superintendens WINTERVS, fax & tuba horum motuum, dimitteretur; quamvis WESENBECIVS ita a perſecutionibus reliquorum clericorum haud fuerit liberatus, donec tandem iis nouo reſcripto ſilentium impoſitum fuerit. Seriem horum actorum referre lubuit, vt ſpecimen quoddam inſigne, tum *dominatus ſacri*, in arcendis ab hoc ſuſceptorum munere ſuſpectis, tam *contumaciæ ſacræ* præberem, cui malo duplici per ea tempora adhuc ſubiectæ fuere eccleſiæ, & in nonnullis locis adhuc expoſitæ ſunt. Non aliunde vero hæc mala nata ſunt, quam quod *excommunicationis* rationem & indolem eiusque *exercitium* plerique ignorent, eamque ex erroneis vtplurimum principiis deducant, quæ miniſterio *priuatiue* hoc ius contra praxin primitiuæ eccleſiæ attribuunt, vt ſuo loco plenius euincam.

An excludendi diuerſæ religioni, in imperio tamen approbatæ, addicti?

§. XLI. Tertius caſus concernit eos, qui vni ex tribus religionibus in imperio approbatis addicti ſunt. Hi, cum diuerſæ religionis ſint, vtrum arceri ab hoc munere poſſint, admodum in dubium vocatum eſt, adeo vt olim ne quidem *Reformati* a Lutheranis admiſſi fuerint, quod ex duriſſima CARPZOVII deciſione *lib. II. iurispr. conſiſt. defin.* 266. relata, liquet. Argumenta, quæ hanc in rem in vtramque partem adferri ſolent, recitat & enarrat plenius SIMON *de patrimis c. II. §. 5. ſqq.* quæ repetere non placet. Quidam conſilium hoc ſuggerunt, vt ante baptiſmum paſtor eccleſiæ colloquium amicum cum patrino electo diuerſæ religionis inſtituat, inquiratque, an ſpes *conuerſionis* ſuperſit, de quo vbi fiduciam concepit, ſine omni hæſitatione eum admittat, alioquin reiiciat. vid. SIMON *cit. l.* §. 8. Enimuero hoc conſilium nihil profuturum eſſe, quilibet facile iudicabit, quod tantum eo directum eſt, vt *bona* quaſi *gratia*, vel ex capite *contumaciæ* repelli queat.

Digitized by Google

queat. In *ordin. Saxon. elect. cit. art gen.* 10. proceſſus hic quodammodo approbatus eſt, vt tamen non abſolute videantur excluſi ab hoc munere; ad minimum verba huius *ordinat. eccles.* categoricam exclusionem non inuoluunt, vt serenissimus legislator: Zum vierten hat es auch gleiche Geſtalt mit den andern verführten armen irrigen Leuten, ſo nicht recht vom heiligen Sacrament glauben, und gleichwol nicht muthwillig ſündigen und läſtern, ſondern allein noch in ihren Gewiſſen gefangen liegen, welche auch nicht von der heiligen Tauffe abgehalten, ſondern zugleich denen andern auch mit ihnen die gradus admonitionum vorgenommen, und ſo viel möglich, wie auch die ausländiſchen und inländiſchen Papiſten zu unſerer wahrhafftigen Religion gebracht, und davon durch unordentliche Handlung nicht abgeſchüpt werden ſollen, weil doch die Kinder nicht auf der Gevatter Glauben, dergeſtalt die Tauffe ungewiß wäre, ſondern auf den Befehlich und aufs Wort Chriſti getaufft werden, darum den Kindern, ſo getaufft werden ſollen, der Gevatter Unglaube im Hertzen an der Krafft der Heil. Tauffe nichts benimmt, welche allein auf dem Befehl und Ordnung Chriſti beſtehet, und nach ſeiner Verheiſſung mit ſich bringet, was im Worte derſelben begriffen iſt. Vel hæc ratio euincit, *reformatos* aut *Romanæ eccleſiæ addictos* non eſſe arcendos, præſertim cum in iis articulis fidei, qui in baptiſmo traduntur, & per interrogationem proponuntur, nobiſcum conſentiant, ne recuſatio eorum non leuem ſuſpicionem contemtus religionis, in imperio tamen approbatæ, inuoluat. Addo etiam hoc, hodie ſuſcipiendi infantes ex baptiſmo ritum a plerisque ad *adiaphora* referri, ſine quo baptiſmus ſubſiſtere poteſt; imo ſuſceptores hodie eo vinculo non amplius obſtringi, vti quidem tempore *perſecutionum*, quo *publica ſponſio* pro fide infantis & eius informatione erat præſtanda. Formulæ quidem ex antiqua *liturgia eccleſiæ priſcæ* etiam in noſtris recitantur eccleſiis, quibus adſtringuntur patrini daran zu ſeyn, ſo viel an ihnen iſt, damit das Kind in der Furcht GOttes erzogen, und in dem heiligen Catechiſmo unterrichtet werden möge; verum etiam hæc promiſſio cum hac limitatione intelligitur, ſo viel an ihnen iſt. Cum ergo intentio parentum A. C. addictorum haud ſit, vt ſuſceptores diuerſæ religionis infantem ſuſceptum in ſuæ religionis rudimentis fidei inſtitui curent, hæc promiſſio quoque contra intentionem parentum nihil operari poteſt, adeoque ab hoc vinculo per ſe ſunt liberati tales ſuſce-

Articulum trinitatis negantes repellendi.

ptores. Ceteros vero hæreticos, qui Christi & Spiritus S. diuinitatem non agnoscunt, quales sunt *vnitarii* seu *antitrinitarii*, quique palam huic sectæ nomen suum dant, nec facile hoc munus in se suscipient, nec volentes admittendi sunt, cum ad interrogata salua sua confessione, respondere, & si respondere parati forent, responsio eorum, salua nostra confessione, cui aperte contradicunt in articulo de *trinitate*, recipi non posset, quam *hypocriticam*, vel ad minimum in sensu reprobato intellectam fore, quilibet facile intelliget.

Ad munus patrini nemo cogi potest.

§. XLII. *Susceptoris* munus obire ad officia *amoris & humanitatis* pertinet, adeoque ad hoc nemo de iure *cogi* potest, si id recusauerit. Aliæ scilicet regulæ *amoris & honestatis*: aliæ sunt *iuris*. Hæ neminem adstringunt, vt inuitus alicui officium *humanitatis* præstet, adeo vt ne quidem iustas *recusationis* causas edere obstrictus sit, cum sufficiat, quod *officia humanitatis* obligationem producant *imperfectam*; nisi leges ecclesiasticæ singulis necessitatem imposuerint, hoc munus citra *iustam causam* haud recusandi. Illæ vero rogatum obligant in *conscientia*, vt absque *iusta causa* hoc officium haud declinet, quorsum pertinent argumenta BALDVINI adducta a GERHARDO *van* MASTRICHT *de susceptor. p.* 138 (1) quod hoc officium *pietatis* sit, atque huc directum, vt susceptor de infantis baptismo testetur, eumque in vera fide instruat: (2) quod vinculum *charitatis* exposcat, vt proximo quilibet etiam cum incommodo aliquo inseruiat: (3) quod *honestas* quoque postulet, ne socium fidei in re tam pia deseramus: (4) quod parcendum sit *famæ*, quia repulsam ferens pudore afficitur: (5) denique quod quilibet, quod sibi vult fieri, alteri quoque facere debeat. Vides, omnes rationes esse petitas a *pietate*, *charitate*, *honestate*, *pudore* & *officio*, quod sibi præstandum esse cupit, quæ omnes stringere quidem possunt *conscientiam*; sed *vim coactiuam externam* absque *lege* non producunt, vt recusans eo nomine in ius vocari queat. Hæc omnia miscet atque confundit SIMON *de patrin. c. III. §. 2 & 3.* quod in Cro minime ferendum est. Neque enim quæ leges *amoris & pietatis* iubent, iure *perfecto* ab aliquo exigi possunt.

Numerus patrinorum arbitrarius deficiente lege ecclesiastica.

§. XLIII. *Numerus patrinorum* arbitrarius est, si lege ecclesiastica non determinatus est. In primitiua ecclesia quot admissi, ignotum est. Vnum tantum admittit AVCTOR *c.* 100. *de consecr. D.* 4. qui tamen ad coæuos scriptores, qui tempore primitiuæ ecclesiæ vixerunt,

Digitized by Google

runt, referri nequit. DIONYSIVS Areopagita etiam *vnius* facit mentionem obseruante *van* MASTRICHT *cit. l. p.* 69 nec adeo improbabile, vel *vnum* seculo IV. suffecisse, cum non raro ipse pater offerret infantem suum. Nihil vlterius enim desiderabatur, quam vt adesset, qui infantem vel adultum offerret, fidemque pro eo interponeret. Per anteriora tempora plures forsan admissi, prout iudæi coram *tribus testibus* baptisma peragebant. Abusus vero, quod quæstus gratia insignis copia patrinorum in scenam produceretur, ansam dedit, vt certus numerus legibus ecclesiasticis determinaretur. In *electoratu Saxon.* secundum *art. 6. gen.* non admittuntur plures quam *tres* bey Straffe 100 fl. quod in reliquis Saxonicis etiam repetitum. In *ordin. Magdeb. eccl. c. III.* §. 8. idem numerus receptus est bey Vermeidung unnachläßiger Straffe. Additur tamen § 9. & 10. duplex limitatio: (1) Jedoch ist denen Regierungs-Räthen so wol als denen von Adel nachgelassen einige mehr zu bitten, quibus etiam hodie adiunguntur milites: (2) wenn es aber Kinder seyn, so ausser der Ehe erlauffen und gebohren, sollen nur zween Gevattern so wol in Städten als Dörffern zur Tauffe gebethen und zugelassen werden. Ius canonicum tantum *duos*, & quidem *diuersi sexus* admittit, *c. f. de cognat. spirit. in* 6. vt *regeneratio* quodammodo imitetur naturalem generationem, & cognationem, quæ inde nascitur. In nostris quoque ecclesiis, non raro diuersi sexus patrini ex more antiquo desiderantur, quamuis consultius foret, vt patrini masculi puerum, feminæ vero puellam e baptismo susciperent ob ingentes abusus, qui in eligendis susceptoribus diuersi sexus, sæpe conciliandi amoris gratia, committuntur. Olim tantum masculos admissos fuisse quidam arbitrantur, quorum sententiæ quoque accessit MASTRICHT *pag.* 53. quod testimonia primi æui desint, *feminas* fuisse admissas; sed etiam desunt, eas fuisse prohibitas. Iudæi certe admittebant feminas in feminarum baptismate, vt SELDENVS docet; & quia feminæ vitam moresque baptizandarum conuenientissime obseruare poterant, quod etiam *ratio decori* postulabat, nulla ratio prohibitionis euidens dari potest. Ex *l.* 26. *C. de nupt.* non euincitur, tantum masculos in puellarum baptismate fuisse admissos, sed æque facile inde colligi potest, patrinos diuersi sexus infantem suscepisse. Conf. CAROL. COINTE *ad ann.* 496. *ann. eccl. Franc. n.* 79. *sq.* Nomina tum baptizatorum, tum patrinorum *diptychis* inserebantur, quod etiam hodie vbique fieri solet. De effectu huius *susceptionis* infra ad *lib. IV.* agendi locus est, vbi de *cognatione spirituali* doctrinam sub examen reuocabo.

Duos tantum ius canon. admittit diuersi sexus.

Digitized by Google

Munerum lustricorum natales,

§. XLIV. In morem præterea abiit, vt susceptores neophyto solennia munera mitterent, quæ *pecuniam lustricam*, das Pathen-Geld, Pathen-Geschencke, Eingebinde, vocare solent. Primi huius moris natales, meo iudicio repetendi sunt ex ritu generali, quo in diebus lætitiæ & solennibus solebant amici sibi solennia mittere dona. Facit huius ritus mentionem VLPIANVS in *l.* 194 de V. S. aiens: *Munus esse donum cum causa, vt puta natalitium, nuptalitium.* Donorum nuptialium quoque fit mentio in *l.* 13. §. 2. *de admin. & peric. tut. & l.* 1. §. 5. *de tut. & rat. distrab.* Kalendis præterea Martiis, quæ feminis solennes erant, aut *natali die* munera dabantur *l.* 31. §. 8. *de donat. int. vir. & vxor.* Atque talia *solennia munera* mittebantur parentibus cognatisque, *l.* 12. §. 3. *de admin. & peric. tut.* conuenienti tempore. Recens natis infantibus quoque munera mittebantur, vt docet CAPITOL. in *Clod. Albin. c.* 6. *infantulo tuo Pescennio primo munera digna suo loco tuoque mittamus;* imo & puerperis, vt iam TERENTIVS in *Phorm. act.* I. *sc.* I. *v.* 12. docet: *Porro autem Geta ferietur alio munere, vbi hera pepererit.* Conf. TVRNEBVS *lib. III. aduers. c.* 6. *in f.* Hi mores Romanis Græcisque vsitati sine dubio ansam dederunt, vt susceptores, qui *patres spirituales* facti dicebantur, & sic *consanguinitate* coniuncti *spirituali*, baptizatis solennia mitterent darentque munera, præsertim cum dies *lustrationis* iis essent *solennes*, *boni*, *hilares*, & per septem dies *in albis* seu *candidati* incederent.

& conuiiorum baptismalium.

E contrario susceptis quoque solebant susceptores conuiuio solenni excipere; caue tamen, ne existimes, in *compensationem horum sumtuum* dona hæc data fuisse; talis enim finis omni repugnat antiquitati, quæ potius docet, *gratulationis & testandi affectus purioris causa* solennia munera missa fuisse, cum variis aliis occasionibus, in quibus hæc conuiuia cessabant, ea mitterentur.

Pecunia lustrica acquiritur infanti.

§. XLV. Vnde facile liquet, non parentibus hanc *pecuniam lustricam*, sed *infantibus* acquiri, vt recte CARPZOV. *lib. II iurispr consist. def.* 272. *n.* 3. *sq.* censet, adeo vt in pluribus locis moris esse soleat, non tantum munusculum hoc ipsi apponere infanti mox post actum baptismi in ecclesia, quod vocare solent, das Pathen-Geschenck wird auf das Kind geleget, sed etiam in schedula præterea, qua hoc munus continetur, intentio donantis satis euidenter exprimi soleat. Inter illustres, reges, principesque idem mos retentus est. Quis autem sibi aliisque persuaderet, in compensationem *conuiuii baptismalis* hæc dona transmitti, quod admodum sordidum foret. Neque vero semper pecunia baptizato datur,

Digitized by Google

datur, sed alia etiam munera in singularis affectus testimonium, vt stipendium, præbenda, imo officia militaria in vsum infantis &c. Inde etiam factum fuisse videtur, vt adhuc hodie talia munera vocare solcamus das Eingebinde, quod sicuti hodie in pluribus locis ipsis cunis imponitur, ita olim infanti alligatum fuerit, es ist dem Kinde angebunden worden. Denique *intentio* susceptorum communis contrariæ sententiæ reclamat, quæ huc vnice vergit, vt in *signum peculiaris affectus* hoc lucrum infanti cedat, vel, vt hodie loqui amamus, zum Andencken; ne dicam, in multis locis conuiuia baptismalia cessare, & tamen pecuniam lustricam offerri; & vice versa *pecuniæ lustricæ* nullum esse vsum, & tamen nihilominus conuiuia solennia institui. Pluribus testimoniis ex antiquitate depromtis id testatur CANGIVS *de gloss. voce filiaticum*, ostenditque infanti in signum *filiationis* hæc munera fuisse oblata & data, adeoque ex *cognatione spirituali* originem horum munerum trahendam esse.

§. XLVI. Quæ cum ita sint, simul inde manifestum redditur, ad quam bonorum speciem pecunia lustrica referri possit? Si patre mortuo, infans nascitur, quæstio hæc superuacua est. Patre viuente natus infans hoc munusculum sibi quidem acquirit; quale ius autem patri in eo relictum, indagandum. Qui ad peculium *castrense* vel *quasi castrense* illud referunt, omni destituuntur fundamento. Equidem intuitu *militiæ spiritualis contra Satanam* hoc munusculum dari, sunt qui censent; ast ea ratio siculnea & ita comparata est, vt *fictæ consanguinitati*, quæ inter baptizatum & susceptorem iniri dicitur, accenseri debeat. Nec *peculii profectitii* rationem indistincte habere potest, quod non semper intuitu *patris* detur, sed quandoque intuitu *matris*: sæpius *solius infantis* contemplatione, vt si ab auo vel auia, vel etiam ab aliis consanguineis detur. Videlicet aut constat, intuitu *solius patris* hoc munusculum infanti datum fuisse, aut non. Priori casu sine dubio *peculio profectitio* accensebitur. Si aliæ adsunt coniecturæ, quod *matris* vel *infantis* contemplatu datum sit, *aduentitii peculii* in censum venire debet, sicuti alia dona, quæ liberis dantur. Et quidem *in dubio*, infantis intuitu hoc ipsum datum fuisse, ex antecedentibus liquet, vt sit indicium peculiaris affectus, per quod memoriam susceptorum conseruare possit. Ea de causa quoque regulariter nec *vsumfructum* pater in ea pecunia sibi vindicare potest, quod ea sit intentio susceptorum, vt plenissimo iure sibi illud susceptum acquirant, vt recte obseruant STRYK. *in not. ad Brunnem. iur. eccl. lib. II. c. I. m. 2. §. 13.* BERGER, *in œconom. iur. lib. II. tit. 2. §. 33.*

De iure patris in pecuniam lustricam.

Quandoque ad profectitium, quandoque ad aduentitium peculium referendum.

Digitized by Google

2. §. 33. BEYER. *in posit. ad instit. tit. per quas person. cuique acquir. pos.* 26.

An infanti tribuenda hypotheca tacita in bonis paternis?

§. XLVII. Quamuis vero hoc donum infanti acquiratur, quia tamen infans per ætatem res suas nondum administrare potest, (cum alias *extraordinarii aduentitii* liberam dispositionem adulti habeant) pater interim eius *custodiam* & *administrationem* habet, fructusque inde perceptos, siquidem res frugifera dono oblata fuerit, in vtilitatem infantis vertere debet. Atque hac de causa infanti *hypothecam tacitam* in bonis parentum attribuunt, quæ tamen non est extra controuersiam posita. Ante omnia distinguo inter ius *commune* & *locale*. Hoc si liberis *hypothecam tacitam* tribuit in bonis patris propter pecuniam lustricam, res salua est, vt *ordin. proceſſ. Magd. c.* 49. § 54. disertis verbis statuit. De iure *communi* liberis quidem hypotheca tacita propter *dotem maternam* data & communicata est, quæ ipsi matri competebat; *l.* 12. §. 1. *C. qui pot. in pign. hab.* ast non idem ius *bonis aduentitiis* in genere tributum, quod diserte innuit Imperator in *l.* 6 §. 2. *C. de bon. quæ liber. non autem hypothecam filiifamilias aduersus res patris viuentis, seu iam mortui sperare audeant, nec ratiocinia ei super administratione inferre.* In hoc patrem a *tutoribus curatoribusque* distinguere voluit imperator, in quorum bonis propter *administrationem* pupilli & minores hypothecam tacitam habent, *l.* 20. *C. de admin. tut.* patres autem non sunt nudi *administratores*, sed *iure* fruuntur *pinguiori*. Neque vero *generalis hypotheca* ex *l.* 6. §. 4. *C. de bon. quæ lib.* deducenda est, vtpote quæ de casu particulari, quo dotem maternam, donationemque propter nuptias liberi sibi vindicant, loquitur; aperte vero sibi contradiceret, si pro omnibus aduentitiis liberis in *hoc* §. assignata esset hypotheca, quæ in §. 2. illis tamen denegata erat. Grauior autem ratio dubitandi est de aduentitiis, in quibus patri nullus debetur vsusfructus, quorsum etiam *pecuniam lustricam* retulimus, quippe in quibus patri *sola administratio* æque vt tutoribus & curatoribus competit, atque ea de causa, vt *tutor* ea administrare videtur, quorsum inclinare videtur CARPZOVIVS *P.* 1. *C.* 28. *def.* 113. Enim vero minus accurate ita philosophatur, cum pater vi *patriæ potestatis* eam administrationem habeat, eamque paulo liberius in vtilitatem liberorum exercere possit, vt argumentum a tutoribus ad parentes haud sit admittendum, præsertim cum hypotheca tacita talia argumenta respuat, & sine certa lege subsistere viresque habere nequeat. Ceterum quo euidentior huius doctrinæ veritas est, quæ etiam agnita in

diss.

Digitized by Google

diff. ſub præſ. Dn. THOMAS. *de hypoth. tacit. propter pecun. luſtric.* §. 6. ab HARPRECHTO *in ſcrutin. XIIX. hypothec. tac. dub.* §. 14. LAVTERBACHIO *ad tit. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac.* §. 57. & *diſſ. de tacit. pign. th.* 39. & TITIO *in iur. priu. lib III. tit.*17. §. 4. eo proniores plerique ſunt in contrariam ſententiam, adeo vt in concurſu creditorum liberis propter hypothecam hanc locus in tertia claſſe aſſignari ſoleat, non alia de cauſa, quam quod CARPZOVIVS, BRVNNEMANNVS, STRYKIVS, RICHTERVS ceteraque iurisprudentiæ lumina, quorum auctoritas in praxi plerosque in ſuam trahit partem, hoc dogma propagauerint. Nouiſſime idem ſuo aſſenſu roborarunt BERGERVS *in œconom. iuris lib.* 2. *tit.* 5. §. 3. *lit.* δ. & *in elect. diſcept. forenſ. p.*1498. RIVINVS *in enunc. iur. ad proc. Saxon. tit.* 45. *enunc.* 3. *pag.* 1556. *ſq. &c.*

§. XLVIII. Quia, vt dixi, dies baptiſmi *feſtus* & *bonus* ab antiquo habitus fuit, non adeo mirandum eſt, *conuiuia baptiſmalia* eo die antiquitus inſtituta fuiſſe. Primitus forſan hæc conuiuia admodum *modeſta* & ſine vllo luxu fuere, cum in *concil. Carthag. IV. c.* 86. cautum fuerit: *neophyti aliquamdiu a lautioribus epulis, & ſpectaculis & coniugiis abſtineant;* quin quod ſeptem illos dies, quibus *in albis* incedebant, pie admodum cum pſalmis & hymnis tranſigere iuberentur, vt etiam a balneis abſtinerent, teſte TERTVLLIANO *de coron. c.* 3. Solebant tamen baptiſtam & ſuſceptores ſeculo IV. conuiuio excipere, quæ magis *agapas* repræſentabant, vt antecedentia innuunt. Teſtis eſt GREGORIVS NAZIANZENVS *orat. XL.* quæ de *baptiſmo* plena eſt, imprimis vero contra eos directa, qui variis ſub prætextibus illum differebant. Ait: *Turpe eſt dicere, vbi eſt munus, quod propter baptiſmum offeram? vbi ſplendida veſtis, in qua exſplendeſcam? vbi ea, quæ ad initiatores meos excipiendos requiruntur, vt in his quoque rebus nominis celebritatem conſequar?* vid. CAROLVS COINTIVS *in annal. Franc. eccl. tom. I. ad ann.* 496. *n.* 92. *pag.* 169. In adductis verbis τῶν βαπτιζῶν, quos excipere volebat neophytus, fit mentio, in *plurali numero*, qua denominatione & *baptizans* & *ſuſceptor* intelligi debent, cum hic etiam ad baptiſmum concurrebat, & vterque a neophyto conuiuio excipiebatur, quod ita moderate tamen inſtituendam erat, ne in *commeſſationem* degeneraret. Re vera tamen tractu temporis in ſummum abuſum ea tracta fuiſſe, res ipſa loquitur, quem grauiter depingit

Conuiuiorum baptiſmalium origo.

STV-

Digitized by Google

per leges ecclesiasticas restricta.

STVCKIVS *in antiq. conuiu. lib.* I. *c.* 16. *p* 49. Ansam hic dedit, vt legibus ecclesiasticis vel prorsus sublata sint hæc conuiuia vel admodum restricta, quamuis talia vitia, vbi semel radices egerunt, absque difficultate eradicari nequeant. In ducatu Brunsuicensi ea admodum restricta esse colligo *ex ordin. eccl. renou. P. I. c.* 8. §. 7 *in f.* & ex AVGVSTI *ordin. baptismali p.* 143. in *cit. ordin. eccl.* relata. In ducatu Magdeburgico per *ord. eccl. c. III.* §. 11. prorsus prohibita sunt, cum hac tamen limitatione: Doch soll den Weibern, so der Kind-Betterin in der Noth beygewohnet, ingleichen denen fremden Gevattern, sonst aber keinen Personen mehr, es sern Freunde oder nicht, eine Mahlzeit zu geben verstattet seyn. Similiter *cit. l.* etiam *pecunia lustrica*, das also genannte Pathen-Geld und andere bishero gewohnliche Geschencke eliminata sunt; nescio vero, quo fato contigerit, vt non obstante hac prohibitione vtriusque moris praxis vsque ad nostra tempora continuata fuerit.

De effectu baptismi.

Effectus primus est, quod characterem indelebilem imprimere dicatur, & ita reiterari nequit.

§. XLIX. Altera pars huius tituli *effectum baptismi* concernit, qui vel *spiritualis* & *internus*, vel *ciuilis* & *externus* est. Ille consistit in *regeneratione* & *ablutione* a peccatis, quem theologi fusius explicant illustrantque. His addunt ecclesiæ Romanæ assectæ etiam hunc, quod *characterem indelebilem* imprimat, vt ait CORVINVS *in aphorism. iur. canon. lib. II. tit.* 2. §. 6. qui prohibet, ne iterari possit. Ait AVGVSTINVS in *c.* 108. *de consecr. D.* 4. *Rebaptizare haereticum hominem, qui sanctitatis* (vel sanctæ trinitatis) *signa suscepit, quæ christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est: rebaptizare autem catholicum, immanissimum scelus est.* Duæ olim quæstiones in controuersiam deductæ fuere. Prima est, *vtrum haeretici, ad ecclesiam orthodoxam redeuntes, essent rebaptizandi?* Quod olim censuit CYPRIANVS cum Africanis episcopis & acriter defenderunt *Donatistæ.* Idem tamen contra CYPRIANVM negarunt Romani duce STEPHANO, & orthodoxi contra Donatistas, auspice AVGVSTINO, modo in *sanctæ trinitatis inuocatione* baptizati fuerint. *c.* 28. & 32. *de consecr. D.* 4. *c.* 43 *sqq. eod.* Hoc non facto rebaptizandi sunt, peruerse immersi, *c.* 84. 109. *eod.* quo iure etiam protestantes vtuntur. Feruor patrum, Donatistas proscribentium, tandem effecit, vt *crimen publicum* rebaptizantes contrahere existimarentur, legibus ciuilibus grauissima animaduersione punitum, de quo *lib. V. tit.* 9. prius

Digitized by Google

prius agendi locus eſt. Altera eſt: *vtrum, qui in catholica eccleſia ſunt, ab grauiores lapſus denuo baptizandi ſint in peccatorum remiſſionem?* Hunc errorem merito reiiciunt purioris doctrinæ eccleſiæ. Quidam hic ſcrupulum mouent *ex Act. XIX,* 5. vbi a IOANNE baptizatos rebaptizatos fuiſſe cenſent. Enimuero eleganter oſtendit B. SPENERVS *P. III. conſil. theol. Germ. c.* 6. *art.* 1. *diſtinct.* 1. *ſect.* II. *p.* 73. verba *cit. verſ.* 5. non eſſe relatiua euangeliſtæ, ſed ipſius PAVLI, cum *verſ.* 4. coniungenda, daß alſo, pergit, Paulus ſagen wolte, es ſey die Tauffe Johannis eben die Tauffe JESU, und alſo billigte hiemit Paulus ſolche Tauffe, die von Johanne geſchehen wäre, deßwegen, weil ſie von Johanne nicht auf ſeinen, ſondern den Namen JEſu wären getauffet worden. Zu Bekräfftigung aber legte er ihnen folgends die Hand auf, die auſſerordentliche Gaben des Heiligen Geiſtes ihnen mitzutheilen, alſo, daß nicht von einer neuen Tauffe hier geredet, ſondern wie es mit der Tauffe Johannis bewandt geweſen, erzehlet werde. Conf. ZIEGL. *de baptiſm. non iterando.*

§. L. Agnoſcunt etiam noſtræ eccleſiæ, baptismum non eſſe iterandum, quamuis in *charactere* quodam *indelebili* præſidium nullum quærant, quin potius argumentis, ex *ſacris* deſumtis, hoc dogma tueantur. Id tamen omnino accipiendum de caſu, ſi conſtat, baptiſma eſſe collatum; in dubio enim baptizandi ſunt, de quorum baptiſmo non conſtat, vt recte cenſuit GREGORIVS III. in *c.* 110. *de conſecr. D.* 4. *Paruulos, qui parentibus ſubtracti ſunt, & an baptizati ſint, ignorant, hos vt baptizare debeas ſecundum patrum traditionem, ſi non fuerit, qui teſtificetur, ratio poſcit.* Conf. *c.* 111. 112. 113. *ibid.* *Neque enim*, vt dicitur in *c.* 16. *de conſecr. D.* 1. & *c.* 3. *de presbyt. non baptiz. monſtratur eſſe reiteratum, quod neſcitur factum.* Quamuis enim in *c.* 3. *in f. X. de presbyt. non baptiz.* violenta præſumtio pro eo, qui de chriſtianis parentibus natus, eſſe dicatur, quod baptizatus fuerit, *adeo vt hæc præſumtio pro certitudine ſit habenda, donec euidentiſſimis forſan argumentis contrarium probetur;* id tamen tum ad eum tantum pertinet caſum, *ſi quis diu fideliter inter chriſtianos eſt conuerſatus*, vt pontifex addit; tum etiam non efficit, vt in rebus ad ſalutem neceſſariis in ſola *præſumtione* ſubſiſtendum ſit, quæ *certitudinem ſummam* deſiderant. Cum vero efficaciam baptiſmi ex *intentione baptizantis* deſumere & æſtimare ſoleant, conſtitutum eſt ab aula Romana, vt tali formula baptiſmus hoc caſu peragatur: *Si baptizatus es, non te baptizo: ſed ſi non baptizatus es, ego te baptizo* ſecundum *c.* 2. *X. h. t.* Hac formula conditionali abſtinent proteſtantes, perſuaſiſſimum

Eccleſiarum proteſtantium doctrina. Quod ſi dubitetur, an aliquis ſit baptizatus.

mum habentes. *intentionem* miniſtri nihil addere aut detrahere baptiſmo, prout ſupra obſeruatum eſt, adeoque ſimpliciter in forma vſitata tales infantes baptizant. Ita decreuit Facultas theologica & iuridica huius loci M. Aug. 1715. in caſu quodam admodum ſingulari, vbi non leuia circa baptiſmum dubia emergebant: Daß zuvörderſt, bewandten Umſtänden nach, das Kind, welches Beklagter D. T. mit der Klägerin in Unehren gezeuget, der Kirchen-Ordnung gemäß, nach vorgegangenem deſſen genugſamen Unterricht im Chriſtenthum, zu tauffen, ſonſt aber &c. Rationes dubitandi quoad hunc punctum erant hæ:

Zuförderſt iſt in der zwiſchen A. B. und D. T. hängenden Streit-Sache Zweiffel vorgefallen, ob auch das Kind, welches Beklagter mit der Klägerin in Holland in Unehren gezeuget, getauffet ſey, und deßwegen der fiſcalis interueniendo einkommen. Ob nun wol Beklagter D. T. in ſeiner fol. 139. befindlichen Antwort ad articulos dabey beſtändig verbleibet, daß, wie er wegen des kränclichen Zuſtandes des Kindes gefordert worden, die anweſenden Frauens-Perſonen darauf gedrungen, daß es getauffet werden müſte, weil ſo wol die Noth vorhanden, als auch, wenn Manns-Perſonen gegenwärtig wären, die Weibes-Perſonen von ſolchem actu ausgeſchloſſen werden müſten, wodurch er ſich bewegen laſſen, das Kind in Gegenwart zweyer oder dreyer Frauens-Perſonen zu tauffen, dabey er auch nichts unterlaſſen, was der Einſetzung Chriſti gemäß ſey, ſondern die gewöhnlichen Worte, die in ipſo actu gebrauchet werden, über das Kind ausgeſaget, es alſo daher das Anſehen gewinnen möchte, daß, wenn D. T. dieſe ſeine Auſſage mit einem Aeyde beſtärcken würde, worzu er ſich denn allenfalls offeriret, die Tauffe dadurch völlig erwieſen ſey, da zumahl er eines Theils Vater zum Kinde iſt, und wol nicht zu vermuthen, daß er ſeines eignen Kindes Wohlfahrt ſo liederlich hindanſetzen, und ſelbſten darüber einen Meinäyd begehen ſolte, andern Theils auch die præſumtio iuris vor das Kind, daß es getauffet ſey, militiret, cum de illo, qui natus eſt de chriſtianis parentibus, & inter chriſtianos verſatus eſt, tam violenter præſumatur, quod ſit baptizatus, vt hæc præſumtio pro certitudine ſit habenda, donec euidentiſſimis argumentis contrarium probetur:

c. f. in f. X. de presbyt. non baptiz..

wie denn auch in caſu neceſſitatis die Noth-Tauffe jedermann erlaubet, und nicht zu wiederholen, welche reiteratio baptiſmi alhier zu befürchten ſeyn möchte, wenn erkannter maſſen das Kind von neuen getauffet werden ſolte.

Weil

Weil aber dennoch D. T. zwar ausſaget, daß das Kind in Gegenwart dreyer Frauens-Perſonen getauffet ſey, ſolche aber nicht nennen kan, auch dieſelben nicht mehr kennen will, und daher keinen andern Beweißthum von der geſchehenen Tauffe, als ſeine bloſſe aſſertion, anführen mag, hiernächſt V. B. fol. 170. in ihrer Ausſage dabey bleibet, daß ſie den Tauff-Actum ſo wenig geſehen als gehöret, ſondern nur ihre Wirthin es ihr hernach erzehlet, doch dabey geſaget, daß ſie es dabey nicht laſſen ſolle, weil das Werck nicht beſtehen könte, und ſie es von ihr am jüngſten Tage fordern wolte, dabey auch fol. 194. in der geſchehenen confrontation geblieben, obwol D. T. ihr unter die Augen geſaget, daß ſie das Kind auf dem Schoſſe gehalten, wie er die Tauffe verrichtet, welches ſie doch beſtändig ableugnet, alſo ob die Tauffe würcklich und in debita forma geſchehen ſey, allerdings zweiffelhafftig bleibet, überdem auch daraus kein geringer Verdacht entſtehet, daß nach der Zeit dem ordentlichen Prediger des Orts ſolches nicht angeſaget, und das Kind zur Einſeegnung gewöhnlicher Maſſen nicht vorgetragen worden, cum tamen hoc vel ideo fieri debeat, vt publicum ſuſcepti baptiſmi teſtimonium habeat infans, & futuris conſcientiæ ſcrupulis ita ſuccurratur,

GEORG. KÖNIG *in cauſ. conſcient. c.* 8. *de baptiſm. p.* 257.

da denn bey ſo geſtalten Sachen es gefährlich ſcheinet, es auf den bloſſen Aeyd des Beklagten ankommen zu laſſen, als welcher ad auertendam vlteriorem inquiſitionem nicht wenig verdächtig iſt, auch in re tam ardua es auf eines einzigen Zeugen Ausſage, und zwar quodammodo in re propria, nicht ankommen mag, vielmehr in caſu dubio, quando non conſtat, infantem eſſe baptizatum, daſſelbe allerdings zu tauffen iſt,

c. 110. *de conſecrat. D.* 4.

cum in caſu dubio eligendum ſit, quod tutius eſt,

B. STRYK. *ad Brunnem. ius eccleſ. lib.* I. *m.* 2. §. 7.

hieher auch die angeführte præſumtio keines weges zu ziehen, da ſo wichtige Umſtände in contrarium ſind, und die bloſſen conjecturen in einer Sache, die die Seligkeit betreffen, nicht zulangen wollen, quin potius in re dubia baptiſmus non præſumitur, ſed ſatius eſt, baptiſmum certo conferre, quam de ſuſcepto tam ratione quidditatis quam veritatis per omnem vitam dubitare

SCHILTER. *inſtit. iur. can. lib.* 2. *tit.* 2. §. 13.

daher auch keine reiteration zu befürchten, als welche hier nicht prioris

actus valori, ſondern nur eiusdem certitudini entgegen geſetzet wird, in welchem Fall es heiſt, quod non intelligatur reiteratum, quod ambigitur eſſe factum,

c. 3. *X de presbyter. non baptiz.*

mithin, was fol. 207. aus den päbſtl. Rechten, und zwar ex *c.* 2. *X. de baptiſm.* de conditionali baptiſmo angeführet iſt, hiebey nicht zu gebrauchen, vielmehr das Kind ſchlechterdings & pure zu tauffen iſt,

B. STRYK. *cit. l.*

gleichwol da es bereits 13. Jahr und drüber alt iſt, billig nach Art der erwachſenen catechumenorum vorher im Chriſtenthum wohl unterrichtet werden muß, und ſo viel die von fiſcali geſuchte Beſtraffung betrifft, ſolche um deßwillen wegfällt, weil allhier kein corpus delicti verhanden, und nicht ausgemacht werden mögen, ob das Kind die Noth-Tauffe empfangen oder nicht, alſo auch ungewiß bleibet, ob ihm dabey ad effectum pœnæ was beygemeſſen werden könne, da denn in dubio die abſolutoria ſententia erfolgen, jedennoch, weil er cauſam inquiſitioni gegeben, dem fiſcali billig die Unkoſten erſtatten muß.

Effectus ciuiles varii ſunt. Fit baptizatus membrum eccleſiæ, nouum ſtatum induit.

§. LI. Effectus *externus* ſeu *iuridicus* eſt, qui peculiaria iura vel in *ſocietate eccleſiaſtica* vel *ciuili* producit, de quibus ex inſtituto egit B. LVDOVICI de *effectu baptiſmi iuridico.* Primus & principalis eſt, quod baptizati fiant per baptiſmum *membra ſocietatis eccleſiaſticæ*, legibus eiusdem ſubdantur, &, vt loquar cum iure canonico, in *poteſtatem eccleſiæ* veniſſe dicantur. Hunc effectum latius ſupra ad *tit. de conuerſ. infidel.* § 63. *ſqq. p.* 272. *ſqq.* euolui & explicui, oſtendique plures ex hoc effectu rurſus propullulare *concluſiones ciuiles*, cum *Chriſtianus* factus *nouum* induat *ſtatum*, vnde varia iura propullulant, veluti quod macula, infidelibus adhærens, deleatur: quod ad collegia opificum, & ad dignitates iam admitti queat, vt §. 76. *cit. l.* oſtendi: quod matrimonium cum fideli iam inire poſſit: quod in cœmeterio eccleſiaſtico ſepeliatur, (vid. *tit. de ſepult.* § 47 *ſq.* vbi de infantibus absque *baptiſmo* decedentibus) & paucis: quod commercio omnium iurium *ſacrorum* & *ciuilium* frui poſſit. vid. *tit. ſeq. de presbyt. non baptiz.* Videlicet ſicuti olim in republ. Romana a triplici *ſtatu ciuili* omnium iurium Romanorum communio dependebat; ita in *republica eccleſiaſtica* (loquor ex hypotheſi Romanæ eccleſiæ) a triplici *ſtatu eccleſiaſtico* omnium iurium communio dependet. Secundum hunc enim homines ſunt (I) vel *chriſtiani* ſeu *ciues* reipubl. chriſtianæ, vel *infideles* ſeu ſerui: (II) illi ſunt vel *orthodoxi*, ciues eccleſiæ legitimi, vel *hæretici*, extorres, & *extraneis* æqui-

Digitized by Google

æquiparandi: (III) denique illi potiſſimum ſunt vel *clerici* vel *laici*. Hic triplex *ſtatus* per totum ius canonicum ſeſe diffundit, vt nullus fere titulus occurrat, in quo non eius ratio habeatur.

§. LII. Alter effectus eſt, quod inducat *conſanguinitatem ſpiritualem*, de qua *lib. IV. tit. XI.* ſpeciatim agitur. Fontes huius *conſanguinitatis* iam aperui, dixique, eam iam tempore IVSTINIANI impedimentum nuptiarum conſtituiſſe. *l.* 26. *C. de nupt.* Reliqua *cit. l.* V. D. perſequar. Id tantum binis verbis hic addo, per *ſuſceptionem* ex baptiſmo νοθεσίαν quandam fuiſſe quidem conſtitutam, non tamen æque talem, quæ per *adoptionem* fit; quippe quæ pleraque *liberorum* iura in adoptatum transfert; non idem illa. Occaſionem tamen poſtea dedit, vt etiam per *baptiſmum* ſpeciatim *adoptio* fieret, ſi ſuſceptores voluntatem ſuam deſuper declararent. Ergo hic effectus baptiſmo non erat *eſſentialis*, ſed magis *accidentalis*, & ſpecialem voluntatis declarationem poſtulabat, quod pluribus teſtimoniis exornat CANGIVS *diſſ. XXII. ad Ioinuillum p.* 274. Conf. EVNDEM *in gloſſar. voce Filiaticum & Adoptio.* MERILLIVM *lib. III. obſerv.* 40.

Inducit conſanguinitatem ſpiritualem.

§. LIII. Adduntur alii effectus, qui tamen ſunt *ſpurii*, quorum primus eſt, quod *diuortium* operetur, quem examinaui *tit. de conuerſ. infidel.* §. 65. *ſq.* Secundus quod in *mancipiis baptizatis* libertatem operetur, de quo dixi *cit. l.* § 72. *ſq.* Tertius, quod *confiſcationem bonorum* induxerit olim, quem abuſum enarraui §. 74. *cit. l. ſq* Quartus, quod liberet a patria poteſtate, de quo actum *cit. l* § 80. Quintus, quod baptizatis liberis a patre infideli ſtatim debeatur legitima, de quo dixi *cit. l.* §. 81. Sextus, quod pœna criminalis per baptiſmum tollatur, quem effectum examinaui *cit. l.* §. 82. Septimus, quod baptizatus militare prohibeatur, de quo actum *cit. l.* §. 84. Octauus denique, quod baptizati priuilegium *miſerabilium perſonarum* conſequantur, quem errorem reieci *cit. l.* §. 85. Quodſi ergo *ſpurios* a *genuinis* ſeparo, tres tantum principales effectus baptiſmi ſunt, (1) quod *characterem indelebilem* operetur: (2) quod *ſtatum ciuilem nouum* baptizato conciliet: (3) quod *cognationem ſpiritualem* conſtituat.

Non operatur diuortium, nec libertatem, nec bonorum confiſcationem, nec liberat a patria poteſtate, non operatur veniam delictorum.

De confirmatione.

§. LIV. Acceſſorium *baptiſmi* olim erat *confirmationis* ritus, qui per *vnctionem* & *manuum impoſitionem* expediebatur, qui vtrum noui fœderis *verum ſacramentum*, an *ſimplex baptiſmi ritus* fuerit? inter proteſtantes & Romanæ eccleſiæ doctores in contentionem ſummam deductum fuit. Poſterius aſſerit DALLAEVS *de confirmat.* prius vero

Rixæ de confirmatione.

Digitized by Google

NATALIS ALEXANDER *tom. III. histor. eccles. diss.* 10. *p.* 418. *sqq.* Ipsa huius ritus occasio facile euincit, hic deesse peculiare sacramentum a Chri-

Natales eius. sto in N. T. institutum. Duo admodum loca sint, ex quibus liquet, olim ab *apostolis* manus *baptizatis* fuisse impositas, vt *Spiritus S.* fierent participes, per quem in fide nouiter suscepta confirmarentur. Primus est *Act. VIII*, 15. 16. 17. vbi LVCAS refert, Petrum & Ioannem Samariam missos fuisse, qui nouiter baptizatis manum imposuerunt, qua, quia erat *miraculosa* & *efficacissima*, Spiritus S. gratia illis attribuebatur. Alter est *Act. XIX*, 6. quem locum explicui §. 49. ostendique, non nouiter baptizatos Ephesinos, sed *manuum impositione* PAVLI Spiritus S. participes factos fuisse. Id ergo egerunt apostoli, vt neophytis *manus suas* imponerent, quo Spiritus S. dona acciperent; interim quia hæc

Non nouum sacramentum est, manuum impositio *donum extraordinarium* erat, vt ex *Act. VIII*, 18. constat, apostolorum non ea erat intentio, vt *nouum sacramentum* hoc ipso constituerent, inposterum propagandum; (neque enim *dona* hæc *miraculosa* aliis communicare potuere,) sed id vnice egerunt, vt quauis occasione huius *doni miraculosi* effectum ederent, qui tum in *ordinandis* tum in *neophytis* maxime videbatur necessarius. *Vnctionis* ritus nondum vsitatus erat, nec vlla eius fit mentio in actis apostolorum; perverse vero admodum huc trahitur PAVLI doctrina 2 *Cor. I*, 21. & IOHANNIS I *epist.* 2. *vers.* 27. in qua de *vnctione mystica* seu *spirituali*, a DEO per fidem in Christum accepta, euidenter agitur, minime vero *vnctio externa* ab episcopo vel apostolis data innuitur, vt pluribus demonstrat CHEMNITIVS *in exam. concil. Trident. P. II. loc.* 3. *p.* 341. *sqq.* inprimis vero §. 11. *sqq.*

nec vnctionem apostoli adhibebant.

Occasione manuum impositionis apostolicæ orta,

§. LV. Negari tamen nequit, hanc *apostolicam manuum impositionem* occasionem præbuisse, vt hic ritus postea baptismo superadderetur, & baptizatis per *episcopum* vel *presbyterum* manus imponeretur, cui æuo TERTVLLIANI iam accesserat *vnctio*. Videlicet baptizandi deducebantur ab his, quos rogauerant, ad *aquam publicam*, vt ibi immergerentur. Post hoc lauacrum mox *ad fratres* eum in locum, vbi congregati erant, reducebantur, vt *communium precum* & *eucharistiæ* mox participes fierent, vt supra ex IVSTINI *martyris apol. II.* ostendi. Reuersos summo cum gaudio excipiebant fratres, vt *illuminatos*, vt *fideles*, vt *sibi adscitos*, illisque speciatim episcopi præuia *vnctione* & *manuum impositione* benedicebant. Distincte ritum hunc depingit TERTVLLIANVS *lib. de baptism. c.* 7. & 8. *Egressi de lauacro perungimur benedicta vnctione de pristina disciplina, qua vngi oleo de cornu in sacer-*

& immediate post baptismum peracta

Digitized by Google

cerdotium ſolebant. - - - Sic & in nobis carnaliter currit vnctio, ſed ſpiritualiter proficit: quomodo & ipſius baptiſmi carnalis actus, quod in aqua mergimur; ſpiritualis effectus, quod delictis liberamur. Dehinc manus imponitur, per BENEDICTIONEM aduocans & inuitans Spiritum S. Ita hic refertur ritus a SEPTIMIO, vt inde conſter, *appendicem* eum fuiſſe *baptiſmi*, non diſtinctum quoddam *ſacramentum* a Chriſto inſtitutum, adeoque nec nomen *confirmationis* vſitatum aut cognitum erat. *Conſignandi & vngendi* appellatione vt plurimum vtebantur veteres, vt docet SVICERVS in *theſ. eccleſ. voce σφραγὶς & χρῖσμα*, & plenius illuſtrat BINGHAM *in antiquit. eccl. lib. XII. c.* 1. quorſum ſine dubio alludit CYPRIANVS *epiſt.* 70. *p.* 190. *Vngi quoque neceſſe eſt eum, qui baptizatus eſt, vt accepto CHRISMATE,* i. e. *vnctione, eſſe vnctus DEI, & habere in ſe gratiam Chriſti poſſit.* In *epiſt.* 73. *p.* 202. *ſignaculum* hunc ritum vocat: *quod nunc quoque apud nos geritur, vt, qui in eccleſia baptizantur, præpoſitis eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem ac manus impoſitionem Spiritum S. conſequantur, & SIGNACVLO DOMINICO conſummentur.* - Interim tempore hoc iam creditum fuit, hoc *ſignaculum* non ritum *indifferentem*, ſed admodum *neceſſarium* eſſe, quod epiſcopi dicerentur *ſucceſſores apoſtolorum*, pari cum his poteſtate inſtructi, ita vt pari poteſtate per impoſitionem manuum *Spiritum S.* dare poſſent. Id euincunt CORNELII, epiſcopi Romani, CYPRIANO coæui, literæ apud EVSEBIVM *lib. IV. hiſtor. eccl. c.* 42. in quibus refert, NOVATVM in lecto iacentem baptiſma per *infuſionem* accepiſſe; *ſed neque*, addit, *poſtquam liberatus eſt morbo, reliqua percepit, quæ iuxta ECCLESIASTICAM REGVLAM percipi debent: neque ab epiſcopo conſignatus eſt. Hoc autem ſignaculo minime percepto, quo tandem modo Spiritum S. potuit accipere?* Prouocat CORNELIVS vnice ad *eccleſiaſticam regulam*, non ad *inſtitutum* CHRISTI, & *epiſcopo* hunc actum tribuit, tum quod huius *auctoritate* omnia expedirentur, & ipſemet actus primarios perageret; tum quod opinio fiata eſſet, epiſcopos ſucceſſores genuinos apoſtolorum eſſe, a quibus hæc *conſignatio* peracta fuit. Sicuti vero *presbyteri* demum baptizabant ex *auctoritate epiſcopi*, teſte TERTVLLIANO *de baptiſmo c.* 18. ita quandoque etiam, eo impedito, vel abſente, conſignabant, vt docet BLONDELLVS *de epiſc. & presbyt. p.* 210. *ſq.* & LARROQVANVS *lib. III. aduerſ. ſacr. c.* 7.

ſub nomine conſignationis & vnctionis.

Sub aliqua neceſſitate ſeculo III. requiſita.

& quandoque a presbyteris peracta.

§. LVI. Apud græcos, teſte ALLATIO *de perpet. conſenſ. eccl. orient. & occid. lib. III. c.* 18. antiqua diſciplina in hunc vsque diem conſeruata eſt, vt *conſignatio* hæc *acceſſorium & appendix baptiſmi eſſet*,

In oriente manſit appendix baptiſmi.

Digitized by Google

In occidente ab eo separata.

esset. In *occidentali ecclesia* tandem a *baptismate* seiungi atque separari cœpit, & ad adultorum differri ætatem. Factum hoc demum esse, fatali illo *seculo XIII.* quo tot abusus irrepsere etiam circa *eucharistiam*, observat EDMVNDVS MARTENIVS *de antiq. eccl. ritib. lib. I. P. I. c. 2. art. 1. p.* 233. *sq.* Quamuis etiam ante hæc tempora, absente episcopo, quandoque *differenda* esset confirmatio; non tamen infantibus denegabatur, sed, præsente eo, baptizati mox ei offerebantur. Hoc seculo etiam, communione *sub vna* introducta, desiisse infantum eucharistiam supra obseruaui, adeoque quia hæc differri cœpit ad adultam ætatem, ea occasione forsan factum est, vt *confirmatio* quoque ad adultiorem ætatem differretur.

De antiquis eius formulis.

§. LVII. Antiquas *confirmationis* formulas exhibet MARTENIVS *cit. l. art. 4. p.* 249. *sqq.* Hodiernum *confirmandi* ritum enarrat CASTALDVS *in praxi cerem. lib. II. sect.* 15. *c.* 2. Videlicet sicuti olim susceptores, qui baptismo aderant, *offerebant* neophytum episcopo, vt eum *consignaret*, ita etiam hodie post *separationem* vnus vel duo iuxta *concil. Trid. sess. XXIV. de reform. matrim. c.* 2. adhibentur *patrini*, qui præsentant confirmandos episcopo.

Hodie desiderat patrinos & nominis mutationem.

Moris quoque esse solet, vt antiquum *nomen* mutetur, & nouum *sancti* cuiusdam assumatur.

Ritus hodierni apud Catholicos vsitati.

In loco, quo confirmatio conferenda, omnia opportune disponenda, altare decenter cum cereis accensis, ante ipsum vero altare tapetum sternendum, & faldistorium ornatum collocandum, in quo episcopus sedeat, & ante ipsum puluinar ad genu flectendum; super altare disponuntur pro episcopo *amictus*, *stola*, ac *pluuiale albi coloris* cum *mitra simplici.* Super credentiam (mensam) a latere apponitur pontificale, gremiale, vasculum cum S. chrismate, gossypium ad abstergendum frontem confirmati, vitta linea, vasa ad abluendas manus episcopi, mappæ ad abstergendas, nec non medulla panis pro episcopo. Præter magistrum ceremoniarum tres sacerdotes episcopo assistunt, quorum dignior vas *chrismatis* tenet, duo alii frontem confirmati, alter bombacio (gossypio, lana) abstergit; alter linteo madefacto abluit, & panno mundo abstergit; bombacium vero in peluicula reponit ad comburendum, ne ad profanos vsus forsan postea adhibeatur. Præterea quatuor acolythi, pariter superpelliceis induti, librum & mitram, nec non faldistorium, gremiale & baculum pastoralem ministrant; horum etiam partes sunt bombacium in peluicula colligere; scutiferi vero atque familiares mensæ seu credentiæ assistunt, aquam ad abluendas manus ministraturi. Circa horam diei *tertiam*, quod tunc Spiritus

Digitized by Google

Spiritus S. ſuper apoſtolos deſcenderit, ipſa *confirmatio* peragitur, indeque *magiſter ceremoniarum*, paratis & diſpoſitis omnibus, ipſos *confirmandos* ordinat maſculos a *dextris*, & feminas a *ſiniſtris*, qui iunctis ante pectus manibus genua flectunt. Accedens epiſcopus ad locum præparatum, adſtantibus miniſtris, ipſis confirmandis genuflexis, vbi aliquantisper in genua pariter procumbens ante faldiſtorium in puluino ibi parato orauerit, primum manus lauat, deinde induitur *amictu*, *ſtola* ac *pluuiali albi coloris* cum *mitra ſimplici*, & ſic indutus aliquantulum in faldiſtorio ſedet. Populum deinceps, accepto baculo, monet de iis, quæ ſpectant ad *confirmationis* ſolennitatem, & tunc depoſita mitra ſurgit, & conuerſus ad confirmandos iunctis manibus ante pectus dicit: *Spiritus S. gratia ſuperueniat in vos, & virtus altiſſimi ſine peccato cuſtodiat vos*, ac deinde ſignans a fronte ad pectus dicit: *Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram. Domine, exaudi orationem meam.* Subdit poſtea verſus & orationem: *omnipotens ſempiterne Deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos & famulas ex aqua & Spiritu S. quique dediſti eis remiſſionem omnium peccatorum; emitte in eos ſeptiformem Spiritum tuum ſanctum paracletum de cœlis. R. Amen. Spiritum ſapientiæ & intellectus. R Amen. Spiritum conſilii & fortitudinis. R. Amen. Spiritum ſcientiæ & pietatis. R. Amen. Adimple eos ſpiritu timoris tui, & conſigna eos ſigno crucis Chriſti in vitam propitiatus æternam per* &c. Dicta oratione ſedens cum *mitra* & *gremiali* ſingulos ante ſe genu flexos confirmat, quos *patrini* præſentant, vel pede ſuppoſito, vel alio modo eos *tangentes*, ita vt ipſi quodammodo confirmandum *tenere* videantur, quo *conſanguinitas ſpiritualis*, quæ absque *contactu* contrahi nequit, vere perficiatur. Pontifex ſigillatim *nomen* confirmandi poſcit, quo facto, intincto pollice dextræ manus chrismate dicit: *Signo te ſigno crucis † & confirmo te chriſmate ſalutis. In nomine † Patris † Filii & † Spiritus S. Amen.* Producens interim ſignum crucis in *fronte* illius, ac poſtmodum leniter confirmatum in *maxilla* cædit, dicens: *pax tecum*, ſtatimque confirmati frons alligatur vitta linea. Poſtea capellani bombacio tergunt confirmatorum frontes & leuiter madefactos lauant, ipſumque *bombacium* & *vittam* loco congruo reponunt, nec diſcedunt, niſi poſt acceptam benedictionem, in fine ab epiſcopo dandam. Confirmatis omnibus pontifex tergit digitos cum *mica panis* & manus lauat; ipſa vero lotio in ſacrarium proiicitur, & interim dicitur antiphona: *Confirma hoc DEVS, quod &c.* Hac completa pontifex ſurgens ſtansque ſine mitra conuerſus ad altare, dicit verſus & orationem: *Deus, qui*

apoſtolis tuis ſanctum dediſti Spiritum, & per eos eorumque ſucceſſores ceteris fidelibus tradendum eſſe voluiſti, reſpice propitius ad humilitatis noſtræ famulatum, & præſta, vt eorum earumque corda, quorum vel quarum hodie frontem deliniuimus, & ſigno crucis confirmauimus, Spiritus S aduenions, templum gloriæ ſuæ dignanter inhabitando perficiat, per &c. item: *ecce, ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Vertens ſe poſtea ad confirmatos, formans ſuper eos *ſignum crucis*, dicit: *Benedicat vos Dominus ex Sion, & videatis bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ veſtræ, Amen.* Sedens poſtea cum *mitra*, monet *patrinos*, vt *confirmatos* inſtruant bonis moribus eosque doceant, *credo, pater noſter, & aue Maria &c.*

In eccleſiis proteſtantium quibusdam confirmatio reſeruata eſt,

§. LVIII. Hunc *apparatum* ſubſtituit eccleſia Romana in locum *vnctionis & confignationis* antiquæ puriori in eccleſia vſitatæ, non ſine ingenti diuortio ab antiqua praxi, VT CHEMNITIVS *cit. l.* § 13. *ſqq.* ait. Etiam in noſtris eccleſiis non in totum abolita eſt *confirmatio*: in plurimis locis optima ratione eſt retenta; quamuis ab eccleſiæ Romanæ ſacramento prorſus diuerſa, purior tamen vtiliorque. Docuit iam prælaudatus CHEMNITIVS *cit. l.* §. 25. *p.* 356. quomodo pie, ad ædificationem eccleſiæ, remotis inutilibus traditionibus, *confirmatio* inſtitui, & vtiliter retineri poſſit. Videlicet inſignem vtilitatem habet intuitu *infantum* baptizatorum, quorum nomine ſuſceptores ſpoponderunt, fidemque publice dederunt. Vt itaque hos a nexu liberent, & proprio nomine fœdus cum Deo ictum repetant, admodum illa prodeſt, & hunc in finem noſtris in eccleſiis paſſim obtinet. Diſtincte id demonſtratum iuit CHEMNITIVS, methodum hanc præſcribens: (I) vt breui & ſimplici adhortatione confirmandus admoneatur de ſuo baptiſmo: quo ſcilicet ſit baptizatus quomodo, quare, & in quid ſit baptizatus? quid in illo baptiſmo tota trinitas ipſi contulerit & obſignarit, *fœdus* ſcilicet *pacis & pactum gratiæ*: quomodo ibi facta ſit abrenunciatio ſatanæ, profeſſio vero fidei & promiſſio obedientiæ facta? (II) confirmandus edat coram eccleſia *propriam & publicam profeſſionem* huius doctrinæ & fidei: (III) interrogetur de præcipuis chriſtianæ religionis capitibus, & ad ſingula reſpondeat: (IV) hac profeſſione oſtendat, ſe ab omnibus profanis & gentilium opinionibus diſſentire: (V) addatur grauis & ſeria exhortatio ex verbo Dei, vt in pacto baptiſmi & in illa doctrina ac fide perſeueret, atque proficiendo ſubinde confirmet: (VI) fundantur publicæ preces pro confirmandis cum *manuum impoſitione benedictoria.* Approbat hanc methodum B. SPENERVS *tom. IV. conſ. theolog. c. 7. art. 2. ſect. 21. pag.* 256, quem hoſtibus

non ſine vtilitate.

Cuius methodus refertur,

Digitized by Google

ſtibus *veritatis & pietatis* inter proteſtantes eo lubentius opponere ſoleo, quo magis inepta & infrunita ſua contradictione in ruborem coniiciuntur, ſuamque manifeſtant ineptiam.

§. LIX. Vtilitas huius actus ſacri agnita in *ordin. renou. Guelpherb. P. I. c.* 9. atque *P. II. c.* 11. methodus in ea obſeruanda determinata eſt. Cautum nimirum eſt *cit. l.* 1) vt liberi ad euchariſtiam prima accedentes vice ante omnia *confirmentur*, & vniuerſo cœtui vtilitas huius negotii explicetur: 2) vt ſedulo ad hunc actum a paſtore loci præparentur: 3) ipſa confirmatio fiat a *paſtore proprio* eccleſiæ, non præciſe a ſuperintendente: 4) & quidem coram tota eccleſia, ſecundum methodum, quæ *cit. c.* 12. ſpeciatim præſcripta eſt, & cuius capita potiora retuli in *diſſ. prælim. in f.* Pariter *confirmatio* recepta eſt in Haſſiaco Landgraviatu, vt indicat *agenda de anno* 1678. *c.* 9. in quibus vocatur **eine alte, gute, fruchtbahre** *Ceremonie*, dadurch nicht allein dſe Eltern und Gevattern ihre Kinder und Pathen in denen Haupt-Stücken Chriſtlicher Lehre fleißig unterrichten, und in die Kirchen und Kirchen-Lehr zu ſchicken erinnert und angehalten, ſondern auch beyde die Prediger und Kinder den Catechiſmum deſto ernſthafftiger und fleißiger zu treiben und zu lernen verurſachet werden. In *agendis Gothanis* de *anno* 1682. eadem recepta, & *c.* 8. præſcripta eſt formula: der Einſeegnung derer Kinder, ſo erſten mahls zum H. Abendmahl gehen wollen. In *ducatu Cellenſi anno* 1693. *d.* 13. *Iul.* publicatum eſt edictum, quo vniuerſaliter confirmatio introducta, & præterea methodus, qua in hoc actu vtendum, tradita eſt. Vid. *Contin. ſupplem. conſtitut. Brunſuic. & Luneb. de anno* 1719. *n.* 9. & 10. Præterea vero in pluribus eccleſiis particularibus recepta eſt iis in prouinciis, in quibus nihil de ea in *ordin. eccl.* cautum eſt.

confirmata in ordin. Guelpherbytana, Haſſiaca, Gothana, Cellenſi.

§. LX. Denique cum confirmatio apud nos ſit inſignis quædam præparatio puerorum & puellarum ad vſum S. cœnæ, & hæc eam immediate ſequi ſoleat, conſequens eſſe videtur, vt, pluribus in eccleſia exiſtentibus paſtoribus, confirmatio ab eo fiat, quem confirmandi ſibi *confeſſionarium* elegerunt; licet, vt diuerſo tempore ab iisdem fiat, ratio *ordinis* poſtulare videatur. Quamuis enim, quatenus olim appendix baptiſmi erat, *pentecoſtes* tempore fieret, & inprimis *octaua* poſt paſcha die, h. e dominica, quam *quaſi modo geniti* adhuc hodie, ex priſco more huic diei proprio, appellamus, (vid. MARTENE *cit. l. p.* 235.) ad hoc tempus tamen non alligantur eccleſiæ noſtræ, ſicuti ipſa *baptiſmi* tempora apud nos libera ſunt; adeoque ſi duo confirmationum actus per annum a paſtoribus peragendi, conuenientiſſimum eſt, vt alter priori anni parte, alter poſte-

A quo paſtore fieri debeat?

Quo tempore?

Digitized by Google

riori confirmationem inſtituat. Cum vero rurſus vix æmulationum & inuidiæ venena, altero paſtorum plus fauoris & amoris habente, euitari poſſint, conſultius adhuc videtur, ſi ſingulis annis tantum vna vice ſolenniter confirmentur candidati S. cœnæ, & paſtores inter ſe *alternent*, ſalua tamen ſingulis relicta libertate in electione *confeſſionarii futuri*, quæ omnia, vt in *ordinationibus eccleſiaſticis* diligenter determinentur, tranquillius eccleſiarum poſtulat.

TITVLVS XLIII.
DE
PRESBYTERO NON BAPTIZATO.

§. I.

Ianua baptiſmus ad cetera ſacramenta dicitur, & ad S. officia.

INter *effectus eccleſiaſticos baptiſmi* principalem locum hic tenet, quod ſit & dicatur *ianua ad reliqua ſacramenta* percipienda. Per *baptiſma* enim tantum quis *eccleſia* agglutinatur, extra quam ſacramentorum perceptio haberi nequit. *c.* 143. *de conſecr. D.* 4. Vnde dictum eſt, baptizatum ſtatim admiſſum fuiſſe ad S. euchariſtiam, & ſic etiam admitti poteſt ad *munia eccleſiaſtica*, iis tantum committenda, qui in eccleſia ſunt conſtituti.

Si per errorem non baptizatus fuerit ordinatus, quid iuris?

§. II. Quid ergo ſi *per errorem* contigerit, non baptizatum fuiſſe *presbyterum ordinatum?* Olim hunc errorem facilius quam hodie contingere potuiſſe, vel inde manifeſtum eſt, quod adulti ſolerent baptiſmum ſæpe ad vltimum vitæ ſpatium differre, ne poſt eius collationem lapſi duriſſimos pœnitentiæ gradus ſubire cogerentur. Ita vero euenire poterat, vt plurium annorum catechumenus, cum *fidelibus* diutiſſime verſatus, pro *illuminato* haberetur atque *baptizato*, & ad gradum *presbyterii* admitteretur. Hunc vero baptizandum & iterum ordinandum eſſe, cautum eſt in *c.* 1. *X. h. t.* quod ordinatio *ante baptiſmum* collata ſit nulla, & baptismo haud lotus recipere nequeat *characterem indelebilem*, quem ordinationi affingunt; qua de cauſa non tamen reordinatur, quam valide ordinem recipit baptizatus. Additur in *c.* 3. *X. h. t. quod baptiſmus ſit fundamentum omnium ſacramentorum, & ante ſuſceptionem baptiſmi non ſuſcipiatur aliud ſacramentum, quoniam, vbi fundamentum non eſt, ſuperædificari non poteſt.* Circa hanc rationem tamen multa mouit dubia

Ratio decidendi.

Dubia contra eam mota.

Digitized by Google

INNOCENTIVS III. *cit. l.* inprimis vero illud, *quod quis non ſolum per ſacramentum fidei, ſed per fidem etiam ſacramenti efficiatur membrum Chriſti*, ex quo principio in *c.* 2. *X. h. t.* colligit, etiam pro presbytero ſine baptismo decedente *preces hoſtiasque* (Seelen-Meſſen) *DEO offerri poſſe.* Interim, in propoſita quæſtione de *reordinatione presbyteri* poſt baptiſmum, tutius eſſe credit pontifex, vt ordines de nouo accipiat, *quia non intelligitur reiteratum, quod ambigitur eſſe factum.*

TITVLVS XLIV.

DE CVSTODIA EVCHARISTIAE, CHRISMATIS ET ALIORVM SACRAMENTORVM.

§. I.

Aſſeruatio euchariſtiæ nouum eſt inſtitutum.

NOuum hoc dogma, vt *euchariſtia* conſecretur absque *præſenti perceptione fidelium*, & in futuros vſus aſſeruetur, cuſtodiaturque, iam *tit. de celebrat. miſſ.* §. 16. *ſeqq.* explicui, oſtendique, plura alia noua inſtituta inde ortum traxiſſe, veluti quod ſolenni proceſſione fit ad infirmos deferendum, exponendum, adorandum, & quæ ſunt alia, quæ *cultum externum* eccleſiæ Romanæ admodum auxerunt, quæ, agnita veritate, merito in noſtris repudiantur eccleſiis. *Chriſmatis* quoque varius vſus eſt in eccleſia Romana, quod hac de cauſa ſemper præſto eſſe debet, de quo & eius vſibus ſpecialius paſſim dictum eſt. Conf. *tit. de ſacra vnctione.* Duplicem ſcilicet *vnctionem* agnoſcunt; alteram ſimplici *oleo*, quod *infirmorum & catechumenorum* vocant, alteram *chriſmate*, ex balſamo & oleo oliuero compoſito, perficiendam. Vtraque ſpecies non ſine ſolenni benedictione, & quidem feria V. in *cœna Domini*, ſeu die *viridium*, perficitur, vt diuinam virtutem ſacramque qualitatem accipiat, & ſemper quoad futuros vſus in promtu ſit. Ritus huius *benedictionis* antiquos recenſet EDMVNDVS MARTENE *de antiq. eccleſ. diſciplina. c.* 22. §. 3. *p.* 239. *ſqq.* hodiernum vero morem ſuccincte tradit CASTALDVS *in praxi ceremon. lib. III. ſect.* 6. *c.* 8.

De duplici vnctione.

Digitized by Google

De more in templis claudendi & asservandi pretiosa laicorum.

§. II. Præterea in *c.* 2. *X. h t.* cauetur, (I) ne clerici ecclesias exponant suppellectilibus propriis aut alienis, *vt potius domus laicæ quam DEI basilicæ videantur.* Inueteratus hic mos, in templis claudendi cistas, pretiosa supellectile refertas, nec hodie desiit, quod plerique credant, loci sanctitate fures deterreri, ne quid inde auferant, adeoque securum asylum receptaculumque rebus suis inde conciliari. Accedit metus *incendii*, quod non facile templa lapidea consumere soleat. Interim hic mos non adeo improbandus, vt putat pontifex, qui vnicum suæ causæ præsidium ex *sanctitate templorum* haurit. (II) Iubet præterea, vt vestimenta sacerdotalia *munda* & *nitida*, non in squalore & sordibus conseruentur, quod ratio *decori* omnino exigit, & merito eis locis obseruandum, in quibus tales vestes in vsu sunt.

TITVLVS XLV.
DE
RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORVM.

§. I.

Ad cultum sacrum referunt venerationem sanctorum,

CVltus Romanæ ecclesiæ non minimam partem constituit *veneratio sanctorum*, h. e. eorum, qui solenni ritu in album sanctorum relati sunt, quæ si sola & *simplici veneratione*, qua merita singularia hominum laudamus & extollimus, absolueretur, tolerari posset; cum vero in *cultum* quendam *religiosum*, soli DEO præstandum, degenerauerit, vitio nostris verti non potuit, quod in hoc dissidium a Romana ecclesia fecerint. Impugnauit hunc *cultum religiosum sanctorum* fusissime IO. DALLAEVS in *tr. de religiosi cultus obiecto*, quem sub examen reuocauit, & variis argutiis excogitatis refutare conatus est NATALIS ALEXANDER *tom. V. histor. eccl. diss. XXV. p.* 334 *sqq.* Inter nostrates præ ceteris egregie contra *inuocationem & venerationem sanctorum* edisseruit CHEMNITIVS *in exam. concil. Trid. P. III. loc. IV.* doctrinamque ecclesiæ Romanæ non tantum fideliter tradidit, atque *sect. II.* ex *liturgicis libris* preces, collectas, formulasque consuetas retulit, sed etiam *sect. III.* contra hanc inuocationem disputauit, & *sect. IV.* argumentis ecclesiæ Romanæ satisfecit, denique *sect. V.* historiam eius succincte tradidit. IDEM vlterius *P. IV. loc.* I. de *reliquiis sanctorum* commentatus est, & quæ ad *historiam* eorum pertinent, *sect.* 3. adiunxit, quemadmodum etiam *tit. XL. §.* 16. *sqq.*

de qua graues motæ lites.

non-

Digitized by Google

nonnulla de his adducta sunt, quatenus ad *consecrationem templorum* adhibentur. Pertinet huc etiam doctrina de *imaginum cultu*, quam IDEM *cit l. P. IV. loc. II.* plenius excussit, quippe qui ex *cultu sanctorum* prono fluxit alueo. Quæ *anno* 794. sub CAROLO M contra hunc in *concil. Francofurt.* scripta & pontifici oblata sunt, edidit anno 1608. sub titulo: *decreta imperialia de cultu imaginum* MELCHIOR GOLDASTVS, postea Parisiis recusa sub titulo: CAROLI M. *& synodi Parisiensis sub* LVDOVICO *proscripta de imaginibus.* Contra eorum cultum ex professo IO. DALLAEVS *libris IV.* edisserit, rursus impugnatus a NATALI ALEXANDRO *tom. V. hist. eccl. ad sec. VIII. diss. 6. p. 757. sqq.* cui addendus IO. MOLANVS *de historia SS. imaginum & picturarum.* Dissidia, bella, & concertationes de hoc *cultu & iconoclastia* non minimam partem historiæ ecclesiasticæ constituunt, quorum fata succincte, sed non sine affectu enarrat MAIMBVRGIVS *dans l'histoire des Iconoclastes*, quem in multis emendauit, & simul NATALI ALEXANDRO respondit FRIDERICVS SPANHEMIVS *in restituta historia imagin. tom. II. oper.* Hæc latissime euagantur, vt fere omnia secula impleuerint, quod vel binis verbis indicandum, nec mei instituti esse duxi, in hoc mare immensum me immittere, quod alii satis iam permearunt. Denique historiam *canonisationis* optime illustrat *collectio constitutionum papalium* anno 1729. Romæ edita a IVSTO FONTANINO archiepiscopo Ancyrano sub titulo: *codex constitutionum, quas summi pontifices ediderunt in solenni canonisatione sanctorum a Ioanne XV. ad Benedictum XIII. siue ab anno* 993. *ad annum* 1729. *accurante* IVSTO FONTANINO.

§. II. Martyres in primitiua ecclesia singulari affectos veneratione fuisse, negari nequit; cultum autem *adorationis*, quem *corruptior ecclesia* excogitauit, iisdem exhibitum, oppido falsum est. Per calumniam, insignem gentiles & inprimis iudæi orbi credulo imponebant, christianos martyres suos *adorare.* Extincto variis cruciatibus POLYCARPO; huhi Nicetæ, Herodis patri, suggesserunt, vt proconsulem audirer, moneretque, *ne forte, vt aiebant, relicto crucifixo, hunc deinceps christiani colere inciperent.* Smyrnensis ecclesiæ fideles apud EVSEBIVM *lib. IV. c.* 15. huius rei gestæ testes sunt, qui etiam sententiam suam hac de calumnia ita edunt: *Stulti, qui ignorarent, nos nec Christum vnquam posse relinquere, qui pro salute omnium, quot quot ex genere humano salui futuri sunt, mortem pertulerit, nec alium quenquam colere. Illum enim vtpote filium DEI adoramus: martyres vero tanquam discipulos & imitatores Domini, merito amore prosequimur, ob eximiam eorum beneuolentiam, quam erga*

Veneration nem simplicem, non invocationem tribuit martyribus puerior ecclesia.

Digitized by Google

erga regem & magiſtrum ſuum declararunt, quorum nos quoque conſortes ac condiſcipulos fieri omnibus modis optamus. Hac fidei puritate & ſinceritate adhuc corruſcabant fideles, vt merita martyrum quidem magni facerent, minime tamen eosdem adorarent vel inuocarent. Recolebant memoriam eorum, recurrente die martyrii, & quidem in loco, quo oſſa eorum collecta erant, vt ad imitationem tam glorioſi certaminis viuentes allicerent, id quod rurſus Smyrnenſes *cit. l.* teſtantur: *Atque ita nos demum oſſa illius gemmis pretioſiſſimis cariora & quouis auro puriora colligentes, vbi decebat, condidimus. Quo etiam in loco nobis, ſi fieri poterit, conuenientibus concedet Deus natalem eius martyrii diem cum hilaritate & gaudio celebrare, tum in memoriam eorum, qui glorioſo certamine perfuncti ſunt, tum ad poſteros huiusmodi exemplo erudiendos, & confirmandos.*

Ex nimia veneratione cultus adorationis ortus.

§. III. Enim vero nimia *veneratio* martyrum tandem nouum *adorationis* cultum peperit. Iam tempore CYPRIANI inſignis & ipſum excedens modum *auctoritas martyrum* adhuc viuentium, quos etiam *confeſſores* dixere, erat, vt in quoddam *ſanctum* degenerauerit *imperium*, vel ad minimum in *audaciam* eccleſiæ admodum noxiam. *Intercеſſiones* eorum pro *lapſis* graue vt plurimum pondus apud eccleſiam habebant, vt iis pœnitentiæ tempora relaxarentur. Hæc eccleſiæ indulgentia erga martyres *viuentes* eis animum addidit, vt *ſuo* quaſi *iure* lapſos reſtituerent, illis *libellos pacis reſtitutæ* darent, eosque in communionem reciperent, quibus lapſi ſuffulti in eccleſiam irruebant, vt certamina CYPRIANI tam cum *his* quam cum *illis* plenius docent. Eadem veneratio erga martyres *extinctos* tandem nouam produxit ſententiam, qua ſibi aliisque perſuaſerunt, *intercеſſiones* eorum apud Deum magni ponderis fore, hos itaque adeundos, inuocandos, horumque auxilium expetendum in quibuscunque anxietatibus, quæ ſeculo III. a quibusdam in ſcenam producta, latius ſeculo IV. propagata eſt.

Sancti qui dicti?

SANCTI κατ' ἐξοχὴν hi dicti ſunt, qua appellatione tum *martyres*, tum ceteros, qui admiranda quadam vitæ integritate inclaruerunt, denotarunt, vt pari veneratione cum *martyribus* afficerentur. Tempore apoſtolorum omnes fideles dictos fuiſſe *ſanctos*, epiſtolæ apoſtolorum docent, quod omnes per fidem in CHRISTVM ſpiritualiter eſſent *vncti* ad *ſacerdotium ſpirituale* vocati, & hac *vnctione ſpirituali* efficaciore præditi *ſanctitate*, quam olim

Qui per abuſum?

ſacerdotes & reges *vncti*. Enim vero paulatim prædicata hæc, omnibus fidelibus communia, clerus ſibi vindicauit: & inprimis *epiſcoporum* cohors, quod præ aliis hi exemplo egregio & vitæ ſinceritate & puri-

tate

Digitized by Google

tate reliquis antecellere crederentur. Denique principaliter *ſancti* dicti ſunt, quos dignos eccleſia iudicauit, vt eos poſt mortem cultu religioſo proſequeretur, tum ob *virtutes excellentes*, tum ob *miracula*, iis tributa, & in argumentum ſingularis *ſanctitatis* ſedulo annotata, vt *acta ſanctorum* a SVRIO, HENSCHENIO, PAPEBROCHIO aliisque edita docent.

§. IV. Nondum tamen *canonizatio papalis* inualuerat, quæ paulo ſerius deſiderata fuit. Ipſa *canonizatio* vi vocis nihil aliud denotat, *quam in canonem ſeu album ſanctorum factam relationem, conceſſa facultate, vt publico cultu in eccleſia honorentur*, vt ait MABILLON. *in præfat. ad ſecul. V. act. SS. Benedict.* §. 88. Declaratione quadam publica opus erat, vt plebs ſciret, quo præſide vti & cuius patroni opem implorare poſſet. Ius *decernendi*, quis poſt obitum inter *ſanctos* referendus eſſet, *epiſcopis* per plura ſecula conceſſum fuit, qui id quandoque in ſynodis & cum *principis aſſenſu* exercuere, vt IDEM *cit. l.* §. 91. docet, & PAPEBROCHIVS in *propylæo ad acta SS. Maii diſſ. XX. p.* 171. confirmat. In *capitul.* CAROL. M. *de ann.* 749. *c.* 40. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 269. generatim ita cautum: *vt nulli noui ſancti colantur; aut inuocentur, nec memoriæ eorum per vias erigantur; ſed ii ſoli in eccleſia venerandi ſunt, qui ex auctoritate paſſionum, aut vitæ merito electi ſunt.* Specialius autem iudicium hoc *epiſcopo* tribuitur in *cap.* 17. *de ann.* 805. apud EVNDEM *cit. l. p.* 427. 434. 792. 875. 970. *de eccleſiis ſeu ſanctis nouiter ſine auctoritate inuentis, niſi epiſcopo probante, minime venerentur.* Solebant autem epiſcopi reliquias dubias *igne* probare, vt, mediante miraculo, Deus oſtenderet, an legitimæ eſſent. Ita cenſuere patres *concilii Cæſar-Auguſtani de anno* 592. *c.* 2. apud HARDVINVM *tom. III. concil. p.* 533. *Statuit ſancta ſynodus, vt reliquiæ, in quibuscunque locis de Arriana hæreſi inuentæ fuerint, prolatæ a ſacerdotibus, in quorum eccleſiis reperiuntur, pontificibus præſentatæ igne probentur.* Pluribus aliis teſtimoniis id exornat probatque MARTENIVS *de antiq. eccl. rit. tom. III. lib.* 3. *c.* 8. ſimulque liturgiam, in probandis reliquiis obſeruari ſolitam, recenſet.

Canonizatio ab initio defuit,

quæ per epiſcopos poſtea exercita.

Modus probandi reliquias ſanctorum.

§. V. Pedetentim *auctoritas pontificis* ad hanc *declarationem* deſiderata fuit. Ante ſeculum X. noui huius iuris veſtigia genuina non exſtant; quæ enim de S. SVIBERTI *canonizatione* adferuntur teſtimonia, nullam fidem habent, vt MABILLON. *cit. l.* §. 100. & PAPEBROCHIVS *cit. l.* oſtenderunt. Obſeruant hi viri eruditi, anno 995. VDALRICVM Auguſtanum primum a IOANNE XV. canonizatum fuiſſe, vt

Tandem ſolus pontifex ſibi canonizationem arrogauit.

Digitized by Google

eius cultus latius propagaretur, quod plures postea secuti sunt. Ipsam *canonisationis* S. VDALRICI bullam exhibent MARCVS VELSERVS *in oper. suis p.* 587. & MABILLON. *in act. SS. Benedict. secul. V. p.* 471. in qua cultus religiosus, sanctis præstandus, hoc modo depingitur: *Sic adoramus & colimus reliquias martyrum & confessorum, vt eum, cuius martyres & confessores sunt, adoremus: honoramus seruos, vt honor redundet in Dominum, qui dixit: qui vos recipit, me recipit, ac perinde nos, qui fiduciam nostræ iustitiæ non habemus, illorum precibus & meritis apud clementissimum Deum iugiter adiuuemur.* Molissima hæc est interpretatio, nec adeo reprobanda, si clausula in calce relata deesset, atque plebs imperita de hoc cultu rectius edocta foret. Ceterum vtut post hæc tempora *pontificis Romani auctoritas* in eleuandis ossibus eorum, qui sancti credebantur, adhiberetur, non adeo tamen infracta & eneruata fuit *Metropolitanorum, episcoporum, synodorumque* potestas, vt hæc exclusa fuisset, quin potius, vt documenta a MABILLONIO *cit. l.* §. 104. producta docent, *maioris* tantum *auctoritatis* gratia consensus episcopi Romani requisitus; ipsa autem *solemnis eleuatio & declaratio* ab *episcopo* vel *synodo* peracta est. Neque enim iam inualuerat sententia, quam GONZALEZ ad *c.* 1. *X. h. t. n.* 7. ex recentioribus curiæ Romanæ principiis proponit, censendo, canonisationem *sua natura* ad sedem Romanam spectare; sed ea demum nata, postquam magis magisque PSEVDO-ISIDORI *epistolæ* in vsum constantem deductæ sunt. In his causæ *maiores* & *arduæ* sedi Romanæ reseruatæ sunt, vt plenius ostendi *lib. III. tit.* 6. §. 17. Ad has *canonisatio* quoque relata, & sub hoc prætextu tandem *priuatiue* ad sedem Romanam tracta atque reuocata, vt iam ALEXANDER III. seculo XII. pronunciauerit, non esse permissum, aliquem *pro sancto absque auctoritate Romanæ ecclesiæ publice venerari.*

Requisita, vt quis pro sancto haberi possit.

§. VI. Ad hoc autem, vt quis in numerum *sanctorum* solenniter assumi possit, duo desiderant: (1) vt *miraculis* inclaruerit: (2) vt *morum integritate* inclytus fuerit. Ita censuit GREGORIVS IX. in bulla pro canonisatione S. ANTONII de PADVA: *Ad hoc, vt sanctus beatur, apud homines in ecclesia militante duo sunt necessaria; virtus morum & veritas signorum, merita videlicet & miracula, vt hæc & illa sibi invicem contestentur: cum nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plene sufficiant, ad perhibendum inter homines testimonium sanctitatis.* Hinc sollicita inquisitio in *vitam* & *miracula* instituenda, probationes in foro iuridico excutiendæ, & tandem in consistorio plenius de canonisatione cognoscendum. In *thes. anecdot.* EDMVNDI MARTENII *P. I. p.* 887. occur-

Digitized by Google

occurrunt HONORII III. literæ ad archiepiſcopum Viennenſem & epiſcopum Gratianopolitanum, vt inquirerent in *vitam* & *miracula* HVGONIS abbatis Bonarum-vallium. Hi, vt iniuncto muneri ſatisfacerent, teſtium varias depoſitiones collegerunt de miraculis eius, eosque *p.* 888. ad pontificem miſerunt. Similiter *p.* 904. referuntur *acta inquiſitionis* de *miraculis* S. ROBERTI abbatis Molismenſis, ad eundem transmiſſa pontificem. Plura alia acta paſſim in *actis SS.* collecta ſunt, ex quibus deinceps *vita Sancti*, in numerum diuorum recipiendi, compoſita eſt. De *congregationibus* ſingularibus, quæ ob negotium *canoniſationis* Romæ inſtituuntur, ſpeciatim agit Cardinalis de LVCA *tom. VII. theatr. verit. & iuſt. in relat. cur. Rom for. diſc. XVIII. n.* 14. *ſqq.* Totum vero proceſſum *canoniſationis* ſuccincte tradit GONZALEZ ad c. 1. *h. t. n.* 8. ad cuius illuſtrationem etiam facit *ordo canoniſationis ſanctorum*, relatus ab HARDVINO *tom. IX. concil. p.* 1547. *ſqq.* & RAYNALDO *in annal. ad ann.* 1347. *n.* 34. *ſqq.*

§. VII. Meum non eſt, rationes theologicas referre & excutere, ob quas hunc *cultum* & *proceſſum* reprobent proteſtantes. Quibuscunque demum ſubterfugiis hic cultus defendatur, planum eſt, eo introducto, plebem imperitam a *vero cultu* ſenſim auocatam, & ad inuocandos ſanctos traductam fuiſſe, vt quibuscunque neceſſitatibus, ſæpe etiam ridiculis, patrono certo vterentur, cuius *interceſſione* & ope ſeſe omnia impetraturos eſſe credunt. Non iniucundum erit, ERASMI Roterodami mentem *in colloquio*, quod *peregrinatio religionis ergo* inſcribitur, explicatam ea de re adferre. Fingit, Mariam, matrem Ieſu, has ſcripſiſſe literas eo tempore, quo LVTHERVS inuocationem ſanctorum abolendam eſſe docuerat: *Maria, mater Ieſu, Glaucopluto S. D. Quod Lutherum ſecutus ſtrenue ſuades, ſupervacuum eſſe inuocare diuos, a me quidem iſto nomine bonam magnamque iniſti gratiam, ſcito. Nam ante hac tantum non enecabar inprimis mortalium opplorationibus. Ab vna poſtulabantur omnia, quaſi meus filius ſemper infans eſſet, quia talis fingitur pingiturque in ſinu meo, vt ex nutu matris adhuc pendeat, neque quicquam auſit negare petenti, videlicet metuens, ne ſi quid neget roganti, ego viciſſim ipſi negem mammam ſitienti. Et nonnunquam ea petunt a virgine, quæ verecundus iuuenis vix auderet petere a lena, quæque me pudet, literis committere. Interim negotiator lucri cauſa nauigaturus in Hiſpaniam, committit mihi pudicitiam ſuæ concubinæ. Et virgo Deo ſacra, abiecto velo fugam adornans, deponit apud me famam integritatis ſuæ, quam ipſa tendit proſtituere. Occlamat mihi miles impius, & ad lanienam conductus: beata*

Eraſmi ſententia, de invocatione ſanctorum ſæpe ridicula.

Digitized by Google

virgo, da prædam opimam. Occlamat aleator, faue Diua: pars lucri tibi decidetur. Et ſi parum fauet alea, me conuiciis lacerant, maleque precantur, quæ non adſuerim ſceleri. Occlamat, quæ quæſtui turpi ſemet exponit, da prouentum vberem. Si quid negem, illico reclamant: ergo ne ſis mater miſericordiæ. Aliorum vota non tam impia ſunt, quam inepta. Clamat innupta: Maria, da mihi formoſum ac diuitem ſponſum. Clamat nupta: da mihi bellos catulos. Clamat grauida: da mihi facilem partum. Clamat anus: da diu viuere ſine tuſſi ſitique. Clamat ſenex delirus: da repubeſcere. Clamat philoſophus: da nodos inſolubiles nectere. Clamat ſacerdos: da ſacerdotium opimum. Clamat epiſcopus: ſerua meam eccleſiam. Clamat nauta: da proſperos curſus. Clamat præfectus: oſtende mihi filium tuum, antequam moriar. Clamat aulicus: da vere confiteri in mortis articulo. Clamat ruſticus: da tempeſtiuam pluuiam. Clamat ruſtica: ſerua gregem & armentum incolume. Si quid renuo, illico ſum crudelis. Si relego ad filium, audio: vult ille quicquid tu vis. Ita ego ſola, & mulier & virgo, debo operam nauigantibus, belligerantibus, negotiantibus, ludentibus aleam, nubentibus, parturientibus, ſatrapis, regibus & agricolis? Atqui quod dixi, minimum eſt præ his, quæ patior. Sed his negotiis nunc multo minus grauor: quo quidem nomine tibi gratias agerem maximas, niſi commodum hoc incommodum maius ſecum traheret: plus eſt otii, ſed minus eſt honorum, minus eſt opum. Ante ſalutabar regina cœlorum, domina mundi: nunc vix a paucis audio, aue Maria. Antea veſtiebar gemmis & auro, abundabam mutatoriis, deferebantur aurea gemmeaque donaria: nunc vix tegor dimidiato palliolo, eoque corroſo a muribus. Prouentus autem annui vix tantum eſt, vt alam miſerum ædituum, qui accendat lucernulam, aut candelam ſebaceam. Atque hæc tamen poterant ferri, niſi maiora etiam moliri diceremur. Huc tendis, vt aiunt, vt quicquid vſquam eſt diuorum, exigas ex ædibus ſacris. Etiam atque etiam vide, quid agas. Non deeſt aliis diuis, quo ſuam vlciſcantur iniuriam. Ejectus e templo Petrus poteſt tibi viciſſim occludere regni cæleſtis oſtium. Paulus habet gladium, Bartholomæus cultro armatus eſt; Guilielmus ſub pallio monachi totus armatus eſt non ſine graui lancea. Quid autem agas cum Georgio & equite, & cataphracto, haſta ſimul & gladio formidabili? Nec inermis eſt Antonius; habet ſacrum ignem. Sunt item & ceteris ſua vel arma vel mala, quæ, quibus volunt, immittunt. Me vero, quantumuis inermem, non tamen eiicies, niſi ſimul eiecto filio, quem vlnis teneo. Ab hoc non me patiar diuelli; aut hunc vna mecum extrudes, aut vtrumque relin-

Digitized by Google

relinques, niſi mauis habere templum ſine Chriſto. Hæc te ſcire volui: tu cogita, quid mihi reſpondendum cenſeas. Nam mihi res plane cordi eſt. Ex æde noſtra lapidea, Calendis Auguſti, anno filii mei paſſi 1524. *Virgo lapidea mea manu ſubſcripſi.* Lumine aut commentario non indiget epiſtola, quæ hominum ineptias in cultu diuorum committi ſolitas optime prodit, viuisque adumbrat coloribus. Poſtea adfert varias fabulas, quæ circa reliquias SS. circumferuntur, & quibus credula plebs fidem habet; ſpeciatim vero de *cruce* hæc obſeruat: *Crux Domini priuatim ac publice tot locis oſtenditur, vt ſi fragmenta conferantur in vnum, nauis onerariæ iuſtum onus videri poſſint, & tamen totam crucem ſuam baiulauit Dominus.* Non negat, *multa talia fingi ad quæſtum,* vt recte de *lacte virginis Mariæ* oſtendit, & plura per iocum ſimilis generis figmenta denudat. Fabulæ de reliquiis SS. ab Erasmo agnitæ.

§. VIII. Ex hoc *cultu religioſo* ſanctorum varii *effectus ciuiles* prodierunt. Primus eſt, quod *iuramenta* per ipſos ſimul præſtita & concepta fuerint. Iam tempore IVSTINIANI talem formulam vſitatam fuiſſe, docet formula poſt *nou.* 8. allata, qua iuraturi iubentur etiam iurare *per ſanctam gloriоſam Dei genitricem & ſemper virginem Mariam, & per ſanctos archangelos, Michaëlem & Gabrielem.* Tandem recepta eſt formula zu GOtt und denen Heiligen, quæ poſt reformationem varios peperit fluctus, prout iam ſupra *tit. de iureiur. §. IV. p.* 1299. recenſui. Secundus eſt, quod *conſecratio templorum altariumque* fieri aliter non poſſit, quam adhibitis depoſitisque SS. reliquiis, prout iam ſupra ad *tit. XL. huius libri §.* 16. fuſius docui. Tertius eſt, quod graue *ſacrilegium* committat, qui vaſa ſacra, præſertim *cum reliquiis* aufert, capitali ſupplicio expiandum, per *art.* 172. *conſtit. crim. Carol.* Quartus effectus eſt, quod etiam in ſanctos *blaſphemia* committatur, ſo einer der Mutter Marid und ſeinen Heiligen fluchet, oder die lieben Heiligen verachtet, vt dicitur in R. *I. de anno* 1512. von den Gotteslaſtern. In *receſſ. imperii de anno* 1530. ita cauetur: Demnach ſetzen, ordnen und wollen wir, daß keiner, weß Standes und Weſen der ſey, GOtt unſern Schöpffer, Mariam ſeine auserwählte Mutter, und alle GOttes Heiligen läſtern, oder bey ihrem H. Namen fluchen oder ſchweren ſolle. De pœna huius criminis poſt pauca hæc addunturr: Item wo iemand ſchmählig ohnmittel wider die Mutter Chriſti unſers Seligmachers redet, oder die lieben Heiligen freventlich läſtert, der oder dieſelben ſollen darum an Leib oder Guth nach Gelegenheit, und Geſtalt ſolcher freventlichen Läſterung, durch die Obrigkeit, der das Effectus huius venerationis ciuiles (1) in iuramentis, (2) in conſecratione templorum, (3) in ſacrilegio, (4) in blaſphemia. Pœna eius.

Digitized by Google

gebühret, gestraffet, und in allen solchen vorgemeldeten Straffungen, nicht allein die Grösse der Lästerung, sondern auch ob dieselbe straffbahre Persohn darinnen offt überfahren, was sie dazu beweget, und weß Standes oder Wesens die seyn, ermessen, und denselben nach diese Straffe, vermöge der Rechten, gemehret oder gemindert werden. Temperamentum quoddam huic sanctioni additum in *R. I. de anno* 1548. **von Lästerung der Mutter Christi und GOttes Heiligen**, cautumque, ne mox ad supplicium rapiatur in sanctos iniurius: So iemand die **Mutter Christi** unsers Seligmachers, oder die **lieben Heiligen** freventlich lästert, der soll zum ersten mahl freundlich ermahnet werden, davon abzustehen, wo er aber das nicht thun würde, alsdann soll es unverzüglich, wie obstehet, angezeiget, und der Thäter an **Leib und Guth** nach Gelegenheit der Persohnen, und Gestalt solcher freventlichen Lästerungen durch die Obrigkeit gestrafft werden &c. In *Constit. Carol. art.* 106. blasphemia in Deum & Mariam commissa fere æquiparantur, & generatim decernitur, daß sie an **Leib, Leben oder Gliedern** nach Gelegenheit und Gestalt der Persohn und Lästerung gestraffet werden sollen. Verum, vt iam dixi, in *cit. Rec. de anno* 1548. hic rigor mitigatus, eademque sanctio in *R. I. de anno* 1577. *tit.* 3. repetita, quæ tamen eo minus protestantibus applicari potest, quod hi cultu religioso non prosequantur *sanctos*, nec omnes, qui in catalogum sanctorum relati sunt, *sanctos* fuisse credant. Veneramur Mariam, apostolos aliosque viros pios; ast quicquid contra hanc venerationem fit, suscipitur, dicitur, a *blasphemia* alienum, & *impietatis* tantum & *prosanæ mentis* indicium esse credimus, quod pœnis ciuilibus exterminari nequit, sicut iniurias, quas in B. LVTHERVM ecclesia Romana euomere solet, patienter toleramus, vindictam DEO relicturi.

protestantibus non applicanda.

TIT.

Digitized by Google

TITVLVS XLVI.
DE
OBSERVATIONE IEIVNIORVM.

§. I.

Ieiuniorum & abſtinentiæ religio inquinata.

NOn alia de cauſa de *obſeruantia ieiuniorum* hic agitur, quam quod hæc non minimam *cultus diuini* partem conſtituere cenſeantur. Videlicet ſumma ſemper apud *Iudæos* & *Chriſtianos* primæuos fuit *ieiuniorum religio* & *abſtinentiæ gloria;* eo maiora tamen cepit incrementa, quo grauioribus infecta fuit erroribus ac ſuperſtitionum nævis. Nihil enim tam ſanctum tamque religioſum eſt, quod hominum audacia tandem inquinare, atque a vero fine deflectere non poſſit. Debebant *ieiunia* & *abſtinentiæ* ſtudia regulariter eſſe *ſpontanea*, a vinculis legum libera, ſine *imperio in conſcientiam* indicta, adhortationibus magis piisque perſuaſionibus a paſtoribus eccleſiæ propoſita, quam per modum *imperii* ſub grauiori pœna præſcripta. Enim vero ab hac regula pedetentim deſciuit eccleſiæ puritas: mox lites de *ieiuniis*, eorum temporibus, modo, & forma ortæ: leges eccleſiaſticæ infinitæ de iis rogatæ; pœna in eos, qui ſoluunt *ieiunia*, nec *abſtinent* a cibis prohibitis, conſtituta, aliaque plura circa *ieiunia* & *delectum ciborum* adornata, quæ effecerunt, vt ampliſſimus in *iure eccleſiaſtico* campus ſit de *iuribus ieiuniorum* & *abſtinentiæ* ediſſerendi.

Auctores huic materiæ inſeruientes laudantur.

§. II. Equidem, quæ ad antiquitatem *ieiuniorum* ſpectant, a pluribus iam ſunt excuſſa & explicata, quorum ſcripta inſignem huic materiæ lucem præbent. Multa cum eruditione de *ieiuniis eccleſiæ* egit THOMASSINVS in tr. gallice conſcripto: *traitez hiſtoriques & dogmatiques ſur divers points de la diſcipline de l'egliſe & de la morale Chretienne; tome premier contenant vn traitè des ieunes de l'egliſe*, qui etiam *P. I. de diſcipl. eccl. lib. 2. c. 83. §. 12. ſqq.* ſuccincte antiquitates *ieiuniorum* enarrat. IOANNES DALLAEVS *de ieiun. & quadrageſ.* in eo inprimis occupatus fuit, vt præſentem ieiunandi rationem eccleſiæ Romanæ oppugnaret, qua occaſione *ieiuniorum & abſtinentiæ* morem antiquum illuſtrauit. Ei ſeſe oppoſuit non tantum NATALIS ALEXANDER *tom. III. hiſtor. eccleſ.* p. 331.

Digitized by Google

p. 331. *diſſ.* 4. quæ eſt *de ieiuniis montaniſtarum & ieiunorum*, vbi ſimul *antiquitates quadrageſimales*, & quæ ad *delectum ciborum* pertinent, examinat, & ad ſenſum Romanæ eccleſiæ accommodat, ſed etiam GVILIELMVS BEVEREGIVS *in cod. canon primitiuæ eccleſ. lib. III.* qui inprimis de *ieiunio quadrageſimali* per nouem capita, *capite X.* vero de *ſtationum diebus* agit, IOANNES FILESACCVS itidem de *quadrageſima* ſcripſit non inuenuſte, cui iungendus ALPHONSVS CIACCONIVS de *ieiuniis & varia eorum apud antiquos obſeruantia* ediſſerens. Optime quoque antiquitates ieiuniorum explicuit MATTHAEVS LARROQVANVS *in aduerſ. ſacr. lib.* I. *p.* 120. vbi *diſſertatio de ieiuniis* relata eſt. Etiam ICti in hunc campum ſeſe iam contulerunt, quod vel diſſert. Dn. WILDVOGELII *de eo, quod iuſtum eſt, circa tempus quadrageſimale*, docet. Erant præterea olim *ſtationes* ieiuniorum quædam ſpecies, quas illuſtrant ALBASPINAEVS *de veter. eccl. rit. lib. I. obſ.* 16. TOBIAS PFANNER. *lib. II. obſeru. eccl. c.* 6. *&* 7. CAROLVS COINTIVS *tom. I. annal. eccleſ. Franc. p.* 470. *&* *tom. II. p.* 240. SAMVEL BASNAGE *tom. II. annal. eccleſ. ad ann.* 207. §. 4. *ſeqq.* SCHELSTRATE *de eccleſ. African. diſſ.* 2. *c.* 2. §. 4. SAMVEL PETITVS *lib. I. var. lect. c.* 15. *&* *lib. III. c.* 4. BEVEREGIVS *cit. l. c.* 10. Cum vero etiam ieiuniorum conditio quodammodo medicorum forum intret, occaſionem inde nactus eſt PAVLVS ZACCHIAS *in quæſt. medico-legal. lib. V. tit.* 1. agendi de *ieiuniis* & *quadrageſima* magis ex rationibus *iuridicis*, quam medico foro propriis. Simile fere inſtitutum habuit IOANNES WALTVRIVS VIRINGVS *in libr. V. medico-eccleſiaſticis de ieiunio & abſtinentia* editis *Atrebati anno* 1597.

Ieiunii conceptus.

§. III. IEIVNIVM generatim conſiſtit in *abſtinentia ciborum extraordinaria, ab iis ſuſcepta, qui illos capere poſſunt, ſed ex iuſta cauſa ad aliquod ſpatium temporis eisdem renunciant.* *Ordinaria* eſt quotidiana omnibus propria, quando ſatis paſti ſunt, non amplius ieiuni: *extraordinaria* illa dicitur, quæ contra *regulas ordinarias viuendi* ſuſcipitur, dum corpori alimenta conſueta ad tempus quoddam ſubtrahimus. Denique tale ſubiectum deſidero, quod cibum per *naturæ conſtitutionem* capere poteſt, ſed ex iuſta cauſa eidem renunciat. Neque enim ieiunium prædicari poteſt 1) de his, qui grauiſſimo morbo affliſti ſunt, propter quem ſæpe ad plures dies cibo omni abſtinere coguntur, quippe qui in *ſtatu extraordinario* naturæ ſunt conſtituti: multo minus 2) de his, qui tantum *certo ciborum genere* abſtinent, vtut ventrem aliis cibis imple-

Ægrotantes proprie non ieiunant,

nec abſtinentes.

Digitized by Google

pleant & ſeſe optime paſcant. His ſuppoſitis facile liquet, quid ſentiendum ſit de definitionibus a PAVLO ZACCHIA *cit. l. qu.* I. *n* 9. propoſitis, quæ ſunt incertæ, lubricæ, & vagæ, vt eo facilius *ieiunio* eccleſiæ Romanæ deprauato conuenire poſſint.

§. IV. Denique *iuſtam cauſam* deſideraui, id quod naturale eſt, cum nemo tam ieiunus futurus ſit, qui *ſine cauſa* ab alimentis corporis ordinariis abſtinebit. Hæc ipſa *abſtinentia extraordinaria* ab omnibus cibis in ſe eſt *media & indifferens;* ſed ex *cauſis*, vnde naſcitur vel ſuſcipitur, & ad quas deſtinatur, bona malaue cenſenda, vt recte cenſet DALLAEVS *cit. l.* Poteſt ieiunium ſuſcipi 1) *ſanitatis* corruptæ gratia, quod *naturale* vocat ZACCHIAS *cit. l. n.* 17. vt ſcilicet hac abſtinentia ſtomachus vel natura cruditates ſuperfluas ex nimio ciborum hauſtu ortas eo facilius concoquat & abigat. II) *Inſtantis commeſſationis* gratia, vt ſtomachus eo magis præparetur, veſpertino tempore ſeſe delicatioribus cibis implendi, quod ieiunium *peſſimum* eſt. III) *Triſtitiæ* acerbioris & afflictionis gratia, quæ abigit omnem edendi appetitum, vt in tali ſqualore degens, ne quidem de cibis cogitet. Prout *cauſa* triſtitiæ *bona* vel *mala* eſt, ita quoque de moralitate huius ieiunii iudicandum. Hoc de ieiunio intelligendus eſt ſeruator, qui interrogatus: *quare diſcipuli ſui non ieiunarent ad exemplum diſcipulorum Phariſæorum & Ioannis?* recte reſpondit, ſponſo præſente nullam *lugendi* cauſam eſſe; tempus autem inſtare, quo, eo ablato, ieiunare cogerentur ob *luctum*, quo afficiendi eſſent. *Matth. IX*, 15. *Iob. XVI*, 19. 20. IV) Huic ſimile eſt, quod *humilitatis* erga Deum declarandæ & *pœnitentiæ* agendæ cauſa ob peccata admiſſa, quæ mœrore animum affligunt, ſuſcipitur, quale erat publicum illud ieiunium a Niniuitis inſtitutum, IONA *II*, 7. *ſqq.* a Iudæis ESTER. *IV*, 16. NEHEM. *IX*, I. ESRA *IX*, 6. a CORNELIO *Act. X*, 30. a IOSAPHATO, II. *Ephemerid. XXI*, 3. aliisque. V) Quod inſtituitur *deuotionis* cauſa, vt mens & animus eo magis ad illam præparentur ob arduum quoddam, quod ſuſcipiendum, negotium ſacrum, quale erat ieiunium, paſſim ab apoſtolis deliberato conſilio ſuſceptum, *Act. XIII*, 3. *XIV*, 23. *ſponte* tamen & citra *legem* aut *imperium*, quod *deuotio* excludit. Tale quoque eſt, quod IV) ex *voto* certis diebus inſtitui ſolet, non vt cultus quidam Deo hoc ipſo exhibeatur, ſed vt *hoc medio* ieiunans ſeſe magis ad internam mentis deuotionem componat applicetque, quæ pleno ventre torpeſcit. *Itaque*, recte ait DALLAEVS *cit. l. nulla cultus diuini pars ieiunio proprie quidem ac per ſe conſtat; eo tamen pietas iuuatur, ſuamque vim aut explicat, aut certe confirmat & intendit.* Idem obſeruat

Iuſta cauſa in ieiunantibus deſideratur.

(1) ob ſanitatem.

(2) ob inſtantem commeſſationem,

(3) ob triſtitiam.

(4) ob pœnitentiam,

(5) ob deuotionem,

(6) ex voto,

Digitized by Google

CLERICVS *in comment. ad II Ephemerid. XX*, 3. & *Deo quidem*, ait, *gratiores non ſunt religioſorum hominum preces, poſtquam cibum neceſſarium ſumſerunt, quam quando ieiuni ſunt. Sed ieiunio primum impediuntur omnes cibi potusque abuſus, tempore, quo eſt implorandum auxilium diuinum, prout neceſſe eſt, vt pio animo fundantur preces: deinde eo modo plebs fit attentior ad id, quod agitur, magisque commouetur, qua ratione offi:ii ſui melius admonetur, & religioſior ſit. Ieiunium idem præſtat, quod ceteras, quæ ad corpus pertinent, qualia ſunt genu flectere, ad templum orandi cauſa ſe conferre & ſimilia; quæ omnia homines magis commoneſaciunt & percellunt, quam ſi, quicquid ad cultum diuinum pertinet, intra animum, quem ſolum tamen ſpectat Deus, perageretur.* Ita quoque rationes ſubducit B. SPENERVS *tom. II. conſil. theol. Germ. c. III. art. 4. ſect. 26. p.* 472. Das Faſten betreffend, halte ich es bey den meiſten Naturen vor eine ſehr nützliche Ubung, bey einigen mag es zuweilen gar nöthig ſeyn. Jedoch nicht als ein Gottesdienſt an ſich ſelbſt, denn GOtt dem HErrn weder an Eſſen noch Faſten lieget, daher in dieſen keine beſondere Heiligkeit ſtecket, ſondern als ein Beförderungs-Mittel der Betrachtung, Gebets, Zähmung ſeines eigenen Fleiſches und deſſen Begierden. ⁂ Poſt pauca has obſeruationes addit: hat man alſo das Faſten meines Erachtens anzuſehen 1) als wie eine nicht bloſſer dings oder allezeit nöthige Sache, ſiehe *Matth. IX*, 13. wie es auch nirgend ausdrücklich befohlen iſt. 2) Gehörets hingegen unter die Mitteldinge, welche ein äuſſerlich Beförderungs-Mittel ſeyn können, 3) bey dieſen aber hat man Zeit, Ort, und die natürliche eines jeglichen Bewandnis wohl zu erwegen, wann, wo, wem dieſelbige dienlich ſind. Præterea VII) *affligendæ & domandæ carnis* gratia ieiunium commendari ſolet, quorſum etiam B. SPENERVS *cit. l. art. 1. ſect. 2. p.* 5. alludit, & hos tres fines coniungit: Die Züchtigung ſeines Fleiſches, demüthige Bezeugung ſeiner über die Sünde habenden Reue, und Beförderung hertzlicher Andacht. In hunc finem *eccleſiaſtica ieiunia* potiſſimum inſtituta eſſe, docent canones. In TIMOTHEI *Alexandrini reſponſ. canon inter.* 8. apud HARDVIN. *t. I. concil. p.* 1194. hæc ratio *ieiuniorum* ſuppeditatur, *excogitatum eſt ieiunium, vt corpus humile reddatur.* In *concil. Colon. I. de anno* 1536. *p.* 9. *c.* 2. apud EVNDEM *tom. IX. p.* 2014. eadem ratio adfertur: *vt corpus per intemperantiam cibi aut potus luxurians caſtigetur, in ſeruitutemque redigatur, quo animus vegetior & liberior laudibus diuinis inſiſtat, diuinæque voluntati ſeſe attemperet.* In *concil. Senonenſi de anno* 1528. *c.* 7. apud EVNDEM *cit. l. p.* 1938.

(7) ad domandam carnem.

Digitized by Google

p. 1938. censuere episcopi, *ieiuniis nihil aptius retundendæ carnis petulantiæ potuisse institui.* Hac de causa *monachis* hæc inprimis præscripta & commendata sunt, vtut peruerso modo, vt ex infra dicendis apparebit. Denique VIII) etiam *pœnæ & coërcitionis* gratia ieiunia delinquentibus dicta sunt, quod ex modo dictis tractum videtur, postquam *pœnitentia externa*, quam *ecclesiasticam* vocant, in *pœnam* proprie dictam degenerauit. Quotidie fere hodie pœnitentibus *ieiunii pœnitentia* imponitur. Sed etiam in diplomatibus antiquis transgressoribus *ieiunii pœna* proposita. Exemplum est in *reliq. MSCt. tom. I.* ill. Dn. a LVDEWIG. *n.* 260. *qui vero secus fecerint, pro qualibet vice transgressionis suæ vna sexta feria sequenti sit in pane & aqua, dispensatione quacunque non obstante.*

§. V. Enim vero hæc ieiunia, excepta vltima specie, *libera* sunt, *spontanea* & proprio motu suscepta, quorsum etiam *votiua* refero, cum etiam *votum* ex libero nuncupetur arbitrio, quamuis edito voto ieiunia magis necessitatis fiant. Ab his distinguunt *ecclesiastica*, κατ' ἐξοχὴν ab ecclesia Romana sic dicta, quæ suscipiuntur iuxta *præceptum* & *ritum* matris ecclesiæ, h. e. prælatorum, quorum est ieiunia populo indicere, vel olim statuta lege ecclesiastica stabilire. ZACCHIAS *cit. l. n.* 19. Differunt hæc a prioribus ideo 1) quod non sint *libera*, sed lege imperata: 2) quod sint *publica*, cum voluntaria magis priuata sint; *publica* enim lege ea imperari, determinari & præscribi posse, nulli dubitant præsules Romani, adeo vt *delicti ecclesiastici* reus fiat, qui absque *dispensatione clericali* illa solverit. Inde tantus legum ecclesiasticarum cumulus de *ieiunantibus* & *abstinentibus* ortus.

Hæc sunt libera & priuata.

Ecclesiastica sunt publica & necessaria.

§. VI. Antequam ad *obseruantiam ieiuniorum publicorum*, progrediar, paucis hoc addo, omnino discrimen esse constituendum inter *ieiunantes*, *abstinentes* & *ieiunos*. Hi dicuntur, qui nondum cibum ceperunt, vtut ieiunare vel a prandio abstinere haud constituerint, quorsum ISIDORVS *XX*, 2. alludere videtur: *ientaculum est primus cibus, quo ieiunium soluitur.* Hisce in verbis *ieiunium* paulo latius accipit, vt illud tempus diei cuiusuis denotet, quo nondum cibus captus est, maxime *antemeridianum*, quamuis prandium subsequatur, a quo abstinent *ieiunantes*, vnde *ieiunare* & *prandere* sibi opponuntur. Sunt ergo omnes ieiunantes *ieiuni*, sed *ieiuni* non semper ieiunantes, i. e. per diem totum a cibo abstinent, quamuis primo eiusdem diluculo, quo nondum cibum sumserunt, *ieiuni* adhuc dicantur. Etiam in materiis ecclesiasticis hoc discrimen sedulo attenditur, vt vel sacramentum S. cœnæ docet, quod secundum leges antiquas ecclesiasticas a *ieiunis* sumen-

Ieiuni differunt a ieiunantibus.

Digitized

dum eſt; neutiquam vero præcipitur, vt eo die ieiunetur, quin vt infra oſtendetur, nefas olim habitum fuit, *die ſolis* ieiunare, vtut *ieiuni* ad ſacra accederent, maxime ad perceptionem S. euchariſtiæ. Plura alia a *ieiunis* peragenda præcipiuntur, qui tamen non obſtringuntur ad *ieiunium* ſolenne per totum diem obſeruandum. Breuiter: *ieiuni* ſunt, qui nihil ciborum capiunt, antequam prandeant, ſed tales non *ieiunant*. Verum etiam *abſtinentes* a *ieiunantibus* ſunt diſtinguendi. Illi enim dicebantur, qui *delectum ciborum* inſtituebant, lautioribus nuncium mittebant, & ſolis aridioribus vtebantur, vtut non ieiunarent, quem morem *aſcetæ* priſci, & philoſophi gentiles nonnulli ſecuti ſunt. Poteſt tamen *ieiunium* cum *abſtinentia* coniunctum eſſe, vel ab ea diſtingui, vt infra oſtendam, quamuis etiam hæc illius nomen pedetentim aſſumſerit.

Ieiunia publica,

§. VII. Ieiunia generatim ſunt vel *generalia* & *publica*, vel *particularia* ſeu *priuata*. Illa publica auctoritate indicuntur vel *extra ordinem*, & cum feriis repentinis conueniunt: vel *ſtata* ſunt a maioribus & certo tempore recurrunt, omnesque in vniuerſum ſubditos ligant. Hæc vero vel ex ſingulari vitæ genere a quibusdam tantum ſuſcipiuntur, vel *ſponte* ex *priuato* zeli cuiusdam pii *affectu* eliguntur. Ieiunia vtriusque generis gentiles iudæique agnouerunt & quia chriſtiani primæui ad mores iudæorum inprimis compoſiti fuerunt, atque ex eorum formula in multis vixere, morem *ieiunandi* quoque ab iis aſſumſiſſe videntur, vt proinde de *ieiuniis iudæorum* ante omnia quædam præmittenda ſint.

priuata.

Dantur etiam ieiunia gentilium publica,

§. VIII. Gentilium *ieiunia* rariora: iudæorum frequentiora fuere. Illi ad ſuperſtitionem ſuam propagandam, qua vniuerſa conſtabat religio, *ieiunia* quædam *publica* conſtituere. Teſtis eſt LIVIVS *lib.* 36. *c.* 37. ad expianda prodigia & iram Deorum placandam, Cereri publicum inſtitutum fuiſſe ieiunium. *Eorum prodigiorum cauſa libros Sibyllinos ex SCto decemuiri cum adiiſſent, renunciarunt: ieiunium inſtituendum Cereri eſſe, & id quinto quoque anno ſeruandum.* Prouocat ad hæc gentilium *ieiunia*, ſed admodum ieiune, TERTVLLIANVS *de ieiun. c.* 6. vt ſectæ ſuæ ſeruiret: *omnem ταπεινοφρόνησιν etbnici agnoſcunt. Cum ſtupet cælum, & aret annus, nudipedalia denunciantur, magiſtratus purpuras ponunt, faſces retro auertunt, precem indigitant hoſtiam inſtaurant &c.*

& priuata.

Priuata ieiunia *deuotionis* cauſa vel *ſuperſtitionis* rarius forſan frequentata: facilius illa, quæ *valetudinis cauſa* ſponte aſſumta ſunt, vt teſtis eſt SVETONIVS in *Veſpaſ. XX. n.* 3. *quamuis ad tuendam valetudinem nihil am-*

Digitized by G

amplius quam fauces ceteraque membra ſibimet ad numerum in ſpæriſterio refricaret, inediamque vnius diei per ſingulos menſes interponeret. Conf. LEIDEKKER *in republ Hebr. l. 9. c. 9. §. 5.*

§. IX. Solenniora iudæis fuerunt ieiunia tum *ordinaria* tum *extraordinaria*, tum *publica* tum *priuata*. Publica *feriarum* indolem habebant, quibus quieſcendum erat ab omni externo laborum ſtrepitu, non *gaudii otiique*, ſed *luctus acerbiſſimi* gratia, adeoque dies feriarum erant vel *læti* vel *triſtes*. Dies *expiationis*, die decimo menſis Tisri, *Leuit. XXIII*, 27. *ſeq.* lege diuina Iſraëlitis præſcriptus eſt, cuius ſanctitas in *ieiunio*, *afflictione*, & *intermiſſione laborum* conſiſtebat, quod pro peccatis totius anni eſſet expiatio facienda. Ordo ſacrorum huius diei ſolennis in compendio relatus eſt a RELANDO *in antiq. veter. Hebræor. P. IV. c.* 6. Producebatur ieiunium vsque ad *veſperam* & *ſtellarum ortum*, quod rurſus laudat MONTANI diſcipulus TERTVLLIANVS *cit. l. p.* 553. *in f. edit. Rigalt. iudaicum certe ieiunium vbique celebratur, cum omiſſis templis per omne litus quocunque in aperto aliquando iam precem ad cœlum mittunt; & licet cultu & ornatu mœroris munus infament, tamen fidem abſtinentia adfectant, & ſtellæ auctoritatem demorantis ſuſpirant.* Præterea vero *extra ordinem* ieiunia publica indicebantur propter diſcrimina grauiſſima *inſtantia* vel tempeſtates publicas ſubeundas, ſtrictiſſime obſeruanda, 1 *Sam. XIV*, 24. *ſqq.* vel luctum publicum *præſentem* 1 *Sam. XXX*, 13. aliasque cauſas *publicas*. Id tamen cauendum erat, ne indicerentur *die ſabbati*, quo ieiunare nefas erat, quod eſſet dies *lætitiæ*, cum ſingulari *hilaritate* tranſigendus, quod etiam quoad alia feſta ſolennia obſeruabatur, neque enim dies feſti *læti* cum *triſtibus* erant confundendi. Quod quidam gentiles ieiunia iudaica *ſabbatis* addixerint, id inde factum eſt, obſeruante SELDENO *de iur. nat. & gent. lib. III. c.* 15 *p.* 36. quod quæuis iudæorum *feſta*, etiam *triſtia*, ob *intermiſſionem laborum*, dicere ſoliti fuerint *ſabbata*. Qua de cauſa illud AVGVSTI ad TIBERIVM apud SVETON. *in Oct. c.* 76. *ne iudæus quidem, mi Tiberi, tam libenter ſabbatis ieiunium ſeruat, quam ego hodie ſeruaui*, non de *ſabbatis hebdomadariis* accipi debet, ſed de *feſtis triſtibus*, afflictioni & ieiuniis dicatis. Pederentim enim plura præter *diem expiationis* ſunt conſtituta & quidem *ordinaria* & *ſtata*, vt *Zachar. VIII*, 19. docet & RELANDVS *cit. l. P. IV. c.* 10. *p.* 6. illuſtrat; quamuis ſolum *expiationis* feſtum a Deo præſcriptum fuerit. BASNAGE *dans l'hiſtoire des Iuifs tom. VI. c.* 19. §. 7.

Iudæorum ieiunia publica feriarum inſtar erant extraordinaria.

ne tamen in diem ſabbati inciderent.

Priuata iudæorum ieiunia

§. X. Erant præterea iudæis vſitata *ieiunia priuata*, vel *extraordinaria*, ob *priuatas neceſſitates* ſuſcepta, vel *ordinaria*, ex peculiari deuotione *ſtatis diebus* obſeruari ſolita, ab his, qui ἄσκησιν ſingularem & *ſanctitatem vitæ* præ aliis *eminentiorem* affectabant, more Phariſæorum bis ſingulis hebdomatibus ieiunantium. *Luc. XVIII*, 12. Legitimi horum ieiuniorum dies erant *ſecundus* & *quartus*, h. e. *Lunæ* & *Iouis*. Veneris die vel ideo ieiunare nefas erat, quia ſabbati initium in eum incidebat. Nec *die ſolis* conueniens ieiunium videbatur, ne poſt diem *hilaritatis* immediate dies *triſtitiæ* & afflictionis ſequeretur. Præterea vero vel ideo hi dies reliquis præferebantur, quod publice in illis *legis ſacræ* pars in ſynagogis prælegeretur, vt obſeruat SELDENVS *cit. l. p.* 370. quod inſtituto ESDRAE acceptum forſan ferendum poſt captiuitatem Babylonicam.

die lunæ & Iouis,

libera tamen,

Enim vero his diebus ex *libertate* illi tantum ieiunabant, qui, *phariſæorum* more, in cultu religionis inclareſcere, vel ſingularem ἄσκησιν ſequi ſtudebant. Reliqui ex plebe pro variis neceſſitatibus *extra ordinem* ieiunia inſtituebant vsque ad ſuperſtitionem ſummam, ad quam hæc gens magnopere inclinat. Optime hanc depingit BASNAGE *dans l'hiſtoire des Iuifs cit. l.* §. 9. aitque *s'ils veulent avoir un ſonge heureux, ou l'interpretation d'un ſonge, qui les inquiete, ils croient l'obtenir par abſtence, & c'eſt un proverbe, que le jeune eſt pour le ſonge comme le feu pour l'etoupe qu'il allume - - s'il arrive quelque maladie perſonelle; ſi on entreprend un voiage dangereux; ſi on arreté priſonnier, on jeune, a fin d'obtenir ſa delivrance. L'enfant, qui a aimé tendrement ſon pere, jeune tous les ans le jour de ſa mort. Les magiciens meme jeunent, afin d'evoquer les demons de l'enfer & les morts de leurs tombeaux.*

ac ſæpe ſuperſtitioſa.

Ieiunia Chriſtianorum libera ab initio,

§. XI. Propius ad *ieiunia Chriſtianorum* accedo, qui hanc diſciplinam quidem ex *moribus iudæorum*, vnde orti erant, traxere, ſed ſine vllo *libertatis* præiudicio, in quam per CHRISTVM vindicati erant. Ne quidem CHRISTVS diſcipulos adſtringere volebat ad frequentiſſima illa ieiunia, phariſæorum & Ioannis diſcipulis vſitata, quo ipſo oſtendebat, ieiunia illa diei *ſecundi* & *quinti* conuerſionem morum *per ſe* non operari, quam vnice ſaluator intendebat. Hoc opus! hic labor! Prædicebat tamen, tempore *luctus* diſcipulos ſuos ieiunia, quæ ſunt *naturalia doloris argumenta*, ſuſcepturos eſſe. Hac de cauſa ſine vllo legis vinculo, ſpontaneo ſpiritu, ad ieiunia poſt *ſponſum ablatum* confugiebant apoſtoli, non eo ipſo poſteris leges ferentes, ſed ea *libertate* vtentes, qua ieiunandum erat in nouo teſtamento. Ad negotia ardua ſubeunda ſeſe vt plurimum *ieiuniis & precibus* præparabant, ceu

Digitized by Google

ceu docet exemplum ordinationis BARNABAE & PAVLI, ad diuinum miniſterium a Deo euocatorum, *Act. XIII*, 2. 3. & presbyterorum creationis *Act. XIV*, 23. Ipſemet PAVLVS adhortatur fideles 2 *Cor. VI*, 5. ad ieiunia ſuo modo, ſed hæc non *imperat*: commendat, non *iubet*. Nec dubium eſt, quin tempeſtates ſæuiſſimæ, quæ admodum eccleſias afflixere, plerosque ad *ieiunia precesque* ſponte traxerint, citra omne humanum imperium, opinionem meriti, & vanæ gloriæ aucupium. *Matth VI*, 16. *ſqq. Luc. XVIII*, 12. Imo nec illud negari poteſt, ex *conſilio* epiſcoporum vel præpoſitorum ob æſtum perſecutionum *commune ieiunium* ſuſceptum fuiſſe, vt teſtatur TERTVLLIANVS *de ieiun. c.* 13. *p.* 551. *Bene autem, quod & epiſcopi vniuerſæ plebi MANDARE ieiunia aſſolent, non dico de induſtria ſtipium conferendarum, vt veſtræ captura eſt*, (alloquitur orthodoxos, quos *pſychicos* vocat) *ſed interdum & ex aliqua ſollicitudinis eccleſiaſticæ cauſa. Itaque ſi & ex hominis EDICTO & in vnum omnes ταπεινοφρόνησιν agitatis, quomodo in nobis ipſam quoque vnitatem ieiunationum & xerophagiarum & ſtationum denotatis? Mandato* epiſcoporum & *edictis* fuiſſe ieiunia indicta, SEPTIMIVS ait; nec tamen eo tempore epiſcopi mandabant *pro imperio*, aut more prætorio *edicebant*, quod *epiſcopalis imperii* patroni ex his verbis colligere ſolent. Quis vero durioribus eius verbis, quibus natura ſeueriſſima & auſtera ipſum aſſuefecerat, caperetur? Epiſcopi vtique, *præfecturam* quandam in eccleſia gerebant: inde neceſſitate vrgente, & cogente, ieiunia ordinabant & indicebant, in quæ *ſponte* chriſtiani eo magis conſpirabant, quod ea adhuc eſſet *modeſtia*, *humilitas* & *pietas* epiſcoporum, vt hos duces ſeq[illegible] pulcrum & iucundum duceretur. Ceterum qui tale *ieiunium commune* ſoluebant, corripiebantur quidem, quod eidem communi naufragio ſubiecti tam ferrei eſſent, vt communi neceſſitate & afflictione non tangerentur; nullis tamen pœnis afficiebantur, non eiiciebantur, nec aliis cenſuris, quæ adhuc ignotæ erant, ſubiiciebantur. Hæc erat vis *mandatorum* & *edictorum*, quæ epiſcopis ſuo æuo attribuit TERTVLLIANVS.

non ex imperio.

§. XII. *Certa* autem & *ſtata* apoſtolos ieiunia ordinaſſe, conſtanti praxi ab omnibus eccleſiis obſeruanda, eo minus probari poteſt, quo magis conſtat, de *feſtis diebus*, quorſum etiam *ieiunia ſtata* pertinebant, eos nihil ordinaſſe, ſed magis pro *libertate* admodum pugnaſſe. *Gal. II*, 4. 5. *IV* 9. *V*, 13. *Col. II*, 16. Iudæi ſelectum *dierum & ciborum* faciebant: ſuperſtitioſe ſuis inhærebant feſtis, & ad amuſſim ieiunia obſeruanda eſſe docebant. Hoc erat illud *iugum*, quod PAVLVS *cit. l.* innuit,

Stata ieiunia non indixere apoſtoli,

Digitized by Google

innuit, & a quo christianos liberatos esse contendit; interim singulorum *libertati* adhuc indulget. *Rom. XIV*, 5. Hanc doctrinam, libertati christianæ in colendo DEO admodum conformem, adhuc christiani *seculo II.* contra *Montanistas*, plura *ieiunia stata* legesque *abstinentiæ* nouas & insolitas introducentes, & affectis suis ex *necessitate* quadam *legali* obtrudentes, propugnabant. Sententiam ecclesiarum communem TERTVLLIANVS, Montani discipulus, *de ieiunio c.* 2. optime declarat. Præmittit, ieiuniis certos dies in veteri testamento fuisse per legem Mosaicam dicatos. His præmissis, addit doctrinam catholicorum & inprimis Romanæ ecclesiæ eo tempore adhuc purioris: *Certe in Euangelio*, h. e. in statu noui testamenti apud christianos, *illos dies ieiuniis determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus, & hos esse solos legitimos ieiuniorum christianorum, abolitis legalibus & propheticis veruſtatibus. Vbi volunt enim, agnoscunt, quid sapiat lex & prophetæ vsque ad Ioannem. Itaque de cetero indifferenter ieiunandum ex ARBITRIO, non ex IMPERIO nouæ disciplinæ pro temporibus & causis vniuscuiusque. Sic & apostolos obseruasse, nullum aliud imponentes iugum certorum & in commune omnibus obeundorum ieiuniorum; proinde nec stationum, quæ & ipse suos quidem dies habeant, quartæ feriæ & sextæ: passiue tamen currunt, neque sub lege præcepti, neque vltra supremum diei, quando & orationes fere hora nona concludat de Petri exemplo, quod actis refertur.*

sed seculo II adhuc libertatem in ieiuniis defendebant,

quod ex sententia Tertulliani confirmatur.

§. XIII. Multa in hoc testimonio, quod communem ecclesiarum illius ævi *purioris* doctrinam complectitur, occurrunt notatu digna. Primum est, Christianos adhuc existimasse, ieiunia *stata* & *certa*, quæ ex *lege* in V. T. observari debebant, in Christianos deficere, & *legales* eorum dies abolitos esse; neque apostolos onus quoddam novum Christianis imponere voluisse. Oppido itaque falluntur quidam ex patribus, & cum iis BEVEREGIVS *cit. l. c. IX.* §. 4. qui *quadragesimale ieiunium* ab instituto apostolico deriuant, quorum in numero quoque est HIERONYMVS *epist.* 54 *ad Marcell. Nos vnam quadragesimam secundum TRADITIONEM APOSTOLORVM toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus.* De hoc ieiunio tamen nullam facit mentionem SEPTIMIVS, illud haud omissurus, si eius obseruantia iam adfuisset, quippe quod ipsius causæ admodum inseruiisset. Neque enim eius vestigia occurrunt *c. XIII.* vt censet BEVEREGIVS *cit. l.* §. 3. vbi TERTVLLIANVS obiicit Romanis & orthodoxis, quod *prater pascha* ieiunent; quis enim inde colligere poterit, *quadraginta dies* ante pascha ab eo intellectos notatosque fuisse? cum mox orthodo-

Censuerunt enim legalia ieiunia in N. T. deficere.

Nec quadragesima ab instituto apostolico petenda.

xorum

Digitized by Google

xorum addat rationem, talia ieiunia *præter paſcha* ſingulis eſſe *arbitraria*, adeoque nec *tempus* determinare potuit, ſine dubio id facturus, ſi illud paſſim iam receptum fuiſſet. Præterea vero potiſſimum contra *Montanistas* diſputat. Montaniſtis præ reliquis contradicentes, qui tamen ne quidem *ſeculo IV. quadrageſimale tempus* obſeruabant, multo minus vero in fine *ſeculi II.* adeoque de hoc *ieiunio*, ſerius paulo inſtituto ac recepto, loqui non potuit TERTVLLIANVS. Ad *apoſtolicam inſtitutionem* quoque prouocat LEO I. *ſerm. VI. de quadrag. Quod ergo, dilectiſſimi, in omni tempore vnumquemque conuenit facere Chriſtianum, id nunc ſollicitius & deuotius exſequendum, vt apoſtolica inſtitutio quadraginta dierum ieiuniis impleatur.* IDEM *ſerm. IX. de quadrag. a ſanctis apoſtolis per doctrinam Spiritus S. maiora eſſe inſtituta ieiunia* narrat. Quis vero ignorat, a patribus plura adſcribi *inſtituto apoſtolico*, quæ ſerius in eccleſiæ, etiam Romanæ, morem abierunt, a moribus apoſtolorum aliena? Pleraque per *conſuetudinem* inualuere, vel ex *ſynagogis iudæorum* retenta ſunt, quod moribus iudaicis plerique fideles magnopere eſſent dediti, quæ tamen *libere* ab initio retenta in conſtantem poſtea abierunt praxin.

§. XIV. Vi veritatis adactus AVGVSTINVS aperte faſſus eſt, *ſanctione* aliqua *apoſtolica* nullos dies ieiuniorum ſtatos præſcriptos fuiſſe. Ita enim *epiſt. ad Caſulan. quibus autem diebus non oporteat ieiunare & quibus oporteat, præcepto Domini vel apoſtolorum non inuenio definitum.* Eius epiſtola *ad Ianuar.* plena eſt de hac materia, & *liberam* eccleſiæ diſciplinam hac in re agnoſcit, reprobatque omnes contentiones, quæ de *ſtatis* ieiuniorum *diebus* inſtituuntur. Præ reliquis fuſius de hac libertate priſca ediſſeruit SOCRATES *lib. 5. c. 22.* præmittitque, *nulla lege Chriſti conceſſum eſſe Chriſtianis, vt iudæorum ritus obſeruent.* Probat hanc *libertatem* ſubinde ex PAVLI epiſtolis, & tandem ita concludit: *Certe apoſtolus & euangeliſtæ nunquam ſeruitutis iugum illis impoſuerunt, qui ad prædicationem fidei acceſſiſſent.* Addit feſtos quosdam dies adhuc inter Chriſtianos obſeruari; ſed 1) ſine *legis præſcripto:* 2) absque omni *coactione pœnali, quemadmodum Moſaica lex facere conſueuerat.* Subiungit præterea optimam rationem: *propoſitum id fuit apoſtolis, non vt de diebus feſtis leges ferrent, ſed vt rationem recte viuendi veramque pietatem oſtenderent.* Hoc poſtea applicat ad diuerſos *ieiuniorum* & *abſtinentiæ* mores, oſtenditque, nullos *ſtatos dies* ieiuniis *publicis* fuiſſe præſcriptos. Conſentiente Auguſtino & Socrate.

Digitized by Google

Antepaſchale ieiunium ſeculo II. commune & publicum fuit,

§. XV. Alterum eſt, quod æuo TERTVLLIANI Chriſtiani *vnum* quoddam *generale ieiunium* obſeruarent, *antepaſchale* ſcilicet, illis diebus obſeruatum ex deuota intentione, in *quibus ablatus erat ſponſus, quos in euangelio determinatos putabant.* Intellexit vero *dies Veneris & ſabbati ante paſcha*, ex *paſſione* & *morte CHRISTI notabiles.* Alibi (ſcil. *de orat. c.* 14.) hoc ſpatium ieiunii vocat *diem paſchæ, quo COMMVNIS & quaſi PVBLICA ieiunii religio eſt, merito deponimus oſculum.* IDEM *c.* 14. *de ieiun.* hoc *antepaſchale* ieiunium ita deſignat: *cur ſtationibus quartam & ſextam ſabbati dicamus & ieiuniis paraſcevem?* h. e. *diem Veneris* ante paſcha, quem iudæi vocabant *paraſceuem paſchæ, quo Chriſtus morti traditus erat.* Statim vero ſubiungit: *quanquam vos etiam SABBATVM ſi quando continuatis, nunquam niſi in paſcha ieiunandum, ſecundum rationem alibi redditam*, quo ipſo docet, continuatum a quibusdam fuiſſe ieiunium per ipſum *ſabbatum* ante paſcha. Hoc *antepaſchale ieiunium publicum* ſanctè ab eccleſiis colebatur,

ſponte ſuſceptum non ex lege,

non vllo *legis* imperio, non metu *pœnæ* cuiusdam, nec *pœnitentiæ* ſubeundæ formidine, qua *vi coactiua* hodie ieiuniorum publicorum religio circumſepta eſt; ſed *ex deuotione* & recordatione paſſionis dominicæ. Talia *ieiunia ſtata* haud improbanda ſunt, quæ magis ex *conſilio* quam *neceſſitate* ſeruantur, & *ſpontanea abſtinentia* ſingulorum, prout valetudinis ratio id permittit, abſoluuntur.

quam neceſſitatem Montaniſtæ introducere nitebantur.

In ſchola MONTANI educati longe aliter opinabantur, qui ieiunia plura *ſtata* obtrudebant Chriſtianis ſub *lege neceſſitatis*, vt illis ſeſe haud affligens conſortio Chriſtianorum indignus cenſeretur. Hi primi fuere, qui *legalia ieiunia*, ceu *iugum nouum*, Chriſtianis tradere conati, quibus maſcule reſiſtebant eccleſiæ Romanæ fideles, ab omni *formidine pœnæ & neceſſitate legis* alieniſſimi. Obiiciebat quidem TERTVLLIANVS *de ieiun. c.* 13. iis morem publice ieiunandi iam receptum: *Ecce conuenio vos* (quali contraria actione:) *& præter paſcha ieiunantes, circa illos dies, quibus ablatus eſt ſponſus, & ſtationum ſemiieiunia interponentes, & vero interdum pane & aqua victitantes, vt cuique viſum eſt.* Hæc vero inſtantia haud pungebat orthodoxos; ſtatim enim addit: *denique reſpondetis, hæc ex ARBITRIO agenda, non ex IMPERIO.* Ita rectè reſpondebant, quod ipſa natura magis ex *arbitrio* quam *imperio* conſtare deberent, quod MONTANO addicti inuertebant, & ieiuniorum religioni graue adiiciebant vinculum, ipſam ſcilicet iudaici moris in ſeruandis ieiuniis ſeueritatem, *ſeruilemque obſeruantiam*, vt ieiunia ab iis præſcripta non ſeruantes ab omni ſacro commercio relegarent. Hoc modo ergo eo tempore adhuc ani-

mau

Digitized by Google

mati erant Christiani, Romæ degentes, vt iis palam contradicerent, qui *iugum iudaici cultus* reducere conabantur, cum quo hominum genere semper iis fuit certandum. Sublatum esse temporum & dierum discrimen, vrgebant Romani. Regerebant Montanistæ, interprete TERTVLLIANO *de ieiun. c.* 14. *Si omnem in totum deuotionem temporum & dierum & mensium & annorum erasit apostolus, cur pascha celebramus annuo circulo in mense primo? cur exinde diebus in omni exultatione decurrimus?* Sed facile *triplicando* respondere illi poterant, ex *libertate*, non *lege*, non *more iudaico* hæc fieri; ieiunium *in Deum reuerentiæ opus esse*, vel ipso TERTVLLIANO iudice *cit. l. c.* 7. hoc vero *spontaneum* desiderare *spiritum.*

§. XVI. Ex hac *libertate* fidelium insignis oriebatur *ieiunio-* Hæc libertas
rum varietas temporumque discrimen, quod singularum ecclesiarum dis varietatem
positioni eorum religio esset relicta. Testis est IRENAEVS apud EV circa ieiunia
SEBIVM *lib. V. hist. eccles. c.* 24. aiens: *neque de die solum controuersia* produxit.
est, sed etiam de forma ipsa ieiunii. Quidam enim existimant, nico die sibi esse ieiunandum, (ante pascha scilicet feria sexta *alii duabus*, (addentes sabbatum) *alii pluribus: nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem suum, ieiunii scilicet, metiuntur. Atque hæc in obseruando ieiunio varietas non nostra primum ætate nata est, sed longe antea apud maiores nostros cœpit: qui negligentius, vt verisimile est, præsidentes ex simplicitate & imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt.* De quadragesima *hodierna* hic non loqui IRENAEVM, manifestum est, quippe quæ non *horis*, sed *diebus* absoluitur. Morem diuersum *antepaschalis ieiunii* etiam SOCRATES *lib. V. hist eccl. c.* 22. refert, &, *primum igitur*, ait, *ieiunia illa, quæ ante pascha fiunt, aliter apud alios obseruari reperias. Nam qui Romæ sunt, tres continuas hebdomadas ante pascha, exceptis sabbato & dominica die ieiunant. Qui vero in Illyrico vel per vniuersam Achaiam & qui Alexandriæ degunt, sex ante pascha septimanas ieiunant, idque ieiunium quadragesimam vocant. Alii rursus diuersum ab illis morem secuti septima hebdomade ante pascha ieiunium ordiuntur; ac tres duntaxat septimanas, quinque dierum singulas per intervalla ieiunantes, nihilominus hoc tempus ipsi quisque quadragesimam appellant.* Ita appellatio *quadragesimæ* iam æuo SOCRATIS inualuerat, ex et circa ipsam
ieiunio Christi sine dubio desumta; sed in dierum numero insignis di- quadragesi-
versitas apparuit, vnde liquet, (1) scriptores, de *quadragesima* edissemam.
tes, non *idem temporis spatium*, nec *eundem dierum numerum* intelligere, qui hodie obtinet, (quam materiam sollicite examinauit DALLAEVS

de ieiun. lib. III.) ſed ipſam *appellationem* quidem olim, non autem rem adfuiſſe, eamque ſerius productam. (2) *Antepaſchale ieiunium* paulatim per diuerſa temporum interualla eſſe hinc inde pro lubitu extenſum, indeque tandem *quadrageſimale ieiunium* ortum fuiſſe.

More iudæorum quidam duos dies ieiunabant quodammodo,

§. XVII. Tertium eſt, quod ex loco TERTVLLIANI ſupra adducto noto, ex diſciplina iudaica quosdam, inprimis *aſcetas* & ſingulari *abſtinentiæ* deditos, *duos* per hebdomadem *dies* peculiari deuotioni deſtinaſſe, *quartam* ſcilicet *ſextamque* feriam, ſicuti abſtinentiores inter iudæos *ſecundum* & *quintum* diem ieiuniis priuatis, *ſine lege* tamen, dicauerant. Numerum dierum ſicuti plura alia, fideles, qui *abſtinentiæ* ſtudebant, ex diſciplina iudaica retinuere; dies vero ipſos mutarunt,

quos ſtationum dies dixere.

quos *ſtationum* vocabant, VT TERTVLLIANVS paſſim indicat. Nomen hoc *de militari exemplo* ſumtum fuiſſe IDEM *de orat. c.* 14. indicat, & *de ieiun. c.* 10. hanc alludit: *nam & milites nunquam immemores ſacramenti, magis ſtationibus parent*, & excubias agunt. Rationem denominationis

cuius appellationis ratio euoluitur.

hanc fuiſſe ait ALBASPINAEVS *lib. I. obſ.* 16. *n.* 4. quod *omnes Chriſtiani prioribus illis ſeculis diebus Mercurii & Veneris ſummo mane in eccleſias conuenirent, ibique ad horam nonam morarentur, & precibus & rerum diuinarum contemplationibus vacarent, corporaque ieiuniis, adgeniculantibus lacrymis, pœnis & laboribus exercerent, denique hora nona ſacris peractis, euchariſtiaque percepta, (nam nunquam a ſtatione niſi ea peracta recedebant) ſtationem ſoluerent, domumque reuerterentur.* Id quidem negari nequit, hos dies peculiari *deuotioni* fuiſſe dicatos; vtrum autem *publicæ* & *communi* vsque ad horam *tertiam?* id eſt quod inquirendum. Excubias quaſi agebant chriſtiani, perſecutionibus hoſtibusque fæuiſſimis circumſepti, hisce diebus, & quia arma eorum erant *ſpiritualia* pariterque & *militaria*, hinc etiam *ſtationes* hæ *ſpirituale* aliquod *exercitium* denotare debuerunt. Interim admodum improbabile eſt, fideles his diebus a *ſummo mane* vsque ad *horam nonam*, h. e. *tertiam pomeridianam*, ſynaxes ſuas feciſſe, & in eccleſias conueniſſe atque illic tam diuturno temporis ſpatio perduraſſe. Nam I) qui perſecutionum cauſa die ſolis *antelucanos cœtus* facere: qui ſacra ſua occulte agere: qui denique nocturna ſacra inſtituere coacti ſunt, quomodo vsque ad *horam* diei *nonam* ea producere ſuis in *eccleſiis* ſeu *oratoriis* vel *priuatis conuenticulis* potuere? Tam diuturnos conuentus non admittebant tempeſtates fæuiſſimæ, quibus expoſiti erant. II) Si tam *ſolennes conuentus* Chriſtianorum eo die fuiſſent, *ſtationes* non fuiſſent *arbitrariæ*, ſed magis *neceſſariæ*, quæ tamen, teſte TERTVLLIANO *de ieiun. c.* 2. *arbitra-*

Stationes non denotabant publicam deuotionem vel cultum.

Digitized by Google

bitrariæ cenſebantur. III) SOCRATES *lib. V. c.* 22. *hiſt. eccl.* hunc morem tanquam peculiarem tribuit Alexandrinæ eccleſiæ ſuo tempore: *Alexandriæ quarta feria & ea, quæ dicitur paraſceue, leguntur S. Scripturæ, earque doctores interpretantur*, quod indicium præbet, ne quidem SOCRATIS tempore his diebus *publicos conuentus* vſitatos vbique fuiſſe. IV) PLINIVS II. tantum *ſtati diei* mentionem iniicit, quem *primum* hebdomadis fuiſſe, nemo ignorat, nec IVSTINVS martyr *apol. II. in f.* alius diei, quo publici conuentus *ordinarii* inſtituebantur, quam *ſolis*, meminit.

§. XVIII. Videlicet plurimorum ἄσκησις *priuata* in ſumma *abſtinentia & deuotione* peragebatur, nulla tamen lege adſtricta, quæ hisce diebus ſeſe potiſſimum exſerebat. Perdurabant priuatim, qui has *ſtationes* amplectebantur, ſponte in precibus aliisque priuatis exercitiis vsque ad *horam nonam*, ad quod tempus *prandium* differebant, adeoque non tam *ieiunabant*, quam *ieiuni & impranſi* manebant, quo magis huic officio ſuperſedere poſſent. Qui ieiunabant, ab omni abſtinebant *prandio*, ad *cœnam* ſaltim *ſeram*, apparente veſpera, accedentes. Vnde & *prandere* & *ieiunare* apud antiquos opponuntur, vt obſeruat LABROQVANVS *aduerſ. ſacr. lib. I. p.* 121. ſtationes vero TERTVLLIANVS vocat *ſemiieiunia c.* 13. *de ieiun.* quia hora *tertia pomeridiana* cibum capiebant, *ſtatione* relicta. Montaniſtæ ad inhumanum quendam rigorem & iugum graue inclinabant, *ſtationem* ad ſeram ducentes veſperam, idque ſub lege *neceſſitatis*, quod a paracleto hoc onus fidelibus per modum *legis* impoſitum eſſet. Ait TERTVLLIANVS *de ieiun. c.* 1. *Arguunt nos, quod ieiunia propria cuſtodiamus, quod ſtationes plerumque in veſperam producamus.* Id reprobabant catholici, qui ieiuniorum *priuatam* religionem ſingulorum committebant arbitrio, nec *ſtationes* fratribus imponebant, quæ *ſponte* ſuſcipiebantur ab his, quibus eas ſeruare integrum erat & interim *ieiuni* manebant, h. e. cibum ordinarium tamdiu differebant.

ἄσκησιν & deuotionem,

vsque ad horam nonam,

& ita ieiuni magis dicebantur quam ieiunantes.

§. XIX. Cur autem in *ſtationibus* hisce ſacris poſitos magis *ieiunos* quam *ieiunantes* dixerim, id ex diſciplinæ antiquæ ratione faciendum eſſe duxi, qui *ieiunium* inde proprie æſtimabant, ſi per totum diem ab omni cibo vsque ad *ſeram veſperam* abſtinerent. Inde I) TERTVLLIANVS *de ieiun. c.* 2. diſtinguit inter *officia cibi ſublati*, quæ *ieiuniis* propria: *diminuti*, quæ in *abſtinentia* quorundam ciborum conſiſtebant, ac *Xerophagia* dicebantur: & denique *demorati*, h. e. *dilati*, quæ *dilationem prandii* inducebant, vt *ieiuni* manerent vsque ad *horam nonam*,

Cur hi magis dicantur ieiuni quam ieiunantes?

Digitized by Google

nam, seu hodie *tertiam* pomeridianam, quod IDEM *c.* II. *retardati pabuli officium* vocat. Præterea quoque 2) non adeo inusitatum erat, differre cibum, vel ex *more* vel ex *aliis causis* vsque ad horam *nonam*, qui tamen non dicebantur *ieiunare.* STVCKIVS *in antiquit. conuiu. lib. I. c.* 12. tempore CICERONIS accubuisse *hora nona* veteres obseruat. MARTIALIS *lib. IV. epigram. ad Euphemum* distribuit tempora singulorum dierum, & circa *horam nonam* accumbendi morem fuisse refert. *Cœna* etiam hoc pabulum vocatur, quod duplex esset vespera, *prima*, quæ post *meridiem* incipiebat, & *sera*, post *occasum solis*, vt erudite obseruat ANTONIVS BYNAEVS *de morte Iesu Christi lib. I. c.* 6 §. 29 *pag* 318 *sqq.* Inde hora *nona* iam in *primam vesperam* incidebat, qua iudæi agnum paschalem mactabant. Ceterum quamuis fideles extra *stationum* dies citius forsan accumberent, manifestum tamen est, hanc prandii dilationem non potuisse dici *ieiunium* perfectum, quia alioquin omni die ieiunassent hi, qui vsque ad *nonam*, ex more recepto, *impranti* manebant. Illud interim 3) non nego, aliquid *ieiunii* seu schema quoddam eius in *stationibus* adfuisse, adeoque *stationes* die dominica cessasse, tum quod in iis genua flecterent, tum quod prandium differrent, quod nefas erat die dominica, vt IDEM *de coron. c. III.* indicat, quo prandebant tempore, consueto, & *stantes* orabant, ne hilaritati diei officeret. Id videtur indicare IDEM *cit. l. c. IX. Iam stationes aut aliis magis faciet quam Christo? aut & dominico die, quando nec Christo?* Eo die communiter conuentus agebant: non *stationes*, quæ magis *priuata* erat *deuotio* singulorum *domestica*, *arbitraria*, cum *genuflexione* coniuncta. Denique 4) *stationes* a *ieiuniis* vbique distinguit TERTVLLIANVS, tum intuitu *Montanistarum*, tum *catholicorum.* Hi quidem facile *stationes* suas a *ieiuniis publicis* distinguebant, quod illas hora nona soluerent, non item Montanistæ, qui in vesperam *stationes* producebant, quo etiam *ieiunia* finiebantur. Eodem ergo tempore finiebant Montanistæ *ieiunia* & *stationes*, & tamen eadem distinguebant, quamuis hæ etiam *ieiunantium officia* essent. Quæ dum sedulo peruoluo animo, non aliud discrimen apud Montanistas inter *ieiunia* & *stationes* inueniri posse iudico, quam quod vulgo inter *ieiunia publica* & *priuata* constituitur. Quod publice ab omnibus, sacrorum precumque communium causa congregatis, in squalore & mœrore seruabatur, *ieiunium* dicebatur: quod *priuatim*, sine congregatione communi, dictis diebus inter *preces* & *genuflexiones* cum meditatione sacrorum suscipiebatur, *statio* illis dicta fuit.

§. XX.

Digitized by Google

§. XX. PFANNERVS quidem *lib. II. obſ.* 5. in eo ab ALBASPINAEO recedit, quod *ſtationes* ſummo mane inceperint & ad *nonam* perductæ fuerint; coiiſſe tamen fideles feria *quarta* & *ſexta* perſuaſiſſimum habet, & quidem, vt §. 9. indigitat, trina vice, hora *tertia*, *ſexta* & *nona*. Anſam huic ſententiæ dedit TERTVLLIANVS *de ieiun. c.* 10. vbi harum *trium horarum*, apud iudæos vſitatarum, facit mentionem. Enim vero hæc ſententia adhuc magis quam ALBASPINAEI ab omni recedit probabilitate. Nam 1) SEPTIMIVS ipſemet tres illas horas precibus *quotidie* deſtinatas diſcernit a *ſtationibus*, die *Mercurii* & *Veneris* tantum peragi ſolitis: *quis mihi probabit, illos ea die ſtatione functos, vt horam nonam ad clauſulam & exſtructionem ſtationis interpretetur?* 2) Quis ſibi perſuadebit, Chriſtianos feria *quarta* & *ſexta* trina vice coiiſſe, plena luce, qui *die ſolis* ante *ſolis ortum*, vt ſua occultarent ſacra, coire coacti ſunt? 3) Tria illa horarum momenta *ſingulis diebus*, ex moribus iudæorum, precibus priuatis a plerisque deſtinata fuere, vt obſervat VITRINGA *de ſynagog. vet. lib, III. P.* 2. *c.* 19. *p.* IIII. rectèque addit, vigente perſecutione, hæc tempora *in publico* non potuiſſe obſeruari, adeoque referenda ad *preces priuatas*. Diuerſa erat ratio *ſtationum*, ad feriam *quartam* & *ſextam* reſtrictarum, ea de cauſa, quod die *Mercurii* conſilium ad occidendum Ieſum receperint, *Veneris* vero eundem morti tradiderint iudæi, AVGVSTINO interprete *epiſt.* 86. His *ſtationum* diebus, hi, qui præ cæteris in ſtudio pietatis eminebant, deuotioni *priuatæ* ſeſe toros dabant, excubias quaſi agentes in hac militia ſacra, prandiumque ad *horam IX.* differebant, adeo vt ne quidem *euchariſtiam*, ſtationum tempore percipere, quidam licitum crederent. Ait TERTVLLIANVS *de orat. c.* 14. *Similiter & ſtationum diebus non putant plerique ſacrificiorum orationibus interueniendum, quod ſtatio ſoluenda ſit accepto corpore Domini.* Sacrificiorum orationes ſine dubio denotant *preces euchariſticas*, quas præpoſitus magno cum feruore fundebat in *adminiſtratione euchariſtiæ*, cum notum ſit, TERTVLLIANVM paſſim hac locutione myſtica vti, & *ſacrificii* prædicatum, quamuis in ſenſu improprio, huic ſanctiſſimo actui tribuere. Senſus itaque eſt, ſtationes ſeruantes cenſuiſſe, abſtinendum eſſe ab vſu S. euchariſtiæ, quod alioquin *ſtatio* ſoluenda & dimittenda eſſet, in qua *ieiuni* excubabant vsque ad *horam nonam*. Ipſa euchariſtia in *antelucanis cœtibus* ob æſtum perſecutionis vt plurimum adminiſtrabatur, vt TERTVLLIANVS *de corona c. III.* indigitat, adeoque ſi Chriſtiani *ante lucem* his diebus forſan extra ordinem, ad arbitrium epiſcopi, imminente tempeſtate, conuenirent, hi,

Pfanneri ſententia de ſtationibus examinatur.

An in ſtatione perſiſtentes abſtinuerint a S. cœna?

Digitized by Google

hi, qui *ſtationem* ſeruabant, vſu S. cœnæ (omnibus alias communi) abſtinendum eſſe credebant, quod *ieiuni* non manerent vsque ad horam nonam. Hoc vero reprobat TERTVLLIANVS *cit. l. de orat.* aitque: *ergo deuotum Deo obſequium euchariſtiæ reſoluit, an magis Deo obligat? nonne* SOLEMNIOR *erit ſtatio tua, ſi ad aram Dei ſteteris? accepto corpore Domini & reſeruato, vtrumque ſaluum eſt & participatio ſacrificii & executio officii*, priuatim ſcilicet ſuſcepti. Hæc verba tam plana ſunt, vt ab ALBASPINAEO *cit. l.* §. 13 in alium peruerti ſenſum nequeant. Senſus eſt, eos, qui *ſtationes* his diebus ſeruabant, in ipſis antelucanis cœtibus, *extra ordinem* his diebus inſtitutis, minime abſtinere debere ab vſu euchariſtiæ: vtrumque *officium* & *priuatæ ſtationis*, & *publicorum ſacrorum* coniungi poſſe, nec pabulum hoc ſacrum impedire, quo minus ieiuni in ſtationibus ſuis per abſtinentiam a cibis *ordinariis* manerent. Rurſus hæc verba indicant, *ſtationes* non conſtituiſſe in *coitione antelucana*, quæ finiebatur poſt ſolis ortum, nec omnes in his diebus ſtationes ſeruaſſe, ſed hoc arbitrio ſingulorum permiſſum fuiſſe, nec ſtationes *vera ieiunia* fuiſſe, in quibus *euchariſtiæ ſacra* ceſſabant. Denique & illud manifeſtum eſt, errare ALBASPINAEVM, docentem, ſtationes finitas eſſe hora *nona*, quod tunc demum euchariſtia percepta fuerit, quod contra mentem TERTVLLIANI eſt.

Tandem ſtationes in neceſſitatem abierunt.

§. XXI. Verum *ſtationes* paularim in *neceſſitatem* abierunt, vt ab omnibus obſeruari deberent, & ſpeciem *ieiunii* conſtituere dicerentur, prout praxis ſequentium indicat temporum, quæ *nouo iugo* libertatem eccleſiaſticam admodum corrupit. In *conſtit. apoſt. lib. V. c.* 14. quæ poſt ſeculum IV. prodiere, hæc paradoxa, quæ tamen eo tempore iam tradebantur, adferuntur: *quarta feria & ſexta iuſſit nobis ieiunare.* IGNATIVS quidem *ad Philipp.* ita ſcripſiſſe fertur: *poſt paſſionis dominicæ hebdomadem ieiunate quartis & ſextis feriis.* Quis vero crederet, IGNATIVM hanc legem impoſuiſſe fidelibus, quæ ab ipſa *doctrina communi* alieni erat, imo pugnabat cum praxi communi, cum poſt paſchæ feſtum tempore pentecoſtes per 50. dies ieiunia eſſent illicita, VT PFANNERVS *cit. l.* §. 10. & BASNAGE *cit. l.* obſeruant? Vel ſola hæc ratio oſtendit, epiſtolam hanc ſuppoſititiam eſſe. CYRILLVS *in Leuit. lib.* 10. iam apertius praxin communem prodit, aiens: *habemus quadrageſimæ dies ieiuniis conſecratos: habemus quartam & ſextam ſeptimanæ diem, in quibus ſolenniter ieiunamus.* PETRVS ALEXANDRINVS *in canon. circa ann.* 306. relatis ab HARDVINO *tom. I. concil. p.* 235. *c.* 15. praxin communem itidem approbat: *non reprehendet nos quisquam*

Digitized by Google

quam quartam ac ſextam feriam obſeruantes, in quibus nos ieiunare ſecundum traditionem cum ratione PRAECEPTVM eſt. Quod olim *arbitrarium*, iam *præceptum* dicebatur: denique officia, a *ieiunis* ex *libertate* obſeruari ſolita olim, tandem in vera *ieiunia priuata neceſſaria* abiere, quod tamen contra *Montaniſtas* eccleſia Romana antea admittere nolebat.

Romæ ſtationes in diem Veneris & ſabbati reiectæ ſeculo IV.

§. XXII. Obſeruatum eſt §. 15. ſabbato S. antepaſchali tempore TERTVLLIANI *publicum ieiunium* in quibusdam eccleſiis obtinuiſſe, quod tantum vnicum erat per totum annum: ceteroquin *ſabbati* diebus ſingulis ſtationes, etiam Romæ, incognitæ erant. Iam ſeculo IV. Romæ *ieiunium ſabbatinum* auditum, & in locum *quartæ feriæ* ſubſtitutum videtur, quod adeo Romanæ eccleſiæ peculiare propriumque erat, vt ne quidem Mediolani aut in aliis Italiæ eccleſiis obtineret, teſte AVGVSTINO *epiſt.* 118. Incunabula eius ignorantur. Ab initio hæc ieiunia pro arbitrio recepta, a quibusdam epiſcopis commendata & tandem vſu & obſeruantia confirmata videntur. Enim vero INNOCENTIVS I. qui omnes eccleſias occidentales ad ritus moresque ſuos componendas eſſe cenſuit, *ſabbatina ieiunia* ab omnibus ex æquo ſeruanda eſſe voluit, vt *epiſt.* I. relata a GRATIANO in *c.* 13. *de conſecr. D.* 3. docet. *Sabbato vero ieiunandum eſſe ratio euidentiſſima demonſtrat. Nam ſi diem dominicam ob venerabilem reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti non ſolum in paſcha celebramus, verum etiam per ſingulos circulos hebdomadarum ipſius diei imaginem frequentamus, ac ſexta feria propter paſſionem Domini ieiunamus, ſabbatum prætermittere non debemus: quoniam inter triſtitiam & lætitiam temporis illius videtur incluſum. Nam vtique conſtat, apoſtolos biduo iſto & in mœrore fuiſſe, & propter metum iudæorum ſe occuluiſſe. Quod vtique non dubium eſt, in tantum eos ieiunaſſe biduo memorato, vt traditio eccleſiæ habeat, iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari. Quæ vtique forma per ſingulas tenenda eſt hebdomadas, propter id, quod commemoratio diei illius ſemper eſt celebranda.* Quartæ feriæ mentionem non amplius facit, vnde auguror, Romæ in locum eius *ſabbatinum ieiunium* ſubſtitutum, & ob auctoritatem eius eccleſiæ pedetentim eundem morem per *occidentem* receptum fuiſſe, vt hodierna praxis adhuc oſtendit.

Abſtinentia a ieiunio ſemper fuit diſtincta,

§. XXIII. Ab his *ieiuniis* olim differebat *ſimplex abſtinentia* a quorundam ciborum genere, cum, vti dictum, *ieiunium perfectum* in abſtinentia ab omnibus cibis vsque ad *veſperam* conſiſteret; porro ſtationes *prandii dilationem* vsque ad horam *nonam* inducerent; *abſtinentes*

Digitized by Google

vero vino, aliisque cibis delicatioribus nuncium mitterent, quod in primis iis vſitatum erat, qui ſingularem ἄσκησιν per totum vitæ tempus ſequebantur, vt docent TERTVLLIANVS *lib. II. de cult. femin. c.* 9. & ORIGENES *contra Celſum lib. V. p.* 264. *edit. Cantabrig.* Huic *abſtinentiæ* vita ſolitaria adiuncta tandem eſt, peperitque *monachiſmum*, vti notiſſimum. Perpetuo hi *abſtinebant*, ſed non perpetuo *ieiunabant*, vnde etiam *abſtinentes* & *continentes* appellati ſunt. CANGIVS *voce abſtinentes.* Hoc *abſtinentiæ* genus TERTVLLIANVS *diminuti cibi vel pabuli officium* vocat, & a *ieiunio* diſtinguit *de ieiun. c.* 2. Erat vero prorſus libera & arbitraria, quod TERTVLL. *cit. l. c.* 13. non negat, adducitque exempli loco: *interdum pane & aqua victitantes, vt cuique viſum eſt.* Montaniſtæ etiam hic excedebant, & ſuis aſſeclis hanc *abſtinentiam* certo tempore ſeruandam obtrudebant, quod reprobabant catholici, vt IPSE *cit. l. c.* 1. fatetur: *arguunt nos, quod xerophagias obſeruemus, ſiccantes cibum ab omni carne & omni iurulentia, & viuidioribus quibusque pomis, ne quid vinoſitatis vel edamus vel potemus: lauacri quoque abſtinentiam, congruentem arido victui.* Equidem hanc abſtinentiam *portionale ieiunium c.* 9. vocat, ſeu *ſecundum quid;* verum in conceptu proprio non erat *ieiunium*, quod abſtinentes adhuc quandoque pranderent, vtut in aridioribus cibis, quandoque eidem *ieiunium diurnum* adiungerent, vt Montaniſtæ. Hi duas in anno hebdomadas ei deſtinauerant, vt IDEM *cit. l. c.* 15. docet, *paſchæ* ſcilicet *proximas*; quas adhuc reiiciebant Romani; ſed poſtea ipſos ſuperarunt Montaniſtas, & *xerophagias* ſeu *abſtinentiam* extenderunt ad ſeptem fere hebdomadas.

olim libera, quam libertatem primum ſuſtulerunt Montaniſtæ.

§. XXIV. Fuit hic *ciborum delectus* per aliquot ſecula adhuc arbitrarius, vtut (1) quidam patres fugam a certis cibis admodum inculcarent, commendarent, docerent, *lege eccleſiaſtica* tamen nemini illam imponentes: (2) in nonnullis locis hæc abſtinentia *conſuetudine* quadam roborata eſſet, quam rigidiores vltra, quam par erat, ſancte ſeruandam eſſe tradiderunt. De *libertate* hac apud THEODORET. *comm. in epiſt. ad Rom. c. XIV. tom. III. p.* 104. teſtimonium omni exceptione maius occurrit. De *ſolis itaque cibis*, ait, *vniuscuiusque ſententiæ poteſtatem dedit* apoſtolus. *Hæc enim conſuetudo in hodiernum vsque diem manſit in eccleſiis: & hic quidem abſtinentiam amplectitur; ille vero omnibus eſculentis absque ſcrupulo veſcitur; & neque hic illum iudicat, neque ille alterum reprehendit.* Hæc ipſa *libertas* varium produxit morem & diverſitatem in ipſa abſtinentia. Obſeruat hoc optime SOCRATES *lib. V. hiſt.*

Libertas abſtinentiæ vlterius illuſtratur.

Inde diuerſus mos abſtinentiæ ortus.

Digitized by Google

hist. eccl. c. 22. his verbis: *Neque vero in dierum numero duntaxat, verum etiam in ciborum abstinentia discrepare inter se reperiuntur. Nam alii quidem ab animatis penitus abstinent; alii ex animantibus pisces solos comedunt. Nonnulli cum piscibus etiam auibus vescuntur: ex aquis, vt est apud Moysem, eas quoque conditas esse affirmantes. Quidam ab omni arborum fructu & ab ouis abstinent. Quidam solo vescuntur pane: alii ne hoc quidem vtuntur. Nonnulli vsque ad horam nonam ieiunantes, quouis post hac ciborum genere vtuntur absque discrimine. Aliæ rursus apud alias gentes obseruantiæ & innumerabiles causæ afferuntur.* Hi diuersi mores obtinebant etiam in diebus *ieiuniorum*, dum quidam, soluto vespera ieiunio, adhuc legem *abstinentiæ* cœnæ suæ addebant; quidam vero, soluto ieiunio, laute viuebant, & ita *ieiunium* cum abstinentia quandoque coniunctum erat, quandoque non. Rationem huius discrepantiæ in eo recte collocat SOCRATES, quod nullum *scriptum* hac de re possit proferri *præceptum*, sed *arbitrio cuiusque & voluntati apostoli id reliquerint, vt vnusquisque, quod bonum est, sua sponte, non metu ac necessitate perageret.* Ipsa scilicet ἄσκησις, cuius pars est *abstinentia*, sua natura debet esse *libera* & *legibus soluta*.

§. XXV. NATALIS ALEXANDER *ad sec.* 2. *diss. IV. art.* 2. in alia omnia iuit, totusque in eo fuit, vt ostenderet, hanc *abstinentiam* diebus ieiunii apud veteres christianos *lege publica* præceptam fuisse. Plurimorum patrum dicta cumulauit, qui laudant, *docendo* inculcant hanc *abstinentiam*, & ex veteris testamenti argumentis illustrant. Ast parum *dicta* & *doctrinæ* non sunt *leges ecclesiasticæ*, imo illud potius euincunt, abstinentes nondum vinculis *legum seueriſſimarum* constrictos fuisse. Deinde quædam *dicta* etiam *mores* ecclesiarum iam receptos referunt, enarrantque, tempore *quadragesimæ* abstinere fideles solitos fuisse ab *vsu carnium;* non vero euincunt, secus facientes punitos, pœnitentiis subiectos, aut excommunicatos fuisse. Vrgebant patres admodum *abstinentiam:* rationibus variis eandem euincebant: inde plerique eam sancte obseruabant, id quod patres in scriptis suis vt plurimum referunt.

Libertas abstinentiæ in quadragesima contra Natalem asseritur.

§. XXVI. Enim vero quod episcopi *docendo*, *tradendo* & *inculcando* a christianis *plane* impetrare non potuere, id tandem collecti in synodis per *legum ecclesiasticarum* vincula, additis pœnis grauissimis, ab iis extorserunt, & ita *legalem abstinentiam* & *legalia ieiunia* orbi obtruserunt contra apostolorum mentem & sententiam. Iam in *concilio Gangrensi post ann.* 325. habito *c.* 19 ieiuniorum *communium* obser-

Tandem per leges abstinentia & ieiunia inculcata sunt.

Digitized by Google

vantia ſub *anathemate* eſt iuncta ἀσκεῖσθαι, qui peculiariter *continentiæ* propoſitum ſuſceperant, quales erant *monachi*, ſi quidem ſtimulo ſuperbiæ eam inſuper haberent, ea ducti opinione, quod iam ad perfectionem peruenisſent. Horum mores ſuperbiamque damnabant duntaxat, non vero generatim *ieiuniorum* obſeruantiam ſub *pœnis* inculcabant. In Hiſpania, quæ ſemper *ſeueritati & imperio in conſcientias* præ cæteris ſtuduit ex proprio climatis principio, fere primum additæ ſunt pœnæ graviſſimæ. Nam in *concilio Toletano VIII. anno* 653. celebrato *c.* 9. apud HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 964. abſtinentia a carnibus tempore quadrageſimali his iniungitur pœnis: *quibus ex hoc acerrime interdicitur, vt quisquis absque ineuitabili neceſſitate atque fragilitatis euidenti languore ſeu etiam ætatis impoſſibilitate, diebus quadrageſimæ eſum carnium præſumſerit attentare, non ſolum reus erit reſurrectionis dominicæ, verum etiam alienus ab eiusdem diei ſancta communione. Et hoc illi cumuletur ad pœnam, vt ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam: quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Illi vero, quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat, non ante prohibita violare præſumant, quam a ſacerdote permiſſum accipiant.* In hoc canone 1) *abſtinentia* ſub grauiſſima pœna ſingulis iniuncta eſt, quæ debebat eſſe *arbitraria* ex natura ſua: 2) ex nutu ſacerdotum pendere cœpit, quippe qui in *conſcientias* imperium exercebant. Ita pedetentim *ieiunia* cum *abſtinentia* per *leges pœnales* ſunt ſingulis iniuncta, quo ipſo, vt apud iudæos, *legalia* fieri cœperunt, vt plura alia concilia declarant. In *LL. eccl.* EDOARDI apud HARDVIN. *tom. VI. p.* 1. *conc. p.* 498. *de anno* 906. hæc lex ieiuniis dicta: *liber ſi indictum ieiunium cibo ſumto diſſoluerit, & mulcta & ipſa legis violatæ pœna plectitor: ſeruus vapulato aut pretio redimito.* Pœna ſimilis ſtatuitur in *legibus eccleſ.* CANVTI regis apud EVNDEM *cit. l. p.* 904. *c.* 15 & in *concil. Vaurenſi* de *anno* 1368. *c* 89 pœna *excommunicationis* iis dictatur cum maledictione æterna, qui carnes comedere auſi fuerint. Vid. HARDVIN. *tom. VII. concil. p.* 1838.

Ciborum delectus in abſtinentia varie determinatus

§. XXVII. Ciborum etiam delectus in *quadrageſima* aliisque temporibus determinari cœpit, non tamen eadem vbique praxis fuit. Epiſcopus Aurelianenſis THEODVLFVS ſcripſit anno 797. *capitulare* ad ſuos presbyteros, relatum ab HARDVINO *tom. IV. concil. p.* 921. vbi *c.* 37. *ſqq. ieiunium* & *abſtinentia* adhuc diſtinguuntur, & vtriusque limites collocantur in *quadrageſima.* In *c.* 37. in hac non ieiunare, *præceptum Dei transcendere* dicitur. In *c.* 39. ieiunium ad veſpertinum tempus

Digitized by Google

pus prorogandum esse statuitur, addita lege *abstinentiæ* in *c.* 40. tempore vesperino: *abstinentia vero in his diebus omnium deliciarum esse debet, & sobrie & caste viuendum*, in cœna scilicet, quam tantum admittebat. Addit: *qui vero ouis, caseo, piscibus & vino abstinere potest, magnæ virtutis est: qui autem his aut infirmitate interueniente, aut quolibet opere abstinere non potest, vtatur: tantum vt ieiunium vsque ad vesperam solemniter celebret & vinum non ad ebrietatem, sed ad refectionem corporis sui sumat.* Non ergo *abstinentia* & *ieiunium* eodem semper loco habebantur, sed adhuc nonnunquam distinguebantur. Simili fere lege CHRODOGANGVS episcopus Metensis, cui *vita canonica* ortum suum debet, clericos suos constringere voluit in canonibus, iis præscriptis. Nam in *c.* 26. apud HARDVINVM *tom. IV. conc. p.* 1189. ita edixit: *decernimus in illis XL. diebus ante pascha cum omni puritate mentis & corporis noster clerus, Deo iubente, in quantum poterit, se custodiat. De cibi autem & potus perceptione, in quantum Deus auxilium dederit, parcitatem habeant, i. e. vt quotidie, exceptis dominicis diebus, a capite quadragesimæ vsque ad S. pascha post dictam vesperam in refectione semper reficiant, & ab illis cibis se abstineant vel potu, sicut episcopus cum ratione constituerit.* Notum est, episcopum Metensem vitam monasticam clero cathedralis ecclesiæ obtrusisse, adeoque *ieiunia* hæc cum *abstinentia*, monachis inprimis vsitata, ei præscripsisse. Cum enim laici tot ieiuniis diuturnis constringi non commode potuerint, iis tandem post aliquot secula sola lex *abstinentiæ* sub titulo *ieiunii* præscripta, vera autem *ieiunia* monachis & canonicis relicta videntur, cum *abstinentia.* Dixi, *tandem* laicis solam *legem abstinentiæ* sufficisse; antea enim, quantum fieri poterat, etiam ab his *ieiunia* cum *abstinentia* obseruanda erant, vt vel ex NICOLAI I. *respons. ad consult. Bulgar.* apud HARDVIN. *tom. V. concil. p.* 355. *c.* 4. liquet, vbi adhuc *ieiunia cum abstinentia* ita coniungit, vt appareat, vsque ad vesperam *ieiunium* duasse, & in ipsa cœna legem *abstinentiæ* obseruari debuisse *in sexta feria omnis hebdomadæ & in cunctis vigiliis insignium festiuitatem.* In *LL. eccl.* CANVTI regis *c.* 15 apud EVNDEM *cit. l. p.* 904. eadem praxis adhuc occurrit: *malum quidem est ante prandium* (cœnam) *ieiunii instituti tempore quidquam cibi sumere, peius tamen comesa carne se ipsum fœdare.* Ieiunabant ergo vsque ad seram vesperam: qua veniente, cœna, quæ hic *prandium* per abusum vocatur, vt recte annotat HARDVINVS, in magna abstinentia peragenda erat, sine carne aliisque lautioribus cibis. Ita *ieiunium* per plura secula cum *abstinentia* lege coniunctum fuit, vt adhuc in *concil. Moguntin. de anno* 1549. *c.* 47. indi-

& ieiunium ab abstinentia distinctum,

quod vlterius euincitur.

Digitized by Google

indigitatur; ſola autem *abſtinentia* proprie *ieiunium* dicta haud fuit, niſi poſtquam, vt dictum eſt, euentus docuit, tam duriſſimam ieiunii legem *per XL.* dies aliisque ſtatis temporibus iugum intolerabile eſſe, cuius obſeruantia multiplicatis ieiuniis, in pauciſſimos cadere poterat, quo ipſo factum, vt *ieiunia* pleraque ad ſolam *abſtinentiam* fuerint reſtricta, nomine generali des Faſtens retento.

Species ſtatorum ieiuniorum, antepaſchale.

§. XXVIII. Videlicet ieiuniorum dies pedetentim admodum auĕti atque in inſignem excreuerunt numerum. *Antepaſchale* eſt antiquiſſimum, die *Veneris* ante paſcha celebratum, quod adhuc hodie in *abſtinentia* & *ieiunio* tam a catholicis quam proteſtantibus recte in pleriſque locis peragitur. Aequum enim piumque eſt, vt hoc die in luctu & mœrore viuamus, vnde ſua ſponte ieiunia ſequuntur, quem triſtiſſima paſſio ſaluatoris noſtri inſigniuit. Paulo ſerius *quadrageſimale* ſpatium ei acceſſit, olim rigoroſe obſeruandum, non tantum in *abſtinentia*, ſed etiam in *ieiunio*, quod hodie in eccleſia Romana ſublatum, ſola illa retenta. Neque vna tantum *quadrageſima* vbique obſeruata: tres per annum alicubi olim receptæ fuere, vt apud Francos, ceu docet *lib. VI. capitul.* 187. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 954. *Iterum admoneant ſacerdotes, vt ieiunia tria legitima in anno agantur, i. e. XL. dies ante natiuitatem diuini, & XL. dies ante paſcha, vbi decimas anni ſoluimus: & poſt penteoſtes XL. dies. Quanquam enim nonnulla ex his canonica priuentur auctoritate, nobis tamen omnibus ſimul propter conſuetudinem plebis & parentum noſtrorum morem hæc obſeruare, vt ſuperius comprehenſum eſt, conuenit.* Additur: *& licet omnibus diebus orare & abſtinere conueniat, his tamen temporibus amplius ieiuniis & pœnitentiæ ſeruire oportet.* Præter *abſtinentiam* in his quadrageſimis ſimul *ieiunium* præcipitur, quod indicat, *ieiunia* in ſola *abſtinentia* non conſtitiſſe. Harum trium quadrageſimarum inſtitutum *monachis* deberi probabile eſt, quippe qui olim pro auſteritate vitæ, cui dediti erant, etiam ieiuniis crebrioribus inclareſcere voluere, vt docet MARTENIVS *de antiq. monach. ritibus lib. III. c.* I. *p.* 261 *ſqq.* Ad horum formam compoſiti ſunt a CHRODOGANGO *canonici*, inde non mirandum, quod, in *canonibus* ſuis, ab HARDVINO *tom. IV. c.* 20. *p.* 1189. relatis, *triplicem* hanc *quadrageſimam* itidem ſuo clero præſcripſerit, vt in his vsque ad horam *nonam* ieiunarent, & præterea a carnibus *abſtinerent.* Peculiarem tractatum de *ſanctis tribus quadrageſimis* ſeculo VI. ſcripſit ANASTASIVS SINAITA, relatus inter COTELERII *monumenta eccleſ. græc. tom. III. p.* 425. in quo quidem

quadrageſimale,

quod in quibusdam locis triplex fuit.

carpit

Digitized by Google

carpitcos, qui *inuentum esse monachorum* easdem, olim iam persuasissimum habebant, quo tamen nihil verius dici potuit. A monachis pedetentim ad *laicos* transiere per *episcoporum* suggestionem, qui sæpe numero ea tempestate ex monasteriis petebantur, & mores monasticos fidelibus inculcabant, vnde etiam in *capitularibus* horum obseruantia non tantum confirmata, sed aliis quoque monumentis illustrata & exornata est ab EDMVNDO MARTENIO *cit. l. p.* 264. Conf. Dn. WILDVOGEL *de eo quod iust. est circa temp. quadragesc. c.* I. §. 4. *seqq.* Inde profluxisse arbitror *ieiunium aduentus*, quod etiam *Romana ecclesia* receperat teste INNOCENTIO III. in *c.* 2. *X. h. t.* ibi: *ieiunium, apud nos in aduentu Domini agitur*, quippe quod est *quadragesima ante natalem*, vel saltim eius loco obseruatur.

§. XXIX. Statis hisce ieiuniis etiam accessit *ieiunium quatuor temporum*, quo vnumquodque *trimestre* anni initiatur. Dies, quo hu- Ieiunium quatuor tem- spicia sua habent, vulgo hodie vocantur *quatember*, & in calendariis no- porum. tari solent regulariter, atque olim admodum variarunt, vt obseruat DALLAEVS de *ieiun. lib. IV. c.* 7. Primordia eius incerta sunt, vt non diffitentur PEANNER. *cit. obs. VI. §.* 31. DALLAEVS *cit. l.* aliique; Natales eius. quamuis fabulas narrent, qui eas ab *instituto apostolico* deducunt. CALIXTO Pseudo-ISIDORVS horum institutionem attribuit; idque ex eo repetiit GRATIANVS in *c.* I. *D.* 76. *ieiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti* (forsan tres quadragesimas intelligit) *conuenientius nunc per quatuor tempora, fieri decernimus, vt sicut annus per quatuor voluitur tempora, sic & nos quaternum solenne agamus ieiunium per anni quatuor tempora.* Non adeo improbabile est, occasione *iudaicorum ieiuniorum* hoc ieiunium esse a Romana ecclesia præscriptum, & huius ad exemplum reliquas tandem ecclesias compositas fuisse. Habuisse enim Romanam ecclesiam *propria ieiunia*, vti Montanistas, nemo negabit, quæ ex moribus iudæorum traxit antiquis, vtpote quorum iugum reducere semper omni ope studuit. Habuere vero iudæi quatuor ieiunia, mensis *quarti*, *quinti*, *septimi* & *decimi*, teste ZACCHARIA *VII.* 19. *v.* RELAND. *in antiq. Hebræor. p. IV. c.* 10. §. 6. Explicat & illustrat hæc *quatuor ieiunia iudaica* HIERONYMVS in *c.* 7. *D.* 76. quæ, quamuis eius tempore noudum obseruata fuerint, seculo tamen V. aliquam praxin in ecclesia Romana habuisse videntur. Indicat id ipsum LEO, relatus in *c.* 6. *dist.* 76. *Huius obseruantiæ vtilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis præcipue est constituta ieiuniis, quæ ex doctrina S. Spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit adscripta temporibus.*

Digitized by Google

ribus. Siquidem ieiunium vernum in quadrageſima, æſtiuum in pentecoſte, autumnale in menſe ſeptimo (qui apud nos eſt October) *hyemale autem in hoc, qui eſt decimus* (Ianuarius) *celebramus.* En iudaicos mores, reductos ab epiſcopo Romano, expreſſe fatente, *ſeptimi* & *decimi* menſis ieiunia, iudæis propria, ipſius æuo iam reſtituta fuiſſe; in locum autem ieiunii menſis *quarti* & *quinti* quadrageſimale & pentecoſtale fuiſſe ſurrogatum, vt quatuor hæc tempora ſi non in totum, ad minimum *ſecundum quid* iudaica ieiunia referrent.

Huius ieiunii noua mutatio.

§. XXX. Fontem huius *noui ieiunii* aperui: nunc addenda inſignis eius mutatio. Quatuor tempora anni ieiuniis eſſe conſecranda, ex *diſciplina Iudæorum* crediderunt, non tamen præciſe menſibus a iudæis aſſignatis inhærendum, quippe qui ſingulares ſuas rationes, ab HIERÔNYMO adductas in *c.* 7. *e.t.* habuere. Paulatim ergo quidam alios ſubſtituerunt menſes, eosque inprimis, qui ſingulorum trimeſtrium primi ſunt, vt ita ſingulæ partes anni per *ieiunia* conſecrarentur. In *concilio Moguntino anno* 814. habito *c.* 34. a GRATIANO relato in *c.* 2. *D.* 76. hæc immutatio iam deprehenditur: *conſtituimus, vt quatuor tempora anni ab omnibus communi ieiunio obſeruentur, i. e. in menſe Martio hebdomade prima: in Iunio ſecunda: in Septembri tertia: in Decembri quarta.* Illuſtrat hoc ipſum STEPHANVS BALVZIVS *in not. ad tom. I. capitul. p.* 954. *c.* 168. ex *homilia incerti auctoris* in vetuſtiſſimo codice S. Galli, quam *in append. tom. II. p.* 1376. integram refert: *ieiunia debetis cuſtodire quatuor tempora in anno in menſe Martio in prima ſeptimana, quando intrat Martius, debetis ieiunare die Mercoris & die Veneris & die ſabbati. In menſe Iunio in ſecunda ſeptimana, poſtquam Iunius intrat, debetis ieiunare die Mercoris & Veneris & die ſabbati. In menſe Septembri in tertia ſeptimana, poſtquam September intrat, ieiunate die Mercoris & Veneris & ſabbati. In menſe Decembri in quarta ſeptimana ieiunate die Mercoris & Veneris & ſabbati.* In *Capitularibus* hæc ipſa determinatio ſpecialior iam occurrit, & quidem *lib. V. c.* 151. apud BALVZ. *tom. I. p.* 854. *In Martio menſe hebdomada prima, feria quarta & ſexta & ſabbato veniant omnes ad eccleſiam hora nona cum litaniis ad miſſarum ſolennia.* In menſe Iunio idem faciendum præcipitur hoc addito: *ieiunetur vsque ad horam nonam, & a carne ac omnibus abſtineatur. Ieiunium* hic rurſus cum *abſtinentia* coniungitur, non confunditur. Vsque ad horam *nonam* ſtationes publicæ erant, a *ieiunis* peragendæ: ſoluta ea, cibus quidem capiebatur; ſed in *abſtinentia.* In fine additur: *ſicuti eſt in eccleſia Ro-*

Digitized by Google

Romana traditum, quæ verba indicium præbent, hanc ſpecialiorem determinationem deberi *eccleſiæ Romanæ*. Simili fere ritu monachos hæc ieiunia olim obſeruaſſe, obſeruat MARTENIVS *de antiq. monachor. ritib. lib.* 3. *c.* 22. *n* 16. *ſq.* Legitime autem a ſacerdote plebi erant denuncianda, vt indicat *capit.* 135. *lib. VII.* prout in aliis feſtis diebus moris eſt: quamuis hodie in calendariis quoque annotentur. In terris proteſtantium hæc ieiunia quidem non celebrantur ritu antiquo; id tamen inde retentum, vt in pluribus eccleſiis *dies pœnitentiales* circa hæc quatuor tempora habeantur, ieiunio ſingulorum arbitrio relicto.

§. XXXI. Aliud quoque ieiunium, *pentecoſtale* ſcilicet, acceſſit, quod itidem *Romanæ eccleſiæ* debetur, & tempore LEONIS I. iam vſitatum fuit, vt ipſe indicat in *c.* 5. *D.* 76. *Igitur poſt ſanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini a mortuis reſurgentis ac deinde in cælos aſcendentis exigimus, poſtque acceptum S. Spiritus donum ſalubriter & neceſſarie conſuetudo eſt ordinata ieiunii, vt, ſi quid forte inter ipſa feſtiuitatum gaudia negligens libertas & libentia inordinata præſumſit, hoc religioſæ abſtinentiæ cenſura caſtiget.* Eius quoque mentionem facit inter quatuor ieiunia §. 28. adducta, vt credibile ſit, illud poſtea ad ieiunium *quatuor temporum* tractum fuiſſe. Liquet vero ſimul ex hoc loco & aliis plurimis teſtimoniis, per plura ſecula nefas iudicarum fuiſſe, in *quinquaginta diebus* poſt paſcha ieiunare, quippe quæ erant *dies boni* ſeu *hilaritatis* ob reſurrectionem Domini. Pentecoſtale.

§. XXXII. Primus MAMERTVS, Viennenſis epiſcopus, fuit, qui circa *annum* 500. hanc legem eccleſiaſticam ſoluit, & ante aſcenſionem Domini per triduum ieiunium, quod *rogationum* vocant indixit, *dum vrbs illa multis terreretur prodigiis*, vt ait GREGORIVS Turonenſis *lib.* 2. *hiſt. c.* 34. in quibus *ſolennes proceſſiones* habebantur, cum *rogationibus* ad Deum directis pro auerruncando omni malo, quæ *litaniæ* dictæ ſunt. Intra limites diœceſeos Viennenſis non diu ſubſtitit hoc nouum ieiunium: pedetentim totam Galliam, imo vniuerſum regnum Francorum, Angliam aliaque regna permeauit. Iam *anno* 511. in *concil. Aureliano* I. *c.* 27. apud HARDVIN. *tom. II. concil. pag.* 1011. ita cautum fuit: *Rogationes, i. e. litanias, ante aſcenſionem Domini ab omnibus eccleſiis placuit celebrari, ita vt præmiſſum triduanum ieiunium in dominicæ aſcenſionis feſtiuitate ſoluatur*: præter *ieiunium* etiam *abſtinentia* ſingulis iniuncta: *quo triduo omnes abſtineant & quadrageſimalibus cibis vtantur.* Auctor incertus, qui æuo CAROLI M. vixit, in *homilia* a BALVZIO Rogationum ieiunium.

Digitized by Google

tom. II. c. p. 1376. publicata, huius *ieiunii* leges ita determinat: *illos tres dies ante aſcenſionem Domini ieiunate. Et cruces & reliquias ſequimini, non in icco nec caballicando; ſed cum humilitate & contritione cordis celebrate ipſas rogationes, & a carne omnes abſtinete & miſſas audite.* In *concil. Clouesshouienſi II. de anno* 747. *c.* 16. apud HARDVIN. *tom. III. p.* 1956. huius ieiunii etiam fit mentio, ſimulque *noui ieiunii*, quod *litaniam maiorem* vocarunt, celebratio iniungitur, & quidem ex *more Romanæ eccleſiæ*, ad quem prouocatur: *condixerunt capitulo, vt litaniæ, i. e. rogationes, a clero omnique populo his diebus cum magna reuerentia agantur, i. e. die ſeptimo Kalendarum Maiarum iuxta ritum Romanæ eccleſiæ; quæ & LITANIA MAIOR apud eam vocatur.* Huius quoque fit mentio *in lib. VI. capit.* 74. apud BALVZ. *tom. I. p.* 934. & *p.* 1179. *c.* 120. & alibi. Mox de *ieiunio rogationum* hæc adduntur: *Et item quoque ſecundum morem priorum noſtrorum dies ante aſcenſionem Domini in cœlos cum ieiunio vsque ad horam nonam & miſſarum celebratione venerentur.* Sed plura alia præterea ieiunia olim vſitata fuere, inprimis *vigiliarum*, aliaque, quæ hic enarrare non vacat.

Ieiunium ab abſtinentia olim diſtinctum fuit.

§. XXXIII. Ex his, quæ hactenus adducta ſunt, quasdam nunc colligam obſeruationes, doctrinam hanc illuſtrantes. Prima eſt, per plura ſecula *ieiunia* ab *abſtinentia* fuiſſe diſtincta, & hanc illorum tantum appendicem fuiſſe, ne ieiunantes delicatioribus cibis defectum prandii poſtea compenſarent, vel vt, quod alii maluerunt, corpus ſuum eo magis affligerent. Hodie vero inter Romanæ eccleſiæ conſortes ieiunia *ſtata* fere ſunt derelicta, ſola *abſtinentia* a *carnibus* retenta, quam *ieiunium* vulgo vocare ſolent. *Xerophagias* olim TERTVLLIANVS vix vocare auſus fuit *ſemiieiunia*, quæ tamen, comparatiue loquendo, magis adhuc ieiuniis accedebant, quam ſola a *carnibus* abſtinentia hodie vſitata. Cum vero aliunde ſatis copiam habeant *abſtinentes* ſaturandi corpus ſuum, & delicatioribus cibis ſeſe paſcendi, ſi quidem facultates id permittunt, nec *ieiunantes* nec *ieiuni* dici poſſunt, adeoque ſe more eccleſiæ antiquo viuere, agere & ieiunare, aſſerere nequeunt, præſertim cum *vini* vſus in *abſtinentia* reductus ſit. Non improbo *vini* vſum, nec cibos diſſuadeo tempore *quadrageſimæ*; aſt *ieiunium* nullum amplius in his abſtinentibus vel quaſi agnoſco, credoque, ieiunia antiqua ſeuera & plusquam *legalia* ſublata fuiſſe vel abolita. Equidem ZACHIAS *in quæſt. medico-legal. lib. 5. tit. 1. q. 1. n.* 29. ideo abſtinentiam a carnibus & iis omnibus, quæ ſementinam originem carnis habent, vt oua & lacticinia, præſcriptam eſſe cenſet, quod *hæc omnia & multum ſanguinis & laudabilem generent*,

Hodie abſtinentia nomen ieiunii accepit.

Digitized by Google

nerent, & cuius generatione, libidine excitata, ſpiritus ſuccumbat. Idem vero etiam *vinum* operatur, quod maxime ſtimulat libidinem; prætерea vero hæc ſola *abſtinentia*, teſte experientia, parum proficit, ſi *armis ſpiritualibus* homines ſunt deſtituti contra hoſtem internum, quæ in ſacris commendata ſunt, non talia infirmiſſima remedia. 1 *Tim. IV*, 8.

§. XXXIV. Altera eſt, quod ieiunia pleraque ab eccleſia ſint indicta, ſtatuta, & prætерea plura alia, ex libera voluntate ſuſcipienda, commendata cum ſumma *abſtinentia*, vt *ieiunantes & abſtinentes* quoddam *meritum* vel *remiſſionem peccatorum* ſibi acquirere poſſent. Notatus hic næuus iam ab aliis, quem paucis tantum tango, quamuis ſimul vera inde cauſa appareat, quare proteſtantes hanc *ieiuniorum & abſtinentiæ* legem repudiauerint. Qui antiquitates, *actaque ſanctorum* euoluit, deprehendet, hanc opinionem de ſingulari *merito*, per ieiunia conſequendo, in plurimis maxime *vitam monaſticam* ſectantibus, *ſtudium ieiunii & abſtinentiæ* adeo incendiſſe, vt *iacturam ſanitatis* facerent, & corpus ſuum fame & inedia conſumerent contra rectam rationem, quæ *conſeruationem* ſui ſingulis commendat præcipitque, imo & contra ſaluatoris intentionem, qui nullibi tam duriſſimam legem, accelerandi mortem ſuam per inediam & nimiam abſtinentiam, fidelibus præſcripſit. In *actis SS. menſ. Ian. d.* 17. *tom. III. p.* 298. S. PIORIS vita refertur, idque ſigillatim vt notatu dignum traditur, quod in ſolitudine puteum effoderit, & inuenta *aqua amara & ſalſa ad augmentum meritorum* per XXX. annos vſus fuerit, quamuis hæc ab aliis guſtari non potuerit. B. OSANNA Mantuana creberrimis ieiuniis fere ſeſe confecit; *eo vſque enim ea victus parcitas deduxerat, vt vix pedes ſubſiſteret, pelliſque oſſibus hæreret*, vt ait AVCTOR vitæ eius in *actis SS. d* 18. *Ian. tom. III. p.* 684 & nihilominus in hac irrationabili ſui ipſius conſumtione *ſanctitas* cum *merito* ſingulari quæſita eſt. MARGARETHAE reginæ Scotiæ id laudi tribuitur, *quod per nimiam abſtinentiam grauiſſimæ infirmitatis incurreret moleſtiam*, vt in *actis SS. d.* 10 *Ian. tom. I p* 332. refertur. Etiam hæc *ieiunia* & *abſtinentiæ* officia aliis prodeſſe poſſe creditum fuit. Quis enim ignorat DOMINICI LORICATI creberrima ieiunia cum diſciplina ſeu *flagellatione* & recitatione pſalterii, ſæpius in ſingulis diebus reiterata, conuncta, quæ merito ſeſe myriades annorum plures, quibus in purgatorio adhuc animæ ſubiectæ putabantur, redemiſſe, miſer homo credebat. Fabula eſt, S. LVTGARDI virgini *ordinis Ciſterc.* reuelatum fuiſſe, *vt pro peccatoribus vniuerſaliter ieiunaret*, id

Ieiunia meritoria credita ſunt, & operari remiſſionem peccatorum.

Digitized by Google

quod per ſeptem annos præſtitiſſe dicitur in *pane & olere*. Sed ecce efficaciam inſignem! B. MARIA *de* OIGNIES in morte quaſi ſpiritu prophetico tacta, teſtata hoc eſt: *ſub cælo*, ait, *non habet mundus, dominam Lutgarde fideliorem & magis efficacem in precibus pro liberandis animabus a purgatorio & pro peccatoribus exoratricem.* v. *Acta SS. d.* 16. *Iun. p.* 245. Et quis referret omnia *abſtinentiæ & ieiunii* exempla exorbitantia, imo & effectus miraculoſos, qui in *vitis ſanctorum* infinito numero finguntur, vt nullus fere *ſanctus* referatur, cuius *abſtinentia* & *ieiunia* miraculis ſingularibus caruerint. Hi fuere ſtimuli, qui induxerunt quosdam, vt cum ipſius naturæ deſtructione, quod plane inhumanum eſt, ieiunarent & abſtinerent, quos nihilominus in *cælitum* & *diuorum* numerum ea de cauſa antiquitas ſuperſtitioſa, imo etiam recentius ævum collocauit. Non defuere tamen, qui hanc *indiſcretam abſtinentiam* improbarent, inter quos quoque nominandus ADALHERVS epiſcopus *in admon. ad Nonſuindam c.* 8. quam P. PEZIVS *tom. II. theſ. anecdot. nouiſſ. P.* 2. *pag.* 30. refert, ſimulque exemplo quodam allato oſtendit, quanta onera grauiſſima quandoque patres monaſteriorum, ſepoſitis genuinis a Saluatore præſcriptis, iis commendauerint, qui ſalutis ſuæ ſummam gerebant curam. Ita per regulas *ieiuniorum*, *abſtinentiæ*, aliarumque *mortificationum*, vt loquuntur, in *pietate & ſanctimonia* inclareſcere voluerunt, cum tales regulæ *auaritiæ* vel *ambitionis ſacræ* ſtimulo agitatis admodum gratæ videantur, quibus tamen hic ſtimulus magis augetur quam mens mutatur.

Violatores ieiuniorum grauiter ſecundum LL. eccleſiaſticas plectuntur.

§. XXXV. Tertia eſt, quod, quæ per *eccleſiaſtica edicta* ſunt ſtatuta, tam ſtricte ſint obſeruanda, vt contra regulas *abſtinentiæ* vel *ieiunii* peccans grauiſſimas *pœnas ſeculares* & *eccleſiaſticas* ſubire debeat. Supra iam obſeruaui, ieiunia hæc *legalia* demum *corruptis eccleſiæ temporibus* introducta fuiſſe, & pœnam vtramque violatoribus fuiſſe impoſitam. CAROLO M. per ſuggeſtionem epiſcoporum quadrageſimale ieiunium eiusque obſeruantia adeo cordi fuit, vt Saxonibus nuper conuerſis eſum carnium *ſub pœna mortis* interdixerit, obſeruante MABILLONIO *annal. Benedict. tom. II. lib.* 26. *ad ann.* 795. *n.* 42. & *ad ann.* 785. *n.* 46. Addit vir doctiſſimus, CAROLVM *religioni* hoc ipſo *legum metum* adieciſſe, id quod non alii *religioni*, quam *dominatum ſummum* ambienti adſcribere potuit. IDEM ad *ann.* 804. *n.* 25. *p.* 366. ipſum capitulare, quod HOLSTENIVS ex codice Vaticano primus vulgauit, adfert huius tenoris: *ſi quis ſanctum quadrageſimale ieiunium pro deſpectu chriſtianitatis contempſerit & carnem comederit, morte moriatur: ſed tamen con-*

Digitized by Googl

conſideretur a ſacerdote, ne forte cauſa neceſſitatis hoc cuilibet proueniat, vt carnem comedat. Integram *capitulationem de partibus Saxoniæ*, prout inſcribitur, referunt CAROLVS COINTIVS *in annal. Franc. eccl. tom. VI. ad ann.* 804. *n.* 24. *p.* 838. & STEPHANVS BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 251. *ſqq.* Non adeo mirandum, tam duram legem *ieiuniis* dediſſe CAROLVM M. qui ipſam religionem armis, igne, omnique adhibita hoſtilitate propagandam eſſe exiſtimauit, nec epiſcopos, quos in ſuo comitatu ſemper habuit, diſſentientes, ſed ſuffragatores cognouit. Hac de cauſa *criminaliter* contra presbyterum quendam, qui tempore quadrageſimæ carnes comederat, ſine dubio proceſſiſſet, niſi conſultius ei viſum fuiſſet, ad OFFAM regem Anglorum eundem transmittere. En literas, Carolinas, relatas a MICHAELE ALFORDO *in annal. eccl. Britann. tom. II ad ann.* 795. *n.* 11. *Presbyter, & ille Scotus, apud nos moratus eſt aliquanto tempore in parochia Hildebaldi Colonienſis epiſcopi, ſed reprehenſibilis factus, vt fertur a quodam accuſatore, quod carnem diebus quadrageſimalibus comediſſet. Noſtri vero ſacerdotes iudicare renuerunt, qui plenum teſtimonium accuſantium ſuper eum non inuenerunt viſum eſt noſtris ſacerdotibus, illum ad ſui epiſcopi, vbi Deo votum fecit, dirigere iudicium. Id circo veſtram deprecamur prouidentiam, vt iubeatis illum, ſecundum opportunitatem temporis & prouectionis, in ſuam transponere patriam: vt ibi iudicetur, vnde exiuit. Nam ibi quoque ſanctæ Dei eccleſiæ puritas in moribus & firmitas in fide & honeſtas in conuerſatione ſecundum canonicam ſanctionem diligenter obſeruari debebit.* Fuit ergo eo tempore crimen *publicum*, imo *capitale*, violare ieiunium in *quadrageſima*, & ſic non tantum *eccleſiaſticum*, ſed etiam *ſeculare*, in quo puniendo eo promtiores erant, quod ex relationibus clericorum didicerant, plura miracula & portenta (ſi credere fas eſt,) circa *violationem ieiuniorum* contigiſſe. vid. MABILLON. *in annal. Benedict. tom. II. lib.* 26. *ad ann.* 795. *n.* 42. In conciliis itidem in violatores variæ pœnæ ſunt ſtatutæ. In concil. Moguntino *de anno* 1549. *c.* 47. apud HARDVIN. *tom. IX. concil. p.* 2123. generatim hæc clauſula adiicitur: *quæ* ieiunia, *qui extra neceſſitatem non obſeruauerint, velut eccleſiaſticæ diſciplinæ violatores & conſuetudinum eccleſiæ temerarii contemtores ſeveritate pœnarum coërceri debent.* In *concil. Bituric. de anno* 1584. *c.* 5. generatim dicitur: *ieiunia ſub pœna eccleſiaſtica & canonica ſeruare tenentur ii, quibus indicta fuerint.* Cum his conſpirant generaliter *ſtatuta ſynodalia* quarumcunque diœceſium, quæ *pœnitentias graues*, quæ veræ *pœnæ* ſunt, iis imponunt, qui *abſtinentiæ leges* tranſilierunt.

Ieiunia certis diebus prohibita.

§. XXXVI. Quamuis vero extra ſtatuta tempora *ieiunia* libera eſſent, rurſus tamen per leges eccleſiaſticas quidam excepti dies ſunt, in quibus *ieiunia* prohibita erant ac *delictis eccleſiaſticis* accenſebantur. Quicquid enim per *leges eccleſiaſticas* prohibitum erat, *peccatum mortale* iuxta eccleſiæ Romanæ ſententiam conſtituit, & ita *pœnis* ſubiectum eſt. Huc (1) pertinet *dies dominicus*: (2) quinquaginta dies poſt paſcha & (3) alii dies feſti. TERTVLLIANVS *de corona c.* 3. ſuo æuo his temporibus ieiunia iam illicita fuiſſe teſtatur: *die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die paſchæ in pentecoſten vsque gaudemus.* Simpliciter indicat, ieiunia hoc tempore *illicita* fuiſſe; pœna tamen nulla in ieiunantes ſtatuta erat, quod demum paulo poſt factum eſt, vbi *imperium in conſcientias* magis magisque corroboratum eſt. Ob *gaudium reſurrectionis* hi dies *boni* erant, præterea vero *diſciplina iudaica* eandem ſeruabat legem, vt *die ſabbati* & *feſtis bonis* ieiunare non liceret. In *c.* 17. *D.* 30. iam anathema iis dictum, qui hisce diebus ieiunare præſumſerint, adeo vt catholici haberi non deberent, prout decernit *concil. Carthag. IV.* de *anno* 398. *c.* 64 apud HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 983. Monachis tamen & clericis indultum, vt his diebus ieiunare poſſent. *c.* 10 *D.* 76. Ita *ieiunia* & *abſtinentiæ* vincula *more iudaico* determinata, & *pœnis ſubiectis* corroborata, contra praxin primitiuæ eccleſiæ.

Proteſtantes talia ieiunia legalia & meritoria reprobant

§. XXXVII. Cum vero ſupra ex doctrina Saluatoris noſtri apoſtolorumque, imo & praxi primitiuæ eccleſiæ oſtenſum ſit, tum *ieiunia* in ſe eſſe & fuiſſe *libera*, & nullam *vim coactiuam* admittere: tum *cultum certum* aut *meritum* in iis non occurrere; maioribus noſtris vitio verti non potuit, quod *ieiunia legalia* cum *abſtinentia* tollenda & eradicanda cenſuerint, non reformidantes *anathema*, quod hac de cauſa iis fuit dictum. vid. *concil. Senonenſe de anno* 1528. *c* 7. apud HARDVIN. *tom. X. p.* 1938. *ſq.* In *Aug. confeſſione tit.* **von Unterſcheid der Speiſe**, noſtrates fuſius ſententiam ſuam declararunt: Vor Zeiten hat man alſo gelehret, geprediget und geſchrieben, daß der Unterſchied von Speiſen und dergleichen tradition, von Menſchen eingeſetzet, dazu dienen, daß man dadurch Vergebung der Sünden verdiene, und für Sünde genug thue, und daß es Gottesdienſt ſind, darum uns GOtt gerecht ſchätzet. Auf dieſen Grund hat man täglich neue Faſten, neue Ceremonien, neue Orden und dergleichen fürgenommen, und auf ſolches häuffig und hart getrieben, als ſind ſolche Dinge nöthige Gottesdienſt, und geſchehe groſſe Sünde, ſo mans nicht halte, dar-

iuxta ſententiam A. C.

daraus ſind viel ſchädlicher Jrrthum in der Kirche gefolget. Hisce ſubiungunt varias rationes, talia legalia ieiunia improbantes: Erſtlich ſey dadurch die Verheiſſung Chriſti, und die Lehre vom Glauben verdunckelt. Zum andern hätten auch ſolche traditiones GOttes Gebot verdunckelt. Zum dritten wären ſolche traditiones zu hoher Beſchwerung der Gewiſſen gerathen. Inde concluſerunt: darum haben die unſern nicht aus Frevel und Verachtung Geiſtl. Gewalts, von dieſen Sachen gelehret, ſondern es hat die hohe Noth gefordert, Unterricht zu thun von obangezeigten Jrrthümern, welche aus Mißverſtand der tradition gewachſen ſind, denn das Euangelium zwinget, daß man die Lehre vom Glauben ſolle und müſſe in der Kirchen treiben, welche doch nicht mag verſtanden werden, ſo man vermeinet **durch eigene erwählte Werck Vergebung der Sünden zu verdienen**, und iſt davon alſo gelehret, daß man durch Haltung gedachter menſchlichen tradition GOTT nicht kan verſöhnen, oder für Sünde genug thun, oder Vergebung der Sünden verdienen, und ſoll derohalben **kein nöthiger Gottesdienſt** daraus gemachet werden, gleich als möge niemand ohne ſolche tradition für GOTT gerecht ſeyn, id quod in ſequentibus ex ſacris illuſtratur. Ne vero exiſtimaret eccleſia Romana, nos *quorumuis ieiuniorum* oſores & contemtores eſſe, hanc declarationem ſubiungunt: daß man aber den unſern die Schuld giebt, als verbieten ſie Caſteyung und Zucht, wie Iouinianus, wird ſich viel anders aus ihren Schriften befinden. Denn ſie haben allezeit gelehret vom heil. Creutz, daß Chriſten zu leiden ſchuldig ſind. Und dieſes iſt rechte ernſtliche und nicht erdichtete Caſteyung. Darneben wird auch gelehret, daß ein ieglicher ſchuldig iſt, ſich mit leiblicher Uebung, als Faſten und anderer Arbeit, alſo zu halten, daß er nicht Urſach zur Sünden gebe, nicht, daß er durch ſolche Werck Vergebung der Sünden verdiene, oder darum für GOtt werde gerecht geſchätzt, und dieſe leibliche Uebung ſolle nicht allein etliche beſtimmte Tage, ſondern ſtätigs getrieben werden. Hæc communis noſtrorum eccleſiarum confeſſio *primæuam libertatem* ieiuniis ita reſtituit, vt, quæ apud nos ſeruantur ieiunia, non ſint *legalia*, ſed *ſpontaneo ſpiritu* peracta.

§. XXXVIII. Quæ cum ita ſint, paucis videndum, qua ratione *noſtra ieiunia publica a ieiuniis Romanæ eccleſiæ* diſtinguantur. Dantur enim in plurimis eccleſiis proteſtantium *ſtata ieiunia*: dantur etiam *extra ordinem indicta*. Ad illa pertinet *ieiunium antepaſchale*, die Veneris

Ieiunia publica indicunt epiſcopi in eccleſia Romana,

Digitized by Google

Veneris ante paſcha celebrandum, & quæ ante tria feſta maiora alicubi haberi ſolent. Hæc vero extra ordinem *publica auctoritate* indicuntur: ſed cuius? In hoc diſcedimus a ſcitis Romanæ eccleſiæ, ſecundum quæ ieiunia tantum a *pontifice* & *epiſcopis* conſtitui, ac indici poſſunt, quod ad iura eccleſiaſtica horum obſeruantia ſpectet, & tempore TERTVLLIANI hæc etiam ab epiſcopis *mandata* & iniuncta fuerint. E contrario in terris proteſtantium hoc *ius indicendi publica ieiunia* domino territorii tribuitur, non quod ſit *epiſcopus*, ſed potius, quod iure ſuo *ſacra publica* determinare, & *iure imperii* conſtituere poſſit de externis circumſtantiis, circa illa obſeruandis. Hoc ius olim exercuerunt etiam reges Francorum, vt conſtat ex PIPINI regis conſtitutione generali *de litaniis faciendis pro vbertate terræ*, relata a BALVZIO *tom. I. capitul. p.* 186. Idem liquet *ex lib.* I. *c.* 112. ſub *Carolo magno apud* BALVZIVM *tom. I. p.* 725. *de hoc ſi euenerit fames, clades, peſtilentia, & inaqualitas aeris, vel alia qualiscunque tribulatio, vt non expectetur NOSTRVM EDICTVM, ſed ſtatim deprecetur Dei miſericordia.* Inde recte colligit BALVZIVS tum *in notis ad tit. cap.* 112. tum *ad Regionem p.* 569. ieiunia & ſupplicationes, quæ *extra ordinem* iniungebantur, non absque *auctoritate principis* conſueuiſſe decerni. *Fruſtra enim*, ait, *princeps tolleret neceſſitatem expectandi edicti, ſi ei nulla fuiſſet.* Continuauit hanc praxin LVDOVICVS pius, & *triduanum ieiunium* indixit ante diuiſionem imperii, vt ex eius *charta diuiſionis* apud BALVZ. *cit. l. p.* 573. palam & manifeſtum eſt. In *cap. de anno* 828. apud EVNDEM *cit. l. p.* 654. *ſq.* ita cum LOTHARIO edixit: *Recordari vos credimus, qualiter hoc anno conſilio ſacerdotum & aliorum fidelium noſtrorum generale ieiunium per totum regnum noſtrum celebrare iuſſimus.* In *fin. p.* 656. hæc ſubiunguntur: *Et vt haec omnia ſucceſſum habeant, volumus, vt generale triduanum ieiunium ſecunda feria poſt octauas pentecoſtes celebrandum indicetur, & generaliter ab omnibus cum ſumma deuotione obſeruetur.* Eadem verba repetuntur in *epiſtola generali*, quam LVDOVICVS pius ex placito Aquisgranenſi miſit *de conciliis epiſcoporum, in quatuor imperii partibus congregandis*, relata a BALVZIO *cit. l. p.* 658 *ſq.* Hac eadem auctoritate merito vtuntur *principes proteſtantes*, & pro re nata *ieiunia publica* indicunt vel *ſtata* determinant, idque vel conſilio miniſtrorum eccleſiæ, vel ſine eo, cum, quicquid *publica auctoritate* & per *modum edicti* conſtituendum ſit, ab alio quam ipſo principe expediri nequeat.

apud proteſtantes domini territorii,

vt olim factum ſub Pipino,

ſub Ludouico pio.

§. XXXIX.

Digitized by Google

§. XXXIX. Sic itaque *ieiunia publica* vel in *ordinationibus ecclesiasticis* determinantur, vel *edictis* seorsim publicatis imperantur *extra ordinem*. De *statis* ieiuniis speciatim agit *ordin. eccl. Guelpherb. renou. c.* II §. 4. quatuorque in annis singulis celebranda esse iubet. In aliis plerisque locis dies *pœnitentiales* quidem adornantur, sed sine *ieiunio*, quod plerique status professantes crediderint, hæc singulorum arbitrio relinqui quam imperari debuisse. Ast vbi proximus ardet Vcalogon, vbi sæuissima pestilentiæ vel belli truculenti rabies ruinam vniuersalem minatur, tunc *extra ordinem ieiunia publica* indicuntur, ac eo facilius in effectum deducuntur, quod tristissimo tali tempore homines admodum ad hæc ieiunia promi sint, eaque quasi ambiant. Ad manus iam sunt ducis BERNHARDI Saxo Meiningensis aliquot edicta, quibus anno 1680. 1681. 1682. 1683., difficillimis illis temporibus, quibus ferina pestilentiæ & Turcarum rabies Germaniæ nostræ imminebat, solenniter ea indixit. Imo crederem, nullam prouinciam. territorium ciuitatemque eo tempore fuisse, in quibus hæc *extraordinaria sacra* quieuerint, quod tota Germania in communi luctu & squalore versaretur.

Ordinantur vel in ordinat. eccl. vel specialibus edictis.

§. XL. Enim vero cum obseruatum sit, ieiunia & olim fuisse *libera*, & ex indole sua nullum admittere *legis* imperium, quid est, quod hic cum aliis aditruam, ieiunia publica per *leges & edicta* subditis imperari posse? Enim vero in *indictione ieiuniorum* varia offendo, quæ *legis imperium* admittunt; quædam vero illud respuunt, & magis *consilia* vel *leges imperfecta* dici queunt. Ad illa refero (1) indictionem *iustitii publici*, vt illa stricte obseruentur, quæ per leges tempore *feriarum* obseruanda vel omittenda sunt. In *ordin. Guelpherb. cit. l.* §. 15. ea de re cautum est: Damit auch die Beth-Tage ohne Hinderniſſe alſo gefeyret werden mögen, ſo ſoll in denſelben inſonderheit, was in unſer Fürſtl. conſtitution von der Sabbath- und Feſt-Feyer verordnet, in allen Stücken wohl beobachtet werden. Imo plura, indifferentia alias vel permissa, prohiberi possunt, quo omnia impedimenta, ieiunia publicamque deuotionem remorantia, e medio tollantur. Huc pertinet die Zuhaltung der Stadt-Thore und Schlag-Bäume, Zuſchlieſſung aller Laden und Bouriquen, die Einſtellung des Wein- Bier- und Brandtewein-Schencken bis auf den Abend, Zuſchlieſſung derer Caffee und anderer publiquen Häuſer, Verboth aller Zuſammenkünffte, Schmauſereyen und Zechen, Enthaltung aller leiblichen Luſt und Ergötzung, Abſtehung von aller Arbeit & quæ sunt alia, quæ *sub pœna* etiam

Quatenus ieiunia per leges imperari possint?

scil. vt remoueantur per illas externa impedimenta.

Digitized by Google

prohiberi possunt. Quamuis enim *directo* feriam non operentur pœnitentiam humilemque erga Deum animum, per *indirectum* tamen aliquid ad *deuotionem publicam* conferunt, dum impedimenta eius e medio tolluntur. (II) Præterea enim huc refero *determinationem ordinis*, in sacris horum dierum seruandi, & quæ ad *externam liturgiam* pertinent; hæc rursus obiectum *legis* sunt, & in *repentinis* eiusmodi *feriis*, quæ *extra ordinem* imperantur, immediate a sanctiori principis consilio determinari solent; in *ordinariis* vero a consistorio. Præter illa edicta, quæ serenissimus princeps BERNHARDVS, dux Saxo-Meiningensis, publicauerat dictis annis, etiam vulgatus est liturgiæ ordo sub titulo: Anweisung, wie man sich insonderheit bey dem, auf gnädigste Verordnung des Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Bernhardi, Hertzogs zu Sachsen ann. d. &c. angestelleten solennen Buß- und Beth-Tage wegen des Gottesdienstes zu verhalten habe, quales normæ vbique fere per Germaniam promulgatæ sunt. Denique (III) ipsius *diei* sacris hisce destinandi determinatio itidem regis obiectum esse potest, quod extra omne dubium positum est.

vt liturgia in iis determinetur

& de die certo constet.

Pœnitentia, deuotio & abstinentia a cibis per leges imperari nequit.

§. XLI. Ad hæc vero, quæ directo per leges seu *vim coactiuam* imperari non possunt, meo iudicio referri debent feria singulorum *pœnitentia*, *deuotio* & *abstinentia ab omnibus cibis* vsque ad certam determinatamque horam. Hæc enim eius indolis sunt, vt nihil proficiant, nisi ex *spiritu spontaneo* & *corde contrito* proficiscantur, atque conscientias prorsus libera fiant, quæ *imperium* nullum admittit. Hæc fuit constans primitiuæ ecclesiæ confessio & praxis, vt supra ostensum est. In hoc peccasse Montanistas, itidem obseruaui: id denique est, quod ecclesiæ Romanæ vitio vertimus, *legalia ieiunia* imperio coactiuo adornanti.

Dubium remouetur.

Equidem etiam in edictis & constitutionibus principum *abstinentia ab omnibus cibis* imperari solet. ceu factum est in *Ord. Guelpherbyt. cit. l.* §. 3. Den folgenden Tag, soll sich iedermänniglich (schwache und kranke Leuthe, Kinder, Reisende, und unumgängliche Nothfälle ausgenommen) zu desto mehrer Bereitung zur Andacht, aller Speise und Trancks bis nach Endigung des Nachmittags-GOttesdiensts enthalten; similiter in edictis BERNHARDI: Daß unsere Unterthanen sich mit den ihrigen, zu dem disfalls angeordneten Gottesdienst, Vor- und Nachmittag, iedes mahl fleißig und zu rechter Zeit einfinden, und denselben mit geziemender Andacht bis zu Ende beywohnen, auch zwischen denselben in ihren Häusern mit Lesen, Bethen, Singen und Ermahnen im angefangenen bußfertigen Eyfer anhalten, und damit sie auch

auch ſolchen Gottesdienſt mit deſto beſſerer Andacht gebührlich abwarten können, dabey, auſſer den zarten Kindern, ſchwangern und ſäugenden Weibern, oder welche Alters und Schwachheit halben dergleichen auszuſtehen nicht vermögen, bis nach völlig verrichtetem Gottesdienſt gegen Abend, mit Enthaltung von Speiſe, Tranck und aller leiblichen Luſt und Ergötzung faſten ſollen. Hæc quidem, vt dixi, edictis principum inſeri ſolent, magis tamen vt ſubditi ſedulo *admoneantur*, ad ieiunia cum debita deuotione ſeruanda, quam vt *pœnis præpoſitis* ad hæc ſacra cogantur, quo ipſo fit, vt hæc pars legis publicæ magis *imperfecta* dicenda ſit. Qua de cauſa ſi quis deprehenſus fuerit, ieiunium violaſſe, cibosque ſumſiſſe, *pœnali iudicio* contra eum procedi non poſſe exiſtimarem, niſi forſan ex indiciis manifeſtis de *contemtu* conſtaret, veluti ſi quis temerarie dixiſſet: er wolle dennoch zu Trotz des Fürſtl. Verbothe eſſen und trincken, quo caſu *publicus contemtus* merito plectendus foret. Eiusdem ex Romanæ eccleſiæ conſortibus ſententiæ fuit ERASMVS *in colloq.* quod ἰχθυοφαγίαν inſcribit, & variis exemplis oſtendit, non omnia præcepta habere vim *legis*: plura tantum vim *conſilii*, quorſum etiam præcepta de *ieiuniis* refert, parochosque e ſuggeſtu clamantes carpit: *eras ieiunandum ſub pœna damnationis æternæ.* Aiunt, *abſtinentiam ciborum* ad *arbitraria*, ad *adiaphora* pertinere, quæ per legem imperari poſſunt. Enim vero eatenus ad hæc referuntur, quod iure diuino non ſint præcepta; ceterum peculiarem hanc indolem & naturam habent, vt, niſi *libera* ſint, ſine *imperio*, omnem amittant virtutem, & nihil minus ſint quam ieiunia.

§. XLII. *Quarta obſeruatio*, quam ex *doctrina Romanæ eccleſiæ* traho, hæc eſt, quod ſine *diſpenſatione epiſcopali* vel *papali* nemini integrum ſit, violare *ieiunium*, vel contra *abſtinentiam carnis* agere; imo ſi dubium quoddam incidit, *nemo ſuum ſequi debeat arbitrium*, *ſed confeſſionarii ſententiam explorare*, vt diſerte cautum eſt in *concilio Mexicano de anno* 1585. *lib.* 3 *tit.* 21. §. 3. apud HARDVINVM *tom. X. p.* 1705. *in ieiunio autem ſeruando nemo ſuam ſententiam ſequi debet, ſed ſuum confeſſionarium conſulat, eiusque ſententiæ adhæreat.* Ratio in promtu eſt, quia in hac cauſa ſicut in aliis *imperium* in *conſcientias* admittunt, & omnem deuotionem per *leges coactiuas* inculcant; poſita autem lege, ponitur neceſſitas *diſpenſationem* petendi, quippe quæ eius *relaxatio* eſt. Talis *publica diſpenſatio* in nupera quadrageſima a pontifice INNOCENTIO XIII. facta & Dresdæ publicata eſt, cum li-

Sine diſpenſatione papali & epiſcopali non eſt licitum violare ieiunium.

Digitized by Google

bera poteſtate carnes edendi citra *pœnitentiæ* ſubeundæ periculum, prout bulla papalis in capite ieiunii huius publicata docuit. Ceterum ipſa *diſpenſatio* eſt vel *abſoluta* vel *ſecundum quid*, ſeu intuitu certi cibi, velvti vt *butyrum* tantum edere liceat, loco cuius olim *oleum oliuarum* adhibendum erat, quod inprimis Italia ſuppeditabat. Grauiſſima olim moleſtia ieiunantibus ſubeunda erat, tædiumque in oleo quibuscunque cibis adhibendo, adeo vt epiſcopi cum papa ingens lucrum ex his *diſpenſationibus*, quas vndique certatim quærebant, vt *butyrum* edere liceret, a Germanis traxerint. BESOLDVS in *theſ. pract. voce* faſten *in addit.* ex DANNHAVERO hæc adfert: Biſchoff Albrecht zu Straßburg hat den Butter-Pfennig erdacht, und um gewiſſen Tax in der Faſten aus ſolcher gepreſten Contribution die Butter-Büchſen gefüllet. Neque enim prohibitum eſt, ſed epiſcopis olim admodum gratum fuit, ſi ieiunantes neceſſitatem *ieiunandi* pro *pecunia*, quam *eleemoſynam* vocant, redimerent, prout obligatio *votorum* & *iuramentorum* pro pecunia redimi potuit, ceu docui *in tit. X. de vot. & voti redemt.* Elegans antiquitatis monumentum habet MARTENE de *antiq. eccl. ritib. liq. I. P. 2. p.* 44. vbi in *pontificali anglicano* antiquo, ab eo relato, hæc habentur: *ſi quis forte non potuerit ieiunare, & habet, vnde dare ad redimendum: ſi diues fuerit, pro ſeptem hebdomadibus det ſolidos XX, ſi autem non habuerit tantum, vnde dare, det ſolidos X. Si autem multum pauper fuerit, det ſolidos tres.* Fuit ergo antiquitus fere *venalis* hæc *diſpenſatio* circa ieiunia vel *in totum* vel *pro parte;* neque enim epiſcopis hoc inuidendum erat, quod aula Romana in morem traxerat. Huiusmodi gratiam *anno* 1478. Francofurtenſibus indulſit SIXTVS IV. in bulla, quam LIMNAEVS *de iur. publ. lib. VII. c.* 16. *n.* 47. refert, quo in diebus quibusuis, quibus a carne ſimilibusque abſtinendum eſt, eis permiſit, *vt ouis, butyro, lacte, caſeo, & aliis lacticiniis per totum annum veſci impune & ſine aliquo conſcientiæ ſcrupulo libere & licite poſſent.* Non tamen hæc gratia gratis data, ſed pro eleemoſyna. Pergit: *Ac volumus, quod ille ex eis (etiam ſi eccleſiaſtica perſona foret) qui licentia & gratia huiusmodi potiri vellet, ſi diues vel ſuperioris, XII. ſi mediocris, VI; ſi vero inferioris ſtatus foret, cuiuscunque conditionis eſſet, quatuor Hallenſes, monetæ Francofurtenſis pro quolibet, annis ſingulis in certa ciſta ſeu trunco diligenter clauſo, & ad hoc per dilectos filios, conſulatum dicti oppidi deputatos, iuxta conſcientias eorum deponere & immittere tenerentur: quodque pecuniæ, quæ exinde colligerentur, in ſubuentionem pauperum ad hoſpitalia & alia pia loca ſe pro tempore recipientium, nec non reparationem pon-*

Ieiunium quandoque pecunia redemtum.

Indultu Sixti IV. hoc declaratur.

Digitized by Google

pontium & viarum oppidi prædicti, ſuburbiorum quoque & pertinentiarum & locorum eorundem per præfatos, conſulatum, fideliter conuerterentur. Pauperes vero, qui aliquam ex dictis ſummis ſoluere non valerent, ſingulis diebus, quibus prænifſis veſcerentur, ter orationem dominicam & toties ſalutationem angelicam deuote recitare eſſent adſtricti. In ſequentibus ſpeciatim pontifex hanc quoque addit rationem intuitu BVTYRI; *quod in partibus illis oleum oliuarum non creſceret*, quo in Italia vtuntur, & cuius commercium ſine dubio admodum extra Italiam promotum fuit, non ſine quæſtu papali, per interdictum *butyri* vſum, quo fiebat, vt *oleum oliuarum* toto quadrageſimæ tempore cibis præparandis adhiberi vel indultum a papa pro libertate veſcendi *butyrum* impetrari debuerit. Hodie pontifices faciliores ſunt in relaxando hoc iugo, vt antea monui, nec defuerunt inter pontificios politioris iudicii, qui ſeriis votis *reſtauratam libertatem euangelicam*, relicta *ſeruitute* plus quam iudaica, exoptarunt, inter quos primo ponendus loco ERASMVS, qui ſummam voti in egregio *colloquio*, quod ἰχθυοφαγίαν inſcribit, fuliſſime expoſuit, docuitque, e re eccleſiæ Romanæ fore, ſi hæc *ſeruitus* cum ſimilibus e medio tolleretur, quod ita facilius vnio cum aliis eccleſiis, *libertatem* propugnantibus, expectanda eſſet, id quod nunc quidem in medio relinquo.

§. XLIII. *Quinta obſeruatio* eſt, *ieiunium & abſtinentiam* pœnitentiæ genus eſſe, iis admodum vtile & neceſſarium, qui deliquerunt, cum absque *pœnitentia externa*, vt cenſent, peccata remitti non poſſint. Inde confitentibus ſæpius *ieiunia* & *abſtinentia* officia imponuntur in auriculari confeſſione, quod hæc *meritoria* eſſe & *remiſſionem peccatorum* operari credantur. Ita vero re vera ſpeciem *pœnæ eccleſiaſticæ* induit, & quandoque cum *carcere* coniungi ſueuit, ſi in clericos, monachos alioſque & quidem *inuitos* animaduertendum. Cum enim per modum imperii *ieiuniorum* & *abſtinentiæ* leges imponantur, etiam *inuitis* per modum *pœnæ* dictari potuere. In *c.* 36. *D.* 80. de clericis, qui tempore obſidionis ſanguinem fuderant, ſtatutum, *vt duobus annis tam officio quam communione corporis Domini priuarentur, ita vt his duobus annis vigiliis, ieiuniis, orationibus & eleemoſynis pro viribus, quas Dominus donauerit, expiarentur.* Presbytero fornicanti in *c.* 5. *D.* 82. pœnitentia X. annorum præſcripta, ita vt *tribus menſibus priuato loco a ceteris remotus pane & aqua ad veſperam vteretur, tantum autem diebus dominicis & præcipuis feſtis modico vino & piſciculis & leguminibus recrearetur ſine carne & ſanguine, ouis & caſeo . . Poſtea aliquantisper reſumtis viribus per*

Ieiunia & abſtinentia ad pœnitentiam relata,

Digitized by Google

vnum annum & dimidium in pane & aqua expleret, exceptis dominicis & feſtis præcipuis, in quibus vino & ſanguine, ouis & caſeo iuxta canonicam menſuram vti poterit &c. Neque tantum *clericis*, ſed etiam *laicis* hæc pœnitentia impoſita, vt docet *c.* 2. *X. de ſponſa duor.* quo cauetur, vt, qui alterius ſponſam de præſenti in vxorem accepit, ea dimiſſa, *per* 40. *dies in pane & aqua (quod CARENAM vocant) cum* 7. *ſequentibus annis pœniteat.* FILESACCVS *de quadrageſ. c* 4. optime obſeruat, *carantenam* ex *quadrageſima*, corrupta voce, deductam, eamque contracte *carenam* vocatam fuiſſe. Vnde adhuc hodie, qui ex loco ſuſpenſo, peſte infeſto, aduenium, *carantenam* ſeu *quadrageſimam* ſeruare dicuntur.

Inde carena, h. e. ieiunium per 40. dies.

Eadem pœnitentia in *c.* 8. *X de accuſat.* impoſita eſt iis, qui per calumniam aliquem accuſauerant, & occaſionem morti dederant, atque infinitum foret, omnia antiquitatis monumenta colligere, quæ plena manu congeſſit IOANNES MORINVS *de adminiſt. ſacram. pœnitent. lib. VII. c.* 9. *ſeqq.* En itaque nouam *quadrageſimam*, extra *ſtatam*, quæ in pœnitentiam peccati imponitur. Ita vero in *pœnam* proprie dictam degenerauit, vt (1) cardinales, qui intra tres dies, poſtquam conclaue ingreſſi ſunt, pontificem non elegerint, per ſpatium quinque dierum ſequentium *vno ſolo ferculo*, & his etiam elapſis, ex tunc tantummodo *pane*, *vino & aqua* contenti eſſe iubeantur. *c.* 3. *de elect. in* 6. *verſ. in eod.* (2) Electoribus quoque ſimili ratione in *A. B. tit.* 2. §. 5. eadem *pœnitentia* impoſita, h. e. vt, ſi intra 30. dies imperatorem non elegerint, *ex tunc exactis eisdem triginta diebus a modo panem manducent & aquam bibant*, & ita *pœnitentiam* de ſua procraſtinatione agant. Aliam pœnam iis imponi non potuiſſe, facile liquet: quia tamen papa cum clero maiori ius *pœnitentiæ* decernendæ habet etiam intuitu regum & principum, pro barbarie illorum temporum conuenientius viſum fuit, *pœnitentiam* electoribus imponere, vtpote quam ſponte ſubire ſolebant, admonente clero, ſub metu iacturæ *ſalutis æternæ*, quamque, præſentibus *tribus electoribus eccleſiaſticis*, facilius executioni dari poſſe cenſebant. Et cum (3) praxis criminalis hodierna ex iure canonico efformata ſit, non adeo demirandum, delinquentibus etiam quandoque *carceris* pœnam cum tali *abſtinentiæ* lege, h. e. mit Waſſer und Brodt, dictari ſolere (vid. CARPZ. *in pr. crim. qu.* 133. *n.* 34. multisque aliis locis) a quo pœnæ genere proteſtantes abſtinuiſſent, ſi *natales* eius, *indolem* & *rationem* accuratius ponderaſſent. Quid enim eſt talis *carena* aliud, quam *pœnitentia* Romanæ eccleſiæ propria? Denique (4) quod mirandum, inter genera torturæ, quibus inquiſitores hæreticæ prauitatis ſuſpectos de hæreſi

Conclusiones inde collectæ.

Digitized by Google

reſi vexant, *ieiunia* duriſſima etiam collocat IANVS LANGLAEVS *lib. VIII. ſemeſtr. c. 2. p.* 614.

§. XLIV. *Sexta obſeruatio eſt, abſtinentes* tempore *ieiunii* non tantum ad delectum in cibis ſeruandum, ſed etiam ad *fugam omnis hilaritatis* obligari, quod iciuniorum tempora ſint dies *pœnitentiales*, mœroris & triſtitiæ publicæ, quaſi *luctus publicus eccleſiaſticus* eſſet indictus. Hinc α) tempore *quadrageſimæ* aliisque diebus, ieiuniis deſtinatis, quieſcunt ſaltationes, chorcæ, & muſicæ inſtrumentalis vſus, & ita nec organa ſonant in diebus *pœnitentialibus*. Ait CARPZOVIVS *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 262. *n.* 8. *ſqq. Cum tempore luctus publici omnibus vel reſipiſcendum & ieiunandum, non certe conuenit ipſis ſaltare & inſtrumentis muſicalibus delectari, quod maxime pugnat cum afflictione, quam tempore ieiunii pariter & luctus publici ſuſtineri oportet. - . Recte igitur faciunt magiſtratus, tempore luctus & arumnarum prohibentes vſum muſicæ inſtrumentalis publico edicto vel proclamate, cui parochiani parere ſunt obſtricti, vsque adeo, vt inobedientes pœnam incurrant arbitrariam ob contumaciam, quæ in caſu pœnæ haud definitæ mulctam meretur carceris vel pecuniæ.* Quamuis itaque *quadrageſimæ* & *aduentus* tempora nobis nec *ieiunii* nec *abſtinentiæ* officia imponant, hanc tamen legem cum aliis retinuimus, quod hæc tempora ſanctioribus meditationibus ſint dicanda.

Diebus ieiunii inſtrumentalis muſica quieſcit,

§. XLV. Eadem de cauſa β) *non oportet in quadrageſima aut nuptias vel quælibet natalitia celebrare*, vt dicitur in *c.* 8. *C.* 33. *q.* 4. quod in *c.* 9. 10. & 11. *ibid.* repetitur, ſimulque ad alia *abſtinentiæ* tempora extenditur, atque ſpecialius a CLEMENTE III. in *c.* 4. *X. de feriis* determinatur. Eadem *abſtinentiæ* lex eſt ad eccleſias proteſtantium traducta, ac in plerisque eccleſiaſticis ordinationibus cautum, ne tempore *quadrageſimæ & aduentus Domini* nuptiæ celebrarentur, niſi ex ſpeciali diſpenſatione principis, de qua abſtinentia plenius agunt CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſ. def.* 151. *ſeqq.* & B. WILDVOGEL *de eo, quod iuſtum eſt, circa tempus quadrag. c. II. §.* 11. *ſeqq.* Facilius autem permitti poſſunt nuptiæ ſine vlla conuiuii aliusque hilaritatis ſolennitate, quia hæc potiſſimum cum lege *abſtinentiæ* pugnat, quamuis interpretes iuris canonici, animaduertentes, quemuis concubitum hoc tempore interdictum eſſe, hic admodum ceſpitent, vt ex traditis ESPENII *P. II. iur. eccl. tit.* 13. *c.* 2. §. 16. *ſqq.* liquet, quam duram legem nemini imponimus. Illuſtrationis gratia adferam ill. Faculr. iurid. huius loci reſponſum menſ. Nou. 1717. Hat ſich der in der Altſtadt befindliche reformirte Paſtor Simonis de facto

interdictæ nuptiæ.

Nupriæ ſine ſolennitate admitti poſſunt.

Digitized by Google

facto unterstanden, ohne Anfrage und erhaltene dispensation in der Fasten-Zeit eine Trauung vorzunehmen, welches doch in denen Kirchen-Ordnungen verboten ist, und als dem gedachten Simonis sein Versehen verwiesen, und von Bestraffung Vorhalt gethan worden, derselbe solches durch das n. 2. beygelegte Adiunctum iustificiret, dahero gefraget wird:

Ob der gedachte Prediger, und mit welcher Straffe zu belegen, oder sein eingegebenes Memorial zur Iustification zulänglich sey:

Ob nun wohl in der Gräfflichen Kirchen-Ordnung, daran auch die reformirten Pastores verbunden, dergleichen copulationes in der Fasten-Zeit verboten, und ihn dabey keine ignorantia iuris schützen mag, quippe quæ non excusat, absonderlich da ein Prediger die Kirchen-Ordnungen und Rechte nothwendig wissen, und sich darnach reguliren muß, und was dagegen von der *superstition* dieser Satzung, auch Freyheit von Menschen Satzungen angeführet ist, sehr impertinent zu achten, angesehen die Prediger keine Freyherren sind, noch von den vorgeschriebenen Ordnungen sub prætextu superstitionis abgehen mögen, als welches mehr nach dem papismo als prætendirter Freyheit von denen menschlichen Satzungen schmecket, daher es das Ansehen gewinnen will, daß der gedachte Prediger mit einer Geld-Busse wohl angesehen werden möchte. Weil aber demnach keine Hochzeit angestellet, sondern nur die blosse copulatio vorgenommen ist, und das Verbot der Kirchen-Ordnung mehr dahin gehet, daß zu der Fasten-Zeit keine Lustbarkeiten vorgenommen werden sollen, und ob wol billig der gedachte Simonis dieser wegen erst bey der Landes-Regierung Anfrage und Permission erhalten sollen, er demnoch in so weit zu excusiren stehet, daß, wie er anführet, unterschiedliche Exempel zu befinden, da die Reformirten in solcher Zeit ohne Anfrage die copulation verrichtet, er also geglaubet, daß solches Verbot auf die blosse copulation nicht gezogen werden möchte, im übrigen zwar seine angeführte rationes von dem Ursprung dieser Kirchen-Gewohnheit, keinesweges hinlänglich sind, demnoch anietzo bloß darauf es ankommt, ob er mit einiger Straffe anzusehen, oder seine angebrachte Excusen dergestalt beschaffen, daß vor dieses mal es dabey zu lassen, welches denn aus denen vorhin angeführten Ursachen billig davor zu halten, cum sæpe etiam falsa causa excuset.

So

So mag *Simonis* vor diſsmahl mit keiner Straffe beleget werden, er iſt aber dabey zu verwarnen, daß er ins künfftige ſich *ſtricte* an die Kirchen-Ordnung halten ſolle.

§. XLVI. Porro γ) hæc *abſtinentiæ* lex extenſa olim ad *lites* & iurgia. In THEODVLFI *capitulari de anno* 797. *c.* 42. apud HARDVINNVM *tom. IV. concil. p.* 922. hac de re ita cautum: *in his ieiuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentiones eſſe debent, ſed in Dei laudibus & in opere neceſſario perſiſtendum.* Idem cautum eſt in *concil. Erford. de anno* 934. *c.* 2. apud HARDVIN *tom. VI. P. I. p.* 574. & GRATIANVM *c.* 2. C. 15 *qu.* 4. *Sancta ſynodus decernit, vt nulla iudiciaria poteſtas licentiam habeat ſua auctoritate chriſtianos ad placitum bannire in ſupra dictis diebus, i. e. ſeptem dies ante natalem Domini vsque in octauas epiphaniæ, & a quinquageſima vsque in octauas paſchæ & ſeptem dies ante natiuitatem S. Ioannis baptiſtæ.* Multo magis abſtinendum erat ab omni *actu hoſtili*, & *treuga* ſeruanda eo tempore, quo *diffidationes priuatæ* adhuc vſitatæ erant, *c.* 1. *X. de treuga & pac.* Iure Codicis feriæ aliter ſunt definitæ. In *l.* 2. C. *de feriis* hoc modo edixit THEODOSIVS: *ſanctum quoque diem paſchæ & diem natalis Domini & epiphaniæ ſeptem qui præcedunt, & ſeptem qui ſequuntur, ſine ſtrepitu volumus obſeruari. Et quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur*, quod & repetitum in *l.* 7. & 8. C. *eod.* exceptis *actibus voluntariis;* criminales autem cauſæ tempore quadrageſimæ prorſus quieſcere iuſſæ ſunt, *l.* 6. C. *de fer.* excepta latronum perſecutione. *l.* 10. C. *eod.* Sicuti vero poſterius vſu haud receptum eſt, obſeruante B. WILDVOGELIO *cit. l. c. III.* §. 6. ita feriæ in *cauſis ciuilibus* hodie non durant per totum *abſtinentiæ* tempus, quod etiam in *c.* 5. *X. de fer.* a GREGORIO IX. iam conſtitutum, & fere limites, iure ciuili præſcripti, repetiti ſunt. Ipſa determinatio harum feriarum ex *ordinat. proceſſ.* in ſingulis prouinciis petenda, quæ aliquid ex his principiis vt plurimum retinuere.

Lites olim quieuere.

Treuga ſeruanda.

§. XLVII. Supereſt, vt quasdam de *ieiunorum officiis* obſeruationes addam. Supra iam obſeruaui, *ſtationes* tempore TERTVLLIANI a *ieiunis* fuiſſe ſeruatas, quod etiam obſeruauit eleganter SAMVEL PETITVS *lib. I. var. lect. c.* 15. & *lib. III. c.* 4. docetque, ſtationes tales etiam iudæos ſeruaſſe, quosdam vsque ad horam *ſextam*, religioſiores vero vsque ad *nonam*, id quod ſupra adducta admodum illuſtrat. Sed has ſtationes *ieiunorum* poſtea in dies *abſtinentiæ* conuerſas muratasque fuiſſe, ſupra dixi. Aliæ autem ſuperſunt *ſtationes ieiu-*

De ieiunis.

Tales esse debent celebrantes missam, communicantes,

norum, in sensu paulo laxiori sumtæ, quorsum pertinent (1) *celebratio missæ*, a sacerdote *ieiuno* peragenda, *c.* 49. *de consecr. D.* 1. *c.* 16. *in f.* C. 7. *q.* 1. & quidem sub grauissima excommunicationis pœna: *cit. c.* 16. (2) *communio laicorum*, *c.* 54. *de consecr. D.* 2. a qua necessitate tamen excepti sunt infirmi. *c.* 93. *de consecr. D.* 2. Imo quia presbyteri missam celebrantes ipsimet communicare tenentur, inde sine dubio est, tum quod *ieiuni* esse debeant, tum etiam quod singulis diebus tantum *vnam missam* celebrare queant, *c.* 5. *X. de celebrat. miss.* quod, accepta eucharistia in prima missæ celebratione, stationem soluerint & *ieiuni* esse desierint. In secus facientes grauiter, imo *capitaliter*, animaduerti solet, vt *relationes publicæ* docent. Eadem ratio (3) quoque facit, quod ordines conferri debeant a *ieiunis* & non aliis quam *ieiunis*, *c.* 1. & 4. *D.* 75. quod ordines in *celebratione missæ* conferantur, & eucharistia post ordinationem ordinatis plerumque detur. MORIN. *de ordinat. P. III. exercit.* 8. *c.* 1. *sqq.*

ordinandi,

Cæsar coronandus, baptizans,

Nec dubium est, quin (4) *coronatio* imperatoris & regum simili modo peragi debeat, tum quod in solenni missa fiat, tum quod coronandus ipse *eucharistiam* accipiat. Præterea (5) in *concil. Rotomagensi de anno* 1072. *c.* 5. cautum: *vt nullus sacerdos baptizet infantem, nisi ieiunus & indutus alba & stola, nisi necessitate.* Eadem de causa quoque (6) *confirmationis* actus *ieiunis* imperatus est in *eodem concil. c.* 7. *Item donum sancti spiritus vt non detur nisi ieiunis.* Hæc omnia *bona intentione* quidem excogitata censentur, sed non spiritu apostolico aut euangelico, qui tale iugum non admisit, nec ad eiusmodi subtiles minutias suos adstringere voluit.

confirmandus.

Iuramenta a ieiunis præstanda.

§. XLVIII. Denique *actus iudiciales* quidam a *ieiunis* secundum leges peragendi. Nam 1) iuramenta non nisi a *ieiunis* præstanda, id quod diserte cautum fuit in *capit. Carol. M. de anno* 805. apud BALUZ. *tom. I. capit. p.* 426. 432. 437. *c.* II. *nullus nisi ieiunus ad iuramentum vel ad testimonium admittatur.* Item repetitum *lib. III. c.* 52. *p.* 764. *vt nullus testimonium dicat aut sacramentum iuret nisi ieiunus*, conf. *lib. IV. c.* 16. *p.* 796. & *lib. V. c.* 252. *p.* 874. & *c.* 289. *p.* 883. *lib. VI. c.* 277. *p.* 969. In *capit.* HERARDI *archiepiscopi Turonensis c.* 12. apud EVNDEM *cit. l. p.* 1286. cauetur idem: *vt testes ieiuni iurent & prius de periurio moneantur.* Præterea 2) etiam *lib. I. capit.* 60. *in f.* apud EVNDEM *cit. l. p.* 712. constitutum est, vt ipsi iudices impransi iudicent: *rectum autem & honestum videtur, vt iudices ieiuni causam audiant & discernant.* In *lib. III. c.* 38. *p.* 76. *lib.* 5. *c.* 103. *p.* 842. & *lib.* 6. *c.* 232. *p.* 963. dicitur: *vt placitum comes non habeat nisi ieiunus.* In hoc a moribus antiquorum Germano-

Iudex ieiunus iudicare iussus.

Digitized by Google

manorum diſceſſio facta, qui de grauiſſimis rebus in conuiuiis conſultabant, *tanquam nullo magis tempore aut ad ſimplices cogitationes pateret animus, aut ad magnas incaleſceret*, vt ait *Tacit. de morib. Germ.* Interim nec hodie facile ad *iuramentum* admittuntur niſi *ieiuni*, ad minimum præcauetur, ne vino aduſto immerſi ad iuramentum admittantur, adeoque etiam hodie iuramenta horis maturinis præſtantur, & iudicia fere vbique hisce horis exercentur, rarius tempore pomeridiano. Nam etiam ius canonicum idem inculcat in *c.* 16. *C.* 22. *q.* 5. *honeſtum etiam videtur, vt, qui in ſanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honeſtate & timore Dei.* Idem repetitum in *c.* 1. *X. de teſtib. vt nullus teſtimonium dicat niſi ieiunus*, forſan ea de cauſa, quod iuramentum ſit inſtar *cultus diuini, a ieiuno* potiſſimum celebrandi, qua de cauſa magis de *honeſtate* hoc præceptum eſſe aſſerunt interpretes, modo præcaueatur, ne *ebrius* ad iuramentum admittatur. Denique 3) tortura quoque, pleno ventre, executioni non danda, quin potius expedit, vt *ieiunus reus* torqueatur ob varias cauſas, quas adducit CARPZ. *pr. crim. qu.* 24. *n.* 5. conf. OLDEKOP. *tit. IV. obſ. crim.* 24. inter quas primaria eſt, vt vomitus, qui ſequi ſolent, euitentur.

Tortura leſdnis applicanda.

TITVLVS XLVII.
DE
PVRIFICATIONE POST PARTVM.

§. I.

LVSTRATIONVM & PVRIFICATIONVM ritus in vltima iam memoratur antiquitate, tam fidelibus quam infidelibus ſeu idololatris vſitatus. Variæ erant gentilium *luſtrationes*, præcauentium, ne *illotis manibus* rem diuinam facerent, aut *impuri* ad ſacra accederent, de quibus ex profeſſo egit LOMBIER *de luſtrat.* Conf. IO. SAVBERTVS *de ſacrific. veter. c. XI.* VAN DALE *de oracul. ethn. c.* 5. & *de orig. & progreſſ. idol. c.* 3. STVCK *de ſacr. & ſacrif gentil. p.* 117. *ſqq.* SPENCER. *de*

Luſtrationum gentilium praxis.

Digitized by Google

vt et fidelium.

de LL. Hebr. ritual. lib. 3. *diff.* 3. *c.* 1. Etiam *fideles*, piaculo quodam contaminatos, *luſtrationes* adhibuiſſe, conſtat ex facto IACOBI *Geneſ.* XXXV, 4. certo indicio, iam ante *legem Moſaicam* luſtrationes fidelibus vſitatas fuiſſe. Gentilium exemplo fideles eas adhibuiſſe contendit quidem SPENCERVS *cit. l.* ſed probabiliori ratione aſſeri poteſt, idololatras inſtituta ſua, vtut peruerſo modo, a fidelibus petiiſſe, quod vel *ſacrificia* oſtendunt, quibus vt plurimum præcedebant *luſtrationes*, ad *puritatem mentis* denotandam adhibitæ. MOISES poſtea plenius *lotionum* & *purificationum* ſpecies determinauit, voluitque, vt Hebræi *puritati corporis* inprimis ſtuderent, & impuritatem omnem fugerent, vt mens puriſſima eſſet in corpore puro, quod illius erat imago. Inprimis *impuræ* cenſebantur *puerperæ*, *infantes recens nati*, & *menſtruatæ*, quibus luſtrationes cum ſacrificiis erant applicandæ, *Leuit. XII*, 2. *XV*, 19. *XVIII*, 19. *XX*, 18. ac præterea puerperis certum tempus præſcriptum, quibus a ſacris poſt partum abſtinere iubebantur, *Leu. XII*, 3. *ſq.* quod vel exemplum MARIAE *Luc. II*, 22 *ſqq.* docet. Inde feſtum *purificationis Mariæ.*

Moſaicæ luſtrationes legales, quoad puerperas,

quæ ceſſant in nouo fœdere.

§. II. Prouocat ad hunc ritum pontifex in *c. vn. h. t.* & recte cenſet, in nouo fœdere *purificatione tali* opus non eſſe *puerperis*, *poſtquam vmbra legis euanuit & illuxit veritas euangelii.* Vnde iubet, vt eccleſiarum aditus puerperis non ſit denegandus, poſt prolem emiſſam gratias Deo acturis, *ne pœna illis videatur conuerti in culpam.* Mirum ſane eſt, INNOCENTIVM III. tam promtum fuiſſe in admittendis puerperis ad ſacra ante tempus impletum, cum tamen omnis apparatus *conſecrationum*, aliorumque ſacrorum ex veteri lege originem trahat, & contra pontificis rationem adductam non tantum ſint receptæ, ſed ſtrenue foueantur, adeo vt *luſtrationem* neceſſariam cenſeant, ſi *pollutæ* res ſacræ fuerint. Antiquior INNOCENTIO III diſciplina non receſſit ab inſtitutis iudaicis, quæ etiam in aliis ſimilibus negotiis pedetentim in eccleſiam irrepſerant. In *capitul. lib. VI. c.* 207. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 959. puerperis dies illi ipſi ſunt ſtatuti, qui puerperis iudaicis, prolem maſculinam vel femininam enixis, præſcripti erant, ita vt poſt hos dies demum intrare poſſent eccleſiam. Tandem vero ſanior ratio induxit INNOCENTIVM III. vt puerperas ad hos dies adſtringendas eſſe non cenſeret, quamuis ritus quidam *purificationi* ſimilis accedere debeat. Vnde etiam colligit DVRANDVS *in ration. diu. offic. lib.* I. *c.* 5. *n.* 15. morem illum eſſe reprobandum, ſecundum quem quidam cenſuere, puerperam in partu decedentem non eſſe ſepeliendam in eccle-

vtut diuerſa ſententia olim obtinuerit.

Digitized by Google

eleſia, ne *pauimentum eccleſiæ* ſanguine polluereturr, quamuis forſan aliæ rationes phyſicæ ſuaderent, vt lege publica talis ſepultura prorſus inhiberetur, quæ mortuis non prodeſt, viuentibus vero admodum noxia cenſetur ex iudicio ſaniorum medicorum.

§. III. Interim, vt dictum, quædam *purificationis* imago in eccleſiis ab antiquo introducta fuit, quæ fit per *benedictionem infantis & matris.* In *concil. Mechlin. de anno* 1607. *tit.* 3. *c.* 8. apud HARDVIN. *tom. X. concil. p.* 1943. hoc de ritu ita cautum: *Puerperæ cum a puerperio domum exeuntes ſe ad eccleſiam contulerint, a parocho proprio iuxta probatiſſimam eccleſiæ conſuetudinem purificentur.* In *concil. Camerac. de anno* 1586. *tit.* 7. *c.* 13. apud EVNDEN *tom. IX. concil. p.* 2160. idem conſtitutum, & plenius *forma purificationis* tradita eſt in *ſtatutis ſynodal. Colon. de anno* 1662. *P. II. tit.* 3. apud LVNICH. *in contin. III. ſpicil. eccleſ. p.* 644. his ſub conditionibus: 1) vt puerperæ in publicum prodituræ primum ad *eccleſiam parochialem* ſe conferant: 2) vt ante 15. diem ad purificationem haud admittantur: 3) vt loco defunctæ alia non ſubſtituatur: 4) vt *ſtupratæ* ab hoc ritu arceantur: 5) vt *ſine pompa* ad purificationem accedant: 6) ne diebus feſtis vel dominicis hæc fiat, nec eccleſiaſtici conuiuiis inſtitutis interſint: 7) vt *orationes* purificandæ deſtinatæ cadaueri puerperæ vel eidem infirmæ in priuatis ædibus non adhibeantur. &c. Ritus *purificandi puerperas* antiquos collegit EDMVNDVS MARTENIVS *de antiq. eccl. ritib. lib. I. P.* 2. *p.* 639. & 643. conf. ESPEN. *P.* 2. *iur. eccl. tit* 3. *c.* 5. §. 12. *ſqq.*

Imago tamen quædam purificationis puerperis præſcripta,

cuius ritus referuntur

§. IV. Vmbram quandam huius ritus quædam retinuere eccleſiæ proteſtantes, non purificantes puerperas *more Moſaico*, ſed iis & infanti *benedictionem* nudam impertientes. In *ducatu Magdeb. per ordin. eccl. c.* 3. §. 21. certum tempus puerperis præſtiturum eſt: Obwol die Kind-Betterinnen an das ceremonialiſche Geſetz Moſis nicht gebunden, weil es aber den natürlichen Rechten nicht ungemäß, ſie auch nebſt dem Kindlein groſſe Leibes-Schwachheit und Gefahr ausgeſtanden haben, ſo ſollen ſie die gewöhnliche 6. Wochen-Zeit auswarten und ſich innehalten. Tempore expleto puerperæ pro more *benedictio* impertitur per §. 22. Und wenn dieſelbe vorüber, zur Kirchen kommen, das Kindlein mitbringen, GOtt vor ſolche Wohlthat, Erlöſung, Tauff-Gabe, und Geſundheit von Hertzen dancken, und wo es bräuchlich, vor dem Altar knien, und mit dem Prediger vor das Kindlein beten, auf daß es GOTT ſegnen, im rechten Glauben beſtändig erhalten, mit ſeinem Heiligen Geiſt regieren, vor Sünden und vielem Unglück gnä-

etiam in eccleſiis proteſtantium,

per benedictionem.

gnädiglich bewahren, und zu ſeinen Ehren in aller Gottesfurcht und Ehrbarkeit wolle aufziehen laſſen. In §. 23. omnis pompa prohibetur cum conuiuiis, hoc tantum permiſſo: Daß ſie die Weibes-Perſohnen, ſo ſie begleiten, zur Mahlzeit behalten mögen. In *Marchia* eundem ritum receptum vel aſſeruatum eſſe, teſtis eſt BRVNNEMANN. *lib. II. iur. eccl. c.* 1. *m.* 2. §. *vlt.* nec hunc ritum adeo reprobandum eſſe cenſet. *Eſt enim*, ait, *ſolennis & publica gratiarum actio Deo facta pro vita matris & infantis, & quaſi a matre præſente numine infantis voti in baptiſmo facti repetitio.* Sed etiam in Saxonia & aliis locis, præſertim vero ruri *hac benedictione* vtuntur, cum ruſtici ægre antiquos mores deponere ſoleant.

TITVLVS XLVIII.
DE
ECCLESIIS AEDIFICANDIS VEL REPARANDIS.

§. I.

Templorum exſtructio promota ex opinione pietatis & meriti.

Religionis quoque opus inſigne eſſe cenſetur *templorum ædificatio* iuxta diſciplinam eccleſiæ Romanæ, quod gratiſſimus Deo cultus hac exhibeatur pietate. Opinio hæc laicis per tot ſecula inculcata & commendata, ditiores excitauit, vt infinita templa, oratoria, capellas, arasque exſtruerent, immenſosque ſumtus in hæc opera inſumerent, vt *meriti* alicuius ſingularis participes fierent, quod peccatorum cumulum prorſus abſorberet atque deleret. Hæc *pietas* orationibus publicis laudata, diplomatibus in perpetuam rei memoriam corroborata, & ab his, qui res geſtas conſignarunt, mirum in modum concelebrata, vt fere omne ferant punctum in *actis ſanctorum* & *antiquitatibus eccleſiaſticis*, qui vniuerſum ſuum patrimonium in condendis ornandisque eccleſiis conſumſerunt. Saniorem eccleſiarum proteſtantium ſententiam ex mente B. SPENERI iam ſupra *p.* 669. §. 8. adduxi, vt pro hoc præiudicio eradicando non vlterius laborandum ſit.

§. II.

Digitized by Google

§. II. Duo autem capita primaria sunt, quæ secundum seriem huius tituli excutienda & euoluenda sunt. Primum est *de ecclesiis ædificandis*: alterum *de ecclesiis reficiendis*. In primo capite exornando plurimi desudarunt, sed diuersis studiis. De *templis gentilium* egit GOTHOFREDVS, solidius vero VAN DALE in *tr. de oracul.* vt & in *tr. de orig. & progress. idol. & superstit.* In *origines templorum* plenius inquisiuit PICTETVS *dissert. sur les temples*, diffusius vero HOSPINIANVS circa quas plurima correcta sunt, atque emendata in diss., me præside, habita *de potestate ciuili in templa* a B. CONRADO FRIDERICO REINHARDO, professore quondam huius academiæ extraord. Equidem LINCKIVS *iura templorum* peculiari quoque tractatu congessit, non tamen satis solide digessit, præferendus tamen P. BENEDICTO SCHMIERIO, qui in tr. *de SS. ecclesia in genere* vix vulgaria tangit. Succincte etiam & crudite *antiquitates templorum* emucleauit SCVRTZFLEISCHIVS, plenius vero SPENCERVS *de LL. Hebr. ritual.* Nec prætereundus est ZIEGLERVS *de dote ecclesiæ*, multa circa *templorum iura* intermiscens, cui iungendus PHILIPPI de *subselliis templorum*, vt eos non referam, qui quædam alia *templorum* iura commentariis suis illustrarunt. Auctores hanc materiam illustrantes referuntur.

§. III. Quæ ad *originem & conceptum* templorum faciunt, tradita sunt plenius in *cit. dissert. de pot. ciu. in templa sect.* I. *c.* I. Priscos mortales in *lucis*, maxime vero in *excelsis* & *montibus* rem sacram fecisse, *aras*que ibi exstruxisse, antiquitates memorant, collectæ ab ESCHENBACHIO *de consecrat. gentil. lucis*, SPENCERO *de LL. Hebr. ritual.* KEYSLERO *in antiquit. septentrion. & Celtic. c. IV. §. 7. seqq.* aliisque De origine templorum.

Magna gentilium sollicitudo erat in tali loco eligendo, qui ad sacra facienda idoneus esset, quique numini certo consecraretur, *unctionibus*, *precibus sacrificiis*, aliisque ritibus, ab ESCHENBACHIO *cit. l. §. 9. sqq.* traditis expositisque. Consecratio hæc *numinis* cuiusdam *præsentiam* inducebat, vt supra *tit. XL. §. 6.* iam indicaui. Huc alludit OVIDIVS *lib. III. fastor. vers. 295.* Olim in lucis sacra fiebant.

Lucus Auentino suberat niger ilicis umbra,
Quo posses uiso dicere: numen inest.

Ideo locus *sacer* erat, ab omni violatione adeo immunis, vt durissima quæuis in violatores statuerentur. Ideo a reliquis profanis *locus sacer separandus & secandus*, vt *religione* sua constaret. Ideo denique *templi* appellationem accepit, a τέμενος dicti, quod τέμνειν *secare* & *scindere* significet, vt *templum* sit locus a reliquis *religione* separatus. Non Templi derivatio,

ergo

Digitized by Google

ergo ædes diis exſtructæ gentilibus *templa* tantum dicta fuere, ſed etiam *luci*, *agri*, *nemoraque*, in quibus ſacra faciebant, quippe quæ loca erant *ſeparata* a reliquis, deo cuidam conſecrata, iis adeo propria, vt eadem inhabitare crederentur.

ædibus ſacris tandem applicata.

§. IV. Poſtquam gentilibus quibusdam ad religionem conducere viſum fuit, ædes ampliſſimas circa lucos conſtruere, ſpeciatim *templi* appellatio his ædificiis attributa fuit, eadem tamen de cauſa, qua luci, agri & nemora hanc meruerunt denominationem. Egyptios primos fuiſſe, qui diis ſuis *ſplendidas ædes* exſtruxerint, decantatum eſt, quippe qui primum, ſimplicitate relicta, multa in cultu externo innouarunt, & ſingulari pompa religionem auxerunt. Hos pedetentim aliæ gentes ſecutæ ſunt: ſerius Germani, antiquo mori adhuc tempore TACITI inſiſtentes, colendi Deum in *lucis*, donec tandem ad Romanorum mores ſeſe conformarent. Omnes autem gentes, quibus *templa* fuere, in eo conuenerunt, quod *templum* eſſet *ædificium certo ambitu incluſum, ritu peculiari numini cuidam conſecratum & dedicatum, vt hoc ipſum in poſterum inhabitaret, & ita præſens inuocari, adorari & ſacrificiis precibusque expiari poſſet.* Dedicatio hæc ſolennis, quam ſtricte *conſecrationem* vocant, medium vulgo credebatur, quod Deum induceret, quod ſede deſtinata locaret, vt *tit. XL. §. 6.* ex QVINTILIANO & ARNOBIO obſeruaui. Hoc vero ideo neceſſarium ſ iſſe, iudicat ethnicus apud ARNOBIVM *lib. VI. adu. gentes*, *non tanquam humidos ab iis imbres, ventos, pluuias arcerent aut ſoles, ſed vt eos poſſent coram & cominus contueri, affari de proximo, & cum præſentibus quodammodo venerationum colloquia miſcere. Sub axe enim nudo*, pergit, *& ſub æthereo tegmine inuocati ſi fuerint, nihil audiunt, & niſi de proximo admoueantur his preces, tanquam nihil dicatur, obſtructi atque immobiles ſtabunt.* Conſpirantem ſententiam prodit CAECILIVS apud MINVCIVM FELICEM *p. 67. ſq.* &, *Intende*, inquit, *templis & delubris deorum, quibus Romana ciuitas & protegitur & ornatur: magis ſunt auguſta numinibus INCOLIS, PRAESENTIBVS, INQVILINIS, quam cultu inſignia & muneribus opulenta.* Ex hac *præſentia ſingulari numinis oracula* inducta, & *ſacerdotum*, a Deo præſente, cuius famuli, miniſtri & interpretes erant, inſpiratorum reſponſa, vt ſtatim CAECILIVS addit: *Inde adeo pleni & mixti Deo vates futura præcerpunt, dant cautelam periculis, morbis medelam, ſpem afflictis, opem miſeris, ſolatium calamitatibus, laboribus leuamentum.* Hæc opinio, qua omnes gentiles imbutæ,

Inde definitio templi nata,

& oracula.

Digitized by Google

buti, non potuit non insignem *templis* religionem, *sacerdotibus* vero venerationem & auctoritatem quandam diuinam conciliare, vt cultus diuinus gentium templis carere haud potuerit.

§. V. Longe diuersa ratio fuit sacrorum christianorum, ad puritatem genuinam per Saluatorem reductorum, quæ omni in loco perfici potuere, vel ipso CHRISTO docente *Iob. IV*, 22. 23. 24. Inde nulla templa Deo exstruebant: sufficiebant eorum conuentibus ædes priuatæ, balnea subterranea, horrea, aliaque pro conditione temporum electa loca. Neque vero horum defectum dissimularunt, quin potius contra gentiles aperte docuerunt, se nec *templa* habere, nec iis indigere, id quod religioni puriori a Saluatore restauratæ oppido conueniens erat. *Ecclesias* tamen primæuos christianos exstruxisse, & tantum ab appellatione *templorum* abstinuisse, vt sese a gentibus ipsis rerum vocabulis distinguerent, autumat cum BELLARMINO *lib. III. de cultu SS. c. 4.* ESPENIVS *P. II. iur. eccl. cap. 16. c. 1. §. 3. sqq.* *Licet enim scirent*, ait, *diuinitatem loco non includi, iamque horam venisse, de qua ad mulierem Samaritanam dixerat Saluator, quando veri adoratores adorabunt in spiritu & veritate, nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Nec non apostolus: Volo viros adorare in omni loco leuantes manus puras. ad Tim. II. Sciebant tamen, summam esse vtilitatem imo & necessitatem, vt loca quædam essent specialiter deputata, ad quæ diuina audituri vna & oraturi fideles conuenirent, eo quod huiusmodi loca ad cultum diuinum orationemque specialiter dedicata, etiam speciali titulo præsentes ad pietatem excitent, præsertim dum omnia, quæ in illis locis aguntur, nec non totus eorum ornatus, composita sunt ad imprimendam maiorem de Dei maiestate ideam, & erga res sacras & religionis nostræ mysteria reuerentiam prouocandam; omniaque decentius in locis sic ad vsum sacrorum dedicatis & ornatis nata sunt peragi, quam si quibusuis locis vsibus profanis indifferenter inseruientibus agerentur.*

Res christianorum non desiderarunt talia templa, nec ea habuere primæui christiani.

§. VI. Talem sibi conceptum de *ecclesiis* primitiuis format prælaudatus auctor, vt crederes, in tribus prioribus seculis egregie ornatas & spatiosas fuisse ecclesias, h. e. *ædes sacras, cultui diuino consecratas, & ab omni alio vsu profano separatas more templorum.* Quis vero istatum ecclesiarum fugatarum & fere oppressarum intuendo talia mente concipere, sibique & aliis persuadere possit? Non nego, *ordinis* causa loca certa speciatim hisce cœtibus destinata quandoque fuisse, & quidem, pace id permittente, non raro ad tempus diuturnius; ast (1) ea de causa non

Refutatur Espenius.

Digitized by Google

ſeparabantur neceſſario ab vſibus profanis, nec (2) *conſecrabantur* certo ritu, vt tantum vſibus ſacris, templorum inſtar, inſeruirent; minus (3) externo ſplendore & ornatu decorabantur, quo non indigebat purior eccleſiæ ſtatus & pietas chriſtianorum integra. Hæc non loci ſanctitate prouocanda: non ornatu externo excitanda, nec aliis elementis ſuſtinenda infirmis, ſed ſolidiori innixa erat fundamento, vt citra *loci* reſpectum virtutem ſuam edere poſſet. Quæ vulgo in contrarium adferuntur teſtimonia, examinaui & deſtruxi *diſſ. II. iur. eccl. antiq. ad Plin. II. & Tertull.* quod etiam nuper admodum præſtitit IO. GOTTLOB. NIMPSCH in diſſ. præſide Dn. BVDDEO habita, *de ſanctitate locorum in vet. & nou. teſtam.* §. 24. *ſqq.* quemadmodum etiam ex dictis *tit. XL.* manifeſtum erit, templa ſeu loca ſpiritualiter conſecrata & exornata demum ſeculo IV. nata fuiſſe.

Seculo III. domus eccleſiæ ſimplices memorantur, non templa.

§. VII. Quæ ſeculo III. loca cœtibus eccleſiaſticis deſtinata erant, qualia paſſim referuntur, nec formam *templorum* habuere, nec vlla alia *pompa externa* celebrata ſunt. In iis ſimul epiſcopos habitaſſe, colligo ex EVSEBIO *lib. VII. hiſt. eccl.* 30. referente, quod cum PAVLVS Samoſatenus e *domo eccleſiæ* excedere noluerit poſt depoſitionem, AVRELIANVS præceperit, eam *domum* tradi orthodoxis. Simpliciter locus hic vocatur *domus eccleſiæ* ſeu *vniuerſitatis*. Paulus eam detinebat, vt inhabitator, nec aliter quam auctoritate reipublicæ expelli poterat. Idem *lib. VIII. c.* 1. refert, in ſingulis vrbibus eccleſias exſtructas fuiſſe, imo concurſum hominum tam inſignia accepiſſe incrementa, *vt priſcis ædificiis iam non contenti in ſingulis vrbibus ſpatioſas ab ipſis fundamentis exſtruerent eccleſias.* Ita paulatim externus chriſtianæ religionis apparatus creuit; aſt ſimul decreuit *integritas vitæ & morum ſanctitas*, præcipue in prælatis, vt EVSEBIVS in *eod. cap.* aperte innuit. Ceterum hæ domus non *templa conſecrata*: ſed ſimplici dedicatione deſtinatæ & accommodatæ erant ad conuentus chriſtianorum, quod ratio *boni ordinis* poſcebat, quandoque tamen iuſſu Cæſarum deſtructæ, teſte EVSEBIO *lib. VIII. hiſt. c.* 2. quandoque rurſus reſtauratæ, referente EODEM *lib. VIII. c.* 15. Hoc indicat, eas quidem ad conuentus chriſtianorum fuiſſe ſpeciatim deputatas; ſpeciem tamen *oratoriorum priuatorum* magis habuiſſe, quam vllius *templi*. Conſtanter enim adhuc docebant, corpora noſtra *templum Dei* eſſe, per peccata haud corrumpendum aut violandum, *nec ſe mortua aut examina exſtruere templa*, vt contra *Celſum* loquitur ORIGENES *lib. VIII. p.* 390.

§. VIII.

Digitized by G

§ VIII. Libertate & pace per CONSTANTINVM ecclesiis reddita, mox magnus feruor apparuit in ecclesiis ædificandis, restaurandis, ornandis, consecrandis, prout *tit. XL.* iam probatum dedi, scriptaque EVSEBII, SOCRATIS, SOZOMENI aliorumque abunde loquuntur. Ipse CONSTANTINVS hac in re subditis suo præiuit exemplo, ingentes in templorum exstructione profudit opes, singulisque potestatem dedit, rem christianam templis ædificandis ornandi promouendique. Tunc priuata *oratoria* vel etiam *dominica*, vt vocatæ fuere *domus ecclesiæ*, h. e. vniuersitatis, aliam induerunt formam, & sorti rerum *priuatarum*, subtractæ non tantum *publici* iuris factæ, sed etiam *diuini*, vt *templorum* appellationem, a christianis trium priorum seculorum prorsus reiectam, meruerint, quod argumentum præ cæteris optime expoluere BLONDELLVS *de episc. & presbyt. p.* 254. *sqq.* & ZIEGLER *de dot. eccles. c. II.* Aucta est *templorum* horum conditio ex spoliis fanorum gentilium, vel clausorum vel destructorum, vt horum ruina & interitus insignem copiam nouorum templorum produceret, omniumque animos libido ædes sacras erigendi, quotidie magis magisque incederet. Hanc patres incendebant, alebant, adhortationibus que firmabant, vt singularis *cultui diuini* opus creditum fuerit, *templa ædificare.* Hæc sententia in dies vires cepit, donec tandem in varios tracta abusus, qui per leges tandem coërceri debuerint.

Sub Constantino templa demum exstructa.

Sub Constantino domus ecclesiæ in templa mutatæ.

& liberas ea ædificandi admodum auctæ.

§ IX. Plures causæ fuisse videntur, quæ libertatem hanc exstruendi templa restringerent. Prima fuit *auaritia* nonnullorum *sordida*, quod quidam *quæstus* & *lucri* captandi causa ea ædificarent, vt notat *concil. Bracarense II. de anno* 572. *c.* 6. apud HARDVINVM *tom. III. concil. p.* 387. & GRATIANVM in *c.* 10. *de consecr. D.* I. *Si quis basilicam non pro deuotione fidei, sed pro quæstu cupiditatis ædificat, vt, quicquid ibidem de oblatione populi colligitur, medium cum clericis diuidat, eo quod basilicam in terra sua quæstus causa condiderit (quod in aliquibus locis vique modo dicitur fieri) hoc de cetero obseruari debet, vt nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat, nec basilicam, quæ non pro sanctorum patrocinio, sed magis subtributaria conditione est condita, audeat consecrare.* Supra *tit. de iur. patron.* § 19 *sq.* iam obseruaui, *iuris patronatus* vestigia hoc tempore apparuisse insignia, quibus hoc etiam accessit, quod nonnulli existimarent, se reditus ecclesiarum, maxime in *oblationibus* consistentes, virtute *proprietatis* in ecclesiam, a se in fundo suo exstructam, pro parte vindicare posse; fuisse etiam ædificatores suo

Tandem ob abusus per leges coërcita, 1) quod quidam quæstus causa ea ædificarent.

Digitized by Google

modo ecclesiarum *dominos*, & hoc intuitu *patronos* dictos, dicto loco plenius euictum est. Hac de causa generatim cautum est, vt nemo in fundis suis exstrueret ecclesiam sine *episcopi auctoritate*.

2) vt hæreticorum cœtus ita impediantur.

§. X. Altera quæsita fuit in *abolendis hæreticorum cœtibus*, quibus publica sacra interdicta, & sic quoque exstruendorum templorum facultas penitus præcluſa. Hanc ob causam episcopis hoc delegauit negotium IVSTINIANVS *in nou.* 67. *c.* 1. voluitque, vt sine eius auctoritate templa haud conderentur. *Multi enim*, ait, *simulantes fabricare quasi orationis domos, suis medentur languoribus, non orthodoxarum ecclesiarum ædificatores facti, sed speluncarum illicitarum.*

3) ne absque dote exstruerentur.

Tertia huc redit, quod templa sine *idonea dote* subsistere non possent; plures autem *indiscrete* ea exstruerent, vt tamen deesset, vnde postea pastores eorum ali & sustentari possent. Ne itaque hoc contingeret, & structura talis debito destitueretur fine, *episcopis* rursus inunctum est, vt huic rei prouiderent, ceu liquet ex *c.* 9. *de consecr. D.* 1. Repetita hæc sanctio est in capitularibus regum Francorum *lib. V. cap.* 382. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 905. *Nemo ecclesiam ædificet, antequam ciuitatis episcopus veniat, & ibidem crucem figat publice. Et ante præsiniat, qui ædificare vult, quid ad luminaria & ad custodiam & ad stipendia custodum sufficiat. Et facta donatione sic domum ædificet.* Desumta hæc sunt ex *nou.* 76. *c.* 2. vbi IVSTINIANVS idem sanciendum esse censuit, *ne*, quod in *præfat. nou.* Imperator addit, *in nudis ædificiis constituta ecclesiæ aut destruantur aut omnino sacro ministerio priuentur.* Post hæc tempora plura de *necessitate dotis* constituendæ sunt in legibus *ecclesiasticis* cauta, & variis accessibus aucta, a ZIEGLERO de *dote eccles. c. IV. sqq.* speciali commentario illustrata.

4) quod folius gloriæ causa plures ea ædificarent, præter necessitatem.

§. XI. *Quarta* erat, quod plures *captandæ gloriolæ* causa hoc aggrederentur opus, & præter *necessitatem* ecclesias exstruerent superfluas, postea propter abundantiam destruendas, quam vt præcauerent principes, episcoporum auctoritatem in hac structura desiderarunt. Non dissimulat hoc plurimorum propositum IVSTINIANVS in *nou.* 67. *c.* 2. in verbis: *nomen forte desiderans, quo & ipse fabricator ecclesiæ vocetur*, & huius farinæ hominibus consilium suggerit, vt potius ecclesias ruinam minantes reædificent reparentque, & hoc modo nominis sui memoriam posteritati commendent.

5) accessit superstitio.

§. XII. Huic addenda foret *quinta* ratio, quod *superstitio* pleraque sumtuosissima pepererit templa, quæ æque amputanda est ac *cupiditas gloriæ*. Nonnulli patres quidem hoc cacoëthes agnouerunt, vt pro-

Digitized by Google

probat HOSPINIANVS *de orig. templ. lib. I. c. 6.* Sed fere timidius, quam par erat, egerunt, quia structura templorum ex *publica doctrina* ad *pia opera*, imo ad *cultum* DEO magnopere gratum relata erat, vnde quoque factum est, vt præter necessitatem tot superflua templa, oratoria & capellæ quæuis occupauerint loca; quæ *superstitio* adhuc hodie suos habet patronos, vt ex doctrina BELLARMINI, ab HOSPINIANO *cit. l.* sub examen reuocata, manifestum est.

§. XIII. Denique, quod *sextam* arguit causam, ex templorum abundantia eorumque ritibus *æmulationes* & *iurgia* nata, ex his vero contradictiones nonnunquam his factæ, qui nouas erigere ecclesias cupierunt. Vicini enim meticulosi fuere, ne hæ suis officerent luminibus, & quæstum, quem soli illarum cleri captabant, interuerterent. Has turbas demum vt auerterent principes, constituerunt, ne sine *episcopi permissu* structura templorum susciperetur. Id diserte cautum in *capitul.* 3. CAROLI M. *de anno* 804 apud BALVZ. *tom. I. capitul.* 416. *Quicunque voluerit in sua proprietate ecclesiam ædificare, vna cum consensu & voluntate episcopi, in cuius parochia fuerit, licentiam habeat. Verumtamen omnino prouidendum est, vt aliæ ecclesiæ antiquiores propter hanc occasionem nullatenus suam iustitiam aut decimam non perdant, sed semper ad antiquiores ecclesias persoluantur.*

6) vt femina æmulationum tollerentur.

§. XIV. Primum ergo in erigendis templis requisitum est *auctoritas publica*, siue *immediate* siue *mediate* per *episcopos* interponenda, vt olim ex *delegatione imperatorum.* Id euincunt *leges*: id *capitularia* docent, in quibus hæc prouincia ab imperatoribus & regibus demandata est *episcopis*, adeo vt in huius iuris auctoritatisque exercitio non *suum*, sed *reipubl.* gesserint negotium. Interest enim omnino reipublicæ, ne sine delectu passim *templa* exstruantur, sed prouide & cum consilio hac in re agatur, id quod aliter impetrari non potuit, quam *publicæ auctoritatis* interuentu. Accedit, quod templorum consequens sit *publicum religionis exercitium*, vtpote in hunc finem vnice erectorum, quod tamen sine *auctoritate publica* adornari non potest, & priuato suscipi ausu. Quocirca quando cæsares & reges templa exstruxerunt, id suo egerunt iure, nullo *episcoporum* concurrente *adsensu*, aut *papali auctoritate*, vtpote qui olim in eo impertiendo principis vices explicabant. Quis ignorat, CAROLVM M. in Saxonia plures fundasse episcopatus, Osnabrugensem, Halberstadiensem, Paderbornensem, Mindensem, Verdensem, Bremensem, & Hildesiensem, pluresque

Inde auctoritas publica desiderata episcopis delegata.

Digitized by Google

Imperatores olim ſua auctoritate templa condebant

addidiſſe ſucceſſores eius, vt fundationum diplomata loquuntur. Ipſi autem epiſcopatus ſine *eccleſiis cathedralibus* concipi non poſſunt, quas imperatores itidem *ſua auctoritate* condiderunt, & dote optima inſtruxerunt. Fuere hæ eccleſiæ in *mundiburdio* & iure regio, ita vt *ſuo iure* illis epiſcopos præfecerint, ceu antiqua praxis *inueſtiendi epiſcopos per annulum & baculum* teſtatur, quo iure tandem exciderunt, poſtquam HENRICVS V. inueſtituras has in manus pontificis dimittere coactus eſt.

& ſuo modo etiam proceres imperii,

Eodem iure nonnullos duces olim vſos fuiſſe docet HERTIVS *de ſuperior. territ.* §. II. *in not.* nec dubium eſt, quin proceres imperii, maxime exſtincta proſapia Carolingica, parem in *exſtruendis eccleſiis minoribus* exercuerint auctoritatem, adeo vt ſubditi eorum, fundantes nouas eccleſias, *conſenſum* eorum impetrare fuerint coacti, vt in *cit. diſſ. de poteſt. ciuili in templa c. II. ſect.* 4. §. 13. & 14. duobus diplomatibus illuſtratum & plenius confirmatum eſt, ab auctoris huius diſſ. B. fratre REINHARDO *de iure prine. German. ante temp. reform exercit. c. II.* §. 9. & 10.

etiam alicubi adhuc hodie inter catholicos.

Ne quidem hodie, poſtquam epiſcopi, fundationes eccleſiarum *ſuo* tantum *iure* priuatiue faciendas eſſe, conſtituerunt, principibusque vt *laicis* omne ius ſacrorum in dubium vocarunt, vbique *auctoritas ſuprema* regum principumque in condendis eccleſiis prorſus abolita eſt, ſed alicubi adhuc deſideratur, vt de praxi Belgica teſtatur ESPEN. *P. 2. iur. eccleſ. tit.* 16. *c* 2 §. 20.

Proteſtantes principes poſt reformationem rectæ auctoritatem ſuam deſiderandam eſſe cenſuere. Inde de templorum iure lites publicæ.

§. XV. Poſt *reformationem* principis ſtatusque A. C. addicti *auctoritatem* ſuam, dudum artibus aulæ Romanæ labefactatam & impeditam, reſuſcitare & primæuo ſuo robori reſtituere cœperunt. Inde iura circa *exſtructionem templorum* pari modo, vt olim cæſares, imo alii Germaniæ proceres, ſibi vindicarunt, idque *iuri territoriali* cohærere arbitrati ſunt. Prorupit mox decantatum illud: *cuius eſt regio, eius eſt religio*, quod tamen peruerſo acceptum ſenſu fluctus inſignes inter catholicos & A. C. addictos mouit, illisque inprimis anſam dedit, vt eo contra A. confeſſioni addictos vterentur, & liberum arbitrium *religionis* & *templorum* ſibi vindicarent. Nec huic malo tutam attulit medelam *pax religioſa*, variis occaſionibus infracta; quin nouæ ſemper emerſerunt controuerſiæ, tot mille hominum ſtrage demum ſedatæ, & pace Osnabrugenſi ſopitæ. Rem notiſſimam vel binis tangere licuit verbis, vt iam tranſitum facere poſſim ad iura *imperii noſtri* peculiaria, circa *exſtruenda* & *exſtructa* eccleſias obſeruanda, ex diſpoſitione *inſtrumenti pacis*. Cum enim *auctoritas* hæc *publica* templis *exſtruendis* impertienda, imo

Digitized by Google

imo & libera de templis iam *exſtructis* diſpoſitio in apertum traheretur abuſum, adeo vt maiora adhuc mala ex diſſidio religionum metuenda eſſent (quæ pace facta ne quidem quieuere) non aliud remedium pacem imperii publicam reducendi & reductam conſeruandi fuit, quam vt *iuri ſacrorum*, tam *principum territorii* quam *præſulum eccleſiaſticorum* intuitu, limites ponerentur, terminique poſiti, ne eos excedere poſſent, munirentur. Plurium enim annorum experientia comprobatum erat, præſules eccleſiæ Romanæ, qui *arbitrium omnium templorum* vſurpabant, faſtidioſe admodum & ægre tuliſſe, quod A. C. addicti tot eccleſias ſuæ poteſtati ſubtraxiſſent, inde vna omnium vox erat, hæreticis templa eſſe eripienda, eos funditus delendos, vel ad priſtinum reuocandos iugum. E contrario poſtquam inter tot de religione diſſidia his ſtatus controuerſiæ motus, & *ius reformandi ſacra* iuri territoriali adſcriptum, nouæ emerſerunt ex eius nimio abuſu calamitates, clero potentiores principes ad varia facinora inſtigante.

& iuri ſacrorum limites poſiti.

§. XVI. Id ergo pacificatores in *pace Osnabrugenſi* ante omnia agendum eſſe cenſuere, vt, quo iure Germania in poſterum in *reformatione ſacrorum*, & in primis in *auctoritate publica* circa *templa exſtructa* vel *exſtruenda* vti deberet, accurate determinaretur. Non ſine labore plusquam Herculeo id tandem effectum, & ad exoptatum perductum finem, vt omnis contentionum publicarum materia amputata videretur. Verum non diu quieuere inſidiæ inſtrumento pacis artibus clandeſtinis quæſitæ: nouæ proruperunt lites de eius ſenſu: varii colores ad mentem eius eludendam excogitari, vt re vera hodie pomum Eridos factum fuiſſe videatur. Pleraque, quæ circa eccleſias *exſtruendas* vel *exſtructas* dubia mota ſunt, recenſui *tit. XXXVI. & XXXVII.* quoniam quæ circa *monaſteria capellas*que obueniunt controuerſiæ, huc quoque ſpectant, vt eas duntaxat hic indicare ſufficere queat. Prima eſt, de iure principum circa *templa aulica*, de quo mentem meam aperui *tit. XXXVII.* §. 65. *ſqq.* Altera eſt de *exſtruendi nouas eccleſias* facultate in *ciuitatibus imperii mixtis*, in quo caſu ea recurrunt dubia, quæ *tit. XXXV.* §. 28. *ſqq.* adlata ſunt. Tertia eſt de *iure ſubditorum prohibendi* exſtructionem templorum nouorum diuerſæ religionis contra *ſtatum anni* 1624. tum ſi ab *epiſcopis* tum ſi a *domino laico catholico territorii* eius, in quo *anno* 1624. exercitium religionis publicum catholicorum defuit, ſuſcipiatur, quæ quæſtio grauiſſimis inuoluta eſt difficultatibus, *cit. l.* §. 11. *ſeqq.* detectis.

Inde I. P. determinari debuit quousque auctoritas publica circa templa ſe extendere deberet.

quamuis mox nouæ lites ortæ,

quarum primariæ referuntur.

§. XVII.

Digitized by Google

Inter quas simultaneum præcipue nominandum,

§. XVII. Quarta controuerſia, quæ adhuc hodie agitatur, concernit *ſimultaneum templorum vſum*, quem iis in locis, in quibus catholicæ religioni addicti prædominari ſtudent, euangelicis obtrudere, eosque contra ſtatum anni 1624. turbare nituntur. Reliquæ controuerſiæ adhuc in vtramque partem prægnantes dubitandi habent rationes; hæc vero tam euidenter contra inſtrumentis pacis *verba* & *mentem* ſuſcepta eſt, vt ne quidem iuſtus aliquis color ei affingi queat. Cautum eſt (I) in *I. P. art.* 31. *ſeqq.* quod, non obſtante *iure reformandi*, ſtatuum catholicorum landſaſſi, vaſalli & ſubditi cuiuscunque generis, qui ſiue publicum ſiue priuatum A. C. exercitium anno 1624. quacunque anni parte, ſiue certo pacto aut priuilegio, ſiue longo vſu ſiue ſola denique obſeruantia dicti anni habuerunt, retinere illud debeant in poſterum vna cum annexis, QVATENVS illa dicto anno exercuerunt. Si ergo *ſolitarie & priuatiue* eo tempore in templis ſuis exercitium religionis ſuæ habuerunt, illud quoque *eodem modo* in poſterum retinere debent, quia ſi catholicos ad coexercitium religionis ſuæ admittere coguntur, ſuæ religionis exercitium non retinent, QVATENVS id eo tempore habuere. (II) Specialim de *templis cit. l.* ita prouiſum eſt: *nec minus maneant in poſſeſſione omnium dicto tempore in poteſtate eorundem conſtitutorum templorum &c.* Quis autem exiſtimaret, A. C. addictos in *poſſeſſione templorum* manere, ſi *compoſſeſſorem*, eumque *inquietum*, *dominantem*, *turbantem*, contra voluntatem eam admittere tenentur, qui dicto anno in poſſeſſione non fuit? *Turbare* talis magis dicitur poſſeſſorem, non *compoſſidere*. Iam vero (III) *cit. l. in f.* expreſſe adiectum: *nec quisquam a quocunque* [illegible] nec a domino territorii nec ab epiſcopis) *vlla ratione aut via* (ergo nec per introductionem *ſimultanei*) *turbetur*. *Turbati autem*, vt §. 32. adiungitur, *aut quocunque modo deſtituti ſine vlla exceptione in eum, quo anno* 1624. *fuerunt, ſtatum plenarie reſtituantur*. Si ergo *idem ſtatus*, qui anno 1624. fuit, in poſterum ſemper ſeruandus eſt, *ſimultanei* obtruſio, quod *ſtatum* illius anni admodum mutat, tollit, deprauat, ſalua pace Osnabrugenſi fieri nequit. Vrgent *patroni ſimultanei* huius, manere ſubditos nihilo minus in poſſeſſione templorum, ſi vel maxime ſocios diuerſæ religionis ſuſcipere teneantur. Sed non manent in *ſolitaria*, non in *quieta*, non in *ea poſſeſſione*, quam inſtrumentum pacis iis indulſit. Hoc colore quilibet *compoſſeſſionem* in re alterius ſibi aſſerere, & vrgere poſſet, alterum manere in *poſſeſſione*, nec ſe illum, quod *compoſſidere* intendat, turbare. Recte vero obſeruant interpretes iuris, *turbationem poſſeſſionis* fieri per quamcun-

quod reprobatur.

cunque moleſtiam & impedimentum, vel ſi quid fiat, per quod libera poſſeſſio aduerſarii non relinquatur, vt absque contradictione ſuo iure vti non poſſit, quin qui talia audet, *vim facere* dicitur in *L.* 11. *de vi & vi arm.* Conf. POSTIVS *de manut. obſ.* 41. *n.* 4. *ſqq.* Talis communio non poteſt eſſe absque ingenti *moleſtia*, *incommodis* infinitis, & *impedimentis* adeo non ſuperandis, vt tandem legitimi poſſeſſores templa deſerere cogantur, id quod etiam per *introductionem ſimultanei* re vera intenditur.

§. XVIII. Publicis ſcriptis contra *ſimultaneum* quod tum *vſum templorum communem*, tum ipſum *religionis exercitium* concernit, pugnatum eſſe, acta imperii docent, cui etiam quæſtiones reliquæ, antea tactæ, adiunguntur. Inprimis argumenta proteſtantium ſollicite collegit & illuſtrauit AVCTOR *examin. vindic. Rittmeier. p.* 114 *ſeqq.* Succinctius mentem proteſtantium ſententiamque ad ductum l. P. aperuit AVCTOR ſcripti, cuius titulus: **Ungrund des ſogenannten** *Simultanei*, quod hic integrum referre lubet, vt vna ſerie, quæ controuerſiæ circa *templa* inter catholicos & A. C. addictos in præſenti motæ ſint, inde liqueat. Sententia proteſtantium in his controuerſiis ex ſcripto publicato refertur.

Ungrund
Des ſo genannten
SIMVLTANEI,
Oder
Daß die mit- und neben-Einführung der Catholiſchen oder Evangeliſchen Religion, wo ſie reſpective Anno 1618. und 1624. nicht, oder anders und weiters, als ſie ſolcher Zeit geweſen, wider das Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ ſeye.

I.

MAn hat Römiſch-Catholiſcher Seits vor und nach dem Religions-Frieden das Ius reformandi auf die Landesherrliche

Digitized by Google

liche Bothmäßigkeit nicht wollen eingeſtehen, ſondern man hat es der Biſchöfflichen Gewalt zugeſchrieben.

BELLARMIN. *Tom. I. Controuerſ. general. Lib.* 3. *de Laicis cap.* 17. & 18.

LINDENSPVR. *in Analyſ. Pac. Relig. fol.* 516. & 600. & *ſqq.*

Compoſ. Pacis Dillingenſ. queſt. 31. 34. 37. und 40.

BVRCHARD. *in Autonom. Part.* 3. *cap.* 7.

2. Nach dem Weſtphäliſchen Frieden aber hat man principia contraria angenommen, und aus demſelben Inſtr. Pacis art. 5. §. quantum deinde &c. 30. regulam, aus dem nechſtfolgenden §. aber exceptionem a regula machen wollen.

3. Der gedachte §. quantum deinde &c. befeſtiget nun zwar das ſonſt denen Reichs-Ständen geſtrittene ius reformandi in folgenden ausdrücklichen Worten: Cum eiusmodi ſtatibus immediatis cum iure territorii & ſuperioritatis ex communi per totum imperium hactenus vſitata praxi [redacted]m ius reformandi exercitium religionis competat, - - - conuentum eſt, hoc idem porro quoque ab vtriusque religionis ſtatibus obſeruari, nullique ſtatui immediato ius, quod ipſi ratione territorii & ſuperioritatis in negotio religionis competit, impediri oportere.

4. Worauf der folgende §. obſeruantiam anni 24. feſt ſtellet, und ſo lautet: Hoc tamen non obſtante Statuum Catholicorum Landſaſſi, Vaſalli cuiuscunque generis, qui ſiue publicum ſiue priuatum Auguſtanæ Confeſſionis exercitium anno 1624 quacunque anni parte ſiue certo pacto aut priuilegio, ſiue longo vſu, ſiue ſola denique obſeruantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam in poſterum vna cum annexis, quatenus dicto anno exercuerunt aut exercita fuiſſe probare poterunt.

5. Bemeldte beyde §§. aber können nicht unter den geringſten Schein dahin gedeutet werden, daß nach dem erſt erwehnten 30ten ius reformandi regula, nach dem andern oder 31ten aber das exercitium religionis exceptio a regula ſeye, als welches eine Rede iſt, davon ſich im gantzen Inſtr. Pacis nichts findet, und deren Verſtand der geſunden Vernunfft und der Natur aller Rechte zuwider iſt.

6. Dann man will dadurch ſo viel ſagen, daß ein Landes-Herr befugt ſeye in Religions-Sachen anzuordnen und abzuſchaffen, was ihm beliebt, ohne daß er an eine gewiſſe Regul in dem Gebrauch ſolches Rechts gebunden ſeye.

7. Wann

Digitized by Google

7. Wann diejenige, ſo dieſes paradoxum: **Das** Ius Reformandi iſt Regula: aufgebracht und gebrauchen, nicht dieſes dadurch meyneten, ſondern zugeſtünden, daß das ius reformandi ſelbſt ad certam normam regulirt oder exercirt werden müſte: ſo nützte es ihnen nichts, ſondern wir wären mit einander eins.

8. Was es aber für ein enormes Vorgeben ſeye, daß ein Landes-Herr in Religions-Sachen alles thun könne, was er wolle, ohne daß er ſich nach einer gewiſſen Regul zu richten habe, das kan ein jeglicher Menſch, der geſunde Sinnen und noch einige Furcht GOTTes hat, mit Händen greiffen.

9. Dann es iſt wider die Natur aller beſondern Rechte, die der Menſch haben kan, daß er in deren Gebrauch an keine Regul gebunden ſeye.

10. Sintemahlen ein iegliches Recht eine gewiſſe Befugniß iſt, etwas zu thun oder zu laſſen; und muß alſo nothwendig dieſes Thun oder nicht Thun, ſeine gewiſſe Beſtimmung haben, was zu thun oder nicht zu thun ſeye.

11. Die gewiſſe Beſtimmung, was zu thun oder nicht zu thun erlaubet ſeye, iſt die **Regul**, an die der Menſch im Gebrauch ſeines Rechts gebunden.

12. Und dieſes wird kein Chriſten-Menſch in Abrede ſeyn, der da glaubet, daß alles von GOtt, als dem oberſten HErrn, regieret wird, und daß demſelben auch die hohe Obrigkeiten von ihrem Thun und Laſſen Rechenſchafft geben müſſen.

13. Was würden auch für ungeheure Folgen ſich ergeben, wann das gelten ſolte, daß, wer dieſes oder jenes Recht hat, der darff es ohne Regul gebrauchen, nach ſeinem bloſſen Belieben? So würde zum Exempel folgen: Die hohe Landes-Obrigkeit hat das ius gladii. Ergo ſo kan ſie hängen, köpffen, rädern, brennen ꝛc. laſſen, wen ſie will, ohne zu fragen: Ob er es verdienet hat, oder nicht.

14. Es iſt demnach eine unläugbare Wahrheit, daß, wie alle iura, alſo auch das ius reformandi, nach einer gewiſſen Regul gebraucht werden müſſe.

15. Dieſes werden Catholici allemahl ſelber behaupten, ſo offt unter dem Vorwand des iuris reformandi ihren Glaubens-Genoſſen einige Bedruckung mögte zugefüget werden wollen. Dahero ſie auch von der Billigkeit ſeyn werden, daß ſie daſſelbe auch wider ſich gelten laſſen.

16. Die Regul aber, wornach die hohe Landes-Obrigkeit sich in dem Gebrauch ihrer hohen iurium, und ins besondere des iuris reformandi, zu richten verbunden ist, ist überhaupt **Recht und Billigkeit**, besonders aber vor Christen, das geschriebene Wort GOttes und der Apostel Lehr.

17. Diese Grund-Säulen wären an sich selbst zureichend und klar genug, wenn nicht interessirte und passionirte Leute offt durch falsche Vorstellung grosser Herren gerechte Seelen verführeten, und ihnen alles recht und billig, auch der Christlichen Lehr gemäß, vormachten, was an sich selbst so nicht ist; oder wann nicht auch die Unterthanen durch ihre passionen verblendet, als unrecht ansähen, was in der That der Gerechtund Billigkeit, auch GOttes Wort, gantz gemäß ist.

18. Aus solchen Ursachen können nun leicht allerhand Klagen gegen einander und endlich öffentliche Unruhen entstehen, denen vorzubauen oder abzuhelffen kein ander Mittel ist, als die erste gar zu generale und leicht unrecht zu deutende Regul durch pacta publica genauer und deutlicher zu determiniren, und auf gewisse Fälle zu appliciren.

19. Welche demnach heiliglich gehalten werden müssen, wann man nicht vinculum societatis humanæ aufheben, und einen beständigen statum belli omnium contra omnes einführen und sagen will, daß GOtt, der ein GOtt der Wahrheit und Treue ist, Lügen und Treulosigkeit gut heissen könne und werde.

20. Wie dieses nun in der Vernunfft gegründet, so hat es auch die Erfahrung in Teutschland bestärcket; denn nachdem die Stände grossen Theils die Mißbräuche des Römischen cleri nicht länger dulden wollen, und der Lehre des Evangelii Gehör gegeben, mithin ihres iuris reformandi sich zu gebrauchen angefangen, auch die Evangelische Lehre weit und breit um sich gerissen, auch in der Catholischen Stände Landen von vielen angenommen worden: So entstunden daher viel und grosse Beschwerden der Stände gegen einander, da immer ein Theil dem andern Schuld gab, daß er das ius reformandi zu weit extendire, und zu des andern Theils Unterdruckung mißbrauche. Insonderheit wolten die Catholischen nicht geschehen lassen, daß die Evangelischen so viele Kirchen-Güter eingezogen und sich zueigneten. Darüber kam es endlich zu dem bekannten 30. Jährigen Krieg.

21. Gleichwie nun alle dieses Unheil aus dieser einigen Quelle entsprungen, daß das ius reformandi keine gewisse deutliche Regul vorgeschrieben hatte, wornach es hätte exercirt werden sollen; und daher ein

Digitized by Google

ein ieder es so weit extendiret gehabt, als er immer gekont, in Meynung, daß in solchem allen das Recht auf seiner Seite sey.

22. Also war auch diesem blutigen Krieg kein Ende zu finden, es muste dann die Ursach desselben gehoben, und eine unstreitige unveränderliche und in die Augen fallende Regul oder norm verglichen werden, nach welcher sich hinkünfftig in Religions- und Kirchen-Sachen alles richten, und das ius sacrorum & reformandi hinführo gebraucht werden solte.

23. Man findet keine bessere und allen Mißdeutungen weniger unterworffene normam, als das blosse factum possessionis, vsus, observantiæ & exercitii gewisser zu vergleichender Zeiten, nach welcher alles im Reich hergestellet und beständig erhalten werden solte. Friedens-Executt. Rec. §. so dann 3.

24. Dieweilen aber der Interessenten, welche restituiret zu seyn verlangten, mancherley waren, so fiel es schwer, solche Zeiten (die man terminos a quo nannte) auszufinden, deren status oder obseruantz (das ist, eo tempore habita possessio) allen anständig wäre. Ibid. & I. P. W. art. 5. §. 2. d. art. V. §. 25.

25. Endlich wurden alle restituendi in 2 Haupt-Classen getheilt, eine derjenigen, so ex capite amnestiæ, die andere derer, die ex capite grauaminum restituiret zu werden begehrten. Art. 3. & 5. exec. rec. §. 3. arct. mod. exequendi.

26. Denen ersten ward pro termino a quo gesetzt der status, aus welchem sie occasione der entstandenen Unruhe gesetzet waren. Art. III. §. 1. Art. IV. §. 1. §. 6. 26. 28. arct. mod. exequendi.

27. Dieser status wird ausdrücklich genannt *regula generalis*; und die Zeit wird noch deutlicher determiniret, nemlich *ante motus Bohemicos*, gantz genau aber mit Namen das Jahr 1618. in welchem auch bekantlich die Böhmische Unruhe angegangen, und nach welchem notorie alle restitutiones ex capite amnestiæ geschehen, oder daß sie noch darnach geschehen mögten, jederzeit begehret worden. art. IV. §. 50.

28. Was für nichtige Einreden gegen diesen annum regulativum seit einigen Jahren her gemachet, und wie solche zur Gnüge widerleget worden, ist aus offenen Schrifften, insonderheit aus denen Baron Boczlarischen Vorstellungen in der gedruckten und so rubricirten Chur-Pfältzischen Religions-negotiation &c. &c. zur Gnüge bekannt, und will man mir hier geliebter Kürtze und Deutlichkeit halber von denen restituendis ex capite grauaminum handeln.

29. Für diese nun ist die possessio & obseruantia anni 1624. pro *regula* gesetzet worden, doch mit einigem Unterscheid. Art. V. per tot. arct. mod. exequendi.

30. Denn es entstunden dabey 2. Haupt-Fragen: 1) In Ansehung der **Reichs-Stände** unter sich und **gegen einander**, was ein

Digitized by Google

jeder haben und behalten solte, insonderheit von denen im Besitz gehabten geistlichen Gütern, und was es vor eine Bewandniß mit der Religion in solchen haben solte?

2) Wie die Stände ihr ius sacrorum & reformandi gegen ihre Land-Sassen und deren Unterthanen hinkünftig gebrauchen solten?

Art. V. §. 2. • 14. 15. 25. 26.

31. Für jene, nemlich die Stände unter sich und gegen einander, sonderlich ratione der im Besitz gehabten geistlichen Güter, ist der terminus a quo regulatuus der erste Jan. 1624.

Und war es allerdings nöthig, dieser Güter halber einen gantz eigentlichen terminum zu bestimmen, weilen sonst unendliche lites daher entstanden, und solche offt gar nicht zu entscheiden gewesen seyn würden, indem sich leicht zutragen können, auch sonder Zweiffel zugetragen hat, daß die possessores solcher Güter in demselben Jahr etliche mahl verändert worden.

Art. V. §. 2.

32. Hiervon also giebt das Instrumentum Pacis erst folgende general-Regul: Terminus a quo restitutionis in ecclesiasticis, & quæ intuitu eorum in politicis mutata sunt, sit *dies prima Ianuarii* anni 1624, reductione ad statum dicti anni dieique in omnibus facta.

§. bona ecclesiastica 14.

33. Und wie die occupirte geistliche Güter theils unmittelbahr, theils mittelbahr dem Reich unterworffen; also ist auch obige Regul auf beyderley besonders appliciret, und von den erstern folgends verordnet worden: Bona ecclesiastica immediata quod attinet - - - - ea seu catholici seu A. C. status *die prima Ianuarii* 1624. possiderint, omnia & singula, nullo plane excepto, eius religionis consortes, qui dicto tempore in *reali* eorum possessione fuerunt, vsque dum de religionis dissidiis per Dei gratiam conuentum fuerit „tranquille & *imperturbate* possideant, neutrique parti liceat alteri, seu in iudicio, seu extra, negotium facessere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre. Si ergo status seu catholici seu Aug. Conf. addicti archi-episcopatibus, episcopatibus, beneficiis aut præbendis suis immediatis a die prima Ianuarii 1624. iudicialiter aut extraiudicialiter exciderint, aut quocunque modo turbati fuerint, vigore harum illico tam in ecclesiasticis quam in politicis *omnibus nouationibus abolitis* restituantur.

§. si igitur 15.

§. in omnibus 16.

34. Von allen diesen geistlichen unmittelbahren Gütern wird ferner verordnet, daß ihre iura eligendi & postulandi illibata bleiben sollen, aber nur in so weit sie dem Westphälischen Friedens-Schluß gemäß seynd, und in denen Oertern, welche denen Augspurgischen Confessi-

Digitized by Google

feſſions-Verwandten verbleiben, nichts enthalten, ſo derſelbigen confeſſion zuwider wäre: in epiſcopatibus & eccleſiis mixtis aber nichts von neuen eingemiſcht werden ſollen, quod catholicorum vel A. C. addictorum *conſcientiam & cauſam* pro cuiusque parte lædere, eorumue ius imminuere poſſit.

35. Von welchen locis mixtis noch ratione exercitii religionis ins beſondere diſponiret iſt: Exercitium vero religionis in mixtis epiſcopatibus ita reſtituatur & *permaneat*, vbi & quatenus id anno 1624. palam receptum permiſſumque fuit, neque ſupra dictis omnibus vel eligendo vel præſentando *aliterue quicquam* detrimenti creetur. §. quod capitulares 23.

36. Ja es ſollen auch die Capitularen **in eben der Anzahl** von beeden Religionen allezeit bleiben, wie ſie am erſten Ian. 1624. geweſen. So genau iſt der ſtatus des beſagten Jahres und Tages ſo gleich in §. 2. dieſes articuls pro regula geſetzet, und in den folgenden paragraphis determinirt worden. ibid. & §. in quorum 20.

37. Eben dieſes iſt auch geſchehen in Anſehung der **mittelbahren** geiſtlichen Güter; und erſtlich von denen, ſo die A. C. verwandte Stände im Beſitz gehabt, mit folgenden Worten: Quæcunque monaſteria - - - aliaue bona eccleſiaſtica mediata, vt & eoum reditus iuraque, quocunque nomine ea appellata fuerint, A. C. Electores, Principes, & ſtatus anno 1624. die prima Ian. poſſederunt, ea omnia & ſingula, ſiue retenta ſemper, ſiue reſtituta, ſiue vigore huius transactionis reſtituenda, iidem poſſideant, donec controuerſiæ religionis amicabili partium compoſitione vniuerſali definiantur - - vnicum ſolumque huius transactionis, reſtitutionis, *obſeruantiæque*, *futuræ*, NB. *fundamentum* ſit die prima Ianuarii anno 1624. *habita poſſeſſio*. - - - Vbi igitur ſupra dictorum omnium bonorum eorundemque pertinentium fructuumue A. C. ſtatibus aliquid quouis modo aut prætextu ſiue iudicialiter ſiue extraiudicialiter a dicto tempore interuerſum aut ademptum eſt, omnino *abſque mora* & indiſtincte - - cum ſuis pertinentiis, reditibus & acceſſionibus, vbicunque ſitis, vna cum amotis documentis in priorem ſtatum reſtituantur. §. quæcunque monaſteria.

38. Von denen aber, ſo die Catholiſche Stände im Beſitz gehabt, redet das Inſtrumentum pacis alſo: Omnia quoque monaſteria, fundationes & ſodalitia mediata, quæ die prima Ian. 1624. catholici realiter poſſederunt, poſſideant & ipſi ſimiliter, vtut in A. C. ſtatuum territoriis & ditionibus ea ſita ſint - - in quibuscunque vero fundationibus, eccleſiis collegiatis, monaſteriis, hoſpitalibus eiusmodi mediatis, §. Omnia quoque monaſteria 26.

catho-

Digitized by Google

catholici & A. C. addicti promiſcue vixerunt, viuant etiam poſt hæc promiſcue *numero prorſus eodem*, qui die prima Ianuarii 1624. ibid. repertus fuit, publicum etiam religionis exercitium *idem* maneat, quod *quouis in loco* dicto anno dieque *vſitatum fuit*, absque vnius vel alterius partis impedimento. - - Quod ſi quoque A. C. addicti in eiusmodi bonis eccleſiaſticis mediatis dicto anno dieque a catholicis realiter plene vel ex parte poſſeſſis iura præſentandi, viſitandi, inſpectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturæ, hoſpitationis, ſeruitiorum, operarum habuerunt; item parochos, præpoſitos ibi aluerunt, iura iſta illis ſarta tectaque maneant.

39. Nachdem nun ſolchergeſtalt das ius ſacrorum & reformandi, und ſonderlich die poſſeſſio bonorum eccleſiaſticorum unter den Reichs-Ständen gegen einander reguliret geweſen, iſt ihnen auch in Anſehung Ihrer übrigen Land-Saſſen und Ihrer Unterthanen Ziel und Maaß geſetzt, und eine gewiſſe norm vorgeſchrieben worden.

40. Und zwar anfänglich §. quantum deinde 30. beſtätiget: 1) Daß die Stände cum iure ſuperioritatis auch das ius reformandi, die Unterthanen anderer Religion aber 2) das beneficium emigrandi haben (welches hernach §. placuit porro 34. & § quod ſi vero 36. auch eigentlich regulirt wird.) 3) Daß kein Stand des andern Unterthanen zu ſeiner Religion oder ſonſt an ſich ziehen, und 4) daß kein Stand an ſeinem Recht in geiſtlichen Sachen gehindert werden ſolle.

§. Hoc tamen non obſtante 31.

41. Darauf folget dann unmittelbahr die norm, nach welcher ſie die ihr ius ſacrorum & reformandi gegen ihre Land-Saſſen und Unterthanen gebrauchen ſollen, nemlich das exercitium, wie ſie ſolches anno 1624. *quacunque anni parte* gehabt haben, und alſo iſt zum fauor der Land-Saſſen ein etwas laxior terminus regulatiuus von denen compaciſcenten beliebet worden. Die Worte lauten im oballegirten §. alſo: Hoc tamen non obſtante, ſtatuum *catholicorum* landſaſſi, vaſalli, & ſubditi, cuiuscunque generis, qui ſiue publicum ſiue priuatum A. C. exercitium anno 1624. *quacunque anni parte* ſiue certo pacto aut priuilegio, vel longo vſu, ſiue ſola denique obſeruantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam in poſterum vna cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare potuerunt, - - - & hæc omnia *ſemper & vbique* obſeruentur eo vsque, donec de religione chriſtiana vel vniuerſaliter, vel inter ſtatus immediatos eorumque ſubditos mutuo conſenſu aliter erit conuentum; nec quisque a quocunque vlla ratione aut via turbetur.

Tur-

Digitized by Google

Turbati aut quocunque modo deſtituti vero ſine *vlla exceptione* §. Turbati 31.
in eum, quo anno 1624 fuerunt, ſtatum *plenarie reſtituantur.* Idemque obſeruetur ratione ſubditorum catholicorum A. C. ſtatuum, vbi dicto anno 1624. vſum & exercitium catholicæ religionis publicum aut priuatum habuerunt.

Pacta autem, transactiones, conuentiones aut conceſſiones, quæ §. Pact. aut. 33.
inter tales immediatos imperii ſtatus, eorumque ſtatus prouinciales & ſubditos ſupra dictos de publico vel etiam priuato exercitio religionis introducendo, permittendo & conſeruando *antehac* interceſſerunt, initæ & factæ ſunt, eatenus ratæ & firmæ manento, quatenus obſeruantiæ dicti anni 1624. non aduerſantur, nec ab iisdem niſi mutuo conſenſu recedere liceat, non attentis - - - ſed *annihilatis* omnibus *anni* 1624. *obſeruantiæ*, vtpote *quæ inſtar regulæ* obtineat, contrariis latis ſententiis, reuerſalibus, pactis, quibuscunque transactionibus.

42. Wann man alſo den angezogenen §. Pacta autem &c. wo ſtatus & obſeruantia anni 1624. ausdrücklich regula genennet, und alles caſſiret und aufgehoben wird, was dem zuwider iſt, (welches das rechte Kennzeichen einer Regul) zu dem §. quæcunque monaſteria &c. beygefüget, allwo annus 1624. als vnicum & ſolum fundamentum geſetzt wird, ſo iſt wohl recht befremdlich, daß jemand ſich könne einfallen laſſen, eine andere Regul, (nemlich, das ius reformandi) wider die klaren Worte des Friedens-Schluſſes, und ein ander fundament zu machen, da ſtatus & obſeruantia, id eſt, die prima Ian. 1624. reſpectiue vel quacunque illius anni parte *habita poſſeſſio;* wie der jetzt allegirte §. mit dürren Worten erkläret, NB. vnicum & ſolum fundamentum non ſolum reſtitutionis, ſed etiam *futuræ obſeruantiæ* ſeyn ſoll.

43. Dann wie gar kein geſunder Verſtand damahls zweiflen können, noch auch jetzo zweiflen kan, daß die Meynung ſolcher Verordnungen ſey, daß jeglicher Theil wieder haben ſolle, was er in termino regulariuo würcklich gehabt und beſeſſen, und mithin wie der Friedens-Executions-Haupt-Recels §. ſo dann Chur-Fürſten und Stände ꝛc. 3. redet, die reſtitutio nach dem bloſſen facto poſſeſſionis, vſus, obſeruantiæ & exercitii geſchehen ſollen: Alſo müſte man bonam fidem und den klaren Buchſtaben nicht weiters agnoſciren wollen, wann man vorgeben wolte, daß durch die vorgenannte Wörter; ſtatus & obſeruantia, etwas anders verſtanden worden, als, was jeglicher Theil *in termino regulatiuo* würcklich in Beſitz und Gebrauch gehabt, und daß, wann ein anderer mit eintritt, der zu der Zeit nichts beſeſſen, und im

Digitized by Google

Gebrauch gehabt, der ſtatus & obſeruantia anni regulatiui nicht verändert ſeye.

44. Man betrachte den §. omnia quoque monaſteria &c. 26. art. V. Inſtr. pacis etwas näher, allwo ſtehet: publicum religionis exercitium *idem* manear, quod *quouis in loco* dicto anno dieque vlitatum fuit, und müſte dem Inſtr. Pac. ins Angeſicht widerſprochen, und ſowohl das ſubiectum als prædicatum der daſelbſt klährlich ausgedruckten propoſition offenbahrlich verkehret werden, wenn man ſagen wolte, daß idem ſtatus bleibe, wo ein ander vorhin und der Zeit da nicht geweſenes religions-exercitium mit eingeführet würde. Dann an ſtatt daſſelbe gantz generaliter ſagt: publicum religionis exercitium, müſte man ein ſubiectum ſpeciale, nemlich publicum exercitium religionis euangelicæ daraus machen, wenn es wahr ſeyn ſolte, daß in dieſem loco, der von denen Unterthanen unter Catholiſcher Obrigkeit redet, die Evangeliſche compaciſcentes ihren Glaubens-Genoſſen nur per modum exceptionis proſpiciren wollen, mit dem prædicato müſte man ſo umſpringen: Dann das Inſtr. pacis von dem exercitio religionis in genere auch generaliter ſaget, quod *idem* manere debeat, quo *quouis in loco* dicto anno dieque vſitatum fuit, müſte man darzu einſchieben pro parte, und ſagen, idem heiſſe nicht, eben daſſelbe exercitium in genere ſolle dabey bleiben, ſondern man ſolle denen Evangeliſchen keine Kirchen, Schulen und Einkünffte nehmen: *Quouis in loco* müſte auch nicht heiſſen, an jeden Orth des gantzen Kirchen-Gebieths, ſondern wo die Evangeliſche Kirchen, Schulen oder Einkünffte gehabt, wann es wahr ſeyn ſoll, daß ein Catholiſcher Landes-Herr ſeine Religion einführen könne, wann er nur von obbeſagten denen Evangeliſchen nichts nehme. Endlich müſte auch *vſitatum ſ[illegible]* mit in ſich begreiffen, *aut inpoſterum in vſum deducetur*. Ja, wenn es erlaubt iſt, alſo zu commentiren, ſo kan man leicht quiduis ex quouis ſchlieſſen und beweiſen.

45. Gegen ſolche klahre Verordnung des Inſtr. pacis nun ſoll das eintzige ſonſt Catholiſcher Seits immer geſtritten- und kaum im Weſtphäliſchen Frieden erſt recht erkandt- und confirmirtes ius reformandi allein über ſtatum & obſeruantiam anni 1618. & 1624. ſeyn, und dadurch etwas wider die annos regulatiuos reguliret werden können, welche Benennung der annorum regulatiuorum & decretoriorum man dann würde haben aufheben und ſie regulandos heiſſen müſſen, wenn das ius reformandi ſie reguliren kan.

46. Gleich-

Digitized by Google

46. Gleichwie aber ex executione legum (wann man hier im Dunckeln, wie nicht, gienge) ein nicht geringes Licht zu nehmen, so werffe man doch die Augen auf die executions-receſſe, da höret man nichts, als von reſtitutionibus ex capite amneſtiæ & grauaminum, welche regulæ generales & ſpeciales ausdrücklich genennet werden.

Arctior modus exequendi circa medium, und erſter *Executions-Receſs* §Juis: ſo dann Chur-Fürſten ꝛc. und damit nur ſolches ꝛc. *item* anderer *Executions-Haupt-Receſs* §Juis: Erſtlich ꝛc. und was dann die übrige ꝛc. ꝛc.

Und von dem termino ante motus Bohemicos iſt in dem §. Et quamuis &c. &c. art. IV. nicht allein ausdrücklich Vorſehung geſchehen, ſondern auch dabey angedeutet, daß das übrige NB. *ſpecialiter* folge, welches in denen ſpecial-Verordnungen von Pfaltz, Durlach, Viſtingen und Oettingen beſtehet, und was alſo in ſpecie tam ex capite amneſtiæ quam grauaminum vorgekommen, nichts anders als aller geſunden Vernunfft nach regulæ ſpeciales ſeyn können.

Videantur allg. arct. mod. exequ. und *Executions-Receſſe, item Rec. Imp. nouiſſ.* §. 191.

47. Sind die klare Verordnungen noch nicht genug: ſo zeige jemand auch nur einen eintzigen Ort, daß das ius reformandi regula ſeyn ſoll, und weiln dieſe nicht dar zu thun, ſondern 1) der ſtatus & obſeruantia anni 16[illegible]. die Regul iſt, nach welcher nicht allein Land-Saſſen gehandhabet, und alles-ſemper & vbique alſo obſeruiret, die turbirte auch absque vlla exceptione plenarie reſtituiret, und ſo gar alle vorhin gemachte pacta und gegebene ſententien nicht attendiret werden ſollen; ſondern auch 2) die Stände unter ſich ſelbſt und gegen einander in Anſehung ihrer eigenen geiſtlichen Güther verbunden ſind, alles in demſelbigen Stande zu laſſen, wie es den 1ſten Jan. 1624. würcklich beſeſſen und gebraucht worden, und die dagegen vorgenommene Veränderung alſofort ab- und in vorigen Stand geſtellet werden ſollen; ſo daß 3) catholici nicht befugt ſeyn, etwas zu verordnen, welches der A. C. zuwider wäre, oder denſelben Confeſſions-Verwandten conſcientiam & cauſam lædere poſſit, und nahmentlich 4) das exercitium religionis in dem Stande reſtituiret und gelaſſen werden ſolle, worinnen es anno 1624. geweſen, idem maneat, quod *quouis in loco* dicto anno dieque *viſitatum fuit*, ſo gar, daß 5) in denen geiſtlichen Stifftungen auch nicht einmahl die Zahl der Perſonen geändert werden darff, mithin 6) das eintzige und gantze fundament der gantzen Friedens-Tractation und fünf-

n. 41. hic.
n. 32. 33.
n. 34.
n. 35.
n. 36. 38.
n. 37.
n. 26. 27.

tiger Obſeruanz iſt die prima Ianuarii anno 1624. *habita poſſeſſio*, und
I. P. Art. III. & IV. 7) für die reſtituendos ex capite amneſtiæ der ſtatus ante motus Bohemicos, das iſt, anni 1618. pro regula generali geſetzet, dabey auch 8) ſo wohl für alle dieſe reſtituendos in genere, als nahmentlich für die in der
§. Deinde 13. untern Pfaltz ausdrücklich verſehen iſt, daß die bey dieſer reſtitution annectirte clauſula ſaluatoria der compoſition grauaminum nicht im geringſten præiudiciren oder derogiren ſolle, ſondern daß ſie ſolcher transaction pleniſſime mit zu genieſſen haben. Allermaſſen unten in dem articulo de grauaminum eccleſiaſticorum compoſitione eigentlich werde angewieſen werden, was diejenige Land und Leuthe, ſo ex capite amneſtiæ ihrem vorigen Herrn wieder reſtituiret worden, für iura in
Exec. Rec. §. 1. den Kirchen-Gütern haben ſolten; Daher auch 9) in dem Friedens-Executions-Receſs beyde termini a quo, ſo wohl für die, ſo ex capite amneſtiæ, als die, ſo ex capite grauaminum zu reſtituiren wären, *pro norma vniuerſali* angeführet, und denen Creys-ausſchreibenden Fürſten oder andern Executoren auferleget worden, nach dem bloſſen facto poſſeſſionis, vſus, obſeruantiæ & exercitii ſolcher terminorum ihr Amt zu
Ibid. §. 6. „verrichten; Worwider 10) ihnen weder von Käyſerl. Maj. noch jemand andern einige inhibition oder Einhalt geſchehen: vielweniger „was bereits nach Inhalt des Friedens-Schluſſes Käyſerl. edicten und „executions-receſſus exequiret und reſtituiret, oder hiernächſt noch weiter ſolchergeſtalt exequiret und reſtituiret werden mögte, wieder aufgehoben, geändert, umgeſtoſſen, oder dawider einige turbation geſtattet, ſondern vielmehr dabey geſchützet werden, und was auf ein und andere Weiſe dawider vorgegangen, wie auch alle ein und andern Orths dawider eingewendete oder noch einwendende in Inſtr. pacis bereits verworffene und pro nullis declarirte proteſtationes und reſervationes via iuris vel facti, nicht weniger alle wider den Friedens-Schluß lauffende reſcripta, mandata oder decreta, wie die Nahmen haben mögen, caſſiret und in vorigen Stand geſetzet ſeye.„

48. So lieget unwiderſprechlich am Tage, daß kein ſimultaneum vltra ſtatum anni reſpectiue 1618. & 1624. ſtatt haben, noch
Art. 5. §. 31. alſo die Catholiſche Religion **irgendwo** (es ſey dann mit beyderſeitigen, der Catholiſchen und Evangeliſchen, guten Willen) eingeführet werden könne, wo ſie in anno regulariuo nicht geweſen, und weiter als ſie geweſen.

49. Und

Digitized by Google

49. Und daß ſolchem nach nicht erlaubet ſeye, zum Exempel 1) denen Evangeliſchen aufzulegen, daß ſie die Catholiſche Feſt-Tage feyern, daß ſie für das Venerabile niederfallen, oder demſelben aus dem Wege gehen, daß ſie es begleiten, oder ſonſt etwas zu deſſen Verehrung thun ſollen, auch mit 2) proceſſiones anzuſtellen, wo ſolche vor dem nicht geweſen, noch ſonſt, 3) das publicum exercitium von neuen einzuführen, oder 4) neue Kirchen dazu aufzubauen, oder 5) nur die Zahl der Perſohnen, ſo mit geiſtlichen Stifftungen verſehen, zu vermehren, oder 6) Bilder aufzuſtellen, wo ſie nicht geweſen, oder 7) Schulen, oder 8) Cloſter anzurichten, oder 9) die Evangeliſchen von öffentlichen Aemtern auszuſchlieſſen, da ſie ſolche vordem entweder allein oder doch neben denen Catholiſchen bedienet gehabt; vielweniger 10) denen Evangeliſchen ihre Kirchen, Capellen und Hoſpitäler ꝛc. unter dem Vorwand, daß ſie wüſte liegen oder nicht gebrauchet werden, oder daß ſie, Catholici, ſolcher nöthig haben, zu nehmen, und ſich zuzueignen, noch 11) mit ihren Stifftungen und Einkünfften zum Theil oder gantz alſo zu verfahren, noch 12) das Simultaneum in der Evangeliſchen Kirchen einzuführen, noch 13) die Evangeliſchen zu zwingen, daß ſie in die Catholiſche Kirche gehen, oder 14) ihre Kinder in die Catholiſche Schule ſchicken, oder 15) gar bey der Meſſe miniſtriren laſſen, ꝛc. ꝛc.

50. Dann durch alles dieſes und andere dergleichen Beeinträchtigungen wird der ſtatus annorum regulariuorum offenbahrlich alteriret; und wann Leute, ſo anno 1618. und 1624. im Pfältziſchen und Neuburgiſchen gewohnet, wieder aufſtehen und man ihnen vorſagen wolte: Es wäre daſelbſt noch eben der ſtatus, als anno 1618. 1624. geweſen, würden ſie nicht meynen, ihre Nachkommen wären von Sinnen gekommen?

51. Man will aus der Erfahrung von dem clero catholico nicht einmahl gedencken, wie wenig derſelbe in der doch in Clöſtern ſuchenden Ruhe ſtehen können, und wie ſonderlich die Jeſuiter ihre eigene Glaubens-Verwandte oder andere Orden ausdrängen, und wo ſie einen Finger breit haben, eine Hand voll nehmen, daß kein Wunder iſt, wann man von ſo vielen Trangſalen, was Evangeliſchen geſchehen, höret, auch ſich von ſolchen Leuten kein anders vorſtellen kann, welche der ordentlichen Obrigkeit nicht unterworffen ſeyn wollen, ſondern unter Superioren ſtehen, die ſie in ihrem unruhigen Beginnen ſteiffen, ſo, daß die Erfahrung bezeuget, wie gar kein Recht wider dieſelben zu erhalten, wann ſie wider alle Friedens-Schlüſſe handeln, Sturm blaſen,

und aufs ſchimpflichſte und anzüglichſte gegen die Evangeliſche reden und ſchreiben.

52. Gantz andere principia haben die Proteſtirenden unter ſich und gegen einander, und was dieſelbe zwiſchen ihnen unter einander zum Beſten gelten laſſen, ſolches auch denen Catholiſchen einzuräumen, und daß die, ſo mit einander nicht im Krieg verwickelt, ſondern zuſammen verbunden geweſen, und einen Theil ausgemacht, dem andern Theil, nemlich denen Römiſch-Catholiſchen gleichen Vortheil zu- und eingeſtehen ſollen, iſt wohl ein ſehr verkehrter Schluß; welcher groſſer Unterſcheid, und wie die anni regulatiui nicht auf die Proteſtirende unter ſich, ſondern allein auf Catholiſche und Evangeliſche gegen einander gehen, in vielen gedruckten Schriften vorhin ausgeführet, auch unter andern in dem Exam. Vindic. Rittmeyer, erſter Abtheilung vierten Stücks, fünften Satzes ſo umſtändlich gezeiget worden, daß unnöthig ſich dabey aufzuhalten.

53. Solten aber auch catholici ein argumentum legis aus dem auf die Proteſtirende unter ſich allein gehenden art. VII. inſtrumenti pacis Weſtphalicæ ziehen, und durch Reichs- Conſtitutions-mäßige interpretation oder Vergleichung, wie die Geſetze erfordern, es dahin bringen können, daß ihnen gleich als denen Proteſtirenden, unter ſich erlaubt (wie die Worte des art. VII. lauten) concionatores aulicos ſuæ confeſſionis *citra ſubditorum præiudicium* & onus *ſecum* & in reſidentia habere; So muß 1) jedermann geſtehen, daß diß wenigſtens noch unausgemacht, und gar nicht klar für die Catholiſche Landes-Herrſchaften diſponiret ſeye, folglich 2) denenſelben auch nicht freyſtehe, ohnangefragt und mit Gewalt die Reichs-Geſetze zu erklären, und de facto ſich dasjenige zuzueignen, was bloß und allein denen Proteſtirenden unter ſich nur erlaubt, oder man müſte behaupten wollen, das Fauſt-Recht ſeye wieder aufgekommen.

54. Poſito tamen, ſed non conceſſo, daß denen Catholiſchen Ständen eben daſſelbe, was denen Evangeliſchen unter ſich in art. VII. zu gute verordnet, auch zuzuſtehen wäre; ſo laſſet uns hören, unter was vor einer clauſul NB. **ſelbſt denen Evangeliſchen unter ſich,** concionatores aulicos ſecum & in reſidentia citra præiudicium ſubditorum zu halten, frey gegeben, nemlich es ſtehet dict. art. VII. weiters geſchrieben: „Nec eis fas ſit, exercitium religionis publicum vel „leges receptas immutare, vel templa, ſcholas, reditus & penſiones &c. „adimere.„

55. Iſt

55. Ist dem also? und haben Proteſtirende unter ſich ſolche gebundene Hände, daß ſie denen Unterthanen nichts zum præiudiz thun, ändern noch nehmen dörffen, wie kommts dann, daß ſtatus catholici, die über Evangeliſche Unterthanen viel ein weniger Recht, (das iſt, noch nichts in denen Reichs-Satzungen hierunter vor ſich, wie Euangelici inter ſe ausgemacht haben) weiter als Evangeliſche Lands-Herrſchafften gegen ihre Evangeliſche Unterthanen gehen, und nicht nur secum & in reſidentia, ſondern an mehr andern Orten nicht citra præiudicium ſubditorum, ſondern zu der Unterthanen höchſten Beſchwerde, leges & confeſſiones (wie e. g. der Heidelbergiſche Catechismus iſt) receptas innouando, & templa, & ſcholas, penſiones & reditus adimendo, verfahren dörffen.

56. Wer diß recht und gut heiſſet, der muß ſo ſagen: Daß einer, der gar keinen legem vor ſich hat, mehr Macht habe, als der, ſo legem vor ſich hat. Er muß behaupten, ſtatus catholici hätten gröſſere prærogatiuen als ſtatus euangelici; und ein Lands-Herr von verſchiedener und anderer Religion als die Unterthanen ſind, habe über dieſelbe mehr Recht als ein Landes-Herr von eben der Religion, welche die Unterthanen haben, folglich können auch euangelici ſtatus mit ihren Catholiſchen Unterthanen pro arbitrio ſchalten und walten.

57. Ein ſolcher commentarius legum imperii hat bis daher noch nicht ſtatt, vielweniger das Fauſt-Recht Beyfall gehabt, daß man zufahren, Kirchen nach Belieben bauen und nehmen, die Unterthanen verjagen, bedrücken und ihre Kirchen-Güter berauben dörffe, oder es müſſen die ältere Landes-Herren, die nicht lange nach dem Weſtphäliſchen Frieden regieret und gewuſt haben, was der 30. jährige Krieg geweſen, das inſtrumentum pacis nicht verſtanden, und lauter einfältige Räthe gehabt haben, die ihnen nicht dergleichen principia, wie die ietzigen neuen Ausleger der Reichs-Geſetze erfindlich beyzubringen, und an Hand zu geben gewuſt, um mehr Catholiſche Kirchen und geiſtliche Güter ſich zu verſchaffen.

58. Inſonderheit müſte der in GOtt ruhende ſo hochlöbliche Regente, Churfürſt Maximilian Heinrichs zu Cölln (deſſen Andencken in allen ſeinen gehabten vielen Landen in der allergröſſeſten Verehrung ſtehet) von dem ſimultaneo die rechte informarion nicht gehabt haben, da er unterm 28. Octobr. 1681. aus Cölln ſeinen Hildesheimiſchen Capitul gnädigſt reſcribiret, wie folget:

Wäre di-

Würdiger ꝛc.

„Daß man anietzo hin und wieder auf dem Lande, ja in allen „Städten, Flecken und Dörffern unsers Stiffts Hildesheim Catholi„sche Kirchen und Capellen erbauen, und das exercitium religionis no„stræ aus Landes-Fürstl. Obrigkeitlicher Macht einführen solle, kommt „uns bey jetzigen coniuncturen fast bedencklich vor, zumahlen es, wann „solches dem Braunschweigischen Haupt-recess gemäß wäre, schon „längst geschehen seyn würde, und besorgen wir, da man dem zuwider „dergleichen nunmehro attentiren solte, daraus grosse zu unserer dis„reputation und des Stiffts Schaden gereichende Ungelegenheiten „etwa entstehen dörfften; Es sey dann, daß unsere Uncatholische „Land-Stände von selbsten darzu geneigt, und solches belieben thä„ten. ꝛc. ꝛc.„

59. Schließlichen, wanns mit dem Simultaneo nach denen Reichs-Gesätzen so richtig, und ein Landes-Herr so ungebunden ist, wie es Catholischer Seits jetzo behauptet werden will; was bedarff es dann, daß Status catholici die, von der Crone Franckreich als damahligen Reichs-Feinde auf die Bahn gebrachte Ryßwickische clausul vor sich solcher gestalt allegiren? Dann ihr Simultaneum, wie sie es haben wollen, giebt ihnen und allen ihren Mit-Ständen im gantzen Reich noch mehrere Gewalt, als durch die Ryßwickische clausul zu erlangen, welche nicht sie, sondern die Cron-Franckreich, angehet, und dazu auch gegen den Westphälischen Frieden nichts würcken kan. Folglich giebt man selbst dadurch zu erkennen, daß man mit denen vermeindlichen principiis in puncto simultanei auslangen zu können sich nicht getraue, und daher andere Hülffs-Mittel gern mit herbey ziehen wolle; welche ihnen saluo iure & iustitia salua, eben so wenig zu statten kommen oder helffen können, als ihr Grund- und Boden-loses principium in puncto simultanei selbsten zu thun vermag.

Principes A. C. diuersæ religionis subditis permittere possunt structuram templorum.

§. XIX. Hi in antecedentibus relati scopuli, vnice concernunt casum *contradictionis*, eoque tendunt, ne contra *statum anni* 1624. inuitis iis, quorum interest, aliquid publice fiat suscipiaturque. Ceterum hoc ipso principi A. C. addicto haud interdictum est, diuersæ religionis subditis templum aliquod exstruendi potestatem facere, circumscripto publico religionis exercitio, quo ipso de suo iure aliquid remittit, non ius publicum violat. Hac libertate vsus est elector Hannoueranus, nunc potentissimus rex magnæ Britanniæ, in concedenda Ca-

Digitized by Google

catholicis facultate exſtruendi templum, de cuius occaſione vid. FABER in der Staats Cantzley *tom. XVII p.* 176. *ſqq.* Eadem libertate recte vtuntur principes lutherani, reformatis *ſacra publica* concedentes, & vice verſa, quæ indulgentia mutua inſigne momentum, meo iudicio, ad mutuam harmoniam roborandam adferre poſſet. Noui quidem, cleri prædominantis principiis eam aduerſari; ſed perſuaſiſſimum etiam habeo, eam non aduerſari rectæ rationi, religionis chriſtianæ formulæ, legibus publicis, & paci vniuerſali. Id quod, vt reſponſo quodam, a me nomine Facultatis anno 1717. concepto, illuſtrem, non iniucundum aut alienum a meo inſtituto eſſe credidi. Quæſtio nobis propoſita erat hæc: a quod reſponſo illuſtratur.

Ob ein *immediater* Reichs Fürſt, der Lutheriſchen Religion zugethan, den Reformirten in ſeinem Lande eine Kirche zu bauen verſtatten könne, und ob darwider zu ſprechen das *Miniſterium eccleſiaſticum* ſelbigen Orts befugt ſey? Ad hanc quæſtionem Facultas prædicta ita reſpondit: Hat ein immediater Reichs-Fürſt der Lutheriſchen Religion zugethan, in ſeiner Reſidentz gewiſſen Perſonen von der reformirten Religion gegen einen Reuers in die 20. Jahr her das exercitium ſothaner Religion zugelaſſen, und ſich vor einiger Zeit reſoluiret, nach dem Exempel der meiſten und faſt aller Lutheriſchen Häuſer in Teutſchland von denen aus Franckreich und der Pfaltz vertriebenen Reformirten mehrere in ſein Land einzunehmen, und denenſelben in ſeiner Reſidentz an einem Orte, der von uhralten Zeiten zu einem Cloſter und bishero poſt ſeculariſationem zu einem Korn-Boden gebrauchet worden, einen Platz, darinnen man ſonſten die comœdien repræſentiret, und vor Alters dem Anſehen nach das refectorium der Münche geweſen ſeyn mag, anzuweiſen, welcher zu ihrem Gottesdienſt auch adaptiret worden, wowider ſich doch nunmehro das miniſterium eccleſiaſticum leget, und vermeynet, daß ſolches nicht zu verantworten ſey, alſo gefraget wird:

1) Ob der Landes-Fürſt geſtalten Umſtänden nach die den Reformirten einmahl ertheilte priuilegia wieder zu reuociren und den denenſelben zur Kirche gewidmeten Platz einzuziehen ſchuldig oder befugt ſey?

2) Ob oder wie das miniſterium eccleſiaſticum, wenn es angedroheter maſſen die Sache auf die Cantzel bringen ſolte, zu beſtraffen ſey?

Digitized by Google

Ob nun wohl, so viel die erste Frage betrifft, der Landes-Fürst seinen Unterthanen versprochen, in der Lutherischen religion keine Aenderung zu treffen, welches doch durch das denen Reformirten gegebene priuilegium eines freyen religions-exercitii geschehen zu seyn scheinet, zumahl die Lutherischen bishero allein das exercitium priuatiue daselbst gehabt, und es dahero, daß dieselbe ein ius prohibendi daraus erhalten, das Ansehen gewinnen will, welches vornehmlich das ministerium, vt ecclesia repræsentatiua, exerciren möchte, vtpote cui ius prohibendi vulgo tribuitur, in mehrerer Erwegung der Platz, welcher zur reformirten Kirche destiniret, vor alten Zeiten ein catholisch Closter gewesen, und also in iure ecclesiæ seu sacerdotum zu seyn scheinet, quicquid enim semel fuit consecratum, sanctum sanctorum Dei erit, & ad ius pertinebit sacerdotum,

c. 3. C. 12. *q.* 2.

Bey welchen Umständen dann dem ministerio ecclesiastico nicht zu verdencken seyn möchte, daß es sich gegen diese concession opponiret, nicht zu gedencken, daß dieses eine Neuerung in Kirchen-Sachen sey, welche von dem Landes-Herrn allein nicht wohl reguliret, und darüber disponiret werden mag, cum summa ecclesiæ potestas, quæ totum repræsentat, non sit penes solum principem, nec penes clerum, sed coniunctim penes vtrumque,

CARPZ. *decis.* 113.

SCHILTER. *lib.* 12. *institt. iur. canon. tit.* 1. §. 8.

& ministerium ecclesiasticum antiquum repræsentet presbyterium, quod rebus ecclesiæ præest, absque quo magistratus nihil facere potest, alioquin rapit impium & papisticum dominatum in ecclesiam, & premit ministerium graui seruitute, vnde multa mala cum scandalo & periculo ecclesiæ sequi necesse est,

DEDEKENN. *vol.* 1. *p.* 3. *lib. I. m.* 1.

dahero auch die Helmstadienses davor gehalten, daß, obgleich die Obrigkeit das ius episcopale und dessen administration an sich genommen, dennoch ihnen solche Verwaltung vor sich eigentlich nicht zustehe, sondern denen von ihnen zu solchen Sachen vermöge der in Erlangung des Religions-Friedens gethanen Verheissung dependirten und niedergesetzten Personen, worunter das ministerium vornehmlich gehörete.

DEDEKENN. *cit. l. n.* 16.

Ins besondere aber bey concedirung des reformirten Gottesdienstes sich viele neue dubia hervor thun, daß keinem Landes-Fürsten, solchen

zu

zu verſtatten, und in Angeſicht eines Lutheriſchen miniſterii zu priuilegiren zukommen möchte, wie die theologiſche Facultät in anno 1621. davor gehalten.

apud DEDEKENN. *vol.* I. *p.* 2. *lib.* 2. *m.* I. *ſect.* 3. *n.* 3. *&* *p.* I. *lib* 3 *ſect.* 6 *med.* 3. *n.* 5.

Zumahl in dem Lutheriſchen Kirchen-Gebethe wider alle Irrthümer und in ſpecie die Sacramentirer gebethet wird, und zu beſorgen ſtehet, daß die Lutheriſchen von denen Reformirten zu dergleichen Irrthümer verführet werden möchten; in ſpecie aber es unverantwortlich zu ſeyn ſcheinet, daß ſolche conceſſion dieſes Gottesdienſtes in Anſehung der commercien und ſpe lucri geſchehe, darwider der Prophet Eſa. cap. 23. ſehr eiffert und dieſelbe vor ſtraffbar hält, ingleichen der Prophet Ezechiel XVI, 30. ſqq. die Juden, als ſie Fremde zu ſich geladen, hart taxiret, folglich, wenn intuitu der commercien die reformirte Religion im Lande künfftighin toleriret und frey exerciret werden ſolte, der HErr Chriſtus gleichſam abermahl ex ſententia miniſterii eccleſiaſtici um 30. Silberlinge verkauffet würde, beſonders da in Glaubens-Sachen nur eine Wahrheit ſey, und Chriſtus den Ausſpruch thäte, wer nicht mit mir iſt, der iſt wider mich, dahero denn eine Chriſtliche Obrigkeit billig Bedencken haben ſolte, die Lügen zu dulden, und denenſelben, es geſchehe aus was Urſachen es wolle, Kirchen zu bauen, cum non ſint facienda mala, vt inde eueniant bona, aus welchen allen denn ſo viel zu erhellen ſcheinet, daß der Landes-Fürſt den denen Reformirten zur Kirchen angewieſenen Platz wieder einzuziehen ſchuldig ſey.

Weil aber dennoch die Verſtattung des freyen religions-exercitii ein ſolches hohes regale iſt, welches nach denen Reichs-Geſetzen offenbahr dem iuri territoriali zugeſchrieben worden, cum ſtatibus immediatis cum iure territorii & ſuperioritatis ex communi per totum imperium hactenus vſitata praxi etiam ius reformandi exercitium religionis competat, & nulli ſtatui immediato ius, quod ipſi ratione territorii & ſuperioritatis in negotio religionis competit, impediri oporteat,

art. V. I. P. §. 30.

proinde omnes & ſinguli electores, principes & ſtatus imperii Romani in libero iuris territorialis tam in eccleſiaſticis quam politicis exercitio ſtabiliti & firmati ſunt.

per art. VIII. I. P. §. I.

Welches denn auch derer Proteſtanten Meynung iederzeit geweſen, und ſie aus ſolchem fundament die Veränderung und Vergönnung des freyen

religions-exercitii ſich angemaſſet, eſt enim ex proteſtantium ſententia iurisdictio ecclesiastica pars ciuilis imperii, & ita principes proteſtantes iure ciuilis imperii etiam iurisdictionem ſibi vindicant,

LVDOLPH HVGO *de ſtat. region Germ. c.* 3. §. 28.

ins beſondere aber ſolches gegen die Catholiſchen mit allem Eiffer beſtritten und befochten, als welche dem clero maiori alle iura ſacra priuatiue zugeſchrieben und der weltlichen Macht entzogen, wie ſolches die acta publica beym LONDORPIO, LEHMANNO, und andern gnugſam erhärten, ſolches ihr Recht auch beſtandig exerciret, und gleichwie die höchſte Landes-Furſtl. Gewalt eine generalem inſpectionem & directionem negotiorum in ſich hält, alſo auch nach denen Regeln des göttlichen und Natur-Rechts niemand anders dergleichen Vergonſtigung eines publici exercitii religionis als dem Principi zuſtehen mag. Dem zu folge dann ein groſſer Eingriff von dem miniſterio ecclesiastico geſchiehet, wenn ſolches einen concurſum ad illa, quæ ſummi imperii ſunt, ſich anmaſſen, und in ſolchen Fällen ſo gar contra Principem, iure ſuo vrentem, um deßwillen, daß er daſſelbe nicht zuvor darum befraget, ein ius prohibendi ſich zueignen wolle; Cui enim, ait BRVNNEMANNVS, competeret iurisdictio hæc & imperium? certe non epiſcopis, qui quidem habent iurisdictionem aliquam, quam vocant *audientiam*, ſed illa ipſa iis a ſumma maieſtate Cæſarea collata eſt, imo ipſe Saluator verbis perſpicuis apoſtolis ſuis intimauit, quod regio more dominari & beneficos appellari dominos ipſis indultum non ſit, *Luc. XXII*, 25. Hinc miniſterium epiſcopis ſaltim iniunctum, non dominium, quo fine emphatice epiſcopos admonet Petrus, *epiſt. V*, 3. paſcite Dei gregem, qui penes vos eſt, non vt dominantes clero. Quicquid ergo poteſtatis exercuerunt epiſcopi, ex indulgentia poteſtatis ciuilis exercuerunt, non iure ſuo, vel a Saluatore conceſſo.

BRVNNEM *lib. I. iur. eccl. c.* 2. §. 4.

Dahero was nicht einſten die Proteſtanten denen Biſchöffen nach der Lehre Chriſti einräumen, um deſto weniger ein miniſterium eccleſiaſticum, welchem heut zu Tage nicht einmahl mehr die iura antiqui presbyterii zuſtehen, ſich vindiciren mag, da kein lauteres Evangeliſches conſiſtorium ſich iemahls erkühnen wird, ein imperium ſacrum in eccleſia anzurichten, und aus der Kirche, welche in & ſub republica nach denen göttl. und natürl. principiis iſt,

docente PVFENDORFF, *de hab. relig. ad vit. ciuil.*

eine

Digitized by Google

eine beſondere republic, darin ihm das coimperium zuſtünde, zu machen, welche hypotheſin zwar CARPZOV, REINKING und SCHILTER noch gehabt haben, ſolche aber billig von allen bewährteſten Theologis und ICtis verworffen worden, quin potius poteſtas circa ſacra vi ſummi imperii imperantibus competit, cuius partem eximiam conſtituit.

BVDDEVS *in theol. moral. p. 2. c. 3. ſect. 7. §. 2.*

Und mag kein miniſterium eccleſiaſticum ſich darauf gründen, daß ſolches denen Principibus vt Epiſcopis zuſtehe, und alſo der Kirchen und dem clero primordialiter eigen ſey, und davon das miniſterium nicht ausgeſchloſſen werden konne, qui enim hancce circa ſacra poteſtatem ius epiſcopale vocant, minus accurate loquuntur, & ſecundum erroneas pontificiorum de epiſcopis notiones poteſtatem docendi, quæ tantum epiſcopis competit, cum poteſtate imperandi confundunt.

BVDDEVS *cit. l. in f.*

BERGER. *in œcon. iur. lib. 2. tit. 2. §. 2. art. 2.*

HORN *in iur. publ. c.* 59 § 3.

Und da nun bloß die conceſſio exercitii religionis publici a ſumma poteſtate, keines weges aber a munere docendi dependiret, es ſehr unverantwortlich iſt, daß das miniſterium eccleſiaſticum in præſenti caſu wegen der geſchehenen conceſſion ſo viel troublen mouiret, daß es ohne ihren conſens nicht geſchehen mögen, vorgiebet, dieſerwegen ſo viel Zuſammenkünfte anſtellet, ſich vereiniget, und dawider ſich mit allem Ernſt zu ſetzen, eo ipſo per indirectum den Landes-Fürſten zu intimidiren ſuchet, daß er den vergönneten Kirchen-Bau wieder reuociren, und denen Reformirten, die doch im Religions Frieden begriffen ſind, kein religions exercitium vergönnen ſoll, cum tamen rurſus exſtructio templorum ſolius Principis conceſſioni debeatur.

LINK. *de iur. templ. c. 5. n.* 28.

Hiebey iſt auch aus der hiſtorie, ja alten legibus vielfältig zu erſehen, daß jederzeit die Käyſer und Fürſten die Freyheit des religions exercitii ertheilen, reſtringiren oder gar aufheben können, und dabey den conſenſum cleri zuvor einzuholen keines weges bedurft.

SOCRATES *in proœm. lib. 5.*

Nou. 18. *Nou Leon.* 4. & 15.

Nou. 37. & 67. *c.* 1.

l. 2. C. de ſumm. trinit. l. 3. C. de hæret.
l. 15. C. de epiſc. & cler.

welches denn im gegenwärtigen Fall durch die angeführten rationes dubit. gar in keinen Zweiffel gezogen werden mag, angeſehen durch das denen Reformirten concedirte Religions-exercitium denen Lutheranern kein Eintrag geſchiehet, noch in derſelben religion eine alteration oder Neuerung vorgenommen wird, welches der Landes-Herr einzig und allein ſeinen Unterthanen verſprochen, ſo aber dieſes hohe regale circa ſacra keines weges aufhebet, und da der Landes-Furſt mit ſeinen Unterthanen gleicher religion iſt, gar nicht zu befürchten, daß durch dieſe denen Reformirten geſchehene Gnade denen Lutheranern einiges præiudiz zuwachſen werde, de cuius præiudicio vero non agitur, ille nullum ius contradicendi allegare poteſt,

l. 39. de adopt.

Vielmehr dieſes factum durch ſo vieler anderer Evangeliſcher Fürſten Exempel, welche denen Reformirten dergleichen Freyheit verſtattet, gnugſam legitimiret wird, es auch unverantwortlich ſeyn würde, die Reformirten, ſo als Fremdlinge eingenommen, ſo gar hart zu tractiren, und ihnen das verſagen wollen, was doch die Reformirten denen Lutheranern nicht verſagen, hiernechſt denen Unterthanen, noch miniſterio eccleſiaſtico weder aus dem *inſtrumento pacis art. IV. §.* 31. als welches allein von dem caſu, wenn ein Landes-Herr mit ſeinen Unterthanen nicht einer religion zugethan iſt, noch ſonſten ein ius prohibendi daraus zuſtehen mag, daß an dem Orte, der denen Reformirten zur Kirche eingeräumet iſt, vorhin ein Cloſter geweſen, und die Reformirten einige Irrthümer hegen, zumahl ratione prioris das Cloſter vorlängſt ſeculariſiret worden, und keines weges der clerus darauf einen Anſpruch machen kan, vielmehr ſolches in bonis Principis iſt, und daher der Landes-Herr um deſto mehr befugt geweſen, von dem Seinigen denen Reformirten einen Platz zu ihrem Gottesdienſt zu aſſigniren und anzuweiſen, es auch viel beſſer iſt, daß ein Gottesdienſt daſelbſt, als wie vormahls comœdien geſpielet werden, wowider ſich das miniſterium eccleſiaſticum wohl nicht geleget haben wird, welches vormahls der Käyſer SEVERVS ſelbſt vor billig gehalten, cum enim quidam Chriſtiani locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, contra popinarii dicerent, ſibi eum deberi, reſcripſit imperator, melius eſſe, vt quocunque modo Deus illic colatur, quam popinariis dedatur.

LAMPRIDIVS *in Severo c. 49.*

Ra-

Digitized by Google

Ratione posterioris aber zu erwegen, daß im Oßnabrückischen Friedens-Schluß die Reformirten mit in dem Religions-Frieden eingeschlossen sind, vermöge dessen einem ieden Landes-Herrn erlaubet ist, ihre Religion in seinem Lande zu dulden, auch keine Verführung sonderlich zu befürchten, da vielmehr zu hoffen stehet, daß durch solche Gelegenheit die Reformirten desto leichter zu uns treten werden, endlich die angeführten loca aus der Bibel, so von den heidnischen Abgöttern handeln, gar impertinent auf diejenigen, so gleichfalls der Christlichen Religion zugethan sind, gezogen werden, vielmehr solches als ein unzeitiger Eifer des ministerii anzusehen, der ex odio theologico hergeflossen, und dabey keine Simonie dem Landes-Fürsten zu imputiren ist, da er zu seines Landes Besten, und zu etablirung derer commercien die Reformirten in seinem Lande aufgenommen, und dergleichen toleranz an und vor sich selbst so beschaffen, daß sie billig nach denen Regeln der Liebe denen dissentirenden nicht zu versagen ist, absonderlich wenn dem Lande daraus ein grosses Aufnehmen zuwachsen kan.

So halten wir davor, daß der Landes-Fürst gestalten Sachen und Umständen nach, denen Reformirten das freye religions-exercitium zu vergönnen, und ihnen den gedachten Platz anzuweisen wohl befugt gewesen, auch solches priuilegium zu reuociren nicht schuldig sey.

Anlangend die andere Frage, ob wohl dem ministerio ecclesiastico der elenchus keines weges zu untersagen ist, noch ihnen verboten werden mag, daß sie nach ihrem Gewissen handeln, und die dissentirende öffentlich widerlegen, und ihre Zuhörer vor ihrer Lehre warnen, mithin von der Gemeinschaft derselben sie abmahnen.

Weil aber dennoch nicht hievon, sondern davon die Frage eigentlich ist, ob bey denen vorgedachten Umständen dem ministerio ecclesiastico erlaubet sey, gegen den Landes-Fürsten und dessen Recht zu predigen, wie nicht weniger die concession eines religions-exercitii, so nach denen Reichs-Gesetzen einem Fürsten zugelassen, im Predigen zu taxiren, denselben zu impugniren, und dadurch die Unterthanen gegen den Landes-Herrn zu animiren, daß sie sich gleichfalls gegen solche Vergönstigung legen sollen, welches gewiß mit dem Amte eines ministerii ecclesiastici gar nicht überein kommt, sondern billig ihnen zu untersagen, und wann sie nicht pariren wollen, am allerbequemsten und sichersten ist, wenn bey einer gewissen Geld-Busse das Verbot geschiehet, und solche in dem widrigen Fall stricte exequiret werde.

So

So iſt durch ietzt gedachte Zwang-Mittel der Landes-Fürſt gegen das miniſterium eccleſiaſticum zu verfahren wohl befugt.

Nec nobiles in ſuis prædiis absque auctoritate publica ædes ſacras exſtruunt.

§. XX. Explicui fontem & limites *auctoritatis publicæ*, vel *ciuilis* vel *epiſcopalis*, absque qua eccleſiæ ædificari nequeunt, qualescunque fuerint *eccleſiæ*, cultui *ordinario* dedicandæ. Priuatorum *oratoriorum* exſtructio ſingulis in prædiis ſuis conceſſa eſt ſine hac auctoritate, vt ex iis, quæ ad *tit. de capell. monach.* dicta ſunt, patebit. Diuerſa eſt ratio, ſi nobilis ſacellum, in quo *ordinaria ſacra* fieri debeant, in ſuo prædio exſtruere, illique ſacerdotem præficere vellet, quod rurſus *auctoritatem* & *conſenſum Domini territorii*, vt olim *epiſcopi*, deſiderat, ſine diſtinctione, vtrum nobilis ſacra in territorio publice recepta, an vero diuerſæ religionis ibi exercere velit? Etenim hoc caſu ne quidem *priuatum* religionis *exercitium* in tali ſacello ſine principis conſenſu inſtitui poteſt, quod *anno* 1624. in vſu & obſeruantia non fuit, per *art. V. I. P. art.* 21. illo vero non leue præiudicium infertur *parochiali eccleſiæ*, cui ſe nobilis ſubtrahit, de quo iam olim conqueſti ſunt epiſcopi, vt *tit. cit.* obſeruaui.

Quomodo auctoritas publica interponatur?

§. XXI. Ipſa *auctoritatis* interpoſitio fit per *reſcriptum* ſolenne, præuia cauſæ cognitione, cum *iuſtam neceſſariam*que cauſam deſideret templorum ſtructura, *c. 5. & ſ. X. h. t. c.* 48. 53. C. 16. *q.* 1. & præcauendum ſit, ne in præiudicium alterius tendat. *c.* 43. 44. C. 16. *q.* 1. *c.* 1. *X. de nou. oper. nunc.* ibi: *quia nulla eccleſia in præiudicium alterius eſt conſtruenda.* Audiendi ergo ſunt, qui ius contradicendi allegare poſſunt, quibus non citatis auditisque, *nunciatione noui operis* ædificatio ſiſti poteſt, adeo vt, ea neglecta, demoliendum ſit, quod ædificatum eſt *cit. c.* 1. *de nou. oper. nunc.* vtpote ſi in *præiudicium matris eccleſiæ* noua exſtruatur. Denique etiam huc *cauſæ cognitio* tendit, vt curetur, quo de neceſſaria *dote* eccleſiæ nouiter exſtructæ proſpiciatur, de quo themate fuſiſſime egit ZIEGLERVS, vt hac opera ſuperſedere poſſim.

An etiam hæc deſideretur in reficiendis templis?

§. XXII. Neque vero *auctoritas* publica ſiue *epiſcopalis* ſeu *ciuilis* circa eccleſiarum conſtructionem tantum verſatur, ſed etiam circa earum *refectionem*, quamuis non eodem prorſus modo. Fauorabilior eſt *refectio* operum iam exſtructorum quam *ædificatio* nouorum, & ita facilius illa quam hæc permittitur, vt ſpecialem conſenſum reipublicæ vel epiſcopi illa haud requirat. Et cum altera pars huius tituli de *reficiendis ædibus ſacris* teſte rubrica agat, nec hoc thema intactum linquam.

§. XXIII.

Digitized by Google

§. XXIII. In genere *reficere* est, id, quod corruptum & de- Quid reficeprauatum est, in pristinum statum restaurare. *l.* 1 *pr.* §. 1. *de via publ. l.* 1. re? §. 6. *de riu.* Equidem in materia *seruitutum* hæc vox admodum stricte capitur, vt res corrupta ad *veterem modum* & *formam* reduci debeat, ne seruituris vsus sub specie *refectionis* extendatur *l.* 1. §. 11. *l.* 2. *de riu.* Vnde etiam distinguunt, *reficere*, *facere*, & *restituere* opera. *Illud* quid sit, dictum: *istud* vero vocatur, quando in *refectione* vetus forma vel modus immutatur, & ita simul *nouum* quid efformatur; *hoc* denique, quando, quod prorsus destructum vel demolitum, reædificatur. *l.* 10 §. 1. 7. *quem adm. vsufr. amittat l.* 36. *pr. de vsufr. l.* 20. §. 2. *de seru.* Audiamus Ulpianum in *l.* 3. §. 15. *de itin. actuque priu. Reficere sic accipimus, ad pristinam formam iter & actum reducere, h. e. ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret, & aliud est enim reficere, longe aliud, facere.* Verum in hac materia, vbi regulariter de nullius agitur *præiudicio*, nec de *seruitute* ampliandа, non cogimur, hisce stricte nos includere cancellis sed *refectionem* ad omnem causam referimus, siue ecclesia penitus destructa, siue tantum corrupta, siue pristina forma in refectione obseruata, siue paulisper in maiorem auditorum commoditatem immutata fuerit. Neque enim regulariter adest, qui hic contradicere possit ex iure perfecte quæsito, vt in seruitutibus, nisi aliunde obstaculum iniiciatur, vt a forma pristina recedere non liceat, quod suo loco expendendum erit. Agnoscit hoc etiam PETRVS PECKIVS *in tr. de SS. & catholicis Christi eccles. reparandis ac reficiendis c.* 1. & 2. vnice tamen in fauore *ecclesiæ* & *religionis* acquiescit, & huius intuitu dilationem huius vocis admittit, cum potius cogitare debuisset, in *seruitutibus* pro *substrata materia* strictiores significatus esse sequendos, quibus extra eam materiam non præcise insistendum. Denique, quamuis primario de *refectione ecclesiarum* sollicitus sim, non tamen abstinebo a refectione *accessoriorum*, qualia sunt ædes parochiales, cœmeteria &c. Cum enim sint *accessoria ecclesiarum*, eiusdem quoque iuris cum illis quoad *refectionem* censentur.

§. XXIV. Vt vero, quæ huc spectant, paulo altius repetam, & Templa olim huius curæ onerisque rudera etiam ex ipsis antiquitatis Romanæ monu- inter opera mentis eruam, paucis præmitto, templa olim tam Romæ quam in muni- publica refecipiis ad *opera publica* fuisse relata, obseruantibus THOMA REINESIO rebantur, *class. IX. inscript. n.* 54. (vbi inter *publica opera* recenset prætoria, basilicas, templa, theatra &c.) & IACOBO GVTHERIO *de offic. dom. aug. lib.* 2. *c.* 13. *p.* 396. *edit. Lipsi.* Habuere autem *opera publica* suos *curatores*,

Digitized by

qui inprimis operam dabant, vt sarta tecta conseruarentur, atque necessi-
& sic pertinebant ad censorum curam
tate suadente reficerentur. Primitus hæc cura *officio censorum* cohærebat, teste lege censoria, quæ secundum FESTVM hæc erat: *Porticum sartam tectamque habeto.* Confer. LIVIVS *lib. IV. c.* 8. CICERO *lib. III. de LL. c.* 3. paulo aliter hanc legem censoriam enarrat: *vrbis templa, vias, aquas, aerarium, vectigalia tuentor;* qua tantum designat *officium censorum*, non vero ostendit, talem legem re vera latam fuisse, obseruante B. Dn. THOMASIO *de morum censur. c.* II. §. 9. Creati sunt *censores* demum anno V. C. 310. Quis ergo ante hos curam templorum reficiendorum habuit? *Aediles*, qui iam creati erant anno V. C. 261. quod explicat DION. HALICARN. *lib. VI. c.* 90. vbi originem *ædilium plebis* his enarrat verbis: *Petunt a senatu, permitti sibi, vt quotannis duos a plebe viros designent, vt tribunis subministrent, quicquid opus sit, & lites, quas tribuni eis commiserint, iudicent: ædiumque sacrarum, locorum publicorum atque annonæ curam habeant. Hoc quoque per senatum concesso, creauerunt, quos tunc ministros & collegas & iudices tribunorum appellabant, nunc vero ab officio vno vernacula lingua ædiles*, i. e. *SACRARVM AEDIVM CVRATORES vocant, potestatem habentes alterius magistratus ministram.* Nomen itaque inde acceperunt, quod essent *ædium sacrarum curatores*, quod etiam non obscure innuit POMPONIVS in *l.* 2. §. 21. *de orig. iur. itemque vt essent, qui ædibus præessent, in quibus omnia scita plebs deferebat, duos ex plebe constituerunt, qui etiam ædiles appellati sunt.* Similiter SEXTVS POMPEIVS: *Aedilis initio dictus est magistratus, qui ædium non tantum sacrarum, sed etiam priuatarum curam gerebat.* Specialiter forsan cura ædium harum ædilibus relicta est, vtut censores quoque in genere *locorum publicorum* sollicitudinem gererent, quin imo, censoribus aliis negotiis districtis, & tandem abolitis, solis ædilibus *cura ædium*, inprimis *sacrarum*, permansit. Ceterum non tantum in vrbe, sed etiam in municipiis tales *ædiles* constituti fuere, qui inprimis ædium sacrarum curam habebant, quod optime demonstrauit Dn. OTTO *de ædil. colon. & ciuil. c.* 8. vbi §. 3. hæc subiungit: *Has autem ædiles ad cultum deorum insanis impendiis construebant, ornabant, & magna cum religione conseruabant, lapsas, nutantes aut fortuitis casibus concussas reparabant, pristinumque splendorem reducebant.*

& ædiles.

Vnde reficiebantur templa?

§. XXV. Reficiebantur autem ædes sacræ ex *reditibus publicis* vel *pecunia publica*, vt dicitur in *l.* 18. §. 5. & 10. *de muner.* quorum varii erant *tituli.* Ciuitatibus sua erant *vectigalia*, ex quibus hæc onera sup-

Digitized by Google

ſupportabantur. Teſtis eſt CICERO *lib. III. epiſt.* 2. *quorum quidem omnia commoda omnesque facultates, quibus & ſacra conficere & ſarta tecta ædium ſacrarum locorumque communium tueri poſſunt, conſiſtunt in his vectigalibus, quæ habent in prouincia Gallia.* De his *vectigalibus* municipiorum aut coloniarum vid. BRISSON. *de V. ſigniſ. voc vectigales agri.* Non nunquam ex *legatis*, ſpeciatim ad *opera publica* relictis, hæ impenſæ refectionis fiebant. Cautum quippe erat ſecundum *l.* 7. *D. de operib pub. pecuniam, quæ in opera noua legata eſt, potius in tutelam eorum operum, quæ ſunt, conuertendam, quam ad inchoandum opus erogandam, ſcilicet ſi ſatis operum ciuitas habeat, & non facile ad earcficienda pecunia inueniebatur.* Kurſus *voto* vel *pollicitatione* non nunquam quidam ſe adſtringebant ad opera vel reficienda vel perficienda, maxime ob caſum, quem ciuitas paſſa erat, qui omnimodo obligabantur. *l.* 7. *de pollic.* Sed & *liberalitas principum* præſto erat ciuitatibus, VT CAPITOLINVS in *Antonino pio c.* 8. refert: *multas ciuitates adiuuit pecunia, vt opera vel noua facerent, vel vetera reſtituerent.* Et quid dico *principum?* privatorum non nunquam feruor in reficiendis operibus publicis & multo magis templis eminebat, vt potiores reditus bonorum ſuorum huic impenderent cauſæ, cuius munificentiæ fructum hunc ferebant, vt nomen eorum operi inſcriberetur per *l.* 2. *de operib. publ.*

§. XXVI. Similem prouinciam poſt AVGVSTI tempora Romæ obtinebant *curatores operum publicorum.* Auxit AVGVSTVS magiſtratus, & officia antiqua diuiſit in plura, quo rectius ſinguli curam ſuam expedire poſſent. Teſtis eſt SVETONIVS *c.* 37. *n.* 1. *quo plures partem adminiſtrandam reipublicæ caperent, noua officia excogitauit: curam operum publicorum, viarum, aquarum, aluei Tiberis, frumenti populo diuidendi.* Quinam hanc curam apud Romanos in vrbe geſſerint, ſtrictim exponit REINESIVS *in claſſ. inſcript. antiqu. n.* 54. additque, hos curatores operum publicorum additos ſibi velut miniſtros habuiſſe *procuratores*, & inferioris gradus *diſpenſatores*, h. e. qui impenſarum in opera publica rationes adminiſtrabant, vt & *numerarios.* De his *curatoribus* frequenter loquuntur inſcriptiones antiquæ, inter quas hanc exhibet IACOBVS *de offic. aug. dom. lib.* 2, *c.* 13.

De curatoribus operum publicorum.

EX. AVTORITATE. IMP. CAESARIS.
TITI. VESPASIANI. AVG. IN. LO
CO. QVI. DESIGNATVS. ERAT. PER.
FLAVIVM. SABINVM. OPERVM.
PVBLICORVM. CVRATOREM.

Digitized by Google

TEMPLVM. EXSTRVXERVNT.
NEGOTIATORES. FRVMENTARII.

a curatoribus reipublicæ distinguendis.

Erant etiam *curatores reipublicæ*, quorum officium peculiari libello exposuit VLPIANVS, vt docet inscriptio *l.* 5. *D. de oper. publ.* quod tamen adhuc differebat a *curatorum operum publicorum* munere, vt declarat Dn. OTTO *cit. tr. c. IV.* §. 6. Quin tamen simul in partem muneris horum vocati fuerint, liquet ex *l.* 46. *D. de damn. inf.* vbi dicitur, *ad curatoris reipublicæ officium spectat, vt dirutæ domus a dominis exstruantur.* Erant vero hi *curatores operum publicorum* vel ipsi ædiles, vel qui in locum eorum successerant, adeoque eandem, quam ædiles, curam gerebant circa *refectionem templorum*, vt docet *l.* 1. *l.* 2. §. 1. *de operib. publ. l* 8. *C. eod.* Hac de causa hoc munus in *l.* 4. *de muner.* speciatim dictum fuit *cura exstruendi vel reficiendi operis*; huic præfecti vero *curatores ad exstruenda vel reficienda ædificia publica* in *l.* 18. §. 10. *eod.* Supremam curam sibi reseruabant imperatores, qui nonnunquam extra ordinem *inspectores publicorum operum* per diuersas prouincias mittebant inspiciendis operibus publicis, num sarta tecta ea essent, an vero desidia eorum, quos hæc cura tangebat, corrupta? *l.* 2. *C. Theod. de oper. publ.* ibique GOTHOFRED. *in comment.* Nec dubium est, quin hi quoque inspectionem suam ad templa extenderint, quæ sub generali appellatione *operum publicorum* comprehendebant, vt docet *l.* 3. *& l* 35. *C. Theod. eod.* quæ intelligenda est de *templis gentilium*, vt optime docet IACOB. GOTHOFRED. *ad cit. leg.*

Ecclesiæ primitus non erant templa,

§. XXVII. Atque hæc quidem de *onere reficiendi templa gentilium* ex iure ciuili deprompta, paucis attigisse sufficiat. Tranſitum facio propiusque accedo ad *ecclesias christianorum*, quæ quidem itidem suo modo *operibus publicis* accensери debent, propria autem iura, ad refectionem earum spectantia, pedetentim acceperunt, quæ ex ipsis antiquitatibus eruenda sunt. Equidem sub *imperatoribus gentilibus* christiani proprie dicta *templa* haud habuere, vt supra obseruaui; habuerunt tamen *loca* quædam, maxime seculo III. cultui sacro destinata, vel vt dicit EVSEBIVS *lib. X. hist. eccl. c.* 5, εἰς ἃς τὸ πρότερον συνέρχεσθαι, ἔθος ἦν αὐτοῖς, *in quibus antea conueniendi iis mos & consuetudo fuit.* Hoc etiam post pauca repetit: *Loca, in quibus conuenire solebant*, quæ *templis* haud accensebant, quæ *nullius, iuris diuini & extra omne patrimonium* erant, cum hæc loca, ipso CONSTANTINO iudice & interprete *cit. l.* ad *res vniuersitatis*, vel vt loquitur, ad *ius corporis* pertinuerint, indeque collegerit imperator, ea cuilibet *corpori* esse restituenda, post-

ad res vniuersitatis,

quam

Digitized by Google

quam edicto publico libertatem religioni christianorum restituit plenissimam. Nec mutata rerum facies, post pacem rebus christianorum indultam, sed loca ædesque congregationibus eorum destinata, recte dici potuere *res ecclesiæ* seu *corporis & vniuersitatis ecclesiasticæ*, vtut ex speciali imperatorum gratia & indulgentia non amplius priuato iure censerentur, sed *publica* gauderent *auctoritate*, *munimine* & *iure*. Ab hoc tempore ad *publica opera*, quæ antea *priuata* erant, referri eodem iure potuere, quo ea, quæ alias ciuitatibus propria erant: hæc itidem rebus *vniuersitatis* accensebantur, adeo, vt recte dixeris, *opera* ciuitatum *publica* fuisse *res ciuitatum*, exceptis forsan *templis*, quæ quidem ad *opera publica* relata, sed a patrimonio omni peculiari ratione exemta erant. In hoc ergo distinguo *templa gentilium* ab *ecclesiis christianorum*, id quod vbi perpendo, facile liquet, cui ex *natura rei* onus reficiendi ædes sacras incumbat? scilicet *vniuersitati*, si ærarium desit.

postea ad publica opera relata.

§. XXVIII. Enimuero primis hisce temporibus *pacis restitutæ* non tam *onus* hæc sollicitudo reficiendi & ædificandi ecclesias habita fuit, sed *decus* quoddam *eximiæ pietatis*, pro quo consequendo, fere principes & subditi inter se certabant. Non enim tantum plures ecclesiæ nouiter exstructæ, sed destructæ restitutæ sunt. Ait EVSEBIVS *lib. X. hist. eccl. c. 2. loca cuncta, quæ tyrannorum impietas ante subruerat, tanquam ex diuturna ac pestifera labe reuiuiscebant, templaque nostra a solo in immensam altitudinem erigebantur, & longe maiori cultu & splendore, quam illa, quæ prius expugnata fuerant, nitescebant.* A quibus autem hæc restitutio facta fuerit, quorumque impensis, haud addit, id quod tamen facile aliunde suppleri potest. Potissimum ipse CONSTANTINVS hoc onus sibi imposuit, iussitque, vt *pecunia publica* seu *fiscalis* in hanc causam conuerteretur. Prouocat EVSEBIVS de *vita Constantini lib. II. c.* 43. ad *legem* eiusdem, qua *præsides prouinciæ* admonuit, *ne pecuniis largiendis parcerent, sed vt ex imperialibus thesauris sumtus ad ædium sacrarum exstructionem depromerentur.* Euidentius id apparet ex *epistola eiusdem ad Eusebium cap.* 41. relata. *Quotquot*, scribit, *ecclesiis aut ipse præes, aut alios in singulis locis præsidentes & episcopos & presbyteros ac diaconos nosti; cunctos admone, vt in opera ecclesiarum omni studio & diligentia incumbant: quo aut reparentur, quæ adhuc manent, aut augeantur in maius, aut sicubi, vsus postulauerit, noua ædificentur. Quæcunque autem necessaria fuerint, & ipse & reliqui alii tuo interuentu, tum a præsidibus prouinciarum petent, tum ab officio præfecturæ prætorianæ.*

Ab initio refectio fiebat ex liberalitate a quolibet.

Digitized by Google

toriana. Tres potiſſimum hæc epiſtola ſuppeditat obſeruationes: 1) ſupremam ſollicitudinem pro *reficiendis eccleſiis* ſibi recte attribuiſſe imperatores, & leges de hac cauſa ſcripſiſſe: 2) ſpecialem autem curam commiſiſſe *epiſcopis* & *clericis*, qui eccleſiis præerant: 3) neceſſarios ſumtus ad hanc *refectionem* ex penu ſuo feciſſe. Poſtremum erat *munificentiæ regiæ*: duo priores articuli magis ad *iuris* rationem pertinebant, cum hæc ſollicitudo tam *ſuprema* & *generalis*, quam *ſubordinata* & *ſpecialis* nemini rectius attribui potuerit quam Cæſari & his, qui eccleſiis erant præpoſiti, & redituum omnium eccleſiaſticorum, more iam recepto, diſpenſationem habebant.

Fundamenta circa hanc refectionem præmittuntur.

§. XXIX. Sicuti vero liberalitas CONSTANTINI M. in ſuppeditandis neceſſariis ſumtibus in *refectionem eccleſiarum* impendendis, ſucceſſores non obligabat, nec in eos hoc onus transferre poterat, cum, quod *liberaliter*, nullo iure cogente, factum, in conſequentiam non eſſet trahendum; ita hoc onus ſecundum regulas iuris ab aliis, qui ad hoc *iure perfecto* obſtricti erant, ferendum fuit, de quibus nunc agendum. Docet vero recta ratio, a qua nec *ius ciuile* abludit, nemini *regulariter*, ſi ab omni *pacto* abſtrahimus, rectius hoc onus imponi poſſe, quam ipſi *rei reficiendæ* domino, ſeu cuius patrimonio illa accenſenda eſt. Sicuti enim omne commodum ex ea ſentit, & in ſuos vſus eam comparauit, ſibique poſſidet; ita quoque hoc onus, quod illius rei conſeruationem continet, ſuſtinere debet. Eſt autem *refectio* hæc eo magis neceſſaria, nec vllo modo negligenda, quo magis reipublicæ vtilitas conſeruationem rerum reficiendarum poſtulat, adeo, vt quamuis alias quis rem ſuam *iure dominii* negligere, & refectionem omittere poſſit, hac tamen libertate in *ſtatu ciuili* non vbique nec in genere vti queat. Hac de cauſa respublica conſtituere ſolet *inſpectores curatoresque*, qui præcauere debent, ne, vbi talis *refectio* in vtilitatem reipublicæ eſt neceſſaria, domini hoc onus negligant, ſuaque deſidia efficiant, vt res reficiendæ corruant cum boni publici detrimento.

Onus hoc regulariter incumbit domino,

aliquando ex neceſſitate.

Quod illuſtratur intuitu ædium.

§. XXX. Talis *refectio* potiſſimum deſideratur, & legibus iuncta eſt, quoad ædes ruinam minantes, quia intereſt reipublicæ, ne ruinis deformetur respublica, vt dicitur in *l.* 2. §. 17. *D. ne quid in loco publ.* Hunc in finem conſtituti erant *ædiles*, qui olim etiam priuatarum ædium curam habebant, ceu liquet ex *l. vn.* §. 1. *D. de via publ. & ſi quid.* In prouinciis eandem curam quoque ſuſtinebant, tum curatores reip. ſecundum *l.* 46. *pr. de damn. inf.* vbi ICtus ita: *ad curatoris reipublicæ officium ſpectat,*

Digitized by Google

ſtat, vt dirutæ domus a dominis exſtruantur, tum etiam præſides & proconſules, teſte VLPIANO *in l. 7. D. de offic. præſid.* aiente: *præſes prouinciæ inſpectis ædificiis, dominos eorum, cauſa cognita, referre ea compellat, & aduerſus detrectantem competenti remedio deformitati auxilium ferat.* Idem fere *ad officium proconſulis* applicatur in *l. 7. de offic. proconſ.* Erat tamen quoad ciuitates municipales differentia inter *curiales* & *non curiales*, ita, vt illi etiam *inuiti vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerunt domos, vel de nouo ædificare cogerentur;* hi vero tantum in vrbibus, in quibus domum poſſidebant, *easdem dirutas neglectasque reparare* tenerentur, vt edicunt imperatores *in l. 8. C. de ædif. priu.* Adeo vero hæc *refectio* incumbit *domino*, vt, ſi *ſumtu alieno* v. c. *publico* ædes refectæ fuerint, impenſæ cum vſuris reipubl. reſtituendæ ſint, quo non facto intra tempus præſtitutum, iure domum respublica diſtrahit *l. 46. §. 1. de damn. inf.* Denique ſi domus eſt communis, communi ſumtu refici debet, alioquin ſi alter ſociorum ceſſantium portiones conſtituerit, ſortem cum vſuris centeſimis intra quatuor menſes, poſtquam opus refectum erit, recipere debet, aut deinceps rem propriam habebit, *l. 52. §. 10. pro ſoc.* vel vt dicitur in *l. 4. C. de ædif. priu. ius dominii pro ſolido vindicare vel obtinere* debebit. Inde liquet 1) dominis rerum hoc onus incumbere: 2) vbi reipublicæ intereſt, quemlibet ad refectionem cogi poſſe: 3) ſi *ſumtu alieno* refectio facta, agi poſſe ad illum repetendum.

§. XXXI. Extra ordinem tamen etiam *tertius*, h. e. *non dominus* quandoque ad refectionem rei, quæ ad alium ſpectat, obſtringitur, & quidem (1) ob *ſeruitutem*, quam in re aliena habet. Ait ICtus in *l. 6. §. 2. D. ſi ſeruit. vind. In omnibus ſeruitutibus refectio ad eum pertinet, qui ſibi ſeruitutem aſſerit, non ad eum, cuius res ſeruit.* Quamuis enim regulariter quilibet rem ſuam ſartam tectam ſeruare teneatur, id tamen eo haud pertinet, vt in commodum merum alterius ad *refectionem* cogi queat, *l. 2. §. 5 D. de aqu. & aqu. pl. arc.* quin potius æquum eſt, vt, qui *iure ſeruitutis* commodum ex re aliena percipit, huic oneri ſe ſubmittat, & ſuo ſumtu rem, quæ & quatenus ſeruit, reficiat. Inde fluit, 1) dominum rei ſeruientis a poſſeſſore prædii dominantis cogi non poſſe ad refectionem, ne quidem in *ſeruitute oneris ferendi*, niſi in ſeruitutis huius impoſitione pacto aliter conuentum fuerit, id quod ſupponitur in *l. 35. de S. P. V.* & *l. 6. cit.* ibi: *ædificia reficiat ad eum modum, qui ſeruitute impoſita comprehenſus eſt*, quæ verba euidenter caſum *pacti conuenti* indicant. Operatur vero eiusmodi pactum, vt ſeruitus prædio impoſita alteretur & irre-

Extra ordinem quis reficere tenetur rem alienam. 1) ob ſeruitutem,

Digitized by Google

irregularis fiat, adeoque hæc *refectio*, actione *reali* seu *confessoria* exigi queat, vt ICtus in *cit. l.* 6. euidenter docet. 2) Eum, cuius interest, ob seruitutem, impediri non posse a domino in *refectione*, alioquin interdicto de *reficiendo* ei succurritur: *l.* 3. §. 11. *seqq. de itin. actuque priu. l.* 1. *pr. l.* 1. *f. de riu. l. vn. §.* 6. *de fonte l.* 1. *pr. de cloacis &c.* modo reficiens *cautionem damni infecti* præstiterit, vt refectio sit innoxia, quamuis domino quodammodo incommoda. (II) Extra ordinem tertius ad refectionem tenetur ob damnum per iniuriam datum in re aliena, siue ex contractu eam teneat, quo casu ex illo ad refectionem cogi potest; *l.* 11. *pr.* §. 1. *l.* 25. §. 3. 4. 5. *l.* 41. *D locati*, siue nullus intercesserit contractus, quo casu ex L. Aquilia damnum resarcire, & sic per indirectum rem reficere, vel ad minimum sumtus ad refectionem suppeditare deber. *l.* 27. §. 9. *l.* 31. *D. ad L. Aquil.* Quodsi vi aut clam tale damnum datum est, potest etiam interdicto, *quod vi aut clam* ad rem *restituendam* agi, *l.* 1. *pr.* & §. 1. *quod vi aut clam*, vel si res non possit restitui, ad id, quod interest per *iuramentum in litem* æstimandum *l.* 15. §. 7. & 9. *eod. l.* 16. *eod.* Hoc remedio eo magis vtendum, quo expeditius per *mandata* hic proceditur, & ita refectio eo facilius obtinetur. Denique (III) *extra ordinem* quis rem alienam reficere tenetur, ob *pactum*, quo refectionem speciatim, ruina quocunque modo eueniente, in se recepit, vtpote si conductor quemuis casum fortuitum circa ædes conductas recepit. *l.* 23. *D. de reg. iur.* Ceterum si quis refecit, qui ad eam reficiendam haud tenebatur, suis sumtibus perficiendam, sumtus in hunc finem factos repetere, vel iure *retentionis* consequi potest, pro diuersa ratione casuum, quos hic explicare non vacat.

2) ob damnum datum,

3) ob pactum.

Quatuor capita in refectione ecclesiarum pertractanda.

§. XXXII. Hæc principia, sicuti in recta ratione fundata sunt, vsum etiam in *hypothesi*, scilicet in *refectione ædium sacrarum*, & quæ his accedunt, habent insignem. Id quod vt eo euidentius omnium in oculos incurrat, potissimum omnis oratio, in his quatuor capitibus illustrandis & exornandis, occupata erit, I) vt ostendam, refectionem hanc, de qua agitur, omnino esse lege *præceptam* & sic *necessariam*: II) hunc in finem quoque *curam* huius *refectionis* quibusdam demandari debuisse: III) inquirendum, vnde & quo sumtu refectio hæc suscipi debeat? & denique IV) *modus reficiendi* euoluendus & in *casu contradictionis* certo iure circumscribendus.

Necessitas refectionis euincitur tum ex ratione,

§. XXXIII. Primum caput *necessitatem* huius *refectionis* concernit, quæ ex antea adductis principiis fluit. Quodsi enim talis refectio

Digitized by Googl

ctione quidem in *ædibus priuatis* negligi, ſed a magiſtratu imperari poteſt; multo magis refectio in *ædibus ſacris* & harum *acceſſoriis* neceſſitatis erit, quarum vſus quodammodo *publicus* eſt, vt etiam *operibus publicis* accenſeri debeant. Proinde reipublicæ intereſt, ne eccleſiæ ruinam patiantur, ſed, vt alia opera publica, ſartæ tectæ conſeruentur, cum etiam cultus diuinus, qui in iis peragitur, neceſſarius ſit, qui *publice* absque iis peragi nequit. Vtut enim quilibet domi deuotioni vacare poſſit, ea tamen eſt chriſtianæ religionis ratio, vt, qui vniti ſunt in fide & ſpiritu, in vnum quoddam inter ſe coaleſcant corpus, & certo loco communium ſacrorum gratia congregentur, exemplo chriſtianorum primitiuorum, qui quotidie colligebantur, & vno ore Deum inuocabant, aliaque peragebant ſacra. *Act. II*, 46. *IV*, 32. *V*, 42.

§. XXXIV. Agnouerunt poſtea etiam principes chriſtiani, & legibus ſuis hanc neceſſitatem munierunt. Eleganter ait ANASTASIVS imperator in *l.* 10. *C. de hæret. & manich. ſiue apud dominos poſſeſſoresue orthodoxos ea prædia maneant, ſiue ad fiſci noſtri iura peruenerint, neceſſe eſt, in his eccleſias & oratoria conſtituta diligentius & ſollicitius inſtaurari.* Subiungit hanc rationem: *Noſtræ enim ſerenitatis vndique ad hunc exitum prouidentia ducit, vt omnipotentis Dei templa, (in quibus noſtræ fidei inſtituta perdurant) cultu aſſiduo per omnia ſecula reditiua ſeruentur.* Eadem mens fuit LEONIS & ANTHEMII in *l.* 14. *pr. C. de SS. eccl.* vbi tam de *ſacris ædibus* quam harum *acceſſoriis* conſeruandis ita ediſſerunt: *ea, quæ ad beatiſſimæ eccleſiæ iura pertinent, vel poſthac forte peruenerint, tanquam ipſam ſacroſanctam & religioſam eccleſiam, intacta conuenit venerabiliter cuſtodiri, vt ſicuti ipſa religionis & fidei mater perpetua eſt, ita eius patrimonium iugiter ſeruetur illæſum.* Equidem contra alienationem temerariam hæc facta eſt diſpoſitio; ipſa tamen ratio & diſpenſatio eiusdem recte quoque applicari poteſt ad *refectionem*, ſine qua nec eccleſia nec eius patrimonium ſeruari poteſt illæſum. Eandem neceſſitatem agnouit IVSTINIANVS, adeoque varia ratione diſpoſuit de cura eccleſiis reficiendis impendenda, ceu conſtat ex *l.* 42. *& l.* 46. *de SS. eccleſ.* alia vt iam non adducam loca. tum ex legibus

§. XXXV. Eandem neceſſitatem quoque agnouerunt imperatores ſubſequentes & decreta conciliorum. LOTHARIVS imperator anno 824. in hæc verba edixit apud HARDVINVM *tom. IV. concil. p.* 1262. *de eccleſiis emendandis volumus, vt ita obſeruetis, ſicut in capitulare noſtro, quod ad Dolonam fecimus.* In *concilio Londin. anno* 1268. celebrato *c.* 18. apud HARDVINVM *tom. VII. concil. p.* 628. patres hoc modo edicunt: & conſtitutionibus conciliorum,

improbam quorundam auaritiam perſequentes, quin cum a ſuis eccleſiis & eccleſiaſticis beneficiis multa bona ſuſcipiant, domus ipſorum & cetera ædificia negligunt, ita vt integra non conſeruent, & dirutа non reſtaurent (propter quod ipſarum eccleſiarum ſtatum deformitas occupat & multa incommoda ſubſequuntur) ſtatuimus atque præcipimus, vt vniuerſi clerici ſuorum beneficiorum domos & cetera ædificia, prout indiguerint, reficere ſtudeant condecenter. Pari ratione in *ſynodo Exonienſi anno* 1287. celebrata *c.* 16. apud HARDVIN. *cit. l. p.* 1091. neceſſitatem *refectionis* vrſerunt patres: *Ingratitudinis vitio & auaritiæ labe quorundam ſtatum nouimus quam plurimum derogari: qui cum beneficiis eccleſiaſticis ſuis nonnulla percipiant emolumenta, onera incumbentia negligunt ſupportare, ædificia eccleſiarum integra conſeruare & reſtaurare dirupta non curantes. --- Hinc eſt, quod ſtatuendo & monendo diſtricte præcipimus &c.* Verum adeo plena ſunt de *neceſſitate* huius *refectionis* conciliorum decreta, vt ea congerere laborioſum magis quam vtile foret, cum ex ſequentibus, quæ *neceſſitatem* hanc præſupponunt, hæc ipſa euidentius apparitura ſint. Paucis duntaxat adhuc in medium proferam *leges proteſtantium eccleſiaſticas*, hanc refectionem imperantes. In *ordin. conſiſtor & viſit. Marchicæ c. XIII.* hæc ſunt ſtatuta: Die Kirchen ſollen zu GOttes Ehren wohl gezieret, und dergeſtalt in baulichen Würden gehalten und zugerichtet werden, daß man GOTTes Wort füglich darin predigen könne, und nicht dermaſſen Dach- und Bau loß liegen, daß beyde Kirchen-Diener und Zuhörer darin zu gehen Scheu tragen. Eadem neceſſitas *refectionis* quoque adferitur *cap. XXV.* quoad *ædes parochiales* aliaque *ædificia eccleſiaſtica*, in quibus par eſt ratio. In *ordin. eccl. Magdeb. c. XXIV. §.* 1. itidem iniungitur, daß die Kirchen-Gebäude, Prediger- Schulmeiſter- und Küſter-Häuſer durch die Vorſteher mit Zuziehung verſtändiger Werck-Leuthe fleißig beſichtiget, und was ſchad- und mangelhafft ſich finden möchte, ohne Verzug und zu rechter Zeit ausgebeſſert, was aber gar eingegangen, gleichwohl nicht zu entbehren, hinwieder gebauet werde.

imo & ſtatutis proteſtantium.

Neceſſitas hæc ceſſat 1) in templis infidelium.

§. XXXVI. Ab hac *neceſſitate reficiendi* eccleſias tres potiſſimum caſus eximuntur. Primus concernit templa *infidelium*, *hæreticorum* omniumque, qui ſacris reprobatis operam dant. Fana enim idolorum cæſares chriſtiani partim deſtruenda partim occludenda eſſe conſtituerunt, vt impius cultus hoc ipſo ceſſaret. THEODOR. *lib. V. hiſt. eccl. c.* 21. Templa gentilium in vrbe prorſus ab exercitio excluſa ſunt: *l. 2. C. Theod. de pagan.* ea, quæ extra muros poſita erant, intacta & in cor-

Digitized by Google

corrupta ſeruata *l.* 3. *C. Theod. eod.* & conſequenter *refectio* non impedita. Pedetentim & omnis ſacrorum vſus gentilibus interdictus, & quia iudæorum cultus quoque chriſtianis inuiſus erat, inde factum, vt non tantum ab ædificatione *ſynagogarum* excluſi, ſed etiam hæ furore quodam carnali a plebe deſtructæ fuerint. Barbarum hunc morem variis legibus coërcuerunt imperatores, & ſynagogas iudæorum aduerſus impetum inconſideratæ plebis ſecuras incolumesque eſſe voluerunt per *l.* 9. 12. 20. 21. 25. & 26. *C. Theod. de iudæis & l.* 14. *C. eod. l.* 6. *C. de pag.* ſynagogis Samaritanorum tantum deſtruendis. *l.* 17. *C. de hæret. & monich.* Hæc omnia indicant, noluiſſe quidem imperatores furori ineptæ plebis & intempeſtiuo zelo quorundam epiſcoporum indulgere, interim tamen nullam *neceſſitatem* iudæis impoſuiſſe *ſynagogas reficiendi*, ſed hoc tantum *permiſiſſe.* Refectio enim *indulgentiæ imperatoriæ* vnice accepto ferenda, non *neceſſitati* adſcribenda erat. Id indicat *l.* 19. §. 1. *C. de iudæis*: *illud etiam pari conſideratione rationis arguentes præcipimus, ne qua iudaica ſynagoga in nouam fabricam ſurgat, ſulciendi veteres PERMISSA LICENTIA, quæ ruinam minantur.* Idem ius canonicum ſequitur in *c.* 7. *X. de iud.* vbi pontifex in hæc reſcribit verba: *Iudæos de nouo conſtruere ſynagogas, vbi non habuerunt, pati non debes. Verum ſi aliquæ corruerint, vel ruinam minantur, vt eas reædificent, poteſt AEQVANIMITER TOLERARI.* Sic itaque refectio ædium cultui chriſtiano deſtinatarum eſt *neceſſitatis*: ſynagogarum vero *tolerantiæ*, imo *priuilegii.* Quamuis enim ad *ædes priuatas* ad minimum referri queant, quarum refectio neceſſitatis eſt; finis tamen, ad quem deſtinantur, a plerisque legislatoribus reprobatus fuit, vt earum *ruinam* potius quam *refectionem* exoptaſſe viderentur. Non ergo peccant, qui ſuo priuilegio non vtuntur, & *ſynagogarum refectionem* intermittunt, ad quam ne quidem tenentur.

Iudæorum ſynagogis refectio indulta ex mera gratia.

§. XXXVII. Vix melior fuit cauſa *hæreticorum*, h. e. a formula fidei publice approbata recedentium, *l.* 2. §. 1. *C. de hæret.* imo deterior. Habuiſſe eosdem etiam ſuas *paraſynaxes*, *conuenticula* & *loca congregationum*, antiquitates memorant, quamuis adeo inuiſa orthodoxis, vt nihil non pro iis abolendis tentauerint, & tandem ſcopum ſuum obtinuerint. Conſtituiſſe enim imperatores in *l.* 2. *pr. C. de SS. trinit.* animaduertimus hunc in modum: *nullus hæreticis miniſteriorum locus, nulla ad exercendam animi obſtinatioris dementiam pateat occaſio. Sciant omnes, etiamſi quid ſpeciali quodam reſcripto per fraudem elicito ab huiusmodi hominum genere impetratum ſit, non valere.* Prolixus adfertur hæreti-

Hæretici male habiti, vt ne quidem eccleſias ſuas reficere potuerint.

Digitized by Google

reticorum catalogus in *l.* 5. *C. de hæret.* quibus iniungitur, vt *nunquam in Romanum locum conueniendi morandique habeant facultatem*, quin potius *priuata ædificia*, in quæ domino permittente vel conniuente conuenerint, ecclesiæ catholicæ adiudicata sunt. Repetitur idem in *l.* 6. *C. eod.* & quidem sub publicatione bonorum. Conf. *nou.* 37. & 131. *c.* 8. Quodsi itaque ne quidem *hæreticis* permissum est, ædes huiusmodi, sacris suis destinatas, exstruere aut exstructas habere, frustra de *refectione* earum agitur, quæ ne quidem iis integra, imo ex hactenus dictis prorsus interdicta est. Censentur enim hi *rebelles* aduersus *ecclesiam*, h. e. *regnum clericale*, perfidi, seditioti, perduelles, adeoque prorsus exterminandi nec vllo tolerandi modo. Imo si tolerantur cum exercitio sacrorum, reficiendi quidem *ius* habent, sed neutiquam *necessitate* obstringuntur. Ita philosophandum ex principiis *ecclesiæ dominantis Romanæ*, hæreticos odio vatiniano & vltra modum infectantis.

Idem odium subeunt protestantes in tuitu Romanæ ecclesiæ.

§. XXXVIII. Notum est, quæ molestiæ ex his principiis (vt vt peruerse applicatis) *protestantibus* subeundæ, quæ perferendæ persecutiones. Tandem publicæ religionis securitati prospectum per *pacem religiosam* & plenius per *instrumentum pacis Osnabrugense*, quibus legibus non tantum sacra nostra probata publice, sed etiam certo modo eorum exercitium determinatum. Clament itaque sedis Romanæ asseclæ, nos esse hæreticos: vrgeant, doceant, inculcent discipulis suis, tolerantiam nobis potius denegandam quam adstruendam, nosque, quantum fieri potest, in exercitio religionis esse impediendos, & ad hanc metam leges imperii esse aptandas, explicandas, intelligendas; leges imperii publicæ, causæ bonitas, imo ipsum præsidium diuinum nobis fauent, & nostram tuentur causam. Interim negari nequit, inter dissentientes in religione ius reficiendi ædes sacras magis adscribi *libertati*, quam *necessitati*, vt magis disquiri debeat: *vtrum impediri possit refectio dissentientibus a religione dominante*, quam illud: *an refectio iis imperari possit?* Cautum enim est in *I. P. art. V.* §. 31. vt landsassi, vasalli & subditi, qui anno 1624. quacunque anni parte Augustanæ confessionis exercitium siue publicum siue priuatum habuerunt, retineant etiam in posterum vna cum annexis; *nec minus maneant in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum templorum, nec quisquam a quocunque vlla ratione aut via turbetur, quin potius turbari plenarie, in statum anni* 1624. *restituantur.* Quæ cum ita sint, *refectio templorum* ædiumque ad ea spectantium, quæ in possessione sua habent, iis omnino integra est, vt hæc non nudæ *gratiæ*, *liberalitati* aut *tolerantiæ* meræ ad-

Interim refectio iis imperari nequit.

Digitized by Google

adſcribi debeat; ſed *iure perfecto*, ex *lege publica* proteſtantibus æque ac catholicis competat, nec vllo modo impediri queat. Equidem hic rurſus refectio non abſoluere *neceſſitatis* eſt, nec de ea forſan quæſtio mouebitur: interim *ius perfectum* proteſtantibus quæſitum ex *obſeruantia anni* 1624. (quæ inſtar *regulæ* obtinere debet ſecundum *art. V. I. P.* §. 33.) in dubium minime vocandum, quod noſtratibus, ſub *catholico magiſtratu* viuentibus, ſufficit, vt id contra quoscunque defendere poſſint. Nec proteſtantibus obiici poteſt clauſula: *quatenus illa dicto anno exercuerunt*, inde inferri, *refectionem* templorum eſſe impediendam, ſi dicto anno refectionem haud exercuerint; huc enim minime trahi poſſe clauſulam, totus oſtendit contextus. Sufficit enim proteſtantes in *poſſeſſione* templorum eo tempore fuiſſe, cuius conſequens eſt, *refectionis libertas*, in qua *per conſequentiam* conſtituti fuerunt, dum *poſſeſſionem templorum* habuerunt, quam ſine *refectione* conſeruare nequeunt, vt *poſſeſſionem* impediat, qui *refectioni* ſeſe opponit: ſufficit, quod in hac per leges publicas confirmata poſſeſſione turbari non debeant, id quod tamen contingeret, ſi *refectio* iis interdiceretur. Proinde æque interdicta contra *impedientes refectionem* ſunt propoſita, ac quidem contra eos, qui in *poſſeſſione* quendam turbant. Ita recte ſubducit rationes ICtus in *l.* 1. §. 11. *de itin. actuque priu. Conſequens erat*, ait, *eum, qui itinere vtitur, interdictum proponere, vt refici iter poſſit; quemadmodum enim alias vti poteſt itinere vel actu commode, quam ſi refecerit? corrupto enim itinere minus commode frui aut agi poteſt.* Eadem eſt ſententia *l. vn.* §. 7. *de fonte*, vbi ita: *niſi purgare & reficere fontem licuerit, nullus vſus eius erit*, & conſequenter *poſſeſſione* intercluditur poſſeſſor, quippe quæ in *vſu* conſiſtit. Quibuscunque ergo poſſeſſio integra relinquenda non turbanda eſt, iis *ius reficiendi* in dubium non vocamus, quando templa, quæ poſſident, reficere tentant.

§. XXXIX. Alter caſus, quo *neceſſitas reficiendi* remiſſa eſt, concernit *ſuperfluam templorum* vel ædium ſacrarum *copiam*, quibus magis respublica oneratur, quam honoratur. Quamuis enim fauor inſignis tum religionis cultusque diuini, tum etiam eccleſiarum ſit, in quibus ille peragitur, adeo vt *nimium* vel *ſuperfluum* vix hic reperiri queat; expeditum tamen eſt, re penitius inſpecta, veram deuotionem in *ſuperſtitionem grauiſſimam* transmutari poſſe, ſi *primario & principaliter* ad *templa* alligatur: ſi omnis fiducia, ſi religionis cultusque diuini anima, centrum, & ſpiritus in *templorum multitudine* quæritur & veræ pietatis opera interim negliguntur. Id vero tum maxime fieri, imo factum fuiſſe, vbi

Non eſt neceſſaria refectio, ſi ſuperfluæ ſint eccleſiæ.

Digitized by Google

ædium ſacrarum multitudine ciuitates, oppida, agrique abundare imo ſuperbire cœperunt, quis in dubium vocabit? ſicut enim ſuperflua harum ædium exſtructio ex *ſuperſtitione* proceſſit, ita hoc malum easdem admodum propagauit, vt id ipſum, quod religioni chriſtianæ inſeruire debuerit, in eius detrimentum & iacturam omnino ceſſerit. Agnouerunt id plures ex patribus & ſcriptoribus melioris notæ, quorum iudicia collegerunt HOSPINIANVS *lib. I. de templis c.* 6. & ARNOLD. *in repræſ. Chriſt. prim. lib.* 2. *c.* 3. Conf. MAVRIT. *de ſecul. bon. eccleſ. c.* I. §. 7. Quodſi itaque apparet, templa reipublicæ magis oneri, religioni vero periculo eſſe, eique inſidias ſtruere, tutius eſt deſtruere templa, vſibusque aliis applicare, maxime publicis, quo poſito, *neceſſitas reficiendi* ceſſat & exſtinguitur.

Quod ex legibus illuſtratur.

§. XL. Nihil hic noui aut iuri aduerſum trado: id tantum repeto, quod maiores noſtri iam agnouerunt, & legibus corroborarunt. In conſtitutione LOTHARII de anno 874. ſupra laudata apud HARDVINVM *tom. IV. p.* 1262. imperatur talis deſtructio. Primo præmittitur *neceſſitas refectionis*; additur tamen: *& vbi in vno loco plures ſunt, deſtruantur.* Repetiit duntaxat hanc legem LOTHARIVS, quam iam anno 803. tulerat CAROLVS M. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 391. vbi *c.* I. ita: *de eccleſiis emendandis, & vbi in vno loco plures fuerint, QVAM NECESSE SIT, vt deſtruantur, quæ neceſſariæ non ſunt & aliæ conſtruantur.* Relata eadem lex reperitur *lib. IV. capitul. c.* 28. apud BALVZ. *cit. l. p.* 744. conf. HARDVIN. *tom. IV. concil. p.* 954. vnde liquet, etiam hos canones collectioni conciliorum inſertos fuiſſe. Hac de cauſa 1) noſtrates recte docent, propter nimiam *abundantiam eccleſiarum*, & *bonorum eccleſiaſticorum* permiſſam eſſe *ſeculariſationem*: deſtructis enim ſuperfluis eccleſiis, bona earundem conuerti poſſunt in vſus publicos. MAVRIT. *cit. l. c. IV.* §. 4. 2) Cognitio, an eccleſiæ ſint ſuperfluæ, magis referenda ad principem, quam clerum maiorem. Sicuti enim hic nunquam conſtituet aut concedet ex rationibus hierarchiæ propriis, vllas eccleſias eſſe ſuperfluas; ita principibus primario incumbit, vt cognoſcant, quid e re reipubl. ſit, & quatenus eccleſiæ nimis onerent rempublicam, & bona, ſine quibus eſſe nequeunt, iis ſubducant. Inde quoque ex eadem ratione *ius amortizandi* inualuit, & nuper admodum inuictiſſimo imperatore CAROLO VI. in terris propriis exercitum, contra quod pontifex cum clero maiori, teſte hiſtoria, vbique murmurauit, grauesque motus excitauit. 3) Equidem vt talis deſtructio præcaueatur, cautum eſt antiquis legibus, vt nulla eccleſia ſine ſufficiente *dote* ædificaretur,

Digitized by Google

retur, quod IVSTINIANVS potiſſimum vrſit in *nou.* 76. *c.* 2. addens hanc rationem: *multæ enim & in hac regia ciuitate & in prouinciis eccleſiæ ſunt, in quibus competenti quidem adminiſtratur modo, periculum vero ruinæ patiuntur per vetuſtatem, aut etiam paruæ conſtitutæ ſunt & inordinatæ, ſecundum deſiderium eorum, qui in eis deputati ſunt;* nihilominus tamen etiam hac lege lata, contingere potuit, imo reapſe nimium quantum contigit, vt ædibus ſacris ad ſuperſtitionem vsque abundauerit respublica, quarum refectio proinde recte lege publica impediri & fanciri potuit, vt potius deſtruerentur, vel in vſus publicos conuerterentur. 4) De altaribus quoque idem conſtituere imperatores antiqui, ſancientes, *vt non ſuperfluæ ſint in eccleſiis;* vid. BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 966. Palam enim eſt, illas conſtrui non poſſe ſine *dote* ſufficiente, vnde rurſus respublica fraudatur bonis, reipublicæ vſibus aliis inſeruientibus.

§. XLI. Denique vltimus caſus *inopiam eccleſiæ reficiendæ* reſpicit; cum enim neceſſitas non habeat legem, merito *refectionis neceſſitas* ob *ſummam inopiam* tum iplius eccleſiæ, tum eorum, ad quos ea pertinet, remittitur, & ruinæ æquo animo feruntur, bonis, quæ forſan ſuperſunt, in alios vſus, maxime pios, applicatis. *Nou* 120. *c.* 1. §. 2. *auth. ſi quas ruinas C. de SS. eccleſ.* In *concil. Rotomag. anno* 1581. celebrato *tit. de monaſteriis c.* 22. apud HARDVIN. *tom. X. concil. p.* 1250. *in f.* ita hac de re cautum: *Si vero vetuſtate vel alias collapſæ fuerint, & ob earum inopiam nequeant inſtaurari; vocatis his, quorum intereſt, in matrices aut alias eccleſias locorum eorundem ſeu vicinorum arbitrio ſuo transferant, atque in iisdem eccleſiis erigant altaria vel capellas vel prioratus ſub iisdem inuocationibus; vel in eam erecta altaria vel capellas vel prioratus traducant cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus eccleſiis impoſitis.* Extrema huius *canonis* verba docent, bona eccleſiarum, ruinis inuolutarum, quæ refici nequeunt, aliis vnienda eſſe. Id etiam interpretes iuris eccleſiaſtici docent traduntque, iuſtam *vnionis* cauſam eſſe *inopiam* eccleſiæ deſtructæ, vt tantum delit, vnde commode reſarciri queat & conſeruari. vid. SLEVOGT. *de vnion. eccl. diſſ. I. c.* 2. § 12. Quodſi eccleſiæ parochiales hoc modo vniantur, vel prorſus vnita *ſupprimitur*, & vniri vocantur die eingepfarrete, vel prorſus vnita tantum alteri *ſubiicitur*, vocaturque hæc *filia*, principalis vero *matrix*. De hac neceſſitate vniendi eccleſias GREGORIVS in *c.* 49. *C.* 16. *q.* 1. optime edifferit. *Poſtquam*, ait, *hoſtilis impietas diuerſarum ciuitatum ita (peccatis facientibus) deſolauit eccleſias, vt reparandi eas ſpes nulla, populo deficiente, remanſerit, maiori valde cura conſtringimur, ne defunctis eorum ſacerdotibus reliquiæ plebis*

Denique in caſu inopiæ refectio remiſſa eſt.

plebis nullo paſtoris moderamine gubernatæ per inuia fidei hoſtis callidi rapiantur (quod abſit) inſidiis. Huius ergo rei ſollicitudine ſæpe commoti, hoc noſtro ſedit cordi conſilium, vt vicinis eas mandaremus pontificibus gubernandas &c. Simile exemplum occurrit in *c.* 2. *X. de relig. domib.* cuius ratio eo iuſtior eſt, quo minus defolatæ eccleſiæ vſus aliquid ad veram deuotionem conferre videtur. Quod enim ſuperſtitionis intuitu exſtructum, id merito deſtruendum, vel in vſus meliores vertendum.

Ad neceſſariam refectionem ædium ſacrarum datur coactio per actionem popularem.

§. XLII. Sicuti vero, vbi *refectio ædium ſacrarum* minus neceſſaria eſt ex adductis rationibus, licite intermittitur, imo ſacra etiam in eis ſiſtuntur; ita, vbi *neceſſitas* eſt, *coactionem* operatur, quæ *remediis iuris* expeditur, vt hi, quibus cura *eccleſiarum* hisque adiacentium domuum eſt demandata, refectionem debito peragant modo, & ruinam auertant. Eſſe hanc actionem *popularem*, & quemlibet ad reficiendum agere poſſe, cenſet PECKIVS *cit. tr. c.* 27. nec, inſpecto iure Romano, male cenſuit. Eſt enim hoc *piis cauſis* priuilegium in genere datum, vt pro earum conſeruatione, quam *refectio* intendit, quilibet agere queat. Si quid earum intuitu negligitur, ſupprimitur, vel in detrimentum eorum eſſe videtur, id quilibet deferre poteſt. Addunt imperatores in *l.* 28. *in f. C. de epiſc. & cler.*, vt quorumcunque excitent vigilantiam: *nec delatoris nomen ſuſpicionemque formident: cum fides atque induſtria eorum tam laude quam honeſtate ac pariter pietate non careat.* Repetiit idem IVSTINIANVS in *l.* 46. §. 6. *C. eod.* vbi præmittit, *epiſcopos* potiſſimum *curam piarum cauſarum* habere, & *cogere* eos, qui eis præpoſiti ſunt, poſſe, vt, quæ ſui officii ſunt, ſedulo peragant. Addit præterea: *& cuicunque ciuium idem facere licentia erit, cum ſit enim communis pietatis ratio, communes & populares decet etiam affectiones conſtitui harum rerum executionis.* Conf. *nou.* 131. *c.* 1. *in f.* Inter gentiles idem quoad *templa* olim permiſſum fuiſſe, nemo forſan in dubium vocabit, qui templa ſua *operibus publicis* accenſebant, vt ſupra dictum eſt. *Cuilibet* enim, ait ICtus in *l.* 1. *D. de loc. & itin publ. in publicum petere permittendum eſt, quod ad vſum omnium pertineat.* Hac de cauſa, *ædem ſacram ædificari vel reſici* ſtipulari valide cuilibet integrum erat ſecundum *l.* 38. §. *f. de V. obl.* quamuis enim nemo alteri regulariter ſtipulari poterat, erat tamen hæc cauſa *quaſi publica*, ſingulorumque intererat, adeoque nemo ab hoc zelo excludendus erat.

An in hoc caſu ſit vſus popularis actionis?

§. XLIII. Equidem communiter ICti docent aſſeruntque, hodie vſum *actionum popularium* vix dari, quin potius magiſtratum *ex officio* ad talia curanda obſtringi, & nemine etiam agente, ea, quæ in publi-

Digitized by Google

publicum profunt, ordinare debere. Addi poſſet, ſecundum principia iuris canonici, laicos fere ab his, quæ *eccleſiaſtici iuris* ſunt, excludi, nec ſe immiſcere in ea poſſe, quæ ad *curam ſacerdotalem* pertinent, quorſum etiam *refectiones eccleſiarum* ſpectant. Enim vero prius abſolute admitti nequit, ſed tantum oſtendit, rariorem forſan harum actionum vſum eſſe, neutiquam vero eos, qui *refectionem aedium ſacrarum* vrgent eoque nomine agunt, prorſus reiiciendos eſſe. Etiam olim apud Romanos nemo ab hac actione excludebatur, quamuis, nemine agente, etiam magiſtratus *ex officio* refectionem imperare potuerit. Ait VLPIANVS in *l. 7. de offic. proconſ. Aedes ſacras & opera publica circumire inſpiciendi gratia, an ſarta tectaque ſint, vel an aliqua refectione indigeant, ſi qua cæpta ſunt, vt conſummentur, prout vires eius reipubl permittunt, curare debet proconſul.* Idem etiam conſtituerunt imperatores chriſtiani, & magiſtratum quoque pro *conſeruandis piis locis* laborare debere cauerunt. *l. 28. in f. C. de epiſc. & cler.* Alterum quod concernit, palam eſt, hodie inter catholicos non æque *magiſtratum ſecularem* & multo minus *quemlibet ex populo* admitti, vt refectio his, ad quos ea res pertinet, imperetur. Equidem in *c. f. D. 96.* dicitur: *boni principis eſt ac religioſi, eccleſias contritas atque conſciſſas reſtaurare, nouas ædificare;* verum mox ſubiungitur: *& Dei ſacerdotes honorare ac tueri.* Facile vtique permittunt, imo laudant ſuadentque, vt princeps contritas eccleſias reficiat, quod *onus* continet; aſt vero vt ipſemet pro ſalute reipublicæ & eccleſiæ refectionem clericis, ad quos ea res *de iure canonico* pertinet, imperet, eosque ad hoc cogat, vel ideo haud permittunt, quod imperium hoc iam dudum declinauerint, curamque eccleſiarum ad ſuum forum pertinere conſtituerint. Vbi vero principes, vt in Gallia, auctoritatem ſuam ſupremam contra eccleſiaſticos ad noſtra tempora vsque tuiti ſunt, ibi etiam ius *imperandi refectionem* eccleſiarum, retinuerunt, vt ex praxi *gallicanarum eccleſiarum* optime illuſtrat PECKIVS *cit. tr. c. 28. n. 3. & 4.* Nam olim principes hanc curam ad ſe reuocaſſe, & de *reficiendis aedibus ſacris* diſpoſuiſſe, infra mox demonſtrabo. Inter proteſtantes hæc res eo minorem dubitationem habet, quo magis principibus noſtris *iura ſacrorum* attribuenda eſſe, iure ſuffragante, docemus defendimusque.

§. XLIV. Vt vero de hoc iure *imperandi refectionem*, eosque ad illam *cogendi*, ad quos ea res pertinet, eo diſtinctius conſtet, propero ad *membrum* huius doctrinæ *ſecundum*, quod *curam* tangit eorum, qui potiſſimum pro *refectione eccleſiarum* ſolliciti eſſe debent, omnibusque modis

Cura refectionis primaria principibus incumbit,

modis eam promouere, vrgere; imo & suo modo imperare, eosque, quorum sumtu refectio peragenda est, compellere. Primario & principaliter olim *principes* hanc subiisse curam, singularemque pro conseruandis sartis rectisque ædibus sacris tam apud *gentiles* quam *christianos*, ex antiquitatibus liquido constat. Quantam *principes gentiles* curam *operum publicorum*, quibus etiam *ædes sacræ* annumerabantur, gesserint, ex antea dictis constat. Explicabant eam vel *immediate*, vel *mediate* per magistratus aliosque officiales, quibus hanc ipsam demandauerant. Ipsimet varias leges de iis reficiendis condebant, suamque interponebant auctoritatem, vbi de earum *exstructione* vel *conseruatione* agebatur, licet vel maxime stricto iure deficeret actio, qua alias quilibet compellendus erat. *l.* 50. *in f. D. de hered. petit.* ibi: *tamen principali vel pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis.* Cæsares *principesque christiani* non minorem sollicitudinem pro reficiendis ædibus sacris gessisse, leges, conciliorum decreta, capitularia, & testimonia scriptorum vbique docent. Quid enim magis conueniens erat, quam vt *principes* ex *suprema inspectione* & *cura sacrorum speciali*, quibus ipsimet addicti erant, illa ordinarent, sine quibus *cultus publicus* commode & secure peragi non posset, quorsum potissimum *refectio* harum ædium, in quibus congregationes statæ fieri debent, referenda. Verum cum iam in genere supra *potestas ciuilis in templa* plenius asserta & explicata sit, pluribus argumentis hoc thema vlterius non exornabo.

ex iure delegato episcopia.

§. XLV. Cum vero huic sollicitudini principes haud sufficiant, eandem aliis demandarunt, qui proinde, *iure delegato*, eam exercuerunt, idque vel *ordinarie* vel *extra ordinem*. Ordinarie hanc curam *ex principum delegatione* gesserunt EPISCOPI, quam prouinciam eo lubentius sibi imponi passi sunt, quod iam olim sub pressa ecclesia curam omnem rerum ecclesiasticarum gesserint, idque ex *præfectura*, ad quam per *electionem* populi promoti erant. Eo quidem tempore res suas *priuatim* habebant christiani, a republica derelicti, fugati, reiecti, vt præsidium omne a semetipsis petere coacti fuerint. Postquam vero cæsares fidei christianæ obsequentes facti sunt, curam rerum ecclesiasticarum susceperunt, eamque episcopis *iure imperii supremi* demandarunt. Equidem I) episcopi ceterique clerici a *sordidis muneribus* immunitatem habebant; *l.* 2. *C. de episc. & cler. l.* 10. 14. & 15. *C. Theod. eod.* inter quæ tamen in *l.* 12. *C. de excus. muner.* & in *l.* 15. & 18. *C. Theod. de extraord. seu sord. muner.* refertur *SOLLICITVDO PVBLICARVM AEDIVM VEL SACRARVM CONSTITVENDARVM REPARANDA.*

DARVMVE, vti imperatores in *cit. l.* 18. hanc curam circumscribunt. De *ædibus sacris christianorum* reparandis imperatores in *cit. tr.* loqui, vel inde probabile est, quod ipsi fuerint *christiani*, quod templa gentilium fere destruxerint, vel destruenda censuerint, quod fere plerumque vel *fani* vel *templi* appellatione vtantur, si horum mentionem iniiciunt. Iure veteri *cura reficiendi templa* ad *munera publica personalia* in ciuitatibus referebatur, vt docet *l.* 4. *pr.* & *l.* 18. §. 10. *de muner.* & *honor.* & potissimum *ministerio corporis* expediebatur, vt apud nos passim die Bau-Herren idem officium gerunt. Proinde *quotidie* refectioni institutæ vacabant, operarios efficiendo operi præstituebant, *l.* 2. §. 1. *de oper. publ.* pecuniam erogabant, de ea rationes reddebant, imo præterea cum heredibus suis ad annos quindecim tenebantur, si quid vitii in *refectione* emersisset, *l.* 18. *C. de oper. publ.* Hæc cura etiam ad ædes sacras sese extendebat, & *munus sordidum* constituebat, laicisque solum incumbebat. In hoc vero *sollicitudo episcoporum eminentior* pro ecclesiis reficiendis haud consistebat, sicut nec illa, quam *principes* exercebant. Hæc magis erat *directiua*, *imperatiua* & *eminentior*, atque in eo consistebat, vt hos, qui operibus reficiendis præpositi erant, officii sui admonerent, eosque ad refectionem peragendam compellerent. Breuiter: vt *vices ipsius principis* in hac sparta subirent, & non *sua*, sed *auctoritate delegata* inspectionem in ædium sacrarum conseruationem gererent.

Quæ cura longe eminentior, quam quæ olim incumbebat curatoribus operum publicorum.

§. XLVI. Verum II) etiam illud demonstrandum est, episcopos hanc sollicitudinem gessisse *potestate delegata* & *vicaria*, quam aulæ Romanæ addicti magis ipsis *iure proprio* ex *potestate sacerdotali* asserere solent, postquam hanc *imperio ciuili* oppositerunt, eamque independentem a *reipublicæ potestate suprema* fecerunt. Docere id & probare videntur textus iuris canonici, qui episcopis hanc prouinciam demandant *iure* quasi *ecclesiæ*, & ex *prouisione patrum*. vid. *c.* 20. *seqq. C.* 12. *q.* 1. Enim vero olim hæc independentia incognita fuit, quin potius episcopi, imperatoribus subiecti, sese componere tenebantur ad leges ciuiles, quibus eorum officium circumscriptum erat, quamuis nonnulli quandoque *sacerdotii iura independentia* affectasse legantur. Proinde adhuc IVSTINIANVS speciatim eam sollicitudinem *episcopis* demandauit, eisque subiecit œconomos, ceterosque *piarum actionum administratores*, vt vocantur in *l.* 46. §. 3. *C. de episc. & cleric.* constituendo, vt rationes quotannis ab his exigerent, *l.* 42. §. 5. *C. eod.* & si eosdem male versari in administratione viderint, remouerent, aliosque in locum

Iure proprio episcopi olim hanc curam non gerebant.

Digitized by Google

cum remotorum constituerent; *l.* 46. §. 3. *C. eod.* præterea operam darent, vt, quæ ad *exstruenda* vel *reficienda* loca sacra vel pia legata erant, reapse implerentur, alioquin ipsis integrum esset, exigere ea, quæ in hunc finem legata, &, prout dicitur in *cit. l.* 46. §. 1. *C. eod. facere ædificationes sanctissimarum ecclesiarum & hospitalium & gerontocomiorum aut orphanotrophiorum præparationem aut ptochotrophiorum & nosocomiorum constructionem.*

Oeconomi aliique curatores ab iis dependebant.

§. XLVII. Id ipsum vero tantum de *cura eminentiori* intelligendum esse, tum, quæ iam supra dicta sunt, tum etiam, quæ in *cit. textu* sequuntur, euidenter ostendunt, quibus episcopis iniungitur, *vt designent seu præficiant, qui talia administrant, xenodochos, vel orphanotrophos vel brephotrophos, gerontocomos vel simpliciter piarum actionum diœcetas & curatores.* Hi *curatores* proprie munus tale gerebant, quod inter *sordida* referebatur, simulque *curationem rerum & ædificiorum* continebat, *l.* 42. §. 7. *C. eod.* quæ aliis *curatoribus operum publicorum* iuncta erat, atque hæc cura *vilior* ab hac *eminentiori* longe distabat. Nihilo minus tamen *œconomus ecclesiarum* episcopus ex proprio clero eligebat, vt cautum in *concilio Chalced. c.* 26. quamuis hæc œconomia tale munus denotaret sordidum, a quo clerici liberati erant, scilicet vt *inuiti* ad id cogi non possent, *volentes* admitterentur. Clericos autem *lubentes* hanc *œconomiam* suscepisse, vel inde probabile est, quia ipsimet episcopi olim eam haud detrectabant, quæ nec commodis carebat. Postea vero etiam hi *œconomi* maiorem acceperunt dignitatem, vt ostendit MORINVS in *tr. de ordin. P. III. ex.* 16. *c.* 5. quo facto œconomia *sordidis muneribus* non amplius accenseri potuit. Denique luculentum adhuc argumentum depromi potest ex *nou.* 131. *c.* 7. vbi præmittitur, neminem exstruere posse sacras ædes *absque auctoritate episcopi;* postea hæc subiiciuntur: *Si vero semel cœperit aut nouam ædificare basilicam aut VETEREM RENOVARE, modis omnibus compellatur a beatissimo locorum episcopo, & œconomis eius & ciuili iudice, ea explere, & si is distulerit, hoc moriente, eius heredes opus inchoatum adimpleant.* Agitur in hoc textu I) de eo, qui ex zelo quodam *pietatis* ædes sacras *renouare* vel *reficere* destinauit, & iam operi manum admouit; simul vero II) *episcopo* loci & eius *œconomis* potestas datur, cessantem compellendi ad opus incœptum perficiendum, imo etiam III) heredes eius, implorato brachio seculari. Equidem etiam *œconomis* fere idem ius hic afferitur, quod *episcopo*, quod in proposito casu admitti poterat, quoniam tertius refectionem eam susceperat sponte, vel ex *voto*, vel ex alio *liberalitatis* instinctu, adeoque œconomi

Digitized by Google

nomi tantum operam dare debebant, ne opus inchoatum defererent. Interim hæc *refectio* primario ad *œconomorum* munus ſpectabat, æque vt olim ad *curatores operum publicorum*, ceu docet *l.* 42. §. 7. *C. de epiſc. & cler.* Oeconomorum munia ſpeciatim enarrat ISIDORVS in *epiſt. ad Leudefredum*, inquiens: *ad œconomum pertinet reparatio baſilicarum atque conſtructio, actiones eccleſiæ in iudiciis vel in proferendo vel in reſpondendo: tributi quoque acceptio, & rationes eorum, quæ inferuntur: cura agrorum & culturæ vinearum, cauſæ poſſeſſionum & ſeruitialium: ſtipendia clericorum, viduarum & deuotarum pauperum: diſpenſatio veſtimenti & victus domeſticorum clericorum, ſeruitialium quoque & artificum. Quæ omnia cum IVSSV & ARBITRIO SVI EPISCOPI ab eo complentur.*

§. XLVIII. In *conciliis* quoque paſſim hæc ſollicitudo *epiſcopis* commendatur, & quamuis patres plura in iis tantum confirmaſſe vel potius reguſtaſſe legantur, quæ iam *legibus ciuilibus* cauta erant, inde tamen poſtea nata eſt decantata illa doctrina, ea, quæ epiſcopi officium concernunt, a iure vel *diuino* vel *eccleſiaſtico* vnice dependere, non vero a *principibus*. In *concil. Tolet. XVI. anno* 693. celebrato *c.* 5. apud HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 1796. & GRATIANVM in *c.* 3. C. 10. *q.* 3. negligentia epiſcoporum carpitur, *quod quamplures eccleſiæ deſtitutæ perſiſtant* diſponiturque, quod reparatio baſilicis adhibenda ſit *ſub cura & ſollicitudine ſui pontificis*. In *concil. Londin. de anno* 1268. *c.* 18. apud HARDVIN. *tom. VII. concil.* 628. idem ſpeciatim determinatur, quinam ad refectionem teneantur. Additur vero: *ad quod per ſuos epiſcopos vel archidiaconos* (vices epiſcopi gerentes) *ſolicite moneantur. Si quis vero poſt epiſcopi vel archidiaconi ſui monitionem per duos menſes id facere ceſſauerit, ex tunc epiſcopus ipſe ipſius clerici ſumtibus id fieri faciat diligenter de fructibus ipſius eccleſiæ vel beneficii, præſentis auctoritate ſtatuti, tantum accipi faciens, quantum ad refectionem huiusmodi ſufficiat peragendum.* In *concilio* quoque *Tridentino*, quæ antiquitus de hac *cura epiſcopali* ſtatuta ſunt, repetita ſunt, & quidem *ſeſſ. XXI. de reform. c.* 7. cautumque, vt *quæ vetuſtate vel alias collapſæ ſunt eccleſiæ & ob earum inopiam nequeunt inſtaurari* ab epiſcopis *arbitrio ſuo*, aliis eccleſiis vniantur: *parochiales vero eccleſias, etiamſi iuris patronatus ſunt, ita collapſas reſici & inſtaurari procurent ex fructibus & prouentibus quibuscunque.* Verum hæc & plura ſimilia loca, quæ coaceruare nolo, epiſcopis fere *proprio iure* hanc ſpartam aſſignant, vnde ad alia argumenta progredior, quæ theſin antea poſitam confirmant.

In conciliorum ſtatutis itidem hæc cura mandata eſt epiſcopo,

Digitized by Google

vt & capitularibus regum Francorum.

§. XLIX. In *capitularibus regum Francorum* euidentissima occurrunt vestigia, demonstrantia, curam hanc episcopis fuisse *demandatam* ab ipsis regibus. In *capitul. I. de anno* 804. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 415. & HARDVIN. *tom. IV. concil. pag.* 960. hac de re ita CAROLVS M. edixit: *vt ecclesiæ Dei bene constructæ & restauratæ fiant, & episcopi vnusquisque infra suam parochiam exinde bonam habeat prouidentiam tam de officio & luminariis, quam & de reliquâ instauratione.* Similiter LVDOVICVS pius in *capitul. Aquisgran.* de *anno* 826. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 569. *sq.* & *p.* 724. officium episcopi determinat, & ad illud pertinere docet, *qualiter ecclesias destructas sibi pertinentes iuxta vires emendent.* In *capit. de anno* 823. apud EVNDEM *cit. l. p.* 639 & *p.* 742. 878. iniungitur, vt ipsa refectio fiat secundum voluntatem episcopi: *similiter quidem de operibus in restaurationem ecclesiarum siue in faciendo, siue in redimendo, episcopalis potius sequatur voluntas.* In *capit.* 3. *de anno* 829. apud EVNDEM *cit. l. p.* 663. & 879. iubet imperator, vt, *vbi negligentia inuenta fuerit, episcopali auctoritate cogantur hi, qui eas restaurare debuerant. Si vero per impossibilitatem contigit, vt aut plures sint, quam necesse sit, aut maioris magnitudinis, quam vt ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopus modum inueniat, qualiter congrue emendari & consistere possint.* Similiter *lib. II. capitul.* apud EVNDEM *cit. l. p.* 736. *in f. ne vero ecclesiæ illis commissæ in restauratione aut in luminaribus iuxta possibilitatem rerum ab illis negligantur, vestra nihilo minus vigilare debet solertia.*

Extra ordinem reges hanc curam exercebant per missos.

§. L. Nonnunquam etiam *extra ordinem* reges Francorum per *missos* suos hanc sollicitudinem explicabant, vt eo maiori cum *auctoritate* & *efficacia* huic necessitati prouiderent. Adfert BALVZ. *tom. I. capitul. pag.* 619. *capitulare missorum dominicorum de anno* 819. quo limites commissionis illis demandatæ *determinantur*, & *c.* 4. speciatim ita cauetur: *de restauratione ecclesiarum vel luminaria seu officia etiam & missas nec non & sacri tecta, vt in quantum possibilitas fuerit, per iussionem dominorum nostrorum, vbi necessitas, restauratæ & emendatæ sint.* Insigne hoc argumentum præbet, curam reges singularem per hæcce tempora gessisse pro conseruandis ædibus sacris, & de earum refectione disposuisse, mandata dedisse, & extraordinarias commissiones instituisse. In *capitul. Wormatiensi* de *anno* 829. quod ad interrogationem missorum conditum est, apud EVNDEM *cit. l. p.* 663. *c.* 3. & *p.* 879. *c.* 275. & *p.* 1213. *c.* 97. hæc reperitur sanctio: *de ecclesiis destructis, vt episcopi & missi inquisitionem faciant, vtrum per negligentiam aut impossibilitatem destructæ*

Digitized by Google

ſtructæ fuerint &c. Epiſcopi & *miſſi* hic coniunguntur, quod illis quidem *ordinarie*, his *extra ordinem* hæc inquiſitio data eſſet. Idem quoque *l.* 6. *cap* 99. apud EVNDEM *cit. l. p.* 933. repetitum eſt his verbis: *vt miſſi noſtri vna cum epiſcopis propriis magnam curam habeant, quatenus dirutæ eccleſiæ pleniter reſtaurentur atque ornentur.*

Illuſtratur hoc ex praxi eccleſiarum proteſtantium.

§. LI. Nihil novi iuris ergo ſibi arrogarunt principes proteſtantes circa hanc ſollicitudinem cum *imperio* exercendam, ſed potius id egerunt, quod natura *imperii ciuilis* iis iniunxit, & quod imperatores regesque Francorum *ſuo iure* agendum eſſe arbitrati ſunt. Suſp[illegible]o enim iure epiſcopali, cui vnice hodie Romanæ eccleſiæ aſſeclæ hanc curam attribuunt, principes proteſtantes merito hanc ſollicitudinem ad ſe reuocarunt, leges de *reficiendis eccleſiis* tulerunt, modumque præſcripſerunt, quin etiam præterea conſtituerunt, tum qui *ordinarie* poteſtate *delegata*, tum qui *extra ordinem* huic negotio [illegible]igilarent. In *ordin. Magdeb.* *eccleſ. c.* 24. §. 2. hoc negotium datum eſt *patronis* & *dominis iurisdictionalibus*, ſi leuior refectio neceſſaria viſa fuit: ſi vero ein Haupt-Bau peragi debeat, refectio talis non aliter, quam, mit Zuziehung des inſpectoris, peragenda eſt. Quodſi ædes quædam vel veruſtate collapſæ, vel iniuria temporum prorſus deſtructæ fuerint, conſiſtorium de eis reſtaurandis decernere debet, darvon ſoll zur Landesfürſtl. Regierung und conſiſtorio berichtet, und Verordnung eingeholet werden. Similiter in *edicto de anno* 1702. quod in *corpore conſtit. Magdeb. P. III. p.* 524 *ſq. n.* 150. habetur, itidem hæc clauſula occurrit: jedoch müſſen ſie ohne Bewilligung der allergnädigſten Herrſchaft oder des Amts Vorwiſſen nichts neues anfangen, ſondern ſich zuvor bey denenſelben disfalls befragen und von ihnen ordre einholen. In *ordin. eccleſ. Guelpherbyt. renou. de anno* 1709. *P. I. c.* 20. ad *conſiſtorium* eiusque *decretum* hæc proviſio relata cautumque, daß im Bau-Weſen ohne bevorſtehende Unterſuchung der Nothwendigkeit, und darüber aus unſerm conſiſtorio ergangene Verordnung bey denen Kirchen nichts vorgenommen werden ſolle, niſi forſan refectio leuior fuerit, vel periculum in mora. Specialiter vero in *edicto de anno* 1707. quod *ibidem p.* [illegible] adfertur, *ſuperintendentibus* iniungitur, daß ihr allen und jeden in euer generalinſpection verhandenen, ſpecial-ſuperintenden und paſtoribus Kraft dieſes kund thut, daß keiner derſelben hinführo ſich weiter unterſtehen ſoll, eigenes Gefallens und ohne conſens des Fürſtl. conſiſtorii, oder daß es bey der Kirchen-viſitation beſichtiget und höchſtnöthig

Ordinarie quibus hæc cura data ſit?

Digitized by Google

thig befunden worden, die Kirchen-Gelder anzugreifen und zu verbauen, wann es mehr denn einen halben Rthlr. importiren solte: secus qui fecerit, sumtus repetere nequit. In *Lunar. ordin. eccl. lib.* 2. *c.* 20. *art.* 14. *n.* 2. superintendentibus & collatoribus hæc sollicitudo demandata est, daß sie, wenn etwas von neuen zu bauen nöthig ist, den Kirchen-Vorrath erwegen, und wie viel davon zum Bau gebrauchet werden soll, ordnen und schliessen sollen. Idem iisdem verbis cautum est in der Chur-Sächsischen Landes-Ordn. *p.* 102. in *corp. iur. Saxon.* & in *Coburg. ordin. eccles. lib. II. c.* 1. *p.* 223. *In Gothana de anno* 1667. *IV. tit.* 2. itidem superintendenti & præfectis hæc sparta iniuncta est: Damit aber die Kirchen, wenn etwas an Kirchen- Pfarr- oder Schul-Wohnungen zu bauen vorfällt, nicht unnöthig beschweret werden, so soll vor allen Dingen die Besichtigung von dem superintendenten oder adiuncten, benebst denen Beamten oder Gerichts-Herrn bey bequemer Gelegenheit vorgenommen, die Mängel verzeichnet, mit Anrath der Werck-Meister oder anderer Werck-Verständigen, nachdem man solche jedes Orts am bequemsten zur Hand haben kan, wie hoch solche Verbesserung kommen möchte, in Anschlag gebracht werden ꝛc.

Visitatores quoque hanc gerunt curam.

§. LII. *Extra ordinem* quoque hæc cura hodie explicatur per *visitatores*, qui in visitationibus institutis inquirere quoque debent, an refectione quadam ædes sacræ & parochiales indigeant? Sicuti vero olim ipse *episcopus* visitabat diœcesin suam, ita refectionis rationem in ipsa visitatione habebat. In *concilio Tarraconensi de anno* 516. apud GRATIANVM in *c.* 10. C. 10. *q.* 1. ita cautum: *decreuimus, antiquæ consuetudinis ordo seruetur & annuis vicibus ab episcopis diœceses visitentur, & si qua forte basilica reperta fuerit destituta, ordinatione eius reparari præcipiatur.* Eadem sententia fuit patrum *concilii Toletani IV. c.* 36 apud HARDVINVM *tom. III concil. p.* 587. & GRATIANVM in *c.* 11. C. 10. *q.* 1. *Episcopum per cunctas diœceses parochiasque suas per singulos annos ire oportet, vt exquirat, quo vnaquæque basilica in reparatione sui indigeat, quodsi ipse aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequierit, presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui & reditus basilicarum & reparationes, & ministrantium vitam inquirant.* In edicto regio *de anno* 1715. quod in *contin. corpor. iur. Magdeb. p.* 160. *n.* 71. occurrit, visitatoribus iniunctum: §. 36. Die Kirch- Pfarr- und Schul-Gebäude sollen, wenn deßhalb geklaget wird, auch besichtiget und denen patronis und Gemeinden, befundenen Umständen nach, der Bau oder

Digitized by Google

oder die reparation iniungiret werden. Similiter in *ordin. eccl. Magd. c.* 28. *sect.* 2. §. 12. inter alia hoc visitatoribus inquirendum iniungitur: Ob die Kirch- Pfarr- Schul- Küster- Hospital-Gebäude in gutem Zustande seyn, wie die empfundene Mängel am besten zu repariren und zu erhalten? In *Gudjbarbyt. P. I. c.* 19. §. 9. hoc officium iidem *visitatoribus* sedulo commendatum est: Ehe und bevor die visitatores abgehen, sollen sie das Kirchen-Gebäude obseruiren und nachsehen, ob dasjenige, was bey der letztern visitation erinnert worden, gebessert sey; præterea vero in *edicto de anno* 1707. *allig* refectio non aliter permittitur, als daß es bey denen Kirchen-visitationen besichtiget und höchstnöthig befunden worden. Cum enim *visitatores* in omnia, quæ ad rem ecclesiasticam pertinent, inquirere debeant, merito quoque iis incumbit, vt in *refectionem ædium harum* inquirant: si eam necessariam viderint, ad consistorium referant, & *modum rationemque refectionis* proponant: quo facto consistorium desuper decretum interponit, ex auctoritate sibi a principe delegata. Hæc sufficit, nec necesse est, concurrere cum CARPZ. *lib. II. iurispr. consist. def.* 334. *n.* 9. ad *iura episcopalia*, eaque tribuere consistorio: debetur hæc cura & inspectio principibus *iure proprio*, vt supra ostensum, non *fiduciario*, quod re vera in conceptu *iuris episcopalis*, statibus imperii attributi, deprehenditur.

§. LIII. Ad tertium membrum transitum facio, inquisiturus, *quo sumtu refectio hæc peragenda sit?* Fundamenta *supra* adducta huc recte applicari possunt, & sicuti ibidem ostensum, quemliber obstringi ad rem suam reficiendam, aliquando etiam ad alienam, si eius interest ex iure sibi in re competente; ita facile liquet, hoc onus ad *vniuersitatem* potissimum pertinere, in cuius patrimonio ecclesias consistere, supra asserui. Vt plurimum vero contingit, vt res *in patrimonio vniuersitatis* existentes peculiares reditus vel ærarium quoddam habeant, vnde onera hæc & similia fiant, ad quod ante omnia recurrendum. Hoc est, quod dicitur in *l.* 1. §. 1. *quod cuiusc. vniu. nom. quibus permissum est corpus habere collegii, societatis, siue cuiusque alterius, eorum nomine proprium est, ad exemplum reipubl. habere res communes, & arcam communem.* Conf. LOSSAEVS *de iur. vniuers. P. III. c.* 1. *n.* 1. *sqq.* Quocirca (1) olim satis prudenter & secundum rationem iuris constitutum fuit, ex *reditibus ecclesiasticis* reficiendas esse ædes sacras earumque accessoria. Hue collineat IVSTINIANVS in *l.* 42. §. 7. *C. de SS. eccles.* vbi iniungit œconomis aliisque piarum causarum curatoribus, *vt quæcunque post necessariam erogationem in eos, qui eorum curæ commissi sunt, & DE-*

Refectionis onus pertinet ad vniuersitatem.

Digitized by Google

BITAM CVRATIONEM RERVM ET AEDIFICIORVM *ſupereſſe contigerit, ea redituum comparationem proficiant.* Sunt ergo reditus, vt recte ſubducit rationes GOTHOFREDVS *in not. ad l. cit. lit. b.* conuertendi 1) in alimenta perſonarum, 2) in ædificia & earum refectionem, 3) in emtionem prædiorum, vnde reditus quotannis percipi poſſunt. Eadem fuit ſententia patrum in conciliis, ceu docet *c.* 5. *concil. Aurel.* I. *de anno* 511. apud HARDVIN. *tom. II. concil. p.* 1009. *de oblationibus, vel agris, quo dominus noſter rex eccleſiis ſuo munere conferre dignatus eſt, vel adhuc non habentibus Deo inſpirante contulerit, ipſorum agrorum vel clericorum immunitate conceſſa, id eſſe iuſtiſſimum definimus: vt in reparationibus eccleſiarum, alimoniis ſacerdotum & pauperum vel redemtionibus captiuorum, quicquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur.*

Eccleſiæ vel communes vel priuatæ.

§. LIV. Erant autem eccleſiæ in duplici differentia: quædam *communes*, quædam *priuatæ.* Iſtæ in *patrimonio vniuerſitatis;* qualis omnis *eccleſia* in *ſenſu natiuo* & *proprio* eſt, dici poterant, & in publicum vſum exſtructæ: hæ vero in *fundis priuatis* a dominis erant exſtructæ, maxime in *vſum priuatum* ac *domeſticum* domini & familiæ, quorſum inprimis pertinebant *oratoria.* Hæc in *dominio poſſeſſoris* erant, vnde

Priuatas reficiebat dominus,

ſicuti dominus presbyterum alere tenebatur, ita quoque ad reficiendum obſtrictus erat. Colligo hoc ex *l.* 10. *C. de hæret. & manich.* in qua ANASTASIVS imperator anno 511. de illis fundis loquitur, *in quibus orthodoxæ fidei eccleſiæ vel oratoria conſtituta erant*, prohiberque, ne in hæreticos alienentur. Rationem hanc ſubiicit: *nec enim dubitari poteſt, ſi in hæreticos tales veniunt poſſeſſiones, in quibus veræ fidei eccleſiæ vel oratoria conſtituta ſunt, & integritas colitur, omnimodo ab his deſeri, atque deſtitui & omni cultu vacare: omnibus ſacris & ſolitis viduari myſteriis, omni ſplendore priuari: nullis populorum conuentionibus, nullis clericorum obſeruationibus celebrari, & ex hoc ſine dubio eccleſiam perire, ruere, & complanari Nec enim de earum inſtauratione hæretici potuerunt aliquando cogitare, quas penitus eſſe nolebant.* Quia ergo hæretici refectionem harum eccleſiarum neglecturi præſumebantur, neceſſario præſupponendum erat, poſſeſſores *ſuo ſumtu* eas reficere debuiſſe. Ad-

niſi dotem ſufficientem conſtituerat.

modum tamen probabile eſt, non raro hoc onus declinaſſe *poſſeſſores*, qui ſæpe non eadem, qua exſtructor, ducebantur deuotione, vnde eiusmodi eccleſiarum ruina non raro eueniebat, & hi, qui eccleſiis inſeruiebant, indigebant. Hæc cauſa mouit legislatores, vt conſtituerent, non aliter eſſe

Digitized by Google

esse ecclesias exstruendas, quam *dote sufficiente* constituta. Huc euidenter sanctio IVSTINIANI in *nou.* 67. *c.* 2. respexit, qua ita cauit: *non aliter quempiam ecclesiam ex noua ædificare, priusquam loquatur ad Deo amabilem episcopum & definiat mensuram, quam deputat & ad luminaria & ad sacrum ministerium & ad incorrumpendæ domus custodiam, & obseruantium alimenta: & si sufficienter habere videtur, faciat prius donationem eorum, quæ futura sunt, deputari, & ita domus ædificetur.* Ante hanc legem solebant quidem exstructores ecclesiis, a se ædificatis, certos reditus assignare, ceu ipse imperator in *præf. nou.* 3. memorat; nondum tamen præcise ad hoc *obstricti* erant, qua de causa *necessitas dotis* demum per hanc legem ædificatoribus imposita, & conciliis patrum corroborata, ceu ex professo docet ZIEGLER *de dote eccles. c.* 5.

§. LV. Id itaque euictum est, postquam *dos sufficiens* ecclesiis, nouiter exstructis, tribui cœpit, ex eius *redditibus* hoc onus præstandum fuisse. Præterea vero in ecclesiis *oblationes fidelium* fiebant, in pauperum & clericorum alimenta aliumue vsum necessarium, quibus non leues accessiones ad *patrimonium ecclesiæ* fiebant. Ex vtroque fonte, h. e. tam ex *dote*, quam ex *oblationibus* sumtus in refectionem impendendi desumebantur, & quidem secundum *dispensationem episcopi*, cuius arbitrio & auctoritate reditus hi erogabantur. Enim vero nec *dispensatio episcopalis* semper *ordinate, prudenter & œconomice* facta videtur fuisse: plus sæpe ex redditibus sibi suisque attribuebat, quam par erat, episcopus: clerici minores indigebant, & sæpe mendicare tenebantur: pauperes negligebantur, & sumtus in *refectionem* necessarii vt plurimum deficiebant, redditibus & oblationibus peruerse consumtis, quæ *iniusta dispensatio* acriter reprehenditur, & acerbe depingitur in *c.* 23. *D.* 93. Dedit hæc ipsa sine dubio ansam, vt *oblationum & reddituum* diuisio legibus ecclesiasticis episcopis œconomisque præscriberetur, & certa portio *fabricæ*, seu *reparationi eius* destinaretur. *Quadripartita* regulariter hæc erat diuisio: in nonnullis locis vero *tripartita*, vt ex monumentis antiquis iam illustrandum.

Non tantum ex dote, sed etiam ex decimis & oblationibus refectio facienda,

pro episcopi arbitrio, quod tamen non raro iniquum erat:

vnde postea nata diuisio in quatuor partes.

§. LVI. SYLVESTER papa circa *ann.* 314. *canones XX.* edidisse fertur, relatos ab HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 287. vbi in *c.* 4. hæc *diuisio* iam iniuncta legitur. Quis vero nescit, canones hos esse suppositicios, quod vel hæc distributio præscripta indicat, paulo serius nata. SIMPLICIVS papa circa *annum* 467. huius diuisionis iam facit mentionem apud HARDVINVM *tom. II. concil. p.* 804. & GRATIA-

Quarta fabricæ destinata.

Digitized by Google

NVM in *c.* 28. C. 12. *q.* 2. simulque quartam in *vsum fabricæ* assignat. *Simul etiam*, ait, *de reditibus ecclesiæ* (ex dote) *vel oblatione fidelium, quid deceat nescienti, nihil licere permittat, sed sola ei* (episcopo) *ex his quarta portio mittatur. Duæ ecclesiasticis fabricis & erogationi peregrinorum & pauperum profuturæ ab Onagro presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur: vltima inter se clericis pro singulorum meritis diiudicatur.* Quid fabrica? Ecclesiasticæ *fabricæ* sunt *basilicæ*, seu ipsæ *ecclesiæ*, sicuti in *cod. Theod.* hæc appellatio simpliciter potita de *operibus publicis* intelligitur, vt in *l* 13. *de prator. l.* 12. 14. 16. 18. 31. 37. *de operib. publ.* vid. GOTHOFRED. *in paratitl. ad cit. tit. pr.* *Fabricis* his quarta est assignata, vt inde reficerentur, prout clarius & expressius in aliis conciliis declaratur, vnde *quarta fabricarum* nihil aliud est, quam quarta reficiendis ædibus sacris destinata. GELASIVS *in epist.* 5. *ad episcop. Lucan.* apud HARDVIN. *c. l. p.* 904. *c.* 27. & GRATIANVM *in c.* 27 C. 12. *q.* 2 etiam huius diuisionis mentionem iniicit, docetque, quatuor tam de *reditu*, quam de *oblatione* faciendas esse portiones, *quarum sit vna pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda.* Conf. *c.* 26. C. 12. *q.* 2. Vocat hanc distributionem *canonicam* GREGORIVS M. in *c.* 29. C. 12. *q* 1. eamque obtinere præcipit tam in *acquisitis*, quam *noviter acquirendis.* In quonam autem *quarta fabrica* consistat, explicat in *c.* 30. *ibid.* aitque, quartam *ecclesiis reparandis* applicandam esse, vid. HARDVIN. *tom. III. concil. p.* 509. In *capitulari* GREGORII II. *de anno* 714. *c.* 5. apud EVNDEM *cit. l. p.* 1862. eadem diuisio reperitur his verbis; *quartam ecclesiasticis fabricis nouerit reseruandam*, quibus etiam vtuntur patres Wormatienses in *concil. c.* 7. *ann.* 868. apud EVNDEM *tom. V. p.* 739. & *c.* 47. *p.* 744. In *constitutione* RICVLFI *episcopi de anno* 889. *c.* 11. apud EVNDEM *tom. VI. P.* 1 *p.* 416 mos antiquus ecclesiæ explicatur his verbis: *alia* portio *ad luminaria & sarta tecta, i. e. restaurationem ecclesiæ* Eandem diuisionem *concilium Triburiense de anno* 895. *c.* 13. *inf.* apud EVNDEM *cit. l p.* 443 extendit etiam ad *decimas*, quippe quæ reditibus ordinariis accensebantur: *quatuor fieri partes iuxta canones iudicamus de decimis & oblatione fidelium: vt vna sit episcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta restaurationi ecclesiarum seruetur.* Hispani tertiam assignarunt fabricæ. Ab hoc more discesserunt ecclesiæ Hispanicæ, in *tres partes* reditus ecclesiasticos diuidentes. In *concilio Tarracon. c.* 8 relato in *c.* 10. C. 10 *q.* 1. expresse dicitur: *quia tertia pars ex omnibus, per antiquam traditionem, vt accipiatur ab episcopis, nouimus esse statutum.* In Bracarensi I. *de anno* 561. *c.* 7. apud HARDVIN. *tom. III. concil.*

Digitized by Google

cil. p. 351. patres ita edixere: *placuit, vt de rebus eccleſiaſticis tres æquæ fiant portiones, i e. epiſcopi vna, alia clericorum, tertia in recuperatione* (forſan in *reparatione*) *vel in luminariis eccleſiæ.* ZIEGLER. *de dot. eccl. c. XI. §.* 15. *ſq.*

§. LVII. Iſta in *quatuor* vel *tres partes* diuiſio pedetentim exaruit conſenuitque, & quidem, meo iudicio, primario hac ratione, quod epiſcopi auaritia ſtimulati excitatique pleraque ſibi vindicarent ex *eccleſiis parochialibus*, indeque tandem iure ſuo priuati fuerint. Quartam enim vel tertiam *fabricæ* ipſimet adminiſtrabant, & hoc prætextu in ſuos vertebant vſus, quod, quia reficiendis eccleſiis admodum noxium erat, anſam præbuit, vt epiſcopis huius portionis cuſtodia eriperetur, & parochis tribueretur. Epiſcopis ſemel a cuſtodia huius *tertiæ* vel *quartæ* exclulis, ea tandem prædæ *parochis* ceſſit, vt tamen onus reficiendi illis incumberet, id quod iam ſpecialius demonſtrandum eſt. Iam ſeculo VII. paulatim ius antiquum inclinari cœpit, & quidem *ex epiſcoporum auaritia.* Quia enim epiſcopis diuiſio hæc data erat, potiorem bonorum partem ſub ſua habebant poteſtate; *epiſcopalem* quidem portionem *ſuo iure* ſibi vindicantes, ſed etiam illas, quæ *fabricæ & pauperibus* erant deſtinatæ, quas erogabant, adminiſtrabant, cuſtodiebant, vt hac occaſione omnia ad ſuum quæſtum trahere potuerint. De portione *fabricæ* deſtinata, & ſub epiſcopi cuſtodia exiſtente, diſerte loquitur *concilium Tarraconenſe de anno* 517. *in c.* 10. *C.* 10. *q.* 1. quod ratio ſubiecta indicat. Ita vero vt plurimum ſuæ auaritiæ indulgebant, & raro ſuo ſatis officio faciebant epiſcopi. Teſtes ſunt patres in *concil. Toletano IV.* anno 633. celebrato *c.* 33 apud HARDVINVM *tom. III. concil. p.* 587. *Auaritia radix cunctorum malorum: cuius ſitis etiam ſacerdotum mentes obtinet. Multi enim fidelium in amore Chriſti & martyrum in parochiis epiſcoporum baſilicas conſtruunt, oblationes conferibunt: ſacerdotes hæc auferunt, atque in vſus ſuos conuertunt. Inde eſt, quod cultores ſacrorum deficiant, dum ſtipendia ſua perdunt. Inde labentium baſilicarum ruinæ non reparantur, quia auaritia ſacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re conſtitutum eſt a præſenti concilio, epiſcopos ita diœceſes ſuas regere, vt nihil iure præſumant auferre &c.* Quæ vlterius hic ſequuntur, adducta ſunt a GRATIANO in *c.* 60. *C.* 16. *q.* 1. & *c* 6. *C* 10. *q.* 1. Auaritia epiſcoporum potiſſimum in eo conſiſtebat, quod tertiam, reparationi eccleſiarum deſtinatam, ſub prætextu *cuſtodiæ* & *adminiſtrationis* per iniuriam in ſuos verterent vſus, & *refectionem eccleſiarum* negligerent.

Tandem deſiit haec diuiſio bonorum.

Digitized by Google

Inde portio fabricæ assignata parochis cessit.

§. LVIII. Hac de causa in *concilio Bracarensi II. de anno* 572. *c.* 2. apud HARDVINVM *cit. l. p.* 386. & GRATIANVM *c.* 1. C. 10. *q.* 3. interdictum episcopis, ne *tertiam partem ex quacunque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat, sed illa pro luminariis ecclesiæ vel reparatione seruetur, & singulis annis inde episcopo ratio fiat.* Custodia ergo huius tertiæ reparationi destinatæ episcopo est ademta, & id tantum iuris relictum, vt singulis annis *parochi* de administratione eius illi rationes reddere obstricti essent. Re vera enim de *tertia fabricæ*, non *episcopali*, patres intelligendos esse, docent verba subsequentia: *nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumen & sarta tecta sustulit ecclesiæ.* Idem fere dispositum in *concilio Emeritensi de anno* 666. *c.* 16. apud HARDVINVM *cit. l. p.* 1004 & GRATIANVM in *c.* 2. C. 10. *q.* 3. Præmittunt patres, iure canonum episcopo deberi *tertiam.* Hisce subiungunt: *placuit huic sancto concilio, vt nullus prouinciæ Lusitaniæ episcopus sententiæ huius terminum excedat* (h. e. vltra tertiam sibi debitam quid vindicet) *nec a qualibet parochiana ecclesia tertiam auferre præsumat.* Arbitratur ZIEGLERVS *de dote eccles. c. XI.* §. 17. patres hoc canone episcopis suam tertiam ademisse, eamque cum alia tertia, quæ per se *refectioni ecclesiarum* destinata erat, in reficiendas ecclesias applicandam esse voluisse. Quis vero crederet, Emeritenses episcopos sibi eam intulisse iniuriam, vt potiori redituum suorum parte semet ipsos spoliarent? Vnice de *tertia*, in *refectionem ecclesiarum* vertenda, solliciti sunt, voluntque, ne episcopi vltra *tertiam* sibi debitam, eam ad se traherent, id quod plerisque in more positum fuit. Indicant id ipsum verba subsequentia: *sed quicquid exinde consequi potuerit, totum in reparationem ipsarum basilicarum proficiat.* Relinquenda ergo hæc *tertia* eiusque administratio ipsis presbyteris seu parochis, ecclesiis reficiendis præfectis, sancte promittentibus, se curam refectionis suscepturos esse. Pergunt enim patres Emeritenses *cit. l. Omnes vero supradicti presbyteri, qui virtutem habuerint, episcopo suo placitum faciant* (promittant; *placitum* enim sæpe *conuentionem & promissionem* denotare, obseruat CANGIVS *in glossar. hac voce*) *vt reparare ecclesias sibi commissas intendant.* Quid vero si promissis suis non steterint? aiunt patres: *quodsi facere distulerint, ab episcopo suo districti ecclesias sibi creditas, vt ratio permittit, digne reparent.*

In Hispania episcopis sua portio ademta.

§. LIX. Nouum tandem ius in Hispania circa hanc *tertiam episcopalem* introductum est, ceu docet *c.* 5. *concil. Toletani XVI. de anno* 693. apud HARDVINVM *cit. l. p.* 1796. & GRATIANVM *c.* 3. C. 10. *q.* 3. vbi

Digitized by Google

vbi patres ſe nouum quid conſtituere profitentur, & ita pergunt: *vnio noſtræ adunationis decernit atque inſtituit, vt tertias, quas antiqui canones de parochis ſuis habendas epiſcopis cenſuerunt, ſi eas exigendas crediderint, ab ipſis epiſcopis diruptæ eccleſiæ reparentur: ſi vero eas maluerint reddere, ab earundem eccleſiarum cultoribus, ſub cura & ſollicitudine ſui pontificis reparatio eidem adhibenda eſt baſilicis.* Conqueſti ſine dubio parochi ſunt, ſe ex duabus tertiis, quas tum *alimentorum* tum *refectionis* nomine percipiebant, refectionem debitam facere minime poſſe: epiſcopos abundare reditibus: his potius imponendum eſſe, vt ex ſua tertia refectionem facerent, vel eam lucrarentur, ſi *refectionis* neceſſitas ceſſaret. Iuſtum hoc deſiderium patribus viſum fuit, qui ſequentem declarationem prioribus addidere. *Quod ſi omnes eccleſiæ aut incolumes fuerint, aut, quæ diruptæ erant, reparatæ exſtiterint, ſecundum antiquorum canonum inſtituta tertias ſibi debitas vnusquisque epiſcopus aſſequi ſi voluerit, facultas illi omnimoda erit.* Tertia itaque *epiſcopalis* in Hiſpania quidem non abſolute ſublata, ſed tamen eidem *onus reficiendi* annexum, quod, meo iudicio, epiſcopos abſterruit, ne facile *tertiam redituum parochialium* peterent, ſed potius reditus parochis relinquerent. Eodem modo in aliis prouinciis pedetentim *quarta fabricæ* parochis adminiſtranda relicta, vna cum *quarta pauperum*, de quibus rationes epiſcopo reddebant, ceu docet *capitul.* apud HINCMARVM *tom. I. p.* 717. quæ ignauia epiſcoporum forſan rarius exactæ ſunt. Denique ipſi epiſcopi certa prædia tandem ſingulis parochis aſſignauerunt *iure beneficiario*, quo factum, vt præbendæ certæ conſtitutæ, omnesque reditus ex *oblationibus & decimis* parochis relictæ, & ab antiqua diuiſione redituum prorſus receſſum fuerit, præſertim poſtquam epiſcopus cum clero ſuo communem vitam amplexus fuerit, quod egregie illuſtrat THOMASSINVS *P. III. de diſcipl. eccl. lib. 2. c. 23. & 24.*

In aliis quoque eccleſiis pedetentim quarta fabricæ ceſſit parochis.

§. LX. Hac mutatione iuris ſtatusque bonorum interueniente, eccleſiis reficiendis aliter prouidendum fuit, & quidem eccleſiæ erant vel *cathedrales*, vel *collegiatæ*, vel *parochiales*. In *cathedralibus* & *collegiatis* canonici poſt PIPINI tempora in *communi vita* vsque ad ſeculum XI. ſubſiſtebant, & ſicuti ex *communibus bonis* paſcebantur in *refectorio*, ita quin *refectio* harum eccleſiarum ex iis facta fuerit, non dubitatur. Seculo XI. plerique *vitam communem* abiecerunt, bonis inter ſe diuiſis, vnde *præbendæ canonicorum* ſeparatæ a bonis menſæ epiſcopali deſtinatis. In hac diuiſione tamen quædam *fabricæ* ſeu *refectioni* eccleſiarum ſepa-

In eccleſiis maioribus patrimonium certum fabricæ aſſignatum,

Digitized by Google

sub cura procuratoris.

separata & destinata, eorumque administratio *procuratori fabricæ* data, vt fere nullum capitulum fuerit, quod hac *procuratione* caruerit. Ex legatis donatisque pedetentim hoc *patrimonium*, *fabricæ* dicatum, auctum est, vt infinita diplomata ostendunt, præsertim cum episcopi decreuerint, laicos admonitionibus creberrimis inducendos esse, vt *fabricæ* quid relinquerent. In *addit.* WILHELMI *Parisiensis episcopi ad constitut. Galonis c.* 12. apud HARDVINVM *tom. VI. P.* 2. *concil. p.* 1978 circa *annum* 1208. ita cautum est: *præcipitur sacerdotibus, quod diligentes & solliciti sint in monendo parochianos suos de eleemosynis & legatis ad fabricam ecclesiæ B. Mariæ faciendis.* Similiter in *constit.* RICARDI POORI *de anno* 1217. *c.* 70. apud EVNDEM *tom. VII. p.* 107. idem officium præscribitur sacerdotibus: *Inter alia etiam singuli sacerdotes infirmos suos moneant, & efficaciter inducant, quod fabricæ Sarum ecclesiæ suæ memores, prout Deus inspirauerit illis, in testamento suo de bonis suis relinquant.* In *synodo Colon. de an.* 1300. *c.* 14. & 15. apud EVNDEM *cit. l. p.* 1221. & LVNICHIVM *contin. P. I. spicil. eccles. p.* 396. maiori cum seueritate idem præceptum firmatur: *præcipimus & iniungimus vniuersis presbyteris Colonienſis diœcesis sub pœna suspensionis & excommunicationis: quatenus dictum negotium fabricæ apud subditos suos promoueant diligenter & fideliter in ecclesiis, testamentis, & NB. confessionibus.* In *c.* 6. eiusdem synodi speciatim presbyteris præscribitur, quas partes in testamentis a laicis ordinandis suscipere debeant. Volunt enim episcopi, 1) vt laici in *præsentia sacerdotis* testamenta sua condant: 2) vt presbyteri laicos omnes quouis modo inducant ad testamenti factionem: 3) vt adhortentur testatores, *quo aliquid legent fabricæ ecclesiæ totius ciuitatis & diœcesis Colonienſis & suæ parochiali ecclesiæ.* Prouocati præterea sunt laici ad legandum aliquid *fabricæ* alia esca in *eadem synodo c.* 7. scilicet relaxatione viginti dierum de iniuncta pœnitentia, illis oblata, qui aliquid legauerint fabricæ.

De officio procuratoris fabricæ.

§. LXI. Patrimonium hoc *fabricæ* relictum & attributum administratur per *procuratorem*, cuius est, fideliter exigere ea, quæ *fabricæ* relicta, huius patrimonii iura tueri, & reditus eiusdem in *refectionem* ecclesiarum impendere. Hunc in finem, in prædicta *synodo Colonienſi c.* 7. cautum, vt cum quædam ecclesiæ S. Petri legata fuerint, hoc presbyteri mox intra mensem *procuratori fabricæ* significent, sub pœna suspensionis. Admonentur præterea in *c.* 14. omnes clerici, qui talia legata detinent, vt intra mensem *procuratori dictæ fabricæ* satisfaciant, sub

Digitized by Google

ſub pœna *ſuſpenſionis* imo & *excommunicationis*. Procuratorum horum officium ſtrictim depingitur in *concilio Moguntino de anno* 1549. *c.* 90. apud HARDVINVM *tom. IX. concil. p.* 2135. Primo cauetur, ne ſolis laicis *officium fabricæ* ſeu *procuratio* committatur: 2) vt *quotannis* ſemel ad minimum rationes reddant de adminiſtratione ſua: 3) vt omnia in *eccleſiæ vtilitatem* impendant, nihil in ſuum *priuatum vſum* conuertentes. Edita eſt *anno* 1524 in Germania *conſtitutio de cleri reformat.* per CAMPEGIVM legatum a latere, quam IDEM *cit. l. p.* 1915. exhibet, in qua *c.* 18. hi adminiſtratores vocantur *procuratores ſeu vitrici fabricæ*, cuius appellationis ſingularis rationem optime expoſuit SCHVRTZFLEISCH *diſſ. de vitric. eccleſ.* Conſtituit vero præterea CAMPEGIVS, ne ſine *rectoris ſcientia* in ædificiorum vſum quidquam diſpenſare præſumerent procuratores, ſed vt pecuniæ in armariis fabricæ reponerentur, *duabus vel tribus clauibus pro loci conſuetudine tenendis*, quarum vna ipſi rectori ſeruanda traderetur. Iidem procuratores in *concil. prouinciali Narbonenſi anno* 1551. *c.* 64. apud HARDVINVM *tom. X. concil. p.* 468. *eccleſiarum quæſtores* vocantur, quod ærario eccleſiaſtico præſint, rationibus reddendis obnoxii, & quæ in vſum *fabricæ* impendi debeant, ſollicite expendentes.

§. LXII. De eccleſiis *parochialibus* idem quoque aſſerendum arbitror, ſi peculiari *patrimonio fabricæ* deſtinato inſtructæ ſunt. Non loquor *de communi ærario eccleſiaſtico*, ex cuius penu ſumtus qualescunque fieri ſolent hodie, & ſic etiam eccleſiæ reficiuntur, teſte CARPZOVIO *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 338. *n.* 11. *ſeqq.* De iis reditibus vnice ago, qui ſpeciatim ex teſtatorum vel donatorum diſpoſitione *fabricis* ſunt deſtinati, qui etiam in hunc vſum conuertendi. An autem, hoc patrimonio deficiente, ſtatim recurrendum ſit ad *commune ærarium?* infra explicabo. Id facile liquet, quod *fabricæ* legatum eſt, *regulariter* ad alios vſus expendi non poſſe, de quo PECKIVS *cit. tr. c.* 32. admodum ambigue diſputat. Etiam ius ciuile conſtituit, vt pecunia in opera publica legata in *finem præſcriptum* conuertatur, *l.* 7. *pr. de oper. publ.* nec reditus legati in alium vſum regulariter conuerti debeant, (niſi vſus præſcriptus prorſus ceſſet, vel publice illicitus reperiatur, *l.* 16. *de vſu & vſufr. legat.*) denique quod ad certam ſpeciem ciuitati relinquitur in alium vſum conuertere non licear, *l.* 1. *D. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* Quamuis vero contingere poſſit, vt in præſenti rerum ſtatu refectionis neceſſitas deſit, non tamen ceſſabit in futurum, cui etiam proſpiciendum eſt. Conf. *lib.* 2. *capit.* 5. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 737. Ceterum ſicuti canoniſtæ

Etiam eccleſiæ parochiales quandoque tale patrimonium habebant.

niſtæ multum *epiſcopali auctoritati* circa bona eccleſiaſtica indulgent; ita *eius*, vel, inter proteſtantes, *principis auctoritate*, aliquando fieri poteſt, vt, ſi fabricæ patrimonium hoc permittat, eius reditus in alias neceſſitates vrgentes pias conuerti queant, cum hoc modo a fine præſcripto non prorſus recedatur.

Ceſſante tali patrimonio beneficiatis onus reficiendi impoſitum eſt,

§. LXIII. Hoc patrimonio fabricæ relicto deficiente, onus *reficiendi* impoſitum eſt ipſis *beneficiatis*. Cum enim diuiſio antiqua pedetentim fuerit exſtincta, oblationibus, decimis, aliisque ex dote reditibus parochis aliisque clericis aſſignatis, quibus tamen ſecundum iuris antiqui tradita hoc onus cohærebat, æquum eſſe duxerunt patres, ab his eccleſias eſſe reficiendas, qui tandem omnes eius reditus ſuos fecerunt. Hæc ſine dubio eſt ratio adæquata & vnica, vnde hoc onus ſeculis ſequioribus ad *beneficiatos* tranſiit. Nec enim declinare illud potuere, poſtquam id ipſum, quod refectioni pro *quarta parte* dicatum erat, ad ſe traxerunt. Hoc ab initio tantum eorum *cuſtodiæ* commiſſum, vt etiam epiſcopo de eo rationes reddere tenerentur: pedetentim ipſis quidem, ſed cum hoc *onere* adſcriptum, quod tamen *refectionem* ſæpe impediuit. Erant vero eccleſiæ in duplici differentia: quædam a *clericis* poſſidebantur; quædam a *laicis* iure feudi ex regum Francorum beneficio.

tum clericis eccleſias poſſidentibus,

§. LXIV. Quod ad eccleſias a *clericis* poſſeſſas attinet, ſupra iam obſeruaui, in *concilio Tolet. XVI. c.* 5. *de anno* 693. fuiſſe conſtitutum, vt epiſcopis ſuam tertiam dimittentibus, ab ipſis *rectoribus* refectio fieret, id quod argumentum euidentiſſimum præbet, recte hoc onus ad *parochos* translatum fuiſſe, poſtquam illa portio redituum, vnde *refectio* facienda erat, iis eſt concredita & relicta. In capitularibus regum Francorum idem onus iam *clericis* iniunctum eſſe liquet ex *lib. V. c.* 229. apud BALUZ. *tom. I. capitul. p.* 868. vbi epiſcopis iniungitur, *vt operam dent, qualiter presbyteri eccleſias deſtructas ſibi pertinentes iuxta vires emendent*, & *lib. V c.* 323 *p.* 892. reprehenduntur presbyteri, quod *in reſtauratione & luminaribus eccleſiæ ſtudium non habeant.* In *concil. Londinenſi de anno* 1268. *c.* 18 apud HARDUINUM *tom. VII. concil. p.* 628. patres ita edicunt: *ſtatuimus atque præcipimus, vt vniuerſi clerici ſuorum beneficiorum domos & cetera ædificia, prout indiguerint, reficere ſtudeant condecenter.* Vt vero contumaces eo facilius hoc onus ſubeant, addunt: *ſi quis poſt epiſcopi vel archidiaconi ſui monitionem per duos menſes id facere ceſſauerit; ex tunc epiſcopus ipſe, ipſius clerici ſumtibus, id fieri faciat diligenter, de fructibus ipſius eccleſiæ vel beneficii, præſentis auctori-*

Digitized by Google

Horitate ſtatuti, tantum accipi faciens, quantum ad refectionem huiusmodi ſufficiat peragendum. Neque vero inferiori clero hæc lex tantum ſcripta; *epiſcopis* etiam eadem neceſſitas impoſita quoad *eccleſias cathedrales*, ſi forſan patrimonium fabricæ defecerit: *archiepiſcopos vero, epiſcopos & alios inferiores prælatos domos ac ædificia ſua ſarta tecta reficere & in ſtatu ſuo conſeruare ac tenere, ſub diuini iudicii obteſtatione præcipimus.* Pariter *ſynodus Oxonienſis de anno* 1287. *c.* 16. apud EVNDEM *cit. l. p.* 1091. & *Tridentina ſeſſ. XXI. de reform. c.* 7. idem conſtituerunt, & infinitum foret, quascunque iuris antiqui coaceruare ſanctiones.

§. LXV. Eadem neceſſitas olim quoque incumbebat *laicis*, ecclesias monaſteriaque poſſidentibus *iure feudi*, id quod *ſacrilegium laicum* quidem appellat FILESACCVS *in querela eccleſ. Gallic.* interim per plura ſecula praxi continuata exercitum. *Abuſum* magis quam *ſacrilegium* dixeris, ſi ex *vero* rem æſtimaueris, quamuis non omni iuſtitia careat. Multa *neceſſitas publica* permittit, quæ, ea ſepoſita, ex poſtfacto ſunt illicita. Iam ante CLODOVAEI tempora hunc morem obtinuiſſe, FILESACCVS *cit. tr p.* 841. *edit. de ann.* 1621. docet, quamuis poſtea maiora ceperit incrementa, & tandem in inſignem degenerauerit abuſum, inprimis CAROLI MARTELLI auſibus, variis bellis impliciti. Ad horum onera eo rectius ſuſtinenda, bona eccleſiaſtica, decimas, monaſteria, & altaria in feudum militibus dedit, ringente admodum clero, quem poſtea ceteri reges ſecuti ſunt, vt diſtincte FILESACCVS oſtendit, & paſſim iam alibi tradidi. Vid. *tom. I. P. I. conſult. & deciſ. arg.* 4.

tum laicis iure feudi eccleſias poſſidentibus,

§. LXVI. Cum ergo laici potiores reditus perciperent eccleſiaſticos & monaſteriorum, æquum omnino erat, vt hæc ædificia reficerent, cum ipſis *reditibus* hoc onus cohæreret. Huc pertinet *c.* 1. *X. de eccleſ. ædif. & repar.* quod ex concilio Moguntino *anno* 813. *celebrato c.* 41. deſumtum eſt: *quicunque eccleſiaſticum beneficium habent, omnino adiuuent ad tecta eccleſiæ reſtauranda, & ipſas eccleſias emendandas.* Recte obſeruat GONZALEZ *ad cit. c.* 1. errare interpretes, qui hunc textum de *clericis poſſeſſoribus* intellexere, qui potius de *laicis*, iure feudi eccleſias poſſidentibus, aperte loquitur. Idem iniunxit *concilium Francofurdienſe de anno* 794. *c.* 26. apud HARDVINVM *tom. IV. concil. p.* 907. & BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 267. *Vt domus eccleſiarum & teguamenta ab eis fiant emendata, vel reſtaurata, qui beneficia exinde habent.* Et cum in *concilio Arelatenſi VI.* anno 813. celebrato *c.* 25. hoc modo ſtatutum eſſet: *vt ſi quis beneficium de rebus eccleſiæ habet, ad tecta eius-*

quod illuſtratur e legibus eccleſiaſticis.

dem ecclesiæ restauranda, vel ad ipsas ecclesias ædificandas omnino adiuuet, & præterea in *concilio Moguntino* eodem anno celebrato idem patribus placuisset, ceu verba iam adducta docent; CAROLVS M. *in cap* 24 *eiusd. anni* apud BALVZ *tom. I. cap. p.* 504. hoc approbauit. Nec minus LVDOVICVS pius anno 819. apud EVNDEM *cit. l. p.* 611. *& seq. c.* 5. & HARDVINVM *tom. IV. concil. p.* 1283. *seq.* renouauit hoc præceptum: *de opere vel restauratione ecclesiarum comes & episcopus siue abbas vna cum misso nostro, quem ipsi ad hoc elegerint, considerationem faciant, vt vnusquisque eorum tantum inde accipiat ad operandum & restaurandum, quantum ipse de rebus ecclesiarum habere cognoscitur. Similiter & vassi nostri aut in commune tantum operis accipiant, quantum rerum ecclesiasticarum habent, vel vnusquisque per se iuxta quantitatem; quam ipse tenet. Aut si inter eos conuenerint, vt pro opere faciendo argentum dent, iuxta æstimationem operis in argento persoluant, cum quo pretio rector ecclesiæ ad prædictam restaurationem operarios conducere & materiam emere possit.* Liquet ex hoc præcepto, sumtus ad reficiendas ecclesias necessarios pro rata ferendos fuisse; tum a *rectore ecclesiæ* seu presbytero, tum a *laico*, qui partem reddituum inde percipiebat, quod æquum omnino erat. Proinde iuxta quantitatem reddituum onus hoc inter vtrumque diuidebatur, & vterque ita ad refectionem concurrebat. Repetiit eandem constitutionem anno 829. *c.* 9. adud BALVZ. *cit l. p.* 665. 784. quod forsan presbyteri hoc onus in laicos, hi vero in illos conicerent, sub quo certamine fine dubio refectio ecclesiarum neglecta fuit.

Variæ difficultates notantur:
(1) circa distributionem huius oneris.
(2) quoad ecclesias vnitas, in quibus refectio pertinet ad rectorem dominum, non vicarium.

§. LXVII. Ex hac antiquorum iurium immutatione plures, meo iudicio, difficultates emerserunt. Etenim (I) iam ostensum est, hoc onus diuidendum fuisse inter pastores ecclesiæ & eos, qui inde beneficia habuere. Hæc vero distributio vix vnquam sine rixis & turbis peragi potuit, præsertim cum parochis potiores reditus interuersi, & vasallis applicati fuerint. Hæc difficultas (II) etiam tunc emergit, quando parochiæ monasteriis præbendisque vnitæ sunt, eæque per *vicarios* reguntur. Hoc facto prælati monasteriorum censentur *principales*, dicunturque *rectores domini*, & eorum *vicarii* sunt instar *pastorum mercenariorum*, certa mercede conductorum. Parcissimi reditus his sunt assignati, potiorque eorum pars cedit prælatis & præbendatis. Vix vero est, vt hoc casu distributio huius oneris inter *vicarium* & *rectorem dominum* fieri possit, cum vicarius tantum huius vices peragat, & hic tantum censeatur pastor ordinarius. Proinde onus reficiendi ecclesias,

Digitized by Goo

cleſias vnitas merito *prælatis* ſeu *principalibus* incumbit, quibus potiora commoda obueniunt. SLEVOGT. *de vnion. eccleſ. diſſ III. c.* I. §. 12. Huc ſine dubio collineat doctrina PECKII *cit. tr. c.* 14. *ſeqq.* aſſerentis, prælatis incumbere onus reficiendi eccleſias, ex quibus decimas percipiunt, vtpote quas cum aliis redditibus primariis ex eccleſiis vnitis ſibi reſeruant, teſte TVRRICELLIO *de beneſic. vnione cap. IV. n.* 60. *cap. XI. n.* 80.

§. LXVIII. Hæc oblatio ad reficiendum, quæ eiusmodi prælatis incumbit, immediate ex *lege* fluit, adeoque *heredes* eius quoque ſtringit, ſi defunctus ad reficiendum obligatus fuit, illud tamen neglexit. Hanc deciſionem quoque amplectitur PECKIVS *cit. tr. c.* 18. ſed in fundamento ceſpitat, & dubius hæret, vtrum obligatio ex *contractu* vel *quaſi;* an vero ex *delicto* vel *quaſi* naſcatur? Ego vero nec in hoc nec in illo conſtituo obligationis fundamentum: ſufficit *legis vinculum*, quod his, qui reditus ex bonis eccleſiaſticis percipiunt, & vices ſuas aliis committunt, impoſitum eſt, quodque ſua natura in heredes tranſit. Proinde ſi ſucceſſor in officio vel alius refectionem ſuſcepit perfecitque, ſumtus ab heredibus repetere non prohibetur. Quia vero regulariter altioris indaginis quæſtio eſt, vtrum & quatenus *heredes defuncti prælati* teneantur, refectio vero tamdiu ſuſpendi nequit, donec ea per iudicem legitimumque tramitem decidatur, merito *interim* ſucceſſor in officio ad reparationem tenetur, ſaluo regreſſu aduerſus defuncti heredes, idque vel ideo, quod in *poſſeſſione vel quaſi reddituum eccleſiaſticorum* conſtitutus ſit, cui hoc onus annexum eſt. Ita forſan accipiendus eſt PECKIVS *cit. tr. c.* 19. *n.* 4. exiſtimans, hoc onus *reale* eſſe, h. e. *præſenti poſſeſſori* incumbere, qui iam reditus decimasque percipit. Fundamentum huius obligationis.

§. LXIX. Non leuis quoque difficultas (III) inde naſcitur, *quatenus* quilibet parochus vel prælatus ex reditibus teneatur. Quid enim ſi refectio magnos deſideret ſumtus, quibus ferendis inidoneus eſt? quid ſi omnis reditus exhauriant, & aliunde paſtor viuere non poſſit? Animaduerti, canones *cum aliquo temperamento* hoc onus *beneficiatis* impoſuiſſe, *quatenus reditus id permittunt.* Ita enim ALEXANDER III. in *c.* 4. *X. h t.* decreuit: *de his, qui parochiales eccleſias habent, duximus reſpondendum, quod ad reparationem vel inſtitutionem eccleſiarum cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, quæ ſunt ipſius eccleſiæ, SI EIS SVPERSVNT, conferre, vt eorum exemplo ceteri inuitentur.* Eatenus ergo contribuere tenentur, *quatenus eis ſuperſunt,* Quatenus quilibet parochus ex reditibus ſuis teneatur?

Digitized by Google

quod quidem in *ecclesiis vnitis* semper contingit, quia *rectores domini* merum lucrum habent, non vero reditus pro officio sacro percipiunt. vid. BARBOSA *ad concil. Trid. sess. XXI. de reform. c. 7. n. 9.* In *non-vnitis* secus dicendum, in quibus parochus reditus percipit pro *officio sacro*, & sic ex *causa*, vbi sæpe contingere potest, vt parum, deductis necessariis vitæ alimentis, superfit. In *capitularibus* eadem restrictio obligationi possessorum addita est, ceu docet *c. 5. lib.* II. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 737. vbi *iuxta possibilitatem rerum*, & *lib. 5. c.* 229. *p.* 868. *iuxta vires* refectio iis imponitur. Pariter in *concilio Burdegalensi de anno* 1583. apud HARDVINVM *tom. X. concil. p.* 1377. hoc temperamentum approbatum: *ipsi etiam rectores, si facultates suppeditent, arbitrio episcoporum & visitatorum aliquid ad hæc conferre cogendi sunt.* Decernit itaque 1) episcopus, quantum rectores ecclesiarum conferre cogantur: 2) reliquum parochiani conferre tenentur, quod eodem concilio cautum est.

Specialius hoc determinauit concilium Tridentinum.

§. LXX. Euidentius & specialius res determinata est in *concilio Tridentino sess. XXI. de reform. c. 7. Parochiales ecclesias, etiamsi iuris patronatus sint, ita collapsas resici & instaurari procurent, ex fructibus & prouentibus quibuscunque, ad easdem ecclesias quomodocunque pertinentibus; qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos & alios, qui fructus aliquos ex dictis ecclesiis percipiunt, aut in illorum defectum parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant.* Docet hic textus: I) non esse differentiam constituendam inter ecclesias *patronatas* & *liberas;* quamuis enim quoad illas ratio dubitandi inde peti possit, quod illæ sint in *patrimonio patronorum*, prout docui *tit. de iur. patronat.* & quilibet obstrictus sit ad res suas reficiendas; habent tamen illæ etiam dotem, decimas & oblationes, quas percipit parochus, ex quibus olim *quarta* impendenda fuit in refectionem. Tales reditus vbi olim deficiebant, possessor & dominus oratorii tenebatur ad refectionem, prout supra §. 53. obseruaui. II) Refectionem faciendam esse ex *reditibus ecclesiasticis*, & sic ad eam obligatos esse, qui eos percipiunt. Proinde ecclesiarum *cathedralium* refectio ad episcopum pertinebit, sed, meo iudicio, concurrente etiam capitulo, quod BARBOSA *ad cit. l. n.* 11. tantum *in subsidium* obligatum esse putat, cum tamen æque ac episcopus reditus ex bonis illius ecclesiæ percipiat. III) *Pro viribus* tantum singulos teneri, deductis necessariis alimentis. Illa vero sine dubio iuri veteri conuenientissima distributio erit, si *quarta redituum* huic oneri assigne-

Etiam in patronatis parochi obligantur,

& episcopi in cathedralibus,

pro viribus,

Digitized by Google

assignetur, quippe quam parochi aliique clerici merito in fabricæ vsum seponere deberent, quam æquitatem quoad *episcopos* agnoscit BARBOSA *cit. l. n.* 5. *inf.* His non sufficientibus, IV) onus hoc ad *patronos* in ecclesiis patronatis referendum est *pro parte.* Sunt enim hæ ecclesiæ *quodammodo* in *bonis patronorum*, illis quasi propriæ, castrisque annexæ, vt eas tanquam res suas sartas tectas conseruare teneantur, ni iure suo priuari malint. STEPHANI *de iur. patron. P.* I. *c.* 25. *n.* 3. CARPZ. *lib.* 2. *iurispr. consist. def.* 336. *n.* 10. V) Denique in subsidium obligari parochianos, in quorum commodum talis refectio cedit.

in subsidium patroni

et parochiani.

§. LXXI. Multum vero præterea hic dandum *legibus particularibus* & *consuetudini.* In constitutione archiepiscopi Eboracensis WALTHERI GRAY *de anno* 1248. apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p.* 430. *seq.* onus hoc diuisum fuit inter *rectores* & *parochianos*, ita vt *reparatio nauis ecclesiæ* ad parochianos; ad rectores vero cancellus principalis cum eiusdem reparatione, h. e. *chorus* pertineat. Sunt enim duæ partes principaliores ecclesiæ: *chorus* & *nauis:* ille *sedem clericorum*; hæc vero *laicorum mansionem* constituit. vid. CANGIVS *in glossar. voce nauis.* LEO ALLATIVS *de templis græcor.* & *Narthece.* Iuxta *concil. Londin. de anno* 1342. *c.* 4. apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p.* 1647. itidem parochiani ecclesiarum parochialium *tam naues & tectum ecclesiarum intus & exterius, quam campanile, altaria & imagines, fenestras quoque vitreas in dictis nauibus existentes & cæmeteriorum clausuras reparare suis sumtibus tenentur.* In *Gallia*, *Brabantia*, alibique eandem obseruari distinctionem obseruant PECKIVS *cit. tr. c.* 13. ESPENIVS *P. II. iur. eccles. tit.* 16. *c.* 5. §. 26. *seqq.*

Quandoque clerus ad chori, parochiani vero ad nauis refectionem tenentur.

§. LXXII. Præterea quoque, vt dixi, *consuetudo* ante omnia attendenda, quod etiam capitularia regum Francorum obseruarunt. Nam in *capitul.* 20. *de anno* 793. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 546. ita cautum: *vt de restauratione ecclesiæ & ponte faciendo & strata restauranda omnia generaliter faciant homines, vt antiqua consuetudo fuit.* Passim enim parochianos ex *consuetudine* ad refectionem teneri, docent PECKIVS *cit. tr. c.* 9. BARBOSA *ad c.* 4. *X. de eccles. ædif. n.* 3. modo legitime probata fuerit. vid. *iur. paroch sect. VII. c.* 3. §. 4. Consuetudo hæc in *parochialibus ecclesiis* inde nata est, quod parochi vt plurimum onus hoc declinauerint, prætextu hoc adducto, quod nihil ex reditibus iis superfit, prout in *c.* 4. *X de eccles. ædif.* supponitur. Addiderunt, parochianos eo magis ad hoc onus obstrictos esse, quod in eorum vtilita-

Consuetudine quandoque hoc onus parochianis simpliciter imponitur.

tem

Digitized by Google

tem cedat; inhumanius autem cum paſtoribus actum iri, ſi reditibus ſuis carere tenerentur, & quæ fuere aliæ huius farinæ perſuaſiones, quæ plebeculam incautam facilius inducere potuere, vt onus hoc ſubiret.

In eccleſiis proteſtantibus parocho onus hoc non incumbit,

§. LXXIII. In *eccleſiis proteſtantium* plerisque per conſtitutiones ſpeciales non *parocho*, ſed *parochianis* hoc onus incumbit, niſi quod parochus *modicam refectionem* ſuſcipere cogatur arbitratu boni patrisfamilias, dasjenige, ſo durch täglichen Gebrauch abgehet, verwüſtet, und zerbrochen wird, als Oefen, Fenſter, Thüren, Schloſſer ꝛc. vid. *ordin. prouinc. Gothan. P. I. c. 6. tit. 2. ordin. eccl. Vinar. lib. 2. c. 20. art. 14. n. 3. Coburg. P. II. c. 21. p. 223. Magdeburgenſis c. 24. §. 5.* Tenentur vero nihilominus parochiani (1) *in ſubſidium*, wenn das Kirchen-Einkommen und der Kirchen-Vorrath nicht zureichet. vid. *dict. ordin.* Quodſi ærarium oneri ferundo ſufficit, parochiani non ſunt grauandi, niſi quod ſed ex ærario ſumtus ſumendi, ruri operas mit Roß- und Hand-Arbeit ohne Entgeld præſtare teneantur, vt Saxonicæ ordinationes ſatis prudenter conſtituere. In *edicto potentiſſ. regis Boruſſ. de anno 1702. d. 16. Decembr.* hoc relinquitur conſuetudini, wo es Herkommens iſt, ſimulque additur, parochianos ad has operas teneri bey Straf Obrigkeitl. Gefängniß. (II) Præterea niſi dolo vel culpa parochi ruina facta. tunc demum tenentur, *ſi ruina culpa paſtoris haud contigit.* Hanc limitationem recte addit *Magdeburg. ordin. eccl. cit l.* §. 1. im Fall aber die Gebäude von dem Pfarrer oder den Seinigen durch Vorſatz oder Fahrläßigkeit verwüſtet werden, ſollen Sie ſolche aus ihren Mitteln wieder repariren laſſen. Conuenit hoc non tantum *iuris communis* principiis, ſed ſpeciatim etiam *iuris canonici diſpoſitioni*, ſecundum quam, qui eccleſiæ damnum dat, ad eius reſtitutionem tenetur, *c. 3. C. 12. q. 2.* multo magis ergo parochi, qui, vt bonos patres familias decet, in ædibus eccleſiaſticis verſari debent.

In ſubſidium parochiani tenentur, deſu per tamen audiendi,

§. LXXIV. Ante omnia tamen (III) audiendi ſunt parochiani, cum in genere ad actum citandus ſit, qui eius præiudicium continet. *l. 36. de adopt.* Conf. PECKIVS *cit. tr. c. 16.* Multum enim intereſt parochianorum, cauſam ædificationis probe ventilari, antequam ad ipſam reparationem eccleſiæ domuumque parochialium properetur, vt proinde a *cognitione* excludi nequeant; ceu recte rationes ſubducit CARPZOV. *lib. 2. iurispr. conſiſt. def. 336. in f.* In *ordin. Gothana alleg.* huius requiſiti habita fuit ratio, cautumque, daß, wie hoch ſolche Verbeſſerung kommen möchte, in einen Anſchlag gebracht, und mit dem Pfarrer und Gemeinde des Orts von den Mitteln, wie darzu, wo

Digitized by Google

wo nicht auf einmahl, doch von Jahren zu Jahren, daferne die Sache anders ſolchen Verzug und Anſtand leidet, zu gelangen, geredet, der Kirchen Vorrath erwogen, und wie viel davon zum Bau gebrauchet werden ſolle, geordnet und geſchloſſen, der Nachſchuß aber durch eine gemeine Anlage zuſammen und eingebracht werden ſolle. (IV) *Initæ* vt & vniti filiales *eccleſiæ* quoque conferre tenentur, ſi *proprio templo* carent; quamuis in quibusdam locis tantum *tertiam partem* conferant, vt cautum in *Vinar. ordin. cit. l. n.* 1. *Magdeb. cit. l.* §. 3. Filialiſtæ, qui *proprio templo* inſtructi ſunt, nihil conferunt ad refectionem *eccleſiæ matris*, bene tamen *ædium parochialium*. Vid. *ius paroch ſect.* 7. *c.* 3. §. 8. (V) Quia vero hoc onus vel ideo iis incumbit, quod in eorum commodum cedat, omnes conferre debent parochiani, ob ſie gleich nicht unter einer, ſondern unterſchiedlichen Gerichtbahrkeiten geſeſſen, vt dicitur in *Vinarienſi ordin. l. c. n.* 1. quia ratione eccleſiæ parochialis vnum nihilominus corpus conſtituunt. Nec excipiendos eſſe nobiles reſpectu bonorum feudalium, euici contra CARPZOVIVM *cit. l.* §. 7. Non ergo contribuere debent diuerſæ religionis incolæ, vtpote qui in parochia quidem habitant, ſed non ſunt *parochiani*, ſacris eccleſiæ parochialis non interſunt, nec commodis eius fruuntur, conſequenter hoc onere, quod tantum ad *ſocietatem parochialem* pertinet, non ſunt grauandi. Etenim magis hoc onus *perſonale* quam *reale* cenſendum, niſi aliud lege publica cautum ſit. Sic in der Flecken- Dorff- und Acker-Ordnung de anno 1702. *in corpor. conſtit. Magdeb. P. III. p.* 525. expreſſe contrarium cautum: Wann an Kirchen und Kirch-Höffen etwas zu bauen und zu beſſern iſt, ſoll ein jedweder Einwohner und Unterthan jedes Orths, er ſey was Religion er wolle, mit allem Fleiß dazu helffen. Hoc ſine dubio ad tres religiones, in imperio approbatas, referendum, cum contingere poſſit, vt catholici, ſine propriæ religionis exercitio inter proteſtantes habitent, & hoc ipſo, quod ad aliam parochiam, ſacris ſuis dicatam, non poſſint referri, actus parochiales potiores in ſe admittere teneantur. vid. *ordin. polit. Magdeb. c. VI.* §. 16. (VI) Ipſi parochiani huc in finem obligantur zu einer gemeinen Anlage, vt decernit *Vinar. ord. cit. l. n.* 2. quantum autem quilibet contribuere debeat, non ſemper definitum. Aequum *in dubio* eſt, vt ſinguli ſecundum *vires patrimonii* contribuant, ceu plenius declaraui *in iur. paroch. cit. l.* §. 9. cum ex ſingulorum patrimonio hoc onus ferendum ſit. In *ordin. Magd. eccleſ. c.* 24. §. 1. deſideratur eine gemeine billige und gleichmäßige Anlage; vtrum vero in hac *æqualitate geometrica*, an *arithmetica* proportio atten-

vbicunque habitent.

eiusdem religionis.

Contributio facienda ſecundum vires patrimonii.

Digitized by Google

di debeat, non exprimitur; interim de *priori* textum intelligendum esse iudico.

Quid patroni ad refectionem conferre debeant?

§. LXXV. Censuit vero *concilium Tridentinum*, *patronos* in ecclesiis suis ad hoc onus obligari præ *parochianis*, nec forsan male censuit, si *originem* respexeris. In ecclesiis protestantium primario ratio habenda *ordinationum ecclesiasticarum*, quibus definitum, quantum oneris quilibet ferre debeat. Hæ quandoque simpliciter hoc onus imponunt parochianis, etiam in *ecclesiis patronatis*, quorsum *Saxonicæ* fere vnanimiter conspirant, constituentes, daß, wenn dasjenige, so von der Kirchen verordnet, nicht zureichet, und man mehr zum Bau haben muß, sollen sie (die Eingepfarrete) dasselbe durch eine gemeine Anlage zusammen und einbringen, auch der Superintendent und Collator daran seyn, daß von dem colligirten Gelde nichts unnöthig angewendet, oder unterschlagen, sondern alles treulich beobachtet werde. Patronis & superintendentibus hic tantum *suprema directio*, onus autem conferendorum sumtuum *parochianis* imponi videtur: an autem & quantum *patroni* ad hoc conferre debeant, non expresse determinatur? Interim æquum omnino foret, vt patroni ad minimum coniunctim cum *parochianis* ad refectionem concurrerent. Prius vel inde iustificari potest, quod ecclesiæ tales patronorum *patrimonio* adscribantur, eiusque sequelam & accessorium constituant, adeoque *iuxta regulam*, qua quilibet *dominus* rem suam reficere tenetur, ad refectionem earum teneantur. Quia tamen *parochiani* simul inde vtilitatem sentiunt percipiuntque, & ecclesiæ patronatæ, quæ olim fere *oratoria priuata* tantum erant, hodie ecclesiarum *publicarum & parochialium* faciem induerunt, concurrere pro parte ad refectionem tenentur, ad minimum, vt operas mit Roß- und Hand-Arbeit præstent, id quod, vbi peculiares ordinationes deficiunt, indicendum est. Quin etiam CARPZOVIVS *lib. II. iurispr. consist. def.* 336. *n.* 8. 9. ab hoc onere non prorsus absoluit patronos, sed hoc *illis* vna cum *parochianis* imponit, simulque rescripto illustrat, vnde liquet, *collatorem & parochianos* ad hoc onus concurrere, & hoc sub temperamento *ordinationes Saxonicas* intelligi debere, quorsum etiam collineat *praxis Magdeburgica*, ceu patet ex iis, quæ supra §. LI. allata sunt. Qantum autem patroni conferre teneantur, haud determinatum est. Quid ergo *in dubio* dicendum, si antiqua desit obseruantia, nec ordinationes ecclesiasticæ id determinent? *Consistorii arbitrio* tunc standum esse, nemo in dubium vocabit, quod ex rationibus adductis impensas in refectionem faciendas commodissime ita distribuet, vt dimidium *patronus*, dimi-

Digitized by Google

dimidium *parochiani* ferant. Sicuti enim & *patroni & parochianorum* interest, ædes hasce sartas tectas conseruari, ita vix æquior oneris huius distributio, quam iam dicta, adduci poterit. Conf. PETRVS FRANC. de TONDVTI *lib.* I. *resol. benef. cap.* 38.

§. LXXVI. Supereſt vltimum membrum, quod *modum reficiendi* concernit. Supra iam obſeruaui, refectionem in eccleſiis non præciſe ad *veterem modum* faciendam eſſe, nec huc referri poſſe, quæ in materia *ſeruitutum* de reſtricta refectionis poteſtate habentur. Vnde infero, *modum reficiendi* regulariter eſſe *arbitrarium*, modo commodis eccleſiæ non officiatur, ſed potius omnia in vtilitatem parochianorum auditorumque fiant, de quo hi decernunt, quorum ſub cura, inſpectione & directione hæc refectio facienda eſt. Verum vbi ſacra quorundam ſubditorum non ſunt publice approbata, ſed eorum exercitium tantum *certo*, *limitato*, *& reſtricto modo* iis ex *gratia* & ſimplici *tolerantia* eſt conceſſum, eo caſu refectio vltra *modum conceſſum* non extendenda, multo minus ſub prætextu *refectionis* ædes ſacræ amplificandæ, aut a priſtina recedendum forma. Sic quibus exercitium religionis conceſſum priuatis in ædibus, his minime permiſſum eſt, vt easdem ita reficere, formamque priſtinam ita mutare queant, vt faciem *templi* induant, & cultus quodammodo publicus fiat. Aliud enim eſt *reficere*, & aliud, *nouum facere opus*. De modo reficiendi.

§. LXXVII. Vtrum vero tam *reſtrictiſſimus reficiendi modus* iis quoque imponendus ſit, qui in *ciuitatibus mixtis* aliisque eccleſias earumque acceſſoria poſſident ſecundum *ſtatum anni* 1624. per diſpoſitionem inſtrumenti pacis, alia omnino & diuerſa eſt quæſtio. Id enim palam manifeſtumque eſt, ea, quæ §. *anteced.* adducta ſunt, ad hunc non pertinere caſum; cum ſiue *proteſtantes*, ſiue *catholici*, templa aliasque ædes eccleſiaſticas poſſideant, ea non ex *gratia & nuda tolerantia*, ſed ex *debito iuſtitiæ*, ſecundum diſpoſitionem *inſtrumenti pacis*, ſtatumque *anni decretorii* poſſideant. Hæc poſſeſſio ita qualificata plus iuris poſſeſſoribus tribuit, quam his, quibus ex mero *precario & gratia* ſacrorum vſus conceſſus eſt. Quid ergo de *refectione* dicendum, vtrum præciſe ad *veterem modum* obſtricti ſint catholici, & proteſtantes, vt nec latum vnguem ab eo recedere queant, &, ſi ab eo recedatur, alteri parti ius prohibendi vel *opus nouum nunciandi* comperat? Quæſtio hæc agitata eſt tum in auguſtiſſimo ſenatu imperiali aulico, tum ipſis in comitiis in duplici controuerſia, quarum altera Auguſtæ Vindelicorum, altera An modus reficiendi reſtrictus ſit per inſtrumentum pacis?

Nordelingæ emerſit; ibi prælato monaſterii, diuis Vlrico & Afræ ſacrati, proteſtantibus; hic vero proteſtantibus ordini Teutonico nouum opus nunciantibus.

Momenta controuerſiæ Auguſtanæ.

§. LXXVIII. Quæ in *controuerſia Auguſtana* dubia mora fuerint, recenſet FABER in der Staats-Cantzeley *tom. XV. c.* 10. *pag.* 690. *ſeqq. & tom. XVIII, n.* II. AVCTOR *elect. iur. publ tom. II pag.* 224. & 811 *tom. IV. p.* 525. vbi ſimul reſponſa tum facultatis iuridicæ illuſtris huius loci, tum ill. Dn. THOMASII referuntur. Res huc redibat: templum ad D. Vlrici, quod euangelicis ſecundum inſtrumentum pacis reſtituendum erat, refectione indigebat neceſſaria, maxime in frontiſpicio, quam cum ſuſcipere vellent euangelici, ſtatuto iubente, vicino prælato monaſterii prædicti rationem conſilii ſui euangelici expoſuere, Regeſſit vero prælatus: man möge zwar den ruinœſen Schieſſer abtragen, jedoch ſolle er wiederum in der Form, wie er zuvor geweſen, aufgeführet, auch die Bildnis unſerer Lieben Frauen und des Reichs GOttes-Hauſes Patronen des H. Ulrichs und der H. Afræ wieder (gleichwie zuvor) mit beſtändigen guten Farben auf den neuen Wurff gemahlet, und das Thürlein mit Holtz, wie es dermahlen ſey, wiederum auf den Fürſt hinein, zumahlen der Stein, worin die Jahr-Zahl de anno 1458. gehauen, wiederum in den Schieſſer unter das Ziffer-Blat geſetzt, auch all jedes Gebäu in dem Stande, wie es den 1. *Ian. anno* 1624. geweſt und noch vor Augen ſtehet, aufgeführet werde. Hoc *circumſcripto modo* refectionem faciendam eſſe vrgebat prælatus: euangelici ad eum ſe haud obſtrictos arbitrabantur, & ſuo arbitratu *refectionem* inchoabant. Nunciabat prælatus nouum opus, & ita res ad publicum certamen redacta, in quo inprimis quæſitum fuit, vtrum hæc *nunciatio* tenuerit, & prælato *ius prohibendi* competierit? Primarium fundamentum prælatus in eo ponebat, quod a priſtina forma contra ſtatum *anni decretorii* recedi non poſſet, ſed ipſa refectio *præciſe* ſecundum illum ſuſcipienda eſſet, præſertim cum huius obſeruantia vnica norma omnium controuerſiarum eſſe debeat. Regeſſerunt euangelici, refectionem eccleſiarum ſingulis poſſeſſoribus liberam, nec certo modo circumſcriptam eſſe: eam dependere ab epiſcopi vel eius, qui huius iura ſuſtinet, arbitrio: totum ius diœceſanum cum omni iuriſdictione eccleſiaſtica catholicorum contra Aug. Conf. addictos ſuſpenſum eſſe: templum ad D. Vlrici ad ius euangelicorum pertinere, nec catholicorum intereſſe, *quomodo* refectio fieret, quin potius illis obſtare exceptionem, *veſtra non intereſt*: ſperni potuiſſe nunciationem, omni

Digitized by Google

omni iure deſtitutam: euangelicis liberum religionis exercitium cum omnibus inde dependentibus iuribus in eo templo competere: huc tendere diſpoſitionem inſtrumenti pacis, ſecundum quam A. C. conſortes *tranquille & imperturbate*, quæ anno 1624. poſſederant, in poſterum quoque poſſidere deberent: hoc vero cum *pleno effectu* eſſe intelligendum, ipſo ſuffragante I. P. *art. V.* § 19. leuem eiusmodi mutationem ſtatum *anni decretorii* haud immutare: ipſos hoc agnoſcere catholicos, & pro lubitu templa ſua reficere, nec ſe ad *priſtinam formam* adſtrictos credere, quod autem vni iuſtum, alteri quoque iuſtum eſſe debere: *integram curam* templorum cuique parti reſeruatam eſſe per *art. V.* § 7. & hic quoque templum prædictum *cum integra cura* fuiſſe euangelicis reſtiturum: hanc autem æſtimandam eſſe ex religionis principiis eorum, qui templa poſſident, & ſic euangelicos non eſſe obſtrictos, vt *imagines veteres ſanctorum* reſtituerent: prælatum nec *condominium* nec *vſum ſimultaneum* templi habere, & conſequenter omni *iure prohibendi* deſtitui.

Momenta controuerſiæ Nordlingenſis.

§. LXXIX. In *controuerſia Nordlingenſi* fere ex iisdem diſputatum fuit principiis, quæ adducta ſunt *tom. XXXI.* der Statte-Cantzeley *c. 1.* Ordo Teutonicus curiam quandam, vulgo Caſten-Hauß dictam, in prædicta vrbe poſſidet, quam cum reficeret, ſupra ipſam portam verſus plateam vergentem, ſtatuam B. Mariæ virginis, *contra priſtinam formam & modum*, ſprета nunciatione noui operis, collocauerat; ſenatus vero eam rurſus remouerat. Inde res in publicum certamen deducta, & aliquot ſcriptis excuſſa eſt. Allegabat ſenatus, catholicos ita per *indirectum* ambire in hac vrbe religionis ſuæ exercitium contra *annum decretorium*: ſibi eiusmodi ſtatuas, ritibus & ceremoniis ſuæ religionis aduerſas, contra priſtinam formam obtrudi non potuiſſe: violatum eſſe hoc modo ius ſacrorum, ſenatui etiam in prædictam curiam competens: ſtatuam hanc *contra formam & modum priſtinum* fuiſſe erectam, in conſpectu omnium tam inhabitantium quam prætereuntium poſitam, & *ſtatui anni decretorii* aduerſam: in vrbe tantum Auguſtanam vigere religionem cum annexis, nec ſine conceſſione magiſtratus talem *innouationem* ab ordine Teutonico fieri potuiſſe, & quæ ſunt alia argumenta, plena manu loco allegato adducta, quæ referre non vacat. Quæ argumenta in vtraque controuerſia præualuerint, facile quilibet iudicabit, qui ſine præiudicio examinauerit. Ego vero nec in hac controuerſia me iudicem conſtituo, ſed ad titulum ſequentem propero.

Digitized by Google

TITVLVS XLIX.

DE

IMMVNITATE ECCLESIARVM, COEMETERII ET RERVM AD EAS PERTINENTIVM.

§. I.

Qualitas primaria ecclesiarum est sanctitas,

TRansitus *h. t.* fit ad qualitates *ecclesiarum*, quarum primaria, & ceterarum omnium quasi scaturigo, constituenda est in SANCTITATE, ecclesiis attributa primario per *consecrationem*. Hæc enim ædificii huius qualitatem & naturam mutare, *nouam gratiam virtutemque diuinam* conciliare dicitur, vt *spiritualis* atque *diuina* facta censeatur, quæ antea erat profana, vt *tit. XL. §. 43. & 44.* declaraui & indicaui. Operatur hæc *sanctitas*, quam *internam* vocaui, quod operi exstructo *internam qualitatem diuinam* conciliet, singularesque effectus, quos fere omnes sub titulo *immunitatis* complecti possumus.

Vnde immunitas earum fluit.

Quid enim est immunitas ecclesiarum? respondet P. SCHMIERVS *de SS. eccles. P II. diss.* I. *art.* I. *n.* I. *est ius, quo ecclesia & alia loca sacra nec non personæ ecclesiasticæ ac res ipsarum liberæ & immunes sunt, a muneribus siue oneribus secularibus atque ab actibus, earum sanctitati & reuerentiæ debitæ repugnantibus.* Fluit ergo omnis illa *immunitas amplissima* ex *sanctitate* ecclesiis debita, quippe cum qua pugnant *onera publica & ciuilia* cuiuscunque generis, atque *ipsa iurisdictio ciuilis* aut *criminalis*, quæ quiescere iussa est circa *templa*, ne *sanctitati* eorum præiudicium inferatur per impura laicorum attentata. Latissime vero patet hæc *libertas ecclesiastica* in *c.* I. *& f. h. t. in* 6. adeo vt, quicquid vnquam in derogationem imminutionemque veram vel apparentem vergat, *sacrilegium* esse censeatur, iuri diuino contrarium, cui plerique eam tribuunt, & cum *sanctitatis* illius ecclesiasticæ summa iniuria coniunctum.

Neque

Digitized by Google

Neque vero mirandum, eandem immunitatem etiam attribui eccleſiaſtico ſeu *ſacro*, vt vocatur, *patrimonio*, quippe quod de *ſanctitate eccleſiarum*, tanquam *acceſſorium* earum, participat, vt nullis exactionibus gravari poſſit. Denique etiam *perſonæ eccleſiaſticæ* inſigni immunitate fruuntur, cum & ipſæ *ſanctitatem* ex ordinatione *intrinſecam* habeant, vel ad minimum ex receptione in numerum *clericorum*, qui *ſpirituales* ſunt, nec *ſanctitate*, vt *ſors Domini* & *hereditas* eius, careant, vt fuſius exponit CAROLVS DE GRASSIS *de effectibus clericat.*

§. 11. Vt itaque de ipſius *immunitatis & libertatis eccleſiaſticæ* indole eo rectius conſtet, in *ſanctitatis eccleſiarum exiſtentiam* inquirendum oſtendendumque, quo in ſenſu hæc eccleſiis tribui debeat. Videlicet ſi omnis, quæ *de ſanctitate templorum* N. T. ſuſcipitur, diſceptatio penitius examinatur, palam eſt, *ſanctitatem* duplicem ex mente theologorum & ICtorum, vt doctrina ZIEGLERI, ſupra *tit. XL. §. 47. p.* 700. tradita, docet, conſtitui poſſe, *internam & externam* ſeu *ceremonialem*; illam conſiſtere in *diuina* quadam *qualitate*, ſolenni ritu *conſecrationis* rebus profanis indita, ob quam tum in *dominio ſolius Dei* eſſe, tum ſingulari *virtute diuina*, vt res *ſanctificata*, pollere creditur; hanc vero in *externa & ceremoniali quadam veneratione*, *& ſeparatione loci ab vſibus aliis communibus ad vſum ſacrum*, quam *deſtinatio ſimplex & arbitraria* hominum eidem conciliat, ſed *iuri humano* non eximit, nec *naturam* eius immutat, aut *diuinas qualitates* ei parit. Vtramque ſpeciem vna definitione complecti videtur AVCTOR *diſput. Ienenſis* ſub præſid. Dn. BVDDEI, theologi meritiſſimi, *de ſanctitate locorum in vetere & nouo teſtamento* habitæ, §. 11. aiens, ſanctitatem eſſe *loci cuiuspiam ſingularem, vel reſpectu diuinæ peculiaris præſentiæ vel curæ vel dominii vel gratiæ ibi collocatæ, vel denique ad vſus religioſos adhibitionis ab aliis minus religioſis ſeparationem.* Vltima ratio *ſanctitatem externam & ceremonialem* denotat, & *venerationem* quandam locis intuitu illorum effectuum, quos *leges* determinant, conciliat, ob quam ab omni *violatione* immunia ſunt, nec aliis *regulariter* adhibenda negotiis, quam ad quæ fuerint *publice* deſtinata. Priores quatuor cauſæ magis *internam* inuoluunt *ſanctitatem*, eamque a *iure diuino* petunt, & dominio omni humano loca ſancta eximunt, *virtutemque diuinam* eisdem conciliare videntur, adeo, vt in *iure ſacerdotum* eſſe dicantur, quod hi ſint *iuris diuini adminiſtratores & diſpenſatores.*

Sanctitas eſt vel interna vel externa.

§. III.

Digitized by Google

Quæ duæ ſpecies magnopere inter ſe differunt.

§. III. Multum vero inter vtramque ſpeciem eſſe, nemo in dubium vocabit, vt vna definitione prælaudatus AVCTOR res toto cœlo diuerſas non debuiſſet complecti. Inde vero factum eſt, vt *in ſqq.* vbi de *ſanctitate locorum in nouo fœdere* agit, non potuerit iudicium accuratum de illa ipſa, quæ templis æuo CONSTANTINI & ſubſequentibus tributa eſt, ferre, quod duas has ſpecies diuerſas vna definitione commiſcuerit. Ait §. 28. ſanctitatem ædibus ſeculo III. ad vſus religioſos exſtructis omnino competiiſſe, ſed non deſignat *ſpeciem* eiusdem. An ergo talis peculiaris & ſpecialiter a Deo determinata *ſanctitas* iis inhæſit, qualis *tabernaculo*, qualis *templo iudaico?* An vero tantum *externa* & *ceremonialis*, vtut non *publica*, ſed *priuata?* Poſterius facile admitto, & hoc ipſum nec *ſuperſtitioſum* erat, nec *corrupti ſtatus eccleſiaſtici indicium*, nec ab hodierno more proteſtantium recedit. Adhuc enim hæc loca erant in *dominio priuato eccleſiæ*, ſeu *cœtus fidelium*, eorum poteſtati ſubiecta, vt conſenſu communi, ratione id ſuadente, de eis diſponere, & ad alios vſus applicare potuerint, quod non licuit de rebus, *interna ſanctitate* gaudentibus, quarum qualitas immutata, & proprietas ſoli Deo tributa & aſſignata.

Sanctitas interna introducta conſecratione ſeculo VI. eccleſiis tributa.

§. IV. Aſt vbi ſeculo IV. templa exſtructa, & *ſolenni ritu* conſecrata ſunt, non ſine *pompa*, (vtut hanc ex contradicendi pruritu AVCTOR *diſſert. de locor. ſanctit. in vet. & nou. teſtam. p.* 81. *in f.* negauerit, contra relationem EVSEBII *lib. X. hiſtor. eccl. c.* 3.) *ſanctitatis* noua ſententia procuſa, eccleſiisque dicatis tributa eſt, h. e. qua denotauit, *ſingularem loci cuiuſpiam ſeparationem reſpectu diuinæ peculiaris præſentiæ, dominii diuini, & gratiæ ibi collocatæ.* Id probatum dedit ex AMBROSII doctrina *in origin. præcip. mater eccl. c. XIII.* §. IL quam paucis reguſtabo. Iuſſus erat Ambroſius a VALENTINIANO, Arianis magnopere fauente (vt docet *l.* 4. *C. Theod. de fide cathol.*) vt AVXENTIO Ariano eiusque aſſeclis traderet eccleſias. Conatibus hisce reſtitit AMBROSIVS, & talia argumenta hisce opponit, quæ ſacerdotibus omne ius in *templa* tribuunt, imperatoribus vero denegant. Totam rei ſeriem enarrat ipſe in epiſt. XX. ad MARCELLINAM ſororem circa *ann.* 385. *Nec iam portiana, h. e. extramurana baſilica petebatur, ſed baſilica noua, h. e. intramurana, quæ maior eſt. Conuenerunt me primo principes virtutum, viri comites conſiſtoriani, vt & baſilicam traderem, & procurarem, ne quid populus turbarum moueret. Reſpondi quod erat ordinis, templa Dei tradi a ſacerdote non poſſe. - - - Conuenior ipſe a co-*

Digitized by Google

a comitibus & tribunis, vt basilicæ fieret matura traditio, dicentibus, imperatorem suo iure vti, eo quod in potestate eius essent omnia. Respondi, si a me peteret, quod meum esset, i.e. fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meum, me non refragaturum, quanquam omnia, quæ mea sunt, essent „pauperum. Verum ea, quæ DIVINA, imperatoriæ potestati non sunt „subiecta. Hisce tamen non obstantibus a militibus cæsarianis altera die basilica est occupata. Dum hæc agebantur, AMBROSIVS in alia basilica sermonem habuit, in quo rursus eandem sententiam prodit: *Mandatur: trade basilicam. Respondeo: nec mihi fas est tradere, nec tibi accipere, imperator, expedit. Domum priuati nullo potes iure temerare, domum Dei existimas auferendam? Allegatur, imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respondeo, noli te grauare, imperator, vt putes, te in ea, quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: quæ Dei, Deo: quæ cæsaris, cæsari. Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesiæ. Publicorum tibi mœniorum ius commissum est, non sacrorum.* Præterea idem HOSIVS adstruxit, cuius sententiam adduxit ATHANASIVS *in epist. ad solit. vit. agent. Tibi Deus imperium commisit, nobis, quæ sunt ecclesiæ, concredidit. Et quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ, ita & tu caue, ne, quæ sunt ecclesiæ, ad te trahens, magni criminis obnoxius fias. Date, scriptum est, quæ sunt cæsaris, cæsari, & quæ Dei, Deo. Neque igitur fas est nobis, in terris imperium tenere, neque in thymiamatum & sacrorum potestatem habes, imperator.* Hoc denique declararunt accusationes ex capite *sacrilegii* contra ATHANASIVM institutæ, quæ curatius expositæ sunt supra *tit. XL. §.* 12. & 13.

§. V. Hisce suppositis, palam est, recte asseruisse clariss. REINHARDVM *in dissert.* quam sub meo præsidio ante paucos annos eruditorum examini exposuit *de potest. ciu. in templa* §. 48. hanc *sanctitatem internam* ecclesiis tributam *status ecclesiæ corruptæ signum*, & *a statu noui testamenti alienam* fuisse. De hac enim prælaudatum AVCTOREM intelligendum esse, nemo in dubium vocabit, quippe quæ vnice a protestantibus fanioribus in dubium vocata est. Displicuit rursus hæc sententia AVCTORI *cit. dissert. Ienensis* §. 30. &, quod demiror, ideo displicuit, quod credat, omnino ecclesiis deberi *sanctitatem internam, peculiari numinis præsentia, cura, dominio, ecbonestatis.* Ita vero parum vel nihil distat ab ecclesiæ Romanæ sententia, qua *dominium* ecclesiæ Deo tribuitur, & illa inter res *nullius* refertur, veterisque fœderis sanctitas

Quæ tamen ecclesiis noui testamenti non tribuenda.

Digitized by Google

Contraria sententia examinatur,

ei tribuitur. Id vero recte fieri censet his verbis: *Num vero triplici hoc fundamento, quod sanctitatem locorum V. T. constituit*, (omisit vero quartum §. 2. traditum, h. e. *gratiam ibi peculiariter collocatam;* quo fato, nescio) *nostra templa carere, vel sacras primorum christianorum ædes caruisse putaueris? An ea tantum ab istis differre, vt, quæ de diuina ab iis inhabitatione dicta sunt, ad has applicari nequeant? Certe non.* Quid huic *iudaizanti sententiæ* regerendum sit, silentio magis premere, quam proferre malo, qui persuasissimum habeo, genium noui fœderis talem non admittere sanctitatem. Hoc etiam agnouit SPENERVS *P. II. consil. theol. Germ. c.* 3. *art.* 1. *sect.* 30. cuius verba *tit. XL* §. 8 adduxi, in quibus contendit, (I) non posse trahi argumentum a *templo Hierosolymitano* ad *nostras ecclesias:* (II) eas magis conferri posse cum *synagogis iudæorum*, quibus tantum *sanctitas* quædam *externa* competiit, vt obser-

eius argumenta sunt nullius ponderis.

vat VITRINGA *de synag. vet. lib.* 1. *P.* 1. *c.* 13. Pari modo nec capere possum, qua mente *p.* 86. ideo *sancta* hæc loca dixerit, *quod in iis assidua fiat mentio nominis diuini, cum sacra illius eloquia proponuntur, & fideles Deum precibus adeunt, & quasi coram posito alloquuntur.* Verba posteriora fere conueniunt cum gentilis assertione apud ARNOBIVM *lib. VI. aduers. gent.* qua templa ethnica statuasque Diis positas defendit; priora vero plus probant, quam debebant. Singulis permissum est, in ædibus suis *oratorium priuatum* exstruere, seu cœnaculum quoddam tantum precibus, hymnis, sacroque eloquio deputare. Fac patremfamilias pium quotidie in tali cœnaculo cum domesticis suis conuenire, Deum horis matutinis & vespertinis ibidem inuocare, sacra eloquia ibidem proponere, psallere, & assidue mentionem nominis diuini facere, quid respondebit auctor *cit. dissert.* vtrum æqualis sanctitas huic conclaui debetur, vt sit in *dominio* Dei, & locus hic *peculiari præsentia Dei* cohonestatus, singulariue *gratia diuina* munitus? Parum enim refert, vtrum *publice* sacris destinatus fuerit locus, an priuato consilio. *Etiam ibi ecclesia vbi tres vel quatuor*, & ibi Christus *gratia* sua *fidelibus* præsens. Quis vero diceret, quæuis loca proprerea *sanctitate V. T.* pollere? Quot loca haberemus *sancta?* Omne denique receptaculum, quo duo vel tres in precibus sese coniungunt, ibique nomen diuinum inuocant, *sanctitate* polleret, & *diuini iuris* atque in peculiari Dei *dominio* foret.

An Deo competat dominium peculiare in loca sancta N. T.?

§. VI. Ceterum talem *sanctitatem*, soli *templo* Hierosolymitano, non *synagogis*, propriam, intellexisse AVCTOREM *p.* 87. rotunde fatetur. Ait: *Præter quam Dei præsentiam* (de qua statim ἐπίκρισιν addam)

Digitized by Google

addam) *eius etiam ſingulare in templa, diuino cultui & religionis exercitio dicata, dominium non poteſt non ſanctitatis opinionem animis noſtris ingerere, cum omnia, quæ vulgari hominum vſui ſubtracta,* DEOQVE TRADITA *ſunt, conſueto iuſtoque ſacrorum & ſancto titulo compellantur.* Deo itaque (1) tribuit *ſingulare dominium & proprietatem* in templa more Romano, vt *nullius* cenſeri debeant, ſtylo gentilium; quod enim in *ſingulari Dei dominio* eſt, id *nullius* hominis, ne quidem principis, (quod pontificii vrgent,) iuri poteſtatique ſubiectum dici debet. Ei templa (2) *tradita* exiſtimat, qualis *traditio* per *conſecrationem* ex mente gentilium & Romanæ eccleſiæ peragitur, quam per neceſſariam conſequentiam recipit, fouet, tuetur, contra plerorumque proteſtantium ſententiam. Hæc erant tela, quibus pontifices olim oppugnabant ius inueſtituræ per *annulum* & *baculum*, imperatoribus debitum, vt ad oculum demonſtraui *lib. III. tit. XL. §. 45.* Quid ergo eſt, quod pontifices de iniuria cæſari facta incuſemus, ſi eccleſiæ in *ſingulari Dei dominio*, ſi ei *traditæ* ſunt? Hoc poſito, non potuere per *inueſtituram* a cæſaribus conferri & dari epiſcopis, quam concluſionem ex adductis duobus principiis nectebant aulæ Romanæ proceres. Porro his duobus argumentis ipſum *ius patronatus* deſtruitur prorſus, vt vix nudum nomen retineat, id quod eccleſiæ Romanæ etiam intenderunt, ſed ad effectum deducere non potuere. Deterrima ex hac ſententia omnium *principum* & *patronorum* ſit conditio, ſacerdotum autem, qui *dominii diuini* huius *adminiſtratores* dici cupiunt, admodum euehitur, augetur, extenditur. Videlicet *cit. tit. XL.* obſeruaui, tum apud gentiles & iudæos, tum apud pontificios vnicum medium, in ſingulare dominium Dei aliquid transferendi, fuiſſe *conſecrationem;* eam vero ex omnium confeſſione ignorant proteſtantes, nec adhibent, & ita, ceſſante cauſa, effectus quoque ceſſare debet. *Dedicatio ſimplex* eundem effectum non habet: eam etiam iudæi in *ſynagogarum erectione* adhibebant, quæ tamen nec in *dominio Dei*, ſed *vniuerſitatis iudaicæ*, nec ei traditæ credebantur, cum quibus ex ſententia B. SPENERI vnice, non templo iudaico, noſtræ eccleſiæ conferendæ, & ita fruſtra ex *dominio Dei* ſanctitas quædam interna deriuatur.

§. VII. Ne vero quid intactum relinquam, quod ab aſſertore *ſanctitatis internæ & iudaicæ* adductum eſt, duo adhuc ſuperſunt argumenta, quibus eandem noſtris eccleſiis vindicare nititur. Alterum ex *admiranda Chriſti præſentia in S. cœna*, alterum vero ex *ſingulari eccleſiarum protectione & cura* deriuatum eſt. In primo ſanctitatem noſtro-

Sanctitas ex præſentia Chriſti in S. cœna deducta.

Digitized by Google

ſtrorum templorum fere ſanctitati *templi iudaici* præferendam eſſe exiſtimat. Ait. *p.* 86. *in med. imo PRAESTANTIVS ſui monumentum poſuit in noſtris templis ſeruatur, quam quidem fuit in ſanctiſſimo templi veteris adyto, vbi non ſolum pios, nomen eius adorantes, de ſua præſentia certos eſſe iuſſit; Matth. XVIII, 20. verum modo quodam ineffabili & eximio plane ſe præſentem ſiſtit in ſacra cœna.* Enim vero (I) nullibi Chriſtus præſentiam ſuam, de qua *Matth XVIII*, 20. loquitur ad *templa* aut *locum* alligauit, ſed eandem in genere *congregatis in ſuo nomine* vbique locorum, & ſic etiam collectis in naui, horto, ſpelunca, locis ſubterraneis aliis, carceribus aliisque promiſit, nec vllam rationem *loci* habuit. *Iob. IV*, 21. *ſqq.* Si ergo ex hac promiſſa *fidelibus* præſentia *ſanctitas* loco concilianda eſt, non tantum templa erunt *ſancta ſanctitate interna*, ſed omnia omnino loca, vbi tres vel quatuor in nomine eius congregantur. (II) Vtrum in templis homines *in nomine* CHRISTI ſemper congregati ſint, iuſtę ab iis in dubium vocari poſſet, qui mores præſentis ſeculi norunt, quibus zizania in vinea Domini prædominantur. (III) Multo minus CHRISTVS præcepit, vt euchariſtia *in templis* adminiſtretur, quæ æuo apoſtolico, vt defenſor ſanctitatis templorum concedit, in *ædibus priuatis* celebrata eſt, quibus ſine dubio ex AVCTORIS noſtri argumento *eadem*, imo *maior*, ſanctitas, quam ipſi *templo iudaico*, inhæſit, quod ſine abſurditate dici nequit. (IV) Etiam hodie ſæpe contingit, vt extra publica templa euchariſtia, neceſſitate ferente, celebrari debeat, veluti *in caſtris*, *naui*, *priuato cœnaculo* (iis in primis in locis, in quibus *anno* 1624. priuata duntaxat ſacra obtinuere) an ergo nauis quoque, & locus, quo in caſtris ſacra cœna per aliquod temporis ſpatium adminiſtratur, & priuatum cœnaculum ſanctitate hac pollent, vt ſint in *dominio Dei*, eique *tradita*, & plus quam *iudaicam ſanctitatem* habeant? (V) Si eccleſiæ Romanæ conſortes hoc argumento vterentur, excuſandi forent, qui corpus Chriſti conſecratum *aſſervant* in templis, & extra vſum S. cœnæ, *tranſubſtantiatione* interueniente, in pane CHRISTVM prorſus præſentem eſſe docent; nunc vero hoc argumentum in ſcenam producit proteſtantium religioni addictus, cuius dogma *orthodoxum* hoc eſſe debet, extra vſum S. cœnæ ſacramentum non adeſſe, nec *præſentiam Chriſti* in, cum & ſub pane & vino *extra vſum* ſtatuendam. Præſens omnino eſt CHRISTVS, quando euchariſtia celebratur; verum non *loco*, ſed potiſſimum *perſonis*, S. cœna vtentibus, quocunque loco congregatis, qui *ſanctiſſima* eius *templa* fiunt, quæ Saluator ineffabili ſua præſentia inhabitat, recreat, in omni

Digitized by Google

omni bono perficit, iisque maiorem sanctitatem largitur sua præsentia, quam olim templo iudaico. Si *locus*, vbi S. cœna peragitur, ex hoc actu *sanctitatem* quandam, *iudaica* maiorem, impetrare posset, infinita alia loca, præter ecclesias, *sanctitate* tali gauderent, nec vnice templis hæc adscribenda foret. *Religionis iudaicæ* peculiaris erat indoles, sacra sacrificiorum præcise ad *certum locum*, a Deo designatum, & peculiari eius præsentia cohonestatum, erant adstricta: extra eum peragi non poterant: ea de causa Deus hunc locum peculiariter elegerat, sibi attribuerat, eumque sua præsentia *speciali* & *sensibili* muniuerat. Ideo erat *sanctus*, in *dominio* Dei, *præsentia* diuina & *gratia speciali* cohonestatus. Noui fœderis diuersa est ratio. Loca voluntate hominum arbitraria ad cultum diuinum eliguntur, & dicantur, nec Deus *speciali* & *sensibili* eiusmodi concursu sanctitatem eis conciliat, sed vbiuis locorum promisit, se preces accepturum, sibique grata fore sacra, si fide in Christum fiunt. Denique quod (VI) *exemplum montis*, in quo Christi transfiguratio facta est, concernit, palam est, eum vocari *sanctum* 2 *Petr. I*, 18. non autem eodem significatu, quo templum *sanctum* dicebatur. Neque enim α) ab vsu profano eo ipso separatus, nec β) *dominio* Dei addictus est, sed γ) inde ita dictus, quod *venerationem* quandam *externam* meretur in memoriam factæ transfigurationis. *Sancti* enim appellatio admodum varia est, & olim diuersos habuit gradus, vt succincte obseruat VITRINGA *de synag. vet lib. I. P. 1. c. 13. p. 242.*

§. VIII. De altero fundamento *p.* 87. ita pergit: *quibus denique tertium sanctitatis argumentum accedit, eximia scilicet huiusmodi locorum cura & protectio, quam præsertim ecclesiæ noui testamenti coluen. tibus & habitaculis numen benignissimum promisit.* Probat hanc singularem protectionem & gratiam, templis Christianorum promissam, ex *Ies. IV*, 5. secundum interpretationem VITRINGAE. Hoc euidens, Deum singulare præsidium ibidem promisisse, sed quibus? num *locis?* num *templis?* annon vero potius *fidelibus noui testamenti*, vbique collectis vel repertis? Posterius sine dubio recipiendum, quorsum etiam collineasse videtur GROTIVS *in comment.* versum *sextum* hoc modo exponens: *sicut tentorii tegmen defendebat olim Israelitas a sole, vento & pluuia, sic nunc Hos Deus ab omnibus malis tutos præstabit.* Breuiter: promittit Deus singulare præsidium piis, fidelibus, sanctis, non *loco*, non *templis*, quæ ne quidem ex iudicio SPENERI habemus, quale *præsidium*, piis a DEO oblatum, eleganter describitur *Ps. XCI.*

Argumentum a cura & protectione Dei desumtum examinatur.

Digitized by Google

Duo extrema hic euitanda.

§. IX. Potuiſſem his ambagibus ſuperſedere, niſi mihi aliunde cognita fuiſſet intentio auctoris, ſolummodo in fauorem zelotarum ſcribentis, qui, ſublata *ſanctitate iudaica*, eccleſias Lutheranorum periculo vario exponi credunt, qui metus tamen vanus eſt. Præterea ad tale periculum depellendum nihil eſt fingendum, quod maiores adhuc rei chriſtianæ parit difficultates & diſcrimina grauiora. Duo ſcilicet extrema hic vitanda: (I) ne omnem omnino *ſanctitatem* eccleſiis denegemus, etiam illam, quæ mere externa quadam loci veneratione abſoluitur, & *ceremonialis* aut *externa* dicitur: (II) ne eandem, imo maiorem, cum AVCTORE *diſputationis Ienenſis* eccleſiis ſanctitatem tribuamus, quam iudæi templo, gentiles fanis, & Romanæ eccleſiæ addicti ſuis baſilicis & capellis tribuunt. In hoc extremum incidit AVCTOR, dum voluit vitare charybdim & contradicere iis, qui *ſanctitatem* templis noui teſtamenti non tribuunt, qui tamen *iudaicam* tantum ei negant, non *ceremonialem & externam*.

Internæ effectus.

§. X. Multum autem inter vtramque ſpeciem eſſe, nemo in dubium vocabit, cum ex vtraque peculiares effectus fluant. *Ceremonialis & externæ* effectus mox videbimus. Illius vero, quam *internam* dixi, primarius eſt effectus, quod res talis *Deo* ſit *tradita*, & ea de cauſa in eius *ſingulari dominio* cenſeatur, nec tantum *vſu* a rebus profanis ſeparata, ſed etiam *proprietate*. Hæc in res tales nec *priuatis*, nec *vniuerſitati*, nec *reipublicæ* competere creditur: ſunt res *nullius*, *iurisque diuini*, adeo vt *ſacrilegium* committat, qui hæc ſibi arrogare auſus fuerit. Imo deſtructo quoque templo adhuc area *iuris diuini* & nullius manet, vt nefas ſit, eandem ad profanos adhibere vſus, §. 8. *inf. de rerum diuiſ.* nec ligna & cæmenta vendi, alienari & ad illos adhiberi poſſint, quod catholici, *iudaicam ſanctitatem* templis afferentes, non poſſunt non ſtatuere, vt ad *tit. XL.* ſupra oſtendi. Hoc vero poſito, a *ſacrilegio* vix excuſari poterunt maiores, qui templa plura, quod eſſent ſuperflua, deſtruxere, eaque ſeculares in vſus adhibuere. Hoc poſito, bona eccleſiaſtica, quæ ſunt *acceſſorium templorum*, eundem in cenſum eſſent referenda, ad ius ac dominium Dei, extra omnem hominum & reipublicæ diſpoſitionem, id quod ex hoc principio deducunt catholici. Hoc poſito, admodum pium, laudabile, & commendabile foret, templa exſtruere, quod ita quis *ſanctitatis* & *diuini iuris* eiusque patrimonii promotor fieret, de qua longe aliter & recte quidem iudicat B. SPENER *ſupra* §. *V.* allegatus. Hoc poſito, omnes *immunitates* in infinitum eccleſiis debentur, quæ eccleſiæ Romanæ conſortes eis affingunt, noſtrates vero in dubium vocant. Hoc denique poſito in vniuerſum *poteſtas ciuilis ſuprema* in templa eorumque

Digitized by Google

rumque acceſſoria neganda, & reiicienda. Plura alia ἀσύγατα inde deriuanda eſſent, quæ nunc quidem intacta relinquo.

§. XI. Similem fere conceptum de *ſanctitate* eccleſiarum ſibi formauit GVILIELMVS APOLLONIVS in tr. *de iure maieſt circa ſacra anno* 1642. edito, in quo craſſiſſimum reducere papismum ſtuduit, vt docuit ill. Dn. THOMASIVS *in hiſtor. content. inter imperium & ſacerdot. p.* 351. *ſqq.* Ei ſeſe oppoſuit anno 1646. anonymus in tr. cui titulum dedit: *Grallæ ſeu vere puerilis cothurnus ſapientiæ* &c. cuius poriora capita refert IDEM *cit. l. p.* 357. *ſqq.* Obſeruauit anonymus, APOLLONIVM pro ſententia ſua propugnanda arma a *ſanctitate imaginaria* ſeu *interna* petiiſſe, (quam iam examinaui) & hac de cauſa *c. II. de ſanctitatis acceptionibus* agit, atque tandem *p.* 83. hanc in APOLLONIVM ſtringit cenſuram: *Apollonius etſi mortuis & reliquiis non tribuat ſanctitatem, hoc tamen habet cum Ieſuitis commune, quod in externis cultus rebus, perſonis & negotiis omni tempore ſublime colloceet ſanctitatis myſterium, & perſuadere velit hominibus, in religionis externæ negotiis occulta eſſe & a magiſtratu non tangenda myſteria. Hæc ars etiam veterum Papiſtarum eſt, ex Leuitarum veterum prærogatiuis extruere ſuæ ſanctitatis & præeminentiæ priuilegia ſupra omnes politicos. Sic & Apollonius concludit: ſi hoc ita factum eſt ſub carnali populo iudaico, multo magis hoc diſcrimen debet obſeruari ſub ſpirituali Chriſti populo. Sed perinde eſt, ac ſi quis ita ratiocinetur: carnalis ille populus habuit vnum templum, vnam vrbem, ad quam confluere debebant quotannis cultus gratia, vbi ſanctum ſanctorum habebant. Ergo multo magis hoc conuenit chriſtiano populo ſpiritualiori. Rurſus: ſub carnali populo iudaico nemo ſeruiebat templi ſacrificiis, quam ſtirps Leuitica. Ergo ſpiritualibus chriſtianis magis conuenit, vt eccleſiaſtica miniſterii ſanctitas ad vnam ſtirpem reſtringatur, cum tamen fere illa clericalis ſanctitas apud Papiſtas & Apollonium ſit paupertatis & omnis nequitiæ aſylum. Sed quid, ſi Apollonio concedam comparationem illam Leuitarum & cleri hodierni. Qua arte tamen efficiet, vt ſpecialis iuris & ſanctitatis eſſe perſuadeat in chriſtiana eccleſia, quod inter Leuitas non ſpecialis, ſed communis cum politicis iuris fuiſſe conſtat? nunquam tam audaces fuere Leuitæ quin regibus & omni populo concederent promiſcue, quod in templo priuatim & publice prædicarent & precarentur, quod ſacramenta celebrarent, leges & ſtatuta de eccleſiaſticis promulgarent, causas eccleſiaſticas diiudicarent, ſacerdotes, imo pontifices ipſos ab officio deflectentes compeſcerent & punirent, ipſis denique eccleſiaſticis muneris ſacri obeundi ius conferrent & auferrent. Vltimo notandum, in ſanctorum ordi-*

Apollonii ſententia de ſanctitate templorum examinatur.

natione

Digitized by

natione nemini ius conuenire quam Deo, extra cuius præscriptum si abeatur, non habendus est pro vero sancto. Sed papa sumsit sibi licentiam, homines, locos, res & dies pro arbitrio sanctificandi, etsi Bellarminus adseueret, nihil eum vnquam introducere in ecclesiam, nisi quod in sacris scripturis contineatur. Sed triplici hic cautione vtitur, (1) vt conueniens scripturæ habeat, quicquid friuola aliqua interpretatione papa illuc rapiat, (2) vt pro sacro ritu haberi debeat, quicquid si intentione bona ad cultum sacrum, item (3) quicquid ecclesia iudice ex primariis sacris in scriptura expressis dependeat, & quodammodo fluat. Vnde pontifici ius manet integrum, semper addendi nouas appendices. Eadem est via Apollonii, qui pro sacris ecclesiasticis vult haberi, quidquid voluntate religiosa instituatur; & ab ecclesiasticis definiatur, quod verbo Dei conueniat. Quodsi vero aliquis politicus audeat, in statuta ecclesiastica inquirere, vel res ecclesiasticas definire, vel ecclesiasticos impedire, ne ipsi pro arbitrio definiant, clamat, tyrannicum hoc esse, simoniacum & sacrilegium. Politicorum esse, vt ouium, se modeste submittere. Deinde similis papistis est Apollonius, quod res sacras ecclesiæ distinguat in primas & primarum appendices, addendo: licet ecclesiasticis non sit licentia prima sacra instituendi, posse tamen eos multa christianis imperare, sub pœna excommunicationis, quæ vt consequentia inde fluant, aut a primis illis videantur dependere. Ita vero nihil erit tam absurdum & profanum, quod non sanctitatis speciem indicet, quoties primorum sacrorum docebitur esse appendix. Ita primarium sacrum in ecclesiæ choragio est prædicatio euangelii. Non potest vero prædicatio fieri sine prædicatore. Ergo prædicatores omnes vsque ad Apollonium esse sacrosanctos, & profanis, i e. politicis præferendos. Impossibile est, prædicatorem prædicare sine lingua, libris & dentibus: hæc non possunt conceptus formare sine cerebro. Cerebrum opus habet, vt cor illud viuificet spiritu vitali: cerebrum, cor & lingua non possunt operari, nisi nutriantur per hepar, venas, intestina. Ergo hæc omnia in prædicatore erunt sacra vel sancta tanquam appendices. Addo, non posse accedere aut stare ad prædicandum sine pedibus Apollonium: indecorum esse, vt nudis pedibus veniret ad concionem, igitur decori seruandi causa pallio, femoralibus, caligis & calceis debet esse indutus: ergo & hæc omnia erunt sacra. Quodsi necessitas cogat, propter viæ sordes, vt luto & stercore perspersis calceis suggestum ascendat prædicator, annon quodlibetius hinc nodus orietur Apollonianis? lutumne & stercora tunc fient sacra? Ita papistæ non solum monachos habent pro sanctis, sed hoc consequentiario incantamento eorum quoque ma-

Digitized by Google

mmus, pedes, togis & caputia oſculantur, vt ſancta, ita vt miræ ſanctitatis & meriti illic ſit, ſi moribundus aliquis togæ aut interulæ pediculoſi monachi immoriatur, vel femoralibus ſanctis eccleſiaſtici caput inuoluat ſuperſtitioſa femina, ſcilicet, vt ſanctitatis illius primæ dependentias ſentiat, vel ſaltem adoret.

§. XII. Denique, vt hanc, quam adſtruxi ſententiam, eo magis corroborem, placet hic quoque annectere conſenſum Profeſſoris Helmſtadienſis, B. Dn. ENGELBRECHTI, qui *in diſſert. de iniuſta aſyl. immunit. eccleſ. ad crimin. doloſa extenſ. c. II. p. 26. in not.* prorſus meæ ſententiæ ſuffragatur, aiens: *eccleſiæ ſanctæ dicuntur non quidem in eo ſenſu, quo gentiles templa ſacro-ſancta dixerunt, ad denotandum, ea non humani, ſed diuini iuris adeoque etiam ab omni poteſtate humana exempta eſſe. Neque enim Deus, qui omnium in vniuerſo dominus eſt, hoc ſpeciale dominium deſiderat, eodemque indiget, quin potius nihil omnino in republica a ſuprema imperantis poteſtate exemtum eſt; ſed propterea, quod ſpeciali ſanctimonia ſeu cuſtodia aduerſus violationem munitæ ſint. Duo quippe hic fugienda ſunt extrema, alterum, quo, vti vidimus, ſanctitati qualitas exemtionis a ſuprema imperantis poteſtate affingitur: alterum, quo nulli plane rei vel loco ſanctitas, ſeu ſanctimonia tribuitur, eo, quod v. gr. templa ex meris lapidibus exſtructa non poſſint recipere hanc qualitatem; quo multi ex nouioribus interpretibus propendent. Illud enim ex ſuperſtitione ortum, & genuinis purioris religionis principiis contrariatur; hoc vero incautis ad irreligioſitatem & proteruiam anſam facile præbere poſſet. Vtrumque ex male intellecta voce* ſanctum *prouenit, quaſi ſcilicet nihil ſanctum eſſe poſſit, quod a poteſtate humana non ſit exemtum. Quem erroneum ſanctitatis intellectum ſi fugias, ſanctimoniam locorum nonnullorum, ſalua ſemper imperantis in ea poteſtate, admittere poteris. Sanctum enim in vero ſenſu nihil aliud eſt, quam quod ſpeciali cuſtodia & ſecuritate contra violationem munitum eſt, ſiquidem ſanctum eſſe & violari tanquam contraria perpetuo ſibi opponuntur.* Paucis interiectis pergit: *Ecquis autem dixerit, propter hanc ſanctitatem ſeu inuiolabilitatem res imperantis imperio vel poteſtati exemtas eſſe? Sanctimonia contrarium non ius, ſed iniuria & violatio eſt. At vero qui ſupremam poteſtatem de iure ſibi competentem exercet, non violat, non iniuriam facit; ſed lege & iure agit, adeoque tantum abeſt, vt ſanctitas templorum poteſtati imperantis ſupremæ in templa contrarietur, vt potius hæc amice inuicem conſpirent, & ſicut principi in omnia, quæ in territorio eiusdem comprehenduntur, ſupremum imperium competit, ita quoque is ſummam in templa poteſtatem ſalua eorum ſanctitate exercere poſſit.*

Conſenſus Engelbrechtl.

Conceptus externæ ſanctitatis.

§. XIII. Reiecta itaque *falſa & erronea* hypotheſi de *ſanctitate eccleſiarum, ſanctitatis* externæ conceptum euoluam. Id vero potiſſimum tum ex ipſa *definitione*, tum ex *effectibus* eius præſtari poſſe arbitror, vt inde liqueat, quousque *immunitas* ſeu *libertas eccleſiaſtica* extendenda ſit, & quo iure eccleſiis concedenda. Sicuti, prout dixi, eccleſiis, in quibus ſacra publice proponuntur & peraguntur, ob hunc vſum, & quamdiu ille non eſt penitus exſtinctus, *honor* quidem *externus & ceremonialis* ſeu *ciuilis cultus* debetur, id quod *ſanctitatem* vocamus; ita primarius eius effectus eſt, quod ab omni *violatione* ſingulariter immunes & tutæ eſſe debeant, & in violatores eius *grauiter & ſingulariter* animadvertatur. *Sanctum* hoc ſenſu in iure illud potiſſimum dicitur, quod *a violatione hominum ſpeciali lege ſeu ſanctione & grauiori pœna quam ordinaria munitum eſt*, l. 8. D. *de rer. diu.* & quidem ob ſingularem *honorem, affectum & externum cultum*, qui *rei* imo etiam *perſonæ* debetur.

Sanctitas externa conſiſtit in inuiolabilitate eccleſiæ.

Sanctitas ciuilis declaratur,

Hoc intuitu etiam *ſanctæ* dicuntur perſonæ, quibus *inuiolabilitas* ſingulari iure ob *reuerentiam* eſt attributa. Patris & patroni perſona liberis debet eſſe *ſancta*, l. 9. D. *de obſeq. parent. & patr. præſt.* non alia de cauſa, quam quod ſingularis illis *reuerentia* debeatur, ob quam etiam legati *ſancti* vocantur. l. 17. *de legat.* Inprimis vero hæc debetur principibus & magiſtratibus, adeoque *ſanctiſſimi & ſancti* vocantur. l. 3. *de natal reſtit.* l. 81 §. 1. *de leg.* 2. l. f. *de acq vel omitt. hered.* Eadem reuerentia debetur *legibus*, ideo & hæ *ſanctæ* dicuntur, *quod ſanctione quadam ſint ſubnixæ. Quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, etſi Deo non ſit conſecratum.* l. 9. §. 3 *de rer. diuiſ.* Præterea *reſidentiæ principum* dicuntur *ſanctæ*, quod huic loco ſingularis debeatur *cultus & reuerentia*, quod plenius illuſtrat B. I. S. STRYK. *de ſanctitate reſident.* Quo maior autem *cultus externus* loco debetur, eo grauior eius cenſetur *violatio* & eo maiori pœna hæc plectenda.

quæ recte attribuitur eccleſiis.

Similiter *eccleſiæ* recte dicuntur *ſanctæ, ſanctiſſimæ*, l. 42. *ſqq. C. de epiſc. & cler. & ſacroſanctæ*, vt docet *tit. C. de ſacroſanctis eccleſ.* ibique l. 4. l. 8. l. 11. l. 12. l. 14. l. 16. imo & *venerabiles*, l. 7. *C. de SS. eccleſ.* quod *veneratio* quædam iis debeatur, & *violatio earum* grauiori plectatur pœna. Nam huc etiam *ſacroſancti* appellatio vergit, vt indicat FESTVS hac voce: *ſacroſanctum dicitur, quod iureiurando interpoſito eſt inſtitutum. ſi quis id violaſſet, vt morte pœnas penderet, cuius generis ſunt tribuni plebis, ædilesque eiusdem ordinis.* Quia vero *conſecratio* tempore imperatorum chriſtianorum *eccleſiis* iam addita erat, quæ *ſanctitatem internam* loco conciliat, vix dubitandi locus eſt, quin ſub his appellationibus illi in legibus

Digitized by Google

gibus adductis non subsiterint in *sanctitate externa*, sed *internam* stabiliuerint. In illa vero vel nos ideo subsistimus, quia *consecratione* nulla, sed *simplici dedicatione* vtimur.

§. XIV. Hæc *sanctitas* ecclesiis debita variis potest *violari* modis, generatim vero vel *immediate* vel *mediate*. MEDIATE in *personis* & *rebus*, in ecclesia existentibus & versantibus, quibus locus tutissimum præsidium & immunitatem ab omni *violatione* præbet, qua immunitate gaudent etiam alia loca *sancta*, licet profana, vt *residentiæ principum*. *Quis negabit*, ait CARPZOV. *P. 4. C. 13. def. 9. n. 10. sq. omnibus ciuium ædibus sanctiorem esse domum principis, ad quam omnes ceu ad publicum asylum confugientes ab omni periculo securi esse considunt, vt dubium prorsus non sit, quin aduersus violatores huius securitatis seueriori pœna animaduerti possit.* Sic etiam, qui in *ecclesiis* vim alicui infert, grauius committit crimen, quam qui in alio loco id facere ausus fuerit, cum atrocitatem pœnæ augeat *loci reuerentia* læsa *l. 16. §. 4. de pœn. Quodsi enim*, ait CARPZOV. *lib. III. iurispr. consist. def. 97. n. 10. sq. atrocitatem pœnæ auget locus, quis negabit, grauius peccare eum, qui in ecclesia vel templo aliquem offendit? nec enim minus hoc crimen, quam quod in curia, theatro, foro, aut principis domo violata eiusdem securitate ac religione perpetratum est.* Multum tamen meo iudicio refert, vtrum violatio hæc coniunctam habeat *turbationem sacrorum* nec ne? Hoc contingit, si quis extra cœtum vel vsum sacrorum in *ecclesia* alicui vim infert iniustam, quo casu pœna quodammodo exasperatur, quod loco huic *securitas* debeatur, si vel maxime res diuina ibidem non fiat, adeoque eius violationis ratio habenda. Eadem de causa quoque *sacrilegii* species censetur, *non sacrum* de *sacro* auferendo, *c. 21. C. 17. q. 4.* quod repetitum in *art. 171. C. C. C.* veluti supellectilem ibidem depositam, quod etiam his *plena securitas* debeatur ex loci *sanctitate*. Quamuis vero vt plurimum pœna furti ordinaria inter protestantes hoc obtineat casu, loci tamen simul habetur ratio, vt difficulter pœna mitigetur.

Mediate sanctitas violatur in rebus & personis in ecclesiis versantibus,

veluti si quis vim personæ infert in ecclesia,

§. XV. Si vero præterea *turbatio sacrorum* concurrit, crimini multum accedit, cum hæc per se seorsim delictum constituat, & speciem *singularis sacrilegii* contineat, vt docet *l. 10. C. de episc. & cler.* Capitali pœna plectendos esse turbatores, constituere ARCADIVS & HONORIVS *anno* 398. *cit. l.* his tribus casibus, si quis in ecclesias catholicas irruens α) *sacerdotibus & ministris*, vel β) ipsi *cultui*, vel γ) *loco* aliquid iniuriæ intulerit. Vel alterutrum sufficere videtur, quamuis *turbatio sacrorum* tantum ad secundam speciem proprie pertineat, si

& sacra turbat,

Digitized by Google

quis *ipsi cultui* iniuriam inferat per irruptionem in ecclesiam sacra turbando. Praeterea vero etiam sacrilegium est, si quis in *ecclesia*, quamvis extra cultum diuinum, *sacerdotibus* vim intulit, vel etiam *loco* iniuriam facit, *vim* forsan eidem inferendo; in singulis enim speciebus furor in ecclesiam per *irruptionem* praesupponitur. Tales impetus in ecclesias *furor dissentientium in religione, & odium* in hos *vatinianum* produxere. Mutuas clades Arianorum & catholicorum, ipsis perpetratas in ecclesiis, ante hanc legem memorant antiquitates. Donatistarum rabies, ab orthodoxorum persecutione excitata, inprimis hoc tempore, quo lex *sit.* lata est, in Africa insignes sumserat vires, vt admodum probabile sit, contra eos hanc legem, quae ad Africam pertinet, vt *verba finalia* indicant, scriptam fuisse, quod non tantum AVGVSTINO aliisque insidias struxerint, sed etiam in ecclesias orthodoxorum impetum fecisse videantur, vt censet SAMVEL BASNAGE *in annal. ad cit. ann.* §. 4. *in f.* Plures alias seueriſſimas sanctiones peperit odium orthodoxorum in eos, vt ostendit *tit. C. ne sanct. bapt. iteret.* vt non adeo mirandum sit, Donatistis in ecclesias *catholicas* (nam de his vnice lex loquitur) irruentibus, etiam extra *cultum publicum* poenam capitalem dictatam fuisse, quod ipsi loco eiusque *sanctitati internae* facta esset iniuria. Idem MARCIANVS *anno* 451. repetiit in *l.* 5. *C. de his, qui ad eccl. confug.* vltimum supplicium intentans iis, qui in ecclesiis seditionem mouent, conclamationibus vtuntur, tumultum excitant, aut impetum committunt, cum in his *cum pace & quiete vota competat celebrari*, quae verba indicant, *turbationem sacrorum* tumultui adiunctam esse debere.

vel vim loco infert,

poena capitali statuta,

§. XVI. Rigorem hunc mitigauit IVSTINIANVS in *nou.* 123. *c.* 31. vnde desumta est *auth sed nouo iure C. de episc. & cler.* vbi simplex iniuria *loco* illata verberibus aut exilio coërcetur. *Sed si sacra ministeria turbauerit, vel celebrare prohibuerit, capite puniatur.* Quatuor ergo desiderantur, vt nouo iure vltimo locus esse possit supplicio: 1) vt vis personae ecclesiasticae in corpore inferatur, & quidem 2) in ipsa ecclesia: 3) eo tempore, quo rem diuinam facit, ita vt 4) hoc modo sacra impediantur vel turbentur. RICHTER *ad cit. auth. n.* 3. CARPZOV. *in iurispr. consist. lib.* 3. *def.* 95. *n* 11. *& P.* 4 *C.* 1 *def.* 12. His cessantibus poena *arbitraria* pro circumstantiarum diuersitate dictatur, vtpote si quis obloquatur pastori concionanti, & tumultum hoc ipso in ecclesia exciter, vel si cum altero rixas moueat in ecclesia, si crimineturaliquem, vnde turba ingens in *ecclesia* eo tempore, quo sacra fiunt, exorta fuit. Talem poe-

sed mitigata a Iustiniano.

Aliquando arbitraria poena dictatur.

nam

Digitized by Google

nam arbitrariam facultas iuridica huius loci M. Mart. 1720. dictauit feminæ, quæ rixando turbauerat sacra.

Daß N. N. ihrer Begünstigung halber in 15. Thalr. Straffe zu nehmen, und die auf diese inquisition verwandte Unkosten zu erstatten schuldig. V. R. W.

Rationes decidendi.

Ob wohl die inquisitin zu Beschönigung ihrer Begünstigung, allerhand excusen, welche sie a dolo befreyen sollen, angeführet, und unter andern vorgestellet, daß ihr der erste und dritte Platz in dem Kirchen-Stuhl zugestanden, und sie nicht nothig gehabt, von dem dritten Stande sich verdrengen zu lassen, welches doch durch die Hoffmannische Tochter intendiret worden, sie also wohl befugt gewesen, sich bey ihrem Recht und possession zu mainteniren, hergegen ihr der am neuen Jahrs-Tag in der Kirche zu G. unterm Gottesdienst entstandene Tumult und Auflauff nicht beyzumessen, sondern eines Theils derjenigen, welche sie in solcher possession turbiren wollen, andern Theils auch denenjenigen, welche, als die D. in den Kirchen-Stuhl dringen wollen, sich ohne Noth derselben angenommen, sie verhetzet, und dadurch in effectu die turbationem sacrorum verursacht, da hergegen sie in re licita versiret, ihr auch nicht angemuthet werden mögen, aus dem Stuhl aufzustehen und heraus zu gehen, im übrigen sie beständig dabey bleibet, daß Sie die D. in den Stuhl hinein lassen wollen, und zu dem Ende aufgestanden, daß sie vor sie hintreten solte, dessen Gegentheil zwar die Zeugen aussageten, gleichwohl solches der Wahrheit nicht gemäß sey.

Weil aber dennoch der inquisitin Leugnung und Verdrehung der Sache gegen die Aussage vier beeydigter Zeugen, denen nichts mit Bestande Rechtens opponiret werden können, nichts effectuiren, vielweniger einigen Zweiffel operiren kan, sondern sie vielmehr dadurch gäntzlich conuinciret worden, daß sie recht destinato consilio und aus grossem Frevel solchen Tumult unter dem Gottes-Dienst erreget, zumahl sie nicht ableugnen mögen, daß sie mit den Hoffmannischen Leuten wegen des dritten Standes Streit erreget, und schon an Heil. Weihnachts-Tagen dieserwegen ihren Unwillen in der Kirche blicken lassen, am neuen Jahrs-Tage aber sich dem Ansehen nach recht zum öffentlichen Widerspruch und Widersetzung præpariret, zu solchem Ende frühe vor dem Läuten mit ihrer Magd in Kirchen gegangen, sich in den Stuhl gesetzet, und als hernach die Hoffmannische Tochter

Digitized by Google

gleichfalls kommen, und ihren Platz bekleiden wollen, sie solche nicht hinein lassen wollen, die Thür zugehalten, aufgestanden, der Hoffmannischen Tochter vorgetreten, daß diese nicht in den Stuhl gehen können, und da diese über den Stuhl weg und hinein steigen wollen, inquisitin sich queer vorgeleget, und auf alle Weise ihr den Eingang verhindert, zu solchem Ende die Beine vorgehalten, mit zornigen zänckischen Worten um sich geworffen, die Hoffmannische Tochter zurück gestossen, und dabey gelermet, als wenn in einer Bauren-Schencke gestritten worden, darüber ein grosser Tumult in der Kirchen entstanden, daß der Cantor mit Singen und der Organist mit Spielen einhalten müssen, und obwohl die Leute, so um ihr gesessen, auch die Prediger herzu getreten und ihr zugeredet, dennoch alles umsonst gewesen, sondern sie vielmehr immer stärcker tumultuiret, bis die Hoffmannische Tochter auf der Prediger Zureden endlich anders wo ihren Sitz genommen, wodurch denn inquisitin sich nicht allein sehr schwerlich an GOtt versündiget, sondern auch ein crimen turbatorum sacrorum begangen, welches nach befundenen Umständen arbitraria pœna, h. e. carcere vel mulcta pecuniaria, aliaue grauiori zu belegen ist.

CARPZ. *lib.* 3. *iurispr. consist. def.* 96.

Ex sanctitate interna magis quam externa fluit ius asyli,

auch noch wohl härter bey der inquisitin angesehen werden müste, wann nicht præter mulctam auch die Erstattung der Unkosten ihr zuerkant worden, wodurch in effectu sie eine empfindliche Geld-Busse erleget, so ist geschehener Massen zu erkennen gewesen. Similem casum, in quo pœna arbitraria dictata fuit, habet HARPRECHT *vol. nou. resp.* 93.

§. XVII. Inprimis vero *sanctitas* loci in eo quæsita fuit, quod confugientibus ad ecclesiam tutissimum receptaculum præbere deberet, vt sine grandi *sacrilegio* inde extrahi non possent. Quod confugientes ad ecclesias *securitate quadam* fruantur, id debetur *sanctitati externæ*, quam indulsi; quod vero ita immunes censeantur delinquentes, & quidem *dolosi*, vt ne quidem a *potestate ciuili* inde extrahi queant, id

ea de causa etiam gentiles suis templis attribuerunt asylum.

sanctitati internæ attribuendum, quæ efficit, vt locus sit in solius *Dei*, non in alicuius *hominis laici* potestate, quin potius *iuris diuini & gratiæ diuinæ peculiari præditus* atque *munitus*. In his diuersis principiis distant *protestantes a catholicis*, ergo non mirandum, eos etiam in conclusionibus discrepare. Gentiles templis suis *ius asylorum* attribuisse, noto notius est, quod crederent, ea esse *iuris diuini*, & in solius Dei patrimonio existere, ideoque rebus *nullius* annumeranda. Quocirca confugiens ad templa sub *tutamine Dei*, in loco ipsi proprio & dedica-

Digitized by Google

dicato, esse credebatur, quem *ministri Dei* ita tuebantur, vt inde extrahi haud posset, quod ius Deo competens violari censeretur. De praxi antiqua Romana testis est TACITVS *lib. III. annal. c.* 60. *complebantur templa pessimis seruitiorum: eorum subsidio obærati aduersum creditores, suspecti capitalium criminum receptabantur.* Statuæ principum ex adulatione improbissima etiam consecrabantur, & sic etiam *iure asyli* gaudebant, vt ad eas confugientes ab omni persecutione immunes essent. *l.* 17. §. 12. *de ædil. edict.* §. 2. *l. de his, qui sui vel al. iur. sunt.* Deum etiam delinquentibus, sed non ex *proposito*, altaria proposuisse vt tutissimum perfugium, docet *Exod XXI* 13. 14. Quin etiam DEMETRIVS teste *lib.* I. *Maccab. X*, 43. immunitatem templi iudaici auxisse legitur, sed forsan per simulationem, vt iudæos falleret.

§. XVIII. Translata sunt mox hæc *asyla* ad templa a christianis exstructa, vt non inepte censeat BARBOSA *lib. II. iur. eccles. c.* 3. *n.* 37. immunitatem ecclesiarum eo inchoasse tempore, *quo templa solenni dedicatione cœpta fuerunt, i. e. tempore Constantini.* Huic enim tot templorum exstructio attribuenda, & simul *consecrationis* ritus, ipsius auctoritate suscipiendus, vt *lib. III. tit. XL.* obseruaui. Hæc *consecratio* singularem *sanctitatem*, quæ *templis* proprie dictis inesse creditur, peperit, vt refugium confugientibus atque præsidium securum præberent. Quantum ego quidem auguror, prorsus credo, episcopos imperatoribus insinuasse hanc sententiam, templis *consecratis* ex *consecratione* deberi immunitatem iure quodam diuino: ius Dei violari, si hoc refugium confugientibus denegaretur: sacrosanctas esse ecclesias, ne quidem *mediate* violandas per *extractionem* eorum, qui ad *templa* confugerint: Deum in V. T. aris idem ius dedisse: eo magis in nouo fœdere eandem templis immunitatem deberi, quo excelsior *sanctitas* cultus diuini noui testamenti credenda: aras in nouo fœdere plus *sanctitatis* habere, quam in antiquo, quæ tantum vmbram *sanctioris* cultus in nouo constituerint, & quæ sunt alia huius farinæ argumenta. Hæc induxere imperatores, vt confugientibus ad templa tutissimum præberent receptaculum, illudque variis legibus determinarent, modo limitarent, modo extenderent. Neque enim ea tunc potentia pollebant episcopi, vt *sanctitatem* hanc templorum *internam*, potissimum in *asyli iure* sese exserentem, *cum effectu* defendere, imperio propugnare & contra violatores præmunire potuissent, nisi cæsarum adiumentum iis præsto fuisset.

Ius asyli mox ecclesiis applicatum, vbi iis consecratio accessit,

ex episcoporum doctrina.

quæ induxit imperatores, vt leges de iure asyli ferrent.

§. XIX.

Digitized by Google

Praxis seculi IV.

§. XIX. Iam seculo IV. frequentissima ad ecclesias perfugia fuisse, variis exemplis ex antiquitatibus hausstis illustrat IACOB. GOTHOFRED. *in comm. ad l.* 1. *C. Theod. de his, qui ad eccles. confugiunt*, quos

& rationes huius asyli.

episcopi & clerici in tutelam recipiebant, tum ideo, quod *locorum sanctitas* praesidium tutissimum praebere deberet iis, qui ad ea confugerint, tum etiam, quod crederent, se quouis modo impedire debere, ne sanguis criminosorum effunderetur. Christianos primaeuos ea ductos fuisse sententia, poenas *capitales* in republica christiana haud ferendas, nec ob crimina *sanguinem humanum* effundendum, egregie demonstrauit ARNOLD. *in repraesent. prim. christ. lib. V. c.* 4. Hanc doctrinam praeceteris sibi commendatam esse debere arbitrabantur episcopi, adeoque quauis occasione pro ductis ad supplicium intercedebant. Hac persuasione confugiebant nocentes ad ecclesias, tum vt *loci sanctitas* eos tueretur, tum vt episcopi *intercederent*, ne sanguis eorum effunderetur. Sola *intercessio episcopalis* iis parum praesidii attulisset, quippe quae non necessitabat, sed tantum *imperfectam* producebat *obligationem;* nisi arctius accessisset munimentum, quod *intercessioni suae* circumposuissent episcopi, idque ex *loci sanctitate interna*, asylum confugientibus iure quasi diuino praebente, petiissent, & imperatoribus proposuissent. Sed mox audaciores facti clerici imo & monachi, sui officii esse credebant, ad supplicium raptos *per vim* eripere, cui furori obex positus in *l.* 15. *&* 16. *C. Theod de paen.*

Abusus asyli mox prorupit, per leges coercitus.

§. XX. Cum itaque in manifestam reipublicae cladem *sanctitat ecclesiarum* plus aequo a clericis extenderetur circa finem seculi IV. per leges eandem coercuere imperatores. THEODOSIVS circa *annum* 392. in *l* 1. *C. Theod. de his, qui ad eccles. confug.* prohibuit, ne *debitoribus publicis* ad *asyla ecclesiastica* confugientibus immunitas praeberetur, sed illico inde extraherentur, vel episcopi pro illis debita soluere cogerentur. Anno 397. ARCADIVS & HONORIVS in *l.* 1. *C. tit. cit. &* *l.* 2 *C. Theod. eod.* iudaeis debitoribus vel delicto maculatis publico, & sub simulatione, *se christianae legi velle coniungi*, ad ecclesias confugientibus denegant asylum, *antequam debita vniuersa reddiderint, vel fuerint innocentia demonstrata purgati.* In tantum iam excreuerat abusum ecclesiarum *sanctitas*, vt etiam *iudaei hypocritis* aditum ad eas patefacerent

Instigante Eutropio asyla fere sublata,

episcopi. Inprimis vero EVTROPIVS, cum de nonnullis, qui ad ecclesiam confugerant, poenas sumere vellet, *operam dedit, vt lex ab imperatoribus promulgaretur, iubens, ne quis ad ecclesias profugeret, sed vt, quicunque ad eas confugissent, inde abstraberentur.* Huius legis etiam me-

Digitized by Google

meminit SOZOMENVS *lib. VIII. hist. eccl. c.* 7. eiusque partem constituisse videtur *l.* 3. *C. Theod. de his, qui ad eccl. confug.* obseruante GOTHOFREDO *in comm. ad cit. l.* quæ *anno* 398. lata, & cum *l.* 57. *C. Theod. de appell.* & *l.* 6. *C. de episc. aud.* iungenda.

murmurantibus episcopis.

§. XXI. Offendisse hanc legem episcopos clericosque, *sanctita*ti templorum nimium indulgentes, eo minus mirandum est, quo magis *immunitatem ecclesiasticam* quouis modo ampliare studuerunt. Hæc sine dubio ratio fuit, quod anno sequente 399. legationem in concilio Africano susceperint EPIGONIVS & VINCENTIVS episcopi, *vt pro confugientibus ad ecclesiam, QVOCVNQVE REATV INVOLVTIS, legem de gloriosissimis principibus mererentur, ne quis eos auderet abstrahere*, V. HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 894. Nec aliunde petenda est ratio, quod, lege hac promulgata ex suggestionibus EVTROPII, episcopi in eum inuectiuas habuerint orationes, SOCRATE & SOZOMENO testibus, ipsique paulo post ad ecclesias profugo præsidium nullum attulerint, nec, vbi capite truncandus erat, pro eo intercessisse, aut de eius liberatione laborasse legantur. Addit etiam SOZOMENVS, legem hanc, occiso EVTROPIO, extinctam, & *ex publicis monumentis penitus sublatam fuisse*, quæ tamen paulo post *codici Theodosiano* inserta est, vt magis *votum* & *desiderium* episcoporum quam *veritatem* rei gestæ retulisse videatur.

Noua Theodosii constitutione rursus sanctitas ecclesiarum restituta

§. XXII. Seculo sequente anno 431. a THEODOSIO noua lex lata est, qua *sanctitati* ecclesiarum magis prospectum est, cuius particula refertur in *l.* 3. *C. de his, qui ad eccles. confug.* & *l.* 4. *C. Theod. eod.* integram autem IACOBVS GOTHOFREDVS *in comm. ad cit. l.* 4. refert, in qua plurima notatu digna occurrunt. Occasionem eius enarrat SOCRATES *lib. VII. hist. eccl. c.* 33. vnde liquet, ius hoc *immunitatis* a profugis ad alia facinora extensum fuisse. Admodum *sanctitatem* ecclesiarum in constitutione hac extollit, asseritque, *sacra non solum in summo rerum fastigio*, h. e. singulari veneratione, *sed veluti in quodam posito in terris cælo esse collocata; omnium mentibus natura insitum esse,* & magno encomio affecta. *nullo modo, quæ Deo dicata sunt, pollui posse, neque hominum insolentiam aduersus vim diuinam progredi; nulla ratione ea contaminari debere, quæ semel sanctificata, & nunquam talia esse desinunt:* præcauendum esse, *ne vel impiis profana esse videantur, quæ diuina sunt, neque in sacratis Deoque dicatis locis liceat ea facere, quæ ne in aliis quidem passim impune fieri permittendum est.* Interim prudenter monet, curandum esse, *vt nec ecclesiasticis ædibus sacrisque altaribus ex nimia confugientium desperatione vel confidentia, contemtu vel temeritate, audacia vel*

Digitized by Google

infania, iniuria aliqua, præterquam deceat, inferatur, & vnicus extremusque miserorum opeque destitutorum portus potentiori aperto sinu huiusce modi confugientes excipiat. Hoc temperamento adhuc moderabantur imperatores *ius asyli*, vt ecclesia non fieret spelunca latronum & facinorosorum pessimorum receptaculum, sed *aram salutis* afflictis & innocentibus præberet.

adhibito tamen quodam temperamento,

vt asylum tantum afflictis pateret.

§. XXIII. Inde vero pergit, & ea verba, quæ *cit. ll* referunt, subiungit: *pateant proinde trepidis* (timentibus) *magni Dei templa: supplices fugientes communis suscipiat ara, nec vlla veluti superior comminatio diuinum auxilium, quod omnibus ex æquo sese offert, ab eius ædibus audeat propulsare. - - - Quænam enim medicina humanis calamitatibus supererit, si calamitosis ipse Deus denegetur?* DEVS itaque ipse illius denegatur, quibus refugium ad ecclesias non conceditur, quo posito, asylum re vera & *necessitatis* absolutæ, & *iuris diuini* est. Non aliunde vero hæc ratiocinatio desumta, quam ex *sanctitate* ecclesiarum *interna*, quæ in *speciali Dei inhabitatione*, *sanctificatione loci*, & *gratia* ibidem *collocata* constitui solet. Determinat subinde terminum huius asyli, &, *non solum sacrosancta altaria*, addit, *& quadratum populi oratorium murorum ambitu circumseptum, confugientium securitati conferre sancimus, sed quicquid præterea inde est loci vsque ad ecclesiæ fores extremas, per quas preces primum facturi ingrediuntur, hoc totum confugientibus misericordiæ aram esse definimus & constituimus. Itaque medium templi spatium in prædicto loco positum perfugium esse decreuimus, atque etiam reliqua omnia loca, primis sanctæ ecclesiæ foribus post publica per circuitum cohærentia siue domus aut hortuli, siue atria aut balnea, aut etiam porticus sint, ingressos, profugos volumus, vt perinde ac intimum templum ius custodiendi habeant.* Habebant ecclesiæ *septum* aliquod seu *ambitum* muro cinctum, intra quod domus, horti, areæ, balnea &c. reperiebantur, cui *septo* idem *ius asyli* hac lege attribuitur, vt allata verba declarant. Hoc ideo factum fuisse videtur, *vt nemini confugientium in Dei templo & apud sacras aras manere, ac cibum sumere aut dormire, aut etiam pernoctare* liceret, sed in *consepto* subsistere posset.

Terminus asyli dilatus.

Prohibitum præterea, ne quis cum armis ingrederetur ecclesiam.

§. XXIV. Vlterius *sanctitati* locorum specialius prospicit his verbis: *ferrea autem & alterius generis arma ad defensionem comparata ne confugientes habeant, neue intra S. ecclesiam inferant, omnino prohibemus. Hæc namque vt reliqua omnia eiusmodi non modo a sacris templis & aris abesse volumus, sed a reliquis quoque omnibus mansionibus, hortis, balneis, atriis ac porticibus.* Adiicit morem imperatorium: *nam & nos, qui*

Digitized by Google

qui ſemper iure imperii armis circumdantur, quosque ſine armatis ſtipatoribus eſſe non conuenit, Dei templum ingreſſuri, foris arma relinquimus, & ipſum etiam diadema deponimus, & quo ſubmiſſioris imperii ſpeciem præferimus, eo magis imperii nobis maieſtas promittitur. Ad ſacra quoque altaria munerum tantum offerendorum cauſa accedimus, & cum circumſeptum ſacrorum adytum ingreſſi ſumus, ſtatim egredimur, nec quicquam ex propinqua diuinitate nobis arrogamus; quod imperator eſſet, *laicus*, *homo ſecularis*, cui non eſſet integrum diu ſubſiſtere *in choro*, vbi *propinqua diuinitas* aderat, ſolis clericis tantum concedenda & relinquenda. Ante omnia ergo *de ſanctitate & puritate loci* confugientes admonendi erant, vt metu *capitalis ſupplicii* ab eo abſtinerent, & ad loca in conſepto ſita ſeſe potius conferrent, præterea vero gladium deponerent; *nam*, ait, *qualem ille ſpem in religione collocat, qui in religionis contumeliam armis accinctus ingreditur. Quodſi quisquam furiis actus aliquod iſtorum noſtrorum decretorum in quocunque eccleſiaſtico loco violauerit, ſiue id fiat extra templum, ſiue intra templum, ſiue etiam circa templum, iubemus, vt confeſtim epiſcopi auctoritate a ſolis clericis arma deponere compellatur, & ſeuerius etiam pro ſua ſalute, ſpe illi data atque fiducia, quod religione ac pietate ſecurius munietur, quam armorum præſidio.* Hoc ſi non fecerit, *tyrannidis & ſacrilegii audacia per armatorum ingredientium vim abſtrabantur, & omnium calamitatum generi ſubiiciantur.* Tandem concludit hanc legem paulo prolixiorem, eamque, *pro veneranda religione & cum omni obſeruantia, veneratione, honore, pietate, puritate, ſanctitate, ac reuerentia* obſeruandam eſſe iubet.

Imperatores gladium & diadema deponebant,

nec in choro ſubſiſtebant.

§. XXV. Potiora ex hac conſtitutione prolixiori excerpere e re viſum fuit, vt conſtaret, quid *ſanctitati* eccleſiarum a THEODOSIO datum fuerit? Primum obſeruatu dignum eſt, eum iam *ſanctitatis* ſignificatum eccleſiis attributum fuiſſe, qui *internam* refert, quod ipſæ loquendi formulæ adductæ ſatis produnt. *Velut quoddam in terris poſitum cælum* vocantur *eccleſiæ*, non alia ex cauſa, quam ex ſingulari diuina inhabitatione; ideo *diuinis* accenſentur, & quibus refugium ad templa denegatur, ipſe DEVS negatus dicitur. Non amplius *oratoriorum* & *ſynagogarum* faciem præ ſe ferebant, ſed *magni Dei templa* appellabantur, adeoque Hieroſolymitani templi *ſanctitas*, imo forſan *maior*, iis adſcribi debebat. Alterum eſt, non quibuscunque facinoroſis, quod epiſcopi Africani & plerique quærebant, ſed *calamitoſis* tantum & *innocentibus* templa patuiſſe, & ita *ius aſyli* per leges admodum reſtrictum

Theodoſius ſanctitatem internam hac lege ſtabiliuit.

ius aſyli tamen facinoroſis negatum.

Gladium deponere iubentur ecclesiam ingressuri.

dum fuisse. Tertium, ambitum huius *asyli* extensum, nec intra solius templi limites substitisse. Vltimum denique moris iam fuisse, deponere arma & *gladium* in reuerentiam singularem *loci sancti*, id quod etiam ipsis imperatoribus in more positum fuit. Continuatus hic mos fuit per plura secula, vt tandem principes exciperentur. Anno 1022. *in concil. Saleganstadiensi c.* 8. apud HARDVIN. *tom VI. P.* I. *concil. p.* 829. hac de re ita cautum fuit: *decretum est etiam in eodem concilio, vt nemo gladium in ecclesiam portet, regali tantum excepto.* Id vero tandem per obseruantiam contrariam in desuetudinem abiit, etiam apud ecclesiæ Romanæ consortes, eo vnico casu excepto, quod ad *sacram eucharistiam* nemo gladio cinctus accedere deberet, quo more etiam protestantes in plerisque locis vtuntur. Hunc etiam obseruant quædam ecclesiæ in ipso *baptismi actu*; nec enim vniformis ecclesiarum protestantium hac in re est vsus & obseruantia. Conf. Dn. WIDEBVRG *de gladio in sacramentorum reuerentiam deponendo.*

Auxit Leo ius asyli,

§. XXVI. Enim vero sicuti episcopis vnice curæ cordique fuit, vt *sanctitatem ecclesiarum* quotidie in altiorem eueherent gradum; ita inde dependentem *immunitatem* seu ius *asyli* variis accessibus augere, & imperatores in suas partes trahere studuerunt. Nam anno 466. LEO imperator in *l.* 6. *C. de his, qui ad eccles. confug.* admodum contra leges anteriores ius asyli extendit, voluitque, *nullos penitus confugas, cuiuscunque conditionis fuerint, de sacrosanctis ecclesiis orthodoxæ fidei expelli aut trahi aut protrahi. nec pro his venerabiles episcopos vel religiosos œconomos exigi, quæ ab ipsis debeantur.* Patuerunt ergo per hanc legem templa quibuscunque debitoribus, etiam *publicis*, quibus per leges anteriores denegatum fuit ad ecclesias refugium, adeo vt sub pœna *capitalis supplicii* horum extractio prorsus prohibita, & ea etiam afficiendi essent, *qui hoc moliri aut nuda saltim cogitatione atque contractu* (aliis *tractatu* vel potius *conatu*) *ausi fuerint tentare.* Simplex *cogitatio*, cuius nulla pœna est, hic minime intelligitur, sed *conatus* quidam extrahendi debitorem vel facinorosum, qui itidem pœnæ capitali subiectus, quod *grande sacrilegium* in violatione *loci sancti* committeretur. IVSTINIANVS tamen *in nou.* 17. *c.* 7. *pr* hanc immunitatem dolosis delinquentibus rursus denegauit prudentius: *neque autem homicidis neque adulteris, neque virginum raptoribus terminorum custodies cautelam: sed etiam inde extrahes & supplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, sed hoc patientibus, vt non talia a præsumtoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed læsis datur a lege: & non erit possibile, vtrumque tueri cautela sacrorum locorum, & lædentem & læsum.*

restrictum a Iustiniano.

§. XXVII.

Digitized by Google

§. XXVII. In regum Francorum legibus eadem *ſanctitatis eccleſiaſticæ* tuitio ſuſcepta & firmata eſt. In DAGOBERTI *capitul.* de *anno* 630. *tit. VII. cap.* 4. apud BALVZ. *tom. I. capitul. p.* 98. ita ſancitum: *ſi quis autem homo contumax & ſuperbus timorem DEI vel reuerentiam eccleſiarum ſanctarum non habuerit, & fugientem ſeruum ſuum, vel quem perſecutus fuerit, de eccleſia vi abſtraxerit, & DEO honorem non dederit, componat ad ipſam eccleſiam XL. ſolidos iudice cogente, & pro fredo ad fiſcum XL. ſolidos, vt ſit honor DEO, & reuerentia ſanctorum & eccleſia DEI ſemper inuicta ſit.* Neque tamen ſimpliciter confugientes ad eccleſias ab omni inquiſitione tuti, ſed interim tantum immunes erant ab omni perſecutione, donec iuſſu regis eſſent iudicio ſiſtendi. Id conſtituit iuſſitque CAROLVS M. in *capit. anno* 789. *c.* 2. apud EVNDEM *cit. l. p.* 251. *Si quis confugium fecerit in eccleſiam, nullus eum de eccleſia per violentiam expellere præſumat, ſed pacem habeat, vsque dum ad placitum præſentetur, & propter honorem DEI ſanctorumque eccleſiæ ipſius reuerentiam concedatur ei vita & omnia membra. Emendet autem cauſam, in quantum potuerit, & ei fuerit indicatum, & ſic ducatur ad præſentiam domini regis, & ipſe eum mittat, vbi clementiæ ipſius placuerit.* Specialius locus aſyli determinatur *lib. I. capit.* 134. apud EVNDEM *cit. l. p.* 728 *ſeq. Si quis ad eccleſiam confugium fecerit, in atrio ipſius eccleſiæ pacem habeat, nec ſit ei neceſſe, eccleſiam ingredi. Et nullus eum inde per vim abſtrahere præſumat, ſed liceat ei confiteri, quod fecit,* & *per manus bonorum hominum ad diſcuſſionem in publico producatur.* In quo autem hæc *diſcuſſio* ſubſiterit, docet *cap.* 155. *lib. V.* apud EVNDEM *cit. l. p.* 854. & GRATIANVM *inc* 9. C. 17. *q* 4. *reum confugientem ad eccleſiam nemo abſtrahere audeat, neque inde ducere ad pœnam vel ad mortem, vt honor DEI & ſanctorum eius conſeruetur. Sed rectores eccleſiarum pacem & vitam ac membra eis obtinere ſtudeant. Tamen legitime componant* (*emendent* ſeu *emendam* ſoluant, vt locus ante allatus indicat) *quod inique fecerunt.* Hac de cauſa GVNTHRAMNVS rex ſicarium in eccleſia S. Marcelli prope Cabilonem repertum incolumem atque vinum dimitti iuſſit, *quod nefas putaret, ſi is, qui ab eccleſia eductus fuerat, truncaretur,* teſte GREGORIO Turonenſi *lib.* 9. *hiſt. Franc. c.* 3. & CHILDEBERTVS Auſtraſiorum rex apud EVNDEM *lib. IX. c.* 38. *nefas eſt*, inquit, *vel criminoſos ab eccleſia eductos punire.*

In legibus Francorum aſylum quoque eccleſiis ſi matum,

§. XXVIII. Hoc modo *ſanctitatis eccleſiaſticæ* præceptus eſt effectus, in *aſylo* quæſitus, per *leges ciuiles* determinatus, eiusque violatio imprimis vero per concilia.

Digitized by Google

ad *sacrilegia* relata. Patrum dogmata vel canones ecclesiasticos tales leges produxisse, iam supra monui, quorum ingens copia deprehenditur, vt ea enarrare infinitum & nimis longum foret. In *c.* 8. C. 17. *q.* 4. AVGVSTINI occurrit sententia excommunicationis contra violatorem huius sanctitatis. Similem sententiam publicauit GELASIVS in *c.* 10. *ibid.* contra eos, qui intra *limina tantæ venerationi deputata furorem sibi vindicauit.* In *concilio Triburiensi*, relato in *c.* 20. *ibid.* cautum, *vt nongintos solidos episcopo componat violator, & ipse publica pœnitentia iusto iudicio episcopi mulctetur.* In concilio *Toletano XII. c.* 10. relato in *c.* 35. *ibid.* speciatim *ius asyli* extra ecclesiam ad *triginta passus in toto circuitu* extensum est. Similiter in *concilio Aurelianensi* I. relato in *c.* 36. *ibid.* prohibitum, ne fugiens ad ecclesiam exire cogeretur, *nisi ad euangelia datis sacramentis de morte & debilitate & omni pœnarum genere sint securi, ita vt ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conueniat.* Prætereo plura alia loca, quæ passim in conciliis occurrunt. Id vnicum tantum addo, immunitatem hanc a GREGORIO IX. extensam postea fuisse ad ecclesias *non-consecratas* in *c.* 9. *X. h. t. modo diuina mysteria in ea celebrentur.* Cum autem hæc non possint celebrari nisi super *altari consecrato*, ad minimum huius *consecratio* templo ipsi *sanctitatem* illam conciliat, vt confugientes ad illud *immunitate* gaudeant.

Leges ciuiles dolose delinquentibus denegant asylum, ecclesiasticæ vero concedunt, quod ex LL. Francorum illustratur.

§. XXIX. Hanc tamen differentiam deprehendo inter leges *ciuiles & ecclesiasticas*, quod illæ quidem, vt antea obseruaui, *dolosis delinquentibus* refugium ad ecclesiam vt plurimum denegauerint; hæ vero quocunque crimine contaminatos recipiendos esse statuerint, vt eo magis *sanctitatem ecclesiarum*, etiam cum aliqua legis diuinæ transgressione, defenderent, quippe in qua magnum *cleri sancti* præsidium situm esse credebant. Neque vero tantum leges imperatorum hoc moderamine vtebantur, sed etiam Francorum capitularia. Prolixior est lex CAROLI M. *de anno* 803. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 387. & 759. contra fures, homicidas, similesque criminosos, ad ecclesias confugientes, in qua processus pro extradendis facinorosis obseruandus designatur. Trina vice ante omnia compellandus erat episcopus vel abbas, ita vt prima vice contumax XV, altera XXX. solidos solueret, tertia vice vero *quicquid reus damnum fecerit, soluere cogeretur. Et ipse comes*, additur, *veniens licentiam habeat, ipsum hominem intra immunitatem quærendi, vbicunque eum inuenire potuerit.* Iam antea *anno* 779. constituerat: *vt homicidæ & ceteri rei, qui legibus mori debent, si ad ecclesiam confugerint, non excusentur, neque eis ibidem victus detur.*

§. XXX.

Digitized by Google

§. XXX. Nonnunquam etiam, vtut rarius, patres quidam iniquitatem *asyli promiscui* agnouerunt, quibus etiam GREGORIVM M. accenseo *lib. VII. ep. 24. ind* ita scribentem: *peruenit ad nos, quia quidam homines minorem omnimodo discretionem tenentes, in suis nos periculis implicare desiderant, atque ita volunt ab ecclesiasticis personis defendi, vt ipsæ quoque ecclesiasticæ ex eorum culpa teneantur. Idcirco præsenti te præceptione admoneo, vt per te fratrem & coëpiscopum nostrum dominum Ioannem vel ceteros, qui interesse possunt, vt patrocinia ecclesiastica, siue mea suscipiatis scripta, siue etiam ea minime fuerint directa, sub tanto moderamine debeatis impendere, quatenus si qui in furtis publicis implicati sunt, a nobis non videantur iniuste defendi: ne opinionem male agentium ex indiscretæ defensionis ausu in nos vllo modo transferamus; sed quantum decet ecclesiam, admonendo & verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis, succurrite, & vt illis opem feratis, & opinionem S. ecclesiæ non inquinetis.* Recitat hæc verba etiam IO. DIACONVS *lib. IV. vit. Gregor. M. n.* 56. apud MABILLON. *in act. Bened. sec. I. p.* 178. Tantum quidem GREGORIVS M. deprehensorum in *furtis publicis* facit mentionem; sed rationes eiusdem docent, etiam aliis facinorosis & dolose delinquentibus aditum ad hoc asylum esse præcludendum, præsertim cum iniquitas illius, ad quæuis *crimina dolosa* extensi, plus quam manifesta sit, plenius demonstrata a Dn. ENGELBRECHTO Prof. Helmstad. *de iniusta asyl. immunit. eccles. ad crimina dolosa extens. c. II.* conf. *electa iur. publ. tom. XIV. p. I. n.* I. & *P. III. n.* 7. Sententia Gregorii M.

§. XXXI. Vestigia GREGORIANA non secutus est INNOCENTIVS III. nec legum mentem & sententiam retinuit, quam supra indicaui. Quamuis enim *secundum canonum sacrorum statuta & traditiones legum ciuilium* in *c.* 6. *X. h. t.* distinguendum esse credat, vtrum fugiens ad ecclesiam sit *liber* an *seruus*, & de illo hæc statuat: *si liber, QVANTVMCVNQVE GRAVIA MALEFICIA PERPETRAVERIT, non est violenter ab ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem vel ad pœnam, sed rectores ecclesiarum sibi obtinere debent vitam & membra. - - - nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum;* de his vero ita pergit: *si vero seruus fuerit, qui confugerit ad ecclesiam: postquam de impunitate sua dominus eius clericis iuramentum præstitit, ad seruitium domini sui redire compellitur etiam inuitus, alioquin a domino poterit occupari;* hæc sententia tamen a legibus supra allatis prorsus abhorret, & ne quidem cum *Gregoriana sanctione* concordat. Exemit quidem ab hac immunitate *publicos latrones & nocturnos depopulatores;* sed hi non soli facinorosi Innocentii III. decretum de asyli iure contra leges anteriores.

aut

Digitized by Google

aut *publici fures* sunt, quibus omnibus tamen leges ciuiles imperatorum & regum Francorum immunitatem ecclesiasticam denegarunt. Expresse enim *quoscunque facinorosos* ad hoc asylum inuitat, iisque *impunitatem* pollicetur publice, quo nihil iniustius & alienius a verbo diuino dici & fingi potuit. Singulari fato factum fuisse arbitror, quod RAYMVNDVS in *c.* 1. X. *de homicid. volunt.* iuris diuini sententiam decretalibus inseruerit: *si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur.* Hæc lex æquissime hoc duntaxat præstitit homicidæ, ne indicta causa pœnas lueret, quod multo sapientius quam apud gentes constitutum erat, obseruante CLERICO *ad Numer.* XXXV, 12. Nihilominus legem hanc sustulit INNOCENTIVS III. & his quoque, qui *dolo & per insidias* occiderunt proximum, exemplo gentilium *immunitatem* promisit, cum tamen eam ex veteri fœdere haud deriuandam esse, negare nequeat. Postquam vero GREGORIVS IX. RAYMVNDI compilationem suam fecit, qui in *c.* 1. *cit.* legem diuinam repetiit, necesse est, vt inter exceptiones ab INNOCENTIO III. designatas *dolosi homicidæ* quoque referantur, quia eadem auctoritas *cit. d.* 1. debetur ex *Gregoriana confirmatione*, quem ex hac *cit. c.* 6. *de immun. eccles.* tribuunt.

Noua Gregorii XIV. sanctio,

§. XXXII. In tanta iurium & rerum ambiguitate contigit, vt fere vbique facinorosis seu delinquentibus aditus ad hoc asylum præcluderetur, ringente vel maxime clero maiori, qui *sanctitatis ecclesiasticæ* defensores erant acerrimi. Mouit sine dubio hæc praxis communis GREGORIVM XIV. vt *d.* 28. *May* 1591. ederet solemnem Bullam, qua omnem consuetudinem, huic immunitati derogantem, sustulit, & octo tantum criminum reos excepit, vtpote *latrones publicos, grassatores viarum, nocturnos agrorum depopulatores, homicidas in ipsis ecclesiis earumque cœmeteriis, proditorios homicidas, assassinii reos, hæreticos, & denique criminis læsæ Maiestatis reos.* Præterea vero voluit, vt *asyli iure, etsi his atrociora crimina perpetrauerint, defendi deberent, & , si confugiant ad ecclesiam vel monasteria, recipiendi, nec contra voluntatem horum extrahendi essent.* BARBOSA *lib. II. iur. eccles. c.* 3. *n.* 120. Est hæc constitutio quidem *bullario magno* inserta, sed inde nullam *auctoritatem* accepit *vniuersalem*, cum hæc compilatio *publica auctoritate* haud fuerit recepta. Imo quia contra praxin antecedentem lata, & consuetudinum omnium regnorum derogatoria est, eo minus mirandum est, in regnis & prouinciis non adeo eius rationem habitam fuisse, cum antiqui mores, præsertim in optima fundati ratione, non tam facile tolli possint, vt optime ostensum est in *elect. iur. publ. cit. l. p.* 31. *& p.* 201. & AMYLERO *ab* EHRENBACH *de asylor. iur. c. IV.* §. 11. *sqq.*

in qua octo tantum crimina eorumque rei a iure asyli excluduntur.

§. XXXIII.

Digitized by Google

§. XXXIII. In *Italia* forſan maior eius ratio habenda videtur, poſtquam Bullam prædictam papa in *Italia* publicauit, ſi modo etiam eius vigor ibi receptus eſt. De hoc vero, & aliis quæſtionibus, circa hanc doctrinam occurrentibus, grauiſſima dubia occurrere, obſeruaui ex caſu ſingulari, qui ad facultatem noſtram ex Italia *anno* 1721. *Menſ. Mai.* transmiſſus eſt, in quo variæ quæſtiones de hoc iure immunitatis propoſitæ fuere, & ab ill. facultate, me referente, deciſæ. Cum vero argumenta reſponſi cauſam hanc optime exornent, & illuſtrent, e re eſſe duxi, illud hic referre. Reſponſo in- ra aſyli illuſtrantur.

Hat Tirius ein Soldat von N. Regiment, als er in C. vor Porta S. auf der Wacht geweſen, ſich anfänglich berauſchet, bald darauf die Flucht genommen, und zu delertiren intendiret, die Wacht aber ihm ſo fort nachgeſetzt, welches verurſachet, daß er in das ohnweit Porta S. gelegene Kloſter geſprungen, die Geiſtlichkeit aber demſelben hierauf bey dem Herrn Commendanten einen Pardon Brief ausgewürcket, des Inhalts, daß derſelbe von der Straffe des Todes frey ſeyn ſolte, und nach deſſen Erhaltung gedachten delinquenten dem löblichen Regimente wieder übergeben. Hat hierauf der Herr Commendant Kriegs-Recht über ihn gehalten, und ihm nur extraordinariam pœnam, nemlich das Gaſſen-Lauffen, dictiret, wogegen ſich die Geiſtlichkeit ſehr beweget, und vermeynen wollen, daß er vigore iuris immunitatis eccleſiaſticæ von aller Leibes-Straffe frey ſeyn müſſe, dahero hefftig gegen die execution proteſtiret, dem ohngeachtet dennoch mit derſelben verfahren, gleichwol dadurch die Geiſtlichkeit dergeſtalt allarmiret worden, daß ſie hefftig dagegen geprediget, über alles ein inſtrumentum publicum aufrichten laſſen, und ſolches dem collegio cardinalium ſede vacante nach Rom geſchickt, dieſemnach nunmehro gefraget wird: Facti ſpecies.

1. Ob und wie weit überhaupt die Kirche das ius immunitatis in dergleichen Fällen habe? Quæſtiones.
2. Ob, wenn die Kirchen in Italien ſolches ex conceſſione imperatoris haben ſolten, ſolches auch ſich auf einen deſerteur erſtrecke?
3. Ob, wenn ein ſolcher deſerteur einen pardon-Brieff dahin, daß er von der Todes-Straffe frey ſeyn ſolte, erhalten, und die Geiſtlichkeit ihn darauf dimittiret, alsdenn derſelbe mit der pœna corporis afflictiua beleget werden könne?
4. Mithin, ob einem Commendanten in mindeſten etwas beyzumeſſen, wenn derſelbe geſtalten Sachen nach den delin-

Digitized by Google

quenten vor Verhör und Kriegs-Recht ſtellen, und die ihm dictirte Leibes-Straffe exequiren läſſet?

5. Ob, wenn die Geiſtlichkeit in ſolchem Fall proteſtiret, ſolches einen effectum iuris nach ſich ziehen könne?

6. Wenn nun ein Commendant non attenta proteſtatione geſtalten Sachen nach die execution vollenziehen läſſet, ob er die iura immunitatis eccleſiaſticæ lædiret, und folglich in eine geiſtliche Kirchen-cenſur gefallen ſey?

De iure immunitatis & eius ortu

Ob nun wohl, ſo viel die erſte und andere Frage betrifft, nicht wenige unter denen Rechts-Lehrern ſind, welche anfänglich dieſe immunitatem ex iure diuino herleiten, zumahl ſolche nicht allein einigermaſſen im alten Teſtament ihren Grund hat, ſondern auch in concilio Tridentino ſolches beſtätiget, und expreſſe voraus geſetzet iſt, quod Dei ordinatione & canonicis ſanctionibus immunitas eccleſiaſtica conſtituta fuerit

ſeſſ. 25 de reform. c. 20.

nach welcher Meynung ohne Zweiffel die patres & pontifices beſtändig und mit groſſem Eiffer vor dieſe immunität geſtritten, und deren violirung als ein ſacrilegium und Kirchen-Raub angeſehen

c. 8. 9. 10. 11 19. 20. C. 17. q. 4.

auch ſolche immunität auf alle und jede crimina, quantumcunque grauia, extendiret, und nur allein publicos latrones, vel nocturnos depopulatores agrorum ſimilesue davon excipiret,

c. 6. X. de immunit. eccleſ.

welchen Gregorius XIV. anno 1591. in einer beſondern bulla noch andere beygefüget, darunter aber die deſerteurs nicht begriffen,

FARINAC *de immunit. eccleſ. c. 5.*

und es dahero das Anſehen gewinnen will, als ob die deſerteurs auch dieſer immunität mit genieſſen müſten.

ex legibus poſitiuis tantum deriuander,

Weil aber dennoch Innocentius III. ſelbſt dieſe immunität nirgend anders als aus denen ſtatutis canonum & traditionibus legum civilium herleitet,

c. 6. X. de immunit. eccleſ.

und dahero auch viele unter den Catholiſchen Scribenten mit guten Gründen anführen, daß dieſe immunität, welche in nouo fœdere denen Kirchen beygeleget iſt, keines weges aus göttlichen Rechten, ſondern allein ex iure mere humano herzuleiten ſey, & quidem tam imperiali quam eccleſiaſtico;

WIE-

WIESTNER. *ad tit. de immunit. eccl. n.* 22. *ſq.*
COVARRVV. *lib.* 2. *var. reſol. c.* 20. *n.* 2.
DECIAN. *tr. crimin. lib.* 6. *c.* 25. *n.* 2.

auch dabey erinnern, daß das concilium Tridentinum nicht de locorum ſacrorum aſylo, ſondern de perſonarum & rerum eccleſiaſticarum immunitate ab oneribus allein verſtanden werden müſte,

WIESTNER. *cit. l.*

und wenn der erſte Urſprung derſelben unterſuchet wird, ſolche Meynung ſeinen richtigen Grund hat, angeſehen die erſten Chriſten vor allen Todes-Straffen einen nicht geringen Abſcheu getragen, und quovis modo vor die Uebelthäter intercediret, abſonderlich aber die Mönche und andere Geiſtlichen dieſes als ihre beſondere Pflicht angeſehen, und dahero die bekannte ſententia erwachſen, quod eccleſia non ſiſtat ſanguinem, quod eccleſia non ſiſtiret ſanguinem.

THOMASSIN. *de nou. & vet. eccleſ. diſcipl. P.* 2. *lib.* 3. *c.* 96.

nicht als wenn die Todes-Straffen dem Chriſtenthum zuwider wären, ſondern daß die Geiſtlichen nur dadurch eine beſondere Pflicht der Liebe und Barmhertzigkeit ausüben wollen, welche aber an und vor ſich ſelbſt keine obligationem perfectam operiret, ſondern in ſola & ſimplici interceſſione beſtanden, dahero es denn gekommen, daß, wer in die Kirchen ſich retiriret, und bey der Geiſtlichkeit Schutz geſuchet, ſie ſich deſſelben angenommen, und vor ſie, damit ſie mit keiner Todes-Straffe beleget werden möchten, gebethen, abſonderlich aber nur gegen ungerechte Gewalt ſolche Beſchützung vorgenommen, wie der gelehrte Thomaſſinus wohl angemercket, und ſaget; illud fateri cogimur, non aliam potentiorem fuiſſe epiſcoporum interceſſionem aut magis imperioſam, quam quæ reis miſerisue ad aras confugientibus inſeruiebat, & epiſcoporum eſſet, pro confugientibus intercedere.

cit. l. §. 7.

vt periclitantibus aræ, non iniuſte agentibus, præſidio eſſent

ACHILLES STATIVS *lib.* 8.
IAC. GOTHOFREDVS *ad l.* 1. *C. Theod. de his, qui ad eccleſ. confug.*

im übrigen, weil die Geiſtlichen dieſes refugium gar zu weit extendiret, und auch ſolches gegen boßhaffte Uebertreter ausüben wollen, haben die Käyſer ſolches durch die Geſetze reſtringiret, und determiniret, wie weit dieſes aſylum ſich erſtrecken ſolle, dabey aber nichts weiter verordnet, als daß ein delinquent nicht von jedem mit Gewalt ſo fort aus dieſem re-

refugio extrahiret werden, ſondern ſolches mit Wiſſen des Biſchoffs und ex iuſſione imperatorum vel iudicum geſchehen ſolle,

l. 3. inſ. de his, qui ad eccleſ. conf.

non quaſi epiſcopi legem dare aut reniti potuiſſent, ſed vt conſultius & ſine tumultu res perageretur, vt recte obſeruat

GOTHOFREDVS *ad l. 4. C. Theod. eod. in f.*

Daß alſo dieſe immunitas eccleſiaſtica vornemlich ex legibus imperatorum, worauf Innocentius III. ſich beziehet, ſeine Krafft empfangen, und billig darnach ausgeübet werden muß, wie denn auch die Fränckiſchen Könige von derſelben allerhand Verordnungen gemachet, wie die capitularia anzeigen, und dieſes ſo lange im Schwange geblieben, bis die Päbſte alle iura ſacrorum an ſich gezogen, oder wenigſtens ſolches quouis modo attentiret, wodurch denn geſchehen, daß ſie ſolche Kirchen-Immunität gar zu weit extendiret, und insbeſondere Innocentius III. und Gregorius XIV. ſolche ſpecialius determiniren wollen, deren conſtituriones doch nicht an allen Orten und in allen Königreichen ihre Krafft und Würckung bekommen, immaſſen die hohen Potentaten ihre gerechtſahme, ſo ſie von alten Zeiten hierbey gehabt, nicht ſo ſchlechterdings dem Römiſchen Stuhl überlaſſen, noch ſich deſſen decretis, abiecto iure proprio, unterwerffen wollen, wie ins beſondere von Franckreich

Paparum decreta non vbique recepta.

BIGNONIVS *de LL. abrog. ſect. 16.*

THOMASSIN. *cit. l. c.* 160. §. 6.

Von Portugal

NAVARR. *in manual. c.* 25. *n.* 21.

Ja von Italien ſelbſten

ne quidem in Italia.

DVLLVS CLARVS *lib.* 5. *rec. ſent.* §. *fin. qu.* 30. *n.* 12.

BAIARDVS *in addit. ad Clar. cit, l. n.* 6.

behaupten, und Guazzinus hinzu thut, quod in vrbe & toto ſtatu eccleſiaſtico confugientes ad eccleſiam non ſint tuti, niſi in leuibus delictis, & pro debito ciuili

in defenſ. inquiſ. def. 1. *c.* 34. *n.* 2.

welches alles aus denen teſtimoniis derer Catholiſchen Scribenten plena manu behauptet

MYLER ab EHRENB. *de iur. aſyl. c.* 4. §. 11. *ſeq.*

Dieſemnach billig davor zu achten, daß auch in Meyland Seine Käyſerl. Majeſtät derer vorigen Käyſer gerechtſahme allerdings noch conſeruiret, und die Kirchen-Immunität nicht anders zugelaſſen ſey, als

Digitized by Google

als ſo weit ſie anfänglich nur indulgiret worden, insbeſondere aber bey einem deſerteur ſich ſolche Umſtände hervor thun, welche auch nach denen canoniſchen Rechten ihm kein refugium in Klöſtern und Kirchen verſtatten, zumahl die deſertores nach denen Geſetzen denen latronibus gleich geachtet ſind, Desertoribus non debetur asylum.

l. 7. C. Theod. de deſertor. l. 14. 15. eod.

dergeſtalt, daß, wer einen deſertorem aufgenommen, heimlich bey ſich gehalten, und ihm Schutz geleiſtet, am Leben geſtraffet,

l. 1. ſqq. C. Theod. de deſert.

ja einem jedweden erlaubet worden, eben das an demſelben, was an einem jeden Straſſen-Räuber und Meuchelmörder erlaubet iſt, auszuüben,

l. 13. & 14 C. Theod. de deſert.
l. 1. & 2. C. quando lic. unicuique ſine iud.

quod deſertores crimen læſæ Maieſtatis committere dicantur,

l. 2. D. ad L. Iul. Mat.

Dem zu folge denn die Klöſter und Kirchen nicht befugt ſeyn können, denen Aufenthalt zu verleihen, welchen bey Lebens-Straffe niemand Schutz leiſten kan, zumahl auch Gregorius XIV. in der vorhin allegirten Bulla ſelber denen reis læſæ Maieſtatis die immunitatem eccleſiaſticam verſaget.

Sowerhellet hieraus ſo viel, daß nach denen heutigen Rechten und Gewohnheiten das ius immunitatis auch ſelbſt in Italien nicht auf offenbahre Verbrecher, am wenigſten aber auf deſerteurs zu ziehen ſey.

Bey der dritten und vierten Frage möchte zwar angeführet werden, daß die Cleriſey und Mönche nicht anders einen delinquenten, ſo bey ihnen ſeine retirade geſuchet, zu extradiren befugt wären, als wenn ſie vor den delinquenten einen pardon-Brief erhalten, daß keine Leib- oder Lebens-Straffe an ihm exequiret werden ſolle. Conditiones, ſub quibus confugientes dimitti ſolent.

c. 9. C. 17. q. 4.
c. 6. X. de immun. eccleſ.

dahero auch der angeſtellte pardon Brief, daß der deſerteur mit keiner Leibes-Straffe beleget werden ſolle, alſo billig & in ſenſu iuris verſtanden werden mochte, daß er mit keiner Leibes-Straffe beleget werden könne.

Digitized by Google

ne morte ſcifficet adficiantur,

Weil aber dennoch die alten Kirchen-Geſetze bey dieſer immunitate eccleſiaſtica dieſes nur vornemlich intendiret, damit ſie durch ihre interceſſion vornemlich die pœnas ſanguinis von dem delinquenten abkehren und verhüten möchten, daß er Leben und Glieder durch die executionem pœnæ ordinariæ nicht verlöhre, niemahls aber ihre Abſicht dahin gerichtet, daß er von aller Straffe gantz frey ſeyn müſte, als welches denen Reguln der Gerechtigkeit gantz zuwider, und verurſachen würde, daß aller Boßheit und Gottloſigkeit Thür und Thor dadurch aufgeſperret würde, welcher Verſtand denen Kirchen-Geſetzen nicht beygeleget werden mag, dahero denn auch die angeführte reſtriction hin und wieder anzutreffen iſt, vt ſcilicet rectores pacem & vitam & membra eius obtinere ſtudeant.

c. 9. C. 17. *q.* 4.

quod ſi quis pro ſecuritate eccleſiæ vel crucis aliquod crimen peregerit, accepta ſecuritate vitæ & membrorum reddatur iuſtitiæ

c. 12. *concil. Clarom. ſub Vrbano II.*

ſublato mortis periculo, & corporis deturpatione faciat, quod lex Gothica iubet

c. 12. *concil. Coyacenſ. de anno* 1050.

Welches auch Innocentius III. wiederholet, ſed rectores eccleſiarum ſibi obtinere debent vitam & membra

c. 6. X. *de immun. eccleſ.*

ſed alia extraordinaria pœnæ,

inzwiſchen dieſes gar bedenklich hinzu ſetzet; ſuper hoc tamen, quod inique fecit, eſt alias legitime puniendus, daraus denn erhellet, daß ein ſolcher delinquent mit andern gewöhnlichen Straffen beleget werden könne, wohin denn bey denen Soldaten das Gaſſen-Lauffen gehöret, welches ordentlich denen, die begnadiget werden, dictiret wird, dieſemnach der pardon-Brief dergeſtalt nicht verſtanden werden mögen, daß er davon befreyet ſeyn ſoll, da nicht einſten die geiſtliche Rechte dieſe Straffe excipiren.

So halten wir davor, daß bey einem ſolchen pardon-Brief der delinquent mit dergleichen Straffe wohl beleget werden mögen, und dem Herrn Commendanten bey deſſen execution nichts beyzumeſſen ſey.

Die fünffte Frage betreffend, iſt zwar ſonſten einiger Dd. Meynung, quod proteſtatione pendente, nihil ſit innouandum,

BALDVS *in auth. ſed iam C. depoſ.*

und

Digitized by Google

und es dahero ſcheinen will, als wenn die proteſtatio einen effectum ſuſpenſiuum hätte. Weil aber dennoch in Rechten nicht zu befinden, daß die proteſtatio ad inſtar remedii appellationis einen effectum ſuspenſiuum habe, und einiger Dd. priuat-Meynung ſolches nicht bewähren kan, cum tantum conſeruet ius proteſtantis, ſi quod habet, hiebey aber abſonderlich zu bemercken, daß nach angeführten Rechten der Geiſtlichkeit bey der geſchehenen execution kein ius proteſtandi zugeſtanden, cum tamen proteſtatio ab eo facienda ſit, qui ius proteſtandi habet

proteſtatione nihil operante.

BRVNNEM. *ad l.* 13. *C. de reſcind. vendit.*

ſicut quoque interpoſita ſuper eo, quod non dependet a voluntate partium, ſed ex diſpoſitione iuris proteſtantem non releuat

CARPZ. *P.* I. *C.* II. *def.* II. *n.* 4.

GVID. PAP. *qu.* 42. *n.* 2.

So mag der Geiſtlichkeit gethane proteſtatio keinen effectum iuris nach ſich ziehen.

Bey der letztern Frage iſt zwar aus dem canoniſchen Rechte bekannt, daß, wer die Kirchen-immunität lædiret, derſelbe ipſo iure in den Kirchen-Bann gefallen ſey, welches allhier appliciret werden möchte, weil der Herr Commendant non obſtante clericorum contradictione die Leibes-Straffe an dem deſerteur exequiret.

Parem violentiam immunitatem.

Weil aber dennoch bereits beygebracht, daß in dergleichen criminibus nicht einſten die immunitas eccleſiaſtica ſtatt finde, und dahero dieſelbe um deſto weniger durch das erkante Gaſſen-Lauffen violiret werden mögen, je weniger ſolches in dem Pardon-Brieffe verſprochen, noch die Rechte dergleichen Straffen verbieten, dieſem nach, wenn gleich in dieſem Fall die immunitas eccleſiaſtica ſtatt finden ſolte, dennoch aus den angezogenen Rechten erhellet, daß dergleichen Straffe nicht verboten, da auch ſo gar die Geiſtlichen in Klöſtern und Stifftern die diſciplinam virgarum billigen, und von allen Zeiten her bis aufs Blut exequiret

ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib.* 2. *c.* 39. *p.* 617.

PHILIPP. LABBEVS *in bibl. MSCT. libr. tom.* 7. *p.* 481.

AVTOR *chron. Mont. Seren. ad ann.* 1213.

auch wohl zuweilen ad inſtar pœnitentiæ an Königen vollſtrecket haben,

MATTHAEVS Pariſ. *ad ann.* 1174. *p.* 108.

nicht

nicht zu gedencken, daß die pœnitentia flagellantium weit härter als das Gassen-Lauffen sey, welche doch bekanter massen von der Clerisey selbsten denen pœnitentibus auferleget wird, und dahero was sie selbsten in dergleichen Fällen billigen, bey den weltlichen Straffen nicht mißbilligen können.

So mag gestalten Sachen und Umständen nach allhier keine censura ecclesiastica statt finden. B. R. B.

Protestantes hoc ius ecclesiis suis non amplius tribuunt,

§. XXXIV. Ceterum, cum, prout *supra* ostensum est, protestantes eam ecclesiis *sanctitatem* non indulgeant, quam ecclesiæ Romanæ asseclæ fouent & tuentur; facile liquet, potuisse A. C. principes hoc ius ecclesiis adimere, & merito etiam iis abstulisse, quod ex sanctitate *externa & ceremoniali*, quam profitemur, per se haud fluat, vt recte statuunt B. STRYK. *in not. ad ius eccl. Brunnem. lib. II. c. 2. §. 7.* & MYLER ab EHRENB. *de iure asyl. c. 5. §. 9.* Adiungit prælaudatus MYLERVS varias rationes, quarum præcipuæ hæ sunt: I) quod apud *euangelicæ religioni addictos templis, extra vsum sacrum, nulla sanctitas tribuatur, vt hodie templa non in nullius, sed vniuersitatis, aut ædificantis ac magistratus politici dominio quasi & directione sint.* Huic rationi, vtut satis proba sit, calculum suum non additurus est AVCTOR *disput. Ienens. cit. l.* adductus, si secundum principia eius, ibidem examinata, iudicium ferendum: II) quod templa aliaue bona ecclesiastica potestati & iurisdictioni *magistratus ciuilis* subsint: III) quod ius *asyli* olim ab imperatoribus indultum ad statum imperii præsentem applicari nequeat: IV) quod *salus publica & auctoritas magistratus* ciuilis *immunitatis* abolitionem vrserit, præsertim postquam in summum tracta fuerit abusum, vt templa & monasteria facta sint *latibula maleficorum*, quæ tamen debebant esse *oratoria christianorum.* V) quod ratio veteris testamenti, a templi Hierosolymitani *sanctitate interna* petita, hodie omnino cesset.

nec templis catholicorum in terris suis storum.

§. XXXV. Quemadmodum ergo templa in terris protestantium iure *asyli* destituuntur, ita pari ratione *templa & monasteria catholicorum*, sub principis euangelici regimine constituta, immunitatem nullam contra *domini territorii* auctoritatem & decretum sibi tribuere queunt. Iura *sacrorum* plenius & maiori cum efficacia exercent principes protestantes, a curiæ Romanæ arbitrio in hoc exercitio non dependentes, cui se submittere tenentur præsules sacris Romanæ ecclesiæ addicti. Quodsi ergo decreto *episcopi* monasteria reum fugitiuum dimittere debent: quanto magis ad iussum *principis euangelici*, a quo ad curiam Romanam non æque, vt a decreto episcopali, prouocari potest,

Digitized by Google

poteſt, fugientem receptum brachio ſeculari tradere tenentur. Suspenſum eſt omne *ius diœceſanum & tota iurisdictio eccleſiaſtica papæ* & epiſcoporum in terris proteſtantium, & ſpeciatim contra *ſtatus A. C. addictos*, vt horum exercitio in ſacris inſidias ſtruere vel officere non poſſint.

§. XXXVI. Inde puto decidendam eſſe *cauſam Osnabrugenſem* relatam in *electis iur. publ. cit. l.* & in primis *p.* 236. ex ſcitis inſtrumenti pacis deciſam. Quæſitum nimirum fuit, vtrum epiſcopus A. C. addictus in epiſcopatu Osnabrugenſi ea polleat poteſtate & iure, vt homicidam a monaſterio, ad quod confugit, repetere, &, ſi illud iuſſui epiſcopi præfracte obedientiam denegat, manu fortiore abducere queat? Id quod *cit. l.* affirmatum fuit ex his rationibus. Scilicet 1) in I. P. *art. V.* §. 48. ſuſpenſa eſt omnis *iurisdictio eccleſiaſtica*, & *ius diœceſanum epiſcoporum catholicorum* contra A. C. ſtatus, & ſic etiam contra epiſcopum Osnabrugenſem A. C. addictum, vt in iure territoriali & ſacro turbari nullo modo debeat. 2) Epiſcopi A. C. addicti, æque vt *catholici*, duplicem perſonam in eccleſiaſticis principatibus, quibus præſunt, gerunt, *epiſcopi & principis*, cum etiam *ſtatus & dignitas eccleſiaſtica* iis in *art. V.* §. 22. expreſſe aſſerta fuerit, qua de cauſa ex duplici fundamento *iura ſacra* exercere poſſunt. Hoc poſito epiſcopus Osnabrugenſis, tum vt *epiſcopus*, tum etiam vt *dominus territorii* monaſterio iniungere potuit, vt ad ſe confugientem dimittat, cum etiam apud catholicos monaſteria ſubſint iurisdictioni epiſcopi, eiusque arbitrio hac in re ſtare teneantur. 3) Reſtricta eſt quidem poteſtas epiſcopi Osnabrugenſis in *art. XIII.* §. 8. *I. P.* ne durante adminiſtratione & regimine epiſcopi A. C. addicti circa *cenſuram eccleſiaſticorum catholicorum* itemque *vſum & adminiſtrationem ſacramentorum* ritu Romanæ eccleſiæ, vt & cetera, quæ ſunt *ordinis*, aliquid diſponatur, ſed *horum omnium diſpoſitio* domino archiepiſcopo Colonienſi, veluti metropolitano, reſeruetur; verum hæc reſtrictio non tollit ipſam *iurisdictionem eccleſiaſticam*, ſed *iura* tantum *ordinis* & *cenſuram* concernit, ſi ſecundum *inſtrumenti pacis* diſpoſitionem vnice iudicium ferendum. Grauius 4) dubium ſubnarum eſſe videtur ex *capitulatione Osnabrug. art. IV.* ſecundum quam *ordinationes, cenſuræ, viſitationes, correctiones, ſynodi, cognitio & iurisdictio cauſarum eccleſiaſticarum cum omnibus ſuis ſpeciebus &c.* intuitu ſubditorum catholicorum capitulo, oder weme es ſonſten von Alters gebühret, ſuprema vero diſpoſitio electori Colonienſi reſeruata fuit, quorſum etiam referenda videtur cognitio *de iure immunitatis.*

Cauſa Osnabrugenſis refertur.

Digitized by Google

Cognitio de iure asyli mixti fori censetur.

§. XXXVII. Enim vero non negant ipsimet pontificii doctores, graue admodum dubium supereſſe, cuius cognitionis hæc cauſa ſit, vtrum tantum *iudicis eccleſiaſtici*, an vero *ſecularis* ſimul? *mixti* enim *fori* hanc cognitionem eſſe, plures tradere, agnoſcunt WIESTNER *ad tit. de immunit. eccl. n.* 164. FELICIANVS de OLIVA *de foro eccleſ. P.* I. *qu.* 27. licet ipſi contrariæ ſuffragium ſuum dederint ſententiæ. CANISIVS *ad cit. tit. n.* 35. magis inclinat ad mixti fori cognitionem, *cum principis ſecularis interſit, vt delicta puniantur, & malis hominibus purgetur territorium*, quæ ratio ſatis ſolida eſt, &, ſtante hypotheſi contraria, quod *cauſa immunitatis* ſit *eccleſiaſtica*, omnino recipienda eſt. Iam vero *iurisdictio cauſarum eccleſiaſticarum*, capitulo reſeruata, ad illas vnice cauſas reſtringenda, quæ mere *eccleſiaſticæ* dicuntur, vtpote quæ κατ' ἐξοχὴν & primario ita appellantur, non vero ad eas extendenda, quæ *mixti fori* cenſentur, quippe quæ mere *eccleſiaſticæ* haud dicendæ. Neque enim ex *I. P.* apparet, epiſcopo Osnabrugenſi in his cauſis aliquid ademtum fuiſſe; multo minus *capitulatio perpetua* vltra ea, quæ capitulo reſeruata, extendenda, ſed in dubio pro *ſtatu*, *iure*, & *dignitate* epiſcopi Osnabrugenſis reſpondendum, cum non ſit mere *ſecularis* princeps, ſed ſimul *eccleſiaſticus*, imo ipſe WIESTNERVS *cit. l. n.* 167. concedat, in *cauſis mixti fori* locum eſſe *præuentioni*. Atque hoc eo magis aſſerendum, quia ex antiquitatibus plus quam manifeſtum eſt, olim cognitionem huius cauſæ vnice ad *territorii & regnorum principes* pertinuiſſe, & quamuis pedetentim etiam *epiſcopi* ſe illi quoque immiſcuerint, imo nonnunquam priuatiue ad ſe trahere conati fuerint, principes tamen ſeculares acriter reſtitiſſe, nec ſe ab hac cognitione prorſus excludi paſſos eſſe, vti per ſeriem ſeculorum oſtendit Dn. ENGELBRECHT *cit. diſſ. c.* 2.

Immediate ſanctitas variis modis læditur.

§. XXXVIII. Explicui paucis effectum *ſanctitatis internæ* præcipuum, quem in *aſylis* quærunt, ſimulque quomodo *mediate* illa violari dicatur, oſtendi. *Immediate* contra *ſanctitatem* eius peccatur, ſi quis *vim* ipſis eccleſiis adhibet, vel alia indecora in eccleſiis peragere tentat, quæ *loci reuerentiæ* aduerſantur & *contemtum* eius facile pariunt. Vis eccleſiis inferri poteſt variis modis, quæ *ſacrilegium*, crimen iure canonico grauiſſimum, parit, veluti ſi quis eas vaſtat, prædia eius & donaria exſpoliat & inuadit, vel prædia vſibus ſecretorum cœleſtium dedicata vexat, *c.* 12. 13 C. 17 *q.* 4. eccleſiam igne conſumit, *c.* 4. *ibid.* de miniſterio ſanctæ eccleſiæ aliquid furatur, *c* 16. 18 *ibid.* eam infringit, *c.* 21. vel in genere iura, priuilegia, & immunitates eius minuit, tollit, violat. Nullum

Digitized by Google

lum eſt crimen, quod latiorem ambitum habeat, quam *ſacrilegium*, quod in *violatione rei ſacræ* conſiſtit: *ſacrum* autem omne id cenſetur, quod *eccleſiæ* eſt, vel eſſe iudicatur. Cum enim *eccleſia ſancta* eſſe credatur *ſanctitate interna*, virtute cuius in dominio ſingulari Dei eſt cum omnibus *acceſſoriis*, pariter quoque res eccleſiaſticæ, & iura & priuilegia eiusdem ſortis eſſe cenſentur per conſequentiam, quod ad patrimonium *eccleſiæ ſanctæ* ſpectent, in dominio Dei ſint, *c.* 3. C. 12. *q.* 2. Deo tradita *c.* 5. *ibid.* & Chriſti patrimonium, *c.* 6. *ibid.* ei conſecratum. *c.* 10. *c.* 22. *ibid.* Sicuti vero in infinitum iura ſua extenderunt clerici, & præterea *iudices in propria cauſa* facile ſe conſtituunt; ita mox, mota controuerſia de re aut iure eccleſiaſtico, *ſacrilegii* crimen laicis obiicitur, vt metu *excommunicationis* ipſo iure incurrendæ, eos a perſecutione iuris ſui eo facilius deterreant. *c.* 24. C. 12. *q.* 2. Iura ſacrorum, quæ iure *ſummi imperii* recte exercentur a principibus, in claſſem *ſacrilegii* referuntur, ſi epiſcopi illa principibus adimere ſibique applicare geſtiunt, quod hac *vſurpatione laicali* ius ipſius Dei violetur. Quis ignorat, imperatoribus crimini datum fuiſſe, quod ius inueſtiendi per *annulum* & *baculum* exercuerint, quod *grande ſacrilegium* eſſe credebatur, quoniam hoc modo eccleſia, quæ in *libertatem* eſſet vocata a CHRISTO, *ſerua* & *ancilla laicorum* fieret, ut GREGORIVS VII. cenſuit. Scilicet quia docuerunt, eccleſiis deberi *ſanctitatem internam*, per indirectum quoque omne ius ſupremum rerumpubl. in iura & res eccleſiarum abolere anniſi ſunt, ſeſeque vnice *diſpenſatores* & *adminiſtratores* horum iurium, ut vicarios Dei, conſtituerunt. *c.* 3. C. 12. *q.* 2.

Vnde crimen ſacrilegii naſcatur?

§. XXXIX. Cum ergo *ſacrilegii* huius ratio primaria in eo quæratur, quod *ſanctitati internæ* iniuria inferatur, & *immediate* in Deum crimen committatur, *c.* 12. C. 17. *q.* 4. dum eius iura & res *ſacrilega mente* vel *manu* inuadere dicantur facinoroſi; non leue dubium inde naſcitur, vtrum etiam proteſtantes crimen *ſacrilegii* agnoſcant, in violatione rerum eccleſiaſticarum & eccleſiarum? Hiſce enim *ſanctitatem* quidem tribuunt, ſed tantum *externam & ceremonialem*. Præterea vero haud aſſerunt, res eccleſiaſticas & iura eccleſiarum eſſe *ſpiritualibus* annumeranda: negant, res tales eſſe in *ſpeciali* Dei *dominio*, quod *vniverſitati* attribuunt: denique haud concedunt, res tales tantum ad *iura ſacerdotum* pertinere. Et tamen vnice ex his principiis pontifices petierunt rationem *ſacrilegii*. BONIFACIVS in *c.* 3. C. 12. *q.* 2. diſerte ait: *nulli liceat ignorare, omne, quod Domino conſecratur, ſiue ſuerit homo, ſiue animal, ſiue ager, vel quicquid ſemel fuit conſecratum, ſanctum ſanctorum*

An proteſtantes etiam ſacrilegii crimen agnoſcant?

Rationes dubitandi,

Digitized by Google

Domino erit, & ad ius pertinebit ſacerdotum. Inde infert, quod is, qui *a Domino & eccleſia, cui competunt, ea auferat & inuadat, ſacrilegus iudicandus ſit.* In *c.* 5. *ibid.* ſacrilegus dicitur, qui prædia Domino, *cui tradita ſunt*, ſubtrahit. In *c.* 6. *ibid.* *homicida* dicitur, qui *Chriſti pecunias* aufert, quod repetit incaute CARPZ. *pr. crim. qu.* 89. *n.* 2. In *c.* 10. *ibid.* ſacrilegus iudicatur, qui *eccleſiaſticas oblationes & quod DEO conſecratum eſt*, rapuerit, quod reguſtatur in *c.* 21. & 22. *ibid.*

in ſanctione Carolina cognitæ.

§. XL. Hiſce principiis innititur *Sanctio Carolina criminalis art.* 171. *ſeqq.* vbi dicitur: Stehlen von geweyheten Dingen oder Stätten, iſt ſchwerer denn andere Diebſtähle. Sufficit ergo, ſi vel *res conſecrata* vel aliquid ex *loco conſecrato* auferatur, quamuis iure ciuili vtrumque deſideratum fuiſſe videatur. *l.* 5. *l.* 9. *pr. ad L. Iul. pecul.* Si *ſacrilegium* ergo grauius crimen eſt *furto*, grauiori quoque pœna adficiendum, quod etiam Saxones ex principiis Romanæ eccleſiæ eo tempore, quo collectio facta eſt, tritura forenſi approbatis, ſecuti ſunt, conſtituendo pœnam crurifragii. Ita enim in *iur. prou. lib. II. art.* 13. die Kirchen und Kirch-Höfe berauben, die ſoll man Radebrechen, quæ pœna, iudice CARPZOVIO *pr. crim. qu.* 89. *n.* 18. *ſqq.* tunc demum locum habet, ſi res *ſacra* ex loco *ſacro* fuerit ablata. Mirum eſt, Saxones, eodem teſte, tam ſtricte huic pœnæ inhærere, quæ tamen non aliunde, quam ex *ſanctitate interna rerum & loci*, deſumta eſt, a qua alieni ſunt proteſtantes. Vnde etiam extra Saxoniam apud euangelicos fere pœna eadem, quæ in aliis furtis communibus locum habet, dictatur, quod apud nos ceſſet *conſecratio* & ſic proprie dictum *ſacrilegium* committi nequeat, obſeruante Dn. LVDOVICI *ad art.* 172. *C. C. Carol.* Interim eius rationem tamen habendam eſſe arbitror, quod ex loco, *ſecuritate externa* ſeu *ſanctitate* munito, res ablatæ fuerint, quippe quæ hoc modo læſa eſt, & ita pœna certo modo aggrauanda eſt, vt *lib. V. tit.* monſtrandum.

Deciſio.

Eccleſiæ non adhibendæ ad vſus promiſcuos,

§. XLI. Sicuti vero eccleſia exſtructa eſt ad vſus tantum pios & ſacros, non ad alios quoscunque; ita ratio boni *ordinis* & *decori publici* poſtulat, ne ædes hæ extra cultum ſacrum ad vſus promiſcuos adhibeantur, id quod nec *honor externus*, loco debitus, permittit, licet vel maxime ab opinione *ſanctitatis internæ* alieniſſimi ſimus. Hanc cum ſtrenue defendant eccleſiæ Romanæ ritibus viuentes, longe adſtrictius & maiori cum ſeueritate omnes alios vſus profanos ab eccleſia arcent, metuentes, ne locus vel *polluatur* vel *ſanctitas* profanetur. *c.* 2. *de immun. eccl. in* 6. Cautum inde eſt (1) ſeculares iudices *cauſas criminales*, vbi de *ſanguinis effuſione* vel *corporali pœna* agitur, in eccleſiis vel cœmeteriis

(1) non ad iudicia criminalia,

agi-

Digitized by Google

agitare haud debere, quod *absurdum sit, & crudele, ibi iudicium sanguinis exerceri, vbi est tutela refugii constituta. c. 5. X. de immun. eccles.* Iudicia in ecclesia vel cœmeteriis agitare, non absolute prohibet pontifex, sed tantum præcauet, ne *causæ sanguinis* in iis peragantur, id quod ratio adducta suadet. Neque enim, vbi adhuc *iudicia prouincialia*, die Land-Gerichte, *sub dio* habebantur, infrequens fuisse videtur, in *cœmeteriis*, imo pro re nata in *ecclesiis*, ea habere. De antiquis iudiciis sub dio celebratis agit MEINDERS *de iudic. centenar. c. IV.* §. 46. vnde liquet, diu cessasse *curias*, maxime ruri. His pedetentim introductis in ciuitatibus, mos irrepsisse videtur, celebrandi *iudicia* in *ecclesia*, quemadmodum etiam alia *placita singularia* seu *conuentus* ibidem habebantur, vt olim etiam in Anglia. vid. *supplem. act. erud. tom. VIII. sect.* 8 *p.* 328. Id tamen GREGORIVS X. tandem in *c.* 2. *X. h. t. in* 6. prohibuit voluitque, vt sententiæ in ecclesia latæ sint ipso iure nullæ.

§. XLII. In *concil. Eborac. de anno* 1367. *c.* 1. apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p.* 1785. abusus plures, qui in ecclesiis inualuerant, taxantur & abolentur, quibus etiam accenset, *ne placita secularia teneantur in iisdem.* Iam in *concil. Arelat. VI. de anno* 813. *c.* 22. apud HARDVIN. *tom. IV. concil. p.* 1006. idem mos inueteratus notatus erat: *vt placita publica & secularia neque in atriis basilicarum neque in ipsis basilicis fiant, dicente Domino: domus mea domus orationis vocabitur.* Idem repetitum *in capit.* HERARDI, *archiepiscopi Turonens. de anno* 858. *c.* 109. apud EVNDEM *tom. V. concil. p.* 457. & speciatim prohibitum in *c.* 2 *h. t. in* 6. Placita *secularia* tantum prohibentur, non item *ecclesiastica*, quæ ex more antiquo in ecclesiis habita fuere. Quis ignorat, concilia seu *comitia ecclesiastica* in *ecclesiis* regulariter celebrata fuisse? *Synodi*, visitationum gratia institutæ, itidem in ecclesiis habentur: pari ratione etiam *promotiones doctorales & magisteriales* atque *electiones imperatoris* in ecclesiis fieri solent, quod *actum* quendam *sacrum* contineant. Sponsalia publica in pluribus locis eadem de causa in ecclesiis iniri solent, quæ hierologia ad eas adstrinxit. Conf. BARBOSA *lib. 2. iur. eccl. c. 3. n.* 11. nec ad placita secularia,

§. XLIII. Vlterius (11) recte prohibitum est, ne in ecclesiis *negotiationes* instituantur, aut *conuentus mercatorum publici*, die Börse, per *cit. c* 2. In *synodo Exoniensi de anno* 1287. *c.* 13. apud HARDVIN. *tom. VII. p.* 1090. districte prohibitum est, *ne in quibuscunque ecclesiis, atriis earum, vel cœmeteriis mercata de cetero teneantur, nec vllas negotiationes qui piam exercere præsumat.* Tollitur his verbis abusus, qui ab antiquo irrepserat, ut *res venales* diebus dominicis & festiuis exponе- (11) non ad negotiationes,

Digitized by Google

ponerent in atriis ecclesiarum, quod esset eo tempore confluxus hominum insignis, vt docet *concil. Eborac. de anno* 1367. *c.* 1 apud EVNDEM *cit. l. p.* 1785. In oriente iam seculo VIII. hic mos, negotiationes in ecclesiis instituendi, irrepserat, vt liquet ex *c.* 76. *concil. quinisexti de anno* 706. apud EVNDEM *tom. III. p.* 1690. *quod non oporteat intra sanctos ambitus cauponariam officinam vel ciborum species proponere, vel alias venditiones facere, suam venerationem ecclesiis seruantes*, & quidem ex ea potissimum ratione, quod *Christus eos, qui sacrum commune fecerant, ejecerit.* Cum enim eadem *sanctitas* templis N. T. attributa fuerit, quae *templo Hierosolymitano* data erat, non poterant non sententiam CHRISTI huc quoque trahere. Diu durauit hic mos etiam in occidente, adeo vt in concil. *Bituricensi de anno* 1584. apud EVNDEM *tom. X. p.* 1468. adhuc seuere vetitum fuerit, ne in *ecclesiarum porticu* exercerentur mercaturae, quod *sanctitas* etiam huic loco adhuc deberetur.

(3) non ad conuiuia,

§. XLIV. Inprimis vero (III) non congruit, vt conuiuia, comessationes, saltationes & alia ludicra in ecclesiis fiant, cum reuerentia loco debita haec non permittat. BARBOSA *cit. l. n.* 22. In *synodo Autissiodorensi de anno* 778. *c.* 9. apud HARDVIN. *tom. III. concil. pag.* 445. hac de re ita cautum: *non licet in ecclesia choros secularium vel puellarum cantica exercere, nec conuiuia in ecclesia praeparare.* De *agapis* hic non est sermo, quae eo iam desierant tempore, quaeque in ecclesiis facilius tolerari poterant, quamuis in *concil. Laodic. c.* 28. *de anno* 372. iam cautum fuerit, *ne in ecclesiis fierent*, v. HARDVIN. *tom. I. concil. pag.* 785. quod etiam repetitum in *concil. Trull.* apud EVNDEM *tom. III. p.* 1687. Adhuc seculo IV. in Africa hic mos perdurauit, vt ipsi clerici cum episcopo in ecclesiis conuiuia celebrarent, quod indicat *concil. Carthag. III. de anno* 397. *c.* 30. Apud HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 964. *vt nulli episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab his conuiuiis, quantum fieri potest, prohibeantur.* De *agapis* seu *conuiuiis sacris* hic sermonem esse, obseruat SCHELSTRATE *de eccles. Afric. diss. VII. c.* 7. §. 14. quod vel adiecta limitatio ostendit. Quia vero haec conuiuia non amplius *sacra* visa fuere, & forsan nonnunquam in *comessationes* degenerarunt, pedetentim prorsus sublata sunt. Multo minus ergo alia conuiuia in ecclesiis permissa sunt, nec hodie inter protestantes impunita. Notum est, rusticos pentecostes tempore suas solennes habere comessationes, vulgo das Pfingst-Bier, & cum ante aliquot annos in pago quodam cereuisiam sub grauissimo æstu in porticum ecclesiae inferrent,

an ad agapas?

ne

Digitized by Google

ne æstu corrumperetur, & comessationes ibidem instituerent, pœnam extraordinariam carceris iis dictatam fuisse, memini.

§. XLV. Immunes quoque sunt ecclesiæ earumque bona (IV) ab *inhospitatione* publica, prout cautum in *c.* 1. X. *de immunit. eccl.* Olim minime ab hoc onere eas exceptas fuisse, multo minus monasteria, ostendit TABOR *de metat. P. II. c.* 3. *& 4 sq.* Idem docent diplomata cæsarum infinita, quibus speciatim ecclesiis quibusdam & monasteriis immunitatem concesserunt. Hinc consueta formula: *vt nullus iudex publicus neque quilibet ex iudiciaria potestate, seu aliquis ex fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ ac nostris, in ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones, quas moderno tempore iuste & rationabiliter possidere videtur in quibuslibet pagis & territoriis sitas, vel quicquid etiam deinceps propter diuinum amorem conlatum fuerit, ad causas audiendas vel freda exigenda, aut mansiones* (hospitium) *& paratas* (viaticum) *faciendas* &c. *ingredi audeat.* SCHATEN. *in annal. Paderborn. ad ann.* 821. Plures eiusmodi formulas congessit MARCVLFVS *lib. I. formul. n.* 2. *seqq.* Conf. BIGNONIVS *in not. ad Marculf.* apud BALVZ. *tom. II. capitul. p.* 878. *seqq.* Quæ ergo monasteria olim non specialiter exemta erant, onus *paratarum & mansionum* subire cogebantur. Quamuis vero hodie generale priuilegium habeant *domus ecclesiarum*, quas clerici inhabitant, palam tamen est, non *iure diuino* propter ecclesiæ *sanctitatem internam*, quæ ab omni seculari potestate easdem cum accessoriis eximit, sed ex *beneficio principum* hoc onere ecclesias earumque bona liberata fuisse.

(4) non ad inhospitationem.

§. XLVI. Imo (V) generatim omnem *immunitatem* a quibuscunque *oneribus publicis* & ipsa *potestate ciuili* ex hoc principio de *sanctitate* ecclesiarum *interna* petierunt pontifices. *c.* 1. *de immun. eccl. in* 6. Aperte hoc docet BONIFACIVS VIII. in *c.* 4. *de censib. in* 6. censetque *ecclesias atque ecclesiasticas personas ac res ipsarum non solum iure humano, sed & diuino a secularium personarum exactionibus esse immunes.* Cum enim per *consecrationem* in dominium Dei templa transire dicantur, eorumque *patrimonium* eiusdem sortis & iuris habendum sit, prona consequentia est, potestati ciuili nullum ius in iis relictum, sed *iure diuino* hanc immunitatem iisdem attribuendam esse. Ita censuit IVO Carnutensis episcopus *epist.* 79. scribens: *in quo bene consentiunt instituta imperialia, quæ dicunt, res ecclesiasticas non esse iuris humani, sed diuini,* prouocans ad §. 7. *&* 8. *I. de rer. diuis.* Idem iudicium *de qualitate harum rerum* repetit *ep.* 140. *res enim ecclesiasticæ, sicut testantur etiam seculi leges, quia iuris diuini sunt, in nullis bonis sunt, & ideo prorsus errat, qui*

Immunitatem habent ecclesiæ ab oneribus publicis; an iure diuino?

Digitized by

qui pro ſuis occaſionibus eas aut principum iuſſionibus, a quibus eas maxime ſeruari conuenit, vſurpat & male tractat. Denique *in epiſt.* 214. eandem cantilenam repetit: *cum ea, quæ xenodochiis, ptochotrophiis & aliis religioſis domibus deuotio fidelium pro redemtione animarum ſuarum dare conſueuit ad ſuſtentationem eorum, qui ibi morantur, non iam in humanis rebus computanda ſunt, quia DEI ſunt, oportet rectores eccleſiarum, vt ea tanquam diuina patrimonia in defenſionem eccleſiæ ſuſcipiant, & exerto gladio ſpiritus peruaſores eorum & diſtractores tanquam DEI contemtores canonica ſeueritate ferire non differant.* Conf. FELICIANVS *de* OLIVA *de foro eccleſ. P.* I. *q.* 10.

quod negatur,

§. XLVII. Ita vero rationes ſubducere coguntur, quia tantam *conſecrationi & ſanctitati* eccleſiarum attribuunt virtutem atque efficaciam. Vbi vero hoc fundamentum deſtruis, vbi demonſtras, *conſecrationem* in nouo fœdere non deſiderari, ſed meram eſſe *ceremoniam indifferentem*, nec operari idem, quod apud gentiles inde petebatur: ſanctitatem *internam* eſſe cerebrinam & imaginariam, & quæ ſunt alia huius generis dogmata ſaniora; ſtatim apparebit, hanc immunitatem eſſe

quin potius ex beneficio imperatorum fluit,

beneficium imperatorum, & ita vnice ex *iure humano* petendam. Id egregie illuſtrauit PAVLVS SARPIVS *in tr. de beneficiis*, oſtenditque, proprietatem bonorum eccleſiaſticorum eſſe penes *vniuerſitatem*, vt *bona eccleſiæ* ſint res in *patrimonio vniuerſitatis* exiſtentes. Id declarat praxis primæua imperatorum, ſuccincte tradita *in iure paroch. ſect. V. c.* 3. §. 7. Idem denique ſaniores inter pontificios confirmant, quibus præ ceteris annumerandus eſt IOSEPHVS BERNHARD. GLETTLE *in anatom. iurid. amortizat. & immunit. eccleſ.* quem libellum, inuidia clericorum per multos annos ſuppreſſum, tandem veritatis cultor anno 1714. in lucem emiſit. Nihil hac ſententia in antiquitatibus frequentius, nihil hac publica confeſſione apud antiquos eccleſiæ proceres certius, quod *diplomata eccleſiaſtica*, monaſteriorum *priuilegia*, regum *capitularia* & alia *documenta* publica, quorum copia hodie abundamus, docent teſtanturque. Notari præ ceteris merentur HINCMARI *literæ canon. ad clerum & pleb. eccleſ. Laudunenſ.* etiam a STEPHANO BALVZIO *tom. II. capit. p.* 622. relatæ, vbi *c.* 6. de his eccleſiis, quæ in iure nobilium erant, hæc dat præcepta: *eccleſiis quoque in proprietatibus liberorum hominum ac coheredum exiſtentes, vt ſuæ tradantur eccleſiæ, non debet cogere* epiſcopus; *ſed ſecundum ſynodalia & imperialia capitula, quæ regularia probat eſſe eccleſia, ſatagat, quatenus dotis immunitates, ſicut ceteræ eccleſiæ,* AVCTORITATE REGIS *habeant.* Erat ergo eo tempore ſententia

Digitized by Google

tia ſaniorum epiſcoporum, in *iure cæſareo* ac *ſynodali* fundata, immunitatem hanc *auctoritate regum* principumque impetrandam eſſe.

Generalis obſeruantia de immunitate eccleſiaſtica.

§. XLVIII. Non inuidenda eſt *immunitas* ab *oneribus publicis* eccleſiis earumque patrimonio, quam tot ſeculorum praxis confirmavit, legum publicarum repetita confirmatio ſtabiliuit, & optima ratio ad hæc vsque tempora muniuit; non tamen propterea neceſſe eſt, ad fundamenta erronea & ficta deſcendere, & ex *iure* quodam *diuino* eandem petere. Sunt *eccleſiæ* in proprietate *vniuerſitatis eccleſiaſticæ*, & ſic res *vniverſitatis*, cum in *cætus eccleſiaſtici* vtilitatem exſtruantur, ſi *eccleſias patronatas* exceperis, quæ ab antiquo in *iure patronorum* fuere. *Bona eccleſiaſtica* itidem ſunt res in patrimonio parochiæ & *vniuerſitatis* exiſtentes, vt ſupra *tit. de præbend.* §. 29. *ſqq.* euictum eſt, & ſicuti aliæ *res vniverſitatis* a principibus varias *immunitates* acceperunt, ita etiam hoc patrimonium eccleſiaſticum iisdem gaudere debet, vt tamen tempore *neceſſitatis* quieſcant, ne in noxiam reipublicæ alias vergant. Extra caſum *neceſſitatis* autem, quin *immunitates* iis conſeruari debeant, nullus adeo dubitandi locus eſt.

Hæc immunitas etiam extenditur, vt amortizationem quoque reprobent.

§. XLIX. Vlterius adhuc *immunitatem* ab omni poteſtate ciuili extendunt, vt ne quidem vlla lex aut conſtitutio, quæ eccleſiis *grauis* eſſe cenſetur, contra *libertatem eccleſiaſticam* valere queat. Quot ſunt, qui *legem amortizationis* damnant, irritam cenſent, reprobant! non alia de cauſa, quam quod *libertati* eccleſiæ reſiſtat, h. e. impediat, quo minus libere quæuis bona cum ſummo detrimento reipublicæ ad ſe trahere poſſit. Saniorem ſententiam ſecutus eſt ſupra laudatus IOSEPHVS BERNHARDVS GLETTLE *in anatom. amortiz. & immunit. eccl. qu.* I. *ſqq.* Quin etiam eandem ſententiam defendendam ſuſcepi in *iure paroch. ſect. V. c.* I. § 23. *ſqq.* Denique praxin huius iuris probat *ſanctio pragmatica* auguſtiſſimi cæſaris LEOPOLDI, quam qua *comes Tyrolenſis* promulgavit, & auguſtiſſimus imperator CAROLVS VI. repetiit. *Sanctionem* ipſam hic repetere placet:

Illuſtratur hoc ipſum ſanctione pragmatica imperatoris Leopoldi.

Wir Leopold ꝛc. ꝛc. Entbieten N. N. allen Grafen, Freyherren, Rittern, Knechten, Hauptleuten, Verweſern, Perckh. und Landrichtern, Bürgermeiſtern, Richtern, Räthen, und allen andern Ambtleuten, Dienern, Unterthanen und Getreuen, was Würden, Stand oder Weſens, die allenthalben in unſerer Fürſtl. Grafſchaft Tyrol geſeſſen, und wohnhafft ſind, vornemlich aber denenjenigen, welche liegende Grund- und Güter, es ſeyen Häuſer, Hof, Weingarten, Wieſen, Acker, Alprecht, Waldungen, Zehend, Gülten, Weyher, Jagt,

Digitized by Google

und Fischers-Gerechtigkeit, Wünwäyd, und dergleichen ohnbewegliche Stück besitzen, unser Gnad und alles Gutes, und geben denenselben anbey zu vernehmen: Demnach fast bey allen erhaltenen Land-Tägen und offenen Zusammenkünfften so wohl, als auch sonsten hinnach durch die Viertels-Verrettere und Abgeordnete von Städt und Gütern in mehr Weg mit sonderer Angelegenheit geklagt und Beschwärs weise angebracht worden, was massen schon von vielen Jahren her und ie länger ie mehr allerhand liegende Güter, Grund und dergleichen unbewegliche Stuck und Gerechtigkeiten, wie oben angeführet, auf unterschiedliche Weiß von denen Weltlichen an die Geistliche gebracht, denen weltlichen aber, um willen der von ihnen geistlich bey überflußig habenden Mitteln, beschehenden Uberzahlungen, die Gelegenheit, krafft der Landes-Ordnung und Statuten zustehendes Recht solche Güter an sich zu lösen, gänßlich benommen werde; welches dann zum Verderben status publici gereichet, und hierdurch erfolge, daß die gemeine Bürden, und Oblagen die geistliche alsdenn auf die weltliche schieben, und diese mithin dergestalt entkräfftiget, daß von ihnen endlich einige contribution, auch in necessitate pro defensione patriæ, nicht mehr könne gereichet werden; Wann dannenhero sie, weltliche Stände, gantz beweglich unterthänigst angelanget haben, daß gleichwie in unseren beeden Ertzhertzogthumben, Oesterreich ob, und unter der Enß auch anderen Erblanden zu mehrmalen solche schädliche alienationes per mandatum generale gnädigst inhibirt worden, also wir gleichfalls auch besagte Fürstliche Grafschaft Tyrol mit ein dergleichen General Pragmatic und Statuto allergnädigst zu erfreuen, oder wenigst geruhen wolten, daß, wenn die Geistliche quocunque titulo siue oneroso siue lucratiuo, inter viuos vel mortis causa dergleichen unbewegliche Güter an sich bringen würden, die Weltliche befugt und berechtiget seyn sollen, solche Güter jederzeit, soluto eo pretio, was das Gut tempore retractus an sich selbsten durch Æstimirung der unpartheyischen treulich werth seyn möchte, wiederum an sich zu lösen. Nun haben wir sothanes Anbringen, und bittliches Anlangen durch unsere Weisen und Räthe umbständlich überlegen, und berathschlagen lassen, und nach eingeholten Dero Rath, und Gutachten allergnädigst befunden, daß erstlich einiger Zweiffel nicht obhanden, sondern sich gebühre und wohlanständig seye, solche Satzungen zu machen, welche denen Unterthanen zu nutzen, und auch zu Versicherung des Landes gedeyen, und auch wie denn ein jeder Fürst und Regent der Unterthanen Wohlfahrt so gut, als seine eigene,

Digitized by Google

gene, ſich angelegen ſeyn laſſen ſolle, und nicht genung iſt, daß eben das gemeine Weſen mit Waffen verſichert, ſondern mit guten und nützlichen Satzungen vorgeſehen ſeye; allermaſſen für das andere gleichfals nit zu zweiflen, daß ein ſolches auch die Billigkeit erfordere, und zulaſſe, denn gleichwie die Kirchen ſelbſten für billig und gut gehalten, die Vorſehung zu thun, daß von denen geiſtlichen Gütern keine ohne Päbſtlichen conſens an die weltliche verwendet werden können, alſo auch um ſo vielmehr billig denen Weltlichen die Vorſehung beſchehen mag, daß ſonderlich von denen liegenden Gütern nichts an die Geiſtlichen gebracht werde; zumahlen dieſe mit Erhalt- und Erziehung der Kinder, auch Beſchützung des Vaterlandes viel gröſſere Beſchwerden obhaben, und dannenhero mehrer, denn jene, ſonderbar der zeitlichen Gütern bedörffen; Geſtalt für das 3te dergleichen Pragmatic nicht allein unſern Vorfahren Glorwürdigſtens Angedenckens, ſo wol als andern Königen und Fürſten zu Nutzen und Wohlfahrt des allgemeinen Weſens gemacht, und verordnet, ſondern auch bis anhero feſtiglich darob gehalten, und behauptet worden. Dieſemnach, und hierauf ſo ſetzen, ſtatuiren, und ordnen wir allergnädigſt, und wollen ernſtlich, daß fürohin einige liegende und ohnbewegliche Gründe, und Güter, wie die Nahmen haben mögen, es ſeyen gleich Häuſer, Hof, Weingärten, Wieſen, Aecker, Alprecht, Waldungen, Gülten, Zehend, Jagen und Fiſchens-Gerechtigkeiten, Wün- und Weyd, in ſumma alles, ſo unter liegenden Boden verſtanden wird, nichts darvon ausgenommen, an die Geiſtliche, ſonderbahr aber, und vorderiſt an die Ausländiſche, was Stand, Würden, oder Orden die ſeynd oder genennet werden, nicht mehr verkaufft, verſetzt, cedirt, verſchenckt, vermacht, geſtifft, gerichtlichen vergonnt, oder auf eine andere erſinnliche Weiſe und Wege, mit was Fürwand es immer beſchehen könte, veräuſſert, transferirt, verſetzt, cedirt und verwendet werden; widrigenfalls ſolche Verkauff, Vermach, Verſchenck, ceſſionen, vergont, und alle dergleichen Veräuſſerungen nichtig, null und von keiner Würckung ſeyn ſollen, worbey gleichwolen die clerici ſeculares, welche die Weltliche ex teſtamento vel ab inteſtato ſuccediren können, dißfalls ausgenommen und befreyet, im übrigen aber alle andere geiſtliche Stände, und dergleichen Communitäten, wie obvermeldet, darunter begriffen ſeyn ſollen: würde ſich aber begeben, daß von dergleichen liegend, und unbeweglichen Grundſtück und Gütern, Gülten, Zehenden oder andern gerechtſamen, wie ob gehört, durch Erbſchafft, vermacht, verſetzt,

Pfändung, executiones oder auf eine andere Weiſe an die Klöſter, Bet-Häuſer, und geiſtlichen Communitäten gelangen thäten, ſo ſoll es den ſtillſchweigenden Verſtand haben, allermaſſen auch alſo gemeynt iſt, daß denen weltlichen hoch- und niedern Standes-Perſonen indifferenter gleich alſobalden, oder nach verfloſſenen den nächſten Anverwandten, competirenden Loſungs-Recht, ſolche Güter je und allezeit, ohne Beſchränckung einiger Zeit oder vorſchützender præſcription, nicht um Bezahlung deſſen, wie hoch es an die geiſtliche Clöſter, Gottes-Häuſer und Communitäten kommen, oder was von ihnen nothwendig darinn verbaut, und verbeſſert worden, welches auch von denjenigen zu verſtehen, denen das ius retractus intra annum ohne das gebühret, ſondern gegen Erlag des pretii, weſſen das einloſende Gut, durch unpartheyiſch, und der verſtändige weltliche æſtimatores tempore retractus billigen Werth zu ſeyn geſchätzt, und von des Orts Obrigkeit erlernet wird, an wiederummen aufzulöſen und einzuziehen bevorſtehen, und deſſen auch berechtiget ſeyn ſolle.

Auf daß nun aber hierdurch denjenigen, ſo etwa zu ihrer Seelen Heyl einiges Legatum, Stifftung, oder anderes dergleichen gottſeliges Vermacht zu thun intentioniret, ihr guter Wille nicht geſperret, oder verhindert werden, ſoll denenſelben auf dergleichen Fall frey und zugelaſſen ſeyn, ſolches in Geld oder andern mobilien zu verſchaffen, und wenn in deſſen Ermangelung müſt, oder wolte verteſtiret werden, ſo ſolle doch ſolches nicht gleich an die Klöſter, Communität und Gottes-Häuſer gelangen, ſondern denen Weltlichen um einen billigen Werth feil und frey geſprochen werden, u. ihnen obvermeldete Loſungs-Gerechtigkeit ohnbenommen ſeyn. Wir vermeynen, ordnen und wollen auch, daß obbegriffene Ordnung und Mandat nun hinfür an zu ewigen Zeiten für ein Geſetz gehalten, in und auſſerhalb der Rechten, aller Orten und Enden beſagter Fürſtlicher Grafſchafft Tyrol als Statt und Würckung haben, dawider kein anderes Geſatz, Recht, Brauch, noch andere Gewohnheit, wie die ſeyn möchten, nachdem wir ietzt hiemit aus Landesfürſtlicher Macht und Vollkommenheit in dieſem Fall wircklich und wiſſentlich derogiren, nicht fürtreffen, oder kräfftig ſeyn ſolle. Und gebieten hierauf bey unſerer ſchweren Ungnade, daß dieſe, unſer Ordnung, Geſatz und Befehlch, wie hinoben eingeführet, von aller männiglichen nachgelebt, feſtiglich gehandhabt,

habt, und niemand darwider zu handeln, oder anderer Gestalten zu beschehen vergönnet noch zugelassen seye, auf keine Weise noch Weg: zu welchem Ende denn, auch bessere Versicherung, und männiglichen Wissenschafft dieselbe in unserem Land Tyrol aller Orten offentlich verlesen, publicirt, und an gewöhnliche Orthe affigirt, zumalen bey den Obrigkeiten, und sonderbahr wo dergleichen contract aufgerichtet zu werden pflegen, zu steiffer Nachgelebung, wohl verwahret aufbehalten, und männiglich darvon nachrichtliche Wissenschafft gegeben werden solle. Und dieses ist unser ernstlicher Will und Meynung.

Geben in unserer Königlicher Residenz-Stadt Prag, den XXVII. Nouembris im 1679ten, unser Reiche des Römischen in XXII. des Hungarischen im XXV. und in des Bohaimischen im IV. Jahren.

Leopold
Joh. P. Hocher Freyherr.

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ
Maiestatis proprium
Max. Ernst Edler Herr
von Toreth.

§. L. Ceterum non tantum bonis ecclesiasticis *omnimodam immunitatem* vindicant ecclesiæ Romanæ doctores, sed inprimis ipsis *clericis*, quos ab omni potestate ciuili exemtos, & soli *ecclesiæ*, vt speciali & separatæ cuidam reipublicæ, subiectos censent, vt nullis *oneribus publicis* a potestate ciuili grauari queant sub grauissima *excommunicationis* pœna. *c.* 4. 7. *X. b. t. c.* 3. *b. t. in* 6. *clem. vn. b. t.* Atque hanc immunitatem clericorum *iuris diuini* esse, decreuerunt Tridentini *sess. XXV. de reform. c.* 20. contendentes, *ecclesiæ & ecclesiasticarum personarum immunitatem Dei ordinatione & canonicis sanctionibus constitutam esse.* Iam ante pronunciauerat BONIFACIVS VIII. in *c.* 4. *de censib. in* 6. *ecclesias ecclesiasticasque personas ac res ipsarum non solum iure humano, quin imo & DIVINO a secularium personarum exactionibus esse immunes.* Longe aliter philosophatur LVCIVS ANTISTIVS CONSTANS *de iure ecclesiasticorum c.* 5. *sqq.* sub quo nomine quidam SPINOSAM, quidam LVDOVICVM MOLINAEVM latitare credunt; sed sine ratione. vid. CLERICVM *dans biblioth. choisie tom. XXI. pag.* 37. Dn. THOMAS. *in*

Etiam clerici censentur immunes ab oneribus publicis iure diuino, quod reiicitur,

hiſtor. content. inter. imper. & ſacerd. p. 417. *ſeq.* Hic omnis in eo eſt, vt variis argumentis oſtendat, ſolo *iure humano* & ex *beneficio principum* eam immunitatem *clericis* eſſe aſſerendam.

& variis argumentis illuſtratur.

§. LI. Non referam nec examinabo CONSTANTIS argumenta, ſed paucis tantum monebo, ſententiam Romanæ eccleſiæ falſis erroneisque niti fundamentis. (1) Clericos ab omni *poteſtate ciuili & iure reipublicæ* eſſe exemtos & independentes, falſum & erroneum eſt, ceu ex recta ratione, iure diuino, conſenſu gentium, & placitis conciliorum optime probatum dedit B. Dn. COCCEIVS *de fundat. in territor. poteſt. tit.* 3. (2) Æque erroneum eſt, eccleſiam eſſe *ſeparatam rempublicam*, a *ſeculari* diſtinctam, adeoque *ſacerdotium & imperium* diuerſam conſtituere *politiam*, quos duos errores plenius examinaui ad *tit. de maior. & obed.* Pariter (3) erroneum eſt, clericis eadem iura tribuenda eſſe, quæ ſacerdotibus & Leuitis in *veteri fœdere* conceſſa ſunt, quamuis plerique immunitatem inde deriuandam eſſe credant, VT GONZALEZ *ad c.* 4. *n.* 8. *h. t.* docet. Præterea (4) ex tot antiquitatum monumentis, diplomatibus, legibusque publicis conſtat, agnouiſſe clericos, patres, & prælatos, ſe immunitatem ſoli *beneficio principum* acceptam ferre debere, quod non obſcure innuere videtur ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit.* 35. *c.* 1. §. 1. *ſqq.* Longum foret, ire per ſingula huius doctrinæ argumenta, plenius *tit. C. de epiſcop. & cleric.* & in *capitular. regum Francor.* infinitisque *diplomatibus* declarata, quæ euidenter oſtendunt, *proprio iure* clericos per tot ſecula nullam *immunitatem* ſibi attribuere potuiſſe. Agnouit (5) denique veritatem huius doctrinæ inter conſortes eccleſiæ Romanæ IOSEPH BERNHARDVS GLETTLE in *anatom. legis amortiz. & immunit. eccleſ. q.* 4. *ſqq.* & inprimis oſtendit, bona patrimonialia clericorum recte publicis oneribus ſubiici, eosque legibus ciuilibus, hæc onera determinantibus, obſtringi.

Sine extrema neceſſitate tamen iis immunitas non adimenta.

§. LII. Interim cum *immunitas* clericorum, *perſonalis* inprimis, tot legibus, etiam *Germanicis*, confirmata & ad noſtra vsque tempora propagata ſit, citra *neceſſitatem extremam* illa iis non adimenda ſed conſeruanda. Neque enim iis inuidenda immunitas, quæ ex *cauſis rationalibus* indulta eſt, & quam etiam admittunt proteſtantes. Ita cenſuit facultas noſtra iuridica *M. Nou.* 1717. & ad quæſtionem:

Ob die *reformirte Paſtores* nicht ſchuldig und gehalten ſind, die ihnen *determinirte* geringe Türcken-Steuer zu erlegen?

ſequens

Digitized by Google

sequens responsum dedit:

Ob wohl die reformirten Prediger der Landesherrschaft als Unterthanen unterworffen sind, das homagium würcklich abschweren, auch alle Prediger bey denen vorigen Türcken-Kriegen, die von Reichs wegen verwilligte Türcken-Steuer quoad illorum quotam beygetragen und sich niemals eximiret, ob sie gleich dann und wann um moderation angehalten, wodurch sie zu erkennen gegeben, daß sie zu diesem Abtrag verbunden sind, also, daß sie nunmehro nicht ferner auf die immunitatem prouociren möchten, es das Ansehen gewinnen will.

Weil aber dennoch denen Predigern überhaupt von uhralten Zeiten die immunität von allen dergleichen oneribus in gemeinen Rechten zugestanden, und nachgehends durch viele constitutiones und Reichs-Gesetze bestätiget ist, in übrigen nur in casu extremæ necessitatis sie zu solcher Türcken-Steuer etwas beyzutragen schuldig sind,

R. I. de anno 1550. §. *item* ist auch ꝛc. *& de anno* 1554. und neml. sollen.

CARPZ. *lib.* 2. *iurispr. consist. def.* 308. *&* 309.

welches auch die praxis communis imperii inter protestantes bestärcket, im übrigen anjetzo kein solcher casus extremæ necessitatis vorhanden, und dahero die reformirten Prediger dieser ihrer in gemeinen Rechten fundirten Freyheit billig geniessen müssen, dagegen ihnen nicht zur Last geleget werden mag, daß beym vorigen Türcken-Kriege die Prediger zur Türcken-Steuer mit contribuiret, angesehen eines Theils damals die instehende Gefahr sehr groß war, andern Theils auch die damaligen Prediger ohne præiudiz der successorum die Türcken-Steuer wol zahlen und vor sich ihrer immunität renunciiren mögen, keinesweges aber befugt gewesen, ihren Nachfolgern im Amte dadurch zu præiudiciren, cum pacto priuatorum ius publicum haud mutari possit,

l. 38. *l.* 42. *D. de pact.*

& quæ toti ordini ministrorum ecclesiæ indulta sunt priuilegia, pactis priuatorum conuelli non possint.

c. 12. *X. de for. compet. in f.*

So erhellet hieraus so viel, daß die reformirten Prediger zur Türcken-Steur zu contribuiren, vorietzo nicht schuldig sind.

TITV-

TITVLVS L.

DE

NE CLERICI VEL MONACHI SECVLARIBVS NEGOTIIS SE IMMISCEANT.

§. I.

Inepta methodus.

PRimus huius libri titulus egit *de vita & honestate clericorum* in genere: vltimus speciatim exponit, quæ *negotia* clericis sint interdicta, vtpote *honestati clericali externæ* repugnantia, vt *initium & finis* huius libri conspirare videantur. Tam inepte RAYMVNDVS connectit iuris ecclesiastici materias, vt nullius methodi rationem habuerit, sed ineptum quendam ingenii lusum prætulerit. Referri huc quoque merito debuisset *tit. XXIV. lib. V. de clerico venatore*; sed *venationem* hanc magis inter *delicta ecclesiastica* seu *excessus clericorum* referendam esse censuit compilator. Inter alios ad hunc titulum commentatus BOETIVS EPON; speciatim vero FRANCISCVS DOMINICVS GRANVLETTVS *apologiam pro lege diuina prohibente clericis mercaturam* compilauit. Simile institutum habuit RENATVS A VALLE (seu THEOPHILVS RAYNVDVS Benedictinus, de quo vid. BAYLIVS *in diction.* sub *art. Barnes not. D.*) in HIPPARCHO seu *disceptatione de religiosa negotiatione*, in qua disquirit, *quæ negotiatio a statu religioso abhorreat.* Inter protestantes hoc thema illustrarunt LINCKE *de clerico artifice & negotiatore*, & Dn. MICHAEL GRASSVS Professor Tubingensis quondam celeberrimus, *de negotiatione clericorum probibita.*

Auctores hanc doctrinam illustrantes laudantur.

§. II.

Artificia & negotiationes non absolute abhorrent a vita clericali, vt praxis apostolica docet.

Artificia & negotiationes a vita clericorum non prorsus esse aliena, vel exempla apostolorum docent. Nouimus apostolos piscatores. Nouimus PAVLVM artificem, seu *tentoriorum opificem Act. XVIII*, 3. Ipsemet fatetur, se cum ceteris apostolis laborasse. *Laboramus*, inquit, *nostris ipsi manibus operantes* 1 *Cor. IV*, 11. Idem confirmat 1 *Thess. II*, 9. *Recordamini, fratres, nostrum laborem & defatigationem: quippe qui noctes & dies operando (ne quem vestrum grauaremus) apud*

Digitized by Google

apud vos diuinum euangelium publicauerimus. Rurſus id' repetit 2 *Theſſ. III*, 7. 8. *Vos ipſi ſcitis, quomodo ſimus imitandi: quippe qui non intemperanter geſſerimus apud vos, ut ne victum quidem gratis a quoquam acceperimus, ſed operoſo labore noctes & dies functi fuerimus, ne cui veſtrum grauer eſſemus.* Exemplum ſuum commendat ſenioribus eccleſiæ Ephelinæ *Act. XX*, 34. *ſq.* aiens: *Ipſi vos ſcitis, & meis & meorum vſibus has miniſtraſſe manus. Omnia vobis oſtendi, quod ita laborantes oporteat infirmis ſubuenire & Domini Ieſu verba meminiſſe, qui dare quam accipere dixit eſſe beatius.* Hæc erat *praxis apoſtolica*, eo minus reprobanda, quod apoſtoli vnice propagationem verbi diuini, non quæſtum aut commodam viuendi conſuetudinem, intenderent, nec in tanta rerum inopia, quæ eccleſias plures premebat, graues eſſe eccleſiis vellent. Non erant *ſtipendia* presbyteris aut apoſtolis conſtituta: victum ſibi quovis modo parabant: deerat in apoſtolis, epiſcopis & presbyteris opinio de *ſacerdotio*: vt ceteri *laici* viuebant ſeniores & epiſcopi, & ita a manuum opere exemplo Iudæorum non abſtinebant. Nec monachi, poſtquam *ſolitariam vitam* quidam amplexi ſunt, a laboribus ſe temperabant, ſed more ceterorum *laicorum* laborabant, qui mos per plurima ſecula propagatus eſt.

Cuius peculiaris ratio traditur.

§ III. Erat vero primis chriſtianis in more poſitum, vt, qui poſſent & vellent, aliquid in vſus pauperum & indigentium conferrent, prout ſæpe monitum eſt. Ex his *oblationibus* non tantum paſcebantur *pauperes*, ſed etiam *clerici*, qui indigebant, & ita pedetentim factum, vt ab aliis negotiis plane abſtinere iuberentur, quo eo rectius diuinis vacare poſſent. Prouocabant ad dictum PAVLI 2 *Tim. II*, 4. *nemo militans ſeſe vitæ negotiis implicat, ut militiæ duci placeat*, quo ipſo PAVLVS reſpexit ad *leges militares*, prohibentes, ne milites *negotia ciuilia* ſuſcipe-rent, a quibus *utilitatis publicæ cauſa* excluſi erant. Quamuis vero hac ſententia PAVLVS legem *clericis* in genere ſcribere noluerit, cum potius proprio ſuo exemplo probatum dederit, artificia non eſſe aliena ab vſu vivendi paſtorum eccleſiæ; epiſcopi tamen poſtea conſtanter eam in ore habuere, & hac ipſa clericos a quibuscunque *negotiis ſecularibus* auellere ſtuduerunt.

Oblationibus inter clerum diuiſis a manuum opere abſtinere iuſſi ſunt, adducta ratione ex 2 Tim. II, 4.

§. IV. Iam CYPRIANVS in *epiſt. I. edit. Brem.* oſtendit, ſuo æuo clericos ab omni commercio ciuili auocatos fuiſſe, aiens: *ſinguli diuino ſacerdotio honorati, & in clerico miniſterio conſtituti, non niſi altari & ſacrificiis deſeruire & precibus atque orationibus vacare debent. Scri-*

quod ex doctrina Cypriani illuſtratur,

Digitized by Google

ptum est enim: nemo militans Deo, obligat se molestiis secularibus, vt possit placere ei, cui se probauit. Quod cum de omnibus dictum sit, quanto magis clerici molestiis & laqueis secularibus obligari non debent, qui diuinis rebus & spiritualibus occupati ab ecclesia recedere & ad terrenos & seculares actus vacare non possunt. Magnus iam erat assertor *sacerdotii* CYPRIANVS, adeo vt *iura Leuitica* ad clerum noui fœderis applicare non dubitauerit. Eadem etiam hac occasione in suos trahit vsus, &, *cuius ordinationis*, pergit, *& religionis formam Leuitæ prius in lege tenuerunt, vt cum terram diuiderent, & possessiones partirentur vndecim tribus, Leuitica tribus, & templo & altari & ministeriis diuinis vacabat, nihil de illa diuisionis portione acciperet; sed aliis terram colentibus, illa tantum Deum coleret, & ad victum atque alimentum ab vndecim tribubus de fructibus, qui nascebantur, decimas reciperet. Quod totum fiebat de auctoritate & dispositione diuina, vt, qui operationibus diuinis insistebant, in nulla re auocarentur aut agere secularia cogerentur.* Hoc in imitationem eo tempore iam tractum fuisse in sequentibus declarat his verbis: *Quæ nunc ratio & forma in clero tenetur, vt, qui in ecclesia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab administratione diuina auocentur, nec molestiis & negotiis secularibus implicentur, sed in honore sportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificiis non recedant, sed die & nocte cœlestibus rebus & spiritualibus seruiant.*

qui in sacerdotio iam fundamentum quæsiuit,

§. V. Adeo vero iam ab omni *negotio seculari* alieni esse iubebantur clerici, vt ne quidem *tutores* testamento dari possent a fidelibus, sed testatores, qui hoc ausi fuerint, carerent communione precum post mortem, VT IDEM *cit. l.* subiungit, & denique ita concludit: *vt sacerdotum decretum religiose & necessarie factum seruetur a nobis, simul & ceteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes & ministros Dei, altari eius & ecclesiæ vacantes, ad seculares molestias deuocet.* Quia tamen non omnes episcopi eo tempore a secularibus negotiis sese temperabant, sed plurimi adhuc *negotiationibus* vacabant, grauiter eorum vicem dolet CYPRIANVS *tr. de lapsis p.* 123. & horum mores reprobat. *Episcopi plurimi*, ait, *quos & hortamento esse oportet ceteris & exemplo, diuina procuratione contemta, procuratores rerum secularium fiunt, derelicta cathedra, plebe deserta per alienas prouincias oberrantes, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupantur &c.*

vt ne quidem tutores testamento dari possent a fidelibus,

vel negotiationes exercere.

§. VI. Plures huius prohibitionis causas congessit Dn. GRAGOTIUS peritus a sacerdotio. SVS *cit. l. c. III. p.* 15. quas non examinabo. Tres tamen potiores & pri-

Digitized by Google

primarias fuisse credo, quarum duæ priores seculo III. allegatæ & probatæ sunt; posterior seculis posterioribus accessit. *Prima* petita est, vt iam obseruaui, ex statu *sacerdotii* & *Leuitico* fœderis antiqui, quem potissimum vrsit CYPRIANVS. Omnia componere studuere patres eius seculi ad *instituta diuina Mosaica*, quod crederent, clericos noui fœderis successisse in locum *sacerdotum Leuitarumque* antiqui fœderis, ut fere singulæ doctrinæ *iuris canonici* docent atque comprobant. *Altera* solidior & ad statum *pastorum* ecclesiæ noui fœderis conuenientior est, quod horum sollicitudo & cura pro *salute ouium*, quas pascunt, tam grauis & ampla sit, vt totum hominem desideret, nec facile permittat, vt aliis possint vacare negotiis pastores animæ. Hæc ratio potissimum sub persecutionibus mouit plerosque patres, vt admodum inculcarent, ne *alienis negotiis* sese implicarent, sed vnice *curæ pastorali* intenti essent. Hæc ratio ecclesiæ admodum salutaris & ita comparata est, vt protestantes non potuerint non eam amplecti.

Altera inde deducta, quo eo rectius curæ pastorali inseruire possent.

§. VII. *Tertia* ratio ex *ambitione clericorum spirituali & singulari laicorum despectu* nata & ita hierarchiæ propria est. Huic debetur distinctio inter *laicos* & *clericos* in sensu admodum deprauato. Hi tantum *spirituales;* illi *carnales* & *seculares* reputantur. Horum actiones ciuiles *seculares* & *mundanæ* dicuntur, qua denominatione *vilior* quædam *conditio* indigitatur. Illorum actiones dicuntur *spirituales*, *diuinæ*, & *sanctissimæ*, commercio seculari haud dehonestandæ. Inde *dignitas* eminentior clericis tribuitur, quæ non permittit, vt *mundanis* sese implicent *negotiis*, quæ *statui clericali* non leuem inurunt maculam. Hæc quippe *laicis* vnice propria, hominibus *profanis*, *carnalibus*, & intuitu *clericorum* vilioris & *leuissimæ conditionis*. Audiamus HIERONYMVM in *c.* 7. C. 12. *q.* 1. *Duo sunt genera christianorum. Est autem vnum genus, quod mancipatum diuino officio & deditum contemplationi & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit, vt sunt clerici. - - - Aliud vero est genus christianorum, vt sunt laici: λαὸς enim græce est populus latine. His licet temporalia possidere, sed non nisi ad vsum. - - - Hisce concessum est vxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, causas agere, oblationes super altari ponere, decimas reddere, & ita saluari poterunt, si vitia tamen benefaciendo euitauerint.* Non nego, administrationem cultus diuini *negotium sacrum* esse: non diffiteor, preces & meditationes rerum diuinarum opus sanctissimum constituere, & τὸ ἔργον pastorum ecclesiæ esse. Verum hæc sanctissima negotia ad *mo-*

Tertia desumta est ex ambitione clericorum & despectu laicorum, quod actiones laicorum sint mundanæ, clericorum spirituales,

quod reprobatur.

Digitized by Google

nopolium clericorum minime gentium reſtringenda. Preces quotidianæ & aſſiduæ ſingulis commendatæ & ſic etiam laicis *Col. IV*, 11 *Theſſ. V*, 17. *Rom. XII*, 12. Par ratio eſt meditationis rerum cœleſtium & diuinarum, & quamuis *adminiſtrationi* rerum ſacrarum, quæ miniſterium potius eſt, non vacent; his ſacris tamen interſunt, illis fruuntur, illis paſcuntur & ſic hoc miniſterium in gratiam *laicorum*, vt *ſpiritualem* ipſimet *meſſem* inde faciant, 1 *Cor. IX*, 11. *Rom. XV*, 27. exercetur, & expeditur, imo & ipſimet ad mutuas adhortationes, confirmationes & excitationes, in rebus fidei & pietatis inter ſe obligantur. 1 *Theſſal. V*, 11 14. 15. Æque ergo ſecundum ſacram ſcripturam laici *ſacris* vacare debent, quam *clerici*; æque illi quam hi *ſpirituales* eſſe & *ſancti* iubentur, 1 *Cor. I*, 2. *II*, 2. *III*, 1. 3. *Gal. V*, 19. *ſeqq.* &c. adeoque talis diſtinctio, quam HIERONYMVS in ſcenam producit, a mente & ratione ſcripturæ S. aliena eſt. Re vera enim a commercio ſacro laicos excludere videtur, eosque tantum rebus *ciuilibus* ſubiicere, quod hæ cum illis ſubſiſtere nequeant, id quod tamen euidenter arguit, eo æuo iam omnia *pietatis* exercitia ad *monopolium clericî* tracta, creditumque fuiſſe, *ſpiritualia negotia* tantum *clericis*, *ciuilia laicis* propria, illa vero in vno ſubiecto ſimul ſubſiſtere non poſſe.

Referuntur negotia ſecularia ſpuria,

§. VIII. His de cauſis clericis *negotia ſecularia* ſunt interdicta, quorum ſeries refertur in *c. 1. X. h. t.* eorumque fundamentum in *carnali concupiſcentia* ponitur. Enim vero pleraque ſunt prohibita, quæ magis *delicta* quam *ſecularia negotia* ſunt, & ſic etiam *laicis* interdicta, vt munera iniuſta accipere & dare: turpis verbi vel facti eſſe ioculatorem: aleas amare: in deliciis viuere velle: gulam & ebrietatem ſequi: pondera iniuſta & menſuram habere: negotium iniuſtum exercere &c. Hæc omnibus chriſtianis ſunt interdicta & ipſis legibus notata; quis ergo hæc inter *ſecularia negotia* referret, *laicis* propria, quaſi horum vnice ſit, in luto peccatorum volutari, iniuſte agere, & ſuum cuique detrahere? Talem ſtatum nobis affingunt, vt eundem deprimant, & in *abiectiſſimam conditionem* laicos detrudant. Rem ex vero æſtimantes animaduertimus, illa negotia ſecularia dici, quæ ad *commercia ciuilia* tum *inter gentes*, tum in *ſtatu ciuili* pertinent, & humano generi adeo proficua ſunt, vt ſine illis pax & tranquillitas communis ſubſiſtere non poſſit. *Iudicia* & *arma* rerum publicarum primaria ſunt præſidia, quibus pax *interna* & *externa* conſeruatur. *Negotiationes* indigentiam ſupplent, & in ſingulorum, atque ſic etiam potiſſimum *clericorum*, vtilitatem cedunt. *Medicorum*

Verâ referuntur, generi humano neceſſaria.

opera

Digitized by Google

opera toti humano generi admodum ſalutaris ſit. *Adminiſtratores & procuratores* aliique *officiales* vicariam nobis operam præſtant, quibus nec carere poſſunt *clerici maiores*, qui in ſeruitio ſuo non alios quam clericos habent. Per hos iurisdictionem exercent, officia domus adminiſtrant, & cetera peragunt, quæ tamen *ciuilia* adhuc manent, licet forſan ad rem epiſcopi pertineant. Res *agraria* & *pecuaria* admodum humano generi inſeruit, vt ea carere nequeamus. Non ſunt ergo negotia *ſecularia*, per *contemtum* ita dicta, ludicra, vaniſſima, aut inutilia, ſolis carnalibus, impiis, profanis relinquenda, & hac de cauſa a *ſpiritualibus*, per excellentiam ita dictis, minime exercenda, ſed potius ita comparata, vt genus humanum iis carere non poſſit, ſalutemque ciuium, pacem publicam & infinita commoda operentur.

§. IX. Enim vero ſeculis ſequioribus non tam ſtricte epiſcopi in hac ſubſtiterunt doctrina, ſed pedetentim illa *negotia ciuilia* cum *officio* coniunxere *ſacro*, quæ ingentem ad *imperium ſacrum* fecerunt acceſſionem, & patrimonium ſacrum auxerunt. Olim quidem ex rationibus adductis interdicta erat epiſcopis clericisque in genere (I) *militia* c. 2. X. *de vit. & honeſt. cleric. vt σιδηρόξυλον* eccleſiaſticum crederetur, *clericum militem* eſſe. vid. *lib. III. tit.* 20. §. 74. *ſeqq.* Quis vero epiſcopos milites ducesque belli ignorat, adeo vt in Germania prælati hodie, poſtquam *ſuperioritate territoriali* gaudere cœperunt, inſtructum & perpetuum militem alant, (vid. *lib. III. tit.* I. §. 62.) & præterea exempla doceant, etiam extra Germaniam, cardinalitia dignitate præditos non raro ducum belli geſſiſſe prouinciam. Etiam olim officia eccleſiaſtica frequentiſſime cum *ſtatu militari* coniuncta fuiſſe, docent graues querelæ FVLBERTI epiſcopi Carnutenſis contra epiſcopos milites, relatæ a MARTENIO & DVRANDO *P. I. anecdot. p.* 130. Pari ratione nec (II) *vaſſallorum* ſubire vicem poterant olim clerici, quod itidem eorum ſtatus eſſet *militaris*. Quantopere vero ſcena poſtea mutata fuerit, iam oſtendi *lib. III. tit.* 20. § 71. *ſeqq.* Olim (III) HIERONYMVS, §. 7. adductus, quoque cenſuit, *iudicare inter virum & virum*, laicis proprium & ſeculare negotium eſſe, nec negandum eſt, per plura ſecula, ius *gladii* & *iudiciorum* ſtrepitum haud agnouiſſe epiſcopos, aliosque clericos maiores. Poſtea vero vſus tot annorum comprobatum dedit, *ſuperioritatem territorialem* cum omni ſublimi poteſtate *ſacra* nexti potuiſſe, poſtquam rationes hierarchiæ id poſtularunt. vid. *lib. III. tit.* I. §. 63. *ſq.* & *tit.* 20. §. 80. *ſqq.*

Ciuilia etiam negotia pedetentim clerici ad ſe traxerunt, quæ hierarchiæ & patrimonio inſeruiunt, vt militia,

vaſallagium,

iudicia & ſuperioritas territorialis,

Digitized by Google

officis aduocatorum & tabellionum.

§. X. Præterea (IV) munus *aduocatorum* ciuile & *seculare* esse iudicarunt, a clericis non subeundum, quamuis hoc variis modis limitetur, vid. *tit. de postul.* § 10. 11. Huic accedit (V) quod *tabellionatus* officium clerici in *sacris ordinibus* constituti exercere nequeant, *c.* 8. *X. h.t.* quod tamen non absolute improbat B. STRYK. *in not. ad ius eccl. Brunnem. lib. I. c. VI. m.* 10. §. 9. si modo pastor ecclesiæ rerum ciuilium iuriumque peritia instructus sit, vt sine vllo defectu aut aliorum læsione munus hoc subire possit. Imo expediret sæpe, pastores rurales esse creatos *tabelliones*, quo rusticis in causis suis ciuilibus præsto esse possent, quibus alius adiutor sæpe deest. Quia tamen pauci harum rerum gnari sunt, & tamen, quæ ad tabellionum munus spectant, affectant, satis prudenter in *ord. Guelpherb. renou. eccl. P. I. c. IV.* § 7. illis prohibitum, pacta dotalia, testamenta, donationes inter viuos, & m. c. contractus und dergleichen weltliche Handelungen auszufertigen, zumal dergleichen documenta auch weder in noch ausserhalb Gerichts agnosciret werden, sondern hiedurch für ungültig und kraftloß erkläret seyn sollen.

In minoribus ordinibus constituti non arcentur a negotiis secularibus.

§. XI. Ita vero in *sacris ordinibus* constituti tantum constringuntur: qui vel primam tonsuram, vel *minores* acceperunt ordines, sicuti nuptias contrahere, ita quæuis *artificia* speciatim non prohibita exercere possunt. Postquam enim contra morem ecclesiæ primæuum clericos *sine titulo* ordinare cœperunt, pro amplianda sua iurisdictione quoscunque artifices tonsurarunt, & ad *minores* admiserunt *ordines*, non vt officium aliquod ecclesiasticum præstarent, sed vt *ciuium ecclesiasticorum* numerus his hominibus augeretur. Neque enim *artificia* & *opificia* cum his ordinibus incompatibilia crediderunt, adeo vt etiam *carnificum* seu *macellariorum* aut *tabernariorum* officium publice & personaliter exercerent, quod CLEMENS V. tandem in *concil. Viennensi* prohibuit. vid. *clem.* I. *de vit. & honest. cleric.* FLEVRY *tom. XIX. histor. eccl. in discurs. prælim.* §. 8.

Procuratores laicorum esse prohibentur clerici.

§. XII. Generatim quoque (VI) prohibitum, ne clerici *laicorum* ministri fiant, nec in rebus eorum *procuratores* existant. *c* 2. *X. h.t.* Seculis barbaris alios mores obtinuisse, obseruat FLEVRY *cit. l.* §. 10. niens: *Mais depuis qu' ils voulurent dominer sur les laiques & amasser de richesses, ils crurent, qu' un des meilleurs moyens etoit de se rendre maistre de toutes leurs affaires; l' ignorance des laiques leur en fournit l' occasion. Car elle alloit, iusque a ne savoir pas lire: en sorte que les grands*

Digitized by Google

grands ſeigneurs avoient des clercs pour ſecretaires & pour receveurs ou treſoriers, tenant les etats & les comptes de leurs revenus C' etoit des clercs, qui etoient greffiers & notaires, avocats & procureurs: en un mot, qui exercoient toutes les profeſſions, ou il faut ſavoir ecrire, d' on vient, qu' on nomme encore clercs les jeunes praticiens. Seculo IX. *domeſticos ſacerdotes* ad viliora munia a laicis adhibitos fuiſſe, tit. *de capell. monach.* §. 18. ex AGOBARDO obſeruaui. Conſtat vero etiam ex antiquitatibus, primaria munera *ciuilia* in regnis per *clericos* adminiſtrata, imo ſummum *aulae ſacerdotem* olim ſimul *primarium regis adminiſtrum* fuiſſe. COINTE *in annal Franc. ad ann. 784. tom. VI. p. 249.* vid. ſupra *tit. de capell. monach.* §. 30. Nec hodiernus vſus viuendi in regnis ſedi papali ſubiectis ab antiquo receſſit, vt tot exempla purpuratorum, epiſcoporum, archiepiſcoporumque, qui *ſupremum* in republica *magiſtratum* geſſere, docent, quin quod Ieſuitæ, Capucini aliique religioſi non adeo artem regnandi faſtidiiſſe legantur, vt recte dicere poſſis, hanc prohibitionem vix vnquam receptam fuiſſe, ſed potius omni tempore clericorum interfuiſſe, vt *negotia laicorum* adminiſtrarent. Speciatim vero iis interdicta eſt *procuratio villarum* ſeu *gubernatio* oppidorum, cautumque, ne *iurisdictiones ſeculares ſub aliquibus principibus & ſecularibus viris, vt* IVSTITIARIVS *eorum fiat, clericorum quisquam exercere praſumat. c. 4. X. h. t.* Sunt IVSTITIARII miniſtri principum aliorumque, iuſtitiæ exercendæ ſeu iurisdictioni maxime *criminali* præpoſiti, *c. 5. X. de pignor.* adeoque ſpecialis hic ratio adfuit, cur *iuſtitiarii* fieri non poſſent. In *ordin. Guelpherb. renou. P. I. c. 4. §. 7.* hoc quodammodo approbatum: Wir gebieten ihnen auch hiemit inſonderheit ernſtlich, daß ſie ſich nicht unternehmen ſollen, in weltliche Händel, bevorab in Sachen, ſo vor dem weltlichen Richter hangen, zu immiſciren &c.

§. XIII. Inprimis porro (VII) clericis interdicta *negotiatio quæſtuaria c. 9 & 10. D. 88.* & quidem ſub pœna remotionis, *c. 13. C. 14. q. 4* imo ſub interminatione anathematis, *c. 6. X. h. t. clem. 1. de vit. & honeſt. cleric. c. 16 X. eod.* quæ iam tempore CYPRIANI reprobata eſt in epiſcopis, vt ſupra vidimus, & per quæuis ſecula clericis prohibita. Nec proteſtantes in diuerſam tranſiere ſententiam, ceu paſſim docent *Saxonica ordinationes*, ad imitationem *electoralis art. gen. 16.* diſponentes: Es ſollen auch die Pfarrer ſich aller unehrlichen Handthierung wie auch des Wein- und Bierſchenckens, Kaufmannſchaft, Verkaufs

Negotiatio vero ſpeciatim iis interdicta,

etiam in terris proteſtantium.

Digitized by Google

kaufs auf Wucher und dergleichen Händel gäntzlich enthalten. In-*ordin. eccleſ. Magdeb. c. XVIII.* §. 9. præterea omnia ſubterfugia, quæ paſtores rurales non raro quærere ſolent, ademta ſunt: Weil ſich auch zu Zeiten die Prediger bey Handelungen, ſo nicht allerdings verantwortlich, entſchuldigen wollen, als wäre es ihrer Frauen Handthierung, ſo ſoll dergleichen nicht angeſehen werden, ſondern es ſollen ſich dieſelbe ſo wol die Weiber und Geſinde aller ärgerlichen Handthierung, Brandwein-Brennens, Wein- und Bierſchenckens, Verkaufs, Wucher, Kaufmannſchaft, procurirens und dergleichen, ſo ihrem Amt nicht geziemen, gäntzlich und bey Vermeidung unnachläßiger Beſtrafung enthalten. Ordinibus minoribus decoratos etiam ſub hac prohibitione comprehendi cenſet Dn. GRASS *cit. l. c. IV. ab init.* ſed vix aſſenſum obtinebit, ſi conferantur, quæ §. *XI.* de quibuslibet *artificibus*, ad *minores ordines* admiſſis, adlata ſunt. Id magis admitto, paſtores ne quidem per *inſtitores* cauponariam vel aliam *quæſtuoſam negotiationem* exercere poſſe, vt recte Dn. GRASS *cit. l. p.* 24. obſeruat, cum nec hoc caſu rationes prohibitionis ceſſent, & quod quis per alium facit, *per ſe* feciſſe putandus ſit. In plerisque locis tamen adſunt cellæ publicæ, ad cathedralem eccleſiam pertinentes, Dohm-Keller, quæ ad vinum publice vendendum aliis locantur, quod itidem parum decorum eſt. Plures alias declarationes ſubiungit prælaudatus Dn. GRASS. *cit. cap.* quæ hanc doctrinam optime illuſtrant.

ne quidem per inſtitores.

Caſus neceſſitatis eos excuſat.

§. XIV. Excipit tamen pontifex 1) caſum *neceſſitatis*, ſi forſan aliunde viuere commode nequeunt, *quia legimus*, ait pontifex, *S. apoſtolos negotiatos fuiſſe*, ſeu potius opera manuum ſuarum ſibi victum quæſiuiſſe, quod inopia omnium rerum premerentur, nec tamen graues eccleſiis eſſe vellent. Ex hac forſan cauſa excuſandi ſunt quidam paſtores, commercium vini aduſti exercentes, quod iis in partem ſalarii, quamuis *minus decore*, aſſignatum; vix tamen iis ſubtrahi poteſt, quod alioquin ſe cum ſuis ex *reditibus parochialibus* ſuſtinere nequeant. Nec adeo inconueniens foret hoc caſu, ſi more apoſtolorum *honeſto* quodam *artificio* vacarent, cum nec rem *agrariam* & *pecuariam* exercere prohibeantur, vtut conſultius foret, ſi res eccleſiaſticæ ita compoſitæ eſſent, vt per alios rus exercere poſſent, quod tamen vbique introduci nequit, vt obſeruaui *in iure paroch. ſect. V. c.* 2. §. 21. Hac de cauſa quoque iis prohiberi non debet ſimplex *fructuum* venditio, quos ex agris parochialibus compararunt, quorſum etiam *vini diſtractio* ex vindemia quæſiti, re-

Digitized by Google

referri debet, adeo vt in plurimis locis quoque iis conceſſum ſit, den Wein, ſo ihnen ſelber wächſt, auszuſchencken. vid. LINCKIVS *de clerico artif. c. III. n.* 41. GRASS. *cit. l. c. V. p.* 39.

§. XV. Eſt vero *negotiatio* duplex, vel *perſonalis* vel *realis*. Illa citra reſpectum prædiorum perſonis ſimpliciter competit; hæc autem *prædiis* cohæret, & *ius* quoddam *reale & eximium*, & quod cum re ad omnem poſſeſſorem tranſit, denotat, veluti ius braxandi, Bier auf feilen Kauff zu verbrauen, und eigne Schencken damit zu belegen, Brandewein zu brennen und auszuſchencken &c. Talia prædia ſi poſſident clerici, non prohibentur, *ius* tale *reale* exercere, quod expreſſe cautum in *ord. elect. Sax. eccl. tit.* 16. vbi excipitur caſus, da ſie eigne Häuſer hätten, darauf ſie zu brauen befugt. Conf. CARPZ. *in iurispr. conſiſt. lib. I. def.* 148. GRASS. *cit. l. p.* 40. Hoc tamen *iuris realis* exercitium ita moderari debet, ne *decorum* lædant paſtores, aut publicum præbeant ſcandalum; alioquin per conſiſtoria limites iisdem ponendi, & vſus huius iuris reſtringendus. Sunt etiam quædam negotiationes, quæ ad commercium ciuium ciuitatum municipalium, zur bürgerlichen Nahrung, veluti das Brauen, Maltzen, Salt ſieden &c. potiſſimum deſtinatæ ſunt, a quibus non vbique excluduntur paſtores ciuitatum, & eo facilius ex quadam indulgentia per conſuetudinem admitti potuere, quod hoc commercium non adeo eos diſtringat, nec ab officio ordinario auocet. Multum hoc caſu *conſuetudini* dandum eſt, quæ clericos ad varia negotia habilitat, alibi interdicta. Nam etiam quæ iure canonico clericis prohibentur, pedetentim tractu temporis mutata, & in *ius legitimum* transformata eſſe, antea obſeruaui.

Negotiatio realis quoque clericis haud interdicta eſt, & illa, quæ a ciuibus municipalibus exercetur.

§. XVI. Denique etiam ſub grauiſſimis pœnis cautum eſt in *c.* 3. *& 10. h. t.* ne *legibus ciuilibus & phyſicæ* operam dent clerici & religioſi. Florebat eo tempore admodum ſtudium *iuris ciuilis* non ſine pontificum inuidia, qui *decretales* ſuas orbi obtrudere ſtudebant. Nec clerici aut religioſi ab eo alieni erant, ſed magno ſtudio, etiam cum neglectu theologiæ, ei incumbebant. Vt ergo *iuris ciuilis* progreſſum per indirectum ſiſteret, & pontificii iuris auctoritatem in foris promoueret aula Romana, ante omnia clerici & religioſi, qui *κατ' ἐξοχὴν eruditi* cenſebantur, ab eius cultura auocandi erant. Ait HONORIVS III. in *c.* 10. *X. h. t.* ſe ideo hoc conſtituiſſe, quod *ſtudium theologiæ ampliari cuperet*, ſub quo interpretes *ſtudium canonum* etiam intelligunt, v. PIRRHING *ad rubr. h. t. n.* 35. quo poſito coniectura adducta eo magis confirmatur. Cum vero ipſa curia Romana vbique in decretalibus *leges ciuiles* explicauerit, con-

An legibus ciuilibus operam dare poſſint?

Digitized by Google

trouerſias inde motas deciderit, & plurima correxerit, imo hoc modo vſum iuris ciuilis in *fora eccleſiaſtica* introduxerit, quæ per *clericos* tantum reguntur, finem ſuum obtinere non potuit pontifex. Acceſſit etiam hæc ratio, quod iuris canonici placita absque *iuris ciuilis* cultura intelligi & illuſtrari non potuerint, adeoque vtrumque ſtudium coniungendum fuit. Vnde factum eſt, vt hæc prohibitio omni caruerit effectu, prout tot commentaria in ius canonicum a clericis compilata, & praxis academiarum, ſedi papali ſubiectarum, quæ etiam ex *priuilegiis papalibus* vtriusque iuris culturam exercendi facultatem acceperunt, manifeſte docent probantque. Denique ſub ſtudio *phyſices* eo tempore integram *medicinæ* artem & *chirurgiam*, ſeu *conſectiones phyſicales*, vt dicitur in *c.* 3. *X. h. t.* intellectam fuiſſe liquet, cum ex conciliorum canonibus plus quam manifeſtum ſit, *artem medicam* clericis fuiſſe interdictam, *c.* 19. *X. de homicid. vol.* ne forſan irregulares fierent, mortis cauſam præbentes. Hoc eo magis etiam in territoriis proteſtantium obtinebit, quo magis per *leges prouinciales* in genere *chirurgia & ars ſanandi* omnibus eſt interdicta, qui eius peritiam publice nec profiteri nec ſe ad eius exercitium legitimare queunt.

An artem ſanandi exercere?

FINIS
LIBRI TERTII.

IVS

Digitized by Google

IVS
ECCLESIASTICVM
PROTESTANTIVM
VSVM HODIERNVM
IVRIS CANONICI
SECVNDVM SERIEM
LIBRI QVARTI
DECRETALIVM
DEMONSTRANS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBRI IV.
DECRETALIVM

TIT. I.
DE
SPONSALIBVS ET MATRIMONIO.

§. I.

TRita est inter protestantes sententia, doctrinam de *sponsalibus & matrimonio* in consistorio non primario ex scitis iuris *ciuilis*, sed ex patrum pontificumque placitis æstimari, non alia de causa, quam quod *causæ matrimoniales* secundum ius ciuile pro *negotio* mere *ciuili* habeantur, quod erroneum plerique censent, creduntque, rationem quandam *spiritualem* in iis deprehendi, adeoque potius ex *patrum* scriptis, in iure canonico asseruatis, & *sacris canonibus* eas esse decidendas. Hoc præiudicium adeo omnes occœcauit, vt ne quidem ICti LVTHERI seria monita, & inuectiuas contra *iuris canonici* traditionem obseruauerint, sed id potius egerint, vt quauis occasione ad illud prouocarent, eius decisiones sine iudicio sequerentur, imo, quod magis est, sæpe crude, peruerse & contra mentem pontificum id ipsum applicarent. Non errant ergo, meo iudicio, qui asserunt, *iuris canonici* conclusiones in foris catholicis congruentius, quam in nostris cohærere consistoriis, cum Romanæ ecclesiæ

Præiudicium commune, ex iure canonico causas matrimoniales esse decidendas,

admodum crude,

vt specialim docetur.

Digitized by Google

doctores ex *principiis* fundamenti loco positis, sua trahant argumenta iusta connexione; protestantes vero eadem principia vt plurimum reprobent, & nihilo minus tamen in conclusionibus inde depromtis subsistant, vt ex ipsis rerum argumentis demonstrabo.

Methodus dicendorum.

§. II. Latissimum vero campum ingredior, in quo vagari possit meditatio; operam tamen dabo, vt pro ratione instituti mei eandem in angustias & gyrum quendam compellam, & potiora tantum *iuris canonici* capita, quæ protestantibus solent esse in deliciis, excutiam, quæ per totum hunc librum sunt dispersa. Hoc titulo quidem potissimum de *sponsalibus* edisserendum; ita tamen, vt ad seriem textuum hic occurrentium me accommodem, eaque capita duntaxat euoluam, quorum mentionem iniiciunt: reliqua ad sequentes reseruem titulos; singula vero ex

Subsidia.

genuinis iuris canonici rationibus deducam atque depromam. Subsidia ad hanc doctrinam exornandam plures quidem attulere, sed non omnes æquali studio & iudicio. Veterum Romanorum ritus & iura tradiderunt HOTTOMANNVS, BRISSONIVS, ALBERICVS GENTILS & DN. THOMASIVS speciali *diss. de nupt.* Græcorum mores in nuptiis solenniter contrahendis referunt IO. PHILIPPVS PFEIFFERVS *lib. IV. antiq. græc. c.* 14. *sqq.* & IO. GVIL. STVCKIVS *de antiq. conuiual. c.* 24. *p. m.* 109. aliique. Iudæorum ritus in contrahendis sponsalibus nuptiisque fuere admodum singulares, ex professo illustratæ a BVXTORFFIO *de sponsal.* SELDENO in tr. *de vxore Hebræa*, & BASNAGIO *dans l'histoire de Iuifs tom. VI. P. I. lib.* 6. *c.* 22. Habuere etiam Germani peculiaria sua instituta in nuptiis rite celebrandis, exornata a PAVLO HACHENBERGIO in *German. media diss.* 5. & HERTIO *in notit. vet. Franc. regni c.* 3. §. 3. Veterum christianorum mores examinarunt & tradiderunt HEINRICVS CHRIST. HOCHMANN. *de benedict. nupt.* HILDEBRANDVS *de nupt. vet. christian.* SELDENVS *cit. l. lib.* 2. *c.* 28. Doctrinam iuris canonici ex scholasticorum penu plures illustrarunt vel potius corruperunt, vt SANCHEZIVS, PONCE, GVTIEREZ, BONACINA aliique plures. Inter nostrates quoque plurimi animum applicuerunt ad hanc materiam vsu frequentissimam, sed interpretum turbatam fluctibus, explicandam, vt KITZELIVS, ARNISAEVS, BEVSTIVS, HAVEMANNVS, MYLER ab EHRENB., NICOLAI, CARPZOVIVS, BRVNNEMANNVS, STRYKIVS aliique; sed selectiora & solidiora præ ceteris habent CYPRAEVS, BROWERVS & BRVCKNERVS.

§. III.

Digitized by Google

§. III. Tradit ius canonicum duas ſponſalium ſpecies, *de futuro & de præſenti*, quarum illa *proprie dicta ſponſalia* conſtituit, vt infra cuincam. Iure Romano quoque eam diſtinctionem fuiſſe cognitam fundatamque, nonnulli aſſerunt, ſed diuerſimode explicant: quidam vero, vt CYPRAEVS *de ſponſal. c. II.* §. 9. aliique, nullum eius in iure Romano veſtigium adeſſe cenſent, quibus etiam ego accedo. Sed audiamus diſſentientium argumenta. B. COCCEIVS *de matrim. moment. ſect. III.* §. 11. *ſqq.* ſponſalia *de futuro* ſecundum ius Romanum quæſiuit in *facto patris*, filiam ſuam deſpondentis; *de præſenti* vero *in facto ſponſæ*, in matrimonium conſentientis. *In ſponſalibus*, ait, *vertitur factum patris, ſe filiam locaturum nuptui ſpondentis: in nuptiis autem ipſum coniugii vinculum & factum ſponſæ, quo ipſa obligatur ad eius coniugii conſummationem, quæ proinde eadem differentia eſt ſponſaliorum de futuro & de præſenti; hæc enim ſunt nuptiæ ipſæ.* Si veterum Romanorum mores inſpicio, palam eſt, patrem filiam deſpondiſſe, h. e. ſponſionem ſolennem cum ſponſo iniiſſe, vt formulæ apud PLAVTVM, TERENTIVM aliosue docent. vid. CYPRAEVS *cit. l. c. III.* §. 5. Hoc *patris factum* conſtituebat *ſponſalia*, non tamen excludebatur *conſenſus filiæ*, quæ concurrere ad illa debebat, *l.* 11. *de ſponſ.* ad minimum, vt *tacite* conſentiret; *quæ enim voluntati patris non repugnabat, conſentire intelligebatur. l.* 12. *pr. eod.* Aderat ergo in ſponſalibus Romanis factum *patris & filiæ;* ſed diuerſimode, vt illud quidem *ſponſionis ritum*, hoc vero concurrentem *conſenſum* ad minimum *tacitum* contineret, quo ipſo *ſponſalia* eaque tantum *vnica*, vt recte obſeruat CYPRAEVS *cit. l. c. IV.* §. 10. *n.* 1. erant contracta, non *matrimonium*, & ſi hoc *facto ſponſæ* poſtea contrahebatur, non amplius *ſponſalia*, ſed ipſum *matrimonium* contractum dicebatur. Denique ſi vel maxime ius Romanum ſponſaliorum diuerſas agnouiſſet ſpecies, easque eo, quo allatum eſt, modo diſtinxiſſet, non tamen ad *iuris canonici*, (quo *principaliter facto ipſius filiæ* ſponſalia contrahuntur, patris conſenſu tantum concurrente,) doctrinam & diuiſionem hæ accederent, eamque referrent, ſed diuerſum quid ſecundum mores Romanos denotarent.

Diſtinctio inter ſponſalia de præſenti & de futuro, an in iure Romano fundata?

Cocceli ſententia examinatur.

§. IV. Sunt, qui eandem quærunt in decantata illa iuris antiqui diſtinctione inter virginem *ſperatam*, *pactam & deſponſatam*. vid. CVNDLINGIANA *P. X. art. I.* Videlicet Romani iuxta GELLIVM in *N. A. lib. IV. c.* 4. tres in ſponſalibus diſcernebant gradus: primus erat, quando ex circumſtantiis colligi poterat, *ſpem futurorum ſponſaliorum* inter

Non recte huc trahitur diſtinctio inter ſponſam ſperatam, pactam & deſponſatam virginem.

Digitized by Google

inter Caium & Caiam adeſſe, vt puta, ſi mutui amoris euidentia apparebant indicia, & omnia ad ſponſalia inclinare videbantur; ſi Caius virgini iam obtulerat nubendi conditionem: ſi ſpes ei quodammodo facta.

Virgo ſperata. Tunc virgo dicebatur *ſperata*; verum ſponſalia nondum erant contracta, quamuis *tractatus* iam adeſſe poterant. Alter gradus continebat *conuen-*

Virgo pacta. *tionem* ſeu *pactum*, tum de *futuro matrimonio*, tum de *conditionibus* eius; quia enim *ſolenni ſponſione* olim ſponſalia contrahenda, neceſſe erat, vt ante eam mutua conuentione omnia determinarentur, quæ in *ſponſionem* deducenda; ſicuti *ſtipulatio* tunc demum accedebat, ſi debitum ipſum, hac muniendum, iam antea *mutua conuentione* erat initum, & ita determinatum, vt nihil determinandum ſupereſſet. Hoc facto virgo dicebatur *pacta*; ſed talis *pactio* adhuc *inefficax & nuda* erat, ſine vinculo obligandi valido, quo quæuis *nuda* deſtituebantur *pacta* apud Romanos, & ita etiam tale pactum, quo futuri matrimonii conditiones determinatæ, & ita nec eo caſu *ſponſalia* aderant. Vltimus demum gradus, quo *ſponſalia* vere contracta dicebantur, accedebat, ſi *ſponſio*

Virgo deſponſata. *ſolennis* facta. Tunc *deſponſata* appellabatur, & vterque ex tali ſponſione efficaciter obligabatur, vt GELLIVS *cit. l.* his docet verbis: *Qui vxorem ducturus erat, ab eo, vnde ducenda erat, ſtipulabatur, eam in matrimonium ductum iri; cui daturus erat, itidem ſpondebat daturum. Is contractus ſtipulationum ſponſionumque dicebatur SPONSALIA.* (nulla ergo ante eum aderant ſponſalia) *Tum quæ promiſſa erat, SPONSA appellabatur, qui ſpoponderat ducturum, SPONSVS. Sed ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur; qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat. Iudices cognoſcebant. Iudex, quamobrem data acceptaue non eſſet, quærebat. Si nihil iuſtæ cauſæ videbatur, litem pecunia æſtimabat; quantique interfuerat eam vxorem accipi, aut dari eum, qui ſpoponderat, aut qui ſtipulatus erat, condemnabat.*

Vna erat ſponſaliorum ſpecies apud Romanos. §. V. Inde vero, ni fallor, apertum manifeſtumque eſt, vnam fuiſſe *ſponſalium* ſpeciem, licet per tres gradus ad ea aſcenderetur. Spes nuda *ſponſalium* non erant *ſponſalia*; nec virgo *pacta*, *ſponſa*, ſicuti nuda *conuentio* virtutem ſponſalium nullam habebat, vt GELLII verba ſatis indicant. Erant *ſponſalia* diſtincta a præcedentibus *pactionibus*; ſed hæc non dicebantur *ſponſalia de futuro*, ſicut nec illa

Omnia erant de futuro. *de præſenti*. Omnia ſponſalia erant *de futuro matrimonio*, quod *l.* 1. *D. de ſponſal.* indicat, & ita *matrimonium præſens* aut *nuptiæ* dici non

poſ-

Digitized by Google

poterant. Conſenſus, in *ſponſalibus* interponendus, neceſſario quoque requirebatur in *matrimonio*, ſed vterque diuerſum habebat obiectum; ille quidem *futurum*, hic *præſens* coniugium.

§. VI. HVBERVS *lib. II. digreſſ. c. 7. ſqq.* itidem hanc diſtinctionem iam Romanis cognitam, & ex horum doctrina in ius canonicum tranſlatam arbitratur, & quidem ea de cauſa, quod non tantum de iure Romano ſponſalia *futuri temporis*, ſed etiam *de præſenti* adfuerint, cum *ius Romanum & Canonicum* in eo conueniant, quod matrimonium non faciat *coitus*, ſed *voluntas & conſenſus. c. 1. C. 27. q. 2 l. 30. de R. N. l. 15. de condit. & dem.* Inde concludit, conſenſum *purum* de nuptiis per verba *præſentis temporis* expreſſum, de iure *ciuili & canonico* eſſe matrimonium, *ſponſalia*que appellari per *vſum popularem*, eumque peperiſſe abuſum in termino artis exprimendo, imo, prout *c. VIII.* ſpeciatim docet, re vera nihil diſcriminis inter *ſponſalia pontificia* atque *ciuilia* fuiſſe. Addit, conuentionem de nuptiis præſentaneam & illico implendam, *ſponſalia* a Romanis quidem appellatam fuiſſe, non tamen poſt ſponſalia *conſenſum* alium de *nuptiis* eſſe ſecutum, ſed ſponſalia ipſius *coniugii* vim continuiſſe, imo quod iam erat matrimonium, *ſponſalia* appellari ſolitum, *id quod*, pergit *c. IX. §. 1. iuris canonici auctores in ipſam artem introducere non dubitarunt.* Denique ſubiungit, vbi ſponſalia inter eos conſtituuntur, qui longo tempore cohabitare aut nolunt aut non poſſunt, ea poſſe ſtricte *ſponſalia* dici, quatenus *promiſſionem futuri matrimonii* demum continent, & illa re vera eſſe *de futuro.* Huberi ſententia,

§. VII. Hæc ſi ita ſunt, fruſtra iuris canonici doctrinam, *vt nouam*, vt *inſulſam* reprobamus, quæ potius antiquiſſima eſſe videtur. Et tamen re vera *noua* eſt, & iuri Romano omnino incognita eo in ſenſu, quem *ius canonicum* ei aſſignauit. Totus titulus de *ſponſalibus* oſtendit, vnum tantum genus *ſponſaliorum* Romanis cognitum fuiſſe, a matrimonio & *conceptu & effectibus* prorſus diſtinctum. Sunt *ſponſalia* non præſens matrimonium, ſed, teſte FLORENTINO in *l. 1. D. de ſponſal. mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum*, h. e. indiuiduæ illius coniunctionis maris & feminæ, quæ definitur in *l. 1. D. de nupt.* Conveniunt vtique in eo, quod *conſenſu* perficiantur, quorſum collineat IVLIANVS in *l. II. D. de ſponſal. ſponſalia, ſicut nuptiæ, conſenſu contrahentium fiunt, & ideo ſicut nuptiis, ita ſponſalibus filiam familiar conſentire oportet;* aſt inde minime colligi poteſt, *ſponſalia & nuptias* vnum idemque negotium eſſe, cum potius diſcrimen euidens inter hæc duo in- cuius contrarium tamen oſtenditur. Vnum tantum fuit genus ſponſaliorum de iure Romano,

Digitized by Google

diuersum a matrimonio.

de appareat. Vtrobique *consensus* perficit negotium; ast vtrobique habet diuersum obiectum. In sponsalibus interponitur de *futuro*, in matrimonio de *præsenti matrimonio*, & inde quoque IVLIANVS in *cit. l.* 11. *duplicem* eundemque *diuersum consensum* vtrobique adesse docet, quod frustra negat HVBERVS. Huc vergit quoque etymologia vocis *sponsalium; nam moris fuit veteribus, stipulari & spondere sibi VXORES FVTVRAS*, vt ait ICtus *in l.* 2. *D. de sponsal.* non PRAESENTES, & ipsa sponsalia dicuntur *spes nuptiarum in l.* 6. *D. de sponsal.* vel *spes matrimonii* in *l.* 13. §. 3. *D. ad leg. Jul. de adult.* ne cum HVBERO quis existimet, per *nuptias* ritum solennem deductionis in domum tantum intelligi, cum potius ipsum *matrimonium* denotent. Aliis præterea locis euidenter distinguuntur *sponsalia & matrimonia*, vt omnino falsum sit, *consensum purum de nuptiis contrahendis* de iure ciuili *matrimonium* fuisse. vid. *l.* 7. *l.* 9. *l.* 14. *l.* 15. 16. *l.* 17. *de sponsal.* Regulariter *consensus matrimonialis* declarandus erat per *deductionem in domum l.* 15. *D. de condit. & demonstr. l.* 5. *D. de rit. nupt. l.* 66. *de donat. int. vir. & vxor. l.* 24. *C. de nupt. l.* 6. *C. de donat. ant. nupt.* Hac deficiente, adhuc nuda *sponsalia* erant. Differentia quoque ratione effectuum varia fuit. Sponsa patris mei, mea *nouerca* nondum est, nec sponsa mea patri meo recte *nurus* dicitur. *l.* 12. §. 1. 2. *D. de R. N.* Intra annum luctus *sponsalia*, non *matrimonium*, contrahere licet. *l.* 10. §. 1. *D. de his, qui not. inf.* Vtut donatio inter coniuges non valeat, valet tamen inter sponsum & sponsam. *l.* 5. *pr. D. de donat. inter vir. & vxor. l.* 27. *eod. l.* 66. *in f. eod.* Nec cohabitandi obligatio per sponsalia contrahitur, vti per matrimonium. Appellatione *sponsi & sponsæ*, vir & vxor haud continentur. *l.* 9. *l.* 10. *§.* 1. *de his, qui not. inf. §.* 9. *&* 10. *de nupt. l.* 12. *§.* 1. *de rit. nupt.* Sponsalia dantur impuberum, non item matrimonium. *l.* 14. *D. de sponsal. pr. I. de nupt.* Inter *absentes* possunt contrahi sponsalia, *l. f. de sponsal.* item per procuratores, *l.* 34. *de R. N.* per epistolam; *cit. l. f.* ast vxor marito per procuratorem nubere non potest, licet maritus deductionem in domum per alium perficere poterat. *l.* 5. *&* 6. *de ritu nupt.* Magistratus prouinciales, durante officio sponsalia inire possunt, *l.* 38. *l.* 57. *l.* 63. *de R. N.* non matrimonium, *cit. l.* 63. *l.* 3. *§.* 1. *de don. int. vir. & vx.* vt alias differentias non tangam, plenius adductus in dissert. me præside, habita, *de diuers. sponsal. & matrim. iur. c.* 1. Neque obstat, quod *consensus* dicatur facere matrimonium in *l.* 15. *D. de condit. & dem. & l.* 30. *de R. I.* & quod idem in iure canonico approbatum sit; nam non *quemuis consensum* facere matrimonium, vel inde constat, quod alias emtio ven-

Digitized by Google

venditio quoque matrimonium produceret; ſed ille demum matrimonium facit, qui *matrimonialis* eſt deductione in domum vel alias legitime declaratus. Atque hic omnino in *matrimonio præſente* deſideratur illudque conſtituit, licet nondum commixtio corporum interuenerit, qualis eſt ſenſus *l.* 15. *de condit. & demonſtr.*

§. VIII. Pro ſaluanda HVBERI ſententia quidam diſtinguunt inter matrimonium *iuſtum & iniuſtum*, vt ſponſalia quidem *iniuſtum*, h. e. *minus ſolenne* conſtituant, non vero *iuſtum* ſeu *ſolenne* ob defectum ſolennitatum debitarum. Hùc reſpexiſſe aiunt CAIVM *lib. I. inſtit. tit. IV.* aientem: *legitime nuptiæ ſunt, ſi Romanus Romanam, NVPTIIS interuenientibus vel CONSENSV, ducat vxorem.* Si ergo *conſenſu* vxor duci poteſt, quid prohibet, quo minus ſponſalia, *conſenſu* contracta, *matrimonium* dici queant? Equidem vtrum verba hæc: *vel conſenſu*, ſint ipſius CAII, adhuc ſub iudice lis eſt; ceterum ſi vel maxime genuina, non interpolata fuerint, nihil aliud tamen inde conficitur, quam *conſenſu* æque *matrimonium* vti *ſponſalia* fieri, non autem quemlibet conſenſum facere matrimonium; nec de eo, qui in *ſponſalibus* interponitur, CAIVS loquitur. Quid enim ſi deſponſati poſtea, non interuenientibus nuptiarum ſolennibus, conſentirent in matrimonium? tunc demum ſecundum *ius Romanum* matrimonium *minus ſolenne* erat contractum, & ſponſalia ita in *matrimonium* degenerabant; enim vero eo caſu non amplius erant *ſponſalia*, nec hoc nomine apud Romanos veniebant, ipſum vero *matrimonium*, quod *iniuſtum*, non omnes iuris effectus habebat. §. *pen. I. de nupt.* Id euidentius indigitat SCAEVOLA in *l.* 66. *de donat. inter. vir. & vx.* vbi ita: *itaque niſi ante matrimonium contractum, quod CONSENSV intelligitur, donatio facta eſſet, non valere donationem.* ICtus in *cit. l.* præſupponit, *ſponſalia* fuiſſe contracta: poſtea donatio erat facta, *antequam domum deduceretur*, quærebatur: vtrum ea valeret? durantibus *ſponſalibus* ſine dubio valebat, nec de hoc dubitari poterat. Id tantum in quæſtione erat, vtrum demum *initium matrimonii* a tempore *deductionis in domum* eſſet petendum? quod negauit, cum *conſenſu* matrimonium, licet *minus ſolenne* factum, intelligatur. Hic conſenſus poſtea ſuperueniebat, plane *nouus* erat, & ab illo, quo *ſponſalia* contracta erant, diſcerni debebat, vti totus innuit contextus, quia, durantibus ſponſalibus, donatio valebat. Quis ergo, vel SCAEVOLA iudice, aſſereret, *conſenſum* in ſponſalibus interpoſitum, mox *matrimonium minus ſolenne* feciſſe? Id quod ſi verum eſſet, nulla donatio inter deſponſatos valere potuiſſet, quia

Nec ſponſalia commode dici poſſunt minus ſolenne matrimonium.

Quid matrimonium minus ſolenne apud Romanos?

Digitized by Googl

ſemper *deſponſatio* potuiſſet *matrimonium minus ſolenne*, quod omnem impediebat donationem, dici. Vtrum vero hæc diuerſitas inter *matrimonium ſolenne & minus ſolenne* diſtinctionem inter *ſponſalia de præſenti* & ipſum *matrimonium actuale* de iure canonico pepererit, infra enucleandum erit. Illud interim paucis tantum præmoneo, ius canonicum ea ſponſalia, quæ Romanis tantum cognita erant, *de futuro* dixiſſe, nec alia *de præſenti* admiſiſſe, quam in quibus deſponſati in ipſa deſponſatione *conſenſum coniugalem* declararunt atque ediderunt, vt ſtatim indicandum erit.

Nec Lynckeri ſententia recipienda, diſtinctionem aliter iuri ciuili vindicantis.

§. IX. Nouum adhuc dubium mouit L. B. de LYNCKER *in anal. ad D. tit. de ſponſal. th.* 10. aſſerens, etiam de iure ciuili *ſponſalia de præſenti* eo ipſo dari, quod dentur *pura*, & *de futuro*, quod dentur *conditionata*. Ex communi proteſtantium ICtorum ſententia ſupponit, omnia ſponſalia *pura* eſſe *de præſenti*, *conditionata* vero *de futuro*, Enim vero non hic ſermo eſt de nouis definitionibus, ex doctrina B. LVTHERI huic diſtinctioni a proteſtantibus plerisque affictis; nam vbi illis inſiſtimus, concedi poteſt, eo ſenſu hanc diſtinctionem in iure Romano eſſe fundatam, quamuis nulla neceſſitas adſit, vt illa, quæ clarius *pura & conditionata* dicuntur, nouis denominationibus, eisque *incommodis, inſolitis & obſcuris*, exprimamus. Recte enim obſeruat COCCEIVS *de matrim. moment. ſect. III. §.* 6. *conditionem ſpeciem negotii & conventionis non mutare, ſed omnem conuentionem fieri poſſe vel pure vel in diem vel ſub conditione*. Quin potius quæſtio eſt de *origine* huius diſtinctionis *in ſenſu iuris canonici*, quod diuerſas plane definitiones huic diſtinctioni tribuit, & ſponſalia de *futuro* tam *pura* quam *conditionata* admittit, vti docet *c.* 2. *X. b. t.* id quod etiam *ius ciuile* docet; aſt ſponſalia *de præſenti* in ſenſu iuris canonici ignorat.

De iure canonico ſponſalia de futuro ſunt proprie dicta ſponſalia, non de præſenti,

§. X. Videlicet dantur de iure canonico duplicia *ſponſalia: propria & impropria;* illa dicuntur *de futuro*, hæc *de præſenti* & pro ipſo *matrimonio* habentur, nec proprie dicta ſponſalia ſunt, vti ipſi Romanæ eccleſiæ doctores ingenue fatentur. Vid. CORVINVS *in aphor. iur. canon. lib. II. tit.* 12. *§.* 3. 4. HENRICVS CANISIVS *ad tit. de ſponſal. n.* 9. GONZALEZ TELLEZ *ad c.* 2. *X. b. t n.* 5. ESTENIVS *in iur. eccleſ. P. II. lib.* 12. *c.* 1. *§.* Inde porro concludunt, in dubio, vbi de *ſponſalibus* mentio fit, intelligi ſponſalia *de futuro*, eo quod in obſcuris a proprietate verborum non recedatur. HENRICVS CANISIVS *cit. l. n.* 9. *in f.* Sic in *c.* 2 *X. b. t.* ſimpliciter mentio fit *ſponſaliorum*, atque inde ſatis conuenienter interpretes hunc textum de *propriis*, h. e. *de futuro* interpretantur,

Digitized by Google

tur, quod & ipſa rubrica textus docet, & deciſio confirmat. Hinc inſignis differentia inter doctrinam *iuris canonici, & ICtorum proteſtantium* ſeſe exerit, quoniam ius canonicum ſponſalia *de præſenti* dici *improprie talia* iudicat, ICti proteſtantes autem *vera & proprie dicta ſponſalia de præſenti* vocare ſolent. *ICtorum proteſtantium plerorumque* tantum mentionem hic facio; hiſce enim *doctrina* in foris proteſtantium *vulgaris* debetur, non iuri certo & communi, vti ſuo loco videbimus.

non vero in foris proteſtantium.

§. XI. Proprie dicta *ſponſalia* ſeu *de futuro* (h. e. matrimonio) de iure canonico eodem modo definiuntur & diuiduntur, vti de iure ciuili. Etenim in *c.* 3. *C.* 30. *q.* 5. NICOLAVS pontifex tradit, ſponſalia eſſe *promiſſa futurarum nuptiarum*, vel VT INNOCENTIVS III. in *c.* 2. *X. b. t.* ait, quando deſponſati *de matrimonio contrahendo ſibi fidem dederunt.* Inde ad *verba* quoque reſpiciendum eſſe voluerunt, vt videlicet *de futuro matrimonio* concepta eſſent, *c.* 32. *X. b. t.* qualia ſunt, ſi dixerint: *ego te recipiam in meam & ego te in meum*, ſiue ſimilia verba. *c.* 31. *X.* &c. Item: *non habeo aliam in vxorem, niſi te.* GONZALEZ *ad c.* 9. *X. h. t.* Ita ſcilicet ea comparata eſſe debere cenſent, vt indicent, tantum *futurum* matrimonium promiſſum, minime autem de *præſente matrimonio* conſenſum declaratum eſſe, prout ratio omnium ſponſalium inſtitui hodie ſolet, & antiquitus inſtituta eſt. Qui cum CYPRAEO *cit. l. c. IV. §.* II. negant, veterum ſponſalia fuiſſe *de futuro*, formulis vnice inhærent, putantque, ius canonicum vnice illa de *præſenti* appellaſſe, quæ verbis *præſentis temporis* erant concepta; id vero oppido erroneum eſſe, mox indicabo. Poſſunt vtique etiam verbis *præſentis temporis* ſponſalia *de futuro* ex mente iuris canonici iniri, ſi quis per verba *præſentis temporis* futurum coniugium promittit, v. c. *SPONDEO tibi filiam meam: fidem tibi DO de futuro matrimonio.* Neque inhærendum præciſe verbo *accipio* aut *accipiam*, cui vnice inſiſtit CYPRAEVS *cit. l. c. III. §.* 5 *ſqq.* ſed potius ad vocem *meum & meam* reſpexerunt pontifices, ſubintelligentes: *maritum* vel *vxorem*, ceu indicat *c.* 9. *X. h. t.* indigitantes, tunc *conſenſum coniugalem præſentem* declarari, ſi quis præ ſe ferat, ſe ab hoc tempore ſponſam pro *vxore* habiturum eſſe & vice verſa. Hæc ipſa ſponſalia *de futuro* porro eodem modo, vt de iure ciuili, ſunt vel *pura* vel *conditionata*, obſeruante CORVINO *cit. l. n* 15. nec in vtraque ſpecie diuerſum quid vtroque iure reperitur deciſum. Similiter ſponſalia *de futuro* ſunt tam *puberum* quam *impuberum*, *tot. tit X. de ſponſal. impub.* nec inde quædam diuerſitas quoad ſponſalia de *præſenti & de futuro*

Sponſalia de futuro eodem modo definiuntur, quo ſponſalia de iure ciuili.

Digitized by Google

deducitur, id quod tamen ICti proteſtantes facere ſolent, *ſponſalia impuberum* eſſe *de futuro* dicentes, *puberum* vero *de præſenti*, quatenus *pura* ſunt. Vlterius, vti de iure Romano ſponſalia *ſolo conſenſu* perficiuntur, nec vllam ſolennitatem deſiderant; ita nec de iure canonico, quo etiam *ſolo nutu* perfici poſſunt. *c.* 23 15. *X. h. t.* Etiam iure Romano ſponſalia *præcedunt*, & nuptiæ poſtmodum *ſequuntur*, ac conſequenter non vnum idemque negotium conſtituunt. De iure canonico diuerſum non obtinere patet ex *c.* 59. C. 27. *q.* 2. vbi im: *inſtitutum eſt, vt iam pactæ ſponſæ non ſtatim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non ſuſpirauit ſponſus dilatam.* Diſtinguit textus inter *pactam ſponſam & vxorem*, inter *maritum & ſponſum*, quod iuri communi admodum conueniens, (vid. GONZALEZ *ad c.* 2. *X. h. t.*) & ſimul in aprico eſt, ſponſalia *de futuro* in ſenſu iuris canonici cum *ſponſalibus iuris Romani* exacte conuenire, nec aſſeri poſſe, ſponſalia *de præſenti* eſſe demum *vera & proprie dicta ſponſalia.*

Addidit de nouo ius canonicum ſponſalia de præſenti, vbi verba de præſenti requiruntur, conſenſum matrimonialem declarantia,

§. XII. Addidit *ius canonicum* ſponſalia *de præſenti*, quæ per *verba de præſenti* (coniugio) contracta ſunt, vt dicitur in *c.* 32. *X. h. t. c.* 14. *X. de conuerſ. coniug.* Verba autem *de præſenti* dicuntur, quibus declarant *conſenſum matrimonialem;* veluti ſi ſponſus dixerit, *quod mulierem ab eo tempore pro coniuge tenere, & ei ſicut vxori ſuæ fidem ſeruare vellet:* illa vero itidem promiſit, *ſe ſponſum pro marito habituram & fidem ei tanquam viro proprio ſeruaturam*, quæ formula occurrit in *c.* 9. *X. h. t.* cuius rubrica ſimul indicat, his verbis contrahi ſponſalia *de præſenti.* Alia formula occurrit in *c.* 31. *h. t. & c.* 3. *X. de ſponſa duor. Ego te in meam ACCIPIO & ego te ACCIPIO in meum* ſubintellige *maritum*, qua formula magis *conſenſum matrimonialem*, quam *ſponſalitium* declaratum eſſe volunt, non quod *verbis præſentis temporis* ſint inita, ſed quod *coniugium præſens* promiſerint, nec in nuda *deſponſatione* ſubſtitiſſe videantur. Interim licet talis promiſſio vim *matrimonii* inferat, adhuc tamen figuram *ſponſalium* ſupereſſe exiſtimarunt, quod deficeret *cohabitatio*, alia iura inter coniuges recepta locum nondum inuenirent, nec ſolennia eccleſiaſtica acceſſiſſent. Ceterum haud exiſtimandum eſt, pontificios hic nude *formulis verborum* inhæſiſſe, & ex iis ſponſalia *de præſenti* definiiſſe; (quod quidam *præter meritum* doctrinæ canoniſtarum imputant) ſed potius ex *diuerſa intentione* agentium diuerſitatem negotii colligendam eſſe docuerunt. Etenim (I) in ſponſalibus *de præſenti adeſſe conſenſum de præſenti* (ſcilicet matrimonio) dixerunt in *c.* 31. *X. h. t.*

Digitized by Google

X. h. t. c. 4. X. de ſponſa duor.; e contrario in ſponſalibus de futuro occurrere *promiſſionem de futuro* (ſcilicet matrimonio) vt dicitur in *cap. cit. 4.* Breuiter, eodem, quo ICti proteſtantes, diſtinxere modo inter conſenſum *ſponſalitium & matrimonialem.* (II) Quæſitus præterea etiam fuit pontifex, vtrum *verba* ad *matrimonialem* conſenſum declarandum eſſent neceſſaria? Reſpondet in *c.* 25. *X. h. t. matrimonium in veritate*, ſeu *in ſe* conſideratum, *contrahi per legitimum viri & mulieris conſenſum*, & ita verba ſimpliciter haud neceſſaria eſſe; *eſſe tamen neceſſaria, quantum ad eccleſiam, verba conſenſum exprimentia de præſenti*, ſeu *matrimonialem*, quo ipſo reſpicit ad morem & ritum eccleſiæ ſolennem, quo a ſacerdote de *conſenſu matrimoniali* publice declarando interrogantur deſponſati. Ex quo rurſus apparet, declarationem illam ſolennem, quæ a neonymphis in ſacerdotali benedictione fit, dici *conſenſum de præſenti*, qui etiam ſignis declarari poteſt, veluti a *muto. c.* 23. *X. h. t.* (III) Denique cenſuere pontifices, poſſe etiam *conſenſum de præſenti* exprimi *facto ipſo*, veluti ſi ſponſus cum ſponſa, cui fidem dederat *ſuper matrimonio contrahendo* (& ſic per verba *de futuro*) concumbat, quia ex tali carnali copula potius *conſenſus matrimonialis*, quam *fornicatio* præſumenda eſt. *c.* 15. & 30 *X. h. t.* Idem dicendum eſt, ſi vel maxime ſponſalia *conditionata* inita fuerint, quia ob copulam carnalem a conditione receſſiſſe præſumuntur, cum conſenſus coniugalis cum conditione adiecta conſiſtere nequeat. *c.* 6. *X. de condit. appoſ.* Vnde fluxit regula Dd. vulgata, quod *concubitus ſubſequens faciat tranſire ſponſalia in matrimonium*, quæ tamen non de aliis, quam *validis*, intelligi poteſt.

nec præciſe verba hic neceſſaria ſunt,

ſed facto ipſo declarari conſenſus matrimonialis poteſt.

§. XIII. Atque hæc verba, *conſenſum de præſenti* exprimentia, ipſum conſtituere *matrimonium* cenſuerunt, licet alia ſolennia eccleſiaſtica deficerent, ne deſponſati cohabitarent, ſed *ſponſi & ſponſæ* nomen adhuc præ ſe ferrent. Conſtat hoc ex *c.* 14. *X. de conuerſ. coniug.* ibi: *ex quo matrimonium inter legitimas perſonas per VERBA DE PRAESENTI contrahitur.* In *c.* 31. *X. h. t.* talis promiſſio *per verba de præſenti* dicitur *matrimonium*, quod etiam confirmatur per *c.* 22. & 31. *X. eod.* imo frequentius *matrimonium* talis promiſſio nominatur, quam *ſponſalia de præſenti*, quæ locutio inuſitata eſt in iure canonico, & magis ab interpretibus aſſumta. Interim in *c.* 31. *X. de præſumt.* occurrit mentio *ſponſæ, in quam inuenis per VERBA DE PRAESENTI conſenſit*, & ipſe actus dicitur *deſponſatio per VERBA DE PRAESENTI* in *c.* 22. *h. t.* *c.* 4. *X. de de-*

Inde cenſuere, ſponſalia de præſenti eſſe ipſum matrimonium.

Digitized by

desponſ. duor. Inde interpretes talem promiſſionem dixere *ſponſalia de præſenti*, *quæ*, vt ait CANISIVS *ad h. tit. n.* 9. *licet verum matrimonium ſint, tamen ideo ſponſalium nomen adhuc retinent, quod ea vxor cum effectu non intelligatur, quæ in viri domum nondum traducta & cognita eſt.* Huc etiam collineat ESPEN. *in iur. eccleſ. P. II. tit.* 12. *c.* 1. §. 1. adfirmando, hodie amplius nomine *ſponſaliorum* ea ſignificari non ſolere, niſi addatur expreſſe, *de præſenti*, *cenſeturque*, addit, *quaſi particula alienans, ad alienam ſignificationem tranſferens.* Quamuis enim ad matrimonium *ſolenniter* ineundum *declaratio conſenſus matrimonialis publica*, in facie eccleſiæ facta, accedentibus quibusdam ritibus, neceſſaria eſſe videatur, de iure canonico tamen defectus huius ſolennitatis non *ſimpliciter* tollit matrimonium, *c.* 1. *h. t. c.* 1. 2. *X. de cland. desponſ.* vtpote quod *declaratio conſenſus matrimonialis*, etiam *priuata*, *minus ſolennis*, *& clandeſtina* quoad *vinculi indiſſolubilitatem* conſtituit. *c.* 25. *X. h. t.* Breuiter: *declaratio* conſenſus matrimonialis *priuata* ſponſalia de præſenti efficit; *publica* vero coram parocho ipſum *actuale matrimonium.*

quod de iure canonico nullas ſolennitates requirit.

§. XIV. Reſpexit huc *concil. Trident. ſeſſ. XXIV. de reform. matr. cap.* 1. vbi patres huius concilii ita ratiocinantur: *Tametſi dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia*, (deficiente copula ſacerdotali) *libero conſenſu contrahentium facta, rata & vera eſſe matrimonia, quamdiu eccleſia ea irrita non fecit* &c. & tamen nihilo minus in eodem capite *clandeſtina matrimonia* irrita declarata ſunt. Hoc poſito, recte cenſet ENGELIVS in *collog. iuris canon. h. tit. §.* 1. *n.* 2. hodie in foris catholicorum ceſſare diſputationes illas antiquas de efficacia verborum, vtrum *nuda ſponſalia*, an vero *matrimonium* inuoluant, poſtquam per *concilium Tridentinum* matrimonium *nullum* declaratur, quod ſine *teſtibus* & *parocho* contractum eſt, vt proinde ipſa diſtinctio inter ſponſalia *de præſenti & de futuro* inter catholicos vix amplius vſum habere videatur. Inde porro inferunt, hodie non amplius *ſponſalia de futuro* per concubitum in matrimonium tranſire, id quod ſine *ſolemni declaratione* poſt *concilium Tridentinum* ſubſiſtere nequit. FAGNANVS *ad c.* 30. *X. de ſponſal. n.* 8. Multo minus *verba de præſenti*, etiam præterea concubitu accedente, hodie in foris pontificiorum matrimonium conſtituunt, ſi forma *concilii Tridentini* non eſt ſeruata, VT IDEM euincit *n* 11. *cit. l.* Et ita inter catholicos hodie dantur tantum ſponſalia *de futuro*, ſeu *proprie dicta.*

§. XV.

Digitized by Google

§. XV. Forſan patres Tridentini animaduerterunt, fundamentum horum ſponſaliorum *de præſenti* eſſe admodum lubricum & inane, & patrum incommodæ interpretationi tribuendum. Videlicet quidam ex patribus ſponſalia quæcunque *coniugium* ipſum inuoluere arbitrati ſunt, & ex quibusdam locis ſcripturæ S collegerunt, *ſponſas* dici *vxores*, & *ſponſos* non raro *maritos*, atque tandem ex hac hypotheſi *diſſolubilitatem ſponſaliorum* in dubium vocarunt, aliasque confuſiones induxerunt. Collegit patrum hac de re ſententias GRATIANVS *Cauſ. XXVII. q. 2.* vnde potiora excerpenda ſunt. AVGVSTINVS relatus in *c.* 9. ita loquitur: *Coniux vocatur, a prima fide deſponſationis, quam concubitu non cognouerat Ioſeph, nec fuerat cognituru*s, *nec petierat, nec mendax manſerat coniugis appellatio, vbi nec fuerat, nec futura erat vlla carnis commiſtio*, quod etiam ISIDORVS repetit relatus in *c.* 6. Similiter GREGORIVS M. *c.* 12. ita philoſophatur: *qui deſponſatam puellam proximi ſui acceperit in coniugium, anathema ſit ipſe, & omnes conſentientes ei: quia ſecundum legem Dei mori decernitur. Nam diuinæ legi mos eſt, ſponſas appellare coniuges, vt in euangelio: accipe Mariam coniugem tuam. Et illud in Deuteronomio: ſi quis cuiuslibet hominis deſponſatam puellam in agro vel in quolibet loco oppreſſerit, vel abduxerit in domum ſuam, moriatur, quia vxorem proximi ſui violauit, non quæ iam vxor erat, ſed quæ a parentibus vxor fieri debebat.* Hæ rationes patres nonnullos inducebant, vt ſtatuerent, ſponſalia eſſe *indiſſolubilia*, vid. *c.* 8. imo tale inducere impedimentum futuris nuptiis, ſponſa mortua, vt quis eius sororem *c.* 11. aliamue conſanguineam ducere non poſſet per *cap.* 14. & 15. E contrario in *c.* 18. *ſqq.* plurima argumenta & teſtimonia, more ſuo, GRATIANVS coaceruat, quibus oſtendit, *ſponſalia* haud eſſe *matrimonium*, quod hæc *ſimplicibus verbis* contrahantur, de *futuro* ſcilicet *matrimonio*, quibus vna caro fieri non poſſunt. Inde collegit BENEDICTVS, (1) ſponſalia ſola non operari impedimentum, quo minus quis defunctæ ſponſæ ſororem ducere poſſit per *c.* 18. (2) ſponſam quidem poſſe inuito ſponſo in monaſterium tranſire per *c.* 27. *ſeqq.* non vero vxorem. *c.* 19. *ſeqq.* Hoc intuitu AMBROSIVS relatus in *c.* 38. diſtinguit *ſponſalia & coniugium* hoc modo: *Si quis DESPONSATA ſibi & tradita vtatur, rite coniugium vocatur.* Putauit GRATIANVS in *c.* 48. has diſcordantes veterum opiniones in concordiam deduci poſſe per diſtinctionem inter coniugium *initiatum & ratum.* Ita *vt inter ſponſum & ſponſam coniugium initiatum, inter copulatos ſit coniugium ratum*, qua

Sponſalia de præſenti nata ſunt ex patrum doctrina, qua ſponſalia coniugium eſſe dixerunt,

quod alii patres haud admiſere,

quos Gratianus inepte conciliauit

Digitized by

allam diſtinctione ſatis obſcura etiam aliorum patrum dicta explicauit, qui ſponſam *vxorem* dixere in *c.* 35. *ſeqq.*

per ineptam diſtinctionem inter matrimonium initiatum & ratum.

§. XVI. Sed hac diſtinctione minime nodum diſſoluit. Neque enim tantum inter patres diſſenſus de *nomine*, ſed de *re ipſa* fuit. Ex diuerſa eorum hypotheſi diuerſæ fluxerunt concluſiones. Quærebatur olim, vtrum quis poſſit ſponſæ prædefunctæ ſororem ducere vxorem? Negabat hoc ipſum GREGORIVS M. HIERONYMVS aliique, ex ea hypotheſi, quod inter deſponſatos iam eſſet *verum coniugium*. Affirmabat BENEDICTVS papa, quia negabat, ſponſalia *matrimonium* conſtituere, quem diſſenſum ſua diſtinctione minime diſſoluit. Porro alii ſolum *conſenſum* conſtituere matrimonium dicebant, *c.* 1. *ſqq.* regula iuris ciuilis decepti, qua *conſenſus* dicitur conſtituere matrimonium, non *concubitus*: alii præter conſenſum adhuc *traditionem* requiſiuerunt. *c.* 38. *ſq.* Vnde ad has ſimilesue difficultates, quas etiam LOMBARDVS *lib. IV. diſt.* 27. ex ſententiis patrum collegit, enucleandas, canoniſtæ vel potius *ſcholaſtici* diſtinctionem illam inter ſponſalia *de præſenti* & *de futuro* excogitaſſe videntur, FRANCISCO HOTTOMANNO *de ſponſal. c. IV.* teſte, qua diſſentientes facile componi poſſe credebant, patrum ſolliciti, vtrum hæc diſtinctio menti diſſentiencium conformis fuerit, nec ne? Hac ſtante hypotheſi, negantes ſponſalia eſſe matrimonium intelligendos eſſe dixerunt *de ſponſalibus de futuro*: ſententiam autem eorum, qui ſponſalia *verum matrimonium* eſſe voluerunt, reſtringendam ad caſum, ſi per verba, conſenſum *de præſenti coniugio* declarantia, ſponſalia inita fuerint, quamuis vix probabile ſit, patres hunc præciſe caſum præſuppoſuiſſe. Neque enim antiquitus moris fuit, ſponſalia ita inire, vt ſtatim declararetur in coniugium *præſens* conſenſus, ſed potius in *futurum*. Ipſe AVGVSTINVS in *c.* 39. C. 27. *q.* 2. *inſtitutum eſſe*, ait, more ſcilicet antiquiſſimo, *vt iam pactæ ſponſæ non ſtatim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non ſuſpirauerit ſponſus dilatam.*

Scholaſtici ad diſſenſum tollendum excogitarunt inter ſponſalia de præſenti & de futuro diſtinctionem.

§. XVII. Equidem MARTINVS CHEMNITIVS, theologus pietate & eruditione inclytus, *loc. de coniug. c.* 1. *p.* 197. diſtinctionem hanc ab eccleſia & probatam & receptam eſſe contendit, quod a veteris eccleſiæ doctoribus monſtrata & tradita, non vero a canoniſtis vel ſcholaſticis primum excogitata fuerit. Verba eius refert etiam DEDEKENNVS *vol. III. conſil. theol. lib. II. ſect. I. n.* 1. Verum hoc ipſum eſſe, quod in dubium vocari debeat, iam antea dixi. Re vera patres diſſenſere, imo, ſi di-

Chemnitii ſententia examinatur.

Digitized by Google

ſi dicere licet, quidam errauere, quod ſponſalia *coniugium* dixerint. Hoc quidem expeditum eſt, in quibusdam *matrimonium* cum *ſponſalibus* coincidere; ob vnam tamen alteramue conuenientiam aſſeri nequit, vtrumque negotium *vnum idemque* eſſe. Poteſt ſponſa dici vxor *certo reſpectu*, & ita in *ſacris* & *profanis* nonnunquam dicitur; vid. ANDREAS TIRAQVELLVS *ad LL. connub. gl. II. n.* 1. *ſqq.* Sed quæ in vno vel altero inter ſe conueniunt, non ſtatim in omnibus conueniunt, ſed potius *ſponſalia* adhuc omnino diſtincta manent a *matrimonio.* TIRAQVELL. *cit. l. n.* 18. Proinde ſi quis attentius loca patrum a LOMBARDO & GRATIANO collecta inter ſe confert, non aliud iudicium de his ferre poteſt, quam patres diſſenſiſſe.

§. XVIII. Præterea doctrina hæc, *conſenſus matrimonialis declarationem* ſimplicem, priuatam, & minus ſolennem ſufficere ad conſtituendum *verum* & *indiſſolubile* matrimonium, & inprimis in *foro conſcientiæ* attendendam eſſe, iam altas egerat radices, quod in *foro poli* iam eſſent coniuges, Braut und Bräutigam wären vor GOtt ſchon Eheleute ꝛc. Neque vero in *foro conſcientiæ* tantum ita iudicandum eſſe credebant, ſed etiam in *foro externo eccleſiaſtico*, vtpote quod *conſcientiis* legem præſcriberet, & quæſtiones *conſcientiæ* diſſolueret. Inde in cauſis matrimonialibus, quando de *dirimendis ſponſalibus* agebatur, rationem primario verborum habuerunt, vtrum *de præſenti* an *de futuro* eſſent concepta? Hæc ſubtilis obſeruatio, diſtinctione adducta ſemel recepta, tunc omnino erat neceſſaria, quamuis ita in curiis ſacris grauiſſimi ſæpe fluctus excitarentur, lites ex litibus naſcerentur, & iura *matrimoniorum* admodum turbarentur. Accedebat perſuaſio, conſenſum matrimonialem, quomodocunque declaratum, facere matrimonium.

§. XIX. Præterea vero, hac recepta diſtinctione, inſigni hæc cautela vti ſolebant, vt ad ſponſaliorum vinculum *indiſſolubile* conſtituendum *verba de præſenti* ſpondentibus præſcriberent, vel eos inducerent, vt talia verba adhiberent, quibus *præſens conſenſus matrimonialis* declararetur. Non iuramentum: non ſolennis obligatio in ſcripturam redacta & ſanguineis literis firmata: non ſubarrhationes vinculum tale conſtituere poterant, quod diſſolui nequiret. Sola hæc cautela hunc effectum habebat, vt ſponſalia *indiſſolubilia* redderentur, & ita magnum vſum & effectum habuit, id quod etiam tot textus iuris canonici indigitant. Ni me omnia fallunt, ſponſalia huiusmodi inita ſunt per legatos a FRIDERICO II. imperatore cum ſorore HENRICI III. regis Angliæ anno 1235. de quibus MATTHAEVS PARISIENSIS *ad cit.* Denique verba de præſenti vtilia eſſe iudicabant, vt ſponſalia redderentur indiſſolubilia.

ann. 350. ita loquitur: *At illi* (legati) *cum in virginis inſpectione viſum aliquandiu recreaſſent, & eam imperiali thoro digniſſimam in omnibus iudicaſſent, confirmarunt matrimonium in animam imperatoris, interpoſito iuramento, offerentes ei ex parte ipſius imperatoris annulum ſponſalem. Quem cum in eius digito poſuiſſent, pronunciauerunt eam imperatricem eſſe Romanam. Deinde cum legati, quæ facta fuerunt, ſub omni feſtinatione imperatori per fideles nuncios intimaſſent, poſt paſchalem ſolennitatem miſit archiepiſcopum Colonienſem & Louaniæ ducem, cum virorum nobilium multo comitatu in Angliam, qui IMPERATRICEM ad ipſum honorifice perducentes MATRIMONIVM IAM INITIATVM ET RATVM PROCVRARENT, vt in cognitione carnali fieret CONSVMMATVM.* Nam communiter diſtinguunt hoc modo matrimonium *initiatum, ratum & conſummatum*, vt illud denotet ſponſalia *de futuro*, iſtud *ſponſalia de præſenti*, hoc vero ipſum *matrimonium* per *copulam carnalem* conſummatum. ESPEN. *in iur. eccl. P. II. tit.* 12. *c.* 1. *n.* 1.

§. XX. Euidentius exemplum exhibet FREHERVS *tom. II. ſcript. rerum German. p.* 33. quod docet, ICtorum conſilio & ope in illuſtrium ſponſalibus hanc cautelam adhibitam & verba *de præſenti* ſponſæ præſcripta fuiſſe, vt omnis *pœnitentiæ* via poſtmodum prorſus eſſet præcluſa. Miſerat FRIDERICVS III. imperator ad regem Portugalliæ ALPHONSVM, legatum M. IACOBVM MOTZIVM, vt per ipſum tanquam *procuratorem* ſponſalia cum ſorore eius iniret. M. MOTZIVS cautelarum iuris canonici admodum gnarus, in oratione, a FREHERO relata, hanc ſponſalium formulam ei præſcribit: *Ego infantula domina Leonora recipio Fridericum regem Romanorum in meum maritum bonum & legitimum, ſicut mandat ſancta eccleſia Romana, in perſona tui, magiſtri Iacobi Motz, tui ſufficientis procuratoris ad hunc actum.* Simili formula nomine imperatoris M. MOTZIVS conſenſum matrimonialem in his ſponſalibus edidit: *Et ego prænominatus M. Iacobus Motz nomine prafati Friderici regis Romanorum, tanquam procurator eius ad hunc actum legitime conſtitutus, recipio te infantiſſam dominam Leonoram in ſuam legitimam vxorem, ſicut mandat ſacra eccleſia Romana.* In ipſis quoque *pactis dotalibus*, quæ regulariter ante nuptias conficiuntur, olim verba de præſenti adhibita ſunt, quo eo validior nexus ſponſalitius redderetur. Horum pactorum illuſtre exemplum ſiſtit D'ACHERI *tom. VII. ſpicil. p.* 259. vbi deſponſati hac formula vtuntur: *Ego Saura vos Petrum de Piteſio in legalem maritum habere cupio, meque ipſam vobis trado legalem vxo-*

Digitized by Googl

vxorem. - - - Simili modo ego Petrus de Pinoſio cupio vos dictam Sauram in legalem vxorem habere, & me ipſum in legalem maritum vobis trado.

§. XXI. Ceterum ſi dicendum, quod res eſt, tum *patres*, tum horum interpretes & ſimiæ, *ſcholaſtici*, in hac doctrina inſigniter abuſi ſunt ratione iuris vulgatiſſima, *conſenſum, non coitum facere matrimonium*, *c.* 1. 2. 3. 4. 5. *C.* 27. *q.* 2. Ratio ipſa vera omnino eſt, modo recte intelligatur. Scilicet tum Romani tum alii populi cenſuerunt, in contrahendo matrimonio, tanquam *re ardua* & maxime *ordinata*, non *quamuis voluntatis declarationem* ſufficere, ſed in republica bene ordinata, vt matrimonium a vaga libidine diſtingueretur, eique certitudo ſua non deeſſet, *ſolennem* & *publicam* declarationem accedere debere, quæ variis ritibus expediebatur, deſcriptis a BRISSONIO & FRANCISCO HOTTOMANNO *tr. de nupt. veter.* TIRAQVELLO *ad LL. connub.* RAEVARDO *lib. IV. varior. c.* 16. &c. Quando ergo in *l.* 15. *D. de condit. & dem.* ICtus aſſerit, *conſenſum facere matrimonium*, non *concubitum*, hoc primario de *legitima declaratione*, quæ fiebat per deductionem in domum, intelligendum eſſe, indicat ipſe contextus, vel ad minimum de tali *conſenſu in præſens matrimonium* accipi debet, qui poſt *ſponſalia* ſeu *deſponſationem* ex poſtfacto interponebatur, & ita a *conſenſu ſponſalitio* omnino diuerſus erat. Enim vero patres hanc regulam, per abuſum, poſtea ad quamuis declarationem, etiam *priuatam*, *clandeſtinam*, & *minus ſolennem* tempore *deſponſationis* factam traxerunt, & nouam ſponſalium ſpeciem inde fabricarunt.

Erroneum tamen eſt, conſenſum quemuis matrimonialem coniugium facere,

§. XXII. Equidem pontificii iuris antiqui ſtrenui vindices & aſſertores, aſſerunt, *ſolemnia*, in declaranda voluntate obſeruanda, ex natura rei non exigi, ſed valde tantum conducere ad *certitudinem*, *ſanctitatem* & *decentiam* matrimonii, adeo non eſſe *ſubſtantiales actus* GONZALEZ *ad c.* 1. *X. de ſponſal. n.* 19 20. Verum id omnino eſt, ſi res ſecundum *ius naturæ* examinatur; quia vero *ius poſitiuum* ex ratione *publicæ vtilitatis* in *ſtatu ciuili* iuri naturæ & addere ſolennia, & detrahere poteſt, *l.* 6. *D. de I. & I.* ſine dubio, poſtquam illud factum eſt, *forma noua*, negotio præſcripta, ſeruanda eſt, alioquin actus eſt inualidus vel ad minimum imperfectus. Pactum, quatenus *contractui* opponitur, ex ſua natura non requirebat *verba ſolennia*, & tamen ſi ea non adhibita eſſent, de iure Romano non valebat, poſtquam hæc ſolennitas pactis ſemel præſcripta erat. Similiter venditio rerum immobilium ex ſua natura non requirit *iudicialiter* factam declarationem; interim ſi ſtatuto hæc forma

qui tamen publice declarandus erat.

Digitized by Google

venditionibus immobilium præſcripta eſt, adeo ſeruanda eſt, vt alias venditio extraiudicialiter facta non plene perfecta ſit. Allegarunt patres, adeſſe tamen obligationem in *conſcientia*, conſenſu *priuatim* declarato, & huius in *foro eccleſiaſtico* rationem habendam eſſe. Sed reſpondeo, ſi forum eccleſiaſticum eſt *proprie dictum iudicium*, non in conſcientias imperium exercet, nec *de legibus*, ſed *ſecundum leges* iudicare debet, quæ iuſta ratione in hac materia nituntur. Cerebrina æquitas eſt, quam in hac doctrina ſupponunt, quæ multis turbis, dubiis, & inordinatis cohabitationibus anſam dedit, quod non diffitentur patres *Tridentini*, prout §. *XIII.* monui. Eccur enim receſſerunt a doctrina patrum? quem in finem reprobarunt declarationem *priuatam*, *minus ſolennem*, *clandeſtinam*, quæ olim conſtituebat matrimonium? Reſpondent patres: *quod ſancta ſynodus grauia peccata perpenderit, quæ ex iisdem & clandeſtinis coniugiis ortum habent; præſertim vero eorum, qui in ſtatu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt.* Ita ſub prætextu *conſcientiæ* ſæpe optimæ leges interuertuntur & negliguntur in inſignem reipublicæ iacturam, quam qui poſtponunt, conſcientiæ propriæ parum conſulunt.

Sponſalia de præſenti hodie apud pontificios non amplius pro matrimonio habentur.

§. XXIII. Hæc fuerunt fata doctrinæ *de ſponſalibus de præſenti*, quæ, prout dictum eſt, poſt *concilium Tridentinum*, in plerisque locis, vbi decretum illud publicatum eſt, vſum omnem amiſiſſe videtur, vid ESPEN. *in iur. eccl. P. II. tit. 12. c. 5. n. 29. & 30.* BARBOSA *ad c. 30. X. b. t. n. 11.* ZOESIVS *ad tit. X. b. t. n. 22.* Nam talis declaratio *præſentis* conſenſus matrimonialis aut fit *priuatim* & *clandeſtine*, in ipſa *deſponſatione:* aut, prout *concilium Tridentinum* requirit, *coram parocho adhibitis teſtibus. Illa* hodie *matrimonium* inter catholicos dici amplius nequit, & ita nec amplius ſponſalia *de præſenti* conſtituit, quia hæc ideo a ſponſalibus *de futuro* diſtinguuntur, quod olim *matrimonium* inducerent. ZOESIVS *ad tit. de clandeſt. deſponſ. n. 2. HAEC* vero nomen *ſponſalium* amplius non habent, ſed *matrimonium actuale* dicitur. Brevibus: inter ipſos pontificios hodie tantum dantur *ſponſalia de futuro*, & ipſum *matrimonium*, vti de iure Romano.

Hæc diſtinctio reprobata eſt a Luthero,

§. XXIV. Vtinam vero proteſtantes eandem doctrinam, nouiter inter catholicos ex ſcitis *concilii Tridentini* receptam, amplexi fuiſſent! Equidem B. LVTHERVS, verioris doctrinæ reſtaurator egregius, doctrinam hanc haud incorrectam reliquit, ſed grauiter monuit, for-

Digitized by Google

formulas illas *de præſenti & de futuro* aptas natas eſſe ad rixas multiplices introducendas, inde diſtinctionem hanc vel reiiciendam vel alio modo explicandam eſſe cenſuit, in libello **von Ehe-Sachen**, vbi ita: Gleichwie ſie auch ein lauter Narren-Spiel getrieben haben cum verbis de præſenti vel de futuro, damit haben ſie auch viel Ehen zuriſſen, die nach ihrem Rechte gegolten haben, und gebunden, die nichts gegolten haben. Denn dieſe Worte, ich will dich zum Weibe haben, oder ich will dich nehmen, ich will dich haben, du ſolt meine ſeyn und dergleichen, haben ſie gemeiniglich verba de futuro genennet, und fürgegeben: Der Mann ſolte alſo ſagen: accipio te in vxorem, Ich nehme dich zu meinem Weibe, die Weibesnahme alſo: Ich nehme dich zu meinem Ehemann; und haben nicht geſehen, noch gemercket, daß dis nicht im Brauch iſt teutſch zu reden, wenn man de præſenti redet, ſondern das heiſt de præſenti geredet: Ich will dich haben: ego volo te habere, eſt præſentis temporis, non futuri. Darum redet kein Menſch teutſch von zukünftigen Verlöbniſſen, wenn er ſpricht: Ich will dich haben oder nehmen. Denn man ſpricht nicht, ich will dich haben, wie die gaucken mit dem accipiam te, ſondern accipio te, heiſt eigentlich auf teutſch, ich will dich nehmen oder haben, und wird verſtanden de præſenti, daß er itzt mit ſolchen Worten ja ſpricht, und ſeinen Willen darein giebet. Ich wüſte ſelbſt nicht wohl, wie mein Knecht oder Magd ſolten oder konten in teutſcher Sprache per verba de futuro ſich verloben. Denn wie man ſich verlobet, ſo lautets per verba de præſenti, und ſonderlich weiß der Pöbel von ſolcher behenden grammatica nichts, daß accipio und accipiam zweyerley ſey, er fähret daher nach unſerer Sprache fort und ſpricht: Ich will dich haben, du ſolt meine ſeyn ꝛc. da iſt itzt die Stunde ja geſagt ohne weiter Aufzug und Bedencken. Ita cenſuit B. LVTHERVS.

§. XXV. Quamuis vero negari nequeat, verba *de præſenti*, a verbis *de futuro* diſtincta, ad inuenta ſubtilia ſcholaſticorum referenda eſſe, & pontifices quosdam, quos carpit LVTHERVS, ſatis inſulſe inter τὸ *accipiam* & *accipio* diſtinxiſſe, textus tamen LVTHERI oſtendit, ipſum mentem canoniſtarum in omnibus aſſecutum haud fuiſſe. Neque enim, vt ſupra oſtendi, ex ſolis iſtis formulis *accipiam & accipio*, rem æſtimabant; (quæ ſatis ambiguæ ſunt) ſed ad voluntatis declarationem reſpiciebant. Vnde ſi tantum actum erat de *ſponſalibus* ineundis *proprie dictis*, id quod ex tractatibus iudicari poterat, verba deſponſatio-

cuius mentem tamen non accurate aſſecutus eſt.

Digitized by Google

ſationis ſecundum intentionem contrahentium capiebant, qualis in dubio videtur fuiſſe, vt non ſtatim matrimoniale vinculum, ſed *ſponſalia* proprie dicta contraherent. vid. ſupra §. X. Deinde voluntatem, præſens matrimonium ineundi, non tantum ex *formula* adducta, ſed etiam aliunde, imo ipſo *facto*, v. c. concubitu ſubſequente, colligebant, vnde mens eorum magis perſpicue redditur. Quicquid vero ſit, recte reprobauit hanc diſtinctionem, cum in republica bene conſtituta non ſufficiat ad matrimonium *qualiscunque declaratio*, ſed illa *legitime* & *præſcripto modo* fieri debeat, quo facto iam *matrimonium actuale* adeſt, non nuda ſponſalia.

Aliter eam explicandum eſſe & ſic retineri poſſe cenſuit.

§. XXVI. Putauit tamen B. LVTHERVS, retineri poſſe diſtinctionem, ſi modo commodiorem accipiat interpretationem, videlicet vt *pura* dicantur *de præſenti*, *conditionata* vero *de futuro*. Air enim: Das laß ich wohl verba de futuro heiſſen, wenn eine conditio, Anhang oder Auszug dabey geſetzt würde, als ich will dich haben, ſo du mir 100. Fl. mitbringeſt. Item ſo deine, und meine Eltern wollen und dergleichen. In ſolchen Worten wird der Wille nicht frey darzu gegeben, ſondern aufgeſchoben, und an etwas verbunden, das in ſeiner Macht nicht ſtehet, und darum er auch damit zugleich bekennet, daß ers itzt noch nicht thun könne, und ſein Wille noch nicht frey ſey. Darum bindet auch ſolche Verlöbniß nicht als *per verba de præſenti*, (h. e. ſi ſponſalia pure contracta, nulla adiecta conditione.) Ita B. LVTHERVS retinuit diſtinctionem: ſed nouam eidem addidit interpretationem, a mente iuris canonici plane diuerſam. Nam hoc iure ſponſalia *de futuro* poſſunt eſſe *pura* & *conditionata*, nec verba *de præſenti* denotant promiſſionem *puram*, ſed potius *præſentis matrimonii declarationem*, licet *priuatam*, *minus ſolennem*, nec a parocho *confirmatam*. Similiter verba *de futuro* non denotant *conditionalem* promiſſionem præciſe, ſed in genere *promiſſionem mutuam futuri matrimonii*, ſiue *pure* ſiue *ſub conditione* declarata fuerit. *c. 2. X. h. t.*

ICti proteſtantes retinuere definitiones iuris canonici,

§. XXVII. Hæc ſolertia LVTHERI in emendanda doctrina de *matrimonio* ab initio offendiſſe ICtos videtur. Ad minimum non conſtat, eos a principiis iuris canonici receſſiſſe, quibus adeo immerſi erant, vt, dolente licet LVTHERO, lectiones canonicas non deſererent, ſed caſus emergentes ſecundum illa iura deciderent. Res inter LVTHERVM & ICtos fere erupiſſet in apertam flammam, niſi electoris Saxoniæ prudentia iguis in cinere extinctus foret. Refert enim

Digitized by Google

enim SECKENDORFFIVS *in hiſtor. Lutherani ſmi lib. III. ſect.* 32. §. 126. circa annum 1545. ICtorum ſententias in cauſis matrimonialibus, ſpeciatim de ſponſalibus clandeſtinis, & *quod ſecundum pontificum leges decidere non deſiſterent*, vehementer offendiſſe LVTHERVM, adeo vt minas ſpargeret, ſe edito libello illos refutaturum eſſe. ICri rem ad electorem detulerunt, qui in reſcripto d 8. Ian. 1544. mandauit, *vt de iis, quæ controuerſa & dubia eſſent, ſpeciatim in cauſis matrimonialibus, theologi & ICti amice conferrent, & abſque detrimento doctrinæ chriſtianæ, a Luthero propoſitæ, concordarent, POSTHABITIS LEGIBVS PONTIFICIIS* &c. Verum quia poſthæc mox Witteberga diſceſſit LVTHERVS, & poſt biennium deceſſit, plura in hac doctrina inemendata relicta ſunt, præſertim cum deeſſent, qui ICtis papizantibus maſcule reſiſterent præcauerentque, ne tradita pontificiorum in hac doctrina propagarent. Ita omnes fere concluſiones iuris canonici in hac doctrina retentæ ſunt.

§. XXVIII. Ipſe PHILIPPVS MELANCHTHON adhuc caſum quendam decidit ex principiis iuris canonici, quam deciſionem refert DEDEKENNVS *in conſ. theol. vol. III. lib. II. ſect.* 2. *n.* 4. huius tenoris:

Imo præterea omnes concluſiones huius diſtinctionis.

Die Reden zwiſchen Wolff N. von Ingolſtadt, und Gall Thonius, ſind gewißlich unkräfftige Reden, denn Gallen Tochter Anna iſt nicht bey der Zuſage geweſen, und hat ſie niemand zuvor gefraget, was ihr Wille ſey? Auch iſt ſie noch in ſolcher Jugend geweſen, nemlich nicht über 12. oder 13 Jahr, daß ſie nicht vermocht hat zu willigen, auch iſt kein arrha gegeben worden. Aus dieſen wahrhafftigen Gründen iſt zu verſtehen, daß dieſelbigen Reden zwiſchen Wolff N. und Gallen nichtig ſind. Und ſo man gleich hefftig ſtreitet, ſo können dieſelbigen Reden nicht mehr geweſen ſeyn, denn ſponſalia de futuro.

Nun iſt öffentlich, daß ſponſalia de futuro nichtig werden, ſo hernach folgen ſponſalia de præſenti. Ueber das, ſo iſt gedachter Wolff nicht in den beſtimmten dreyen Jahren wiederum in dieſe Lande kommen, iſt alſo ſelber von den ſponſalibus de futuro abgeſtanden. So aber jemand dieſelbigen Reden noch härter vertheidigen wolte, ſo folget, daß Wolff ein deſertor iſt, und ſolte gleichwol das arme Kind Gallen Tochter Anna von ihme ledig geſprochen werden, ſo weiß man, daß im codice de repud. l. 2. und andern Oertern die Jahre ausgedrucket ſind, darinn der ſponſus oder maritus wiederkommen ſoll.

Digitized by Google

Aber ich bleibe bey dem erſten fundament de ſponſalibus de futuro, und ſpreche alſo klar, daß die öffentliche Zuſage per verba de præſenti zwiſchen Adam Thonius und Anna kräfftig ſey, und ſoll nicht verhindert werden, auch iſt der arme Mann Gall damit nicht zu beladen, daß er dem Wolff gen Ingolſtadt nachziehen ſolle, zu erkunden, ob er noch lebe.

Interpretatio noua Lutheri ſuperaddita definitionibus iuris canonici.

§. XXIX. Poſt deceſſum LVTHERI ICti diſtinctionem hanc retinuerunt, *& ex mente canoniſtarum in *concluſionibus* applicuere. Quia tamen eo ſenſu LVTHERVS illam reprobauerat, doctrinam LVTHERI communi canoniſtarum interpretationi addiderunt. SERNEDEWIMVS, diſcipulus LVTHERI, in *comment. ad I. tit. de nupt. P. I. n.* 5. hunc obſeruat proceſſum, & tandem concludit: *Poſſunt igitur ſponſalia de futuro dici tractatus de futuro matrimonio, ita quod illa promiſſio futurarum nuptiarum non contineat in ſe purum & abſolutum conſenſum, ſed cum quodam tractu futuri temporis, ut notatur in d. c. pen. X. h. t.* Ita doctrinam LVTHERI quidem ſecutus videtur, vt tamen ægre recederet a concluſionibus iuris canonici, quem in finem ad *c. pen. cit.* prouocat, a LVTHERO reprobatum. Euidentius hoc apparet ex ſequentibus, quia *n.* 16. tradit differentias *ſponſalium de præſenti & de futuro*, ſecundum doctrinam iuris pontificii. Ait, ſponſalia *de præſenti* eſſe ipſum matrimonium, nec mutuo diſſenſu diſſolui poſſe &c. porro *n.* 32. de *ſponſalibus conditionatis* agit, & totam hanc doctrinam ex mente pontificiorum explicat. Eius collega & coætaneus IOACHIMVS BEVST *in tract. de ſponſal. & nupt.* doctrinam & LVTHERI & *iuris canonici* propagauit; vt ex *P. I. §.* 8. apparet, imo §. 10. vbi differentias huius diſtinctionis tradit, concluſiones iuris canonici ad vnguem retinet, quamuis, vt contextus docet, eas magis applicare voluiſſe videatur ad illas definitiones, quæ nouiter a LVTHERO diſtinctioni huic aſſignatæ ſunt. WESENBECIVS in doctrina iuris canonici nihil mutauit, ſed *ad tit. D. de ſponſal. n.* 3. diſtinctionem hanc ex mente canonum ſuo modo explicuit, docens ſponſalia de futuro eſſe tractatus ſeu *pactum de futuris nuptiis*, aut cum *impuberes* inter ſe contrahunt, aut verba alioquin in futurum tempus aut *ſub conditione* concipiuntur. Sponſalia de præſenti vero dixit *promiſſionem coniugii præſentis*, quæ eſt ipſa & genuina iuris canonici definitio. Cum vero hi tres poſt GOEDENIVM & SCHVRFFIVM ſeculo illo, a reformatione admodum claro, principatum inter ICtos tenuerint, facile liquet, doctrinam hanc per totum ſeculum XVI. propagatam & conſeruatam fuiſſe, vtut in definitionibus ex doctrina LVTHE-

Digitized by Google

TERRI hinc inde quædam mutatio facta fuerit, quæ tamen poſtmodum confuſiones infinitas peperit.

§. XXX. Eo magis autem eo ſeculo ICti hanc diſtinctionem retinuerunt, quod viderent, *theologos* quoque eandem maximopere excolere. Floruit circa medium ſeculi XVI. alter ille MARTINVS, CHEMNITIVS ſcilicet, qui in *locis theol. de coniug.* ab eccleſia hanc diſtinctionem, vtpote a veteris eccleſiæ doctoribus monſtratam & traditam, iuſtis de cauſis receptam fuiſſe opinatur, adeoque eandem fuſe explicat, putatque, ſponſalia de *præſenti & futuro* diſtingui vt *pactum de emendo vendendo* ab ipſa *emtione*. Quia vero præuidit, ex doctrina communi turbas facile naſci poſſe, remotis verborum cauillationibus putauit, ex his conſiderationibus *ſponſalia de futuro* iudicari poſſe: (1) *Si verba plana & manifeſta ſunt, quod non PVRVS, abſolutus, & præſens, ſed SVSPENSIVS conſenſus fuerit, ſcilicet quod diſertam exceptionem annexam habuerit, nondum velle ſe prorſus obligari, ſed liberum debere eſſe vel vni vel vtrique parti, vt retrocedat. Vel quum contractus ſuſpenditur, cum tali additione, velle partes ea de re conuenire & agere, vt certi quid concludatur & ſtatuatur.* Primo ex his verbis apparet, etiam B. CHEMNITIVM exiſtimaſſe, verba *de præſenti, & pura* de iure canonico, cui hæc diſtinctio debetur, coincidere, id quod a vero alienum eſt. Deinde verba adducta monſtrant, *tractatus ſponſalitios* ab eo dictos fuiſſe *ſponſalia de futuro*, quam ſententiam plures poſtea ſecuti ſunt. Admodum tamen intongrue. Sicuti enim *tractatus* de futura emtione ineunda admodum inſulſe dicuntur *emtio de futuro*, cum emtio tunc demum emtio dici poſſit, vbi *de pretio* inter ſe conuenerint; ita ſponſalium nomen tribui nequit *tractatibus* eiusmodi, qui ſunt *præparatoria* eorum, non ipſa *ſponſalia*. Nec particula *de futuro* rem ſaluat, cum re vera contradictionem inuoluat, id vocare *ſponſalia*, quod eſſentialia *ſponſalium* apud omnes gentes recepta non habet. Proinde quoque nulla ex his tractatibus naſcitur *obligatio*, quæ tamen ex *ſponſalibus* naſci debet. Erant de iure canonico ſponſalia de futuro, *vera & proprie dicta ſponſalia, definita & determinata*, & ſine obligatoria, a quo ſignificatu definitio B. CHEMNITII longiſſime recedit. Alterum κριτήριον eiusdem eſt farinæ. Ait: (2) *ſi poſtea in ipſa tractatione & actione, priusquam certi aliquid concludatur & ſtatuatur, aliquid interueniat, vt actio prorſus intermittatur & abrumpatur*, vel vt dici ſolet: die Tractaten ſind abgebrochen. Non video ſane, quomodo illud negotium,

Theologi quoque illam diſtinctionem defenderunt poſt Lutherum.

κριτήριον Chemnitiana ſponſaliorum de futuro examinantur.

tium, vbi de *ſponſalibus ineundis* demum agitur, poſſit dici *ſponſalia de futuro*, cum in *idem placitum* conſenſus adhuc deficiat.

Pactum futurorum ſponſaliorum male aſſumtum pro ſponſalibus de futuro.

§. XXXI. Pergit porro: (3) *conſideretur ex circumſtantiis, an partes tunc voluerint non abſolute certi aliquid ſtatuere, ſed tale quid, quod poſtea poſſet, ſi cauſa incideret, etiam addita mulcta, mutari.* Præſupponit, ni fallor, caſum, quo *mutuo conſenſu* quidem inter ſe conuenerunt de futuro matrimonio, vt tamen plura adhuc *determinanda*, v. c. circa dotem, dotalitium, donationem propter nuptias &c. ſupereſſent, quod iterum ipſa *ſponſalia* non conſtituit, ſed tantum *actum* adhuc *imperfectum*, qui demum *perfectus* redditur, ſi nihil perficiendum & determinandum ſupereſt. Similiter huc referri poteſt *conuentio* inter deſponſatos, quæ præmitti ſolet ſponſalibus *publicis*, & recte dici poteſt *pactum futurorum ſponſalium*, obſeruante Dn. THOMASIO *diſſ. de pact. futur. ſponſal.* §. 7. Hoc *pactum* in pluribus locis præcedere ſolet, vbi poſtquam de *conditionibus futuri coniugii* inter ſe conuenerunt, diem dicere ſolent *publicis ſponſalibus* ineundis, eisque mutua conuentione in præſentia teſtium corroborandis, quæ pacto præcedente præliminariter determinata ſunt. Aſt hoc caſu conuentio præliminaris non conſtituit in ſenſu iuris canonici ſponſalia *de futuro*: ſicut *publica ſponſalia*, qua talia, non faciunt illa, quæ ius canonicum *de præſenti* vocat. Addit (4) *an deliberato animo contractio vel pactio ita facta ſit, quod voluerint partes, naſci inde obligationem & nexum coniugalem, vel vt eſſet initium coniugii.* Si deliberato animo promiſſio mutua facta eſt, ita vt nihil determinandum ſuperſit, *vera ſponſalia* vtique contrahuntur. Aſt hic caſus diſcrimen iuris canonici non explicat.

Sponſalia conditionata & impuberum primario relata ſunt ad ſponſalia de futuro.

§. XXXII. Refert adhuc duas ſpecies ad *ſponſalia de futuro*, dum ita pergit: (5) *ſponſalia, quæ non pure, ſed SUB CONDITIONE honeſta & poſſibili contrahuntur, ante conditionis implementum non pariunt efficacem obligationem, ſed SPONSALIBUS DE FUTURO æquiparantur. Effectus enim ſuſpenditur in euentum conditionis.* (6) *Deſponſatio impuberum iuris interpretatione inter ſponſalia de futuro cenſetur, niſi puberes facti proprio conſenſu illa rati habeant: mutuus enim conſenſus requiritur.* Hæ duæ ſpecies vtroque iure ad *ſponſalia proprie dicta* referuntur; non vero ideo, quod ſint *conditionata* aut *impuberum*, ſed quod de *futuro* in iis agatur *matrimonio*, de quo etiam in ſponſalibus *puris & puberum* regulariter agitur. Nam de iure Romano vna tantum ſponſalium ſpecies eſt: de *iure canonico* quidem duæ introductæ ſunt, vt tamen *ſponſalia de futuro* vera & proprie dicta conſtituant ſponſalia, prout

prout ſupra dictum eſt. Ergo B. CHEMNITII ſententia a canoniſtarum in eo recedit, quod ille ſponſalia *de futuro* perfecta & omnibus numeris completa ſponſalia eſſe neget, vti ex adductis ſpeciebus conſtat; ius canonicum autem diſtinguat *tractatus a ſponſalibus de futuro*, & hæc perfecta & proprie dicta ſponſalia eſſe dicat, eaque vel *pura* vel *conditionata* eſſe aſſerat. In eo tamen *incaute* proceſſiſſe videtur, quod *pacta futurorum ſponſaltium* non diſtinxerit a ſponſalibus *de futuro* matrimonio, ſeu a veris ſponſalibus, adeoque *ſponſalia impuberum* huc quoque retulerit, quæ tamen *imperfecta* ſunt, nec ante pubertatem vinculum habent, imo *pactum* tantum quoddam de *futuris ſponſalibus*, adueniente pubertate ineundis, ſi in eodem conſenſu perſiſtant, contineant.

Chemnitius in multis receſſit a concepru iuris canonici.

§. XXXIII. Pergit deinde CHEMNITIVS ad ſponſalia *de præſenti*, eaque tunc adeſſe ait, *quando partes mutua pactione categorice de coniugio in præſenti paciſcuntur, h. e. quando ipſe coniugii contractus categorice pura pactione, in præſenti celebratur, ea intentione, vt abſolute aliquid, quod poſtea mutari non poſſit aut debeat, conſtituatur.* Poſt pauca pergit: *Et licet talia etiam ſponſalia in futurum reſpiciant, vt ſcilicet poſtea ſponſo adducatur & tradatur ſponſa; tamen vere ratum eſt coniugium, & iam initium factum eſt præſentis coniugii. Id quod exemplo intelligi poteſt: vt, ſi contractio emtionis & venditionis rite celebratur, traditio poſſeſſionis ad futurum aliquod tempus differatur, vera nihilo minus eſt emtio.* Si recte percipio CHEMNITIVM, ſponſalia *de præſenti* cum *puris* coincidunt, ita vt nihil amplius determinandum ſuperſit, vel quod determinatio eorum, quæ determinanda erant, facta fuerit, vel quod *ſimpliciter* deſponſatio facta ſine vlla alia *reſeruatione* rerum adhuc determinandarum. Talem enim *deſponſationem* ſimpliciter fieri poſſe, omnino arbitror, cum etiam ſine dote & pactis dotalibus nuptiæ ſubſiſtant. Quod ſi hanc definitionem ſecundum iuris canonici doctrinam examinamus, hæc tantum ſponſalia *de futuro* dicenda forent, quæ etiam *pure & ſine omni conditione* contrahi poſſunt, *c. 2. X. h. t;* ita vt *categorice* fidem ſibi *de matrimonio contrahendo* dederint. Imo hoc eo magis aſſerendum videtur, quod vir beatus ipſe aſſerat, hæc ſponſalia *in futurum* reſpicere, qualia ſponſalia vbique *de futuro* eſſe aſſeruerunt. Illa enim, quæ *de præſenti* vocantur, non reſpiciunt, ex mente canoniſtarum, in *futurum*, ſed in *præſens* tempus, prout ſupra explicui. Supereſt ergo adhuc inſignis differentia inter doctrinam CHEMNITII & *iuris canonici*. Nam ille quidem ſponſalia *de futuro* proprie dicta eſſe negat,

Sponſalia de præſenti ex mente B. Chemnitii ſunt illa, quæ pura ſunt, in quo recedit a iure canonico: & de præſenti dicit, quæ eo iure dicuntur de futuro.

Digitized by Google

hoc vero asserit: ille quidem sponsalia *de præsenti* demum vera & proprie dicta esse asserit, hoc vero negat. Quæ ille *de præsenti* nominat, plane nostratibus incognita sunt.

Inde varios nouos conceptus sibi ICti protestantes de hac distinctione formarunt,

§. XXXIV. Postquam itaque theologi & ICti protestantes *appellationes iuris canonici* quidem, non vero *rem* ipsam & *definitiones* retinuerunt, non leuis postmodum confusio inde orta, quod quilibet novum & peculiarem hisce speciebus conceptum tribuere studuerit. Equidem CARPZOVIVS *lib. II. iurispr. consist. def.* 17. diuisionem hanc explicat secundum ius canonicum, sed *n.* 4. LVTHERI doctrinam secutus addit: *sponsalia illa de futuro nostrates non agnoscunt, propterea quod, apud Germanos non sit talis loquendi consuetudo, & sub prætextu cum confusione verborum istorum multa vera coniugia distrahantur.* Palam, ni fallor, hæc verba indicant, CARPZOVIVM in mentem canonum penitiorem haud penetrasse; neque enim hi ex *verborum formula* rem nude æstimabant per *c.* 23. & 25. *X. h. t.* sed sponsalia de futuro adesse dicebant, quoties etiam *pure de futuro matrimonio contrahendo*, prout hodie quotidie fit, partes conueniunt. Formulæ iuris canonici in *c. pen. h. t.* adductæ inanes omnino sunt; hæ tamen non exhauriunt sponsalium essentiam, sed exempli causa tantum, quamuis incongrue, adductæ, vt inde colligi queat, vtrum in *præsens coniugium*, an vero *in futurum* consenserint. Imo pontifices ipsi censuerunt, in illis formulis haud subsistendum esse: sufficere etiam alia quæcunque verba, vel facta, *consensum matrimonialem*, vel *sponsalia* declarantia. vid. *c. pen. X. h. t.* ibi: *vel alia verba consensum exprimentia de præsenti*, & post pauca: *siue verba similia*, qualia in *c.* 9. *X. eod.* adducuntur. Addit CARPZOV. *cit. l.* 5. *Remanent sola sponsalia de præsenti a iure canonico quidem introducta, re vera tamen nulla, quia eiusmodi sponsalia pro nuptiis & matrimonio initiato, licet nondum benedictione ecclesiastica firmato & consummato, habentur.* Vera est hæc assertio de *iure canonico;* sed fallitur CARPZOVIVS, existimando, talia sponsalia esse illa ipsa, quæ in nostris foris nomine sponsalium *proprie dictorum* veniunt, quæ potius ex mente canonum *de futuro* essent dicenda. Illa nobis incognita sunt, in quibus desponsati ex dispositione *iuris canonici* ita firmiter se obligant, vt statim edant *consensum coniugalem*, sponsa v. gr. dicente: Ich nehme ihn hiemit zu meinem Ehemann an, sponso vero: Ich nehme sie hiemit zu meiner Ehefrau an. Ecquis enim hodie huiusmodi *formula* aut *cautela* vtitur in desponsatione *publica*, *pura*, *solemni?* ecquis intendit matrimonium inire, qui *sponsalibus* solis intentus est? Et tamen nihilo minus

& sponsalia proprie dicta dixerunt de præsenti.

omnia

omnia prædicata, iure canonico ſponſalibus *de præſenti* tributa, noſtris ſponſalibus *proprie dictis* attribuit CARPZOVIVS, quæ ex mente iuris canonici magis dicenda *de futuro*.

§. XXXV. Interim CHEMNITII doctrinam in *ſq. def.* 18. ſequitur, docetque *n.* 6. ſponſalia *de futuro* non niſi *tractatus de futuro matrimonio*, inferre, & apud noſtrates parum attendi, quod ſint tantum *tractatus præparatorii ſponſalium*, quo nihil abſurdius dici poteſt. Hunc enim conceptum a *iure canonico* alienum eſſe, patet inde, (1) quod in his etiam fides *pure* detur *de matrimonio contrahendo*, h. e. quando fit mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum *c.* 2. *X. h. t. c.* 5. *X. qui cleric. vel vouent.* ibi: *fide data ſe nupturam promiſit.* In his textibus non *nudum pactum* de *ſponſalibus futuris* latere, optime obſeruat B. THOMASIVS *diſſert. de pact. futur. ſponſal.* §. 20. *lit. m. n.* quamuis plures hoc arbitrati ſint. Qui igitur vtrinque *pure* ſine *omni conditione* fidem ſibi dederunt de matrimonio contrahendo, plane non amplius ſubſiſtunt in nudis *tractatuum* terminis: id quod etiam pontifex in *cit. c.* 2. exemplo *ſocietatis* declarat. (2) Quod pœnitentia eccleſiaſtica frangentibus ſponſalia *de futuro* imponatur, *c.* 3. *X. eod.* id quod ad *tractatus præparatorios* applicari nequit, in quibus nulla *fidei violatio* occurrit, quod tamen in ſponſalibus *de futuro* fractis ſupponitur. *c. pen. in f. eod.* (3) Quod ſponſalia *de futuro* hoc iure inducant impedimentum honeſtatis publicæ. *c.* 8. *X. eod. c. vn. h. t. in.* 6. (4) Quod ſponſalia hæc dicantur *vera & proprie dicta* ſponſalia, ſecundum ea, quæ §. X. dicta ſunt, quod de nudis *tractatibus* dici nequit. (5) Quod *obligationem efficacem* inducant, *c.* 22. *X. h. t.* quod rurſum a *tractatibus* præparatoriis alienum eſt.

Sponſalia de futuro ſuppoſuere, eſſe tractatus ſponſalitios,

§. XXXVI. In eo quoque doctrinam B. LVTHERI ſecutus eſt, quod ſponſalia *conditionata* dicat eſſe *de futuro*, quæ, pendente conditione, non obligant, ſcilicet ad *implendum*, bene tamen ad *expectandum* conditionis euentum. vid. CARPZOV. *lib. II. iurispr. eccleſ. def.* 20. Ergo dantur ſponſalia *de futuro*, quæ plane non obligant: dantur etiam ex mente CARPZOVII, quæ obligant, ſaltim ad euentum conditionis expectandum: ea pendente enim, neutri integrum eſt ab iis recedere, prout ipſe probat *ſq. def.* 21. quod valde turbat conceptum ſponſalium *de futuro*. Equidem & ius canonicum ſponſalia *conditionata de futuro* eſſe dicit, ſed non ideo, quia *conditionata*, cum & *pura* de futuro eſſe queant; ſed quia in illis actum eſt de *futuro*, non *præſenti* coniugio. *c.* 5. *X. de condit. appoſ.* E contrario ex doctrina CARPZOVII fluit, *pura* ſponſalia

vel conditionata ſponſalia

contra mentem iuris canonici.

indi-

Digitized by Google

indiſtincte *de præſenti* dicenda eſſe, quod *purus* conſenſus inuoluat præſentem promiſſionem. Ita vero rurſus ſponſalia talia *de præſenti* ſunt de iure canonico non alia, quam *de futuro*.

D. Strykii conſenſus illuſtrationis gratia adducitur.

§. XXXVII. Sententiam hactenus illuſtratam oppido defendit B Dn. STRYKIVS *de diſſenſ. ſponſal. ſect. I. §. 20. ſqq.* quam ipſius verbis referam. Ait: *Quare hic omnino diſtinguendum eſt inter conſenſum præſentem in nuptias, & conſenſum præſenten in ſponſalia. Ille canoniſtis ſponſalia de præſenti; hic de futuro facit, quod exemplis declarandum:* accipio te in vxorem & accipio te in ſponſam: *vtrobique verbum præſentis temporis adeſt, poſteriori tamen caſu tantum ſponſalia de futuro apud canoniſtas contrahuntur. Quotiescunque ergo verba non diriguntur in præſens matrimonium, totiès non adſunt ſponſalia de præſenti.* In §. 22. ex his præmiſſis concludit, *hodie apud nos ſponſalia de præſenti in ſenſu iuris canonici vix ulla dari, cum vix fingi poſſit caſus, vbi inter ſponſalia & matrimonium non intercedat vna alterave dies, ſed illa*, pergit, *tandem erunt vera ſponſalia de præſenti, quando in facie eccleſiæ deſponſati denuo interrogantur ab eccleſiæ miniſtro, an alter alteram coniugem accipere velit? tunc enim re vera adeſt purus conſenſus in præſens matrimonium.* *Porro* in §. 24 explicata LVTHERI ſententia, docet, *retentam fuiſſe in eccleſiis euangelicis Lutheri ſententiam, & ex eo tempore aliter, quam iure canonico, ſponſalia de præſenti & de futuro explicari cœpiſſe.*

Pacta futurorum ſponſaliorum etiam hodie dicuntur ſponſalia de futuro,

§. XXXVIII. In §. XXV. B. STRYKIVS ita hodie in conſiſtoriis explicandam eſſe hanc diſtinctionem cenſet, vt *pacta de futuris ſponſalibus publicis* dicantur *ſponſalia de futuro:* promiſſio vero futurarum nuptiarum *ſolennis & publica* ſponſalia *de præſenti* contineat, quo ipſo inter ſe differunt, vt *pactum de ſpondendo & ipſa ſponſalia.* Interim tamen §. 30. ſponſalia conditionata referenda eſſe iudicat ad ſponſalia *de futuro*, cum in præſenti nulla adhuc dum *obligatio ſponſalitia* adſit, quod, quo accipiendum ſit ſenſu, aliquoties iam indicaui. Eandem ſententiam quoque fouet B. THOMASIVS *diſſ. de pact. futur. ſponſal. §. III.* aſſerens, quod, quamuis hæc pacta non niſi improprie *ſponſalium* nomine inſigniri poſſint, ſi tamen ea *ſponſalia* nominare placeat, pro ſponſalibus *de futuro* ſaltim ſint habenda, & hoc ſenſu admitti poſſit illorum ſententia, qui *tractatus* de ſponſalibus ineundis *ſponſalia de futuro* nominare ſoleant, cum pacta illa præcedentia nil niſi *tractatus* ſint, ideo, quod nondum obligent, antequam *publica deſponſatio*, quatenus pro *forma* iuxta *leges prouinciales* deſideratur, acceſſerit.

§. XXXIX.

Digitized by Googl

§. XXXIX. Quodſi de *fatis* huius diſtinctionis adducta inter ſe conferimus, ſequentia inde colligi poſſe exiſtimo: (I) in noſtris foris regulariter non dari *ſponſalia de præſenti* in ſenſu iuris canonici, adeoque, quæ de his prædicantur, ſcilicet, quod conſtituant *matrimonium*, applicatione omni deſtitui, ſi vnicum excipias caſum, quando ſponſalibus proprie dictis concubitus acceſſit. Hoc facto *conſenſus matrimonialis* euidentiſſime adeo declaratus eſt, vt hic caſus ad *ſponſalia de præſenti* in ſenſu *iuris canonici* accepta referri, & inter proteſtantes duntaxat admitti queat, cui deciſiones iuris canonici, ſponſalia *de præſenti* tangentes, applicari poſſint. (II) *Sponſalia de futuro* eſſe *proprie dicta ſponſalia* de iure canonico: in foris proteſtantium *improprie dicta;* imo quæ in noſtris foris *ſponſalia de præſenti* vulgo dicuntur, de iure canonico tantum fuiſſe *ſponſalia de futuro. c.* 2. *X. h.t.* Proinde (III) ſi dextre ius canonicum applicare volumus, ea, quæ de *ſponſalibus de futuro* hoc iure aſſeruntur, *ſponſalibus de præſenti* ſeu *puris* in foris noſtris tribuenda eſſe. (IV) *Tractatus præparatorios* de iure canonico haud dici ſponſalia *de futuro*, nec nomen *ſponſalium* mereri, ſi forſan exceperis *ſponſalia impuberum*, quæ re vera *pacta imperfecta* ſunt de futuris ſponſalibus. (V) Sponſalia *conditionata* tam iure canonico, quam moribus conſiſtoriorum noſtrorum eſſe *de futuro*, *c.* 5. *X. de condit. appoſit.* diuerſis tamen ex cauſis & principiis: de *iure canonico* quidem, quia in iis in *præſens matrimonium* voluntatis declaratio deeſt, quæ demum conſtituit ſponſalia *de præſenti;* de praxi vero conſiſtoriorum proteſtantium, quia ſponſalia non ſunt *pura* quæ demum *de præſenti* iis dicuntur. Ita retenta eadem deciſione diuerſas decidendi rationes allegant, quod etiam agnoſcit BRVCKNERVS *deciſ. matrim. c.* I. *n.* 28. (VI) Tres ſpecies ſponſalium *de futuro* proteſtantes ICti adferre ſolent, ſcil. *tractatus præparatorios*, ſub quibus etiam *pacta* de futuris ſponſalibus *publicis* comprehenduntur: *ſponſalia conditionata*, & *deſponſationes impuberum.* Sponſalium *de præſenti* tantum vnicam ſpeciem agnoſcunt, ſcilicet, quando *pure & ſine omni conditione ſibi inuicem de contrahendo matrimonio* fidem dederunt. Iuris canonici doctrina ab his toto cœlo diuerſa eſt, vti ex antea dictis facile colligi poteſt. Quæcunque enim ipſis definitionibus inter ſe differunt, illa eadem iura habere non poſſunt.

Concluſio ex hactenus dictis formatur.

§. XL. Quemadmodum vero proteſtantes ICti tuto relinquere potuiſſent doctrinam *iuris canonici*, ita videlicet comparatam, vt commode ad fora proteſtantium accommodari haud poſſit; ita optandum

Quomodo hæc doctrina ex iuris naturæ principiis proponi debuiſſet?

Digitized by Google

dum fuiſſet, vt eam vnice ex *natura ſua* æſtimaſſent, quo facto hæc in tot difficultates in applicatione haud deducta fuiſſet. Sufficere omnino illis potuiſſent ſimpliciſſima *iuris naturæ* fundamenta, ſecundum quæ omnem ſponſalium naturam diiudicare potuiſſent, poſthabita diſtinctione ſponſalium *de præſenti* & *de futuro*. Experientia teſte enim quatuor quaſi gradibus ad matrimonium plerumque itur, ita vt (I) præcedere ſoleant *nudi tractatus*, quando *mentio* die Anwerbung a ſponſo facta eſt, repromiſſione a parte ſponſæ adhuc ceſſante, quo ipſo virgo dicitur *ſperata*. vid. B. Dn. STRYK *in vſ. modern. ad tit. de ſponſal.* § 1. (II) Aliquando quidem accedere ſolet repromiſſio das Ja-Wort, vt tamen plura adhuc determinanda reſeruentur ſponſalibus futuris ineundis, imo his etiam determinatis, adhuc *publica ſponſalia*, in præſentia teſtium ſecundum leges prouinciales celebranda, expectentur, quo rerum ſtatu *virgo* dicitur *pacta*. Vnde non ipſa *ſponſalia obligatoria*, ſed *pactum de futuris ſponſalibus* naſcitur, vti B. Dn. THOMASIVS *diſſert.* ſæpe laudata *de pact. futur ſponſal.* fuſius oſtendit. (III) Deinceps, conditionibus matrimonii determinatis, ſequuntur ipſa ſponſalia, quibus deſponſantes ſibi fidem dant de contrahendo matrimonio, quo facto virgo *deſponſata* demum dicitur. Tandem (IV) ipſum *matrimonium* conſtituitur, per ſolennem in præſens coniugium declarationem, quo *nouus* conſenſus, a *ſponſalitio* diſtinctus, interponitur, & virgo iam dicitur *vxor*. Hi quatuor gradus ita comparati ſunt, vt ex illis, ſine vllo iuris canonici adminiculo, omnes quæſtiones emergentes reſolui potuiſſent. Verum nec theologi nec ICti hac via ſimpliciſſima inceſſere, quin potius deciſiones *iuris canonici* ſequi maluerunt, cum ſtudium *iuris naturæ* non nili leui brachio olim excultum, & ad deciſiones controuerſiarum haud fuerit adhibitum. Ita *ius canonicum* ex communi præiudicio prælatum, & quidem ideo, quod, ſecundum perſuaſionem communem ICtorum, fundamenta ex ſacris peteret, doctrinamque *eccleſiæ*, i. e. *patrum* pro fundamento haberet.

Quatuor gradus ſponſalium.

§. XLI. Verum propero ad vſum huius diſtinctionis, qui ſatis latiſſimum in *iure canonico* ambitum habet. Equidem non deſunt, qui huius diſtinctionis plane nullum agnoſcunt vſum in foris proteſtantium, quæ ſententia ſi vera eſt, noſtra parum referret, vtrum doctrinam *iuris canonici* integram retinuiſſemus, an vero nouas plane ſubſtituiſſemus deciſiones. Ita cenſet BRVCKNERVS in *deciſ. matrim. c.* I. *n.* 3. aiens: *Barbara illa latinitas, qua vir dicit, ſe accipere mulierem in ſuam vxorem, & mulier virum in ſuum maritum, & effectus diuerſus verborum præ-*

Diſtinctio adducta vſum habere a Brucknero negatur,

Digitized by Google

præsentis & futuri temporis in sponsalibus aliisque conuentionibus, tam Romanis antiquis, quam aliis gentibus, incognitus fuit. In nostra quoque germanica & aliis linguis distinctio illa vsui & praxi communi plane repugnat. Cumque etiam nos per aliquot annos in duobus diuersis consistoriis versati simus, certo asserere possumus, nullum omnino vsum istius distinctionis non deprehendisse, vt adeo mirum sit, eam adhuc a multis non tantum theologis, sed & ICtis nostrarum partium hinc inde adhiberi & defendi. Merito autem ea a sanioribus nostratium reiicitur.

habet tamen vsum peruersum.

§. XLII. Vtinam vero non accepisset vsum incongruum, quem forsan BRVCKNERVS vel ideo non obseruauit, quia animaduertit, talia sponsalia *de præsenti* a foris nostris aliena esse, quæ *ius canonicum* in medium produxit. Hic vero minime subsistendum, sed ante omnia inquirendum est, annon deciliones iuris canonici, huic distinctioni tributæ, in nostris supersint foris, & incongrue applicentur, postquam definitiones nouas substituerimus? Scilicet si plerosque ICtos, in primis vero CARPZOVIVM intueor, eorumque decisiones mente peruoluo, deprehendo, adeo eosdem placitis *iuris canonici* instituisse, vt, quæ *ius canonicum* de sponsalibus suis *de præsenti* asserit, ea ad sponsalia *de præsenti*, prout in foris protestantium definiuntur, h. e. *pura*, transferre soleant; quæ vero ius canonicum de sponsalibus *de futuro* definit, itidem adscribant sponsalibus *de futuro* nouiter fabricatis, h. e. vel ad *tractatus sponsalitios*, vel ad *conditionata sponsalia* duntaxat, vnde mira rerum confusio orta est. Etenim longe diuersas definitiones introduxere; & tamen decisiones iuris canonici, diuersas definitiones supponentes, retinuere, quæ praxis adeo congrua est, vt non potuerit non conclusiones parere minus cohærentes. Sponsalia nostra *de præsenti*, h. e. *pura*, de iure canonico dicuntur *de futuro* per *c. 2. X. h. t.* ergo horum decisiones iis tribuendæ fuissent, si ius canonicum sequendum esse existimassent; e contrario quæ de sponsalibus *de præsenti* in iure canonico prædicantur, vel omni applicatione carere debuissent, quia eiusmodi casus *regulariter* in foris nostris non occurrunt, quos ius canonicum supponit: vel ei tantum debuissent attribui casui, quando sponsalia concubitu sunt confirmata, quæ demum in sensu iuris canonici apud nos constituunt ea sponsalia, quæ *de præsenti* dicuntur. Sed ad specialia transire e re erit.

(I) Occurrit incongrua applicatio iuris canonici circa delationem iuramenti.

§. XLIII. Abusus insignis (I) huius distinctionis occurrit in doctrina de *iuramenti delatione*, vtrum & quatenus hæc in causa *sponsalium* dubiorum locum habeat? Communis fere sententia est, pro *con-*

Digitized by Google

conſeruandis ſponſalibus ei locum eſſe, non vt puella iuret, ſponſalia non eſſe contracta, quia, vt ait CARPZOV. *lib. III. reſp.* 57. *n.* 4. *delatio non valet ad diſſoluendum matrimonium.* Conf. IDEM *P. I. C* 12. *def.* 30. MEV. *P. V. deciſ.* 210. GAIL. *lib. II. obſ.* 94. *n.* 13 *ſeqq.* De iure canonico diſtinguunt communiter inter ſponſalia *de præſenti & de futuro.* Hoc caſu indiſtincte iuramentum admittendum eſſe cenſent, quod mutuo diſſenſu etiam ab illis recedere poſſint; *c.* 2. *X. b. t.* non item illo, quia talia ſponſalia inducunt *matrimonium*, quod *priuato arbitrio* partium exponendum haud eſt, ſi iuramentum poſſet vergere ad diſſoluenda ſponſalia; pro conſeruandis vero ſponſalibus delationi iuramenti locus eſt. *c.* 34. *X. de iurei.* Hoc tamen communiter reſtringunt ad iuramentum *delatum*: nam *legale* ſeu *neceſſarium* a iudice deferri poſſe conſtat ex *c.* 10. *X. de ſponſ. impub. c.* 7. *X. de frigid. & malef. c.* 4. *de probat.* ibique GONZAL. *n.* 4. Hanc eandem diſtinctionem noſtrates ſequuntur, adſtruentes, contra ſponſalia *de præſenti*, h. e. *pura*, non eſſe locum delationi iuramenti: in ſponſalibus *de futuro* vix caſus concipi poteſt, vbi in foris proteſtantium iuramentum deferri queat. Nam aut intelliguntur *tractatus ſponſalitii*, in quibus iuramentum foret inutile: aut ſponſalia *conditionata*, quo caſu conditione pendente lis non facile emergit; emergente tamen lite, ex hypotheſi communi admittendum eſſet iuramentum. — Aut denique *ſponſalia impuberum* intelliguntur, in quibus vel ideo ad iuramenti delationem haud deuenitur, quia *imperfecta* ſunt, & ab illis impune poſt pubertatem reſilire permiſſum eſt. Quæſtio ergo tantum ſupereſt de ſponſalibus *de præſenti*, de quibus etiam vnice interpretes, negantes delationem iuramenti, intelligendi ſunt. Sic enim CARPZOV. *cit. reſp.* 57. *n* 6. *Nec enim ſponſalia de præſenti ſolo ac nudo contrahentium conſenſu contrahuntur, vt propterea nudo viciſſim diſſenſu diſſoluantur, ſed a Deo colligantur, & ab ipſius auctoritate & voluntate dependent.* Primaria vtique ratio decidendi eſt, quia ſponſalia *de præſenti* ipſum *matrimonium* conſtituunt, & ita ſicuti non contra *matrimonium*, ita nec contra ſponſalia *de præſenti* iuramentum deferri poteſt. Aſt falſam eſſe hanc rationem, & ex inepta applicatione iuris canonici natam, ſtatim apparet. Noſtra ſponſalia *de præſenti*, h. e *pura*, non ſunt *matrimonium*, ſed illa ipſa, quæ de iure canonico dicuntur *de futuro*, h. e. vera & proprie dicta ſponſalia, a matrimonio adhuc toto cœlo diſtincta. Sicuti ergo contra hæc valet delatio iuramenti de iure canonico, ita hæc etiam contra ſponſalia, quæ in noſtris foris vocantur *de præſenti*, haud reiicienda, quod plenius probauit Dn. I. S. STRYK. *diſſ. de delat. iur. in matrim.* cam-

Digitized by Google

eamque ſententiam præiudiciis roborauit, & plenius ſupra *tom. I. tit. de iureiur.* §. 60. *ſeqq p.* 1304. excuſſum eſt.

§. XLIV. Similiter (II) *tranſactionem* non eſſe *contra matrimonium* admittendam colligunt & aſſerunt ex *c. vlt. X. de tranſact.* quamuis *pro matrimonio* compoſitio licita & permiſſa ſit. *c. 2. X. de clandeſt. deſponſat.* CANISIVS & GONZALEZ *ad cit. c. vlt.* GAIL. 2. *obſ.* 94. *n.* 14. *ibique* BERNARDVS GRAEVAEVS, PETRVS HEIGIVS *lib. II. qu* 16. *n.* 1. *ſeq.* MEVIVS *P. V. deciſ.* 210. *n.* 4. Idemque quoque de ſponſalibus *de præſenti* intelligendum eſſe, conſtat ex doctrina HEIGII *cit. l. n.* 14. & CARPZOVII *lib. III. iurispr. conſ. def.* 44. *n* 1. & 12. & *lib. II. def.* 233 *n.* 4. Vterque tamen hoc reſtringit ad eum caſum, ſi liqueat, ſponſalia *de præſenti*, h. e. *pura*, eſſe contracta, & alter deſponſatorum forſan refractarius ſit, vt fidem datam conſeruare nolit: *ſi de promiſſione matrimonii adhuc ſub iudice lis eſt, nec ea ab actrice fuerit probata, aut difficulter probari poſſit*, ſecus ſe rem habere ait CARPZOV. *cit. def* 233. *n.* 7. Hæc ſi vera ſunt, etiam *delatio iuramenti*, quæ inſtar *tranſactionis* eſt, contra ſponſalia, quæ ab aduerſario negatur, locum habere debet, quia iuramentum vt plurimum defertur, vbi de ſponſalibus contractis non conſtat, vt inde ſatis appareat, doctrinam & CARPZOVII & HEIGII plane non cohærere. Vt vero redeamus in viam, iterum ex hactenus dictis appareret, doctrinam iuris canonici peruerſe ad noſtra ſponſalia applicatam eſſe. Quod ius canonicum tranſactiones non admittat contra ſponſalia *de præſenti*, conclamatum eſt; ſed eiusmodi ſponſalia non habemus. Admittit ius canonicum tranſactiones in ſponſalibus *de futuro*, ſiue *pure* ſiue *ſub conditione* contracta fuerint, quorum prior ſpecies apud nos vocatur *de præſenti*, quid ergo prohiberet, quo minus in iis admitteremus tranſactionem? Falſum enim eſt, noſtra ſponſalia de præſenti eſſe *matrimonium*, quod aſſertum peruerſe ex iure canonico ſponſalibus noſtris adſcriptum eſt. B. DN. STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect. III.* § 33. (II) circa tranſactionem,

§. XLV. Ex eodem fundamento quoque (III) fluxit deciſio, quod in matrimoniali cauſa arbiter aſſumi nequeat per *c. 9. in f. de in integr. reſtit.* HEIGIVS *cit. l. n.* 3. CARPZOV. *cit. def.* 233. *n.* 4. MEV. *cit. deciſ.* 210. *n.* 5. & ita quoque nec in *ſponſalibus de præſenti*, modo de horum exiſtentia conſtet: nam ſi dubitatur, vtrum ſponſalia illa inita ſint, ſi tantum ſuper quæſtione *facti* lis hæreat, compromiſſum admittunt. HEIGIVS *cit. l. n.* 22. *ſeq.* Non alia huius aſſerti ratio dari poteſt, quam quod ſponſalia *de præſenti* ſint matrimonium, quæ ſi non negantur, (III) circa compromiſſum,

ſed forſan de *validitate* illorum diſputatur, compromiſſum ceſſare arbitrantur, quia cauſa matrimonialis eſt *eccleſiaſtica*. Si res ex vero æſtimanda foret, in cauſis ſponſalium, ſiue *pure* ſiue *ſub conditione* contracta fuerint, indiſtincte arbiter recipi poſſet, cum hæc cauſa non poſſit dici *eccleſiaſtica*. Quod *matrimonium* & *ſponſalia de præſenti* cauſis eccleſiaſticis annumerentur, vnice ex conceptu *matrimonii* fluit: aſt ex ipſa pontificiorum conceſſione ſacramentum non eſt in ſponſalibus de futuro (quæ nobis ſunt *de præſenti*) ſed tantum in matrimonio, *c.* 5. *X. de digam. non ordin. c.* 17. *C.* 27. *q.* 2. *c.* 36. *C.* 27. *q.* 2. adeoque ſponſalia de futuro ad cauſas eccleſiaſticas non abſolute referri deberent.

(IV) circa indiſſolubilitatem ſponſalium,

§. XLVI. Inprimis vero (iV) peruerſa applicatio huius doctrinæ ſeſe exerit, quando de ſponſalium *validitate* & *vinculo* lis incidit, vbi communiter & iuris canonici interpretes & practici in foris proteſtantium diſtinguunt inter ſponſalia *de praſenti* & *futuro*. De iure canonico manifeſti iuris eſt, (I) ſponſalia *de futuro*, etiam iurata, *mutuo diſſenſu* diſſolui poſſe, (II) nec refractarium *præciſe* & *abſolute* compelli debere ad matrimonium ineundum. Prius liquidum eſt ex *c.* 2. *X. h. t.* vbi pontifex ita: *Præterea hi, qui de matrimonio contrahendo PVRE & SINE OMNI CONDITIONE* (quæ apud proteſtantes erronee *de præſenti* dicuntur) *fidem dederunt, commonendi ſunt, & modis omnibus inducendi, vt præſtitam fidem obſeruent: ſi autem ſe ad inuicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, vt talem ſcilicet ducat, quam odio habet, videtur, quod ad inſtar eorum, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt, hoc poſſit in patientia tolerari.* Loqui textum de ſponſalibus *de futuro* in ſenſu iuris canonici, interpretes vno ore concedunt, & præterea res ipſa loquitur, quia caſus ſupponitur, vbi *de matrimonio contrahendo* ſibi fidem dederunt; *vera* ergo & *proprie dicta* ſponſalia contracta erant, eaque, quod magis eſt, iuramento confirmata. Poſterius probatur per *c. requiſiuit* 17. *X. h. t.* vbi pontifex ita: *requiſiuit a nobis tua fraternitas, qua cenſura mulier compelli debeat, quæ iuriiurandi religione neglecta nubere renuit, cui ſe NVPTVRAM, interpoſito iuramento, firmauit, ad quæ tibi breviter duximus reſpondendum, quod, cum libera debeant eſſe matrimonia, monenda eſt potius, cum coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere.* Itidem hic ſermo eſt de ſponſalibus *de futuro*, quæ proprie dicta ſunt ſponſalia, vti textus docet. In vtraque diſpoſitione nihil eſt, quod deſiderari queat; ſicuti enim partes ſibi inuicem iuramentum præſtiterunt:

quæ iure canonico mutuo diſſenſu diſſolui poſſunt, ſi de futuro ſunt,

nec refractarius abſolute cogitur.

Digitized by Google

runt, ita huius quoque sibi inuicem possunt facere gratiam. In altero textu quidem vnus dissensus adest, sed quia grauiora mala ex *violenta* & *absoluta compulsione* metuenda sunt, merito ab his abstinendum est. Et quid vetat, sponsalia mutuo consensu tolli, quæ mutuo consensu inita sunt? GONZALEZ. *admit. c.* 2. *n.* 7. Quod si autem sponsalia *de præsenti* per interpositum *consensum matrimonialem* inita sunt, dissensus *vnius* vel *vtriusque* non attenditur; quia propter consensum coniugalem expressum sunt potius ex mente canonum ipsum *matrimonium*, quod satis clare euincitur ex *c. si inter* 31. *X. h. t. & c. licet* 3. *X. de sponsa duorum.* Iam autem matrimonium mutuo dissensu dissolui nequit. Neque obstat, quod solennis deductio in domum non accesserit, quia, vt supra ostensum est, patres existimarunt, consensum *priuatum*, *& minus solennem* in præsens coniugium, qui in *sponsalibus de præsenti* diserte & clare edendus est, in *foro ecclesiastico* sufficere, ad constituendum vinculum indissolubile.

§. XLVII. In terris protestantium distinctionem obseruari eandem videmus; sed cum diuersas definitiones foueant, non possunt non decisiones, a mente canonum plane alienæ, inde enasci, quas tamen corroborare volunt ex principiis iuris canonici. Fatentur, sponsalia *de futuro* dissolui posse, CARPZ. *in iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 18 *n.* 1. non vero *de præsenti*, quin dissentientes carcere aliaque mulcta *absolute* compelli debere. IDEM *def.* 133. *seqq.* Hic vero statim se prodit mira rerum confusio: verba iuris canonici retinent, mente reiecta; prædicata sponsalium *de futuro* applicant ad *tractatus sponsalitios*, & quæ de sponsalibus *de præsenti* in iure canonico prædicantur, applicant ad sponsalia *pura*, qui in sensu iuris canonici tamen sunt *de futuro*, quaiia re vera hodie in terris protestantium pleraque sunt sponsalia, & ita ratio iuris canonici, quod talia sponsalia sint ipsum *matrimonium*, incaute adhibetur. Imo eousque progreditur IEREMIAS LAVRENTIVS MOGIVS *tr. de sponsalibus cap.* 2. *th.* 4. vt ne quidem dissolutionem admittat ob *inimicitias capitales*, coortas inter desponsatos, addens non aliis de causis sponsalia posse dissolui, quam ob quæ ipsum *matrimonium*, quale in sponsalibus *puris* latere existimat. In hoc itaque latitat insignis confusionis fundamentum & indicium, vt dolendum sit, dissentientes ipsis pontificiis duriores esse. Agnoscit MOGIVS *c. l. n.* 5. vtrumque textum in *c.* 2. *&* 17. *h. t.* loqui de sponsalibus *de futuro*, adeoque hos textus sibi non obesse iudicauit; sed non animaduertit, sponsalia illa *de futuro* canonica conuenire cum sponsalibus *de præsenti* in terris protestantium. Rectius certe philosophantur

Peruerse hæc doctrina applicatur in foris protestantium.

Digitized by Google

phantur MEVIVS *p.* 3. *p.* 382. & Dn. STRYK. *de diſſenſ. ſponſ. ſect.* 2. §. *ſeqq. & ſect.* 3. §. 8. *ſeqq.* atque ad obiectiones reſpondent eorum, qui mutuo diſſenſu diſſolui poſſe ſponſalia hæc negant, quod infra plenius examinandum erit.

Sponſalia producunt obligationem præciſam.

§. XLVIII. Vt vero de *obligatione purorum ſponſalium*, quam adducta diſtinctio admodum turbauit, ſolidum ferri poſſit iudicium, fundamenta eius breuius in medium proferenda ſunt. Sponſalia, vbi legitimo contracta ſunt modo, ſine dubio obligationem ad ea conſummanda producunt, & quidem ex *natura* & *ratione pactorum* communi, ſi modo iuſtæ ab iis reſiliendi cauſæ nullæ interuenerint, de quibus late egerunt B. STRYK. *de diſſ. ſponſalit.* NICOLAI *repud.* aliique, quas infra excutere commodius erit. Suppono ergo (1) ſponſalia eſſe *valida*, nulloque laborare vitio: (2) nullam iuſtam ſuperuenire cauſam, ob quam repudio ſecundum leges locus eſſe poſſit, quibus ſuppoſitis, obligatio ad fidem datam ſeruandam omnino adeſt. Equidem obligatio ſponſalitia in *faciendo* conſiſtit, a qua alias ex vulgata doctorum ſententia recedere licet, præſtatione eius, quod intereſt, oblata. Qui hanc theſin defendunt, ſupponunt, *obligationem faciendi alternatiuam*, & arbitrio debitoris electionem ſimpliciter relinquendam eſſe, vtrum *factum*, an *intereſſe* præſtare malit? conſequenter debitorem per ſententiam iudicis cogi non poſſe ad factum præſtandum. FRANZK. *ad tit. de P. V. n.* 63. Verum confundunt Dd. obligationem *alternatiuam* cum *ſubſidiaria*: in *illa* vtrumque æque principaliter, ſecundum electionem debitoris, debetur; in *hac* id, quod promiſſum, principaliter & præciſe debetur, intereſſe autem demum in *ſubſidium*, ſi res promiſſa præſtari nequeat, vel debitor extreme contumax ſit, vt nullo modo cogi poſſit, ad fidem datam ſeruandam. Qui promittit factum, ſe ad *faciendum* obligat, non *intereſſe* promittit; aliud autem pro alio inuito debitori obtrudi nequit. Vnde in *ſponſalibus* idem obtinere, ex hac *regula* liquet, quamuis hic Romani ex aliis cauſis remiſſiores fuerint, & repudia conceſſerint, cum etiam diuortiis promiſcuis locum dederint. *l.* 1. *C. de ſponſal.*

An de iure canonico coactioni locus ſit?

§. XLIX. Quando ergo ſponſus vel ſponſa ſponſalia conſummare detrectant, iuſte iudex refractarium cogit, ad fidem datam ſeruandam, quæ coactio cum ſecundum leges fiat, nullum vitium habet. An de iure canonico *talis coactio* quoque obtineat, in dubium vocari ſolet. Ait CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 133. *n.* 1. *Nimis indulgent canoniſtæ perſonis deſponſatis, coniugium conſummare reluctantibus, quas*

quas nulla ſanctione compellendas dicunt, quia & ad euitandum maius malum tolerandam potius fidei datæ violationem, quam matrimonium concedendum exiſtimant. Fundamenta huius aſſertionis petit ex *c.* 17. *X. b. t.* cuius verba §. 46. iam adducta ſunt.

§. 1. Verum hic textus non vnice adferendus erat, qui licet non adeo perſpicuus ſit, commodam tamen adhuc interpretationem recipit. ALEXANDER III. in *c.* 10. *X. b. t.* longe aliter philoſophatur in ſimili caſu, quo *iurata ſponſalia* erant contracta. Integram deciſionem repetam ex editione GONZALEZII, huius tenoris: *Quia igitur prædicto G. periculoſum eſt, contra iuramentum ſuum venire* &c. *mandamus, quatenus cum exinde ſueris requiſitus, vtramque partem ad tuam conuoces præſentiam, & rationibus hinc inde plenius auditis, & cognitis, ſi tibi conſtiterit, quod præfatus G. præſtito iuramento firmaſſet, quod filiam memorati B. duceret in vxorem, eum moneas, & auctoritate noſtra diſtincte compellas, vt ipſam, niſi rationabilis cauſa extiterit, in vxorem recipiat, & maritali affectione pertractet: ſi vero rationabilem cauſam prætendere voluerit, eam cum omni diligentia & ſtudio audias, & ſine canonico, omni appell. ceſſ. decidas. Ceterum ſi legitime monitus, iudicio tuo parere contemſerit, eum & patrem, ſi fauere ipſum in ſua malitia præſumſerit, excommunicationis vinculo adſtringas, &c.* Grauior coactio vix fingi poteſt, quam quæ mediante *excommunicatione* peragitur. Imo ne quidem in hoc ſubſiſtit pontifex, ſed Pictauienſi epiſcopo iniungit, vt *in tota terra ipſorum omnia diuina, præter baptiſma paruulorum & pœnitentias morientium, officia celebrari prohibeat.* Erant duo nobiles viri, qui liberos ſuos hoc modo deſponſaucrant, adeoque hanc coactionem adhuc addendam eſſe cenſuit. Eiusdem fuit ſententiæ INNOCENTIVS III. *in c.* 2. *X. b t.* aiens: *Quod ſi forte per verba de futuro ſponſalia cum vtraque contraxit, iuramentum primum, ſicuti licite factum eſt, ipſum ſeruare compellas, de ſecundo pœnitentiam iniuncturus.* Hoc dogma quoque defendunt interpretes iuris canonici, vt SANCHEZ *de matrim. lib. I. diſp.* 28. *n.* 4. GONZALEZ *ad c.* 2. *X. b. t. n.* 6. *ſqq.* BARBOSA *ad c. cit. X. n.* 5. WIESTNER. *ad tit. de ſponſal. n* 60. & plures alii ab his allegati, vt minus recte canoniſtis contrariam doctrinam tribuerit CARPZOVIVS.

Quod affirmatur.

§. 11. Equidem vt dubio, ex *c.* 17. *cit.* moto, ſatisfaciant, varias adferre ſolent conciliationes. SANCHEZ *lib.* I. *de matrim. diſp.* 29. *n.* 4. tunc demum refractarium non eſſe cogendum, ſi iuſta cauſa obſiterit, & de hoc caſu pontificem in *cit. c.* 17. intelligendum eſſe, ait, cuius circumſtantiæ tamen nullam facit mentionem. Addit etiam nouam

Remouetur dubium ex c. 17. X. de ſponſal.

Digitized by Google

dubii ſolutionem & verba: *monenda eſt potius*, intelligenda vult ſecundum *c.* 10. *cit.* vt ſenſus ſit, *monenda eſt prius*. Id vero non admittit ratio ſubiecta, *cum libera debeant eſſe matrimonia*, nec tota verborum ſtructura, quamuis plerique interpretes, vt BARBOSA, GONZALEZ, WIESTNER, aliique illam ſequantur. Meo iudicio diſtinguendum eſſe videtur inter *coactionem abſolutam* & *ſecundum quid talem*. *Illa* eſt, quando ſponſa refractaria adeo *abſolute* compellitur, vt, ſi vel maxime coram altari reclamet, negetque, ſe ſponſum in maritum accepturam eſſe nihilo minus tamen benedictio ſacerdotalis peragatur. *Hæc* vero dicenda, quando quidem adhibentur *remedia coactiua*, quibus refractaria induci poteſt, vt in copulam ſacerdotalem conſentiat, obtorto collo tamen ad altare non rapitur, nec benedictio ſacerdotalis cum *reclamante* peragitur. Illam omnino excludere pontificem, certum eſt, quod indicant rationes, *cum libera debeant eſſe matrimonia*, item: *cum coactiones difficiles ſoleant habere exitus frequenter*. Hanc non item excluſiſſe videtur, nec verba: *monenda eſt potius quam cogenda*, captanda, aut de *admonitionibus ſimplicibus* intelligenda ſunt. Potiſſimum de *modo cogendi* quæſtio fuit mota. Interrogatus erat pontifex: *qua cenſura compelli debeat mulier refractaria?* illam quæſtionem definit pontifex, non hanc. Non putauit contra refractariam, indiſtincte per viam *excommunicationis*, eſſe agendum, quæ quodammodo ad *abſolutam coactionem* inclinare videtur, & hoc intuitu dicit, eam *monendam* eſſe potius quam per *cenſuram* cogendam. Coactio ergo per *carcerem* non excluditur. Equidem ALEXANDER III. etiam *excommunicationis remedium* indulſit, & in hoc quidem potiſſimum diſſenſus fuiſſe videtur, quod facile admitti poteſt, dum quidam pontifices *liberaliores*, quidam *cautiores* in exercitio huius fulminis fuiſſe leguntur. Breuiter quoad ipſam *coactionem* haud inter ſe diſſentiunt pontifices, quod ſufficit: ſed tantum quoad *modum cogendi* & *excommunicationem* infligendi, de cuius exercitio etiam in aliis materiis ſibi non conueniunt.

Coactio ſecundum quid approbatur etiam in noſtris conſiſtoriis.

§. LII. Sicuti vero hæc poſterior ſententia iuri canonico conuenit, ita quoque in conſiſtoriis noſtris merito approbanda eſt, de quo fere nemo dubitat, quin potius plerique iudici eccleſiaſtico plus indulgent. B STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect.* 2. §. 4. *ſqq.* MEV. *P. III. deciſ.* 382. CARPZ. *cit. l.* L. B. de LYNCKER. *reſp.* 78. *n.* 4. BRVCKNER. *in deciſ. matrim c.* 1. *n.* 7. *ſqq. & c.* 21. *n.* 15. *ſqq.* BROVWER. *de iur. connub. lib.* 1. *c.* 24 §. 20. 23. Vnde vt plurimum addi ſolet ſententiæ condemnatoriæ hæc clauſula; und wird Bekl. zu Vollziehung der Ehe durch gebühren-

de

de Zwang-Mittel nicht unbillig angehalten. Ipsa remedia coactiua sunt arbitraria, primario tamen decerni solet *incarceratio*, qua contumacia reluctantis frangitur. CARPZ. *lib.* 2. *I. C. def.* 133. *n.* 8. & *P.* 4. *c.* 20. *def.* 10. BRVCKNER. *cit. l.* Ita censuit facultas iurid. Lipsi. apud FINCKELTH. *obs.* 42. So seyd ihr wohl befugt, die ordentliche weltliche Obrigkeit hierinnen zu ersuchen, daß mehr erwehnte M. K. zur gefänglichen Hafft gebracht, darinnen 10. Tage lang mit Wasser und Brodt gespeiset, und darneben ernstlich bedrauet werde, woferne sie nochmahls auf ihrer Halsstarrigkeit und Ungehorsam verharren, und binnen gewisser von euch nahmhafft gemachter Zeit die Ehe mit Klägern nicht vollziehen würde, daß sie durch noch härtere Gefängniß dazu angehalten und des Landes ewig verwiesen werden solle. Addit CARPZ. *cit. def.* 133. *n.* 10. etiam *pœna pecuniaria* contumaces compelli posse, quæ ita applicanda, vt certus eis præfigatur terminus, intra quem sub pœna determinata satisfacere cogantur, quo non facto, illa stricte exigenda, & rursus exasperanda. Pœnam *relegationis* etiam approbat CARPZ. *cit. l. def.* 134. ob singularem contemtum magistratus imperii. *Excommunicatio*, quam ius canonicum & approbat & reprobat, contumaci non facile decernenda, quæ & in primitiua ecclesia ob *grauiora crimina* tantum inflicta, non vero *modus cogendi* fuit, adeoque in nostris ecclesiis recte hoc casu reiicitur.

§. LIII. Ab *absoluta coactione* merito abstinendum est iudici, quod præcauent rationes a pontifice in *c* 17. *X. b. t.* adductæ. Qui *inuitos* & *reluctantes* ad altare obtorto collo trahendos, & reclamantes copulandos esse, sentiunt, vt plurimum iis vtuntur rationibus, quæ ex male intellecto iure canonico deductæ sunt. Sponsalia *de præsenti* in sensu iuris canonici sunt ipsum matrimonium, & *vinculum indissolubile* continent, quæ præcise obligant, vt *copula sacerdotali* sint perficienda, & nullo modo ab iis recedere liceat. Non aliter enim contrahuntur, quam per *declarationem consensus coniugalis*, seu per verba *de præsenti matrimonio*, & quia talis consensus facit matrimonium, inde quoque vinculi indissolubilis nexus oritur. Hi vero laquei nostris ignorantur foris: nunquam sponsalia ita ineuntur: de *futuro matrimonio* consensus interuenit, non de *præsenti*, siue *pure*, siue *sub conditione* contrahantur, & quamuis eadem vtamur distinctione, prorsus diuersas tamen eisdem attribuimus definitiones, nec nostra sponsalia *pura* recte *matrimonium* dicuntur. Proinde si sponsa prorsus refractaria est, vt nullo modo adduci possit ad matrimonium consummandum, dissoluen-

Coactio absoluta adhiberi nequit.

Digitized by Google

da potius ſponſalia, & refractaria condemnanda 1) in expenſas, 2) ad intereſſe parti præſtandum, 3) in pœnam pecuniariam zu milden Sachen, vt loquuntur, 4) ſæpe etiam *pœnitentia eccleſiaſtica* ei decernitur; B. STRYK. *cit. l.* §. 49. a qua tamen abſtinendum eſſe credo, ex rationibus ſuo loco tradendis. Pœna *cœlibatus* etiam ad certum tempus, ſed non adeo cõmmode, decerni ſolet, vt oſtendit B. LVDOVICI *diſſ. de pœna cœlib.* Grauior animaduerſio conſtituta eſt *in renou. ordin. Guelpherbyt. P. I. p.* 107. vbi ita: Wann einer oder ander ſolches ſich geluſten laſſen wolte, ſoll der oder dieſelbe gleich einem malitioſo deſertori oder deſertrici gehalten, und ſo wohl ſeinem Gegentheil in dasjenige, was demſelben der Ehe-Beredung und gemeinen Rechten nach gebühret, als uns und unſeren Gerichten ſchwere willkührliche Straffe verfallen ſeyn, anderweite Verlobung und Verehligung auch denenſelben absque pleniſſima cauſæ cognitione und ohne hochſt-erhebliche Urſachen nicht verſtattet werden.

An abſolute coactus obligetur ex copula ſacerdotali?

§. LIV. Quodſi tamen nihilo minus iudex ad *abſolutam compulſionem* acceſſerit, & reclamantes in conſiſtorio vel ad altare obtorto collo tractos copulandos eſſe decreuit, *iniuſta* talis *coactio* cenſenda, nec matrimonium eſt contractum. Ita *M. Aug.* 1713. Facult. theologicæ & iurid. huius loci caſus notabilis propoſitus fuit, quo refractarius per *violentiam extremam* copulæ ſacerdotali ſubiectus fuerat, qui, cum mulieri cohabitare nollet, ex capite *deſertionis* accuſabatur. Non vna eademque collegiorum, quorum ſententia exquirebatur, erat opinio: tandem actis ad vtramque facultatem huius loci transmiſſis, hæc lata fuit ſententia:

Als dieſelbe uns ſämtlich in Sachen N. an einem, M. andern Theils ergangene acta &c. auf vorher gepflogene communication mit der hieſigen loblichen theologiſchen Facultät und deren Genehmhaltung vor Recht: Nunmehro daraus ſo viel zu befinden, daß zwar N. geſtalten Sachen nach zu Vollenziehung des mit M. vorhin getroffenen Ehe-Verlöbniſſes durch ſcharffe Zwangs-Mittel ferner nicht anzuhalten, es iſt aber derſelbe beſagter M. einen Abtrag von 80. Rthlr. zu geben, auch die auf dieſen proceſs verwandte Unkoſten auf vorhergehende liquidation abzuſtatten ſchuldig, und wird er darüber ſeiner Widerſetzlichkeit und ungebührlichen Bezeigens halber um 30. Thlr. als eine Geld-Buſſe in Straffe genommen, der M. hingegen ſich anderweits zu verehlichen verſtattet. Im übrigen iſt N. auch wegen des gegebenen öffentlichen Aergerniſſes öffentliche Buſſe zu thun pflichtig, ſodann aber und wann

die-

Digitized by Google

dieſes geſchehen, wird er zu dem Gebrauch des Heil. Abendmahls billig wiederum zugelaſſen. V. R. W.

Rationes decidendi.

Obwohl 1) es an dem iſt, daß N. nachdem er zu verſchiedenen mahlen in dem geiſtlichen Unter-Gericht ohne Zwang ſich erkläret, M. zu heyrathen, allerdings verbunden geweſen, ſolch ſein Ehe-Verſprechen Chriſtlichem Gebrauch nach zu vollziehen, zumahl er 2) ſein Vorgeben vornemlich, daß die M. eine verſoffene Weibes-Perſon ſey, in actis mit nichts erweiſen können, dahero es 3) nicht unrecht geweſen, daß die Trauung im geiſtlichen Untergericht durch ein Fürſtlich Reſcript veranlaſſet worden, ſolche Trauung auch 4) würcklich geſchehen, und alſo dem Anſehen nach bereits ein matrimonium conſummatum vorhanden iſt, indem zwar N. bey dem angegebenen actu copulationis ſein Ja-Wort nicht von ſich geben wollen, ſondern ſich vielmehr auf den Bauch zur Erden geleget, und ſeinen Widerwillen beharrlich conteſtiret, inzwiſchen aber doch 5) das geiſtliche Unter-Gericht mit der copulation wohl fortfahren, und es den conſenſum ſponſi ſuppliren können, alldieweil beſagtes Gericht die klare Vorſchrift des Fürſtlichen Reſcripts vor ſich gehabt, und es alſo deshalb von neuen Anfrage zu thun nicht ſchuldig geweſen, woraus 6) folget, daß, da andere Zwangs-Mittel nicht zureichen wollen, die Landes-Verweiſung wider N. als einen malitioſum deſertorem, gar wohl erkannt werden mögen, auch 7) darauf nicht zu ſehen ſey, daß die M. ſich in actis erkläret, wann ihr nur anderweits zu heyrathen verſtattet würde, und ſie ihre Abfindung bekäme, in N. wegen Vollziehung der Ehe nicht ferner dringen wolle, angemercket ausgemachten Rechtens ſey, daß die eigenmächtige Ehe-Scheidung derer Ehegatten in keine Wege zu vertheidigen, ſelbige auch 8) eben ſo wenig wegen einer vorgeſchützten Feindſchafft ſtatt finden möge; Dennoch aber und dieweil 1) aus denen Acten zur Gnüge erhellet, daß bey N. eine gäntzliche averſio animi gegen die M. vorhanden, indem er ſich verſchiedentlich erkläret, daß er lieber ſterben, als das beſagte Menſch zur Ehe nehmen wolle, von welchem einmahl gefaſſeten Entſchluß er auch 2) nicht gebracht werden mögen, ob man gleich bereits harte Zwang-Mittel wider ihn gebrauchet, und ihn zu zweyen mahlen in das Gefängniß geworffen, worinnen ihm nichts als Waſſer und Brodt gereichet worden, 3) auch allhier noch zur Zeit kein matri-

monium consummatum vorhanden ist, sondern die Sache in terminis sponsalium alleine beruhet, alldieweil N. bey dem vorgenommenen violento modo copulationis sacerdotalis sich auf die Erde niedergeleget, und ausdrücklich auch so gar mit harten execrationibus declariret, daß er die M. zum Weibe nicht haben wolle, dahero dann der Archidiaconus A. laut seines attestati fol. 168. gar wohl geurtheilet, daß es sich nicht wohl schicken würde, mit der Trauung fortzufahren, welches er aber dennoch thun müssen, und also der actus keine verbindliche Kraft erlanget hat, wobey 4) nicht hindert, daß gleichwol das geistliche Unter-Gericht die klare Vorschrift des Fürstlichen Rescripts vor sich gehabt hat, alldieweil gar nicht zu vermuthen, daß die Hoch-Fürstliche Herrschaft auf dergleichen Umstände, wie sich hernach auf dem angegebenen actu copulationis hervor gethan, vorher gedacht haben, oder dencken können, dahero dann, wie bereits auch a Dnn. Theologis Lipsiensibus fol. 132. 6. gar wohl angeführet worden, der vorgehabte actus aufgeschoben, und die Umstände höhern Orts berichtet werden sollen, worauf ohne Zweifel andere Verordnung erfolget seyn würde, 5) aus dem iure canonico bekandt ist, quod, cum libera debeant esse matrimonia, desponsati potius monendi, quam cogendi sint, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere, *c.* 17. *X. de sponsal. & matrim.* welche disposition des iuris canonici zwar improbiret CARPZ. *iurispr. eccles. l.* 2. *def.* 133. *n.* 3. bald hernach aber *d. l.* 2. *def.* 135. *n.* 5. *sqq.* selbst bekennet, quod copulatio inuitorum res valde sit periculosa, & quod nunquam non metuendum, ne ex eiusmodi nuptiis oriantur homicidia, adulteria, vel saltem lites ac contentiones infinitæ, vt non male forsan dixeris, ad euitandum maius malum, tolerandam potius violationem datæ fidei, quam coactionem matrimonii, wobey er sich zum Beweißthum dieses seines Satzes auf das vorhin improbirte *c.* 17. *X. de sponsal.* beruffet, und endlich dahin schliesset, daß die Leute wider ihren Willen nicht zu copuliren, als nur bloß in dem Fall, quando res non amplius integra, sed sponsa iam defiorata est, welches sich aber im gegenwärtigen Fall, da die defloratio nicht geschehen, auch nicht appliciren lässet: 6) hieraus nun offenbar ist, daß alle diejenige conclusiones, welche aus dem ungegründeten supposito, nisi matrimonium consummatum fuerit, hergeleitet werden wollen, von sich selbst hinweg fallen, und im Gegentheil ein grosses momentum dissolutionis sponsalium daraus herzunehmen sey, daß selbst die M. auf die Vollenziehung der Ehe

nicht

nicht ſonderlich gedrungen, ſondern alles dem arbitrio und determinationi iudicis überlaſſen hat, inzwiſchen aber 7) N. deshalb, daß er das im geiſtlichen Unter-Gerichte iteratis vicibus gethane Verſprechen, die M. zu ehelichen, nicht erfüllet, ſondern ſich freylich dabey gar ſehr ungebührlich aufgeführet, ſowohl ad ſatisfactionem priuatam, als auch ad pœnam fiſco præſtandam obligiret iſt, und obzwar zuweilen auch demjenigen, qui extrema pertinacia ſponſalia adimplere recuſat, relegatio dictiret zu werden pfleget, nichts deſto weniger doch dieſes eine pœna arbitraria iſt, welcher nicht eben allezeit zu inhæriren, ſondern auch wohl eine Geld-Buſſe nach Gelegenheit der Umſtände dictiret werden kan, STRYK. *de diſſ ſponſalit. ſect. I.* § 15. welche 8) in dem gegenwärtigen Fall um ſo viel eher ſtatt findet, da N. bereits zu zweyenmahlen im Gefängniß bey Waſſer und Brodt geſpeiſet worden, und N. wenn er des Landes verwieſen werden ſolte, dadurch in gäntzlichen Ruin und Abgang ſeines Vermögens gerathen, ſolche Strafe aber mit dem delicto keine proportion haben würde. 9) Um das von N. gegebene ſcandalum publicum zu heben, keine Strafe pro magis conueniente geachtet werden mag, als die Kirchen-Buſſe, wovon quoad caſum præſentem ausführlich handelt MEV. *P. 6. dec.* 355. & 56. indeſſen aber dieſe Kirchen-Buſſe auch in andern delictis, als z. E. in delicto ſtupri die ſonſt gewohnliche Strafe mitigiret, CARPZ. *Pr. crim. qu.* 69. *n.* 55. und dahero um ſo viel weniger mit der pœna relegationis verfahren werden kan, als iſt dergeſtalt zu erkennen geweſen. Huic ſe conformauit Pl. Reu. Facultas theologica: In Sachen M. eines, N. andern Theils declariren wir Decanus und übrige Profeſſores der theologiſchen Facultät hieſelbſt zu Halle, daß, nach accurater Durchleſung der acten wir zwar ſponſalia vor bindig erkennen, aber wegen in actis befindlicher, und in rationibus decidendi ſententiæ ampl. Facult. iurid. angeführter Umſtände, nach gepflogener ſattſamen communication, daß alſo in dieſem beſondern caſu zu erforderten endlichen Austrag der Sache geſprochen worden, genehm halten, confirmiren, auch dieſe unſere Erklärung durch Beydrückung des gewöhnl. unſer Facultät Inſiegels, ſo geſchehen zu Halle den Aug. 1713.

(L. S.)

Abſolute compelli poteſt 1) ſtuprator, ſi dotare ſtupratam nequit,

§. LV. Sunt tamen aliquot caſus, qui *abſolutam coactionem* poſtulant. Primus eſt, ſi quis puellam imprægnauit, condemnatusque eſt, vt eam aut ducat, aut certa ſumma definita dotet. Quid ſi enim nihil in bonis habeat, vt determinatam quantitatem pecuniæ ſoluere non poſſit? nihil ſane ſupereſt, quam vt *abſolute* compellatur, ad matrimonium ineundum. Atque hoc ipſum fluit ex natura *obligationis alternatiuæ*, in qua alterum *abſolute* & *præciſe* debetur, ſi alterum ex *alternativis* præſtari non poſſit. Sine omni effectu foret ſententia, ſi neutrum præſtare ſtuprator vellet, nec iuſtitiæ & parti læſæ ſatisfaceret. Hoc caſu ergo admitto, vt vel inuitus trahi poſſit ad copulam ſacerdotalem, nec attendenda ſit eius reclamatio, vtpote quæ nullum producere effectum poteſt. Si poſt *ἐρολογίαν* in contumacia perſeuerat, ſi ab ea recedit, cum eo, vt malitioſo deſertore, agi poteſt.

2) ſi ſponſalibus copula carnalis acceſſit,

§. LVI. Alter caſus eſt, ſi ſponſus cum ſponſa concubuit, & carnalis copula acceſſit. Hic enim obtinet regula vulgata: *ſponſalia per concubitum tranſire in matrimonium*, quoniam ipſo concubitu *conſenſus coniugalis* ſatis declaratus eſt, qui inducit vinculum indiſſolubile. Imo ad hunc caſum commode applicari poſſunt, quæ doctores tradunt de *ſponſalibus de præſenti*. Scilicet ſponſalia *de futuro* per concubitum in ea transeunt, quæ dicuntur *de præſenti*, cum præſentis conſenſus coniugalis declaratio ex ipſo facto colligi debeat, *c.* 15. *X. h. t.* Atque hic vnicus fere caſus eſt, qui inter proteſtantes referri poterit ad ſponſalia *de præſenti* in ſenſu iuris canonici, vt aliquoties obſeruaui. Vid. BRVCKNER. *deciſ. matrim. c.* 21. *n.* 16. CARPZOV. *iurispr. conſiſt. def.* 135. B. STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect.* 2. §. 49. Quid vero ſi ſponſus aufugerit? Equidem edictaliter omnino citandus, vbi, ſi non comparuerit, tandem per ſententiam pro *vxore* fugitiui *legitima* declarari, & in eius bona cum omnibus effectibus iuris mitti poterit. Atque ita *ex accidente* contingere poteſt, vt *ſententia iudicialis* idem operetur, quod alias *benedictioni ſacerdotali* adſcribitur.

3) ſi quis diuturna conſuetudine mulieri, vt vxori, cohabitauit.

§. LVII. Huic quoque illum addendum eſſe caſum exiſtimo, ſi per plures annos, vt coniuges legitimi, cohabitauerint, ſeque pro *coniugibus* publice geſſerint, vt communi opinione pro talibus habiti fuerint. Contingere enim poteſt, vt commiſſo forſan delicto, paulo penitius in eorum mores, vitam ante actam & alias circumſtantias inquiratur, & hac occaſione demum innoteſcat, eos nunquam eſſe copula ſacerdotali coniunctos. Hoc caſu decerni ſolet, vt *ſacerdotali benedictioni* ante omnia ſubiiciantur. Quamuis enim hæc matrimonium præciſe non conſtituat.

ſtituat, ſed *conſenſus coniugalis* illud perficiat; præcauendum tamen eſt, ne, hac omiſſa, opinentur, ſe in poſterum quouis tempore priuato auſu recedere poſſe, quod tamen iis non amplius concedendum, poſtquam coniugali more hactenus vixerunt, & vt coniuges cohabitauerunt.

§. LVIII. Ex his, quæ fuſius de obligatione *ſponſalium purorum* dicta ſunt, (V) liquet, peruerſe applicari ad *ſponſalia pura* dogma canoniſtarum, ſponſalia *de præſenti* eſſe *matrimonium*, quamuis hæc ſententia noſtrorum theologorum ſuffragium tulerit. Nam licet in *iure canonico* hæc ſuo modo fundata ſit, eo tamen ſenſu, quem noſtrates ſupponunt, illa probari nequit. BRVCKNERVS *deciſ. matrim. c.* I. *n.* 29. Canoniſtæ aſſerunt, ſponſalia *de præſenti* eſſe ipſum *matrimonium*, & recte; quia deſponſati non ſubſtiterunt in nuda *deſponſatione* ſeu *conſenſu ſponſalitio*, ſed ſimul *conſenſum coniugalem* in ipſa deſponſatione, ex cautela vſitata, ſtatim ediderunt, qui facit *ſuo modo* matrimonium, non concubitus. Aſt noſtrates *vulgo* illam deſponſationem, qua tantum *animus ſponſalitius* pure & ſimpliciter declaratur, pro *matrimonio* habent, quod non tantum refragatur menti iuris canonici, (quia alias hoc in caſu diſſolutionem haud admitterent;) ſed etiam ipſi naturæ rei & intentioni contrahentium, qui nolunt *matrimonium*, ſed *nuda ſponſalia* inire, adeoque, quod diffiteri non poſſunt, remanent adhuc diuerſiſſimi vtriusque effectus, veluti quod ſponſalia non tribuant ius in corpus: non inducant affinitatem: facilius diſſolui queant: non operentur annum luctus, nec pœnam in polygamos ſtatutam, &c. de quibus differentiis. vid. BRVCKNERVS *deciſ. matrim. c. I. n.* 40. & diſſertat. me præſide habita *de diuerſo ſponſal. & matrim. iure*. Hisce poſitis plura in CARPZOVIO emendanda ſunt, quæ ex hactenus dictis facile colligi queunt.

Prætera quoque ſit peruerſa applicatio (V) quod noſtra ſponſalia de præſenti matrimonium eſſe dicant,

§. LIX. Solent vero (VI) proteſtantes ICti in eo quoque ſequi ius canonicum, quod exiſtiment, ſponſalia *pura* per concubitum tranſire in *matrimonium* ſeu *ſponſalia de præſenti* per *c.* 30. *X. b. t.* quod matrimonium dicatur *præſumtum*, hoc eſt conſenſus coniugalis *ipſo facto*, & ſic *tacite* ſeu *præſumtiue* declaretur; ex copula enim carnali inducitur *conſenſus coniugalis*, adeo vt non admittatur proteſtatio aut probatio in contrarium. MENOCH. *lib.* 3. *præſ.* I. *n.* 6. *ſqq.* Dn. STRYK. *de diſſ. ſponſ. ſect.* 4. § 12. Requiritur autem *copula carnalis realis*: niſus ſolus non ſufficit. *c. vlt. X. b.* Idem quoque dicendum eſt, ſi ſponſalia ſint *conditionata* & poſtmodum pendente conditione deſponſati concumbant. vid. *tot. tit.* X. *de condit. appoſit.* Calculo ſuo firmat hanc doctrinam CARPZOV. *lib.* 2. *def.* 135. vbi ita: *at ſi concubitus acceſſerit,*

(VI) quod ſponſalia de futuro per concubitum tranſeant in matrimonium,

vix res ita ſe habet, vt non matrimonium ipſo quaſi actu ſit conſummatum, ita vt non magis ſponſo quam marito vxorem deſerere liceat. Quin etiam ex hoc principio concludi ſolet, natum ex ſponſo eſſe partum *legitimum*, nec ita concumbentes pœna ſtupri poſſe affici, ſed mitiori, quod contra ordinationes eccleſiaſticas peccauerint. Hoc ipſum tamen poſtea emendarunt pontificii in *concilio Tridentino*, prout antea obſeruaui, & ſatis conuenienter; quia in republica optime conſtituta non *quaeuis declaratio* conſenſus matrimonialis matrimonium conſtituere debet, ſed *ordinata* & præſcripta forma ciuili. Cum vero noſtratibus multæ grauiſſimæ cauſæ fuerint, placita huius concilii repudiandi, inde factum eſt, vt ius antiquum canonicum in foris proteſtantium præferri ſoleat, vt fere dicere poſſis, vſum huius diſtinctionis ad minimum quoad effectum *indiſſolubilis vinculi* adhuc ſupereſſe in foris noſtris vix vero inter ipſos pontificios. Ceterum ſi *pura* ſponſalia demum per *concubitum* in matrimonium transeunt, & *vinculum coniugale* inducunt, admodum erroneum eſt, ſponſalia pura, quæ noſtri *de præſenti* vocant, per ſe & circa accedentem concubitum iam eſſe *matrimonium.* Si enim tale iam ſunt, non poſſunt demum per *concubitum* in illud transmutari. Ita miſere cohæret iurisprudentia eorum, qui ſine debito examine deciſiones trutinant.

quod tamen rurſus perverſe applicatur.

§. LX. Sed aliter quoque hoc iuris canonici aſſertum, quod *ſponſalia per concubitum transeant in matrimonium*, in abuſum inſignem & a canoniſtis & ICtis proteſtantibus trahitur. De iure canonico *conſenſus parentum* quidem requiritur, vt tamen *matrimonium contractum* hic defectus non vitiet. In *concil. Trident ſeſſ. XXIV. de reform. matrim. c. I.* anathema dicitur illis, *qui affirmant, matrimonia a filiis familias ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe & parentes ea rata vel irrita facere.* Hoc poſito talia *ſponſalia clandeſtina* tranſire dicuntur in matrimonium per concubitum, & conſequenter parentum conſenſus neglectus non amplius attenditur. Eandem fouet ſententiam CARPZOVIVS *lib. 2. def. 60.* quia *n. 10.* ſtatuit, clandeſtina ſponſalia *abſque conſenſu parentum* & ſic *nulliter* contracta, validari per ſubſequentem concubitum, quo tamen nihil falſius, meo iudicio, dici poteſt. Præſupponit aſſertum illud vulgatum ſponſalia *vera & valida*: vbi hæc deficiunt, non poſſunt tranſire per *illicitum concubitum* in matrimonium; alias eodem modo dici poſſet, per quodlibet ſtuprum ſtatim fieri matrimonium, quod hactenus aſſerere nemo auſus fuit. Noui, CARPZOVIVM deceptum fuiſſe canoniſtarum ſententia, quam tamen ſuo tempore

Digitized by Google

pore grauiter perſtrinxit LVTHERVS, adeo vt propoſitum ſuum publice declarauerit, ſe eo nomine ICtis Vitebergenſibus bellum indicturum eſſe, quod *ſponſalia clandeſtina* ex iure canonico defenderet, quæ *peſſimum inuentum papatus a diabolo ſuggeſtum* vocat, vid. SECKENDORFF *in hiſtor. Lutheran. lib. III.* § 26. Aſt pertinacia ICtorum vicit fecitque, ne hæc doctrina potuerit vbique emendari, quæ tamen omnino falſa eſt. BROWER *de iure connub. l.* I. *c.* 13 §. 4. 5. DONELL. *lib.* 13. *c.* 20. *lit. u.* ibique HILLIGER. de quo infra plenius agendum eſt.

§. LXI. Inprimis vero (VII) mira confuſio oritur in doctrina de *concurſu* ſponſalium, quæ rurſus ex incongrua applicatione deciſionum iuris canonici naſcitur. Prima regula hæc eſſe ſolet: *In concurſu ſponſalium de præſenti & de futuro indiſtincte illa præferuntur, ſiue hæc ſint priora ſiue poſteriora*, h. e. illa ſponſalia, ex iuris canonici doctrina, præferuntur, quæ ita tantum *dicuntur*, non autem amplius *ſunt*, ſed potius *matrimonium* dicenda, ob concurrentem *præſentem conſenſum coniugalem*, a deſponſatis editum, qui *matrimonium* conciliat, non benedictio ſacerdotalis, non concubitus. *c.* 3. X. *de ſponſ. duor.* Matrimonium enim, aiunt pontificii, fortius ligat, quam ſponſalia ſimplicia, etiam anteriora, quia in his tantum eſt *fides pactionis* (ſcilicet de futuro matrimonio) in illis vero *fides conſenſus* (ſcilicet in præſens coniugium) adeſt, vt diſtinguit AVGVSTINVS *c.* I. *X. eod.* Equidem in terris proteſtantium hanc regulam ſuo modo quoque applicari poſſe autumo, quatenus ſponſalia *de futuro* deſignant *tractatus ſponſalitios*, qui nullum inducunt vinculum. Aſt vlterius progrediuntur, & doctrinam iuris canonici applicant ad concurſum *ſponſalium purorum & conditionatorum*, quia hæc *de futuro*, illa *de præſenti* ex mente B. LVTHERI appellant. Concludit inde CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 70. *ſponſalia de præſenti contracta, licet ſint poſteriora, præferri ſponſalibus conditionatis anterioribus.* Hanc deciſionem quoque ſuo modo iuri canonico eſſe conformem concedo, diuerſo tamen in ſenſu, & ita ex diuerſa plane decidendi ratione. *Pura* enim, hoc iure, ſi *coniugalis conſenſus* haud eſt editus; æque ſunt *de futuro* ac *conditionata*, adeoque minime afferere licet, hic eſſe concurſum ſponſalium *de præſenti & futuro*, ſed tantum *de futuro.* Aeque etiam vim obligandi habent *conditionata* ac quidem *pura.* Quodſi ergo de hoc caſu ſecundum iuris canonici fundamenta hic eſſet iudicandum, priora *conditionata* eſſent præferenda poſterioribus *puris*, quatenus in his fides *de matrimonio contrahendo* data eſt, cum in ſponſalibus eiusdem ſpeciei priora præferantur. Equidem vr-

(VII) quod in concurſu ſponſalium conditionata poſtponantur,

Digitized by Google

get CARPZOV. *cit. l. n.* 13. *pura* posteriora, pendente conditione contracta, semper anteriora dici, quia conditio nondum adimpleta nihil ponit in esse. Ast vero cum grano salis hoc ipsum accipiendum est. Falsum est, in sponsalibus *conditionatis* omnem deficere obligationem, cuius contrarium ipsemet *lib. II. iurispr. consist. def* 21. prolixe ostendit docetque, integrum haud esse, pendente conditione a sponsalibus recedere, quia operatur obligationem exspectandi *conditionis euentum.* Accedit, quod *conditio existens* retrotrahatur ad tempus factæ promissionis, quæ retrotractio non fit in præiudicium sponsaliũm purorum, quæ potius nulliter & in præiudicium conditionatorum contracta sunt. Conf PAVL. CYPRAEVS *de sponsal. c. VIII. n.* 3. B. Dn. STRYK. *de dissens. sponsal. sect. IV. c.* 4. §. 2. *seqq.* BRVCKNERVS *decis matrim. c.* 4. *n.* 16. *seqq.* Ex his itaque æstimandum est, vtrum CARPZOVII sententia iuri canonico conformis sit? Ipsemet quidem *n.* 5. & 7. *cit def.* 70. hoc existimat, sed re vera ex mutatis definitionibus deceptus est. Quando enim cum canonistis nobis res est, ita potius status controuersiæ formandus: *vtrum sponsalia pura de matrimonio contrahendo, licet posteriora sint, præferantur conditionatis prioribus?* quod sine dubio negabunt, quia *pura*, qua talia, illis non sunt *de præsenti*, sed manent *de futuro*, si declaratio *consensus coniugalis* a desponsatis haud diserte editus est.

(VIII) quod pura conditionatis prioribus præferant, licet his postea accesserit concubitus aut copula sacerdotalis,

§. LXII. Altera regula hæc est, quæ (VIII) nouum *confusionis* & *peruersæ applicationis* argumentum præbet: *imo adhuc præferuntur sponsalia de præsenti, licet conditionata priora sint, & post contracta de præsenti demum ad priora concubitus aut benedictio sacerdotalis accesserit.* Hanc regulam probant ex *c. veniens* 15. *X. h t. si inter* 31. *X. eod. c. f. X. de spons duor.* Ratio huius regulæ de iure canonico (si per conditionata *de futuro* intelligas) in aprico est, quia, licet alias sponsalia de *futuro* vel *conditionata* per concubitum in matrimonium transeant, id tamen non aliter, quam nullo antea *matrimonio valido* præexistente, intelligendum est. Quia vero ante concubitum cum *sponsa de futuro* iam contracta erant sponsalia de præsenti, quæ *matrimonium* ipsum hoc iure sunt, non potuit subsequens concubitus *matrimonium*, sed potius *adulterium* constituere. In genere enim tradunt, sponsalia *de præsenti* non tolli per aliud subsequens matrimonium, CANISIVS *ad c.* 31. *X. h. t.* GONZAL. *ad c. cit. lit. a.* quia posterius matrimonium *de facto* contractum reputatur. *c.* 31. *X. h. t.* Nostrates eandem decisionem applicare nituntur ad sponsalia *conditionata*, cum *puris* concurrentia, teste B HOPPIO *in comment. ad l. tit. de nupt. p.* 87. quæ applicatio tum a mente iuris ca-

Digitized by Google

canonici, tum a recta iuris ratione aliena eſt. Si ex iure canonico de ſtatu controuerſiæ, prout in noſtris foris neceſſario proponendus eſt, iudicium ferendum eſſet, ſine dubio *conditionata*, ad quæ acceſſit concubitus, præferri deberent: canoniſtæ enim in concurſu ſponſalium *de futuro* illa ſemper præferunt, quæ ſunt concubitu confirmata; iam vero in præſenti caſu tantum concurrunt ſponſalia *de futuro*, ex mente iuris canonici, ſecundum quam etiam *pura* de futuro eſſe poſſunt: ergo male ad eum caſum iura illa applicantur, quæ de *ſponſalibus de præſenti* in ſenſu iuris canonici concurrentibus diſpoſita ſunt. Talia regulariter non habemus, & ita quoque ſponſalia noſtra *matrimonium* appellare non licet. Præterea inſignis iniuria ſponſæ infertur, quæ ſub conditione ſponſalia contraxit, in cuius præiudicium ne quidem poſteriora *pura* valere deberent.

§. LXIII. Ex quo (IX) rurſus fluit tertia regula: *Sponſalia pura (ſeu de præſenti) eſſe præferenda, licet vel maxime illis, quæ ſunt conditionata (ſeu de futuro) & poſteriora, concubitus vel hierologia acceſſerit.* Regula hæc in ſenſu iuris canonici intellecta ſatis plana & indubia eſt, ſi per *ſponſalia de præſenti* intelligimus ea, quæ verbis *de præſenti* matrimonio contracta ſunt. *c. 4. X. de ſponſ duor.* Nam ita iam matrimonium ſtatim antea contractum & poſterior concubitus *adulterium* potius cenſendus eſt. In eadem ſententia quoque noſtrates ſunt, quæ hanc tamen rationem habet, quia ſponſa prior ius quæſitum habet, & quidem *perfectum*; quod ei per *poſteriora* conditionata, etiam concubitu vel hierologia firmata, auferri non debet, vtpote quæ matrimonium facere non potuit. Aſt caueas, ne hanc ſententiam ex *iure canonico* ita decidendam eſſe arbitreris, ſecundum quod in alia omnia eundum eſſet. Caſus enim ita formandus: ſi præceſſerunt ſponſalia proprie dicta, qualia de iure canonico dicuntur *de futuro*, licet *pura* ſint, & ſequantur *conditionata*, quæ æque hoc iure *de futuro* dicenda ſunt, hisce accedat concubitus; hæc præferenda ſunt, vtpote quæ in *matrimonium* abiiſſe dicuntur. *c. 5. & 6. X. de condit. appoſ.* Breuiter: de iure canonico hoc caſu præferuntur poſteriora, in foris proteſtantium priora.

(IX) quod ſponſalia de præſenti præferant, licet conditionaris poſterioribus acceſſerit concubitus vel hierologia.

§. LXIV. Vlterius (X) quarta regula ſecundum hactenus dicta quoque diiudicanda eſt, quæ ita ſe habet: *Quoties ad ſponſalia de futuro* (ſeu conditionata) *priora concubitus accedit, antequam ſponſalia de præſenti* (ſeu pura) *ſequantur, totics illa præferenda ſunt.* Huc redit ſententia *c. 3. X h. t* vbi pontifex ita: *Is qui fidem dedit M. mulieri ſuper matrimonio contrahendo* (& ita ſponſalia *de futuro* celebrauit) *carnali copu-*

(X) quod ſponſalia conditionata priora tunc præferenda ſint, ſi in concubitus acceſſerit, antequam poſteriora de præſenti inita ſint.

Digitized by

copula ſubſecuta (qua ſponſalia *de præſenti* ſeu *matrimonium*, contracta ſunt) *etſi in facie eccleſiæ ducat aliam, & cognoſcat, ad primam redire tenetur.* Poſterius enim matrimonium non poteſt verum cenſeri, quod *de facto* eſt contractum, vt dicitur *in f. cit. tex.* & commixtio corporum, quæ *prioribus ſponſalibus* acceſſit, verum de iure canonico matrimonium quoad *vinculi indiſſolubilitatem* conciliauit. Eandem regulam noſtrates ſequuntur, ſed vt *verba* non *mentem* eius retineant. Neque enim caſus, qui in *c.* 30. *X. h. t.* occurrit, dabilis eſt in foro proteſtantium, in quo ſponſalia *de præſenti*, quæ ipſum conſtituunt *matrimonium*, ignorantur. Noſtrates loco eorum ſubſtituunt *ſponſalia pura*, quæ omnino in adducta regula poſtponenda ſunt, non quia prioribus *conditionatis* acceſſit concubitus, atque hæc videntur in *matrimonium* abiiſſe, ſed quia illa *poſteriora* ſunt, & poſtponenda eſſent, ſi vel maxime prioribus conditionatis ne quidem *concubitus* acceſſiſſet. Quia vero ſponſalia *de futuro* in foris proteſtantium etiam denotant tum *ſponſalitios tractatus*, tum *pactum de futuris ſponſalibus*, maior occurrit difficultas, an hisce ſuppoſitis caſibus regula adducta locum habeat? Quid enim, ſi quis tribus ſororibus promitteret, ſe vnam ex illis ducturum, illæque, ſe non recuſaturas eſſe ſponſalia, ſponderent, interim contingeret, vt vnam ex iis carnaliter cognoſceret, & poſtmodum cum alia ſponſalia *publica & pura* celebraret, quæſtio enaſcitur, vtrum hæc matrimonio conſummanda, an vero illa, quam imprægnauit, ducenda ſit? Minime, me iudice, aſſeri poteſt, eum, qui cum vna ex illis tribus ſororibus concubuit, ſponſalia *vera* iniiſſe, ſed tantum in terminis nudorum *tractatuum*, per ſe haud obligatoriorum, ſubſtitiſſe, ergo hic applicari non poteſt regula, quod ſponſalia per concubitum in matrimonium tranſierint, vtut COVARRVVIAS *ad lib. IV. decretal. p. I. c.* 4. §. 1. *n.* 25. huc inclinaſſe videatur, quem refutat CANISIVS *ad cit. c.* 30. *X. h. t. n.* 5. Re vera in caſu adducto commiſſum eſt ſtuprum, quod quidem ſtringere poſſet ſtupratorem, vt ſtupratam duceret aut dotaret, ſi alia ſponſalia haud concurrerent; verum ſi ſponſa iuri ſuo haud renunciare, ſi ſponſo iniuriam hanc remittere vult, ei fraudi eſſe nequit, quod cum ea concubuerit, cum qua nulla ſponſalia *vera* & *proprie dicta* iniit. Ceterum inter ipſos pontificios regula adducta ne quidem amplius attenditur, ſi matrimonium *in facie eccleſiæ* poſtmodum contractum eſt, quia ſponſalia *de futuro*, concubitu confirmata, non amplius pro matrimonio reputantur, poſtquam in *concilio Tridentino ſeſſ.* 24. *de reformat. matrim.*

Digitized by Google

c. 1. cautum eſt, non aliter matrimonium firmum ratumque eſſe, quam ſi in præſentia parochi & teſtium eſt contractum.

§. LXV. Quinta regula eſt, ad quam itidem (XI) applicatio *iuris canonici* peruerſe fieri ſolet: *Si ſponſalia de præſenti, eaque publica, concurrunt, re integra, præferenda priora.* Intelligo ſponſalia *de præſenti* in ſenſu proteſtantium, h. e. *pura* & *proprie dicta*, quæ de iure canonico ſunt *de futuro*. Proinde de iure canonico huc referri debet *c.* 22. *X. h. t.* vbi *in f.* ita: *Quodſi forte per verba de futuro ſponſalia cum vtraque contraxit, iuramentum primum, ſicuti licite factum eſt, ipſum ſeruare compellas, de ſecundo ei pœnitentiam iniuncturus.* Idem noſtrates cenſent, prout CARPZOVIVS *lib. II. iurispr. eccl. def.* 63. pluribus docet, & confirmat B. Dn. STRYK. *tr. de diſſenſ. ſponſal. ſect. IV. c.* 2. §. 1. nec ſine ratione, quia poſteriora ſponſalia re vera nulla ſunt, & priora demum valent. Quid vero, ſi *abſolute* refractarius foret ſponſus, & nullo modo adduci poſſet, vt ad priorem rediret, poſteriori præfracte adhærens? Si in ſenſu iuris canonici regula intelligitur, conſtat, illum abſolute cogi poſſe, vt ad priorem reuertatur, quia eo iure ſponſalia *de præſenti* ipſum conſtituunt matrimonium, quod *indiſſolubilem nexum* in *foro eccleſiæ* inducit, vti ſæpius annotatum eſt. *c.* 15. & 31. *X. h. t.* Verum concurſum eiusmodi *ſponſalium* in foris proteſtantium concipere haud poſſumus, quæ nobis plane incognita, adeoque ſubſiſtendum in concurſu ſponſalium *verorum* ſeu *purorum*. Equidem CARPZOVIVS *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 17. ad noſtra ſponſalia *pura* applicat regulam iuris canonici, exiſtimando, per ſponſalia *de præſenti*, h. e. *pura*, ipſum contrahi matrimonium. Quis vero non videt, incongrue hic applicari *iuris canonici* placita, diuerſi generis ſponſalia ſupponentia? afſerendum potius eſt ex mente iuris canonici, ſponſalia *de præſenti*, proteſtantibus ita dicta, non eſſe matrimonium, quia de iure canonico ſunt & dicuntur *de futuro c.* 2. *X. h. t.* Cum vero, prout ſupra iam dictum eſt, in ſponſalibus *proprie dictis* non facile procedendum ſit ad compulſionem, vt recte docent MEVIVS *P. III. deciſ.* 382. B. Dn. STRYK. *de diſſenſ. ſponſal. ſect. II.* §. 5. etiam in caſu adducto ab illa abſtinendum eſſe, nec audiendos eos, iudico, qui, ex doctrina iuris canonici de ſponſalibus *de præſenti*, peruerſe hic applicata, in contrarium eunt ſententiam, de quo infra fuſius agendum erit. Denique & hoc addo, regulæ adductæ inhærendum eſſe, ſi vel maxime poſteriora *iuramento* ſint confirmata, vtpote quod illicite præſtitum, nec priori ſponſæ ius quæſitum

(XI) quod ſi ſponſalia de præſenti concurrunt, priora præferri debeant.

Digitized by Google

tum adimere poteſt. *c.* 22. *X. h. t.* B. Dn. STRYK. *cit. tr. ſect. IV. c.* 2. §. 2 *ſeq.*

(XII) quod in concurſu ſponſaliorum de praſenti priora adeo præferri debeant, ſi vel maxime poſteriora concubitu confirmata ſint,

§. LXVI. Sexta regula rurſus (XII) pluribus difficultatibus obnoxia eſt ob peruerſam iuris canonici applicationem. Eſt autem hæc: *Quoties ſponſalia publica de præſenti contracta ſunt*, (h. e. *pura* & a ICtis proteſtantibus ita dicta:) *toties priora præferuntur*, *licet ad poſteriora acceſſerit concubitus.* Secundum ius canonicum regula concipienda eſt de ſponſalibus *de futuro* concurrentibus, quæ quatenus *pura* ſunt, nobis ſunt ſponſalia *de præſenti.* Ita vero de iure canonico deciſio adducta falſa eſt, quippe quo *indiſtincte* præferuntur, quibus acceſſit *concubitus*, quæ ex iure veteri canonico ſtatim tranſierunt in matrimonium, vt hoc caſu non tam concurſus duorum ſponſalium proprie dictorum, quam *ſponſalium* & *matrimonii* adeſſe dicatur, & ita hoc præferri deceat. *c.* 30. *X. h. t.* Etſi vero exiſtimem, adductam regulam æquiſſimam & ratione iuris fundatam, miror tamen, CARPZOVIVM *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 65. eam ex *iure canonico* defendere voluiſſe. Vera vtique ratio hæc eſt, quod priori coniugi ius iam quæſitum ſit, quod ei auferri nequit per *illicitam cohabitationem* cum ſponſa poſteriori; ne ſponſus dolo ſuo priori ſponſæ ius quæſitum ſubtrahat, quod iura haud permittunt. Neque enim vinculum poſterius, ſcelere firmatum, effectum iuris habere poteſt. vid. Dn. STRYK. *cit. tr. ſect. IV. c.* 4. §. 3 4. Nec diſtinguo, vtrum ſponſa poſterior in *bona fide* fuerit nec ne? h. e. ſponſalium priorum ignara, an conſcia fuerit? Etiam vbi ignara eſt priorum ſponſalium, non *vera* ſed *putatiua* tantum ſponſalia contrahit, quæ *veris* præferri nequeunt. Neque *putatiuis* applicari poteſt regula vulgata: quod per concubitum transeant in matrimonium, cum licet a parte ſponſæ *bona fide* contracta ſint, in ſe tamen *nulla* ſunt, ſi prior iure ſuo vti vult. CARPZOVIVS *cit. l.* ad hunc caſum peruerſe applicat deciſionem iuris canonici in *c.* 31. *X. h. t.* vbi pontifex ita: *Si inter virum & mulierem legitimus conſenſus interueniat de præſenti, ita quod vnus alterum mutuo conſenſu VERBIS CONSVETIS expreſſe recipiat, vtraque dicente: EGO TE IN MEAM ACCIPIO, & EGO TE ACCIPIO IN MEVM, vel alia verba conſenſum exprimentia de præſenti, ſiue ſit iuramentum interpoſitum ſiue non, non licet alteri ad alia vota transire: quod ſi fecerit, ſecundum matrimonium de facto contractum, (etiamſi ſit carnalis copula ſubſecuta) ſeparari debet, & primum in ſua firmitate manere.* Huc etiam collineare putat *c.* 30. *X. h. t.* & *c.* 3. & *vlt. X. de ſponſ. duor.* Verum quis non videt, hos textus peruerſe plane applicari

cari ad regulam adductam, ſeu ſponſalia noſtra *de præſenti*? Loquuntur de concurſu *matrimoniorum*, non de veris *ſponſalibus*, quæ illis *de futuro* dicuntur. Et ita ad textus, qui de ſponſalibus *de futuro* agunt, prouocandum eſſet, quibus tamen in erroneam & contrariam ſententiam iri debuiſſet. Vera ergo eſt deciſio adducta; ſed ſi dicendum, quod res eſt, a plerisque aſſumta ex incongrua iuris canonici applicatione.

* §. LXVII. Cum itaque in adducto caſu, ſi placitis iuris canonici inſiſtimus, difficultates haud leues oriantur, inde non mirandum eſt, in *ordinationibus eccleſiaſticis* non eandem vbique deciſionem deprehendi. In *ſtatut. Hamburg. P. II. tit.* 11. *art.* 5. ita de hoc caſu diſpoſitum eſt: Würde einer zweyen Jungfrauen oder Wittwen die Ehe verſprechen, und ordentlicher Weiſe zuſagen, auf dem Fall iſt die erſte Zuſage bündig, und die letzte von keinen Würden: Es wäre denn, daß er die andere hätte fleiſchlich erkannt, ſo wird dieſelbe Verlöbnis in dieſem Fall der erſtern, wofern die Perſon von der erſten keine Wiſſenſchafft gehabt, vorgezogen. Hæc deciſio conformis eſt *iuri canonico*, ſecundum quod concurrentibus ſponſalibus *de futuro*, h e. proprie dictis, qualia in adducto textu ſupponuntur, præferuntur indiſtincte illa, quibus acceſſit *concubitus*, vt tamen poſterior ſponſa in b. f. fuerit. *Iure Magdeburgico per. ordin. polit. c.* 37. §. 22. *ſq.* priora ſponſalia præferuntur, ſi ſponſa prior in gratiam cum ſponſo redire vult, ſuppoſito tamen caſu, wenn die andere Braut wiſſentlich der erſten Verlobung ſich mit ihm fleiſchlich vermiſchet. Quamuis vero alter caſus, quando ſecunda ſponſa in b. f. eſt, omiſſus ſit, eum tamen ſupplendum eſſe exiſtimo ex iis argumentis, quæ §. *antec.* adducta ſunt. In *ordinat. conſiſt. Marchica c.* 61. tantum dicitur, quod vtraque ſponſa, & prior, & poſterior, quæ b. f. ſponſo cohabitauit, non impediatur ad alia vota tranſire. Hoc de *iure canonico antiquo* vix aſſerendum eſſet, ſecundum quod ſponſalia, concubitu confirmata, *vinculum indiſſolubile* conſtituunt: quam rationem tamen recte hoc caſu reprobandam eſſe cenſuit iuris Marchici prudentia, quia ſponſalia *poſteriora* ſunt ipſo iure nulla. In *ordinat. elect. eccleſ. tit.* von Ehe-Sachen ſententia, §. *antec.* defenſa, probata eſt.

Quamuis hoc caſu ordinationes eccleſiaſticæ varient.

§. LXVIII. Sed quid (XIII) ſi poſterioribus ſponſalibus acceſſerit *copula ſacerdotalis*? Grauiſſima de hac quæſtione pugna eſt inter BERLICHIVM & CARPZOVIVM, illo pro *prioribus* ſponſalibus pugnante, hoc vero *poſteriora* copula ſacerdotali firmata præferente. Ille *P. IV. concl.* 28. *n.* 67. ſe fundat in iure canonico, adducitque *c.* 30. &

(XIII) quod idem dicendum ſi vel maxime poſterioribus acceſſit hierologia.

Digitized by Google

31. *X. h. t. c.* 13. *vlt. X. de ſponſal. duor.* addens: *qui textus adeo clari ſunt, vt ſacrilegii inſtar ſit, contra eos diſputare, & merito ſecundum eos in conſiſtoriis debet pronunciari, cum non pugnent cum noſtra religione, & periculoſum ſit, ex facta æquitate & capite ſuo iudicare.* CARPZOVIVS vero *lib. II. iurispr. conſiſt def.* 66. per rationes varias, ex *æquitate* deductas, ſuam ſententiam defendit, & tandem *n.* 24 ita pergit: *Non ergo eſt, vt nobis opponantur textus iuris canonici. Dicant enim pontifices, quicquid velint, non certe auctoritas ipſorum tantum valere debet, vt ſcandalo feneſtra aperiatur, ne alias rationes annectamus.* Sed præter ſpem & opinionem ſententia CARPZOVII in *iure canonico* omnino probata eſt, BERLICHII vero reprobata, cum textus ab eo adducti non adeo clari ſunt, vt ſacrilegium cenſeri debeat, contra eos diſputare. Videamus de ſtatu controuerſiæ. Quæſtio hic eſt de ſponſalibus *de præſenti*, h. e *puris* & *proprie dictis*, quæ in ſenſu iuris canonici non alia ſunt, quam *de futuro. c.* 2. *X. h. t.* Atque hæc ipſa tantum in præſenti quæſtione inter proteſtantes intelligi poſſunt, cum illa, quæ de iure canonico *de præſenti* dicantur, inter non entia in foris proteſtantium reiicienda ſint. Hoc poſito, huc applicari debet *c.* 31. *X h. t. verſ. verum ſi inter.* vbi ſtatuit pontifex, ſponſalia, quæ per *promiſſionem de futuro matrimonio* pure contracta ſunt, quæ nobis *per abuſum* dicuntur *de præſenti*, non eſſe attendenda, vbi matrimonium cum poſteriori per verba *de præſenti* contractum. Eadem eſt ſententia *c.* 32 *X. h. t.* & *concilii Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. c.* 1. ad quos textus ſi prouocaſſet CARPZOVIVS, eo fortius BERLICHIO contradicere potuiſſet. Sed hos ad præſentem caſum inapplicabiles eſſe iudicauit, ea ratione deceptus, quod loquantur de ſponſalibus prioribus *de futuro*, quamuis cogitare debuiſſet, ea ipſa, quatenus *pura* ſunt, nobis *de præſenti* dici. Textus, quos BERLICHIVS pro ſtabilienda ſua ſententia adfert, plane incongrue applicatos eſſe arbitror. Loquuntur enim de ſponſalibus *de præſenti* in ſenſu iuris canonici, quæ vel ideo firma & rata iudicanda ſunt, quia ipſum conſtituunt *matrimonium*. Ergo ſi *matrimonium* cum *matrimonio* concurrit, neceſſario prius præferendum eſt. Fruſtra vero inter proteſtantes talia ſponſalia quærimus, quæ illis (excepto vnico caſu) plane incognita ſunt. Quamvis vero hæc ita ſeſe habeant, ſententiam tamen BERLICHII præferendam eſſe exiſtimo, ſi modo ſponſus non refractarius ſit, vt plane ad priorem redire nolit; *abſolutam* enim *compulſionem* fieri non poſſe, ſupra iam adſtruxi. Quamuis enim BERLICHIVS optimam cauſam peſſi-

Verus controuerſiæ ſtatus.

Digitized by Google

peſſime defenderit ex iure canonico, vel ideo tamen deciſio eius admittenda, quod aliis rationibus firmioribus nitatur, quas plenius deduxit B. Dn. STRYK. *de diſſenſ. ſponſ. ſect. IV. c. 4. §. 7. ſqq* & confirmant SCHILTER. *inſtit. iur. canon. lib. II. tit.* IO. §. II. BRVCKNERVS *deciſ. matrim. c. IV. n.* 53. *ſqq*. Præterea iuris canonici deciſio ſe fundat in principio, cum noſtra religione pugnante, ſupponens, matrimonium cum poſteriori ſponſa contractum eſſe *ſacramentum*, quod *vinculum indiſſolubile abſolute*, quomodocunque contractum fuerit, conciliat, vt ei *ſponſalia priora* cedere debeant.

§. LXIX. Denique forſan quis vrgeret, nihil obſtare, quo minus etiam inter proteſtantes ſponſalia, illa quæ de iure canonico *de præſenti* dicuntur, dari poſſint, quo poſito, ad minimum deciſiones iuris canonici *ſimpliciter* applicari poſſe videntur. Quid enim ſi deſponſati *pure* ſponſalia iniiſſent, &, vt eo firmius ſeſe obligarent, ſponſus his verbis declaraſſet conſenſum coniugalem: Ich nehme ſie hiemit an zu meiner Ehefrauen, doch ſoll die Trauung noch etliche Wochen aufgeſchoben werden, & illa quoque eodem modo ſe declaraſſet, daß ſie ihn nicht mehr vor ihren Bräutigam, ſondern ſofort vor ihren Ehemann halten wolle. Equidem non nego, hoc caſu adeſſe ſponſalia *de præſenti* ſecundum mentem iuris canonici; non vero ſufficit, fingere caſum, ſed animaduertere, an moris penes *proteſtantes* ſit, eo modo ſponſalia inire? penes *pontificios* olim frequentiſſimas fuiſſe eiusmodi deſponſationes, euincunt tot deciſiones atque exempla illuſtria, in diplomatibus paſſim obuia: idem euincit principium de *ſacramento*, quod non per ſponſalia *de futuro*, ſed tantum *de præſenti* quodammodo contrahebatur. Pium autem & conducibile eſſe arbitrabantur, ſi mox deſponſati huius ſacramenti participes fierent, vtut non cohabitarent, nec iure *coniugum* vterentur, ſed tanquam *deſponſati* ſeparatim & ſeorſim viuerent. Aſt cum hæ rationes inter noſtrates ceſſent, non adeſt ratio, quæ eos mouere poſſet, vt talia ſponſalia inirent. Poſito vero, reperiri quosdam, qui *irregulari* plane *modo* ita ſponſalia inirent; his tamen applicari poſſet vulgatum illud, *quod vna hirundo non faciat ver*; imo placita iuris canonici iis indiſtincte applicari non poſſent. Quis enim non videt, iniquiſſimas ſæpe fore deciſiones, ſi ius canonicum ad eiusmodi caſum indiſtincte applicandum eſſet? Ponamus: Caium cum Caia *publica* & *pura* ſponſalia de contrahendo matrimonio iniiſſe, quia vero eum ſponſalium horum pœnitet, *publica* alia cum Titia celebrat, cautela hac *in fraudem legum* adhibita, vt ipſam ſibi deſponſet per *verba de præſenti*, antea adducta? Hæc præferenda forent de iure canonico, quod tamen ſumme iniquum foret, cum ita ſemper in arbitrio

An inter proteſtantes caſus genuinus dari poſſit, cui adæquate ius canonicum applicari queat?

Digitized by Google

ſponſi foret, priorem relinquere, & ſponſalia alia inire, alia abſurda vt non tangam, quæ ex principio de *ſacramento matrimonii*, quod *ſponſalibus de præſenti* ſuo modo ineſſe fingitur, fluunt. Equidem ſupra dictum eſt, ſponſalia per *concubitum* tranſire in matrimonium ſeu ſponſalia de præſenti, etiam in terris proteſtantium. Sed hoc tantum intelligendum *ſaluo iure tertii* & quoad vinculi *indiſſolubilitatem* & vel ideo, iudice Dn. THOMASIO *diſſert. de pact. futur. ſponſal.* §. 17. retinetur, quod æquitati conueniat, vt is, qui ſponſam fraudulenter induxit ad concubitum, eam iam *abſolute* ducere cogatur, ad quam ducendam, re integra, aliás abſolute cogi non poſſet, ne dolus ipſi proſit, ſponſæ vero noceat. Quin etiam infra oſtendendum erit, non *qualemcunque conſenſum* ſufficere ad *matrimonium legitimum* conſtituendum.

(XIV) quod diſputent an verba magis pro ſponſalibus de præſenti an de futuro capienda ſint?

§. LXX. Solent præterea (XIV) canoniſtæ tradere, *verba dubia* magis accipienda pro ſponſalibus *de præſenti*, quam *de futuro*, niſi forſan inter *impuberes* eſſent contracta ſponſalia, quo caſu, licet adhibita fuiſſent verba *de præſenti*, iuris tamen interpretatione ea ita accipienda eſſe, vt tantum conſtituant *ſponſalia de futuro*. c. 7. 26. *X. h. t.* c. *vn. de deſponſat. in* 6. ZOESIVS *ad tit. D. de ſponſal. n.* 3. CORVINVS *in aphor. iur. canon. lib II. tit.* 13. *n* 34. CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 17. *inf. Nam*, ait WESENBEC. *cit. l. in actibus, qui pendet a mera voluntate & diſpoſitione loquentis, iſtiusmodi verba pro præſentibus accipiuntur.* Verum quemadmodum hæc ratio eſt admodum obſcura, & ad præſentem caſum non adeo applicabilis, qui in mero *facto* conſiſtit, & ita præſumtionem non adeo admittit; ita quoque de ipſa decitione adhuc plures dubitant. vid. MENOCH. *lib. III. præſ.* 1. Ad minimum ex textibus adductis argumentum pro illa idoneum deduci nequit. Poſito vero, illam veram & in iure canonico fundatam eſſe, ſimul tamen patet, illam male applicari ad *ſponſalia proteſtantium.* Ait CARPZOVIVS *cit. l.* verba dubia magis ſponſalia *de præſenti*, quæ arguunt matrimonium, quam *de futuro* conſtituere. Si hæc ſententia ſecundum mentem proteſtantium accipitur, plane contrarium, & illud denotat, magis ſponſalia *pura & proprie dicta* (quæ de iure canonico *de futuro* dicuntur) quam *conditionata* aut *tractatus ſponſalitios* in dubio intelligi. Ergo hæc propoſitio aliter accipitur in ſenſu *iuris canonici*, aliter a *proteſtantibus*, & tamen, quod mirandum eſt, illa ipſa ab afferentibus firmatur auctoritate iuris canonici, quod tamen nec hoc nec illud dicit. Rectius B. Dn. THOMASIVS *diſſ. de pact. futur. ſponſal.* §. 9. & 10. hac de re iudicat, afferendo in caſu dubio quando diſputatur, vtrum *ſponſalia vera* an vero *pactum præparatorium* tantum ini-

initum sit? neutrum præsumi, sed videndum esse *quid actum sit*, adeoque alleganti sponsalia iniungendam probationem.

§. LXXI. Præterea (XV) si sponsa dotem ante contractum matrimonium sponso soluat, & paulo post concursus moueatur, nec matrimonium ob mortem sponsi consummari possit, quærunt, vtrum sponsæ ius *tacitæ hypothecæ* cum prioritate indulgeri debeat? Distinguit HAHNIVS *ad Wes. tit. in quib. caus. pign. vel hyp. tac. n.* 1. inter sponsam *de præsenti* & *de futuro*, ita vt hæc destituta sit illo *priuilegio*, non illa, quippe quæ *vxoris* nomine quoque venit. Equidem ad sponsam *de præsenti* in sensu iuris canonici id applicandum esse persuasissimum habeo, quia in hoc casu non fit huius priuilegii extensio, sed simplex applicatio ad casum, quem leges præsupposuerunt. *Vxori* lex dedit hoc priuilegium: sponsa *de præsenti* de iure canonico est & dicitur *vxor*. Ast si sponsa *de præsenti* accipitur in sensu a protestantibus recepto, falsum omnino est, eam esse aut dici *vxorem*, adeoque reuera hic fieret extensio iuris singularis ad casum alienum, sub lege expresse non comprehensum, id quod iura non permittunt. Proinde rectius *sponsa* indistincte hoc priuilegium negant LAVTERBACH *in colleg. ad tit. cit.* §. 25. CARPZOV. *p.* 2. *c.* 24. *def.* 5. ibique ESBACH *in not.* THOMINGIVS *decis.* 36. quia nequidem *pro dote* eam sponsus possidere potest. vid. *tit. D. pro dote.*

(XV) quod quidam sponsæ de præsenti priuilegia dotis tribuant.

§. LXXII. Solent quoque (XVI) ad hanc distinctionem confugere, quando quæstio formatur, *an & quatenus liti super sponsalibus motæ renunciari possit?* Admittunt renunciationem eius, etiamsi lis contestata, CARPZOV. *lib. III iurispr. consist. def.* 33. vel probatio suscepta, IDEM *cit. l. def.* 34. vel publicatio attestatorum facta, vel sententia lata fuerit, priusquam tamen in *rem iudicatam* transierit. IDEM *cit. l. def.* 35. Sententia enim, quatenus in rem iudicatam non transit, nihil operatur, adeoque cum de *existentia sponsalium* nondum liquido constat, illis renunciatum dici nequit. Si vero sententia in rem iudicatam transiit, litis renunciationem amplius integram haud esse, contendit cum CARPZOVIO SCHILTERVS *instit. iur. can. lib. II. tit.* 10. §. 45. si de sponsalibus *de præsenti* sermo est. Supponunt enim, ab eis recedi, nequidem voluntate vtriusque, posse, id quod de sponsalibus *de præsenti* in sensu iuris canonici acceptis verum est; falsum vero de sponsalibus *de præsenti*, h. e. *puris*, prout a protestantibus definiuntur, quæ de iure canonico sponsalia sunt *de futuro*, a quibus sponte recedere partes possunt, prout supra cuici. *c.* 2. *X. h. t.* Imo vlterius procedit SCHILTERVS *cit. l.* §. 44. existimans, renunciatione litis post probatio-

(XVI) quod post rem iudicatam in causa sponsalium de præsenti, renunciationem litis non admittant,

Digitized by Google

non ſuſceptam, i. e. vbi actor iam articulos cum denominatione teſtium obtulit, facta, officio iudicis incumbere, in *veritatem & certitudinem* inquirere, quæ ſententia ex eodem erroris ſuppoſito fluit.

(XVII) quod reſtitutio locum non habeat contra ſponſalia de præſenti.

§. LXXIII. Denique (XVII) vſum inſignem huius doctrinæ in eo collocant, *an & quatenus minor contra ſponſalia reſtitui poſſit?* Quod quidem admittunt contra *ſponſalia de futuro*, non vero contra illa, quæ dicuntur *de præſenti*. Quæſtio hæc in conſiſtoriis proteſtantium adeo deciſa eſſe videtur, vt de hac ſententia ceſpitare nefas eſſe iudicetur. Et tamen ſi rem ex vero æſtimare ſtudemus, multis inuoluta eſt erroribus, id quod paulo accuratius euoluendum, vt tandem ex ſqualore inueterato emergamus. Quando ergo de *reſtitutione in integrum contra ſponſalia* agendum eſt, quædam neceſſario præmittenda ſunt, vt ſtatus controuerſiæ recte formetur.

Agitur hic tantum de reſtitutione ex capite ætatis.

Videlicet (1) hic vnice ſollicitus ſum de reſtitutione ex capite *ætatis*. Maiorennium reſtitutionem vel ideo hic non tango, vel in eam ipſam me immitto, quod animaduerterim, fere caſum deficere, vt *reſtitutione* opus eſſe videatur. Neque enim in caſu *metus* reſtitutio eſt neceſſaria, qui ſponſalia *ipſo iure* reddit nulla, vt infra oſtendam: neque ex capite *doli*, qui itidem excludit conſenſum, & operatur, vt ſponſalia prorſus non valeant, & deceptus ipſo *iure* tutus ſit, vt oſtendit B. STRYKIVS *in tract. de diſſenſ. ſponſal. ſect. II. §. 14. ſqq.* Multo minus ex capite *erroris* reſtitutione opus eſt, qui vel ſponſalia annullat, vt diſtincte IDEM *cit. l. §. 30. ſqq.* docet, vel ita comparatus eſt, vt regulariter culpa haud vacet, qua interueniente, reſtitutio maiorennibus denegatur. *Non enim*, *ait* ICtus in *l. 37. D. ex quib. cauſ. mai. negligentibus ſubuenitur, ſed neceſſitate rerum impeditis.* Nec *capitis deminutio* huc referri poteſt, quæ eundem, vt olim, hodie effectum non habet. Ceterum vtrum ex *clauſula generali prætoria* maiorennibus aliquando contra ſponſalia ſit ſuccurrendum? eo minus nunc in diſceptationem vocandum eſſe arbitror, tum quod tot iuſtæ & probatæ ſint repudiorum cauſæ, de quibus infra agendum eſt, vt *reſtitutio in integrum* illis non neceſſaria eſſe videatur; tum etiam quod potiſſimum in *reſtitutione minorum* mihi deſudandum eſſe duxerim, quæ facilius, quam illa, deſiderari & peti poteſt, & ita hæc quæſtio plus vtilitatis in tritura forenſi allatura ſit.

Sponſalia præſupponi debent valida nec repudio ſubiecta.

§. LXXIV. Præterea (II) præſuppono *ſponſalia* a minoribus contracta *valida* & nullo laborantia vitio. Qnodſi enim defectum quendam habent, nec plene abſoluta ſunt, non opus eſt reſtitutione. Proinde iis in locis, vbi pro forma *præſentia teſtium* in ſponſalibus ineundis de-

deſideratur, ea adhuc *imperfecta* cenſenda ſunt, quibus hæc ſolennitas non acceſſit. Quodſi ergo vel maxime omnia iam conſenſu interuenientе determinata, compoſita, transacta; imperfectum tamen adhuc cenſetur negotium, quamdiu forma, legibus præſcripta, quæ dat eſſe rei, eidem haud acceſſit, & pœnitentia, ſine vlla reſtitutione, integra eſt, vt infra plenius declarandum erit. Talia ergo ſponſalia poſſunt dici *nuda*, h. e. deſtituta *forma* ſua *debita*, nec producunt actionem, æque vt nec pacta *nuda* apud Romanos, quæ itidem non obligabant, quod Romani conſultius eſſe crederent, ita conuentiones inire, vt *ſolenni ſtipulatione* interueniente demum perficerentur. Simili ratione vbi *ſponſio ſolennis* in ſponſalibus adhuc neceſſaria erat, *nuda permiſſio* de futuro matrimonio ineundo effectum iuris non habebat, & virgo non *deſponſata*, ſed tantum *pacta* dicebatur: *ſponſione* accedente, *deſponſata* & perfecte obligata demum erat, docente GELLIO *in N. Attic. lib. IV. c.* 4. Similiter ſi ex poſtfacto aliquid inſperati ſponſalibus ab initio validis accedit, quod iuſtam *repudio* cauſam præbere poſſet, itidem *reſtitutione* non eſt opus, cum alia iuſta cauſa adſit, quæ recuſantem liberet, *c.* 25. X. *h. t.* adeo vt ne quidem iuramentum, quod reſtitutionem minorem impedit *per auth. ſacramenta puber. C. ſi adu. vendit.* in his nouiter emergentibus cauſis minoribus impedimento ſit per *cit. c.* 25.

§. LXXV. Vlterius (111) præmitto, hic non eſſe quæſtionem formandam de *iure ciuili*, ſed de *hodierno iure*. Illud reſtitutionem in integrum minoribus contra *ſponſalia* eo minus denegaſſet, ſi illam iisdem neceſſariam eſſe credidiſſet, quo magis illa præiudicia, quibus hodie orbis fascinatus eſt, ignorabat penitus. Enimuero iurisprudentia Romana recentior libertatem *repudiorum* adeo laxauit, vt vel citra iuſtam cauſam a ſponſalibus reſilire integrum eſſet. Loquor de iurisprudentia recentiori. Iam enim obſeruaui, ex teſtimonio GELLII, ſponſione interueniente, olim obligationem efficacem ex ſponſalibus natam fuiſſe, vt, ſi non ducerетur deſponſata, vel hæc ſponſalium fidem frangeret, ex *ſponſu* daretur actio ad *intereſſe*, ad quod præiudicium auertendum eo tempore vtilis potuit eſſe in integrum reſtitutio. Enimuero paulatim ſolennis *ſponſio* remiſſa permiſſumque, vt *ſimplici* contraherentur ſponſalia *conſenſu*, vt rurſus teſtis eſt GELLIVS, atque ita, more veteri ſublato, nomen *ſponſalium* a *ſponſione* deductum, remanſit, BROVWER *de iure connub. lib* I. *c.* I. *n.* 8. non vero remanſit antiqua ſponſaliorum efficacia, ſed *ſpes nuptiarum* vnice inde nata eſt, vt dicitur in *l.* 6. *D. de ſponſal.*

Hic non quæſtio eſt de iure ciuili, ſed hodierno,

& quidem recentiori,

eaque

eaque lubrica, incerta, anceps, inefficax. Neque enim ex *ſponſalibus* amplius vllam dandam eſſe actionem, cenſuerunt Romani, vt etiam ab iis recedere poſſent, ſi vel maxime ſtipulatio, eaque *pœnalis*, adiecta iis fuiſſet, quod inhoneſtum eo tempore viſum fuerit, vinculo *pœnali* obſtringi matrimonia, quæ libera eſſe debuere *l.* 71. §. 1. *de condit. & demonſtr. l.* 134 *de verb. oblig. l.* 2. *C. de inutil. ſtipul.* Permiſſa ergo ſemper erat pœnitentia, vt adhuc tempore DIOCLETIANI deſponſata puella conditioni renunciare, & alii nubere haud prohibita fuerit, *l.* 1. *C. de ſponſal. l.* 2. *C. de repud.* qua libertate ſuppoſita, de *reſtitutione in integrum* danda haud implorandus erat prætor.

quamuis etiam quædam mutatio poſt facta.

§. LXXVI. Poſtea frenum quoddam iniectum fuit huic licentiæ, conſtituta *pœna quadrupli* cum reſtitutione arrharum in refractariam puellam, quæ temere ſponſalia perficere recuſabat, vt docent *l.* 6. *C. Th. de ſponſal. l. vn. C. Th. ſi nupt. ex reſcript. pet. l. vn. C. Th. ſi prou. rector.* quo rerum ſtatu *reſtitutio in integrum* minori, lapſæ iuuenili ætate, vtilis eſſe potuit. Verum mox rurſus ſcena mutata, & *anno* 469. in *l.* 5. *C. de ſponſal.* hæc pœna ſublata, cautumque, vt *minorennis* tantum id, quod accepit, redderet, quo ipſo cauſa omnis reſtitutionis ceſſauit, aliunde ſatis tuta exiſtente. Neque vero ſponſalium hæc licentioſa *renunciatio* illis temporibus ignominioſa alicui aut dedecori fuit, nec laborauit mulieris ex repudio pudicitia & exiſtimatio, vt recte obſeruat BROVWER *cit. l. lib. l. c.* 24. *n.* 14. quamuis hodie aliis viuatur moribus. *Iure* enim *canonico*, quod optima fundatum eſt ratione, ſponſalibus eadem vis, quæ aliis contractibus ineſt, data atque tributa eſt, vt regulariter, conuenienti quamuis modo, contumax puella, deficiente omni iuſta *repudii* cauſa, cogi poſſit, ad ſponſalia per matrimonium conſummanda. Poſito ergo hoc vinculo, hodie quæſtio *de reſtitutione in integrum* moueri poteſt.

Nec huc pertinet caſus de reſcindendis ſponſalibus ex copia contumaciæ.

§. LXXVII. Addo (IV) etiam hoc, quando de *reſtitutione in integrum* quæritur, id potiſſimum in quæſtione eſſe, an & quatenus ex *æquitate* ita reſcindi ſponſalia poſſint, vt vtrinque data & accepta reſtitui, ſponſus vero contra puellam minorennem (vtpote in quam fere ordinarie tantum hic caſus cadere poteſt: cum in *ſponſo* vtplurimum illud TACITI obtineat: *ſera apud Germanos* venus) nec *iniuriarum* nec *ad intereſſe* agere poſſit. Hæc enim eſt vis, hæc *reſtitutionis* natura, vt omnia in priorem reſtituantur ſimpliciter ſtatum, & minorennis ab omni læſione immunis præſtetur. Ergo illum hic penitus excludo

Digitized by Google

eludo caſum, quo tandem reſcinduntur ſponſalia ob *contumaciam* ſponſæ *refractariæ*, quod, vbi ſponſa iam exceſſit minorem ætatem, contingere poteſt. Neque enim *abſoluta coactio* decerni poteſt, etiam iure canonico reprobata in *c.* 17. *X. h. t.* ſed probatis ſponſalibus, pronunciatur quidem: und iſt Beklagte zu Vollenziehung der Ehe durch gebührende Zwangmittel anzuhalten, quin etiam, ſi ſurdæ narratur fabula, *mulcta* vel *carcere* induci poteſt, vt ſententiæ morem gerat, prout ſupra iam adſtruxi: ceterum vbi omnia *remedia coactiua* in caſum adhiberi iudex animaduertit, tandem ſponſalia reſcindit, & refractariam ad omnes refundendas *expenſas* & *ſatisfactionem priuatam*, prætereaque ad ſoluendam *mulctam* condemnat, cum *diſpendio arrharum*, vt optime obſeruant MEVIVS *P. III. deciſ.* 382. STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect.* 2. §. 5. *ſqq.*

§. LXXVIII. Denique (V) hic tantum ſollicitus ſum de *ſponſalibus puris*, vtpote circa quæ vtplurimum plures fluctus moueri ſolent. Vtplurimum noſtrates ſponſalia *conditionata* appellare ſolere *de futuro*, ſæpius obſeruaui. His vinculum non adeo tribuendum eſſe cenſent, adeo vt quidam *nudos tractatus* iis ineſſe perſuaſiſſimum habeant. Vtut vero id merito repudiandum ſit, facile tamen noſtrates contra illa, ſi aliquid roboris eis adhæreat, reſtitutionem admiſſuri ſunt, quod in iis deficiant illa impedimenta, quæ in *puris* ſe inueniſſe exiſtimant. Ad minimum illud euidens eſt, ſi probatum euictumque fuerit, contra ſponſalia *pura* dari reſtitutionem in integrum, multo magis eandem contra ſponſalia *conditionata* permiſſam eſſe. Alias quidem ita formare ſolent controuerſiæ ſtatum: *vtrum puella minorennis contra ſponſalia de præſenti reſtitui poſſit in integrum?* verum ſtudio abſtinui ab hac incommoda appellatione, quæ vnice omnium difficultatum & errorum fomes fuit. Dum enim *ſponſalium de præſenti* mentionem faciunt, non alia quam *pura* intelligunt, non vero illa ipſa, quæ *ius canonicum* hac voce adumbrat, vtpote proteſtantibus incognita prorſus & aliena, vt de illis quærere non ſit opus. Vid. interim STRYK. *de diſſenſ. ſponſal. ſect.* 1. §. 22. Ad minimum tum ipſum ius canonicum *ſponſalia de futuro* tam *conditionata* quam *pura* agnoſcit per *c.* 2. *X. h. t.* vt erroneum ſit, hoc iure ſponſalia *pura* eſſe *de præſenti;* tum etiam ratio iuris docet, *conditionem* ſpeciem negotii non mutare, ſed ad eius *accidentia* referendam eſſe, cum omnis conuentio poſſit fieri vel *pure* vel *in diem* vel ſub *conditione*, vt ſupra initio huius tituli obſeruaui. Interim quia ſponſalibus *puris* in foris noſtris

Agitur hic tantum de auxilio ætatis contra ſponſalia pura.

Digitized by Google

grauis controuerſia vtplurimum formatur, malui circa hæc, quæ etiam frequentiora ſunt, primario occupatus eſſe.

Contra matrimonium non datur reſtitutio in integrum.

§. LXXIX. Denique (VI) de reſtitutione contra *ſponſalia* duntaxat quæſtio eſt. Nam contra *coniugium legitime* in facie eccleſiæ contractum non dari reſtitutionem in integrum facile largior, cum illud hodierno iure *vinculum indiſſolubile* conſtituat, in quo omnes iuris interpretes vno ore conſpirant. HILLIGER *ad Donell. lib. XXI. c.* 12 *lit. f.* SHORT. ODDVS *de reſtit. in integr. P.* 2. *qu.* 60. *art.* 1. & 2. LAVTERB. *ad tit. de minor.* §. 29. STRVV. *ex.* 8 *th.* 57.

Rationes dubitandi contra reſtitutionem in integrum:

§. LXXX. Hæc præmittenda eſſe cenſui, vt omnis euitaretur cauillatio, & de quo diſceptatio præſens ſuſcepta ſit, conſtaret. Plerosque reſtitutionem in integrum puellæ, quæ *pure* ſine omni conditione de contrahendo matrimonio fidem dedit, denegaturos eſſe, facile ex *præiudiciis* antea tactis præuideo, cum credant, eadem impedimenta hic concurrere, quæ denegant *reſtitutionem in integrum* contra ipſum *matrimonium.* Etenim (1) diuerſam eſſe rationem *contractuum* aliorum & *ſponſalium* aiunt; in illis adeſſe *vinculum iuris humani;* ſponſalitiam autem *obligationem* eſſe *iuris diuini*, adeoque illud laxari poſſe mutuo diſſenſu, imo etiam mediante *reſtitutione in integrum* ex iuſta cauſa tolli, non æque hanc, cum quos Deus coniunxit, homo minime ſeparare debeat. Si ergo nequidem ex mutuo conſenſu ab illis recedere poſſunt ex ſententia STRVVII *in iurisprud. lib. I. tit. VI.* §. 18. MEVII *P.* 5. *deciſ.* 211. *n* 3. ſi ex ſententia CARPZOVII *lib. III. reſp.* 57. *n.* 6. *a Deo colligantur*, *& ab ipſius auctoritate & voluntate dependent*, euidens eſt, plus roboris ſponſalibus ac quidem reliquis ineſſe conuentionibus, quod vnice ex *præcepto Dei* deriuandum, quod hanc ſeparationem prohiber, & ita quoque iudici facultatem adimere cenſetur, puellam ex capite *ætatis* contra ea reſtituere in integrum, cum *illa, quæ ſpiritualia ſunt, facilius conſtruantur quam deſtruantur*, vt ait CARPZOV. *lib.* 5. *reſp.* 108. *n.* 18.

1) quod in ſponſalibus obligatio ſit iuris diuini,

2) quod contra matrimonium denegetur reſtitutio;

§. LXXXI. Præterea quia (II) iam conceſſum eſt, contra *matrimonium* denegari omne ætatis auxilium, merito quoque idem denegandum eſſe videtur contra *ſponſalia pura*, adeo vt iuris interpretes, dum contra *matrimonium* hoc auxilium locum habere negant, nequidem de *ſponſalibus* quæſtionem moueant, ſine dubio exiſtimantes, idem de *ſponſalibus puris* dicendum eſſe, vt teſtantur auctores antea adducti, & in genere in *cauſis matrimonialibus* hoc beneficium ætatis excludunt.

Huius

Digitized by Google

Huius ſententiæ ſine dubio hæc ratio eſt, quod talia *ſponſalia* ſint & dicantur matrimonium *initiatum*, quippe quod ſolus conſenſus facit. Vnde etiam iure diuino ſponſæ quandoque appellantur *vxores*, vt *Gen. XXIX*, 21. *Deut. XXII*, 24. *Matth. I*, 20. *Luc. II*, 7. adeo vt ſponſa, alteri ſui copiam faciens, *adulterium* commiſiſſe dicatur, *Hoſ. IV*, 13. etiam ſecundum ius ciuile per *l.* 13. §. 3. *D. ad l. Iul. de adult.* Inde patres olim tradiderunt, ſponſam ab vxoribus quoad effectum *vinculi* non differre, adeoque valere argumentum a *matrimonio* ad *ſponſalia pura*, qualia teſtimonia collegit GRATIANVS in *C.* 27. *q.* 2. & pluribus illuſtrauit DARTIS *in comment. decret. cit. l.* ſponſalia autem ſint matrimonium initiatum;

§. LXXXII. Primarium autem (III) fundamentum diſſentientium inde eſt petitum, quod communiter tradi ſolear, ſponſalia *pura* eſſe ſponſalia *de præſenti*. Ita cenſuit B. LVTHERVS in libello von Ehe-Sachen, putauitque, ſponſalia tunc demum rectius dici *de futuro* poſſe, wenn eine conditio, Anhang oder Auszug dabey geſetzet wird, quæ non adiecta, potius *de præſenti* dicenda, quod *verbis de præſenti*, non *conditione* ſuſpenſis, fidem dederit puella *minor*. Eandem ſententiam ICti proteſtantes poſtea propagarunt, & theologi quoque in ſuos traxere vſus, vt oſtendit STRYKIVS *de diſſenſ. ſponſal. ſect.* I. §. 24. & ſupra ipſemet plenius adſtruxi. Iam vero ius canonicum decernit, ſponſalia *de præſenti* eſſe ipſum *matrimonium*, & in eandem ſententiam a noſtratibus quoque itum eſt communiori calculo. Ita docet pontifex in *c.* 14. *X. de conuerſ. coniug. c.* 22. & 31. *X. h. t.* quod per verba *de præſenti* ipſum matrimonium perſonæ contraxiſſe intelligantur, adeoque *vinculum indiſſolubile*, quod omnem *reſtitutionem* excludit, conſtituatur. Ita cum pontifice rationes ſubducit CARPZOV. *lib. 2. iurispr. conſiſt. def.* 17. *n.* 5. aiens: *ſponſalia de præſenti pro nuptiis & matrimonio initiato, licet nondum benedictione eccleſiaſtica firmato & conſummato, habentur.* 3) quod ſponſalia pura ſint de præſenti,

§. LXXXIII. Vlterius (IV) vel inde denegari poſſet reſtitutio in integrum puellis minorennibus, quod *ſponſalia* pura ſint negotium aliquod *ſpirituale* & *eccleſiaſticum*, humano arbitrio prorſus exemtum. In hoc autem *ætatis* auxilium deficere cenſent, quod in his minor pro *maiorenni* cenſeatur. *c.* 3. *de iudic. in* 6. de quo agit COVARRVVIAS *lib. I. reſol. c.* 5. *Deus enim*, vt ex mente diſſentientium ait STRYKIVS *de diſſenſ. ſponſal. ſect.* 3. §. 11. *eſt auctor coniugii & ſic quoque ſponſaliorum, ideoque magna deliberatione ad id accedendum, nec permittendum, vt illi, qui ſemel fidem pure dederunt, rurſus conſilium mutare,* 4) quod ſponſalia ſint negotium ſpirituale.

Digitized by Google

& Dei fœdus ludibrio habere poſſint. Nam ſi viliſſimarum rerum pactionibus non ſtare nefas & indecorum habetur, nonne iniquiſſimum videbitur, pacta de fœdere matrimonii ſanctiſſimo violare, vtpote quæ non a contrahentium, ſed a Dei auctoritate dependent? CYPRAEVS *de ſponſal. c.* 13. §. 11. *n.* 2 Hac de cauſa etiam hodie inter proteſtantes ſponſalium cauſæ in *conſiſtoriis* tractantur, indicio certiſſimo, eas cum reliquis negotiis *mere ciuilibus*, contra quæ datur *reſtitutio in integrum*, conferri nullo modo poſſe. Hæc quippe arbitrio hominum ſunt ſubiecta, non item illæ, & ſic nec pro arbitrio iudicis reſcindi poſſe videntur.

5) quod æquitas hic deficiat,

§. LXXXIV. Porro (V) ſicuti fundamentum reſtitutionis in integrum vnice ex *æquitate* petendum eſt, *l.* 1. & 7. *de in integr. reſtitut. l.* 1. *de minor.* ita iuſte dubitari poſſet, vtrum *æquitas* aliqua reſciſſionem ſponſalium ex capite *ætatis* ſuadere & admittere valeret? Metuendum forſan *ſcandalum inſigne*, ſi hi, qui fidem *pure* de matrimonio ineundo ſibi inuicem dederunt, ad inſtantiam vnius a ſponſalibus impune recedere permitterentur, quod tamen, indulta reſtitutione in integrum, neceſſario contingeret. Admiſſo enim vno alteroue exemplo, plures idem ius ſibi vindicarent, & mox ad *auxilium* hoc *ætatis* prouocarent Ita vero nunquam ſecure cum *puella minorenni* ſponſalia contrahi poſſent, cui ſemper, ſi poſtea pœnitentia tangeretur, ad hoc auxilium pateret aditus, quod tamen res peſſimi videtur eſſe exempli. *Æquitatem* autem talem conſtituere, quæ haud caret *ſcandalo*, quæ *ſanctiſſimum* hoc *fœdus* violat, ludibrio habet, tollitque, quæ *conſcientiam* lædit, omni iuri aduerſa videtur, imo etiam a mente prætoris aliena, qui edictum de minoribus reſtituendis ſecundum *l.* 1. *de minor.* propoſuit, *naturalem æquitatem ſecutus*, quæ hoc in negotio ceſſare videtur; deficiente autem legis ratione, lex ipſa omni deſtituitur applicatione.

6) quod cauſæ matrimoniales ſint favorabiles, quæ auxilium ætatis non admittunt,

§. LXXXV. Hac de cauſa (VI) ſine dubio denegata fuit reſtitutio in integrum contra *dationem libertatis* obtentu *ætatis* petita, adeo vt ne quidem ſententia pro *libertate*, poſtquam in rem iudicatam tranſiit, reſcindi hoc remedio potuerit. *l. f. C. ſi aduerſ. libert.* Ratio huius diſpoſitionis vnice petenda eſt ex *ſingulari libertatis* fauore, ob quem legislatores multa contra communes regulas ſtatuerunt, vt fatetur imperator in §. *f. l. de donat.* adeo vt commodo pecuniario eius cauſam præferendam eſſe duxerint. §. 1. *I. de eo, cui libert. cauſ. bona addic.* Parem fauorem habent *cauſa matrimoniales*, quæ diſerte inter *cauſas favorabiles* referuntur in *c. f. X. de ſentent. & re iudic.* & cum *libertatis* cauſa coniunguntur, vt *in dubio* pro illis pronunciandum ſit. Sicuti ergo con-

contra libertatem non datur *reſtitutio*, ita nec contra *ſponſalia*, cum eundem habeant fauorem. vid. MANZIVS in *ſpecial. in iure comm. tit. matrimonii fauor & honor.* Denique cum non deſint argumenta reſtitutionem diſſuadentia & denegantia, illa merito præferenda argumentis, reſtitutionem indulgentibus, cum *in dubio* pro *fauorabiliori cauſa* eiusque conſeruatione pronunciandum. *cit. c. f.*

§. LXXXVI. Denique (VII) quod potiſſimum hic ponderandum, omnis reſtitutio ex capite ætatis *laſionem* quamdam ſeu *captionem* præſupponit, quæ rite probanda, vt absque ea minori ea haud indulgeatur; *l. 5. C. de in integr. reſtit. minor. nec enim vtique, qui minor eſt, ſtatim & circumſcriptum ſe docet*, vt ait VLPIANVS *in l. 9. §. 4. de iureiur.* Læſio autem vix alia concipi poteſt, quam in *patrimonio*, cuius deminutio vel neglectum augmentum demum læſionem parit. Talis vero læſio in *ſponſalibus* deficere videtur, in quibus non agitur de commercio *rerum* & *bonorum*, ſed de *conſortio ſobolis procreandæ gratia inito*, de *amore coniugali*, & *fide ſponſalitia.* Quomodo ergo puella minorennis probabit, ſe eſſe læſam & lubrico ætatis captam? Si poſtea diſplicet ſponſus, ſi mores eius ferre nequit, ſi diuerſum viuendi vſum deſiderat, ſi denique ex aliis cauſis auerſum ab ipſo animum oſtendit, hoc ipſo nullam *Læſionem* probat, nec probare poteſt. Si obiicit, conditionem ſuam per tale matrimonium deteriorem fieri; vix audienda videtur, cum tantum de commodiori viuendi conditione ſollicita eſſe videatur, nec eo ipſo quoddam in *bonis* ſuis patiatur detrimentum. Contra *dotem* immodice conſtitutam quidem auditur & reſtituitur per *t. C. ſi adu. dot.* at vero in hac cauſa *læſio* & quidem in *patrimonio* allegari & doceri poteſt; non item in ſolis ſponſalibus, *quæ ſimplicem faciendi obligationem* continent, nec vllam videntur *cauſam bonorum* annexam habere. Deficiente itaque *læſione*, deficit quoque fundamentum reſtitutionis, & ita ex his argumentis ſtatuendum eſſe videtur, puellæ minorenni contra *ſponſalia pura* auxilium *ætatis* eſſe prorſus denegandum.

7) quod læſio in patrimonio hic ceſſare videatur.

§. LXXXVII. His obiectionibus reſtitutio in integrum contra ſponſalia *pura* in dubium vocari vel plane negari ſolet. Cum vero rationes adductæ id non euincant, quod euincere debebant, & præterea plures petant id, quod eſt in quæſtione, non denegandum eſſe minoribus *auxilium ætatis* crederem, ſi *iuſtæ circumſtantiæ* adductæ illud poſtulare videntur. Antequam autem hanc ſententiam idoneis argumentis exornem & confirmem, præmittam quorundam ICtorum aſſen-

Deciſio pro reſtitutione,

Digitized

eum ICtorum quorundam assensu, vt Strykii,

sum, qui eandem sententiam propugnarunt. Primus est B. STRYKIVS, ICtus magni nominis, qui *in not. ad* LAVTERBACH. & quidem ad *p.* 83. *tit. de minor. voc. matrimonium* ita censet: *Intelligendum hoc de matrimonio iam tum consummato, quia in spiritualibus, quorsum refertur matrimonium, omnis restitutio cessat. Dd. id quidem etiam ad sponsalia extendunt; verum hic succurrendum putarem. In sponsalibus enim non adest vinculum indissolubile, quod propter unitatem carnis in matrimonio, ex iuris diuini dispositione, subest, sed in nudæ conuentionis terminis subsistunt, & hinc nullum arctius vinculum habere possunt, quam in quolibet*

Brouwveri,

alio honesto pacto. Contra hoc autem restituitur maior. Alter est BROVWERVS, qui in *tract de iur. connub. lib.* I. *c.* 15. ex professo agit *de restitutione in integrum minorum, si constitutis sponsalibus læsi dicantur*, simulque docet optime, qua ratione minores in sponsalibus initis læsi dici queant.

Grœnewegii,

Tertius est GROENEVVEGEN *de LL. abrogat.* ad *l.* 1. *C. de sponsal.* vbi præmittit generalem doctrinam de *obligatione* sponsalium, quæ id operatur, vt inuiti possint cogi ad consummandum matrimonium, adiecta tamen hac limitatione: *saluo, sicut in ceteris contractibus, ita & hic minoribus* 25. *annis in integrum restitutionis beneficio.* Quartus est SIMON

Leevvenii,

von LEEWEN *in cens. for. P.* I. *lib.* I *c.* II. *n.* 13. qui frequens esse ait, vt minorennes contra sponsalia sicut contra alios contractus restituantur.

Voetii,

Quintus est IOANNES VOETIVS *in comment. ad pand. tit. de sponsal.* §. 17. qui eandem sententiam recepit, asserens, *quamuis minori* 25. *annis contra matrimonium iam contractum haud videatur indulgenda restitutio in integrum ad resolutionem eius, tamen quantum ad sponsalia attinet, minoribus aduersus ea, sicut aduersus alios contractus damnosos ob iustas*

Bergeri,

causas auxilio ætatis subueniri. Sextus est ill. BERGERVS *in elect. proc. matrimon.* §. 18. penitus subscribens sententiæ B. STRYKII, asserenaque, *in sponsalibus non desse rationem, quamobrem restitutioni locum concedamus; namque*, ait, *in illis vinculum indissolubile, quod propter unitatem carnis in matrimonio ex iuris diuini dispositione subest, nondum cernitur, vt propterea, vti aliud quidduis pactum, ita & conuentio sponsalitia, petita ex causa ætatis in integrum restitutione, queat retractari.* Deni-

Bruckneri.

que hanc sententiam quoque approbauit BRVCKNERVS in *decis. matrim. c.* I. *n.* 76. BROVWERIANAM doctrinam laudando. Non ergo hæc sententia, vti vulgo creditur, tam inops omnis auctoritatis, quin potius præstantissimorum ICtorum suffragio suffulta est, vt eo securius in scenam & forum prodire possit.

§. LXXXVIII.

Digitized by Google

§. LXXXVIII. Et cur non tuta in forum prodiret, cum ex ſponſalibus contractis ſæpe alicui poſſit imminere præiudicium futurum inſigne & admodum graue, quod declinari poteſt & auerti per reſtitutiònem in integrum? Oſtendi id ipſum ſupra ex natura *matrimonii* & *ſponſalium*, & cum minores contra negotia *minoris præiudicii* in integrum reſtituantur, cur denegandum ius eſſet *auxilium ætatis* contra inſtantem ſocietatem, quæ naufragium irreparabile, iacturam omnis fortunæ, & infinita alia incommoda ei adferre poſſet? Cum enim navis adhuc in portu ſit, durum foret, minorennem adigere, denegato & ſubtracto omni ſubſidio, vt ſe ipſum mare, ventis iam ita agitatum, vt probabiliter naufragium immineat, immittat, ſuamque ſalutem fluctibus hisce incertis committat. Ideo *tutelam minorum* prætor, naturalem æquitatem ſecutus ſuſcepit, vt, *quia inter omnes conſtat, fragile eſſe & infirmum huiusmodi ætatum conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidiis expoſitum, contra captiones opitulationem iis polliceatur*, vt ait ICtus in *l.* 1. *pr. de minor.* Eſt videlicet in confeſſo, minores, maxime puellas, *perſuaſionibus* & *blanditiis* facile capi, vt, quamuis nullo circumueniantur *dolo*, facile tamen ſine *matura deliberatione* & omnium circumſtantiarum neceſſaria conſideratione conſentiant, & ita ſe *capi* patiantur. Infinitæ iis ſtrui poſſunt inſidiæ, etiam ab amicis, cognatis, aliisque, quibus reſiſtere non ſemper poſſunt, ſed infirmæ iis ſuccumbunt; mox tamen animaduertunt, ſe captas eſſe *promiſſione præpropera*, ſeque in admodum ambiguum diſcrimen incidiſſe; cur itaque contra hanc *captionem inſidiasque* iis non eſſet ſuccurrendum? Fac, puellam quindecim vel ſedecim annorum peti a quodam in matrimonium: cognatos eandem ſollicitare, vt repromittat: amicos conditionem nubendi oblatam laudare, commendare, approbare: procum blanditiis variis infirmum puellæ conſilium oppugnare, illamque tandem in ſponſalia pure conſentire, adſtantibus cognatis aliisque teſtibus. *Capta* iam eſt, non quidem *dolo malo* amicorum & cognatorum, quem hic plane excludimus, ſed *perſuaſionibus*, *laudationibus*, *commendationibus*, in eiusmodi negotio vſitatis; *capta* eſt *blanditiis* ſponſi hoc ſenſu, vt ſecundum hodiernum ius *vinculo iuris* adſtricta ſit, vt dici ſolet, ſie iſt gefangen. Cur itaque contra hanc *captionem* ei denegandum eſſet *ætatis* auxilium, ſi paulo poſt animaduertit, mores ſponſi, quos antea non ſatis examinauit probauitque, a ſuæ vitæ vſu eſſe alieniſſimos: ipſum ad *prodigorum* inclinare conſilia: rei domeſticæ non ſufficere: otio magis deditum eſſe, quam laboribus, reditusque adeo tenues habere,

(1) Rationes decid. (1) quod grauiſſimum quandoque minoribus imminere poſſit præiudicium ex matrimonio,

contra quod prætor minoribus ſuccurrit,

quod facile in ſponſalibus capi queant.

Digitized by Google

bere, vt inde onera matrimonii, etiam dote ſuperaddita, ferre nequeat, adeoque per *matrimonium futurum* ſuam conditionem fieri deteriorem. Equidem hæc omnia & ſimilia perſcrutanda erant, & ſedulo peruoluenda animo ante conſenſum purum in ſponſalia datum; in hoc ipſo vero *lubricum ætatis* conſiſtit, in hoc quærenda *conſilii infirmi facilitas*, quod absque examine ſedulo & accurato ſe capi paſſa fuerit puella, & ideo ad maius præiudicium auertendum *auxilium ætatis* recte implorat, poſtulat, vrget. Nec ſufficiens dari poteſt ratio, quæ iudicem ad denegandum hoc auxilium mouere poſſet. Quodſi enim non tantum prætor minoribus ſuccurrit, dum de *bonis* eorum aliquid minuitur, ſed etiam cum interſit eorum, *litibus & ſumtibus non vexari*, vt ait ICtus in *l. 6. D. de minor.* in quo præiudicium tanti momenti non occurrit; quanto magis eis ſubueniendum eſt, ſi maius & grauius illis imminet periculum per *matrimonium futurum*, quod *indiſſolubilem ſocietatem* continet, & vnde *omnis vitæ ſalus* in poſterum dependet. Grauius nullum fingi & excogitari poteſt præiudicium, quam ſi in hoc negotio erratur, vbi obſtinet illud: *non bis ad eundem.*

& prætor etiam in leuioribus ſuccurrit.

2) quia ſponſalia a ceteris conuentionibus non differunt.

§. LXXXIX. Præterea vero (II) *ſponſalia pura* nihil in ſe continent, quod hoc auxilium ætatis excludit. Sicuti enim contra quæuis pacta, quibus ex *infirmitate conſilii* conſenſum dedit imprudens & temerarius minor, reſtituitur in integrum *l. 7. D. de minor.* ita quoque contra *ſponſalia pura*, in quæ *imprudenter & temere* conſentit, reſtituenda eſt puella, cum arctius vinculum in his non deprehendatur. Id optime obſeruant auctores ſupra §. 87. laudati, & ideo *auxilium ætatis* puellæ indulgent: id inprimis eleganter expoſuit B. STRYKIVS in *tr. de diſſenſ. ſponſal. ſect. III. §. 19. ſqq.* & §. 23. ex vero aſſeruit, *nullum aliud vinculum in his ſponſalibus ſubeſſe, quam conuentionis, quod obligandi efficaciam habet ex ſola partium voluntate.* Neque enim ſponſalia *pura* ſunt ipſum matrimonium, ſed *mentio & repromiſſio pura futurarum nuptiarum*, adeoque mediante *ſimplici conuentione* de coniugio ineundo contrahuntur. Deſunt adhuc omnes matrimonii contracti effectus, iura, rationes, & infinitis modis ſponſalia talia ab ipſo matrimonio differunt, vt in diſſ. me præſide habita, *de diuerſo ſponſalium & matrimonii iure*, plenius oſtenſum eſt.

(3) quod in iis deſit ratio, quæ contra matrimonium reſtitutionem excludit.

§. XC. Ceſſat quoque (III) in his ſponſalibus ratio, quæ *auxilium ætatis* contra matrimonia contracta non admittit. Duas omnino cauſas adferre ſolent, quæ reſtitutionem in integrum contra contractum *matrimonium* impediunt, quas refert L. B. de LYNCKER. *reſp.* 70.

Digitized by Google

70. *n.* 22. *ſqq.* (I) quod matrimonium non modo ſit *cauſa ſpiritualis*, in qua minoris imprudentia non attenditur; verum etiam (II) quod res per ſe & natura ſua, poſtquam perfecta eſt, *indiſſolubilis* ſit, qualia quæ ſunt, non niſi ex cauſa eorundem congrua & iure in id definita, vt ſunt in matrimonio *cauſæ diuortii*, reſcindi poſſunt. Vtraque ratio in ſponſalibus notorie exulat. Prima petita eſt ex principiis iuris canonici, quod marrimonio inſit *ſacramentum*, & inde *ſpiritualibus* accenſendum *negotiis*, quod tamen noſtrates reprobant in *matrimonio*; quomodo ergo in *ſponſalibus* hiſce id admitterent? cum nequidem eccleſiæ Romanæ aſſeclæ id in his *ſponſalibus* collocent. Ait pontifex in *c.* 5. *X. de bigam. non ordin. profecto coniugium illud, quod non eſt commixtione corporum conſummatum, non pertinet ad illud coniugium, quod inter Chriſtum & eccleſiam per incarnationis myſterium eſt contractum.* Iam vero *ſponſalia pura* tale coniugium, quod *commixtione corporum* conſummatum eſt, non ſunt, ergo hoc reſpectu ad *ſpiritualia* referri nequeunt. Agnoſcit imbecillitatem huius rationis LYNCKERVS *in anal. ad Struuii ſynt. iur. ciu. tit. de minor. p.* 48. aiens: *Spirituale quoque dicitur matrimonium. Sed tamen magis ob hoc reſtitutionem non admittit, quoniam habet vinculum humano iure indiſſolubile.* Agnouit idem pontifex in *c.* 2. *X. h. t.* vbi de *ſponſalibus puris* diſertis agit verbis, admittit tamen, *mutuo conſenſu* ad inſtar alterius *ſocietatis* ea diſſolui poſſe, quod minime admiſiſſet, ſi in iis iam *ſacramentum* ſeu *ſpiritualem qualitatem* occurrere credidiſſet; imo nec argumentum a contractu *ſocietatis* adduxiſſet, ſi talia *pura ſponſalia*, quæ de *ineundo matrimonio* contrahuntur, iam *ſpirituali negotio* accenſenda eſſe cenſuiſſet. Non æque hoc agnouit CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 21. *n.* 7. admodum ieiune ita ediſſerens: *matrimonium non eſt contractus tantummodo ciuilis, ſed res conſcientiæ & tale negotium, cui character ſpiritualis eſt impreſſus. - - Eſtque hinc matrimonium de cauſis ſpiritualibus ſiue eccleſiaſticis c.* 9. *X. de hæret. de quibus vere ait pontifex: ea, quæ ſpiritualia ſunt, & conſcientiam concernunt, facilius conſtruuntur quam deſtruuntur, c.* 2. *X. de transl. epiſc.* quod ad ſponſalia quoque, etiam *conditionata*, applicat, ſine omni iuris præſidio. Quod iure canonico ad *ſpiritualia* negotia referantur ſponſalia, id inde factum, quod vt *res eccleſiaſtica* ad forum eccleſiaſticum fuerint tracta, quæ indiſtincte, per ſummum abuſum, *ſpiritualia* dicuntur. Præterea vero altera ratio euidenter hic ceſſat, quia ſponſalia pura *vinculum ſua natura indiſſolubile* non operantur, vt modo dixi & ex *cit. c.* 2. demonſtraui, ſed confeſſione omnium plures repudii cauſas admittit, quæ minime cadunt

non iis ineſt reſpectus ſpiritualis,

nec vinculum indiſſolubile.

Digitized

in matrimonium iam contractum. Neque enim desponsati puro consensu iam *vna caro* facti sunt, vnde demum vera *viuendi indissolubilis* ratio petenda. Hac de causa etiam pontifex in *c.* 7. *X. de conuers. coniug.* doctrinam saluatoris de non dimittenda vxore intelligendam esse censet *secundum interpretationem sacri eloquii de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatum, sine qua consummari non potest.*

Nec sponsalia sunt ipsum matrimonium.

§. XCI. Non repetam hic vulgatum errorem, sponsalia talia iam ipsum esse matrimonium, quem sæpius iam reieci. Puella, quæ in sponsalia consentit, *sponsalitium consensum* edit, non *matrimonialem*, quem demum publice coram parocho in ecclesia declarat, interrogata, vtrum sponsum iam in maritum accipere velit? Id indicant formulæ consuetæ in *proclamationibus* adhiberi solitæ: Es sind auch Personen vorhanden, welche gewillet sind, in den Stand der heiligen Ehe zu tretten, und werden demnach hiermit ausgebothen zum ersten mahl: & paulo post: wüste nun jemand etwas, warum diese Ehe nicht vor sich gehen könte, der wolle es bey Zeiten anzeigen, hernachmals aber schweigen ꝛc. Qui ergo ex communi hominum sententia demum *nuptias* vel matrimonium inire *volunt;* qui tantum *propositum* contrahendi coniugii habent; de illis dici nequit, quod illud iam inierint. Atqui adhuc tempore *proclamationis* omnes desponsati eo ducuntur proposito, quod *velint* inire matrimonium, nuptias, coniugium: omnes desponsati sciunt, credunt, persuasissimum habent, se nondum consensisse in *præsens*, sed in *futurum* coniugium, & iam in eo sunt, vt in *præsens matrimonium* consentire velint; num ergo talia *sponsalia* cum *nuptiis* vnum idemque negotium sunt, & *natura*, *forma* & *substantia* non differunt? id vero quam alienum sit ab omni probabilitate, quilibet facile animadvertit. Habent sponsalia *consensum*: habent eundem & *nuptiæ;* sed in *diuersum obiectum* occupatum, cum *futurum* & *præsens* non sint vnum idemque.

(4) quod erronee supponatur, sponsalia pura esse de præsenti, quæ irretractabilia sunt,

§. XCII. Vt vero hoc eo euidentius fiat, addo (IV) potissimum hanc rationem, quod, qui omnem omnino *sponsalibus puris* denegant aduersus captiones opitulationem, in erronea hypothesi subsistant, *sponsalia publice* contracta esse *sponsalia de præsenti;* de his vero in *c.* 14. *X. de conuers. coniug.* recte dici: *ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de præsenti contrahitur, illis viuentibus in nullo casu potest dissolui.* Inde STORT. ODDVS *in restit. in integr. P.* 2. *qu.* 59. *art.* 2. negauit, contra *sponsalia de præsenti* dari minoribus restitutionem in integrum;

Digitized by Google

tegrum: *nam conſenſus eſt ille, qui perficit matrimonium, & ad ſubſtantiam matrimonii ſufficit coniunctio, quam facit mutuus conſenſus contrahentium per verba de præſenti: ego te accipio, & per verba ſacerdotis: ego vos coniungo in nomine patris &c. vnde Deus per manus ſacerdotis dicitur coniunxiſſe absque alia copula carnali.* Addit tamen, pontificem reſtitutionem contra *ſponſalia* concedere poſſe ex *cauſa prægnante*, quod hic in iure diuino poſſit diſpenſare.

§. XCIII. Ita vero noſtrates *definitiones* ſponſalium *de præſenti* & *futuro* mutant, concluſiones tamen easdem retinent, quas pontifices ex diuerſis principiis ſuis ſponſalibus *de futuro* vel *de præſenti* attribuerunt. Faciamus periculum, vt manifeſtum fiat, quam grauiter erretur in applicatione. Aiunt pontificii, interprete CORVINO *in aphor. iur. can. h. t. §. 4. ſponſalia de futuro (quæ proprie ſponſalia) ſunt promiſſio futurarum nuptiarum per verba futuri temporis, vt: ego te in vxorem ducam.* Idem confirmat pontifex in *c. pen. X. h. t.* additque in *c. 2. X. eod.* talia ſponſalia *pure & ſine omni conditione* iniri poſſe. Dantur ergo de iure canonico *ſponſalia de futuro pura*, quæ, interprete CORVINO *cit. l. §. 16.* tunc contracta cenſentur, *cum vir & mulier ſimpliciter, pure & abſolute, ſe inuicem futuros coniuges pollicentur.* Atque hoc ipſum in omnibus ſponſalibus *publice contractis* apud proteſtantes fit & peragitur, ſi *pure* ſponſalia contrahuntur, vt ſæpe numero dixi; quia tunc, adhibitis teſtibus, *de matrimonio contrahendo pure & ſine omni conditione* fidem dant, vt *ſponſalia de futuro pura* definit pontifex in *c. 2. cit.* quod indicium præbet, ſponſalia noſtra *publica pura* in ſenſu iuris canonici eſſe *de futuro*, i. e. coniugio, non vero ipſum *matrimonium*. Grauiter ergo errant, qui talia ſponſalia, ideo quod ſint *pura*, *de præſenti* appellant, h. e. quod *præſentem conſenſum* non conditione ſuſpenſum ediderunt; quam aliena enim hæc doctrina a mente iuris canonici ſit, quilibet facile iudicabit. Notæ ſunt pactorum formulæ conſuetæ, plenius recenſitæ a VOLCKMANNO *de informat. aduoc. & notar. P. 1. c. 44.* vbi *n. 2.* hæc occurrit: Es verſprechen erſtlich beyde Verlobte im Namen GOttes einander zur Ehe zu nehmen, zu haben, und zu behalten, und ſolches durch prieſterliche copulation förderlichſt zu vollenziehen ꝛc. Inde in iisdem pactis ſæpe vocantur künftige Ehe-Leute, vielgeliebte zukünftige Ehe-Gemahlin, & quæ ſunt aliæ huius farinæ formulæ, a præſenti coniugio adhuc alienæ.

cum tamen ſponſalia talia de iure canonico ſint de futuro.

Digitized by Google

(5) quod minores reſtituantur etiam contra negotia, quæ alias difficulter reuocantur.

§. XCIV. Denique, quod (V) addendum eſſe arbitror, explorati iuris eſt, minoribus etiam, mediante *ætatis* auxilio, prætorem ſuccurrere in illis cauſis & negotiis, quæ alioquin ægre & difficulter diſſoluuntur, ſed magnam habent auctoritatem & grauiſſimum pondus. *Rei iudicatæ* efficacia eſt tanti ponderis & momenti, vt ſimpliciter ius faciat inter partes, irretractabiles effectus producat, & *perpetuam firmitatem* habeat; *l.* 2. 4. 6. *C. de re iudic.* nihilominus tamen minores contra illam reſtituuntur. *l.* 1. *C. ſi aduerſus rem iudic.* Non minor eſt *tranſactionum* vigor, vt nullo ſub colore reſcindi queant, ne lites reſuſcitentur, *l.* 16. 19. *C. de tranſact.* cum non minorem quam *res iudicatæ* habent auctoritatem; *l.* 20. *C. eod.* & tamen iridem minori indulgetur reſtitutio in integrum contra tranſactionem, probata læſione *l.* 1. *C. ſi adu. tranſact.* *Vſucapionis* inſignis fauor eſt, ex ratione *vtilitatis publicæ* ei tributus, & tamen minores contra eam reſtituuntur, *t. t. C. de vſuc.* vt alia æque grauiſſima negotia, in quibus nexus firmiſſimus & diſſolui neſcius deprehenditur, non tangam. Meo certo iudicio *ſponſalia pura* vix tantam auctoritatem ſibi vindicare poſſunt, ac quidem *res iudicatæ*, *tranſactiones* & *vſucapiones*, in quarum reſciſſione *bonum publicum* quodammodo offenditur & *ſalus reipubl.* detrimentum capit, non item in *diſſolutione* ſponſalium *priuata*, in qua tantum priuatum ius alterius læditur, minor autem a læſione immunis præſtatur.

Reſponſio ad dubium primum,

§. XCV. Ita vero ſimul iam remoui dubia ſupra adducta contra hoc ætatis auxilium. Primum petitum eſt a *diuina qualitate*, quæ ſponſalium nexui ineſſe creditur. Sed recte regerit B. STRYKIVS *de diſſenſ. ſponſal. ſect. III.* §. 29: *velim oſtendatur iuris diuini ſanctio, qua homo magis ad fidem ſponſaliorum quam alterius pacti honeſti implementum conſtringatur.* His adiungo ea, quæ § 90. *ſq.* circa *ſpiritualitatem putatiuam* ſponſalium obſeruaui monuique, vt huic dubio longius immorari non opus ſit. Alterum ex illo præiudicio deſumtum, quod *ſponſalia* iam ſint *matrimonium*, quo nihil fallius fingi & excogitari poteſt. Quæ in vno vel altero conueniunt, non ſtatim ſunt eadem, ſed diuerſa adhuc negotia manent, quod diuerſiſſimi effectus inter *ſponſalia pura* & *matrimonium* intercedentes oſtendunt. Tertium, quod fere palmarium eſt, petitum eſt ex doctrina iuris canonici *de ſponſalibus de præſenti*; quam incongrue vero huius applicatio ad ſponſalia *publica pura* fiat, modo fuſius dictum & expoſitum eſt. Sic quoque in quarto argumento fruſtra ſupponitur, ſponſalia *pura* mutuo diſſenſu diſſolui non poſſe, quod tamen ipſum canonicum ius admittit in *c.* 2. *X. h. t.*

ad ſecundum,

ad tertium,

ad quartum.

& recta

Digitized by Google

& recta ratio confirmat. Fusissime & solide hanc sententiam exponit, variis argumentis exornat, atque ab omnibus liberat dubiis B. STRYK. *cit. l. sect. III. §. 8. sqq.* vt mihi hac in re otium fecerit.

§. XCVI. Illa vero duo argumenta, quæ a defectu *æquitatis* & *læsionis* desumta sunt, parum ponderis in se habent. Quæ æquitas in genere pro *restitutione minorum* militat, etiam in hoc casu militat, cum diuersitatis ratio dari nequeat. Si (α) metum *scandali* obiicis, regero, consistorium prudentius hoc remedium puellæ captæ indulgere pro auertendo *futuro scandalo* multo grauiori, quam denegare sub prætextu scandali putatiui, quod ex *restitutione* metuitur. Neque enim quod *æquitate* solida subnixum, *scandalum verum* operari potest, sed quandoque tantum *scandali vmbram* habere videtur. Perpende miseriam puellæ temere & imprudenter in sponsalia *pura* & *publica* consentientis, cuius ceruicibus, si ad matrimonium inuita trahitur, nil nisi calamitates, connubium infaustum, & dispendium fortunarum imminent; quam graue scandalum autem inde postea metuendum sit, quilibet facile ex hominum moribus æstimabit. Si (β) *conscientiæ rationem* vrges, quæ non permittat, vt consistorium, quod *conscientiæ* rationem vnice habere debet, ex capite *ætatis* rescissionem sponsalium decernat; respondeo 1) non lædi conscientiam, si puellæ ex lubrico *ætatis* captæ, & pro declinando *grauiori malo* laboranti succurrat iudex ecclesiasticus, nec puellam contra *conscientiam* hoc auxilium inuocantem agere, quia eam infirmum consilium & imbecillitas iudicii, quod in *re tam ardua* omne fert punctum, excusat. 2) Omnem *restitutionem* minoribus a consistorio etiam in aliis causis denegandam esse, si *conscientiæ* vulnus semper infligeret, quod tamen nequidem canonistæ admittunt. vid. COVARRVV. *cit. l.* 3) Iudicem multa conscientiis litigantium relinquere debere, quippe quæ per *leges* non semper regitur, quibus primario *tranquillitas publica*, quam infausta connubia admodum turbant, curæ cordique est; quamque consistorium quoque ob oculos habere debet in applicandis *legibus ecclesiasticis*.

Non deficit hic æquitas, nec scandalum metuendum, nec conscientiæ violatio,

§. XCVII. Si (γ) obiicis *rem pessimi* exempli, *abusum* tantum huius remedii notas, non legitimum tollis *vsum*. Paulus in *l.* 24 §. 1. *de minor.* in omni *auxilio ætatis* hoc æquilibrium commendauit: *non semper autem ea, quæ cum minoribus geruntur, rescindenda, sed ad bonum & æquum redigenda sunt, ne magno incommodo huius ætatis homines adficiantur, nemine cum his contrahente & quodammodo commercio eis interdicetur. Itaque nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negli-*

nec res pessimi exempli statuitur,

nec fauor ſponſalium reſtitutioni reſiſtit.

genter in ea cauſa verſati ſint, prætor interponere ſe non debet. conf. *l.* 12. §. 1. *de admin. & peric. tutor.* Si denique (δ) *fauorem ſponſalium* vrges, ego *reſtitutioni in integrum* ſingularem imo maiorem fauorem inesſe regero. Alioquin enim non contra mulierem fideiubentem, nec contra rem iudicatam, aut transactionem ei ſuccurreretur. Habent *ſponſalia* non æqualem cum *matrimonio* fauorem: huic canones ob *ſpiritualem qualitatem* fauent: de *ſponſalibus puris* non idem aſſeritur. Denique non omne, quod aliquem fauorem habet, excludit reſtitutionem in integrum ex capite *ætatis*, nec argumento a *libertate* deſumto hoc probatur.

Non deeſt hic læſio.

§. XCVIII. Denique hic *læſionem* vel ad minimum talem doceri non poſſe, quam *reſtitutio* poſtulat, admodum erroneum eſt. Graue præiudicium, quod ex infauſto connubio alicui imminet, ſupra iam §. 88. ante oculos poſui; & quis negauerit, graue quoque diſpendium patrimonii & bonorum cladem ex matrimonio imprudenter contracto imminere poſſe? Etenim non tantum *præſens* damnum, ſed etiam *imminens* & probabiliter certum, denique *graue fortunarum periculum* talem læſionem continet, ob quam prætor reſtitutionem indulget. Ait ICtus in *l.* 44. *de minor.* minores SVA FACILITATE deceptos reſtitui, *ſi quod habuerunt, amiſerunt, aut quod acquirere emolumentum potuerunt, omiſerunt, aut ſe* ONERI, *quod non ſuſcipere licuit, obligauerunt.* Atque ad talia *onera*, quæ ſuſcipere non licuit, *ſponſalia* illa referenda ſunt, ex quibus puellæ quietis, fortunarum, & propriæ ſalutis diſpendium imminet. Conf. BROVWER. *cit. l. n.* 7. Denique ex *l.* 41. *D. de recept. qui arbitr. recep.* liquet, etiam minorem, arbitrum acceptum, reſtitui, ne poſſit cogi ad ſententiam dicendam, *ſi temere auditorium receperit.* Quodſi ergo contra *factum temere ſuſceptum* reſtitutio locum habet, quod vix *cauſam bonorum* habere poteſt; quanto magis contra *deſponſationis factum?* quod longe plus *periculi* in ſe continet, quatenus hæc *temere* facta eſt.

In hac cauſa minor non habetur pro maiorenni.

§. XCIX. Vltimum diſſentientium fundamentum inde peti communiter ſolet, quod *minores* in *ſpiritualibus* pro *maiorennibus* habeantur; maiorennes autem ex capite *ætatis* reſtitutionem amplius nullam habent, ſi vel maxime *per fictionem iuris* tales ſunt. *arg. ſacramenta puberum C. ſi aduerſ. vendit.* Enimuero 1) ſupra iam oſtendi, in ſponſalibus hisce puris nullum ineſſe *ſpiritualem* reſpectum, non magis ac in aliis pactis atque conuentionibus, adeoque regula vulgata, ſi vel maxime *vniuerſalis* eſſet, male ad hæc ſponſalia applicatur. 2) Ratio adducta

Digitized by Google

ſta haud *vniuerſalis*, ſed ita capienda eſt, vt *certo reſpectu* & *ſecundum quid* minores in *ſpiritualibus* ſeu *eccleſiaſticis* cauſis paria iura cum maiorennibus habeant, maxime quæ *ſolennia negotii* & *formam proceſſus* deſiderant, v. c. vt absque curatore in his cauſis agere & perſonam idoneam ſtandi in iudicio habere queant. Atque adeo ex hac ita limitata ratione admittit COVARRVVIAS *cit. l.* minorennem etiam reſtitui poſſe contra *temerariam reſignationem beneficii eccleſiaſtici*, vtut hæc pro *cauſa ſpirituali* habeatur. Argumentantur itaque, qui hoc ratiocinio vtuntur, a dicto *ſecundum* quid, ad dictum *ſimpliciter*, in quo plures ſæpiſſime falluntur, cum illa, quæ in vno vel altero conueniunt, non ſtatim *eadem* cenſenda ſint, aut in omnibus in vniuerſum æquiparanda.

§. C. Neque vero hoc auxilium denegandum, ſi vel maxime cum conſenſu curatorum & cognatorum *ſponſalia* contraxere minores, *l.* 2. §. 3. *C. ſi tut. vel cur. interu.* quod potiſſimum iis in locis obſeruandum, vbi *curatoris conſenſus* ad ſponſalia deſideratur, quem non deſiderabat ius ciuile *l.* 20. *de rit. nupt.* Nam etiamſi vel maxime talia ſponſalia ſint *publica*, teſtibus interuenientibus contracta, inde tamen nihil amplius euincitur, quam ea ſecundum formam præſcriptam valida eſſe, qualia demum *reſtitutio in integrum* deſiderat. Nec obſtat, quod in iis læſio non præſumatur, qui cum conſilio cognatorum & in præſentia teſtium celebrarunt ſponſalia; hanc enim præſumtionem *veritas*, probata captione, tollit atque elidit, cum vel horum perſuaſio omnem captionis cauſam conſtituere & puellam inducere potuit, vt ad conſentiendum prona eſſet, atque facilis, quæ *facilitas* ei auxilium ætatis ſuppeditauit. Reliqua, quæ in genere de *reſtitutione minorum* tradi ſolent, non tangam, vtpote quæ facile ad hanc doctrinam applicari poſſunt, & a BROVWERO *cit. l.* plenius iam expoſita ſunt.

Reſtitui poteſt minor, ſi vel maxime cum curatore & teſtibus adhibitis ſponſalia contraxit.

(II.)

Qualitates conſenſus ſponſalitii.

§. CI. Vidimus naturam *conſenſus ſponſalitii*, oſtendimusque illum *regulariter* & *per ſe* pro obiecto habere *futurum matrimonium*, non *præſens*. Præterea vero debitæ *qualitates* ei adeſſe debent; alioquin *obligationem ſponſalitiam* operari nequeunt. Prima eſt *LEGITIMA & CATEGORICA declaratio voluntatis*, non anceps, non ambigua, nec verbis prolata obſcuris; ſed clara & perſpicua *promiſſio* & *repromiſſio*, quibuscunque edita ſignis. Neque enim præciſe *verba* ſunt neceſſa-

Conſenſus debet eſſe categoricus.

Digitized by Google

& clarus. ceſſaria, in iis negotiis, quæ ſolo perficiuntur conſenſu. Si verba ſint obſcura, ſequendum eſſe *communem* eorum *intellectum*, cenſuit recte pontifex in *c.* 7. *h. t.* cum quilibet ad *vſum* loquendi *communem* ſeſe componere ſoleat & debeat, vt iuris naturæ interpretes, officia hominum ſermones miſcentium tradentes, optime monent. Nuda verba, amorem declarantia, quibus *literæ amatoriæ* repletæ ſunt, magis *ſtultitiæ* cuiusdam quam *conſenſus ſponſalitii* argumentum præbent, nec inde *ſponſalia* probantur. Alias formulas ambiguas habent CYPRAEVS *de ſponſal. c. IV. §. 13. ſqq.* BROVWERVS *de iure connub. lib. I. c.* 20. CARPZ. *P.* 4. *C.* 20. *def.* 9.

Non ſufficit annuli datio.

§. CII. Idem de *ſignis dubiis*, voluntatem declarantibus, dicendum. *Annuli pronubi datio*, cuius mentionem facit TERTVLLIANVS *in apol. c.* 6. vtplurimum in argumentum *contractorum ſponſalium* adferri ſolet, id quod tamen admodum lubricum eſt, ſi ex *præcedentibus tractatibus* adminicula alia haud accellerint. v. BROVWERVS *cit. l. lib.* I. *c.* 23. *n.* 7. Conſtat quidem, per dationem *annuli* ſponſalia vtplurimum iniri, imo nec ipſam coniugii publicam declarationem ſine mutua *annulorum* datione edi, de quo vid. MVLLER *de annulo pronub. th.* 7. Verum ſi argumentum ab *annulo* petitur, ante omnia conſtare debet, eum fuiſſe *pronubum*, ſeu hunc in finem datum & acceptum, vt eſſet *mutuæ fidei ſignum*, vel vt *eo pignore eorum corda* iungerentur, vt dicitur in *c.* 7. *C.* 30. *q.* 5. PAVLVS iam in *l.* 36. *D. de donat. inter vir. & vx.* huius *annuli pronubi* mentionem facit. Vnde ſimul liquet, vſum *annuli pronubi* antiquiſſimum eſſe, de quo plenius agunt KIRCHMANN. de *annul. c.* 18. BRISSON. *de rit. nupt.* HOTTOMANN. *de vet. rit. nupt. c.* IO. SALMAS. *de mod. vſur. c.* 14. Sicuti itaque *annuli datio* nihil operatur, ſi nulli præceſſerint *tractatus ſponſalitii*, ſed ſimpliciter virgini datus fuerit, quamuis iuuenis intenderit ſponſalia, cum propoſitum in mente retentum nihil operetur; ita ſi non liquet, annulum eſſe *pronubum*, qualitas hæc ante omnia probanda. Conf. ARNISAEVS *de iure connub. c.* 3. *ſect.* I. *n.* 8. MVLLER. *cit. l. th.* 14. Præterea quoque ad morem regionis reſpiciendum eſſe cenſet BROVWERVS *cit. l.* quod admitto, ſi non alium in finem pro more eiusdem puellæ ſoleant accipere annulum, quam *deſponſationis* gratia, quo caſu ex ratione *c.* 7. *X. h. t.* communis intellectus, qui etiam *factis & ſignis* impoſitus eſt, ſequendus eſſet.

§. CIII.

Digitized by Google

§. CIII. Cum itaque verba non desiderentur, si aliunde de *consensu sponsalitio* liqueat, non ambigitur, etiam *mutos & surdos* sponsalia inire posse, *c. 23. X. h. t. c. 25. eod.* id quod cum in ratione iuris fundatum sit, vsum suum quoque inter protestantes habet. Vel enim *nutu* mentem suam declarare possunt aliisue indiciis, mutuum affectum declarantibus, quamuis, vt de *seria voluntate* mutua constet, caute procedendum, &, quod consultius est, per *interpretem* consensus, eo præsente & signa grauissima edente, declarandus vel repetendus, & annuli datione, interventu osculi aliisque adminiculis firmandus.

Qua ratione muti & surdi consensum edant?

§. CIV. Verum enim vero cum *grauis sarcina* coniugium sit, iudice HIERONYMO in *c.* 7. *C.* 32. *q.* 7. & *causa* admodum *ARDVA*, secundum *c. f. de procur. in* 6. nemo in dubium vocabit, sobrie & multa cum deliberatione in declaratione *consensus sponsalitii* procedendum, nec *verba temeraria*, & quæ pruritus præcipitanter produxit, aut furor quidam amoris intempestiuus stolidusque excitauit, vel denique *lubricum linguæ* effudit, semper attendenda esse. Admodum laborant interpretes in formulis examinandis, eisque vt laqueis sine iudicio vtuntur, quibus capiantur incauti, cum tamen ipsi Romani olim censuerint, per gradus hoc negotium perficiendum, & ita *lento gradu* agendum esse. Inde tot lites & turbæ enatæ, quod *lubricum linguæ*, cui defuit iusta deliberatio, mox in captionem incautorum tractum fuerit, qui, mota controversia, vtplurimum obiicere solent, sponsalia substitisse in nudis *tractatuum* finibus: negotium *sponsalium* haud absolutum: mutuum affectum vel votum sponsalia ineundi tantum declaratum, non ipsa inita sponsalia: annulum in argumentum contrahendorum sponsalium, ob spem haud ambiguam, interuenisse: multa adhuc determinanda superfuisse ratione *conditionis* futuri matrimonii, & sic negotium adhuc fuisse imperfectum, & quæ sunt alia, quæ sæpe in actis iudicialibus occurrere solent.

Declaratio consensus debet esse seria & deliberata, præcipitantia remota.

§. CV. Hi vt euitentur fluctus, & nullum amplius dubium superfit, sponsalia vltimum accepisse implementum, nihil determinandum supereſſe, & omnia præmeditata sollicitudine esse suscepta; prudenter admodum in plerisque Germaniæ prouinciis, A. C. addictis, constitutum est, vt sponsalia *coram testibus* solenniter ineantur, & ita *publica* testium *fide* muniantur. Hoc modo enim per tres *gradus* ad fidem sponsalitiam inducendam procedituꝛ, vt primo quidem, tractatibus durantibus, & deliberandi spatio adhuc currente, virgo sit *sperata*: deinde conditiones futuri matrimonii *pacto* coniungendorum *priuato* determi-

Vt de hoc constet, receptum, vt publica coram testibus ineantur sponsalia, & sic per tres gradus perficiantur.

minentur, & virgo ita *pacta* ſit; tandem, omnibus ita determinatis, dies *publicis* coram teſtibus ineundis *ſponſalibus* præfigatur, & hæc in forma a iure prouinciali præſcripta ineantur, quo ipſo virgo *deſponſata* ſeu *ſponſa* iure perfecto dici poteſt. *Dixi iure perfecto:* nam etiam ante ſponſalia publica iam *pacta virgo* dicitur vulgariter *ſponſa;* ſed quia forma ſponſalibus validis præſcripta deeſt, pactum hoc inefficax eſt, dicique ſolet *pactum futurorum ſponſalium*, ceu plenius oſtendit Dn. THOMASIVS *diſſ. de pact. fut. ſponſal.* Quodſi enim tale pactum vim obligandi perfectam haberet, fruſtra *lege prouinciali* iis præſcripta eſſet forma ſolennis, in præſentia teſtium eadem ineundi. Equidem nil vulgatius eſt, quam omni pacto hodie efficaciam obligandi adſignare, quod ſupra *tit. de pact.* quoque meo firmaui calculo; hæc tamen ſententia omnino limitanda, ſi lex pacto *certam* præſcripſit *formam*, qua non ſeruata, actus eſt adhuc imperfectus & nullus. Proinde deſponſatio in eiusmodi prouinciis, vbi hæc forma obtinet, poteſt diuidi in *nudam priuatamque*, & *non nudam* ſeu *publicam* & *ſolennem*, vt hæc demum vim cogendi operetur, non item illa. Ita diſertis verbis cenſuit IOANNES FRIDERICVS, dux Brunſuic. & Luneb. in *conſtitut. d.* 19. *Dec.* 1672. **von Ehe-Verlöbniſſen**: Daß diejenigen, ſo nicht mehr unter der Eltern oder Vormündiger Gewalt ſich befinden, zu der ehelichen Verſprechung entweder ieden Orths Obrigkeit, oder zum wenigſten zwo oder drey ehrliche Manns-Perſohnen zu ziehen, und in deren Gegenwart ſothane Ehe-Verbindung zu Wercke richten, in deſſen Verbleibung aber hinführo keine Ehe-Verlöbniſſen, ſo nach beſchehener offener Verkündigung dieſer unſerer Ordnung geſtifftet werden, wann gleich der Beyſchlaf darauf erfolget, oder auch vorher gegangen, bündig, ſondern an beyden Theilen für nichtig und unkräfftig gehalten ſeyn ſollen. Eadem eſt ſententia *ordin. Magd. polit. c.* 37. §. 15. Wenn zwo Perſonen, welche ihrer Eltern durch den Tod beraubt worden, und nicht mehr unter der Vormundſchafft ſeyn, ſich ohne jemandes Beyſeyn oder auch nur in Gegenwart eines Zeugens mit einander in ein Ehe-Gelobniß einzulaſſen ſich unterfangen würden, ſo ſoll daſſelbe für ein heimliches ungültiges Verbündniß ferner gehalten, und wenn ſie ſich ſchon beyderſeits darzu bekennen, dennoch ſo ferne unkräfftig ſeyn, bis beyde Perſohnen ſolch ihr Fürhaben, **durch öffentlich Verlöbniß vor zwey ehrlichen Manns-Perſohnen**, freywillig erwiedern und bekräfftigen, damit hernach ſolche Ehe-Verpflichtung aufn bedürffenden Fall gnugſam und rechtmäßig könne erwieſen werden. In conſtit. RVDOL-

quod praxi proteſtanti zum firmatur.

PHI

PHI AVGVSTI & ANTONII VLRICI ſereniſſimorum ducum Brunſuicenſium *d.* 4. *Ian.* 1693. etiam ad ſponſalia in præſentia parentum contracta teſtes requiruntur, wenn ſie aber keine Eltern oder Vormünder haben, zum wenigſten in Gegenwart einiger ihrer nächſten Anverwandten und auch dreyer oder zweyer ehrbarer Männer und Zeugen, die Leute auf dem Lande aber mit Zuziehung ihres Paſtors und Seelſorgers in eine Verlöbniß ſich einlaſſen ſollen. Addita etiam eſt *pœna nullitatis:* Widrigenfalls und da bey ein oder anderer Verlobung obgemeldte erforderte Stücke und requiſita unterlaſſen, und nicht der Gebühr beobachtet werden, ſoll ſolches vor keine Ehe-Gelöbniß, obgleich der Beyſchlaf darauf erfolget oder vorher gegangen wäre, geachtet, keinesweges auch in unſern und geiſtlichen Gerichten vor gültig und bündig erkannt werden. Saxonicarum, Marchicarum aliarumque prouinciarum ordinationes in eandem conſpirant ſententiam, vt fere ad *ius commune proteſtantium* referri debeat.

§. CVI. Hac de cauſa obſeruaui ex actis, etiam iis in locis, vbi tales conſtitutiones deſunt, ſolere vtplurimum deſponſatos *ſolennia & publica* reſeruare *ſponſalia*, daß ſie nach dem gegebenen Ja-Wort einen Tag zum öffentlichen Ehe-Verlöbnis anberahmen, quo facto, negotium nondum plene perfectum, ſed, meo quidem iudicio, per indirectum reſeruata eſt *pœnitentia.* Ideo videlicet *publica deſponſatio*, etiam vbi parentes conſenſum dederunt, reſeruari ſolet, tum vt interim cetera, quæ *conditionem futuri matrimonii* concernunt, pactis dotalibus determinentur, quæ vtplurimum, dum antea repromiſſione, determinari ſolent; tum etiam vt interſtitium aliquod inter *ſponſalia nuda & deſponſationem publicam* interponatur, vt ante plenam perfectamque obligationem animorum coniunctio robuſtius accipiat vinculum, & ex vſu viuendi quotidiano innoteſcat, vtrum mores deſponſandorum ita compoſiti ſint, vt in hanc ſocietatem indiſſolubilem poſtea tranſire queant. Plenius hoc illuſtrat CYPRAEVS *de iur. counub. c.* I. §. I. atque recte obſeruat, *ad obligationem tanti momenti ſumma cum deliberatione & electione, quæ ſit cum recta ratione, accedendum eſſe, & hic, ſi vnquam alias, adhibendum eſſe illud:* Σπεῦδε βραδέως. Hæc obſeruatio, quo conuenientior naturæ negotii eſt, eo minus ſæpe attendi ſolet, quod plures credant, ſufficere conſenſum, quomodocunque interpoſitum, h. e. *repromiſſionem* a ſponſa eiusque parentibus datam, quæ tamen in tali caſu eſt tantum *pactum nudum & præparatorium de futuris ſponſalibus*, poſtea celebrandis. Neque enim hæc ad meram *ſolennitatem*, eamque ſuperſluam,

Solent etiam quandoque pacto præcedente reſeruari publica ſponſalia.

ſuam, hoc caſu referenda, ſed potius ad vltimum *perfectionis* gradum pertinent, vt ex antea dictis liquet. In hanc ſententiam ium a facultate noſtra iurid. *d* 30. *Junii* 1718.

Als dieſelbe Uns eingewandte Ober-Leuterung und erfolgte Geſetze in Sachen Jacobs Tribels, imploranten an einem, und Eva Marien Wenzelin, imploratin am andern Theil, zugeſchicket ꝛc. Nunmehro aus den acten ſo viel zu befinden, daß es bey dem fol. 15. publicirten Beſcheide nicht zu laſſen, und die imploratin die Ehe mit imploranten durch prieſterliche copulation zu vollenziehen nicht ſchuldig, noch dazu durch gebührende Zwang-Mittel anzuhalten, ſondern vielmehr dieſelbe von angeſtellter Klage zu entbinden und loßzuſprechen, und werden die auf dieſem Proceß verwandte Unkoſten gegen einander compenſiret und aufgehoben. V. R. W.

Rationes decidendi.

Obwol aus der Zeugen Auſſage *fol.* 6. & *ſqq.* ſo viel erhellet, daß auf Jacob Tribels Vaters Brudern Verlangen Hanß Mandel von Sula ſich bey Jacobo Wentzel und deſſen Ehe-Weib angemeldet, und Anfrage gethan, ob ſie ihre Tochter dem imploranten zur Ehe geben wolten, worauf ſie denn keine abſchlägige Antwort gegeben, ſondern ſich vernehmen laſſen, daß ſie ſolches in Bedencken nehmen wolten, darauf auch nicht lange hernach Jacob Triebel mit ſeinem Vater und deſſen Bruder zu Jacob Wentzeln ſich verfüget, und ihn nebſt ſeinem Ehe-Weibe um die Tochter angeſprochen, darin auch die Eltern bald gewilliget, auch endlich die Tochter ſich gleichfalls erkläret, weil die Eltern zufrieden, ſo wäre ſie es auch zufrieden, und ſey es GOttes Schickung, dahero denn erfolget, daß Gottfried Triebel wegen ſeines Vettern ihr ein Silber-Stück gegeben, welches ſie auch angenommen, und darauf die Glück-Wünſche erfolget, woraus denn erſcheinen möchte, daß zwiſchen imploranten und imploratin mit conſens beyder Eltern und in Gegenwart gewiſſer Zeugen die ſponſalia pure contrahiret, und durch den überreichten Mahl-Schatz und erfolgte gratulation würcklich beſtätiget worden, da nichts ad ſponſalium validitatem als conſenſus parentum & deſponſatorum erfodert wird, welcher hier anzutreffen iſt, ja nach dem *fol.* 135. befindlichen Angeben auch nach ſolchem Verſprechen die imploratin ſich von imploranten beſchencken laſſen, ſich als Braut und Bräutigam aufgeführet, und obwol bey dem Hinweggehen eine

Digitized by Google

ne ſolemne Ehe-Verlöbniß zu halten reſeruiret ſeyn möchte, dennoch daraus nicht zu ſchlieſſen, als wenn die ſponſalia noch damahls imperfecta geweſen, da dergleichen ceremonien ad eſſentiam ſponſalium keines weges gehören, endlich auch hiebey wie in dem *fol.* 116. angeführten reſponſo ſuppouiret iſt, kein dolus zu befinden, ſondern alles bona fide abgehandelt worden.

Weil aber dennoch Gottfried Tribels und Hanß Mandels *fol.* 3 & 6. befindliche Auſſage nur ſummariſch aufgenommen, und dahero geſchehen, daß alle Umſtände, ſo bey dieſem unordentlichen Ehe-Verlöbniß vorgegangen, nicht accurat referiret werden mögen, welche erſt aus der *fol.* 31. & *ſqq.* befindlichen depoſition ſich hervor gethan, woraus denn ſo viel erhellet, daß imploranti mit ſeinem Vater und Vetter des Nachmittags gegen 4. Uhr zu Jacob Wentzeln gekommen, und von der Zeit an bis 9. Uhr mit ihm getruncken und Taback geraucht, und darauf, als ſie vor einander gehen wollen, wie es ſchon weit in die Nacht, und Jacob Wentzel, wie ſeine Frau endlich ausgeſaget, betrunken geweſen, Gottfried Triebel im Nahmen ſeines Vettern erſt die Anwerbung gethan, worauf es denn endlich ſo weit gekommen, daß zwar Vater und Mutter das Ja-Wort von ſich gegeben und die Tochter drinnen conſentiret, dennoch aus denen angeführten Umſtänden erhellet, daß mit dieſem Ehe-Werck ſehr præcipitanter und unordentlich verfahren, und wie im reſponſo Erfurtenſi *fol.* 117. wohl angemerket iſt, dieſes gantze Werck nicht deliberato animo und mit genugſahmer Ueberlegung, ſondern quaſi in tranſitu vorgenommen iſt, da doch bekant, daß dergleichen Ehe-Verſprechen keine cauſa leuis momenti, ſondern maxime ardua zu achten, und darinne von andern contracten zu unterſcheiden, daß daraus ein indiuiduum und indiſſolubile vinculum erfolget, und davon die zeitliche Glückſeligkeit eines Menſchen dependiret,

c. penult. X de in integrum reſtit.
c. vlt. de procuratorib. in 6to.
c. 1. X. de conſanguin. & affinitat.

qua de cauſa cauſæ matrimoniales criminalibus æquiparantur,

MEV. *part.* 2 *deciſ.* 364. *n.* 6. & *part.* 3. *deciſ.* 80. *n.* 1.
CARPZ. *lib.* 3. *reſp.* 57. *n.* 12. *ſqq.*

dem zu folge denn in dergleichen höchſtwichtigen Sachen ſehr behutſam und ordentlich verfahren und niemand übereilet werden muß,

GOTHMANN. *vol* 2. *reſp* 68. *n.* 16. &
BOEHM *vol.* 4. *reſp.* 12. *n.* 59.

Digitized by Google

welches denn bey gegenwärtigen Ehesachen auch billig in acht genommen werden müssen, so doch nicht geschehen, zu geschweigen, daß nicht gar zu aufrichtig in der gantzen Sache verfahren worden, da doch die interessenten auf 5. Stunden zusammen gewesen, und von dem Ehe-Versprechen nichts gedacht, sondern erst beym Hinweggehen dieses höchst-wichtige Werck vorgenommen, und alles cumulcuarie geschlossen, dabey denn, wie testis primus ad art. 23. aussaget, Gottfried Tribel, und nicht implorant, die imploratin beschencket, auch sich dabey ausdrücklich vernehmen lassen, sie solte einstweilen dis zur geringen Verehrung annehmen, sie hätten sich anietzo zum Verlöbniß nicht geschicket, dabey auch verlanget, **der Wentzelin Eltern solten einen Tag bestimmen, so wolten sie wieder kommen, die Pathen, und einen Mahl-Schatz mitbringen, und die Sachen richtig machen**, wie die Zeugen ad *art.* 18. und 28. aussagen, woraus denn offenbahr erhellet, daß das Ehe-Versprechen damals noch nicht zur **völligen Richtigkeit** gekommen, sondern nur in præliminar-tractaten verblieben, und erst ordentlich auf einem andern, wie dieses wichtige negotium erfodert, zu seiner völligen Richtigkeit gebracht werden sollen, zumahl ohne dem bey dergleichen ordentlichen Verlöbnissen wegen Braut-Schatzes und andern Zufällen noch vieles zu determiniren übrig bleibet, wenn gleich das Ja-Wort erfolget, woraus kein consensus purus und categoricus, sondern vielmehr nur secundum quid zu schliessen ist, und solches negotium so lange pro imperfecto zu halten, bis die ordentliche Verlöbniß erfolget, und alles dabey zu observiren nöthige gäntzlich determiniret worden; actus enim tam diu censetur imperfectus, quam diu aliquid ad perficiendum supereſt, zu geschweigen daß bey dergleichen vorkommenden Umständen höchst-gefährlich seyn würde, eine renitirende Person zu dergleichen unordentlich vorgenommenen Ehe-Werck zu zwingen, cum matrimonia debeant esse libera & coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.

c. 17. *X. de sponsalibus.*

So ist geschehener massen zu erkennen gewesen.

Quæ tamen ludit promissis suis, nonnunquam ad satisfactionem tenetur.

§. CVII. Id tamen non negauerim, quandoque eam, quæ ante *pubicam desponsationem* animi sui sententiam temere mutat, puniri posse, si nimia animi inconstantia effecit, vt alterius existimatio quodammodo læderetur. Quamuis enim recedendi licentia virgini nondum sit ademta, ea tamen ita vtendum, ne hæc in detrimentum exi-

existimationis alterius vergat, alioquin ad *satisfactionem* eo nomine tenetur. Ita censuit facultas nostra iuridica *M. Sept.* 1718.

Hat bey dem Hochfürstl. Sächsischen Hennebergischen consistorio Johann Gottlieb Greiner, Glasemacher zu Stützerbach, eine Ehe-Klage wider Marien Veronicen Gundelachin angestellet, und als dieselbe hierauf litem negative contestiret, seinen Beweis angetreten, und 4. Zeugen endlich abhören lassen, dahero dann gefraget wird:

Ob nicht der Zeugen Aussage ohngeachtet eine *sententia absolutoria* vor die Beklagtin zu hoffen sey?

Ob nun wol aus des andern Zeugen endlicher Aussage so viel erhellet, daß er in commissis gehabt, bey Gundelachen und dessen Ehe-Weib um die Tochter anzuhalten, und solches mit Greuners Eltern Vorwissen geschehen, dahero auch secundum articulum 10. der gedachte Zeuge die Anwerbung gehörigen Orts vorgebracht, und drauf nicht alleine ein aufrichtiges Ja-Wort von der Jungfer Gundelachin bekommen, sondern auch völligen consens von derselben Eltern mit dem Handschlag erlanget, also mit Hand und Mund die sponsalia ihre Richtigkeit erhalten zu haben scheinen, welches gedachter Zeuge bey denen vielen interrogatoriis mit seiner categorischen Antwort und einstimmigen deposition bestärcket, und ad art. 10. interrogat. 22. dabey gedencket, daß Beklagtin nebst ihren Eltern die Ehe pure und schlechterdings durch den gedachten Zeugen als Unter-Händler versprochen, und secundum interrogat. 25. er die Vertröstung von den Eltern bekommen, daß die Hochzeit bald werden solte, also es das Ansehen gewinnen will, als wenn die sponsalia per procuratorem vollenzogen worden, wie denn auch der dritte Zeuge dabey deponiret, daß schon vorhero die Beklagtin ihren consens dazu gegeben, und dem Kläger die Ehe versprochen, auch auf dieselbe 6. ducaten angenommen,

art. 16. *interrogat.* 7. & 8. & 11.

worauf sie auch secundum art. 16. den Glück-Wunsch angenommen, welches der 4te Zeuge auch einiger massen mit seiner Aussage bestärcket, und obwol testis 2. & 3. de diversis actibus deponiren, dennoch dieselbe alle ad vnum scopum rouliren, in welchem Fall den bekanten Rechten nach auch testes singulares plene erweisen, dahero daraus geschlossen werden möchte, daß die sponsalia ihre völlige Richtigkeit erhalten, und nichts weiter daran auszumachen übrig gewesen.

Weil

Weil aber dennoch allhier 2. unterschiedene actus vorkommen, bey welchen dieses prætendirte Ehe-Versprechen geschehen seyn soll, deren keines doch zu seiner vollkommenen Richtigkeit ex ipsa testium depositione gelanget, zumahl was die erste Handlung betrifft, der 3te Zeuge zwar aussaget, daß die Beklagtin dem Kläger die Ehe versprochen, und darauf 6. ducaten von ihm angenommen, dennoch dabey *ad art.* 115. *interrog.* 4. und *art.* 17. *interrog.* 4. aussaget, **daß erst über 8. Tage das Ehe-Verlöbniß öffentlich gehalten, eine Mahlzeit dabey gegeben werden, und des Klägers Eltern dabey seyn solten,** und indessen derselbe nur der Beklagtin 6. ducaten auf die Hand gegeben, woraus denn erhellet, daß dasjenige, was vorgegangen, nichts mehr damahls als ein pactum de futuris sponsalibus publicis, nicht aber ipsa sponsalia gewesen, dahero denn erfolget, daß die Sache bald wieder rückgängig geworden, und die Beklagtin die 6. ducaten wieder zurück geschicket, wobey es auch Kläger anfänglich bewenden lassen, und daher ipso facto erkant, daß das Ehe-Verlöbniß zu keiner Richtigkeit nicht gekommen, zu dem Ende denn durch den gedachten andern Zeugen eine neue Anwerbung geschehen, und das Ja-Wort eingeholet ist, woraus zwar gedachter Zeuge ein vollkommenes Ehe-Verlöbniß seiner Einbildung nach machen will, demnoch er davon als einer quæstione iuris nicht iudiciren noch deponiren mögen, vielmehr aus seiner Aussage *ad art.* 11. *interrogat.* 4. erhellet, **daß er den instehenden Sonntag vorgeschlagen, an welchem das getroffene Ehe-Bündniß in Beyseyn anderer guten Freunde desto mehr bestärcket werden sollen,** welches, obgleich gedachter Zeuge solches in denen angeführten Worten nicht deutlich herausagen, sondern seiner Meynung nach von einer blossen confirmation verstehen wollen, dennoch klärlich auf **ein öffentliches Ehe-Verlöbniß** in Gegenwart beyder interessenten Eltern abziehlet, und der praxi Germaniæ notissimæ gantz conuenient ist, nach welcher zuforderst und præliminaliter das Ja-Wort eingeholet, und darauf die **öffentliche Verlobung** zu folgen pfleget, absonderlich wenn solches, wie hier geschehen, reserviret ist, da denn bey der öffentlichen Verlobung dasjenige, was ratione dotis und sonst noch auszumachen ist, determiniret wird, vorhero aber noch kein würckliches Ehe-Verlöbniß geschlossen, cum actus tamdiu lit imperfectus, donec ad perficiendum quid superest,

l. 11. C. de his, quib. ut indign.

und

und dergleichen vorgehendes Ja-Wort nur vor eine promiſſionem futurorum ſponſalium zu achten iſt, welche zwar vim ſponſalium nicht hat, gleichwol dieſes würken kan, daß derjenige, der, wie hier geſchehen, ſo ſehr variiret, und den andern dabey in etwas in Schimpf ſetzet, nach Befinden geſtrafet werden kan.

So erhellet hieraus allenthalben ſo viel, daß zwar Beklagtin von angeſtellter Ehe-Klage ein abſolutorium zu hoffen habe, gleichwol wegen ihrer Wankelmüthigkeit und dem Kläger dadurch zugezogenen Schimpf wohl mit einiger Strafe belegt werden könne.

§. CVII. Altera qualitas conſenſus ſponſalitii eſt LIBERTAS, Omnem coactionem illicitam vxorem ſibi conciliare, inepte ſtudent. Optime QVINTILIANVS *declam.* 376: *ſed quid obiicis? Vxorem, inquit, non ducis, quam vis. Quid tum? neſcis, noſtri arbitrii eſſe matrimonium? Affectus noſtri vobis non ſeruiunt. Non potes efficere imperio, vt vel amem quem velis, vel oderim, matrimonium omne tum perpetuum eſt, ſi mutua voluntate iungitur. Cum ergo mihi quaeratur vxor, ſocia thori, vitae conſors, in omne ſeculum mihi eligenda eſt; alioquin quid proficis inuitum cogendo? repudiabo.* Si vlla in re *libertas* ſalua eſſe debet, certe in matrimonio a ſingulis praeſtandum eſt, vt *libere* conſenſum edere poſſint, id quod etiam ex natura rei leges tantopere inculcant. Rurſus id confirmat QVINTILIAN. *declam.* 247. &, *nunquam*, ait, *libertas tam neceſſaria, quam in matrimonio.* Nec leges id diſſimulant, ſed aperte hanc libertatem confirmant, his verbis: *Neque ab initio matrimonium contrahere, neque diſſociatum reconciliare quisquam cogi poteſt. Vnde intelligis, liberam facultatem contrahendi atque diſtrahendi matrimonii tranſferri ad neceſſitatem non oportere. l.* 14. *C. de nuptiis.* Neque haec ſententia multis exornanda eſt rationibus argumentisque ſuffulcienda, quae vel ex his BARCLAII *lib. III. Argen. c.* 5. colligi poſſunt verbis: *Scis, coniugia plus animorum, quam corporum fœdere eſſe ſuauia? Liberæ hominum mentes ſunt, nec vllis legibus cogi poſſunt, velle, quod nolint.* — ctionem reſpuunt ſponſalia, — plenam potius libertatem poſtulant.

§. CVIII. Ante omnia vero, vt planum expeditumque fiat, quaenam ſponſalia proprie vitio *coactionis* inficiantur, e re erit, *coactionis* conceptum paulo penitius euoluere. COACTIO omnis *neceſſitatem* quandam inuoluit, haec vero a *vi* quadam procedit, quae cogit, vrget, neceſſitat. Ipſa *vis* non vnius eiusdemque naturae eſt, & ſic quoque *coactionis* non vna eademque ratio. Vis enim vel *interna* vel *externa* eſt. Illa homini congenita, & ex *paſſionibus animi* ſeu *effectibus* naſcitur, — Coactionis notio — vim ſupponit, — vel internam,

mentemque huc illucque trahit, prout cupiditatibus diuerſis flectitur.

quæ actionem relinquit voluntariam,

Interim quando homo agit ex impulſu ſuarum paſſionum, nihilominus actio ex *voluntate* procedit, vt homo huius actionis *auctor* dici, illaque ei imputari poſſit. Cogit quidem hæc *intrinſeca vis*, ſed non *abſolute* neceſſitat, adeoque talis actio *inuita* dici nequit, quæ demum talis eſt, ad quam homo ſua voluntate ſponte non concurrit. Ex hac ipſa vi *metus* quidam naſcitur, dum homo, perpetis omnibus circumſtantiis, ſæpe *terrore* percellitur, qui ipſum ab actione retrahere, mentemque ad eam omittendam trahere ſtudet, inde *dubitatio*, *fluctuatio* mentis, & animi ancipitis *deliberatio*; inde ingens ſæpe animi *perturbatio*, prout metus ex repræſentatione incommodorum auctus, vel grauis admodum vel leuior

quod exemplo matrimonii declaratur,

eſt. Inprimis in ineunda matrimonio *metus* huiusmodi occurrit, tanquam in *negotio* admodum *arduo*, quod perpetuam vitæ ſocietatem, omnis fortunæ & infortunii conſortium & intimam animorum coniunctionem deliderat. Homines certe non vna eademque voluntate trahuntur: diuerſiſſimis inter ſe agitantur cupiditatibus, diuerſosque fines ſibi propoſitos habent, prout vel *ambitio*, vel *auaritia*, vel *voluptas* voluntatem cogit. Non ergo mirandum, in matrimoniis ineundis magna deliberatione opus eſſe, metu animum admodum percellente. Quidam

cui coactio interna non nocet;

incommoda connubiorum videntes alieno prorſus videntur eſſe animo ab omni matrimonio. Nihilominus tamen cupiditatibus reſiſtere non valentes in illud conſentiunt, & ſponſalia contrahunt, a quibus recedere hoc prætextu non poſſunt, quod *coactione* quadam *interna* ad ea proceſſerint, cum adhuc hæc actio *voluntaria* ſit, eisque imputari poſſit. Allegat quidem *vim*, allegat *coactionem*, & inde ortum *metum*; interim tamen, quod antea auerſabatur, ſemel voluit, ſuſcepitque, nec amplius pœnitentia integra eſt, quia alioquin nulla actio humana efficaciam iuris haberet. Proinde *coacta* hoc ſenſu *ſponſalia* huc non ſpectant.

vel vim externam ſupponit,

§. CIX. Vis *externa*, quæ homini ad actionem quandam ſuſcipiendam obiicitur, grauiorem *metum* & *auerſionem* in agente operatur, prout is hæc grauiora mala & incommoda animo ſuo repræſentat, quæ potiſſimum in *amiſſione* & *priuatione* eorum, quæ nobis grata ſunt, conſiſtunt: vtpote ſi periculum vitæ, famæ & bonæ exiſtimationis bonorumque immineat. Quo grauior hæc clades eſt, quam metuimus, eo magis

qua cogitur itidem voluntas magnopere.

cogitur voluntas ad actionem quandam ſuſcipiendam vel omittendam, quam alioquin vel omitteret vel ſuſciperet, ſi hæc *vis externa* abeſſet. Atque hæc actio quidem a coactione quadam mentis

pro-

Digitized by Google

procedit, adhuc tamen *voluntaria* & *ſpontanea* eſt, vt ei imputari poſſit ad effectum obligationis & pœnæ. Quid enim? annon leges cogunt neceſſitatem ſuę imponunt, ad illa etiam agenda, quæ alioquin *ſponte* homo non faceret? Talis actio prorſus *inuita* dici non poteſt quoad *effectus iuris*, quia alioquin leges omni deſtituerentur efficacia. Inde CICERO *orat. pro Cluentio* non omnes *legum eſſe ſeruos* pronunciat, *vt liberi eſſe poſſimus*, ſeu vt pax & tranquillitas reipublicæ conſeruetur, & quamuis homo hanc actionem non plane *libere* ſuſcipiat, *voluntate* tamen *ſua* perficit, & hactenus *ſponte* egiſſe dicitur, non *inuite*.

interim adhuc actio eſt voluntaria,

§. CX. Verum quoad pleniorem effectum *imputationis* merito quoque ponderandum eſt, a quo hæc *coactio & vis externa* procedat, verum ab eo, qui *ius cogendi* habuit, an vero a tali, qui eo iure deſtituitur. Priori caſu *actio coacta* imperio eius, qui *ius cogendi* habet, ſuſcepta, auctori omnino imputatur, quatenus *ius cogendi* habuit *perfectum*. Vnde pax, per vim metumque belli inter gentes inita, obligat ad pacis conditiones ſeruandas, quia victor in bello *ius cogendi* habuit. Quid enim bellum inter gentes aliud eſt, quam *medium cogendi* hoſtem, qui æquo iure cum altero viuere recuſat, eique *media reſiſtendi* prorſus adimendi? Quodſi itaque conditiones pacis matrimonium deuicti poſtulent, hoc ipſum iure gentium conſummandum eſt, vt paci ſatisfiat, cum victori integrum fuerit, quascunque pacis conditiones deuicto præſcribere. Fac itaque, huic inter alia impoſitum fuiſſe, vt cum victoris filia vel ſorore matrimonium iniret, & pace facta illum hoc prætextu reclamare, quod *coacte* in hanc conditionem conſenſiſſet, quis aſſereret, hunc *iure gentium* non obligari, cum tamen actio hæc a voluntate eius, vtut non libera, proceſſerit, & alter iure victoriæ *poteſtate cogendi* munitus fuerit? Si vero is, qui *metum* infert, cogitque agentem, & trepidationem mentis iniicit, nullum *ius cogendi* ſibi arrogare potuit, ſi deliquit metum incutiendo, hactenus quidem actio, ab agente ſuſcepta, *voluntaria* dici poteſt, cum non prorſus *inuita* ſit; ſed quoad effectum *imputationis* non eandem habet efficaciam moralem. Equidem de *delictis*, metu grauiſſimi mali imminentis perpetratis, non ero ſollicitus: de *promiſſis* tantum hic agendum eſt, quæ etiam in *ſponſalibus* & *matrimonio* deprehenduntur. Hæc duorum voluntatem & conſenſum deſiderant, vt alter *promittat*, alter vero promiſſum *acceptet*. Tam in *promittente*, quam in *acceptante*, tum *voluntas* tum *facultas* conſiderari debet, ita vt *velle* non ſufficiat, niſi etiam *legitime velle* poſſit. Hoc ſup-

modo coactio externa ab eo proceſſit, qui ius cogendi habuit.

Si nullum ius cogendi cogens habuit, non obligatur coactus,

Digitized by

quod cogens promiſſum accipere non potuit.

poſito, ſi vel maxime quis metu iniuſto perculſus, cogenti quid promittat, ei tamen obligari nequit, quod nullum *ius cogendi* habuerit, & ſi *facultate acceptandi* promiſſum deſtitutus fuerit. Inde fruſtra prouocatur ad eam rationem, quod actio a parte *promittentis* voluntaria dicenda ſit, cum id minime ſufficiat ad effectum *obligationis*, ſi *acceptio legitima* deſit. Non enim *acceptare* promiſſum, & acceptare non poſſe, paria ſunt. Quæ cum ita ſint, facile liquet, ſponſalia coacta hoc caſu nulla eſſe, ſi *rectæ rationis* principia & *iuris naturæ dictamina* intuemur, & in conſilium vocamus.

Applicatio ad matrimonium coactum ex ſententia Sanchezii,

§. CXI. Hæc ſi applicantur ad *præſentem cauſam*, ſimulque ſanctiones iuris vtriusque conferuntur, facile conſtabit, vtrum ſponſalia per *vim illicitam* contracta ſint, valida an inualida? Plenus eſt in hac quæſtione THOMAS SANCHEZ IESVITA *lib. IV. de ſacramento matrimonii diſp. I. & ſqq.* præmittitque, actiones, quæ metu quantumcunque graui fiunt, eſſe *voluntarias*, nec *vim* nec *metum* vim inferre *præciſam*, ſed *conditionalem*, quod ſecluſo metu voluntas nollet. Inde vero *diſp. VIII.* concludit, negotia metu inita *in ſe* valere, ſed reſcindenda tamen eſſe ex æquitate, quod *cit. loc. n.* 4. ex variis textibus, maxime vero ex *tit. D. quod metus cauſ.* probare nititur, adeo vt non tantum *iure poſitiuo*, ſed etiam *naturali* actum ſtricto iure ſubſiſtere, credat. Quia tamen in iure canonico ſæpius tale matrimonium *irritum* dicitur, hinc IDEM *diſp. XIV.* eo relabitur, vt aſſerat, ſponſalia quidem metu illicito extorta *iure naturæ* valida eſſe, *iure eccleſiaſtico* tamen irrita eſſe declarata, cui integrum fuit, iuſta de cauſa ſponſalia ipſo iure nulla reddere. Verum enim vero quod de *iure naturæ* aſſerit, facile ex iis, quæ dicta ſunt, corruit. Neque enim ſufficit, metu coactum *voluiſſe*, & ſponſalia a parte eius *voluntaria* dici poſſe; ſed etiam *acceptatio legitima* promiſſi matrimonii accedere debet, quæ hic omnino deficit. Nec *ius ciuile a naturali* recedit, ſed potius illud confirmat. Ait VLPIANVS in *l.* 116. *de R. I. nihil conſenſui tam contrarium eſt, qui et bona fidei iudicia ſuſtinet, quam vis & metus, quem probare, contra bonos mores eſt.* Nec diuerſa fuit ſententia ALEXANDRI imperatoris in *l.* 1. *C. de reſcind. vend.* edicentis: *Si pater tuus per vim coactus domum vendidit, ratum non habebitur, quod non bona fide geſtum eſt: malæ fidei enim emtio irrita eſt.* Similiter imp. SEVERVS *in Cod. Gregoriano lib. II. t.* 1. apud SCHVLTINGIVM *in iuriſp. vet. anteiuſtinianea p.* 688. illud confirmat, aiens: *ea, quæ per vim & metum geſta ſunt, etiam circa principale auxilium irrita eſſe debere, iam pridem conſtitutum eſt.* Hunc textum quoque repetit

quæ examinatur & corrigitur, & ex iure ciuili illuſtratur.

AVCTOR

Digitized by Google

AVCTOR *conſultationis* apud SCHVLTINGIVM *pag.* 813. & ex *eodem Cod.* ANTONINI conſtitutionem, quæ apud EVNDEM *pag.* 685. quoque in adducto *Cod.* adfertur, ſuam fecit, quæ aperte indicat, promiſſa, metu extorta, ipſo iure nulla fuiſſe. Verba hæc ſunt: *pacta, quæ ab inuitis contra leges conſtitutionesque fiunt, nullam vim habere, indubitati iuris eſt.* Ceterum quod *quædam negotia* metu coacta, auxilio prætoris, & *reſtitutione in integrum* indiguerint, id vnice *qualitati* illorum contractuum, qui *ſtricti iuris* dicuntur, adſcribendum eſt, vt recte obſeruat clariſſimus NOODT *de forma emendandi doli mali cap. XVI.* & plenius confirmat GVNDLING. *de efficientia metus in promiſſionibus C. III.* Ea videlicet negotiorum *ſtricti iuris* erat indoles, vt obligatio ad ea, quæ expreſſa non eſſent, haud pertingeret, adeo, vt nequidem ante formulam AQVILII ex capite *doli* irritarentur. Inde m. f. ſtipulatio valebat, *l.* 36. *de V. O.* non vero emtio m. f. contracta, *l.* 1. *C. de reſcind. vend. l.* 6. *C. de præſcript. long. temp.* Quis vero crederet, eum, qui *metu* ad contrahendum alterum inducit, permiſſurum fuiſſe, vt debitor exceptionem *doli* vel *metus* ſibi reſeruaret? quo ipſo fiebat, vt ſubtilitate iuris obſtrictus eſſet, vt dicitur in *cit. l.* 36. Vt vero hoc *ius ſtrictum* quodam adhuc colore incruſtaretur, PAVLVS in *l.* 21. §. 5. *de eo, quod met. cauſ.* ad rationem vulgarem prouocauit, *quod, quamuis agens, ſi liberum eſſet, noluiſſet, coactus tamen voluerit*, vt oſtenderet, ad minimum conſenſum a parte *promittentis* hic concurrere, quem etiam requirebant negotia *ſtricti iuris*, nec ex hoc defectu ea irritari poſſe. Et quamuis vitium in *acceptatione* adeſſet, illud tamen allegari non poterat, quia eius in contractu nulla erat facta mentio. Diuerſa eſt ratio *negotiorum b. f.* quæ vnice ex ratione *æqui & boni* æſtimabantur, nec illam ſubtilitatem, quæ negotiis *ſtricti iuris* cohærebat, admittebant. Quodſi iuris pontificii ſcita perſcrutamur, facile nos iis adiungimus, qui metu geſta *ipſo iure* nulla eſſe, ex hoc iure *demonſtrant*, quam ſententiam plenius illuſtrat GVNDLING. *cit. loc. c. IV.* quia patres & pontifices vtplurimum id egerunt, vt, *ſubtili* iure prætermiſſo, ſolius *ſimplicitatis naturalis* rationem haberent, & quidem id ipſum eo magis in hoc iuris articulo, qui diſcrimen inter *contractus b. f.* & *ſtricti iuris* ſupponit, quod etiam iure canonico incognitum eſt.

& iure canonico.

§. CXII. Ceterum quæ in *theſi* hactenus adducta ſunt, in *hypotheſi*, ſeu applicatione ad *ſponſalia* & *matrimonium*, vera quoque eſſe, vtrumque ius indicat. Nam etiam hi, qui alias indiſtincte negotia metu inita ſubſiſtere aſſerunt, quosdam excipere ſolent caſus, in quibus

Etiam iure ciuili matrimonium tale eſt ipſo iure nullum,

Digitized by Google

bus vis metusque *nullitatem* operatur. Inter hos etiam referunt *ſponſalia & matrimonium*, quæ liberum conſenſum deſiderant per *l.* 14. *C. de nupt. l.* 11 *D. de ſponſal. l.* 2. *D. de R. N.* Vid. STRVVIVS *ad t. quod met. cauſ.* § XI. KEITZEL. *in ſynopſ. matrim. c. IV. theſ* 16. *lit. c.* Verum non tam *exceptionem* vel *ius ſingulare*, ceu putat BROVWERVS *de iure connub. c.* 17. *n.* 21. in ſponſalibus, quam applicationem *regulæ* concurrere, ipſa ſponſaliorum ratio ſuadet. Solo conſenſu conſtituebantur ſponſalia, *l.* 4 *pr. de ſponſal.* & ita negotiis b. f. accenſeri debebant, prout alia negotia, quæ *ſolo conſenſu* conſtituebantur, per §. *vnic. in f. de obligat. ex conſenſu.* De *iure canonico* eo minor ratio dubitandi adeſt, cum variis in textibus tale *coactum matrimonium* reprobetur. Ita enim ALEXANDER III. *in c.* 14 *X. h. t.* philoſophatur: *cum locum non habeat conſenſus, vbi metus & coactio intercedit, neceſſe eſt, vt, vbi aſſenſus cuiusque requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem ſolo conſenſu contrahitur, & vbi de ipſo quæritur, plena debet ſecuritate ille gaudere, cuius eſt animus indagandus, ne per timorem dicat, ſibi placere, quod odit, & ſequatur exitus, qui de inuitis ſolet nuptiis prouenire* Eiusdem fere tenoris ſunt *c.* 6. 13. 21 & 28. *h. t. c.* 2. *de eo, qui duxit in matrim.* aliique plures textus infra in ſpecialibus caſibus adducendi.

quia negotiis b. f accenſendum.

Idem quoque verum eſt de iure canonico.

§. CXIII. Neutiquam ergo probari poteſt 1) ſententia BRVCKNERI *in deciſ. matrim. c.* 21. *n.* 33. adſtruentis, in genere de iure Romano reſtitutionem neceſſariam fuiſſe contra quæcunque negotia metu inita, nec *matrimonia* excepta legi: vnice iuri pontificio adſcribendum eſſe, quod matrimonia metu inita ſint nulla, rationemque huius ſententiæ ex *putidis pontificiorum & canoniſtarum lacunis*, vt ait, hauriendam eſſe. Illuſtrat id ipſum EX PANORMITANO *ad c.* 14. *n.* 8 *X. h. t.* ita ſcribente: *Sed dic, quod in matrimonio reperiantur tria bona; fides, proles, & ſacramentum, quæ omnia metus intercedens ſolet excludere. Nam primo matrimonium eſt ſacramentum, quia ſignificat vnionem inter Chriſtum & eccleſiam: vnde ſicut Chriſtus voluntarie aſſumſit carnem humanam, ita & matrimonium illam vnionem deſignans debet eſſe voluntarium, vt ſignum correſpondeat ſignato. Secundo*, pergit, *metus impedit procreationem ſobolis, quæ eſt ſecundum bonum matrimonii, quia propter diſpliscentiam non intendit procreationem prolis ſeu ſobolis. Tertio eſt contra bonum fidei: nam fides vnum eſt ex bonis matrimonii, vt nullum ſit adulterium, ſed propter metum ſeu inuitas nuptias de facili coniuges labuntur in adulterium.* Fateor, PANORMITANVM barbare loqui & philoſophari; ſed magis ingenio ſuo plus quam ſtupido indulſit, qualia delira paſſim

Reiicitur ſententia Bruckneri, exiſtimantis, de iure ciuili ſponſalia coacta reſtitutionem poſtulaſſe,

Digitized by Google

paſſim adfert, vnde tamen *doctrina iuris canonici* ſimpliciter haud æſtimanda. Magis ſobrie philoſophatur pontifex *in c.* 14. *cit.* & ſatis congruam adfert rationem, quam etiam *ius ciuile* in negotiis b. f. agnouit. Communi errore deceptus fuit BRVCKNERVS, quia credidit, etiam negotia b. f. metu inita, *ſtricto iure* fuiſſe valida, & reſtitutionem deſideraſſe, quam tamen tantum deſiderarunt negotia *ſtricti iuris*. Supra iam obſeruani, ius canonicum negotia metu inita *in genere* ita reprobare, vt ea irrita eſſent; quidni ergo magis in matrimonialibus? Multo minus *de iure ciuili* reſtitutio contra *ſponſalia coacta* neceſſaria fuit, quod cuique liberum eſſet, mutata voluntate a ſponſalibus reſilire *l.* 1. *C. h. t.*

§. CXIV. Similiter nec (11) probari poteſt ſententia SANCHEZII *de ſacram. matrim. l. IV. diſp.* 19. ſtatuentis, *matrimonium* metu initum eſſe quidem nullum, neutiquam tamen *ſponſalia*; quod contra hæc quidem admitti poſſit *reſtitutio*, non æque contra *matrimonium*, ſi illud validum eſſe, pronuncietur, adeoque quod illic potius inſiſtendum ſit regulæ, ne multorum iurium correctio inducatur. Idem rurſus præconcepta hac opinione ductus fuit, quæuis negotia, metu inita, *ſtricto iure* valuiſſe. quam regulam in *ſponſalibus* magis admittendam, quam reſpuendam eſſe credidit. Verum ius canonicum *reſtitutionem* nullibi in *ſponſalibus* hiſce deſiderat, quin potius nullam in iis obligationem adeſſe docet. Euincit id ipſum *c.* 11. *de ſponſal. impub.* in quo caſus talis propoſitus eſt: puella quædam, quæ iam ad duodecimum annum peruenerat, deſponſata fuit cuidam puero: tempore procedente *de voluntate matris & fratrum potius quam de ſua* ad domum patris pueri ducta fuit, vbi *nolens & inuita & tam perſuaſionibus quam minis parentum impulſa moram per annum & amplius habuit, & tandem inde receſſit, & nubendi alii poſtulauit facultatem.* Piſanus epiſcopus quidem id ſtudioſe egit, vt ipſam induceret, quo expectaret puberratem ſponſi, quod tamen impetrare non potuit. Adhuc enim hæc ſponſalia *imperfecta* erant, reſpectu *ſponſi*, qui nondum *pubertatem* attigerat, qua adueniente ipſemet libere decedere poterat. Reſpondit itaque pontifex: *Quodſi memorata puella per te ad hoc ſtudioſe commonita, vt, donec idem puer compleat decimum quartum annum ætatis ſuæ, expectet, ad commonitionem tuam non duxerit expectandum, ei ſecundum ea, quæ propoſita ſunt, accipiendi alium virum in maritum auctoritate noſtra dare potes libertatem.* Conſilium ſuggeſſerat Piſanus epiſcopus puellæ, ad maiorem *ſecuritatem*, quid tamen ſequi non tenebatur, quia, quamuis ſponſalia a pubere cum impubere contracta valeant reſpectu illius, id tamen intelligen-

nec hic diſtinguendum eſt inter matrimonium & ſponſalia.

gendum est de *sponsalibus validis*, qualia non sunt, quæ per *vim metumque* celebrata erant, vt recte censuit GONZALEZ *ad c.* 8. *X. de desponsat. impub.* Nec hæc obseruatio est otiosa de iure canonico; si enim sponsalia hæc dicuntur ipso iure nulla esse, non pariunt *impedimentum honestatis publicæ;* si autem *ipso iure* valida fuerunt, quamuis ex *æquitate* rescinderentur, impedimentum tamen futuris nuptiis ponere potuissent, vt consanguineam illius, a qua mediante *restitutione* liberatus est, vxorem ducere, ei integrum haud fuisset, obseruante SANCHEZIO *cit. l. n.* 1. Imo si sponsalia metu contracta sunt *nulla*, nullo tempore excluditur hæc querela *nullitatis*, quæ *quadriennio* excluderetur, si restitutione indigeret.

Quid referat, an sponsalia sint nulla, an vero restitutione indigeant?

§. CXV. Atque hæc quidem vera sunt, si vel alter ad vim metumque inferendum cooperatus est, vel *coactionis* & *violentiæ* conscius, sponsalia contraxit, quia priori casu ipsemet vim metumque intulisse videtur; posteriori vero in *dolo manifesto* est, quod sponsalia cum invita & reluctante inire satagat *l.* 5. *C. quod vi met. caus.* BRVCKNER, *in decis. matrim. c.* 21. *n.* 9. Maior ratio dubitandi est, vtrum vis metusque a tertio illatus, cuius minime conscius fuit sponsus, *nullitatem* conciliet sponsalibus, vt sponsa, ad sponsalia ineunda coacta, illis minime obligetur. Fac per literas sponsalia inter *absentes* inita, sponsam vi metuque a parentibus coactam, vt consensum suum literis declararet, sponsum omnimodo in *bona fide* fuisse, postea autem sponsam reclamare, & vi metuque sponsalia inita esse, profiteri, imo & probare; quid iuris? Equidem si fundamenta antea iacta intuemur, sponsalia talia vix dici possunt irrita; sponsa, licet coacta, in sponsalia consensit: sponsus promissionem hanc accepit & iuste accipere potuit, quia ipsemet ad metum nullo modo concurrit, nec vim vllam intulit, quæ vnica ratio est, quod alias metu coacta negotia non valeant, quia metum incutiens promissum accipere non potuit. Simile quid deprehenditur in eo, qui *dolo* tertii inductus est, vt sponsalia cum ea, quæ in b. f. est, celebraret. Illa enim esse valida asserunt interpretes, salua decepto *actione doli* contra decipientem, *l.* 2. *D. de proxenet.* B. STRYK. *de dissens. sponsal. sect.* 2. §. 16. quod etiam in aliis negotiis obseruarunt Romani *l.* 7. *pr. D. de dolo malo.* Quid de *iure canonico* hac in quæstione dicendum sit, non satis constat. Ex *c.* 11. *X. de desponsat. impub.* liquet, puellam a parentibus inuitam coactam fuisse, vt sponsalia cum puero celebraret. Vix credibile est, puerum ad metum aliquid contulisse, desponsatione a solis parentibus ipsius facta, cui vis & coactio

Quid si metus & vis a tertio inferatur?

Rationes dubitandi.

Noua ratio dubitandi.

Decisio ex iure canonico.

Digitized by Google

ctio inerat, vt recte cenſet SANCHEZ. *cit. l. n.* 3. Sponſus ergo ſine dubio in *bona fide* erat, & hac de cauſa pontifex cenſuit, ante omnia eius *pubertatem* eſſe expectandam, ſi ad hoc induci poſſet ſponſa, cum autem id recuſaret, illam ab omni obligatione abſoluit. Id quod indicium præbet, de *iure canonico* etiam metum a *tertio* incuſſum ſponſalia irritare. Equidem ad *Panormitanas* rationes ſupra allatas haud recurrendum eſſe cenſeo; forſan pontifices negotii ipſius *arduam naturam* & *vinculi indiſſolubilitatem* intuiti ſunt, quod adeo *liberum conſenſum* deſiderat, & animorum concordiam, vt merito ad talia ſponſalia conſummanda nemo cogi poſſit, id quod difficiles ſolet habere exitus, quam ob cauſam etiam in aliis iuris articulis a regula receſſerunt. *c. f. de procurat. in* 6. Fateor, eum, qui *b. f.* contraxit, extra culpam eſſe, iuſte potuiſſe accipere promiſſum, & alterum *ſtricto iure* adſtringi; ſed ſicut leges ciuiles *ex æquitate* etiam tunc reſtitutionem dabant, quoties quis non ab eo, qui conuenitur, ſed ab alio vim paſſus eſt, vt *tertio* etiam *exceptio metus* proſit; *l.* 14 §. 3. *quod met. cauſ.* quod *libertas conſenſus* deficeret in contrahente; ita ex eadem *æquitate* recte dici poterit, ſponſalia haud valere, cum ius *canonicum* nullam deſideret *reſtitutionem.* Hoc modo *ius poſitiuum* ſupplet, quod ex *recta ratione* colligi non poterat, quippe quod huic & addit & detrahit. *l.* 6. *D. de I. & I.* Qua de cauſa etiam in *negotiis b. f.* actio, *quod metus cauſa*, vtilis eſſe poterat, ſi quis non a contrahente, qui b. f. contraxit, ſed a tertio ad contrahendum per vim inductus fuit: vix enim eſt, vt contractus nullus dici poſſit, & quamuis actio *de dolo* quoque non deſit contra eum, qui *metum* intulit, vtpote cui *dolus* ineſt; hoc tamen non ſoluendo exiſtente, etiam contra contrahentem reſtitutio non deneganda. Conf. *l.* 4. *C. quod met. cauſ.*

ex ratione ciuili.

§ CXVI. Ex quo fluit, 1) parentes ſub obtentu patriæ poteſtatis inuitos liberos ad ſponſalia cum *certa perſona* ineunda cogere non poſſe. Erat olim *patriæ poteſtatis* rigor maximus, fere *heriti imperio* æquiparatus, adeo, vt *voluntas* liberis in patria poteſtate conſtitutis denegata fuerit. Ait ICtus in *l.* 4. *de R. I. velle non creditur, qui obſequitur imperio patris vel domini.* Hoc ipſo oſtendit, voluntatem liberorum *primario* in negotiis peragendis olim minime fuiſſe requiſitam. In ſponſalibus tamen *liberorum conſenſus* non excludebatur. Quamvis enim pater deſpondere tum filium tum filiam potuerit, *l.* 38. *ſolut. matrim. l.* 13. *b. t. abſoluta* tamen *coactio* parentibus haud eſt data. Erat vero differentia inter *filium* & *filiamfam.* Illo diſſentiente, ſponſalia eius nomine fieri non poterant, *l.* 13. *b. t.* ſed *expreſſus* eius *conſenſus*

Parentes liberos cogere non poſſunt ad matrimonium cum certa perſona ineundum,

maxime filiumfam.

Digitized by Google

desiderabatur *l.* 11. *cod. conf. l.* 38. *solut. matrim.* Audiamus TERENTIVM *in Andr. act. I. sc.* 5. vbi PAMPHILVS ita conqueritur: *Hoccine est humanum factum aut inceptum: hoccine officium patris?* Respondet, Mylis: *quid illud est?* Regerit prior: *Pro! Deum atque hominum fidem! Quid est, si non hæc contumelia est? Vxorem decrerat dare sese mihi hodie. Nonne oportuit præsciisse me ante? nonne prius communicatum oportuit?* Filiæ longe deterioris conditionis erant, quas patres *pro lubitu* aliis despondebant, *l.* 19. *de R. N.* sufficiebatque, *tacite* eas consentire, patris voluntati non repugnando. *l.* 12. *pr. D. de sponsal.* Imo non indistincte, vt filiusfam., sed tunc solum dissentiendi a patre licentiam habebat filia, si *indignum moribus* vel *turpem sponsum* ei pater elegisset, vt testatur VLPIAN. *in l.* 17. §. 1. *h. t.* Videntur Romani credidisse, fœminas imbecilliori iudicio gaudere, vt patri potius optio, cui nubant, danda esset. Inde liquet, de iure Romano, si iusta dissentiendi causa defuit, filiam a patre cogi potuisse ad matrimonium cum eo, quem filiæ elegit, ineundum, vt recte censet ROMANVS TELLERVS *de deteriore fœmin. conditione in matrimonio contrahendo thesi* 2. §. 13. Adeo vero patris imperium hic prævalebat, vt etiam testamento filias desponderent vel destinarent, *l* 36. & 66. *de R. N.* vel si pater pactum de *filiæ nuptiis* inierit, & humana forte consumtus ad vota non potuerit peruenire, nihilo minus tamen *id inter sponsum & sponsam firmum ratumque permanere debuerit, quod a patre dicebatur destinatum*, vt loquuntur imperatores in *l.* 4. *C. h. t.* addita hac ratione, *quod plerumque fœminæ aduersus propria commoda laborare inueniantur.*

facilius filiisfamilias.

§. CXVII. Hoc discrimen *ius canonicum* haud recepit; quamvis enim PSEVDO-EVARISTVS *in c.* 1. C. 30. *qu.* 5. sententiam iuris Romani confirmare, & parentibus despondendi filias facultatem concedere videatur, constat tamen *ex c.* 6. 13. 14. & 21. *X. h. t.* filias, ad sponsalia ineunda a parentibus coactas, nullo modo obligari. Indigitant id ipsum præterea varii conciliorum canones. In *concil. Mediolan. V. P. III. const.* 16. *de A.* 1579. apud HARDVINVM *tom. X. concil. pag.* 1086. hæc statuuntur: *omnibusque quacunque etiam dignitate potestateque præditis interdictum nunc perpetuo sit, ne earum etiam legum, statutorum decretorumque auctoritate, nec vero alia quauis ratione quicquam statuant, decernant, iubeant agantue, quo matrimonii libertas vllo pacto neque directe, neque vero indirecte lædatur.* Post pauca adduntur: *Episcopus vbi probabilem pro sua conscientia suspicionem habeat, de puellæ minus libera voluntate, tum exquirat rem diligentissime &c.* In *concil. Cameracensi* de A. 1565. *artic.*

Hoc discrimen ius canonicum ignorat,

Digitized by Google

artic. XV. c. 4. apud EVNDEM cit. loc. *p.* 594. de *filiis* ſpeciatim hoc cauetur: *moneant identidem parentes, ne per vim filios adigant ad hoc illudue matrimonium. Declarent præterea contracturi, an libere, an coacte conſentiant? Vbi nullam vim paſtor cognouerit, nullumque impedimentum canonicum, hos coniungat in Domino; ſi ſecus, differat.* Facile tamen adparet, ad *ſolos filios* hunc textum non reſtringendum eſſe, cum in genere de *contracturis* poſtea diſponat. In ANGLIA olim Seculo VII. mos antiquus Romanorum obſeruatus fuiſſe videtur, cui THEODORVS, Cantuarienſis archiepiſcopus, temperamentum aliquod addidit, vt capitula eius docent apud DACHERIVM *tom. IX. ſpicilegii*, & HARDVINVM *tom. III. conc. pag.* 1777. Ita enim *cap.* 82. cenſet: *Pater filiam ſuam vsque ad XV. annos poteſtatem habet dare, cui voluerit, poſt XV. annum ſine voluntate eius non licet.* Seculo VI. in *Hiſpania* itidem patres filias inuitas aliis deſpondiſſe videntur, quod indicat *c. X. concilii Toletani III. de A.* 589. apud HARDVINVM *tom. III. concil. pag.* 482. vbi de *virginibus* generatim cauetur, ne *citra voluntatem parentum vel ſuam cogantur maritos accipere.* Et infinitum foret, omnia patrum decreta coaceruare, quæ talem coactionem in nuptiis filiarum damnant & prohibent. Vnde etiam eſt, quod plerique textus iuris canonici *de filiabus familias* loquantur, vtpote quæ facilius a parentibus cogi poſſunt & ſolent, cum filiifamilias faciliorem reclamandi poteſtatem habeant. Nec iure canonico diſtinguitur, *vtrum iuſtam diſſentiendi cauſam habeant, nec ne?* Sufficit, quod diſſentiat, adeo vt ſi per *vim maiorem* ſponſalia cum eo, a cuius moribus prorſus abhorret filia, iniuerit, ceteris paribus, ſponſalibus contractis haud obligetur. *c.* 7. *in f. de deſponſat. impub. c.* 6. *&* 14. *X. h. t.* Eam iuris canonici ſententiam ſecutus eſt IVO, Carnutenſis epiſcopus in *epiſt.* 69. ita ſcribens: *De pacto coniugali, quod factum eſt inter duos nobiles ita, vt, qui filiam habebat, iurauerit, ſe eam traditurum vni de filiis alterius nobilis, cui vellet, cum ad nubiles annos virgo peruenisſet; hoc paternitati veſtræ reſpondeo, quod & natura diſpoſuit & lex tam eccleſiaſtica quam mundana firmauit: quia quorum per copulam coniugalem vnum debet fieri corpus, eorundem pariter animorum debet eſſe conſenſus. Quicquid ergo pater neſciente virgine iurat, cum ad annos rationales perducta eſt, niſi ipſa virgo conſentiat, etiam viuente patre ſecundum leges irritum erit.*

§. CXVIII. Apud veteres GERMANOS vix aliud obtinuiſſe, credere par eſt. Parentibus magnam in ſponſalia liberorum competiſſe poteſtatem, admitto, adeo vt *impia* haberentur matrimonia, ſine eorum

nec iure Germanico veteri hæc diſtinctio nota fuit.

eorum conſenſu contracta, vt exemplo conſtat apud REGINONEM *l.* II. *chron. ad ann.* 888. Vid. HERTIVS *de matrim. putat.* §. 10. In *capitular.* CAROLI M. *de anno* 798. *c.* 70. apud BALVZ. *tom.* I. *capit. X. p.* 323. hæc habentur: *Si quis filiam alienam ad coniugium quæſierit, præſentibus ſuis & puellæ parentibus, & poſtea ſe retraxerit, & eam accipere noluerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur.* Pater quidem dicebatur *dare filiam ſuam alteri in matrimonium.* vt conſtat *ex lib. VII. capitul. c.* 105. apud BALVZ. *cit. l. p.* 1048. prout etiam hodie dicimus: Er hat ſeine Tochter vergeben, non tamen eius *conſenſus* excludebatur. Veteres nuptiarum ritus optime deſcribit OTTO DE S. BLASIO in *append. c.* 52. *Puella iam nubilis a duce Leopoldo orientali & Ludouico duce Bauariæ adducta tribunali ſiſtitur, ac DE CONSENSV INTERROGATA, verecundata admodum rubore perfuſa, ſe liberali animo conſentire profitetur.* Vnde non dubium eſt, quin etiam matrimonium, per vim grauiorem filiabusfamilias illatam contractum, ipſo iure nullum fuerit, ſicuti alia negotia per vim contracta, quod B. GVNDLING. *cit. l. c.* 5. ex *legibus antiquis* demonſtrat.

Praxis hodierna duplici reſponſo illuſtratur.

§. CXIX. Quæ cum ita ſint, non dubium eſt, etiam hodie ſponſalia per *vim* & *metum* extorta ab inuitis puellis eſſe ipſo iure nulla maxime cum *iure canonico* in his negotiis vt plurimum vtamur. Duplici præiudicio hoc ipſum declarabo, vnde doctrina hactenus expoſita magis adhuc declarabitur. Primum eſt huius tenoris *de an.* 1715. *M. Ian.* a facultate huius loci theologica & iuridica conceptum:

Auf Imploration Schrift ꝛc. erkennen ꝛc. daß das zwiſchen Imploranten und Imploratin vorgegebene Ehe-Verlöbniß zu recht nicht beſtändig, ſondern als nichtig aufzuheben, und dahero Imploratin von angeſtellter Klage zu entbinden und loß zuſprechen ſey, und werden die auf dieſen Proceß aufgewandte Unkoſten gegen einander compenſiret und aufgehoben. Inzwiſchen ſind der Imploratin Eltern **wegen des ungebührlichen an ihrer Tochter verübten und** *in actis* **ingeſtandenen harten Zwangs** und daraus erfolgten groſſen Aergerniſſes billig in 50. Thlr. Straffe zu milden Sachen zu nehmen, und bleibet ſowohl Imploranten gegen der Imploratinnen Eltern, als der Imploratinnen gegen den Imploranten wegen der in actis vol. II. fol. 44. 53. und 712. angeführten iniurieuſen Beſchuldigungen ihre rechtliche Ahndung zu nehmen unbenommen. V. R. W.

Ratio-

Digitized by Google

Rationes decidendi.

Es kommt vornemlich die Sache darauf an, ob nicht die Imploratinne von ihren Eltern zu dem prærendirten und angegebenen Verlöbniß durch einen solchen Zwang gezwungen sey, woraus die sponsalia vor null und nichtig zu achten? Dieses zu erkennen, haben wir aus folgenden Gründen denen Rechten gemäß zu seyn erachtet. 1) Weil A. 1712. in Weyhnachten die sponsalia celebriret seyn sollen, und der fol. 74. vol. 1. befindliche Brief des Imploranten, so den 2. Ian 1713. darauf geschrieben, selbst deutlich weiset, daß er damahls von ihr sehr kaltsinnig sey tractiret worden, so, daß es alle Leute gemercket, daß sie gantz kaltsinnig und nicht zu erweichen gewesen, daraus also eine starcke præsumtion erwächset, daß alles, was damahls vorgegangen, mit ihrem Willen nicht geschehen sey, wie denn auch die folgende fol. 37. befindliche Briefe solche Kaltsinnigkeit noch mehr bestärcken, 2) absonderlich aber die vol. 1. fol. 49. eydlich abgehörte 4. Zeugen den Zwang, so die Eltern ihrer Tochter angethan, klärlich bestärcken und ad art. 5. deponiren, daß sie jederzeit einen grossen Abscheu und auersion vor Imploranten gehabt, und von ihm nichts hören und wissen wollen, ferner ad art. 8 daß die Eltern mit harten Schlägen sie gezwungen, mit nach G. zu reisen, woselbst die Tractaten wegen der Heyrath weiter getrieben sind, ingleichen ad art 15. sqq. daß wie Imploratt im Weyhnachten, wo die öffentliche Verlobung geschehen seyn sollen, ankommen, sie sich bald absentiret, in die Kammer geschlossen, sehr geheulet und geschrien, durch harte Worte und Bedrohung der Eltern genöthiget worden, mit zu Tische zu gehen, bald aber vom Tische wieder aufgestanden, und den Ring von Finger gethan, und sich seiner immer nachgehends geäussert, letzlich *ad art.* 22. *seqq.* daß, obwol Implorant öffters an sie geschrieben, dennoch sie keinen Brief annehmen und erbrechen wollen, sondern solches die Mutter gethan, auch die Antwort darauf vom Vater ihr vorgeschrieben, und solche abzuschreiben mit harten Bedrohungen genöthiget, und mit Schlägen darüber tractiret worden, item, was sie Imploranten geschencket, solches alles ihre Mutter, sie aber nie freywillig gethan, dieses auch 3) noch mehr bestärcket die *vol.* 2. *fol.* 116 *seqq.* befindliche Auffage 4. anderer Zeugen, welche dahin gehet, daß sie vor Imploranten eine grosse auerlion und todtlichen Haß gehabt *ad art.* 8. 9. & 15. Hergegen die Mutter durch Güte und Zwang sie zu dieser Heyrath zu bringen gesucht, *ad art.* 10. auch anders, sie zu

bereden, aufgebracht, und ſonſten hefftig in ſie geſetzet, welches doch alles nichts geholffen, ſie auch nicht leiden können, daß man ſie mit Imploranten vexiret. *teſt. ad art.* 11. 12. 13. 14. Dahero es auch geſchehen, daß ſie niemahls ſich mit ihm freywillig verlobet, *teſte ad art.* 16. obgleich die Eltern ſie ſowohl zu der Reiſe nach G. als zu Abſchreibung der Briefe und andern Umſtänden gezwungen, dahero ſie ſich offte bey andere retiriret, niemahls keine Briefe von ihm erbrochen, welches allein die Mutter gethan, und auch Implorant ein und ander munuſcula geſchencket, *teſt.* 2. *ad art.* 18. *ſeqq.* Wobey auch 4) ſehr remarquabel iſt, daß S. der doch zu der Zeit, da die Verlobung geſchehen ſeyn ſoll, mit in N. N. Haus zu Gaſte geweſen, *vol.* 2. *fol.* 116. *ſeqq.* eydlich auſſaget, daß er weder zum Ehe-Verlöbniß inuitiret, noch deßwegen gegen ihm etwas gedacht worden, welches doch wohl geſchehen ſeyn würde, wenn es mit dem Ehe-Verſprechen richtig und ohne Zwang zugegangen, hiernächſt auch 5) des Imploranten eigene Zeugen, ob ſie wohl mit der Sprache nicht recht heraus wollen, dennoch die Sache nicht wenig verdächtig machen, und *vol.* 2. *fol.* 145. deponiren, daß die Eltern jederzeit unter der condition, **wenn die Tochter einwilligen würde,** conſentiret, dieſelbe hergegen ſehr cunctiret, und weder mit ja noch nein heraus gewolt, ſondern immer geſagt, ich weiß nicht, ich bin noch zu jung, *vol.* 2. *fol.* 152. *ad art.* 21. & 23. daher der Vater ihr zugeredet, und mit ihr geſchmälet, *teſt.* 2. *ad art.* 29. und der Secretarius H. wie ſie ſich widerſpenſtig erzeiget, damals bereits befürchtet, daß nichts gutes daraus werden würde, *teſt.* 1. *ad art.* 32. *fol.* 157. wie ſie denn auch bey der vorgegebenen Verlöbniß beſtändig geweinet, und nicht ja geſagt, *vid. teſt.* 1. & 3. *ad art.* 36. & 37. auch der Implorant ihr den Ring ſelbſt nicht gegeben, als welches der Vater gethan. *teſt.* 1. *ad art.* 39. Dahero er auch gegen Secret. H. den andern Tag ſich ſehr beſchweret, daß ſich ſeine Braut gegen ihn nicht freundlich auffühte, *teſt.* 1. *ad art.* 41. Alſo hieraus 6) erhellet, daß Implorante den angethanen Zwang wohl mercken können, ſich daher nicht gebühret hat, auf dergleichen Art in ſie zu ſetzen, wiewohl auch in ſponſalibus metu initis nicht regardiret wird, a quo ille prouenerit. B. STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect.* 2. §. 18. Uber dem auch 7) die Eltern geſtehen, daß ihnen wegen ſolcher Heyrath ſehr zugeſetzet worden, ſie auch vor dem ſeel. O. H. P. des Imploranten Bruder, ſich gefürchtet, oder wenigſten eingebildet haben müſſen, als wenn ihre Tochter durch dieſe Heyrath ſehr glücklich ſeyn, und ihr Schwieger-Sohn durch Vorſchub ſeines Bru-

ders

Digitized by Google

ders sehr hoch steigen würde, dahero, daß sie diesen ungebührlichen Zwang vorgenommen, sie mögen bewogen seyn, welches doch billig ex officio zu bestraffen, und hindert 8) hierbey nichts, daß Secretarii H. Frau und Tochter ausgesaget, daß sie dergleichen Zwang nicht gemercket, vielmehr Imploratinne, wie sie in G. gewesen, ihren consens ja freywillig von sich gegeben, die gratulation angenommen und mit der Fr. Secretarien H. nach dem sel. O. H. P. gegangen, und auch daselbst die gratulation angenommen, zumahl eines Theils die angeführte Umstände weisen, daß sie dazu gezwungen worden, andern Theils auch die ordentliche Verlobung damahls noch nicht, sondern erst nachgehends zu Z. erfolget, und was damahls geschehen, vornemlich in consideration zu ziehen, ja 9) wenn auch gleich ein verbündliches Ehe-Verlöbniß vorgegangen, dennoch nunmehro zu erwegen seyn würde, ob gestalten Sachen nach, da Implorante von ihr dergleichen iniurieuse Beschuldigungen geschrieben, daß nicht leicht eine reconciliation zu hoffen, auf die Vollenziehung der Ehe zu erkennen seyn würde, MEV. 4. *dec.* 45. NICOL. *de repud. P. I. c.* 2. *n.* 15. und wenn auch 10) die Eltern es darin versehen, daß sie durch solchen Zwang den Imploranten aufgehetzet, so mag doch solches die Imploratinne nicht binden, sondern er hat nur deßwegen seinen regress an die Eltern, welchen er auch bereits euentualiter genommen haben soll &c.

§. CXX. Alterum præiudicium *A.* 1717. *Mens. Aug.* conceptum hoc est: Novo responso hoc declaratur.

Auf geführten Beweiß und erfolgte Gesetze in Sachen ꝛc. erkennen ꝛc. daß Kläger dasjenige, was ihm zu beweisen obgelegen, und er sich angemasset, wie recht nicht erwiesen, dannenhero Beklagtinne von der angestelleten Ehe-Klage zu entbinden und loszusprechen, und werden die Unkosten aus bewegenden Ursachen gegen einander compensiret und aufgehoben.

Rationes decidendi.

Obwol Kläger in seinem geführten Beweiß dargethan, daß der Bekl. Eltern auf sein Ansuchen ihm ihre Tochter die Beklagtinne bis auf Priesterliche copulation zugesagt, test. *rotul.* 1. *ad art.* 4. item *rot.* 2. *ad art* 3. die Tochter auch darin endlich consentiret, und nach der Mutter relation sich resoluiret, ihn zu heyrathen, dabey contestiret, daß es ihr leyd thäte, daß sie dem Mann nicht recht in die Augen gesehen, *test. rotul.* 2. *ad art.* 5. auch auf ihres Vaters Studier-Stube das Ja-Wort

Digitized by Google

Wort würcklich von ſich gegeben; *teſt.* 1. *rot.* 1. *ad* 9. einen Ring von Klägern empfangen, und bey der Mahlzeit am Finger behalten *teſt.* 1. *rot.* 1. *ad art.* 11. *teſt.* 1. *rot.* 2. *ad art.* 6. die gratulation auch deßwegen von unterſchiedlichen Perſonen angenommen. *teſt. rot.* 2. *ad art.* 6. *teſt.* 1. *rot.* 1. *ad art.* 16. Hiernächſt einige Tage hernach abermal mit einem mit Gold und Silber gewirckten Tuch von Klägern beſchencket worden, ſich als eine Braut nach dieſen gehalten, *teſt. rot.* 1. *ad art.* 24. *ſeqq.* ja ſelbſt an ihn einen Brief geſchrieben, und in demſelben ihn mon cœur geheiſſen, welches alles dann durch die *n. art.* 144. befindliche Briefe beſtärcket und erläutert wird, und dahero um deſto weniger der Bekl. Vorgeben, daß die gantze Sache noch in meris tractatibus geſtanden, und nicht zum Schluß gekommen, ingleichen, daß ſie nicht freywillig conſentiret, ſtatt zu finden ſcheinet, da das erſte aus denen angeführten Umſtänden erhellet, und die unvollenzogene Ehe-Pacta ad eſſentiam ſponſaliorum nicht gehören, das andere auch nicht præſumiret, vielmehr erfodert wird, vt apertiſſimæ probationes violentiæ huic præſumtioni opponantur, *l.* 23. *pr. D. quod met. cauſ.* und obwohl aus der Eltern Auſſage ſich hervor thun will, daß die Bekl. ſich gegen deſſen Verlobniß in etwas geſperret, dennoch keine abſoluta coactio aut metus iuſtus daraus zu erhellen ſcheinet, ſondern genug iſt, daß die Bekl. ſich endlich nach ihrer Eltern Willen accommodiret, cum filia, quæ parentum voluntati non repugnat, conſentire videatur, *l.* 12. *pr. de ſponſal.* um deſto mehr da die Bekl. Gelegenheit genug gehabt, ſich an höhern Ort über angethane Gewalt zu beſchweren, id quod vbi omiſſum, ſponte in matrimonium conſenſiſſe præſumitur. BRVCKNER. *in deciſ. matrim. c.* 21. *n.* 31. Dieweil aber dennoch aus derer Zeugen Auſſage nur ſo viel hauptſächlich erhellet, daß der Bekl. Eltern ihren conſens zu dieſer Vollenziehung gegeben, und ſolche gerne zum Stande bringen wollen, an dem vornehmſten requiſito aber, nemlich der Beklagtin conſens ein groſſer Mangel ſich hervor thut, zumahl aus der Bekl. Eltern Auſſage, die Kläger als producent gegen ſich gelten laſſen muß, auch ſonſten in materia ſponſaliorum vim probandi hat, *c.* 3. *in f. qui accuſ. matrim. poſſ.* CARPZ. *l.* 2. *iurisp. conſ. def.* 166. *n.* 11. *ſeqq.* erhellet, daß die Bekl. auf Klägers gethane Anwerbung durchaus nicht conſentiren wollen, dieſe aber ihr hart zugeſetzt, heffrig gedrohet, und ſelbſt dem Kläger vorgeſtellet, ob er eine Frau mit Zwang haben wolte, derſelbe dennoch ſich reſoluiret, ſie möchten ihr beſtes probiren, wenn es nicht anders als mit Zwang geſchehen könte, darauf auch erfolget, daß die Eltern nebſt

nebſt dem Freywerber der Beklagtin abermahl hefftig zugeſetzt, und ſie ſo geängſtiget und geplaget, daß ſie aus einem Winckel in den andern gelauffen, und die Eltern ſelbſt mit ihr ein Mitleiden gehabt, ſie auch ihr keine lange Bedenck-Zeit auf ihr Verlangen geben wollen, ſondern Herr H. als Freywerber ſo fort den andern Tag wieder gekommen, und in ihr abermahl, da ſie kranck zu Bette gelegen, gedrungen, und die Eltern ihr mit Dräuung und Schlägen hart zugeſetzet. *v. teſtes rot.* 1. *ad interr.* 1. *ſqq. art.* 4 *&* 5. *teſt. rot.* 2. *ad interr.* 1. *ſqq. art.* 4. Dahero auch der Zeuge H. nicht ſagen können, daß die Beklagtin in die Ehe-Verſprechung gewilliget, *teſt. rot.* 2. *ad interr.* 16. *art.* 4. Im übrigen dasjenige, was die Eltern dem Kläger von der reſolution ihrer Tochter zu deſſen Ehe vermeldet, um ihn dadurch aufzurichten, der Beklagtin nicht præiudiciren mag, ſondern die Eltern alles vor ſich gethan, Kläger nach E. wider der Beklagtin Willen kommen laſſen, und obwohl daſelbſt auf des Bekl. Vaters Studier-Stube ſie ihr Ja-Wort von ſich gegeben, und einen Ring angenommen haben ſoll, dennoch aus der vorher mit ihr vorgenommenen und ſtraffbahren procedur erhellet, daß ſie **aus Zwang** auf die Studier-Stube gehen müſſen, da ſie auch auf die Anwerbung kein Wort antworten wollen, ob ihr gleich ihr Vater hart zugeredet, ſondern vielmehr gantz conſterniret, und in Furchten geſtanden, dahero ſich mere paſſiue aufgeführet, und den Ring ſich auf den Finger ſtecken laſſen, dazu ſie die Hand nicht freywillig hergegeben, auch ſich deßwegen nicht einſten bedancket, *teſt. rot.* 1. *ad interrog.* 1. *ſqq. art.* 10. *&* 11. welches auch nicht einmahl wegen der darauf geſchehenen *gratulation* geſchehen, *teſt. rot.* 2. *ad interrog.* 1. *ſeqq. art.* 7. Im übrigen dieſe **Furcht** und **Zwang** nachgehends continuiret, daß ſie ſich endlich gantz deſperat aufgeführet, *teſt.* 2. *rot.* 1. *ad interr.* 11. *art.* 11. Und ob Kläger ſie zwar nachgehends mit einem Tuch beſchencket, ſie es doch nicht annehmen wollen, ſondern er es nur bey ihr hingelegt, *teſt.* 1. *rot.* 1. *ad art.* 14. *cum adi. interrog.* wozu noch dieſes kommt, daß, wie ſie auf daſigen Freyſchieſſen nach H. mit ihren Eltern gereiſet und in Klägers Hauß gekommen, ſie ſehr erſchrocken und geruffen, ach HErr JEſu, wo komme ich hieher, *teſt. rot* 1. *ad interr.* 4. *art.* 20. ſich ſehr betrübt in Klägers Hauſe aufgeführet, daß ihr die Thränen immer in Augen geſtanden, dahero die Eltern beſtändig gebethen, daß ſie bald wieder abreiſen möchten, *teſt. rot.* 2. *ad interr.* 15. *art.* 13. welches ſolche notable Umſtände ſind, die keinen freyen Willen zur Ehe-Verlöbniß, welchen die Rechte erfodern, ſondern vielmehr den äuſſerſten Zwang und

Mißbrauch der Elterlichen Gewalt in ſich halten, und um deſto mehr zu mißbilligen ſind, da Kläger ſolchen Zwang und Widerwillen wohl gewuſt, und aus allen Umſtänden gemercket, und er dahero als ein Prediger in ſolche wider GOTTes Wort und die Rechte ſtreitende Sache nicht billigen, noch dieſelbe pouſſiren ſollen, keines weges auch dieſe procedur pro nudo metu reuerentiali anzunehmen, cum minæ grauiores, verbera aliæque importunæ perſuaſiones iuſtum metum operentur, BRVCKNER. *cit. l. n.* 19. & de qualitate metus iudex ex qualitate perſonarum & ſtatu aliisque circumſtantiis iudicare debeat, STRYK. *de diſſ. ſponſ. ſect.* 2. §. 18. abſonderlich da keine Handelung mehr einen freywilligen conſens, als eben die Ehe-Verſprechung erfordern, cum conſter, quod coactiones difficiles exitus ſoleant habere, *c.* 14. & 17. *X. de ſponſal.* dahero dann aus ſolcher Abſicht die Ehen unter denen Perſonen, wo nur einige ſuſpicio concuſſionis grauioris ſeyn kan, bey denen Römern verbothen geweſen, *l.* 38. *pr. l.* 37. *pr. l.* 65. *pr.* & §. 1. *de rit. nupt. l* 6. *C. de nupt.* und um deſto weniger eine ſolche unchriſtliche Handelung einige Verbindlichkeit haben mag, wozu noch kommt, daß Kläger ſich nachhero ſehr importun und hart gegen die Beklagtin aufgeführet, gedrohet, und denen Eltern einen groſſen Widerwillen gegen ihre Tochter beybringen wollen, ihr vorgehalten, daß der Satan bey ihr wäre, daß, wenn er ein ſolches Kind hätte, er ihr den Halß umdrehen wolte, *teſt. rot.* 1. *ad interr.* 6. *ſqq. art.* 26. wodurch er noch mehr Gelegenheit zu aller Verbitterung und disaffection gegeben. Endlich was den geſchriebenen Brief, worin ſie Klägern mon cœur, genannt, betrifft, aus den *interrog. ad art.* 27. *rot.* 1. erhellet, daß die Bekl. ſolchen nicht aufgeſetzet, ihr Vater ihn concipiret, und ſie denſelben abzuſchreiben gezwungen, alſo es hier allenthalben an der Verbindlichkeit ermangelt, ſo iſt geſchehener maſſen zu erkennen geweſen.

Coacta ſponſalia nec iuramento conualeſcunt.

§. CXXI. Porro exinde II) fluit, nec *iuramento* confirmatæ eiusmodi ſponſalia, *vi maiori* contracta, ſubſiſtere, ſed ipſo iure nulla eſſe, cum nec iuramentum *vi metuque* extortum aliquid roboris habeat. Ait Alexander III. in *c.* 2. *X. de eo, qui dux. in matrim.* inxta *edit.* GONZALEZII: *Si vobis conſiterit, quod eidem O. tanta vis illata fuerit, vt prædictam A. iuraret in vxorem accipere, & quod non ſponte in eam conſenſerit, nec poſt præſtitum iuramentum ipſam carnaliter cognouerit, propter ho: non dimittatis, quin ad aliam, quam poſtea in vxorem accepit, reuertendi liberam, appellatione remota, tribuatis facultatem.* Idem con-

Digitized by Google

confirmant canonici iuris interpretes, vt SANCHEZ *de matrim. lib.* 4. *disp.* 20. *n.* 14 COVARRVV. *de matrim. c III. §.* 5 *n.* 1. *sqq.* & ICti proteſtantes CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſist. def.* 28. B. STRVK. *de diſſ. ſponſal. ſect.* 10. & 18 *in f.* BEVST. *de matrim. c.* 44. Idem docet recta ratio, qua ex iis, quæ ſupra §. 110. *sqq* dicta ſunt, colligi poteſt. Virum AVGVSTINVS relatus in *c.* 22. C. 22. *q.* 4. recte philoſophatus ſit, rationemque ſubduxerit, ſubdubito. Scribit: *Inter cetera*, ait, *vt rogaueras, a patre noſtro Ambroſio quæſiui, quid tibi charissime agendum ſit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus timore necis impulſus ſuæ concubinæ iuramento firmauit, ipſam in coniugem ſuſcipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimonii vnquam impendere. Quia vero, quam prius concubinam habuerat, non eſt peccatum in coniugem ſuſcipere: matrimonium ſit in Deo firmum & ſtabile.* Quæſtio ipſi ſatis anceps propoſita erat. Disquirebatur, *quid agendum eſſet de Hubaldo?* quid vero hoc ipſum inuoluat, non additur. SEVERVS epiſcopus Mileuitanus quærebat. Epiſcopi decernebant de *peccato:* pro eo imponebant pœnitentias, cenſurasque; denique iudicabant, an aliquid eſſet peccatum? quod ſæpe dubium eſſe poterat. Hoc rerum ſtatu duæ quæſtiones erant diſtincte tractandæ: (I) *vtrum hoc iuramentum licite ſeruari poſſet, & ratione iurantis nullum inuolueret peccatum?* (II) *an eſſet obligatorium*, vt ab eo recedere non liceret? Qui metu coactus iurat, ſi id ſeruat, non peccat licet haud obligetur, vt ſeruet. Priorem quæſtionem tantum reſoluiſſe AVGVSTINVS videtur in adducta ſpecie, caſus diuerſos ſeparando. Iuramentum de *matrimonio* cum concubina ineundo non eſſe peccatum, ait, bene tamen illud, quod de *expulſione matris* cum fratribus erat præſtitum. Si in hoc ſubſtitiſſet, res foret conclamata. Verum vlterius progreditur, & inde concludit, quia concubinam in coniugem ſuſcipere nullum eſt peccatum, *matrimonium ſit in Deo firmum & ſtabile.* Attribuit iuramento *coacto & per vim extorto* efficaciam obligandi; matrimonium metu mortis extortum propter iuramentum *in Deo firmum & ſtabile eſſe* contendit, iuramenti religione ſine dubio tactus. Nec ſolus fuit, qui hanc tueretur ſententiam; plures eum ſecuti ſunt, vti paſſim obſervant theologi. Verum non reſpiciendum, quid AVGVSTINVS dixerit, ſed quid dicere debuerit? adeoque hac in quæſtione turbas dare nequit.

Auguſtini ſententia examinatur.

Nec relaxationem desiderant.

§. CXXII. Adeo vero nullum esse matrimonium hoc, porro docent, vt ne quidem *relaxandum* sit *iuramentum*, aut pœnitentia ei, qui iurauit, imponenda, quippe quæ tantum iis, qui *temere* iurarunt, vel qui iuramentum violarunt, imponitur. *c.* 22. *X. h. t.* Equidem quod nullum est, nulla indiget *rescissione* aut *relaxatione;* in iuramento tamen nullo, inualido, irrito, *relaxationem* alias requirunt Dd. ecclesiæ Romanæ, imo non pauci ex nostratibus, vt obseruaui *tit. de iurei.* §. 51. Error communis debetur vulgato principio, in iuramento aliquid promitti Deo, *votumque* fieri, adeoque eum, qui coactus iurat, non quidem ei, cui iurat, obligari, bene tamen DEO, & *respectu Dei* relaxationem necessariam esse. *c.* 6. *X. de iureiur.* Ab hac doctrina tamen plerique recedunt in *matrimonio:* in sponsalibus dubitant, vti ex iis patet, quæ SANCHEZ. *de matrim. lib. IV. disp.* 20. *n.* 14. *sqq.* & *disp.* 21. COVARRVVIAS *de matrim. c. III.* §. 5. GONZALEZ. *ad c.* 15. *X. h. t. n.* 9. WIESTNER. *ad h. t. X. n.* 246. *seqq.* tradunt. Ratio diuersitatis est, quod sponsalia dissolutionem admittant, non item *matrimonium, ob sacramenti* significationem. Si in *matrimonio coacto* vulgatæ institissent doctrinæ, in infinitos incidissent scopulos, neque tam facile *relaxationem* hic admittere potuissent, vt in aliis negotiis. Hæc enim matrimonii, stricto iure validi, dissolutionem in se contineret, quam *sacramenti mysterium* prorsus respuit. Quia tamen iniquissimum fuisset, tali matrimonio robur addere, maluere potius ab hac regula matrimonium excipere, & in eo nullam desiderare *relaxationem*, quam ei insistendo sese periculosissimis committere fluctibus. Rationes, quas SANCHEZ aliique adferunt, secundum hypothesin iuris canonici, non concludunt. Ait: *contractum hunc prohiberi ob publicam vtilitatem;* sed eadem ratio quoque militat in aliis negotiis, extorto iuramento firmatis, quæ tamen relaxatione opus habent. Pergit SANCHEZ: *Quia iuramentum sequitur naturam & conditionem contractus, cui accedit, & matrimonium requirit liberum & spontaneum consensum, iuramentum ibi accedens eam habet subintellectam conditionem, si consensus liber ac spontaneus sit: quare deficiente conditione, corruit iuramentum.* Si hæc ratio vera esset, *in sensu iuris canonici*, nullum iuramentum *metu extortum* indigeret relaxatione, quam tamen exigunt, cum omnia negotia *libertatem consensus* supponant. Ratio adducta omnino sana est, & inde quoque generatim saniores ICti nullam exigunt *relaxationem;* ast pontificii sese hac ratione non possunt ex laqueis expedire, nisi ad doctrinam de *sacramento* confugiant. Hic respectus in sponsalibus nudis, *de futuro*, cessat,

Digitized by Google

ceſſat, adeoque vix eſt, vt *relaxationem* excludere poſſint, ſi deſertores doctrinæ communis fieri nolint. Inter proteſtantes nulla deſideratur relaxatio, ne quidem in aliis negotiis; vtut enim nonnulli eam ex errore iuris pontificii in aliis caulis poſtulent, a ſanioribus tamen eis optimis ex fundamentis contradici, certum eſt.

§. CXXIII. Præterea III) ex hac doctrina ſequitur, vt pater liberos, qui cœlibatum matrimonio præferunt, ad illud ineundum cogere nequeat. *l.* 21. *de R. nupt. l.* 12. *C. de nupt.* Addit hanc rationem SANCHEZ. *lib. IV. de matrim. diſp.* 22. *n.* 4. quod *in matrimonio ſit quædam ſeruitus perpetua, & ideo cum hac liberæ conditionis, a patre ad hanc ſeruitutem compelli non poſſit.* Admodum iciuna eſt hæc ratio, ſicuti matrimonio *ſeruitutis* appellatio improprie tribuitur, quia alioquin omnis *obligatio* perſonæ *ſeruitutem* contineret. Hoc vnicum ſufficit, quod in contrahenti *libera voluntas* adeſſe debeat, *l.* 14. *C. eod.* nec pater *intereſſe* allegare poſſit, quod *iure perfecto* interſit ipſius, habere natos natorum, familiam conſeruari, & in poſteros propagari, feudum vel fideicommiſſum non extingui; hæc enim & ſimilia argumenta nullum *ius perfectum* inuoluunt. Quod *perſuaſionibus* & *rationibus ſolis* efficiendum eſt, ad id nemo cogi abſolute poteſt, neminique *libertas matrimonii* eſt adimenda. ROCCA *diſp. ſel. c.* 194. *n.* 118. KLOCK. *tom. IV. conſ.* 37. *n.* 11. ALEXANDER SPERELLVS *in deciſ. for. eccl.* 172. *n.* 42. PACIONVS *alleg.* 76. *n.* 5. Romani tamen rurſus hic diſtinguebant inter *filiumfam.* & *filiam.* Ille ad matrimonium ineundum cogi non poterat, *l.* 21. *cit.* filia famil. facilius cogi, vt recte cenſet TELLERVS *cit. l. ax.* 6. §. 12. cum pater *filiam inuitam* deſpondere potuerit. Quid de hoc diſcrimine hodie habendum ſit, ex ante dictis liquet.

Pater liberos qui cœlibatum præferunt, ad matrimonium cogere nequit;

Romani tamen diſtinxere inter filios.

§. CXXIV. De effectu ſupereſt adhuc omnis difficultas; an coniugium hoc validum ſit, nec ne? Hic maior dubitandi ratio ſeſe exſerit, quam in priori caſu, vbi quis cogitur ad ſponſalia contrahenda cum eo vel ea, quem vel quam auerſatur odioque habet, vt nunquam animorum conſpiratio ſperanda ſit. Hic vero pater cogit tantum filium maiori vi, *in genere* ad ineundum matrimonium, qui cœlibatum præferebat, electionem tamen ei ſaluam relinquit, vt ſponſam ſibi eligere poſſet. Quod ſi itaque iuſto metu territus ſponſam ſibi elegit, cum ea ſponſalia iniit, an his obligetur? Ni me omnia fallunt, CELSVS in *l.* 22. *D. de nupt.* deciſionem huius caſus habet, vt verba ipſa indicant, & agnoſcit BROVWERVS *de iure connub. c.* 17. *n.* 19. Præmiſſa eſt TERENTII CLEMENTIS ſententia in *l.* 21. *eod. Non cogitur filiusfam.*

Effectus coactionis.

fam. vxorem ducere. Hic generatim disponitur de filio haud cogendo ad ineundum matrimonium, qui in cœlibatu degere mauult. Effectum huius coactionis statim subiiciunt compilatores ex mente CELSI, aientis: *Si patre cogente ducit vxorem, quam non duceret, si sui arbitrii esset,* sed in cœlibatu permaneret, *contraxit tamen matrimonium*, sponsamque vel vxorem sibi elegit, *quod inter inuitos non contrahitur* (quod quidem nullum est, si inter reluctantes contrahitur, vbi ipse sponsam non elegit) *maluisse* tamen hoc casu *hoc videtur*, dum ipsemet vxorem sibi elegit, quam repudiare ea de causa nequit, quod maluisset in cœlibatu manere. Plerique cum BRVNNEMANNO *ad cit. l.* hunc textum de *metu reuerentiali* intelligunt, quæ interpretatio tamen magis contorta, quam vera est, dum de *patre cogente*, non *suadente* aut nude *imperante* loquitur. Deinde verba hæc, *si patre cogente ducit vxorem*, non præcise certam innuunt personam, quam ducere cogitur, sed *generatim* indicant, filiumfamilias ad matrimonium ineundum coactum fuisse, quod non iniisset, si sui fuisset arbitrii. Denique ICtus rationem diuersitatis quoque subiicit, additque, *inter inuitos quidem illud non contrahi*, hoc tamen casu subsistere, quod hoc *maluisse* videatur, eligendo certam personam, cum qua contraxit, quæ b. f. cum eo sponsalia iniit, ab eo electa & ad matrimonium destinata est. Valet ergo hoc casu connubium. Aliter hunc textum interpretatur CAROLVS ANNIBAL FABROTTVS *exerc.* IO. puratque, patrem cogere potuisse filium, vt certam duceret personam, quod tamen magis *facti* quam *iuris* fuisse videtur: ad minimum nulla necessitas nos vrget, vt de eo casu textum intelligamus.

Nec magistratus inuitos ad matrimonium ineundum cogere potest.

§. CXXV. Postulat vlterius IV) *libertas matrimonii*, vt magistratus inuitos subditos ad illud ineundum cogere non possit; deficit enim lex, quæ magistratui hoc *ius cogendi* concedit. Vnde licet pastores in ecclesiis protestantium in libertatem contrahendi nuptias vindicati fuerint, cogi tamen a consistorio & per pœnam compelli non possunt, vt vxores ducant, ceu recte censet CARPZ *lib.* 2. *iurispr. consist. def.* 5. Leges ecclesiasticæ clero nostrarum ecclesiarum *libertatem* concesserunt, *absolutam* autem *necessitatem* haud imposuerunt. *In ordin. eccl. Brandenb. de A.* 1542. *cit.* vom heiligen Ehestande expresse cautum, daß die Freyheit jedermann offen stehe und zugelassen, jedoch welche sich des cœlibats halten können, dazu nicht gedrungen werden sollen. Forsan non defuere, qui in alterum extremum proni, clericos ad ineundum matrimonium cogendos esse censuerant, quod merito præcaven-

vendum fuit. Annon ergo *cœlibatus* per leges prohiberi, & ſubditi per pœnas cogi poſſunt ad ſocietatem coniugalem? Olim cœlibatum apud Romanos interdictum fuiſſe, conſtat. Teſtis eſt SOZOMENVS *lib. I. hiſt. eccl. c. 9.* aiens: *Vetus lex fuit apud Romanos, quæ vetabat, ne cœlibes ab anno ætatis quinto ac vigeſimo pari iure eſſent cum maritis, tum in aliis plurimis rebus, tum in eo, vt nihil ex teſtamento caperent, qui non eſſent genere proximi. - - Tulerunt hanc legem veteres Romani, cum ſpectarent futurum hac ratione, vt vrbs Roma & reliquæ prouinciæ imperii Romani hominum multitudine abundaret. Etenim paulo ante hanc legem quam plurimos homines amiſerant, bellis ciuilibus abſumtos,* refert SOZOMENVS *legem Papiam Poppæam*, quæ AVGVSTVS *legem Iuliam* auxit. Ait TACITVS *lib. III. annal. Papiam Poppæam Senior Auguſtus poſt Iulias rogationes in excitandis cœlibum pœnis & augendo ærario ſanxerunt.* conf. IACOB. GOTHOFREDVS *in not. ad l. Iul. & Pap. de maritand. ordin. pag. 336. ſqq.* LIPSIVS *in notis ad Tacitum cit. l.* PITISCVS *in lexico antiq. Roman. voc. cœlibatus.* Dn. HEINECCIVS *in comment. ad L. Pap. Popp.* Inter *caduca* olim pro *augendo ærario* talia lucra hereditaria relata fuiſſe, memorat VLPIANVS *in fragm. tit. 17. §. 1.* vbi *caduca* recenſet, & iis accenſet, *ſi cœlibi legatum fecerit, nec intra dies centum cœlebs legi paruerit*, ducta videlicet vxore. Poterat ergo *cœlebs* heres inſtitui, vt IDEM *tit. XXII. § 3.* docet, ſed lucro priuabatur, ſi intra tempus definitum vxorem haud duceret. Huc alludit PLVTARCHVS *de amore*, aitque: *Plerique Romanorum vxores ducunt, liberosque ſuſcipiunt, non vt heredes habeant, ſed vt heredes fieri ipſi poſſint.* Equidem recte iudicat GOTHOFREDVS *cit. l. p. 335. in f. non præmiis modo cœlibes ad capeſſenda matrimonia, orbique ad ſobolem procreandam replendamque liberis rempublicam inuitatos hac lege Papia, verum & propoſito pœnarum metu ad id coactos fuiſſe.* Talis tamen *coactio* fuit, quæ *abſolutam vim* non inferebat, ſed adhuc *libertatem* matrimonium ineundi vel repudiandi ſubditis relinquebat, quod prudentiæ legislatoriæ admodum conveniens erat. Non enim quæuis negotia ita comparata ſunt, vt ad ea *directo* quis cogi vel *abſolute* compelli poſſit; ſufficit *coactio indirecta*, vt magis ſponte homines ea ſuſcipiant, quæ *arbitrium* quodammodo *liberum* poſtulant. Suſtulit vero tandem hanc legem CONSTANTINVS in *l. 1. C. de infirm. pœn. cœlib.* cuius rationem SOZOMENVS *cit. l. 1.* hanc adfert: *Cum igitur animaduerteret imperator, eos, qui virginitatem & orbitatem propter amorem Dei conſectarentur, ob id peiore loco eſſe, ſtultum eſſe exiſtimauit, credere humanum genus, humana poſſe cura ac diligentia*

An per pœnes cœlibatus prohiberi poſſit?

gentia amplificari, cum natura iuxta Dei diſpenſationem ſemper detrimentum accipiat & incrementum. Itaque legem dedit ad populum, vt cœlibes & orbi pari iure, quo reliqui omnes, fruerentur.

De moribus aliarum gentium circa cœlibatum.

§. CXXVI. Ceterum ſi mores aliarum gentium intuemur, animaduertimus, *cœlibatum* plerisque odio habitum fuiſſe, vt ciues eo magis ad matrimonia ineunda cogerentur. Apud Græcos inter crimina publica *cœlibatum* refert IVLIVS POLLVX teſte PFEIFFERO *in antiq. Græc. lib. II. c.* 25. Idem *cit. l. lib. IV. c.* 1. refert, Lacedæmone fœminas quodam feſto die cœlibes viros circum aram tractos impactis colaphis cædere, vt indignitatem eius contumeliæ perosi, liberos ac prolem tollere cuperent, & tempeſtiue adiungerent ſeſe vxoribus. Veteres Germani itidem *matrimonio* magis fauerunt quam *cœlibatui*, cœlibesque vocarunt, nomine odioſo, Hagenſtolze; vt plenius oſtendit SCHOTTELIVS *de antiq. Germ. iur. c.* 1. docetque rarius cœlibes ad officia publica promotos, eorumque bona *acquiſita*, non *hereditaria*, (quippe quæ fecundum principia *iuris Germanici antiqui* legitimis heredibus non potuere ſubtrahi) poſt mortem fiſco deuoluta fuiſſe, quæ conſuetudo nec hodie vbique ſublata eſt. Singularem pœnam LYCVRGVS, teſte PLVTARCHO *in Lycurg. c.* 26. iis, qui ducere vxores nollent, conſtituit, *vt a ſpectandis certis certaminibus arcerentur, ac hyeme iuberentur a magiſtratu nudi in orbem circumire forum atque ante circumeundum cantare carmen quoddam in ſe compoſitum.* Talem *coactionem* pro reipublicæ commodis admittunt matrimonia, quamuis modus *cogendi* talis eligendus, qui a *vi abſoluta* immunis ſit.

Matrimonia olim cum iis prohibita, quibus concuſſio erat metuenda.

§. CXXVII. Hac de cauſa quoque V) conſtituerunt Romani, ne, qui prouinciam adminiſtrabant ad tempus, prouincialem fœminam vxorem ducerent, vt omnis *concuſſionis* occaſio præcluderetur. PAVLVS in *l.* 38. *pr. de rit. nupt.* huius prohibitionis mentionem facit, atque: *Si quis officium in aliqua prouincia adminiſtrat, inde oriundam vel ibi domicilium habentem vxorem ducere non poteſt, quamuis ſponſare non prohibeatur, ita ſcilicet, vt, ſi poſt officium depoſitum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arrhis tantummodo redditis, quas acceperat.* Imo ne quidem præſens prouinciæ conſentire poterat filio vxorem ducenti, *l.* 37. *eod* cum *RATIO POTENTATIS nuptias probibuerit*, vt dicitur in *l.* 63. *D. eod.* qui *iuſtum metum* inferebat, ne libere diſſentire fœminæ poſſent. Idem confirmatur in *l. vn. C. ſi rector prouinc.* potiſſimumque inde *ratio probibendi* deſumitur, quod eiusmodi rectores prouinciæ *parentibus, aut ipſis, quæ matrimonium contra-*

ctura

Digitized by Google

ctura ſunt, poſſint eſſe terribiles, eaque de cauſa nulla obligatio ex eiusmodi ſponſalibus naſci deberet. Addiderunt præterea imperatores nouam pœnam, vt *extrinſecus data pignora lucratiua haberent, ſi ea non putarent reddenda*, quæ ſecundum PAVLVM reddenda antea erant, vt docet GOTHOFRED. *in C. Theod ad cit. tit.* Grauiorem iidem conſtituerunt in *l. vn. C. ſi quacunque pot. præd.* in eos, qui *circa nuptias inuitis puellis vel parentibus earum contrahendas* OCCASIONE POTESTATIS *vtuntur*, & MINACEM FERVOREM (vel potius *fauorem*, vt *codex Theod.* legit) *inuitis his, quorum vtilitas agitur, exhibuiſſe deteguntur*, adeo, vt etiam *conatus* pœna plectatur conſtituta, vt *coactiones illicitæ* quouis modo euitarentur.

§. CXXVIII. Præterea VI) illæ quoque machinationes prohibitæ ſunt, quæ per *ſub- & obreptitia reſcripta* terrorem inuitis incutiebant. Qui huiusmodi reſcriptum impetrauerat, eiusque præſidio ad *extorquendum conſenſum* illicite vtebatur, reſcripti fructu non tantum carebat, ſed & bonis ſuis multatus deportabatur, filios iuſtos non ſuſcipiebat, *amiſſo iure matrimonii*, veniæque ſpes ei in poſterum præcidebatur. *l. 1. C. ſi nupt. ex reſcript. pet.* Additur in *C. Theod.* hæc ratio: *Nos enim peti de nobis nuptias ſupplicatione prohibemus, quas deceat de voluntate parentum, vel ipſis adultis puellis aut mulieribus impetrari.* Eo ipſo tamen minime prohibentur liberi, conſentientes in matrimonium, per reſcriptum impetrare facultatem nubendi, ſi parentes iniuſte denegant conſenſum, quia eo ipſo abutuntur ſua poteſtate, & ita recte defectum conſenſus parentum princeps vel conſiſtorium ſupplet. CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 52.*

Nec per reſcriptum principis petere nuptias licuit.

§. CXXIX. Adeo vero VII) fauebant Romani matrimoniorum libertati, vt ne quidem *pœnam conuentionalem* in ſponſalibus permitterent, ſed talem ſtipulationem contra *bonos mores* eſſe crederent. *Inhoneſtum viſum eſt*, ait ICtus in *l. 134. in f. de V. obl. vinculo pœnæ matrimonia obſtringi ſiue futura ſiue iam contracta.* Hac de cauſa prætor negabat actionem, quod iniquum videretur, *eligendi matrimonii pœnæ metu libertatem auferre*, vt dicitur in *l. 71. §. 1. de condit. & demonſtr.* Plenius ALEXANDER in *l. 2. C. de inutil. ſtipul.* mentem prætoris explicat atque: *Libera matrimonia eſſe, antiquitus placuit, ideoque pacta, ne liceret diuertere, non valere, & ſtipulationes, quibus pœnæ irrogarentur ei, qui quæue diuortium feciſſet, ratas non haberi, conſtat.* Magna erat *repudiorum & diuortiorum* apud Romanos licentia, vt ob *leuiſſimas cauſas* etiam fierent, quos mores cum antiquioribus eleganter confert TER-

Nec per pœnam conuentionalem conſtringi poterant nuptiæ.

Ratio ex diuortiorum libertate petitur.

Digitized by Google

TVLLIANVS *in apol. c. VI.* Ait: *Vbi eſt felicitas matrimoniorum de moribus vbique proſperata, qua per annos ferme ſexcentos ab vrbe condita nullum repudium domus ſcripſit - - repudium vero iam & votum eſt quaſi matrimonii fructus.* In hoc *libertas matrimonii* quærebatur: hi erant *boni illi mores*, intuitu quorum *ſtipulatio pœnalis* improbata erat, quibus tamen *mores antiquiores* recte præfert TERTVLLIANVS. Poſtquam vero paulatim reſtringi cœpit *repudiorum* & *diuortiorum* licentia, nihil amplius bonis moribus contrarium in *pœna* hac contineri dicendum, vnde etiam LEO in *nouell.* 18. illam admiſit approbauitque.

Hoc poſtea correctum,

§. CXXX. Nihilo minus tamen deciſionem iuris Romani GREGORIVS IX. in *c.* 29. *X. h. t.* ſequitur, quod quidem ſi *generaliter* capiendum, admodum incongrue factum videtur. Proponitur pontifici caſus, quo ſponſalia inter eos, qui adhuc erant *infra ſeptennium conſtituti*, a parentibus celebrata erant, *adiecta pœna, ſoluenda a parte, quæ contraueniret.* Reſpondet pontifex: *Cum itaque matrimonia libera eſſe debeant, & ideo talis ſtipulatio propter pœnæ interpoſitionem ſit merito improbanda, mandamus, quatenus, ſi eſt ita, eundem B. vt ab extorſione dictæ pœnæ deſiſtat, eccleſiaſtica cenſura compellas.* Admitti poteſt hæc deciſio in caſu adducto, quo ſponſalia *imperfecta* nec *obligatoria* erant, ſed ſingulis permiſſum, pubertate adueniente recedere. Ne hæc libertas *per indirectum* tolleretur contra legum diſpoſitiones, & parentes ad euitandam pœnam liberos ad ſponſalia conſummanda cogerent, pontifex vſus eſt deciſione iuris Romani. Ad ſponſalia *perfecta*, quæ vim obligandi habent, & *pœnitentiam* excludunt, minime referri poteſt, & hinc eſt, quod B. STRYK. *de diſſenſ. ſponſal. ſect. I. §. XIV.* hodie tale *pactum pœnale* admitti ſtatuat. Quamuis enim, altero vrgente, ſponſalia conſummanda ſint etiam a reluctante, quia tamen *abſoluta compulſio* adhiberi nequit, vt ſupra dixi, hunc habebit effectum, vt pœna a prorſus reluctante exigi poſſit, qui etiam extra hunc caſum ad *ſatisfactionem* tenetur, ſeu *intereſſe* præſtandum, id quod re vera in *pœnam conuentam* eſt coniectum. Admittit GONZALEZ *ad cit. c. n.* 5. agi poſſe contra refractarium ad intereſſe, ſponſalibus diſſolutis, & tamen negat, pœnam adiici iis poſſe, quæ tamen tantum *intereſſe conuentionale determinatum* continet, & vbi ad *intereſſe* petitio adeſt, ibi *regulariter* hoc per *pœnam* determinari poteſt. Equidem reſpondet, hoc tunc tantum permiſſum eſſe, vbi *pœna conuentionalis* non eſt prohibita. At vero fruſtra ſupponit, in *cit. c.* 29. *generalem* prohibitionem contineri, quæ tantum *ſpecialis* eſt. Videlicet, vbi *intereſſe* peti nequit, ibi facilius

sed rurſus iure canonico approbatum.

pœna

pœna prohiberi potuit, id quod in *ſponſalibus impuberum* contingit. Incongrue autem ad *ſponſalia* a *puberibus* contracta applicatur, vim obligandi producentia, ad quæ addicta ratio, a *libertate matrimoniorum* deſumta, applicari nequit. Hoc ſuppoſito, plures obſeruationes corruunt a SANCHEZIO de *ſacram. matrim. lib. I. diſp.* 30. *ſqq.* adductæ, quæ ſupponunt, in genere adiectionem *pœnæ* eſſe prohibitam.

§. CXXXI. Ea de cauſa VIII) vlterius iuris interpretes conſtituunt, docentque, pro conſeruanda *libertate matrimonii* omnem diſpoſitionem teſtamentariam vel inter viuos eſſe inanem, quæ illam tollat vel coarctet. ROCCA *diſp. iur. ſelect. c.* 194. *n.* 119. *ſqq.* SANCHEZ. *cit. l. diſp.* 33. MENOCH *conſ.* 425. KLOCK. *tom. IV. conſ.* 37. *n.* 11. Equidem CELSVS in *l.* 97. §. 2. *de V. Obl.* de hac conditione: *Si tibi nupſero, decem dari ſpondes?* ita cenſet, aitque: *cauſa cognita denegandam actionem puto, nec raro* (vel potius ita: *& raro*) *probabilis cauſa eiusmodi ſtipulationis eſt.* Aſt nullum ex hoc textu duci poteſt ſolidum argumentum. Ideo denegabat actionem prætor, quia incidebat *donatio* hæc in *tempus coniugii*, inter coniuges prohibita. *l.* 32. §. 22. *D. de donat. inter. vir. & vx.* Poſſe vero aliter ſpe impetrandi lucri aliquem inuitari ad certum matrimonium ineundum, PAPINIANVS auctor eſt in *l.* 71. §. 1. *de condit. & dem.* vbi eam conditionem legato adiectam: *vt Meuiam vxorem, quæ vidua eſt, ducat*, haud remitti ait, cum *non prohibitum ſit certa lege ad matrimonium inuitari.* Idem confirmat CAIVS in *l.* 63. §. 1. *eod.* addita hac limitatione: *modo honeſte perſonæ deſignatæ puella nubere poſſit*, ne impedimentum nuptiis *per indirectum* iectum videatur. Equidem varias adfert ratiunculas SANCHEZ. *cit. l.* nec tantum ad *cit. l.* 79. prouocat, ſed etiam hoc vtitur ratiocinio: ſi conditio viduitatem inducens repellitur a legato, etiam idem dicendum de illa, quæ prohibet matrimonium, qualis eſt, *vt legatarius teneatur certum inire matrimonium*, quia præter illas nuptias matrimonium inire nequit. Fallacem hanc eſſe philoſophiam, docent textus adducti ex *l.* 71. *&* 63. *cit.* & quis, quæſo, ſanæ mentis aſſereret, intendiſſe hoc caſu teſtatorem, vt legatarium ab omni matrimonio auocaret, quem ad certum matrimonium inuitare voluit? Quæ cum ita ſint, facile iudicium ferri poteſt de *concluſionibus* & *limitationibus* illis, quas theſi ſuæ reprobatæ ſubiicit SANCHEZ, quæ ita comparatæ ſunt, ut magis doctrinam ab eo propoſitam deſtruant, quam demonſtrent. Equidem de *iure canonico* ad minimum tales conditiones reprobari, quæ impediunt matrimonium vel reſtringunt, cenſet MENOCH. *cit. l. n.* 6. maxi-

Diſpoſitio teſtamentaria & inter viuos, quæ libertatem matrimonii tollit, a pleriſque reprobatur.

Digitized by Google

me ſi agitur de amiſſione magni lucri. ROCCA *cit. l. n.* 131. Ego vero ius canonicum in alia omnia iuiſſe credo, inprimis in *c.* 3. *X. de condit. appoſ.* vbi hæc conditio haud reprobatur: *ego te in vxorem accipiam, ſi tantum mihi donaueris*, maxime cum hæc conditio ab illa, quam CELSVS ponit, quodammodo differat; in hac enim donatio ante implenda, & poſt demum matrimonium contrahendum eſt, & ſic *donatio* non incidit in tempus *matrimonii* iam *contracti;* aſt in conditione a CELSO allata matrimonium conſummandum, & tunc demum donatio perficienda, id quod contra leges eſſe videbatur, niſi probabilis aliqua ratio adferri olim potuerit.

Sequeſtrum puellarum contra vim imminentem.

§. CXXXII. Denique ne parentes vim metumque liberis inferre queant, IX) iure canonico optime prouiſum eſt, vt imminente coactionis illicitæ metu, puellæ ſequeſtrentur ſecundum *c.* 14. *X. h. t. quocirca mandamus, quatenus puellam, de cuius matrimonio quaſtio ventilatur, in domo, in qua nihil eam timere oporteat, facias honeſte teneri, donec prædicta cauſa terminata fuerit, & ſententia ſine contradictione cuiuscunque valeat executioni mandari.* Huic ſequeſtrationi locus eſt, 1) ſi citra *iuſtam cauſam* denegare parentes conſenſum videntur, & verendum eſt, ne filia minis verberibusque, vt fidem forraſſe datam detrectet, diſſenſumque declaret, adigatur. Dn. COCCEII *de ſequeſtr. femin. c. II.* §. 4. Ceterum vix ſequeſtrationi locus relinquendus, ſi puella *clam* parentibus ſponſalia contraxit, &, vbi diſſenſum parentum *ex poſtfacto* animaduertit, a iudice petiit, vt *de poteſtate* parentum eam diripiat, & in honeſta domo collocet, quod tamen iudici omnino incumbere credit PANORMITANVS *ad c.* 14. *cit.* Caſus elegans de huiusmodi *clandeſtinis ſponſalibus* adductus eſt in *vſu mod. Strykiano ad tit. de ſponſal.* §. 16. vbi quæſt. VI. de *ſequeſtratione puellæ* formata erat, quam tamen denegandam cenſuit *ill. Facult. iurid. huius loci* ex hac ratione: quod hæc tunc demum obtineat, ſi pater adigi poſſit ad iuſtas diſſentiendi cauſas edendas, ad quod tamen in adducto caſu vel ideo pater adſtringi non poterat, quod vel ſolus *neglectus conſenſus paterni* cauſam iuſtam diſſentiendi præbuerit, vel ex eo colligendus, ſi liberi clandeſtina ſponſalia iniuerunt. MEV. *ad ius Lubec. lib. I. tit. 4. art. 2. n. 7. ſeqq.* CARPZ. *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 30. *n* 5. 2) Quando parentes minis filiam inducere volunt ad contrahendum vel non contrahendum matrimonium, Dn. COCCEI. *cit. l.* §. 5. de quo ex coniecturis & circumſtantiis iudicandum. 3) Aliquando etiam locus ei eſt, ſi de adulterio vel fœdere matrimonii diſputatur, & ſuſpicio grauis adeſt, ne libere

Digitized by Google

bere femina ſe defendere poſſit. Ita cenſuit NICOLAVS in *c.* 4. C. 32. *q.* 2. *ſiue de coniugii fœdere, ſiue de adulterii crimine iudicium agitandum ſit, nulla ratio patitur Thietbergam cum Lothario poſſe inire conflictum vel leuiſſimum controuerſiæ ſubire certamen: niſi prius ad tempus fuerit reddita ſuæ poteſtati & conſanguineis propriis libere ſociata. Itaque etiam locus prouidendus eſt, in quo nulla ſit vis multitudinis formidanda & non difficile teſtes producere.*

§. CXXXIII. Non omnis tamen *metus* vitiat connubia: *iuſtus* duntaxat ſeu *probatus* hunc effectum habet, qualis dicitur, qui in *conſtantem maſculum vel feminam* cadit. Non omnium vna eademque eſt conſtantia animi; quidam facilius, quidam difficilius terrentur habita ratione *ſexus, ætatis, valetudinis aliarumque circumſtantiarum*, prout plenius Dd. docent *ad tit. D. quod met. cauſ. l.* 5. 6. 7. *quod met. cauſ.* conf. WIESTNER *ad h. tit. n.* 221. *ſeqq.* Idem repetit ius canonicum. In *c.* 6. *X. h. t.* dicitur: *inter vim & vim eſſe differentiam ſtatuendam.* In *c.* 15. *X. eod.* ſponſalia illa dicuntur inualida, ad quæ quis *metu coactus, qui poſſet in virum conſtantem cadere.* In *c.* 28. *X. eod.* reſponder pontifex: *de illato metu eſt cum diligentia inquirendum, & ſi talis metus inueniatur illatus, qui potuit cadere in conſtantem virum.* Conf. TORRE *de pact. fut. ſucceſſ. lib. II. c.* 27. *n* 13. LVCA *de matrim. diſc.* 4 & 6. De *metu reuerentiali* (1) ſubnaſcitur dubium, an ad annullanda ſponſalia ſufficiat? Talis dicitur, quando quis *ſolius reuerentiæ* intuitu, ob quam ſuperiori reſiſtere nequit, conſentit, TORRE *cit. l. n.* 18. qualis potiſſimum naſcitur ex precibus magnatum, ex principum parentumque imperio &c. Qui hunc ſufficere volunt, ſe fundant in *l.* 1. §. 6. *D. quar. rerum act. non dat.* vbi libertus liberatur a promiſſione, *ſi liquido appareat, eum metu ſolo vel nimia patrono reuerentia ita ſe ſubiecciſſe.* In *l. pen. D. de furt.* itidem *verecundia magna* probatur. Enim vero ſicuti vterque textus *nimiam reuerentiam* ſupponit, & prætor ſtatuit, ſe, *cauſa cognita*, deſuper conſtituturum eſſe; ita ex circumſtantiis de hoc metu iudicandum eſt. *c.* 11. *X. de ſponſal. impub.* Si deeſt *graue imperium*: ſi deſunt *minæ*, quæ puellam poſſent mouere, vt inuita conſentiret: ſi pater tantum perſuadet, adhortaturque filiam, & hæc patri contradicere non audet ob reuerentiam, ſponſalia valent. THESAVR. *qu. for. lib. I. qu.* 51. *n.* 4. TORRE *cit. l. n.* 24. SANCHEZ *lib.* 4. *diſp.* 6. Vnde ſi princeps ipſe eſt proxeneta, vel vt vulgo dici ſolet, er thut die Anwerbung, & puella ex ratione *reuerentiæ* conſentit, alias non conſenſura, ſi ſui eſſet arbitrii, a ſponſalibus, principe forſan mortuo, & mutato ita rerum ſtatu, re-

Metus debet eſſe iuſtus.

An reuerentialis ſufficiat?

Digitized by Google

ſilire nequit. Si tamen imperium grauius, ſi minæ, ſi aliorum malorum terror ſimul eſſet iniectus, de quo ex circumſtantiis iudicandum, tunc puellam facilius abſolui poſſe putarem, præſertim ſi ſponſus ideo principem proxenetam elegit, vt huius *terrore* virginem induceret, ad conſenſum in ſponſalia edendum; nam, vt ſupra dictum, ob *metum potentatus*, ob varias *concuſſiones* non ſubſiſtunt ſponſalia. BRVCKNER. *in deciſ. matrim. c.* 21. *n.* 22. Illud vero prorſus probari nequit, quod quidam tradunt, licet actus *metu reuerentiali* initus *de iure ciuili* ſubſiſtat, ab obligatione tamen concedi liberationem per *implorationem officii iudicis*. Pontificii hac vtuntur cautela, vt ad *forum eccleſiaſticum*, vbi illud imploratur, hanc trahant cauſam, & promittentem ſub *ſpecie peccati euitandi* abſoluant, adeoque *officium iudicis eccleſiaſtici* implorant, non *ſecularis*, vti oſtendit *tit. de offic. iudicis* §. 8

An perſuaſiones illicitam coactionem habeant?

§. CXXXIV. Similiter (2) *de perſuaſionibus nimiis immodicisque* quæritur, an *coactionem illicitam* contineant, & ſponſalia vitient? Immodicam perſuaſionem, ſollicitationem & inſtigationem *extorſioni* æquiparari, ita vt per talem importunam ſollicitationem obtenta, & per metum extorta, ad paria iudicentur, aiunt interpretes apud HARPRECHT. *vol. nou. conſ.* 44. *n.* 340. GONZALEZ. *ad c.* 15. *X. h. t. n.* 4. L. B. de LYNCKER. *reſp.* 156. *n.* 30. Magnatum & potentiorum perſuaſiones operantur metum reuerentialem, adeoque de his illud dicendum eſt, quod §. *antec.* iam eſt dictum, & de hoc caſu plerique loquuntur, qui *iuſtum* inde *metum* & *coactionem* trahunt. Neque enim his precibus & ſollicitationibus facile reſiſti poteſt, & plerumque, qui hæc ad ſponſalia concilianda eligit, id ideo facit, vt reluctantem cogat, inuitamque metu maioris mali euitandi inducat. Aſt ſi *potentatus* hic deeſt, & *concuſſionis* ratio ceſſat, perſuaſiones creberrimæ, quæ per proxenetas fieri ſoleut, haud vitiant ſponſalia, vtpote quæ plerumque huic negotio adſunt.

Quid ſi quis cauſam coactioni dederit?

§. CXXXV. Porro neceſſe eſt, vt cauſam *coactioni* vim paſſus haud dederit. Id tamen in dubium vocat COVARRVV. *c.* II. *de matrim.* §. 5. *n.* 7. *obl. l.* 7. §. 1. *quod met. cauſ.* Quæritur in *cit. l.* vtrum is, qui in adulterio deprehenſus aliquid promiſit, ne occideretur, obligetur? Cauſam hic facinore ſuo coactioni dederat, & tamen ICtus ait, eum reſtituendum eſſe, *timuit enim vel mortem vel vincula*. Verum verba ſubſequentia: *quanquam non omnem adulterum liceat occidere*, oſtendunt, ICtum de eo caſu ſollicitum fuiſſe, quo adulterum occidere non licuit: ſi ergo *iure externo* licet, promiſſio ſubſiſtere videtur. Quid ergo ſi iuuenis, amore puellæ captus, ædes eius quotidie frequentat: ſi admonitus

Digitized by Google

nitus non desistit; si tandem in ipso *concubitu* cum puella repertus coactus est fidem dare puellæ de matrimonio contrahendo, an huic *exceptio metus* prodesse poterit? affirmat id ipsum CORVINVS *in iure canonico lib. II. tit.* 13. §. 22. per *c.* 13. *X. h. t.* Verum iam obseruaui *in not. ad crit. l. Coruini*, in adducto textu nullam culpam, quæ coactioni causam dederit, deprehendi, quia parentes *simpliciter* filiam coegisse dicuntur, ignorantes, illam iam alteri fidem dedisse. Talis tamen *culpa* requiritur, ex qua facile præuidere potuit, *coactionem* sequi posse, cum ei, qui in re illicita versatur, omnia imputentur, quæ exinde sequuntur; si talis culpa deest, adhuc iustus metus allegari potest. *c.* 15. *X. h. t.*

§. CXXXVI. Ante omnia vero necesse est, *vt coactio duraue-* Subsistunt
rit, nec, qui coactus est, subsequente forsan *consensu libero*, metum an- sponsalia, si
tea incussum purgauerit. Inde pontifex in *c.* 6. *X. h. t.* quæsitus de mu- metus fuerit
liere, quæ inuita tradita marito erat, respondit, se nihil certi respondere purgatus.
posse, cum non expressum erat, *vtrum postea consensus intercesserit?* Certe si matrimonium iam consummatum est, difficilius metus allegari potest, quod *subsequens cohabitatio* vitia præcedentia purgasse videatur. Aut enim quæstio est de *marito*, per vim ad matrimonium coacto, aut de *vxore*. Si de illo, aut vxorem carnaliter cognouit, aut non; priori casu metum amplius allegare nequit, cum hac cohabitatione in matrimonium consenserit, & vix sit, vt possit opponere, se inuitum coactum fuisse ad cohabitationem; *c.* 2. *X. de eo, qui dux. in matrim.* si non cognovit, adhuc metus & coactionis allegatio integra est, si aliunde indicia *purgati metus* haud adsint. Si de *vxore*, quæ ob vitium coactionis a matrimonio recedere cogitat, quæstio mouetur, hæc facilius cogi potuit, vt coniunctionem corporum admitteret, adeoque accurato iudicio omnes subsequentes circumstantiæ attendendæ sunt. Si ad valuas ecclesiæ venientes reclamauerint, asserentes, se nunquam consensisse in matrimonium; si, benedictione accepta, mox a sponsis aufugiunt ante copulam carnis secutam, adserentes, se nunquam consensisse, audiendæ sunt, & de illato metu est cum diligentia inquirendum. *c.* 28. *X. h. t.* Ineptum hoc HONORII responsum iudicat BLOVWERVS *de iure connub. c. XVII. in f.* quod sponsa in publico loco constituta aliquem potestate præditum inuocare, auxilium sacerdotis exposcere, resistere cogenti, liberumque sui animi arbitrium exponere potuerit. Id vero non semper integrum sponsæ esse arbitror. Quid enim si a parentibus ad sponsalia ineunda coacta: si metu continuato minis inducta puella fuerit, vt ab omni recla-

Digitized by Google

reclamatione tempore benedictionis desisteret, & ita prorsus *invita* fidem coniugalem daret: si admodum territa auxilium magistratus implorare non potuit: tales vtique circumstantiæ hic supponi debent, absque quibus non facile talis coactio concipi potest. Nam, si, cum potuit, non reclamauit, sed carnalem copulam admisit, ratihabuisse matrimonium censetur *c. 4. X. qui matrim. accus. poss.* Si minis & coactione parentum durante, etiam cohabitationem admittere debuit, dissensus re vera durat, nec hæc *cohabitatio coacta* purgat præcedens vitium.

Acta de nullitate matrimonii.

§. CXXXVII. Edita sunt ante biennium *acta curiosa in puncto nullitatis matrimonii* a PETRO ELIA TRAVTMANNO, vbi, licet proles ex hoc matrimonio esset edita, nihilo minus tamen *sententia nullitatis* secuta fuit. Coacta erat Tullia ad matrimonium ineundum cum Tullio, coram altari non reclamauerat, interim per aliquod temporis spatium nullo modo ad cohabitationem coniugalem adduci potuit, donec tandem coacta maritum admittere debuerit, ex quo grauida facta partum ediderat. Verum sicuti tales coactiones difficiles & tristes solent habere exitus, ita animorum auersio in tantum aucta fuit, vt mox ad separationem *quoad thorum & mensam* egerit Tullia. Verum, quod notandum est, reconciliatio primum inter partes tentata & impetrata, vt *p. 4.* ex protocollo notatum est his verbis: Hierauf haben sich partes vertragen, nachdem Tullius vorher, stipulata manu, angelobet, sich gegen seine Schwieger-Eltern und Frau gebührlich zu verhalten. Post aliquot hebdomadas repetit Tullia imprecationem pro obtinenda *separatione*, quæ etiam decreta est certo modo. Per octo annos hæc separatio duraverat, quibus exactis, maritus desiderabat, vt vxor Tullia ad ipsum rediret. Reclamabat Tullia, nulloque modo ad hoc adduci potuit, licet tentata esset reconciliatio. Hæc animi obstinatio ansam dedit, vt, originem auersionis animorum ex *prima coactione* petendam esse deprehenderent. Controuersiæ ergo status mox aliter formatus, & *ad nullitatem matrimonii* prouocatum. Pronunciarunt ICti Marpurgenses, matrimonium ex capite *violentiæ* non esse annullandum, & in primis reconciliationem, coram consistorio factam, vrserunt, wodurch, aiunt, wenn ja einige vis metusque da gewesen, solche ex postfacto allerdings purgiret wäre, und partes de nouo consentiret hätten. Vterque leuterationem interposuit, & tandem, probatione nouiter recepta, decretum fuit a ICtis Helmstadiensibus, daß die Ehe zwischen Imploranten und Imploraten vor

Digitized by Google

vor null und nichtig zu erklären. Reuera dicere posses, hæc acta esse *curiosa*, quia multa *irregularia* continent. Nam *p.* 13. adfertur implo-ratio TVLLII, qua egit ad *nullitatem matrimonii*, ex eo potissimum fundamento, quod Tullia, vxor sua, ad matrimonium coacta fuerit, & sic de *iure tertiæ* disputauit. Sane matrimonium metu initum est quidem nullum, sed tantum *respective*, intuitu vxoris, quæ vim passa est, non intuitu mariti. Tullia postea idem vrsit, & hac de causa *inter volentes & quasi conspirantes* sententia Marpurgensis lata. Vterque leuteratio-nem interposuit. Tullius vbique magis hanc *nullitatem* vrsit, quam Tullia, & sic pendente leuteratione, positiones cum iuramento dando-rum obtulit, quibus responderet Tullia, simulque articulos probatoria-les, tum super *coactione*, tum super *durationc coactionis* exhibuit, vt cre-deres, Tullium non vxoris aduersarium, sed *procuratorem* vel magis *assistentem* fuisse, vnde etiam vxor professa est, se vlteriori probatione su-persedere posse, postquam maritus eam suscepisset. Ita conspirant in lite, qui dissenserant in matrimonio, mira rerum facie. Denique, non obstante *reconciliatione* coram iudicio facta, & hoc modo *purgato metu*, matrimonium declaratum fuit nullum; improbabile enim videbatur, quod *p.* 81. adduxit, daß sie die schwere Bedrohungen im Consistorio und deßfalls darauf wartende Gerichts-Knechte zu dem in actis befind-lichen Vergleiche gezwungen habe; neque enim a iudice talis, quæ alle-gatur, coactio metuenda est. Ita ius *in thesi* certum; sit vbi ad *applica-tionem ventum*, plures occurrunt scopuli.

§. CXXXVIII. Similis fere casus, qui parum ab eo, quem attuli, differt, occurrit in *c.* 21. *X. h. t.* de femina conquerente, quod *inuita* & *renitens* marito suo esset tradita. Respondit pontifex: *Quia postmodum per annum & dimidium sibi cohabitari consensisse videtur, ad ipsum cogenda est redire, nec de cetero recipiendi sunt testes, si quos memo-rata mulier ad probandum quod non consenserit in eundem, nominauerit producendos, cum mora tanti temporis huiusmodi probationem excludat.* Cohabitatio per annum & dimidium, quæ hic refertur, magnum indi-cium præbet *ratihabitionis* & *metus purgati*, non tamen præcise tam lon-gum tempus desideratur, sed vel breuius aliquando sufficere potest. Re-quirunt tamen SANCHEZ *lib. IV. de matrim. disp.* 18. *n.* 4. *sqq* GON-ZALEZ *ad c.* 2. *X. h. t. n.* 4. 1) vt ratificans matrimonium sciat, illud metu contractum nullum fuisse: qui ex errore cohabitat, nunquam prius matrimonium ratificat, cum errans non consentiat. Et hæc for-san ratio fuit primaria, quæ mouit ICtos Helmstadienses in casu §. *antec.*

Quatenus diuina cohabitatio purget metum præcedentem?

Digitized by Google

adducto, vt reconciliationis factæ rationem habendam non esse, crederent, quia Tullia, vti circumstantiæ docent, ex *simplicitate* credidit, matrimonium fuisse validum. II) Vt cohabitatio *spontanea* sit; si coactio in ipsa cohabitatione durat, vitium *nullitatis* quoque durat. III) Vt *copula* accesserit *carnalis*. Durante causa metus, durat ipse metus: durat autem timoris causa, dum supereſt subiectum, metum incutiens.

Coactio ad matrimonium ineundum debet esse directa.

§. CXXXIX. Denique *coactio* quoque illa demum sponsalia vitiat, quæ præcise ad *matrimonium ineundum* facta est, non ad alium finem, vt recte obseruat B. STRYK. in *not. ad Brunnem. ius eccles. lib. II. c. 16. §. 3. verb. licet minor sit metus.* Adfert exemplum, si inimicus mortem alicui minatus est, ille vero ad placandam inimici iram sponsalia cum sorore ipsius ineat, quo a mortis periculo se liberet, is vim metumque allegare nequit. Rationem satis idoneam adfert GONZALEZ *ad c. 15. X. h. t. n. 4.* quod tunc non compellatur ab alio ad matrimonium contrahendum, sed *voluntarie* id contrahens eligat vt medium, ad grauius periculum effugiendum. Exempla vero, quæ subiungit, non satis idonea sunt. Ait, matrimonium celebratum ab ægroto cum filia medici, ei aliter mederi nolentis, vel cum filia iudicis, a quo promittitur absolutio a pœna mortis, si cum eius filia contrahat, validum esse. At vero hic manifesta adest *concussio*, & tales contractus, cum *medico* vel *iudice* initi, merito reprobantur, (conf. B. STRYK. *de caut. contr. sect. II. c. 8. §. 5.*) maxime cum *iudice*, vtpote in cuius potestate non est, pœnas pro lubitu remittendi.

Quomodo coactio hæc probanda?

§. CXL. Metus & coactio illicita *in facto* consistunt, & sic *probatione* indigent, & quidem *specifica*. LAYRO *cons.* 152. *n.* 53. Probatur fine dubio per *testes*, qui interfuere desponsationi, qui, si sibi contradicant, ab vtraque parte producti, iudex ex circumstantiis colliget, quibus magis fidendum, de quo plenius edisserui *diss. de cullis. probat. c.* 1. conf. COVARRVV. *c. 2. de matrim. §. 5. II. 13.* Multam vtique probatio accipit accessionem ex protestatione & reclamatione, L. B. de LYNCKER *resp.* 187. *n.* 14. PACIONVS *in alleg. ciuil. & canon. alleg.* 107. *n.* 15. COVARRVV. *cit. l. n.* 12. Item si probatum fuit, puellam admodum dissensisse & alienatæ mentis fuisse: PACIONVS *cit. l. n.* 13. si sæpe lacrymans visa fuit, IDEM *cit. l. n.* 14. cum etiam coniecturæ hic admittantur ad supplendam probationem. GRAMM. *decis.* 101. *n.* 56. PACION. *n.* 6. Dico ad *supplendam probationem:* non enim accedendum esse sententiæ PACIONI arbitror, qui solas coniecturas & præsumtiones sufficere

Digitized by Google

ait, maxime si de matrimonio annullando agitur. Conf. de hac materia ANSALD. *conf.* 128. TORRE *de pact. fut. succeſſ. l.* 2. *c.* 27. *n.* 54. *& c.* 28. *n.* 8. IDEM *deciſ.* 223. *n.* 15.

§. CXLI. Denique primaria conſenſus ſponſalitii qualitas quoque in *bona fide & ſinceritate* quærenda eſt. Hæc omnem excludit *dolum*, iubetque, vt inter bonos bene agatur, quod inprimis in hoc arctiſſimo vitæ humanæ conſortio neceſſe eſt. *Dolus* enim ita omnem excludit intellectum, vt conſentiſſe non videatur, qui *dolo* deceptus eſt, ſed ſponſalia a parte decepti ſint ipſo iure nulla, quod hæc inprimis *bonam* deſiderent *fidem*. Nec, prout alias diſtinguere ſolent in negotiis *bonæ fidei*, hic aliquid intereſt, vtrum dolus fuerit *incidens*, an *cauſam dederit contractui?* Ipſa hæc diſtinctio, prout hic applicari ſolet, omni caret fundamento, & in interpretum cerebro nata, vt ſolide euicit clariſſ. NOODT *de formul. emend. doli mali*, multo minus ergo hic locum aliquem ſibi vindicare poteſt, cum etiam ipſius *matrimonii* nullitatem inducat. Vid. STRYK. *de diſſenſ. ſponſal. ſect. II. §. 9. ſqq.* BROWWER. *de iur. connub. lib. I. c.* 19. NICOL. *de repud. & diuort. P. I. c.* 2. *n.* 92. *ſqq.*

Conſenſus quoque bona fide editus eſſe debet remoto dolo,

§. CXLII. Hæc *nullitas* tamen eſt duntaxat *ſecundum quid*, non *abſoluta*, h. e. reſpectu *decepti*, non *decipientis*, vt ſponſalia ſint *claudicantia* & decepto integrum ſit, non obſtante dolo, agere ad conſummandum matrimonium. Neque enim decipienti integrum eſt, ſponſalibus opponere *dolum*, & ex ſua fraude *exceptionem* ſortiri, quod iura non permittunt, cum decipiens propriam allegaret turpitudinem. Hoc diſcrimen, in recta fundatum ratione, non ſatis perpendit INNOCENTIVS III. in *c.* 26. *X. h. t.* vt in deciſione huius textus *audacis ICti* nomen recte ei tribuendum ſit, quod in genere ei tribuit MATTHAEVS Pariſ. *in hiſt. Anglic. p.* 167. Allatus fuit pontifici caſus de impoſtore quodam, qui *cum aliter puellam inducere non potuiſſet, vt ſibi commiſceretur carnaliter, niſi deſponſaſſet eandem*, illi dixit: *Te Ioannes deſponſat*, cum ipſe *Ioannes* non vocaretur, ſed dolo finxit ſe vocari *Ioannem*. Quæſtio fuit mota, *vtrum inter prædictos eſſet matrimonium celebratum?* h. e. annon impoſtor hic cogi poſſit ad matrimonium cum decepta & imprægnata ſolenniter celebrandum? Ille allegabat, quod non habuerit *propoſitum* ſponſalia contrahendi, ſed tantum copulam exequendi; hæc vero, qnod conſenſerit in eundem, & dolus nemini prodeſſe poſſet. Reſpondet pontifex: *Nos tamen quid iuris ſit reſcribentes, dicimus, quod ſi res ita ſe habet, videlicet, quod ille eam non propoſuit ducere in vxorem, nec vnquam conſenſit in prædictam perſonam, non debet ex illo*

alioquin ſponſalia reſpectu decepti ſunt nulla,

non reſpectu decipientis, vtut pontifex aliam fouiſſe videatur ſententiam.

Digitized by Google

facto coniugium iudicari, cum in eo nec ſubſtantia coniugalis contractus nec forma contrahendi coniugium valeat inueniri: quoniam ex altera parte dolus ſolummodo adfuit, & defuit omnino conſenſus, ſine quo cetera nequeunt fœdus perficere coniugale. In hoc caſu *decepta* agebat: impoſtor allegabat pro ſe exceptionem *doli*, quod nunquam in eam vere conſenſiſſet; quis ergo credidiſſet, hanc ipſam ei profuturam fuiſſe? Et tamen pontifex eandem admiſit, impoſtoremque ab obligatione ſponſalitia abſoluit, ex hac inſulſa ratione, tum quod nunquam in eam conſenſerit: tum quod ab vna tantum parte *dolus* adfuerit. Quid abſurdius dici fingique potuiſſet, non video. Si dolus vtrinque adfuiſſet, dolus cum dolo compenſari debuiſſet: aſt ſi ab vna parte tantum dolus adeſt, *deceptus* eum quidem allegare poteſt, non *decipiens*, vt eo caſu quidem matrimonium non valeat, bene vero hoc. Diſſenſum allegare nequit, qui improba *reſeruatione mentali* vſus eſt, & aliter egit, aliter vero ſimulauit. Non debebat itaque GERHARDVS *in loc. de coniug.* §. 121. iudicium INNOCENTII III. præferre rectæ rationi, & eius deciſionem approbare, quod vix canoniſtæ ab abſurditate liberare queunt. Aiunt enim BARBOSA & GONZALEZ *ad cit. c.* 26. ſponſalia quidem de præſenti *ob deficientem formam coniugii* non eſſe contracta, obligari tamen impoſtorem ad conſenſum interponendum, vt ex poſtfacto demum matrimonium naſcatur. Vtrum hæc mens affingi deciſioni pontificis queat, ego quidem anceps hæreo, cum eius rationes, vtut male applicatæ, doceant, nullum a parte impoſtoris eſſe vinculum; & ſi ſponſalia, non obſtante *dolo*, firma ſunt, intuitu decipientis, nullam video rationem, quare per ſubſequentem concubitum ex doctrina iuris canonici non poſſint tranſire in matrimonium, vt *fœdus coniugale* & *ſubſtantia coniugalis contractus* hic adſit. Proinde recte proteſtantes cenſent, impoſtori hunc fucum haud prodeſſe, ſed eundem obligari ad ſponſalia ſolenniter conſummanda. Vid. ZIEGLER *ad Lancell. lib. II. tit.* 6. §. 10. STRYK. *de diſſ. ſponſal ſect. II.* §. 14.

Examinantur rationes Innocentii III.

De conſenſu parentum remiſſiue.

§. CXLIII. Præter *conſenſum* deſponſatorum ita qualificatum, etiam deſideratur ad ſponſalium validitatem conſenſus *parentum*, quandoque *tutorum* & *curatorum* aliorumque, adeo vt horum defectus quoque ipſa ſponſalia vitiet. Cum vero de hoc requiſito ad *tit. II. de deſponſ. impub.* agendi commodior occaſio ſeſe mihi offerat, illud intactum hic relinquo, & paucis *effectum* ſponſalium, & *iuſtas repudii cauſas* adiungo.

(III.) *De*

(III.)
De effectu sponsalium.

§. CXLIV. Ad *effectum sponsalium* pertinet, 1) quod per illa inducatur *publicae honestatis impedimentum* inter sponsum & eius consanguineos, ita videlicet, vt, dissolutis morte sponsalibus, sponsa non possit nubere consanguineis sponsi, *c.* 4. & 8. *X. h. t.* 12. *de desponsat. impub. c.* 11. 12. 15. *C.* 27. *q.* 2. qui textus *indistincte* loquuntur, vt tam sponsalia *de praesenti* quam *de futuro* complecti videantur. Verum hanc doctrinam iuris canonici non semper obtinuisse, apparet ex *c. lex diuina* 18. *C.* 27. *q.* 2. vbi plane contrarium asseritur, & quidem ex hac praegnanti ratione, quod per nuda *sponsionis* verba desponsati *vna caro* haud fiant, neque *affinitas* aliqua, ex qua vnice impedimentum desumendum, nascatur, ad quam requiratur *commixtio corporum.* Quemadmodum itaque recentiores canones patres antiquos, desponsatos *coniuges* nominantes, interpretati sunt de *sponsalibus de praesenti*, ita haud dubie eandem hic quoque debuissent adhibere distinctionem. Hinc BONIFACIVS VIII. *in c. vn. h. t. in* 6. distinctione quadam hanc litem componere voluit, censuitque, discrimen esse faciendum inter sponsalia *pura* & *conditionata*, & impedimentum tantum ad *illa*, non ad *haec* restringendum. Patres concilii Tridentini *sess.* 24. *de matrim. c.* 3. aliam & nouam declarationem huic rei addidere, atque hoc impedimentum ad primum gradum restrinxere. De *iure ciuili* itidem ex iis impedimentum aliquod oriri, certum ex §. *si vxor I. de nupt.* Sic etiam *in l.* 14. §. *f. D. de ritu nupt.* ICtus rationes subducit: *item eius matrem, quam sponsam habui, non posse me vxorem ducere, Augustus interpretatus est, fuisse enim eam socrum;* & VLPIANVS in *l.* 12. §. 1. 2. *eod. inter me & sponsam patris mei nuptiae contrahi non possunt, quanquam nouerca mea non proprie dicatur. Sed & per contrarium sponsa mea patri meo nubere non poterit, quamuis nurus non proprie dicatur. Honestatis* impedimentum has nuptias non admisit, quae quidem per se non obligat *perfecte*, obligationem tamen *perfectam* accipit, vbi *lege agnita* & confirmata est. Haec prohibitio quoque agnita est *iure Saxonico*, referente CARPZOVIO *in iurispr. eccl. lib.* 2. *def.* 108. licet enim non adsit affinitatis impedimentum, manet tamen *honestatis publicae* ratio, vnde communiter quoque in aliis consistoriis talia matrimonia dissuaderi solent, vt tamen *dispensatio* admitti possit & soleat, quia nulla ratio prohibitionis diuinae occurrit, SCHILT. *in pr. iur. Roman. ex.* 16. §. 37. CARPZ. *lib.* 2. *def.* 121. superstes tamen iuramento se purgare debet, quod nulla commixtio

Per sponsalia inducitur effectus honestatis publicae,

Digitized by Google

vel copula carnalis cum defuncto interuenerit. IDEM *def. seq. n.* 19. BRVN. NEM. *ad l.* 12. *de R. N. inf.*

praeterea perfectam producunt obligationem.

§. CXLV. Alter effectus est *obligatio perfecta*, eaque ex natura pactorum communi deducta, vi cuius nemini integrum est, inuito altero a sponsalibus resilire. Admittunt ergo *coactionem*, pariuntque *actionem*, vi cuius refractarius sententia iudiciali adstringitur ad fidem datam seruandam, quod iam supra §. 49. *sq.* paulo distinctius expositum est. Neque tamen canonistae hac in re sibi constant. Sponsalibus quidem *de praesenti* hanc omnes tribuunt virtutem, vt inde valida actio detur, ad matrimonium *praecise* solenni ritu consummandum. De sponsalibus *de futuro* cespitant, ambiguntque, vt obseruat BROVWERVS *de iur. connub. lib.* I. *c.* 24. *n.* 19. Non desunt enim, qui his sponsalibus non maiorem tribuunt efficaciam, quam ius ciuile iis assignauit. *c. pen. X. h. t.* Alii distinguere malunt inter forum *conscientiae* & *externum*, vt illo quidem obligatus sit refractarius, non vero hoc, *c.* 2. & 17. *X. h. t.* & quia conscientiam hoc modo laeserit, *paenitentiam* tantum subire cogatur. Noluit BROVWERVS horum canonum excutere sententiam, sed hodie conclamatum esse ait, ex *sponsalibus* secundum iuris etiam naturae principia nasci *obligationem perfectam*. Id vero etiam pontificum patrumque fuisse intentionem non adeo dubitandum, quamuis in *modo cogendi* forsan antiquitus constitueretur discrimen quoddam. Censuris ecclesiasticis coercebant fidem datam frangentes, vnde omnino existimabant, sponsalia etiam de futuro *perfecte* obstringere; tandem vbi ad *fora ecclesiastica* eorum causa priuatiue tracta est, magis adhuc emicuit *efficacia plena*, quam eis inesse tradiderunt, vt huic dubio non adeo immorandum sit, cum vis obligandi plena infra §. *CLI. sqq.* pluribus argumentis sit demonstranda.

(IV.)

De probatis repudiorum causis.

Repudio tolluntur sponsalia, quod a divortio distinguitur.

§. CXLVI. Amittit tamen vim suam *obligatio sponsalitia*, iusta probataque REPVDII causa, sicuti vinculum matrimonii tollitur *divortio*. Erant apud Romanos olim frequentissima *diuortia*: sed etiam insignis *repudiorum* licentia. Distinguebantur haec duo vt *genus* & *species*; *diuortium* tantum praedicabatur *de coniugatis*: *repudium* vero promiscue tam *desponsatis* quam *coniugatis* applicatum fuit. Ait MODESTINVS *in l.* 101. §. 1. *de V. S. Diuortium inter virum & vxorem fieri dici-*

Digitized by Google

dicitur; repudium vero ſponſæ remitti videtur, quod & in vxoris perſonam non abſurde cadit. Idem confirmat PAVLVS *in l.* 191. *de V. S.* &, *inter diuortium*, ait, *& repudium hoc intereſt, quod repudiari futurum matrimonium poteſt; non recte autem ſponſa diuortiſſe dicitur: quod diuortium ex eo dictum eſt, quod in diuerſas partes eant, qui diſcedunt. Conf. l. 2. de diu. & repud.* Vnde ſæpius in iure *repudium* de *diuortio* inter coniuges dictum reperitur, vt in *l. 4. de diuort. & l.* 38. *ſolut. matrim. l.* 49. *eod.* Sicuti vero non raro contingit, vt prædicatum *generis* certæ *ſpeciei* primario tribuatur, ita quoque *diuortium* tantum de *matrimonio; repudium* vero de *ſponſalium* diſſolutione dici ſolet, vt vel adducti textus demonſtrant, quid? quod *repudiari* alias quoque *ius futurum & acquirendum* dici ſoleat, quod in præſenti acquirendum erat, vt cum hereditas delata repudiatur. Et ita etiam in *repudio* futurum matrimonium, vt *in cit. l.* 191. dicitur, quod nondum contractum eſt, ſed *contrahendum* erat. Conf. HENRICVS BROVWERVS *de iure connub. c.* 25. *n.* 3. KITZELIVS *in ſynopſi matrim. cap.* 8. *theor.* 2. *lit. a.* Hoc itaque ſenſu ſpeciali *repudium eſt firmorum ſponſalium diſſolutio.* Lubens omitto, quæ BROVWERVS *cit. loc. num.* 1. definitioni addidit, *ob iuſtam cauſam, inuita parte altera.* Nam Romani non adeo *iuſtam cauſam* in repudio deſiderabant, quod IPSE *num.* 5. *in fin.* agnoſcit, nec inconuenientis eſt, illam diſſolutionem ſponſalium *repudium* dicere, quæ mutato affectu, *vtroque conſentiente*, ſuſcipitur, cum vterque in futurum matrimonium repudier, quamuis, quod non negem, repudium vtplurimum fieri ſoleat, *inuita altera parte.* Ceterum cum hodie arctius inſit vinculum ſponſalibus, vt pro lubitu, ceu olim apud Romanos, diſſolui nequeant, ſed demum ex iuſtiſſimis cauſis, merito in ſenſu hodierno REPVDIVM dicimus *diſſolutionem ſponſalium firmorum ex iuſta cauſa impune factam.* Definitio.

§. CXLVII. Equidem quin apud Romanos *mutuo diſſenſu* ſponſalia diſſolui potuerint, nullum habet dubium. An autem & quatenus, inuita altera parte, a ſponſalibus recedere licuerit, in eo iura antiquiora Romana cum nouiori non ſatis conſpirant. Olim enim, vbi futuri matrimonii conditiones mutuo pacto determinatæ erant, & ob id *puella pacta* dicebatur, *ſtipulationes* interuenire ſolebant, quibus interpoſitis, demum *ſponſalia* contracta & puella *ſponſa* dicebatur. Atque ex ea *ſtipulatione*, non ex *præcedente pacto*, quod *nudum* erat, obligatio naſcebatur, vt ſupra ex GELLIO illuſtratum. Actio *ex ſponſu* inter *patrem ſponſæ*, qui ſpondebat & *ſponſum* ventilanda erat, & ſi pater puellæ

Repudia apud Romanos olim in ſponſalibus ſtipulatione firmatis non erant ſimpliciter permiſſa.

Digitized by Google

puellæ ſponſalia implere recuſabat, aut *iuſtam cauſam* allegare, aut *intereſſe* præſtare debebat, id quod *ſtipulationis ratio* poſtulabat. Ceterum licet *pacta* eſſet puella, nondum tamen ſtipulatio interpoſita, deficiebat actio *ex ſponſu*, cum ex *nudo pacto* deficeret actio. vid. HOTTOMANNVS *de ſponſ. cap.* 3. Quid? quod eo tempore, quo per *ſtipulationem* ſponſalia contrahenda erant, ne quidem contracta ſponſalia dicerentur, quæ *nuda conuentione* inita erant, cum diſerte GELLIVS *cit. loc.* aſſerat: *Is contractus ſtipulationum ſponſionumque dicebatur ſponſalia.*

Poſtea ſolo conſenſu ſponſalia contracta,

§. CXLVIII. Poſtmodum hæc ſolennitas ſtipulationum ſublata, permiſſumque, vt *ſolo conſenſu* ſponſalia inirentur, quod indicat GELLIVS *cit. loc.* his verbis: *Hoc ius ſponſalium obſeruatum dicit* SERVIVS *ad id tempus, quo ciuitas vniuerſo Latio, lege Iulia, data eſt, ac permiſſum, vt ſimplici contrahantur conſenſu*, quem morem recentiorem fere vnice referunt ICti. *vid. l. 4. & l. 7. princ. l.* 11. *& fin. de ſponſal.* Hæc ipſa tamen mutatio inſignem *repudiorum* licentiam induxit. Sicuti enim olim, *ſi ſola conuentione* conditiones futuri matrimonii determinatæ erant, deſponſati non obligabantur, ita poſtquam ſponſalia *nudo conſenſu* iniri cœperunt, non magis obligarunt, quam alia *pacta*, quod eo magis admitti debuit, cum ipſa matrimonia facile dirimi potuerint. Iure veteri quidem *diuortia* admodum inuſitata fuiſſe, decantatum eſt, vtpote quæ demum A. V. C. 523. exemplo Sp. CARBILLI invaluerunt, cuius exempli meminit TERTVLLIANVS *de monogam. cap.* 9. *in fin.* inquiens: *Adeo autem repudium a primordio non fuit, vt apud Romanos poſt annum ſexcenteſimum V. C. id genus duritiæ commiſſum denotetur.* Hinc non mirandum eſt, illo tempore ſponſalia quoque *ſine iuſta cauſa* diſſolui non potuiſſe, cum adhuc matrimonia ſancte colerentur. Aſt vbi *licentia diuortiorum* irrepſit, ipſum quoque matrimonii vinculum admodum laxatum eſt, conſequenter *repudiorum* quoque libertas introducta fuit, cum ne quidem tantum præiudicium in *ſponſalium* diſſolutione, quam in ipſo *matrimonio* deprehenderetur, adeoque ex quauis leuiori cauſa, imo vel ex ſola *pœnitentia* ſponſalia diſſolui potuerint, omni actione ad intereſſe ceſſante. CYPRIANVS *de ſponſ. C. XIII. §. 7. num.* 4.

Inde licentia repudiorum orta,

Poſtquam præterea divortia inualuere.

Libertas repudiorum nequidem pœnali ſtipulatione conſtringi potuit.

§. CXLIX. Adeo autem hæc libertas recedendi a ſponſalibus poſtmodum firmata, & moribus ſtabilita fuit, vt nequidem *ſtipulatione pœnali*, quæ in locum eius quod intereſt ſuccedit, impediri potuerit. Liquet id ipſum ex *l.* 134. *princ. de V. O.* vbi hæc ſpecies refertur: *Titia, qua*

Digitized by Google

quæ ex alio filium habebat, in matrimonium coit Caio Seio, habendi filiam, & tempore matrimonii conſenſerunt; vt filia Caii filio Titiæ deſponderetur, & interpoſitum eſt inſtrumentum, & adiecta pœna, ſi quis eorum nuptiis impedimento fuiſſet. Caio Seio mortuo, filia eius noluit nubere, quæſitum fuit, an Caii Seii heredes teneantur ex ſtipulatione? Negatur hoc, ex hac ratione; *cum ſtipulatio non ſecundum bonos mores interpoſita ſit.* Prouocat ad *mores* apud Romanos receptos, ſecundum quos repudia licita & ita libera, vt nullo modo conſtringi poſſent. Nec credendum eſt, id ideo reprobatum fuiſſe, quod parentes deſponſationem inierint, non liberi; nam (1) notum eſt, patrem pro filiabus olim ſponſalia iniiſſe, vt ne quidem facile diſſentire potuerint: *l.* 12. *de ſponſal.* (2) additur in ſequentibus hæc ſpecialior ratio, quæ ad *quæcunque ſponſalia* applicari poteſt: *quia inhoneſtum viſum eſt, vinculo pœnæ matrimonia obſtringi ſiue futura ſiue iam contracta. Inhoneſta* ſæpe dicuntur, quæ *moribus receptis* repugnant: *Repudiorum* libertas iam ita recepta erat, vt *inhoneſtum* videretur, eam *ſtipulatione pœnali* per indirectum tollere vel reſtringere velle. Hue de cauſa quoque PAPINIANVS in *l.* 71. §. 1. *de condit. & demonſtr.* docet, prætorem hoc in caſu denegare actionem, *quod pœnæ metu eligendi matrimonii libertas auferri non debeat.* Durauit hæc praxis adhuc tempore DIOCLETIANI, qui *in l.* 1. *C. de ſponſal.* diſerte fatetur: *deſponſatas renunciare conditioni, & nubere aliis haud prohiberi. Conditionem* pro *matrimonio futuro* ſeu *ſponſalibus* accipi, patet ex *l.* 11. & 36. *de R. N.* idque ex ſolenni formula in repudiis vſitata: *conditione tua non vtor. l.* 2. §. 2. *de repud.* Idem confirmat VALERIANVS & GALLIENVS *in l.* 2. *C. de repud.* vbi hanc decidendi rationem adiungunt: *Cum poſſet filia nuncium remittere, etiamſi præſente illo conſilium mutare voluiſſet.* Quodſi filia adhuc in poteſtate patris erat, pater ſponſo nuncium mittere poterat, & ſponſalia diſſoluere: ſi emancipata, non item. *l.* 10. *D. de ſponſal.* Similiter nec tutores puellæ ad finienda ſponſalia nuncium mittere poterant, cum per eos ſolos haud conſtituerentur. *l.* 6. *eod.*

sed per aliquot ſeculа durauit.

§. CL. Ad refrenandam horum repudiorum libertatem, tandem *pœnæ* introductæ ſunt, vt, ſi *temere* fierent, ad minimum non eſſent impunita: ſin ex *iuſta cauſa*, impune omnino admitterentur. *Quadrupli* pœnam cum reſtitutione *arrharum* iam ſub imperatoribus chriſtianis derrectantibus inire matrimonium impoſitam fuiſſe, liquet ex *l.* 6. *C. Theodoſ. de ſponſal. l. vn. C. Th. ſi nupt. ex reſcript. pet. l. vn. C. Th. ſi prouinc. rector.* Vocatur hæc *pœna iuris, pœna ex præcepto legum debita;*

Sub imperatoribus pœnæ quædam introductæ contra eos, qui absque iuſta cauſa nuncium ſponſalibus mittebant.

Digitized by Google

inde IACOBVS GOTHOFREDVS ad *cit. loc.* 6. concludit, *pœnam hanc quadrupli lege Iulia & Papia iam inductam fuisse*, quod hæ leges in iure fæpe ſimpliciter *leges* vocentur. Id vero ab omni probabilitate alienum mihi eſſe videtur. Repudia poſt legem *Iuliam & Papiam* admodum libera & nullis conſtricta legum vinculis fuiſſe, ex antecedentibus liquet, nec vllum in pandectis aut alibi veſtigium ſupereſt, repudiorum libertatem *lege pœnali* reſtrictam fuiſſe. Prouocat THEODOSIVS in *l. cit.* 6. ad *veterem conſtitutionem*, quæ ſine dubio eſt anteriorum Cæſarum quædam ſanctio: hæc proprie *conſtitutio* vocatur. Et quid ſi aſſeramus, CONSTANTINVM ex doctrina Chriſtianorum forſan hanc pœnam introduxiſſe ad nimiam repudiorum licentiam domandam? Ad minimum ante imperatorum chriſtianorum tempora haud deprehendimus, frenum huic licentiæ iniectum fuiſſe. Equidem quoad diuortium prouocatur ad *pœnam legis in l.* 19. *de R. obl.* & facile concedo, pœnam *legis Papiæ & Poppeæ* intelligi: aſt *repudiis* nullam hac lege pœnam impoſitam fuiſſe, arbitror. Temperauit poſtea THEODOSIVS in *cit. l.* 6. pœnam *quadrupli*, & quatuor caſus diſtinxit, ita vt quandoque puella impune a ſponſalibus recedere poſſit, ſi nondum eſt legitimæ ætatis; quandoque vero pœnam ſoluere debeat, ſi iam legitimæ ætatis eſt. Suſtulerunt rurſus hanc pœnam anno 469. LEO & ANTHEMIVS imperatores in *l.* 5. *C. de ſponſ.* conſtituentes, vt mulier maiorennis a ſponſalibus temere recedens *duplicatas arrhas*; minorennis vero tantum id, quod accepit, reddere cogatur: ob iuſtam cauſam vero impune recedere poſſit, veluti *ob turpem vel prodigam vel impudicam conuerſationem, aut religionis vel ſectæ diuerſitatem, aliamue iuſtam cauſam.* Idem quoque ad ſponſum tractum eſt, hoc addito: *quadrupli videlicet pœna, quæ in anterioribus legibus definita erat, in qua & arrharum quantitas imputabatur*, (ſed hoc erroneum eſſe videtur. vid. *l. vn. C. Th. ſi nupt. ex reſcript.*) *ceſſante: niſi ſpecialiter aliud ex communi conſenſu inter contrahentes de eadem quadrupli ratione placuerit.* Hoc modo a veteri iure receſſum, quo *pœnæ conuentionales* in ſponſalibus repudiabantur, quæ eo magis poſthac admitti potuere, quia *libertas repudiorum* non prorſus libera & legibus ſoluta amplius erat, quod etiam LEO in *nou.* 18. confirmauit. Ex hac debili ſponſaliorum vi quoque fluxiſſe, obſeruat VOETIVS *ad tit. de ſponſal.* §. 12. quod a ſponſo in ſponſam proprie dictum crimen *raptus* committi potuerit, quia *ex metu repudii* ſponſi ad raptum confugiebant, & ita *per indirectum* ſponſalium vinculum conſeruare nitebantur, quod

rurſus ſublata ſeculo V.

admiſſa tamen pœna conuentionalis.

Digitized by Google

quod tamen *pœna raptus ordinaria* coercendum esse statuit IVSTINIANVS *in l. vn. C. de rapt. virg.*

§. CLI. Hæc *repudiorum libertas* in ipso gentilismo nata, producta & tolerata, inter Christianos merito tolli & coerceri debuit, vtpote quibus sanctior *fides* data in quibuscunque causis, & sic multo magis in *sponsalibus* esse debuit. Amor mutuus & incorruptus, qui Christianos commendabat, non permittebat *laxitatem repudiorum*, vtpote qui *innocentiæ signo facile dignoscebantur*, vt ait MINVCIVS FELIX *in Octav. p. m.* 375. *edit Gronou. Sic mutuo*, pergit, *quod doletis, amore diligimus, quoniam odisse non nouimus: sic nos, quod inuidetis, fratres vocamus, vt vnius Dei parentis homines, consortes fidei, & spei cohæredes.* Hic *fraternus amor* adeo sancte colebatur, vt eo ipso a gentilium moribus & institutis sese facile discernerent. Omnia *innocentia* summa, *fide* constanti, & *sinceritate* ingenua peragebantur, vt conscientiam lædere ipsis nefas reputatum fuerit. Eleganter id illustrat CLEMENS ALEXANDRINVS *adm. ad gent.* in *f. res ergo nostræ ita se habent, qui Dei assecłæ sumus: qualia autem sunt consilia, tales quoque sunt sermones: quales autem sunt sermones, tales etiam actiones, & qualia sunt opera, vita talis.* IDEM *lib. VII. strom. p.* 728. *Christianos*, ait, *fidem ostendere confessionis in constanti stabilique vita & sermone.* Fatetur IDEM *in apolog. c.* 39. *in f. Christianorum esse neminem lædere, neminem contristari*, quæ regula sane cum promiscua gentilium libertate repudiorum subsistere haud potuit.

Sublata est inter Christianos repudiorum licentia: 1) ob contrariam morum disciplinam;

§. CLII. Fuerunt præterea *speciales causæ* Christianis, quæ *repudiorum* libertatem plane excludebant. Erant primæui Christiani collecti tum ex *Iudæis* tum etiam ex *gentilibus*, & quia moribus & ritibus *Iudaicis* plerique tenaciter inhærebant, ideo quod potior & prima pars Christianorum ex Iudæis plura solennia & instituta Iudaica ex *synagoga & vita communi* retinuerant, suisque sacris & negotiis applicuerant, id quod etiam in sponsalibus contrahendis factum est. Nimirum vt alias res maioris momenti, ita quoque sponsalia Iudæi auspicabantur a *benedictione*, cuius formulam antiquam & rationem habet SELDENVS *de vxore Hebræa lib. II. cap.* 7. quamuis hic actus hac de causa non pro *sacro*, sed pro tali haberetur, qui ne quidem *die sabbati* peragi posset. Christianis itidem in more positum fuisse, sponsalibus benedicendi, eo minus dubii habet, quod *benedictio* teste TERTVLLIANO *de testimon. animæ c. 2. p.* 65. *edit. Rigalt.* quibuscunque aliis negotiis adhiberi, & desponsatio cum *consilio presbyterorum & viduarum* suscipi soleret, quod rursus TERTVLLIANVS *de monog. c.* 11. docet. Et

2) quod sponsalibus quædam benedictio accederet.

Digitized by Google

quamuis ab initio hæc *benedictio* non præcise per *presbyteros* fieret, postea tamen receptum est, vt *apud ecclesiam* publicarentur, nec occultæ coniunctiones tolerarentur, teste EODEM *de pudic. C.* 4. Hoc more introducto, *benedictio* quædam desponsatis in ecclesia data est, oblationibus etiam adhibitis, qua de causa TERTVLLIANVS *lib. II. ad vxor. c. vlt.* ait: *ecclesiam conciliare matrimonium, oblationes confirmare, & benedictionem obsignare*, quod plerique quidem *ad copulam sacerdotalem* trahunt, sed sine sufficientibus argumentis, vt *tit. III.* ostendam. Non enim animaduertunt, mores antiquos ecclesiarum ex facie rerum præsentium, quæ ante oculos nostros versantur, haud esse æstimandos, cum constet, *vocabula antiqua* sæpius esse retenta, eorum *significatum* tamen ex moribus & institutis nouis prorsus esse immutatum. Obsignabat ergo *benedictio* sponsalia contracta, & hæc iis nouum quoddam robur addere videbatur, vt, quod per *ecclesiam* approbatum, & eius *benedictione* obsignatum, rescindi facile non posset. Hac de causa SIRICIVS papa *in epist. ad Himerium c.* 4. apud HARDVINVM *tom. I. concil. p.* 848. IVSTELLVM & VOELLIVM *in bibl. iur. can. p.* 191. & GRATIANVM *in c.* 50. C. 27. *q.* 2. ad morem antiquissimorum temporum respiciens, ita de sponsalium nexu dixerat: *De coniugalium violatione requisisti, si desponsatam alii puellam alter in matrimonium posset accipere? hoc ne fiat modis omnibus inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si vlla transgressione violetur.* De *desponsata* puella tantum loquitur, non de iam *ducta*, simulque rationem decidendi in *benedictione* ponit, quæ per *manuum impositionem* desponsatis dabatur. CHRYSOSTOMVS quoque *homil.* 48. *in Genes.* idem confirmat, docetque, aduocandos esse presbyteros, qui per *preces & benedictionem* coniunctionem confirment, vt sponsi amor & sponsæ castitas inde augeretur, quod ipsum TERTVLLIANVS *de monogam. c.* 9. *p.* 531. iam ante his confirmauerat verbis: *Et coniungent vos in ecclesia virgine vnius Christi vnica sponsa.* AMBROSIVM beato AVGVSTINO suasisse, refert POSSIDIVS *in vita eius cap.* 27. *ne cuiquam vxorem poscereț, ne, dum inter se coniugati casu iurgarentur, eum maledicerent, per quem coniuncti essent, sed vt plane ad hoc sibi iam consentientibus petitus debeat interesse sacerdos, vt vel eorum iam pacta & placita firmarentur vel benedicerentur.*

Qui mos per plura secula continuatus est.

§. CLIII. Videtur hic mos per aliquot secula in oriente continuatus esse, adeo vt postea non tantum sponsalibus, sed etiam ipsi matrimonio *benedictio solennis* accesserit, postquam per LEONEM philoso-

phum

phum hæc lex matrimoniis posita est. *In scholiis ad Nomo-Canonem Photii tit. XIII.* apud IVSTELLVM & VOELLIVM *in bibl. ant. iur. can. p.* 1085. refertur *Aurea Bulla* NICEPHORI, qua hoc institutum antiquum his comprobatur verbis: *Postquam vetus lex sponsalia in sola contrahentium voluntate constituit, nihilque amplius quam de consensu, instrumentis, & sponsalitiis arrhis elaborat: nostris autem temporibus communis vitæ negotia ad longe ornatius magisque sacrum diuina gratia deuenerunt incrementum, atque hinc non nuptiæ solum, verum etiam sponsalia peragendam sacram benedictionem sibi coniunctam habent.* His præmissis, validitatem eorum, repudiorum libertati prorsus repugnantem, his enunciat verbis: *Si namque sponsalia contrahentium altera parte aut morte forte alioue fortunæ casu aut sententiæ mutatione recedere, ad aliudque vitæ consortium transferri contingat; non exiguus profecto his absurditatis tractus existet, si præambula nuptiarum preces in sponsalibus peractæ tanquam vanum aliquid temereque accumulatum reputentur, & indiscriminatim ea res intelligatur, quasi DEVS per sponsalia introductus non esset.* Post pauca hæc adduntur: *Quodsi sponsalia quædam secundum multorum consuetudinem, cum congruenter iam contracta fuerint, & instrumenta confecta, nondum autem statutum tempus, quo Christianis debita benedictio fieri consueuit, aduenerit, neque solennes super desponsatos preces per sacerdotem pronunciatæ fuerint: hæc sponsalia quantum ad exactam vitæ dissertationem attinet, neque esse neque dici iusta possunt, neque vero aduersus hæc synodalis commentarius efficaciam habet: sed tanquam hominum placita simpliciter per stipulationes confirmata auctoritatem ferunt, vetusque legislatio in illis firmitatem obtinet.* Ipsa solennia *benedictionis huius* referuntur *in euchologia Græca p.* 380. *sqq.*

§. CLIV. Aliis præterea vsi sunt rationibus patres, quibus repudiorum laxissimum vsum inter Christianos excluderent, tollerentque. Constituerunt enim & communi quadam doctrina firmarunt, desponsationem esse *initiatum matrimonium*, vinculum coniugale iam inchoandum a consensu desponsatorum, non demum ab implemento, & hanc ipsam doctrinam variis scripturæ dictis exornarunt. Iam seculo IV. hanc sententiam tuitus est AMBROSIVS, aiens: *cum initiatum coniugium hanc coniugii normam adsciscitur. c.* 5. C. 37. *q.* 2. Si credendum compilatoribus *in c.* 8. *eod.* & *c.* 1. X. *de condit. appos.* patres Africani lege publica in conciliis suis ita edixere: *quicunque sub conditionis nomi-*

3) quod sponsalia sint initiatum matrimonium.

Digitized by Google

nomine aliquam desponsauerit, & *eam* (conditionem) *postea relinquere voluerit*, *dicimus*, *quod conditio frangatur*, (ob remissionem) & *desponsatio irrefragabiliter teneatur.* Remissa enim conditio desponsationem *puram* facit, & operatur, vt irrefragabiliter implenda sit. Quamvis vero hic canon in *conciliis Africanis*, a IVSTELLO & VOELLIO editis, haud deprehendatur, quia tamen in variis antiquis collectionibus occurrit, non adeo improbabile est, inter *Africanos canones*, qui non omnes collecti sunt, eum olim relatum fuisse: ad minimum testimonium de doctrina patrum antiquissimorum idoneum præbet. AVGVSTINVS inter omnes *vinculum coniugale* omni prorsus robore esse stabiliendum innuit, vt omnia eius scripta docent, quæ diuortia quæuis prorsus inter Christianos eliminari studuerunt. Non ergo mirandum, si *sponsalibus* quoque insignem vim obligandi tribuerit, in *c.* 9. C. 27. *q.* 2. ibi: *coniux vocatur a prima fide desponsationis*, id quod tum ipse tum eius assectæ exemplis ex historia sacra petitis, in quibus desponsati *coniuges* vocati, demonstrarunt. *c.* 40. *seqq. eod.* Ex hac *sponsalium* cum *coniugio* conuenientia collegerunt, (1) non aliam ducendam esse, quam liberam, non alii iam desponsatam. *c.* 13 *eod.* (2) Non licere parentibus puellam desponsatam alii viro tradere, *c.* 27. C. 27. *q.* 2. nec illam posse a sponsalibus recedere, nisi conuerti voluerit. *c.* 27. & 28. *eod.* In *concilio Eliberit. anno* 313. *c.* 54. patres ita edixere: *Si qui parentes fidem fregerint sponsalium, triennii tempore abstineantur. Si tamen iidem sponsus vel sponsa in graui crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes: si in iisdem fuerit vitium & polluerint se, superior sententia seruetur.* vid. HARDVINVS *tom. I. concil. p.* 256. (3) Ne quidem permissum esse sponsæ vel sponsi defuncti consanguineam ducere, quod iam cum defuncto vel defuncta contractum sit matrimonium, *c.* 11. 12. 14. 15. *eod.* illudque futuris nuptiis impedimentum inferat, quod sponsalium insignem vim arguit. (4) Ne quidem raptum sponsæ sponsalia dissoluere. Iam anno 314. in *concilio Ancyrano c.* 11. apud IVSTELLVM & VOELLIVM *in bibl. iur. can.* 27. HARDVINVM *tom. I. concil. p.* 276. & GRATIANVM *c.* 46. C. 27. *q.* 2. hæc sunt statuta: *Desponsatas puellas & post ab aliis raptas placuit erui, & eis reddi, quibus antea fuerant desponsatæ; etiamsi eis a raptoribus vis illata constiterit*, vel vt apud HARDVINVM ex *collect. Isidori Mercatoris* dicitur: *etiamsi a raptoribus florem pudoris sui amisisse constiterit.* Adeo iam obligatio sponsalium est extensa, vt ne quidem *vis sponsæ illata* sponsalia dissolueret, repudioque locum daret.

Conclusiones ex hac doctrina.

§. CLV.

Digitized by Google

§. CLV. Ita docuerunt, ita conſtituerunt patres. Sed eorum ſententias circa ſeculum *quartum & quintum* nondum in fora ciuilia, in quibus *cauſæ matrimoniales* excutiendæ erant, receptas fuiſſe, leges ab imperatoribus latæ demonſtrant. Nam prout ſupra dictum, anno 469. LEO & ANTHEMIVS repudia adhuc permiſerunt ſub onere *ſoluendi arrhas duplicatas*, nec IVSTINIANI temporibus diuerſum obtinuiſſe, vel inde colligo, quod in *codice* nihil hac in re innouauerit. Quin quod *diuortiorum* libertas adhuc eo tempore inſignis eſſet, reclamantibus licet eccleſiæ patribus, qua poſita, *repudia* maiori libertate frui debuere. Etiam in *occidente* repudiorum libertas non penitus fuit extincta. Anno 630. ſub DAGOBERTO in *LL. Alleman. cap.* 53. apud STEPHANVM BALVZIVM *tom. I. capitul. p.* 71. ita ſtatutum: *Si quis filiam alienam deſponſatam dimiſerit, & aliam duxerit, componat eam, quam deſponſauit, & dimiſit, cum quadraginta ſolidis, & cum duodecim ſacramentalibus iuret, cum quinque nominatis & ſeptem aduocatis, vt pro nullo vitio nec tentatam eam habuiſſet, nec vitium in illa inueniſſet, ſed amor de alia eum adduxit, vt illam dimiſiſſet, & aliam habuiſſet vxorem.* In *LL. Baiuariorum* apud EVNDEM *p.* 115. idem repetitur, additurque: *& ſit finitum inter eos, & poſtea filiam ſuam donet, cui vult.* Aucta eſt pœna tempore CAROLI M. vsque ad *ducentos ſolidos*, ceu docet *capit. de anno* 814. apud EVNDEM *cit. l. p.* 515. quia iam ex *epiſtola* SIRICII receptum erat, vt alterius ſponſam nemo acciperet. vid. *lib.* 1. *capit.* 5. apud EVNDEM *tom.* I. *p.* 701. Ita paulatim in *fora externa* etiam doctrina patrum eccleſiaſticorum tranſiit, effecitque, vt maior reuerentia ſponſalibus haberetur.

Hæc patrum doctrina tamen in fora ciuilia eo tempore non fuit introducta,

etiam in occidente;

§. CLVI. His de cauſis factum eſt, vt *repudiorum libertas* & legibus *ciuilibus* & *patrum ſententiis* fere eliminaretur, magis tamen his, quam illis. Adeo enim ſententia, quod *ſponſalia* vim haberent *matrimonii*, eſt producta & extenſa, vt *adulterii rea* diceretur ſponſa, quæ, relicto ſponſo priori, cum alio matrimonium iniret. In *concilio œcumenico*, quod *quini-ſextum* vocatur, *c.* 98. apud HARDVINVM *tom. III. concil. p.* 1695. confirmata eſt hæc doctrina his verbis: *qui alteri deſponſam mulierem, eo adhuc viuo, cui deſponſa eſt, in nuptiarum ducit ſocietatem, adulterii criminis ſubiiciatur.* Fit etiam huius canonis mentio in *ſchol.* ad PHOTII *Nomoc. cit. l.* ſimulque ea ſententia reſtringitur ad ea ſponſalia, quibus acceſſerat pro more illius ſeculi *benedictio*; cum probabile admodum ſit, eo tempore adhuc vſitatam fuiſſe *benedictionem*, quæ ad-

ſed paulatim ex patrum ſententia etiam leges ciuiles ſponſalibus maiorem efficaciam tribuerunt.

eo

eo in *oriente* eſt conſeruata, vt poſt PHOTII tempora, imo adhuc hodie, vt *euchologia* docet, in viridi fuerit obſeruantia.

Acceſſit 4) noua doctrina de ſponſalibus de præſenti & futuro.

§. CLVII. Prodiit tandem ex ſcholaſticorum penu *noua* circa ſponſalia *doctrina*, quæ iure canonico, quod in *decretalibus* continetur, confirmata eſt. Plures animaduerterant, nimis a patribus nonnullis extenſam fuiſſe vim ſponſalium, quæ tamen proprie dictum matrimonium haud conſtituerent, adeoque duo introduxerunt genera ſponſalium *de futuro* & *de præſenti*, maximum vſum in doctrina de *repudiorum libertate* habentia. Hæc vim *matrimonii* & ſic *indiſſolubile vinculum* habere edixerunt pontifices, quod in his *conſenſus matrimonialis* declaratus ſit, cuius formulæ adducuntur in *c.* 9. & *c.* 31. *X. h. t. c.* 3. *X. de ſponſal. duor.* adeoque in his nullam admiſere *licentiam repudiorum*, ſicuti in ipſo matrimonio omne fere diuortium ſuſtulerunt. Dixerunt enim, talia ſponſalia eſſe ipſum matrimonium, *c.* 14. *X. de conuerſ. coniug. c.* 22. & *cap* 31. *eod.* quo poſito, omnis *repudii* facultas prorſus excludi debuit. Sponſalia vero *de futuro*, quæ ſunt *futurarum nuptiarum promiſſa* ſecundum NICOLAVM in *c.* 3. C. 30. *q.* 5. a *matrimonio* diſtinguenda eſſe cenſuerunt, vt *vinculum indiſſolubile* haud continerent, & ita repudio locus eſſe poſſet. Diſtinxere vero vlterius inter ſponſalia *puberum* & *impuberum*: in hisce *repudio* locus eſt relictus, adeo vt alter pubes factus ſimpliciter, etiam altero inuito, ab iis reſilire poſſet. *c.* 7. & 8. *X. de deſponſ. impub.* Illis obligationem vtique ineſſe crediderunt, non tamen *indiſſolubilem*, ſed ita comparatam, vt *iuſta de cauſa* diſſolui queat, & deſponſati mutuo diſſenſu recedere poſſint. *c.* 2. 10. 17. *X. h. t. c.* 25. *X. de iurei.* Inde canoniſtæ ſolliciti admodum fuerunt in conglomerandis probabilibus repudiorum cauſis, de quibus mox agendum eſt.

Doctrina hæc propagata ad proteſtantes, ſed mirifice turbata.

§. CLIIX. Quantas confuſiones inter proteſtantes hæc diſtinctio pepererit, noto notius eſt. Retinuerunt eandem, ſed nouos prorſus ſignificatus ei tribuerunt, prout ſupra plenius tradidi. Imo nequidem ICti proteſtantes in *definitionibus* ipſis inter ſe concordant. Plerique huc dilabuntur, vt *pura de præſenti*, *conditionata* de *futuro* dicant, licet ſine ſolido fundamento: certe de iure canonico de *futuro* ſunt tam *pura* quam *conditionata*, nec *conditionata promiſſio* minus obligat quam *pura*. Hac metamorphoſi ſecuta, *pura* quidam fere *indiſſolubilia* conſtituerunt, vt non aliis ex cauſis diſſolui poſſent, quam ex quibus matrimonium, vt docet KITZEL. *in ſynopſ. matrim. c.* 8. *theor. XI.* in ſponſalibus autem *de futuro* plures admiſerint leuioresque cauſas, vt IDEM *cit. loc. theor. XIII. ſeq.*, innuit. Huic acceſſit COTHMAN-

Pura indiſſolubilia dixere.

NVS

NVS *vol.* I. *resp.* 78. *n.* II. aiens: *omnes iuris interpretes sponsalia de praesenti pro vero indissolubili & inseparabili matrimonio habere*, quod solus consensus matrimonium constituat. CARPZOV. *lib.* 2. *iurispr. consist. def.* 17. eandem cantilenam secutus est, & per *publica sponsalia de praesenti* ipsum matrimonium contrahi docet, *conditionatis* tamen parem vim haud inesse adstruit, *def.* 22 *seq.* adeo vt pro lubitu ab iis recedere liceat, inuita etiam altera parte. IDEM *cit. l. def.* 174. Nihilominus tamen iustas repudiorum causas *def.* 175. *seq.* adfert in sponsalibus *pure* contractis, quae indicium praebent, in vniuersum hanc doctrinam non adeo cohaerere.

§. CLIX. Nimis longum foret, si per singulorum Dd. tradita ire vellem, quae ita sunt comparata, vt connexione idonea destituantur. Linquam haec ἀπύρατα, & ne in eandem scyllam incidam, pauca quaedam adducam praesupposita, vt inoffenso pede in hac doctrina progredi queam. Videlicet conclamatum & indubium est, 1) protestantes non habere *sponsalia de praesenti in sensu iuris canonici*, adeoque inter eos deficere negotium, cui doctrina huius iuris, de his sponsalibus tradita applicari possit: 2) omnia nostra sponsalia in praxi, ex intentione contrahentium, & ex natura rei esse *de futuro matrimonio*, non *praesens matrimonium*, adeoque ab hoc ad illa non valere consequentiam: 3) sponsalia *conditionata* aeque obligare ac *pura*, ad minimum ad expectandum conditionis euentum, adeoque vix dici posse, facilius dissolui *conditionata*, quam *pura*, quod CARPZOVIVS statuit, ex erroneo supposito, conditionata esse *de futuro* in sensu iuris canonici. Conditio non mutat speciem conuentionis, obligat ad expectandum euentum, vniceque operatur, ne obligationis dies cesserit. Interim quoad *libertatem repudiorum* nihil plus in his, quam in *puris* permissum videtur, cum nec *spem matrimonii* fallere liceat. Agnouit id ipsum etiam ius canonicum, quod *conditionatis* omnino quoque vim quandam obligandi aeque ac *puris* tribuit, *c.* 22. *X. h. t.* adeo vt etiam *impedimentum honestatis* publicae inducere dicantur aeque ac pura, *c.* 8. *eod.* & ab eis temere recedentibus poena ecclesiastica imponatur. *c.* 3. *X. eod.* Hac de causa credidi, abstinendum in hac doctrina ab hac distinctione, & non alias in *conditionatis* admittendas esse probatas repudiorum causas, quam quae *puras* dissoluunt. 4) Separandas esse causas NVLLITATIS a causis REPVDIORVM; illae ab initio sponsalia nulla constituunt, nullamque inducunt obligandi efficaciam, adeoque non tam *dissoluunt* sponsalia, quam eadem *nulla* esse ostendunt, veluti si sine parentum consensu, si per vim metumque iustum, si in-

Proteſtantes non habent ſponſalia de praeſenti in ſenſu iuris canonici.

Conditionata aeque obligant ac pura.

Nullitatis cauſae a cauſis repudiorum diſtingui debent.

Digitized by Google

ſi interueniente iuſto errore ea fuerint contracta. E contrario cauſæ *repudiorum* probatæ præſupponunt, ſponſalia fuiſſe *rite* & *valide* inita nulloque vitio ab initio laborare. Vnde quoque *impuberum* ſponſalia hic minime ſunt ſupponenda, quippe quæ adhuc *imperfecta* & vinculo legitimo deſtituta ſunt, adeo vt *ſine cauſa*, pubertate aduenientе, diſſolui queant. 5) *Tractatus ſponſalitios* itidem a meo ſcopo eſſe alienos, quales dicuntur *præliminares de futuro matrimonio deliberationes & promiſſiones futurorum ſponſalium publicorum*, quæ, antequam plene ſunt determinatæ, vt nihil amplius determinandum ſuperſit, vim obligandi non habent. Proinde antequam de *probatis repudiorum cauſis* contentio ſuſcipiatur, ante omnia videndum: vtrum ſine vllo vitio & nullitate ſint? vtrum inter puberes contracta? vtrum *publica*, ex lege prouinciali contracta? 6) Potiſſimum hic præſupponi ſponſalia *maiorennium:* minorennes facilius a *nexu ſponſalitio* abſolui poſſe per *reſtitutionem in integrum*, ſupra plenius docui, vt ad *cauſas repudiorum*, de quibus iam agendum, ne quidem neceſſario recurrendum ſit. Denique 7) præſupponi debet, *rem inter deſponſatos adhuc eſſe integram:* ſi *concubitus* ſponſalibus acceſſit, ſi ſponſa iam vterum gerit, nexus inter eos eſt firmior, quia iam prope ad ipſum acceſſit *matrimonium*, adeo vt, licet non ſit matrimonium ſolenniter initum, vim tamen matrimonii quoad *indiſſolubilitatem* habeat, vt non aliæ repudiorum cauſæ, quam quas ipſum admittit matrimonium, concedantur, cum hæc demum in ſenſu *iuris canonici* dici poſſint *ſponſalia de præſenti*, & illa huc applicari, quæ ius de illorum nexu arctiſſimo tradit.

Tractatus hic alieni.

In repudio concedendo ses adhuc debet eſſe integra.

§. CLX. Hisce præſuppoſitis ad cauſas *repudiorum probatas* pedem promoueo. Videlicet quemadmodum omnis promiſſio intelligitur ſub clauſula: *rebus ſic ſtantibus; c. 25. X. de iurei.* ill. COCCEIVS *de clauſula rebus ſic ſtant.* ita multæ cauſæ interuenire poſſunt, quæ liberant promittentem a nexu, quo antea tenebatur, vt impune & ſine præſtatione eius, quod intereſt, a contractu recedere poſſit. Idem in *ſponſalibus* contingere experientia docet, quibus eadem ineſt conditio, vt *cit. c. 25.* docet, & ratio eius intima demonſtrat. Finis enim ſponſalium eſt, vt nuptiæ contrahantur, cum par ſit, tanti momenti obligationem non protinus, ſed *duobus* demum *diſtinctis gradibus* perfici, vt adhuc intermedio tempore diſpici queat, num aliquid forſſe ſit, quod matrimonii conſummationem impediat, quod non ſtatim ab initio perſpici potuerit. SCIPIO GENTILIS *lib. II. de nupt. c. 2.* In cauſis

Iuſta cauſa vinculum tollit ex poſtfacto.

Digitized by Google

ſis ſane arduis & maioribus lente feſtinandum eſt. Nec mihi verti vitio poteſt, quod argumentum a *contractibus* ad *ſponſalia* traxerim. Quis enim *ſponſalia* per modum *conuentionis* perfici, negauerit? cum ipſum *matrimonium* etiam *contractum ciuilem* eſſe aſſerant noſtrates, & pontificii quidam. Inter hos celebris eſt IO. LAVNOIVS *de regia matrim. poteſtate*, toto libro theſin hanc defendens. Inter illos principatum tenet FRIDER. VLRICVS CALIXTVS *de diuort. & coniugio* §. 24. aiens: *Non ſatis igitur mirari poſſum, eſſe etiam inter noſtrates, qui coniugium contractum ciuilem eſſe negant, argumento potiſſimum moti iſto, quod, ſi eſſet talis contractus, hoc ſicut mutuo contrahentium conſenſu initur, ita mutuo eorundem diſſenſu ſolui poſſit. Sed non eſt de omnis contractus ciuilis formali & intrinſeca ratione, vt mutuo contrahentium diſſenſu hoc ipſum, quod eorundem conſenſu eſt initum, ſoluatur, aut ſi contingat, vt non poſſit ſolui, deſinat eſſe contractus ciuilis. Manifeſtum hoc redditur exemplo iſtorum contractuum, in quibus tertio aliquid reſeruatur iuris.* Paulo prolixiori exemplo id illuſtrat, quod huc repetere non placet, quia non caret dubiis: ſufficit, ſi dicamus, ſemel hanc legem tum iure diuino, tum *humano*, matrimonio datam fuiſſe, vt indiſſolubile vinculum conciliet, quorſum etiam CALIXTVS paulo poſt collineat his verbis: *Eſt igitur a contractu nuptiali inſeparabilis ſummæ maieſtatis auctoritate addita conditio, vt contrahentes contractui per mutuum diſſenſum non renuncient, in quam conditionem ſponſalia contrahentes ſiue palam ſiue tacite conſentiunt. Nec tamen annexa iſta indiſſolubilitatis, vt ita loqui liceat, conditio impedit, nec impedire poteſt, quo minus pacta iſta nuptialia ſint & habeantur pro contractu ciuili, e quo deinceps coniugalis naſcatur ſocietas.*

§. CLXI. Merito itaque in repudio *probatas* deſideramus *cauſas*, quæ tunc demum adeſſe debent, ſi, altera parte inuita, quis a ſponſalibus recedere intendit. Quodſi *mutuo conſenſu* a contractu reſilire contrahentes geſtiant, id *regulariter* iis liberum eſt, ſi vel maxime nullam *iuſtam* habuerint *cauſam*, quatenus res adhuc eſt integra, maxime ſi ſolo conſenſu negotium perficitur. §. *vlt. I. quib. mod. toll. obl. l* 58. *D. de pact.* Idem de *ſponſalibus* forſan dicendum erit, quæ *ſolo conſenſu* deſponſatorum perficiuntur. Quis vero neſcit, quot fluctus hic ab interpretibus moueantur? Aiunt, negant, diſtinguunt, vt plerisque aqua hærere videatur. Sententia iuris canonici in hac quæſtione certior eſt, atque euidentior, ſi ſponſalium diuiſionem iuxta eorum ſenſum æſtimamus. In ſponſalibus *de futuro*, ſiue *pura* ſint, ſiue *conditionata*, admittunt diſſolutionem *ex mutuo diſſenſu*. Pontifex in *c.* 2. *X. h. t.* ſine vlla hæſita-

Mutuo diſſenſu a ſponſalibus recedere licet de iure canonico,

Digitized by Google

ſitatione id approbat, & *præterea*, ait, *hi, qui de matrimonio contrahendo pure & ſine omni conditione fidem dederunt, commonendi ſunt, & omnibus modis inducendi, vt præſtitam fidem ſeruent: ſi autem ſe ad inuicem admittere noluerint, ne forte deterius inde contingat, vt talem ſcilicet ducat, quam odio habet, videtur, quod inſtar eorum, qui ſocietatem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea eandem ſibi remittunt, hæc poſſit in patientia tolerari.* Trahit argumentum pontifex 1) a contractu *ſocietatis*, quæ ſicuti mutuo diſſenſu diſſolui poteſt, ita quoque idem admittendum eſſe credit in *ſponſalibus*, quæ mutuo diſſenſu diſſolui poſſunt. GONZALEZ *ad cit. text. n.* 7. 2) Loquitur pontifex de ſponſalibus illis, quæ *pure & ſine omni conditione inita ſunt*, de futuris ſcilicet nuptiis, qualis natura & ratio ſponſalium ordinaria & regularis eſt. Vnde nihil agunt quidam ex Proteſtantibus, qui hunc textum ad ſponſalia *conditionata* reſtringere volunt, qualia dicunt de *futuro*. 3) Vult tamen pontifex, *vt commoneantur, & omnibus modis inducantur ad fidem datam ſeruandam*, id quod non neceſſitatem & coactionem, ſed *ſuaſionem ſimplicem* atque *conſilium* continet, & ideo præmitti debet, quia æquum eſt, vt, quantum fieri poteſt, partes diſſentientes ad concordiam trahantur, quod epiſcoporum potiſſimum eſt officium *c.* 7. & 11. *D.* 90. 4) Denique ſi nec admonitiones quicquam proficiant, patienter toleranda eſſe dicitur remiſſio fidei reciproca, non per modum *diſpenſationis*, vt quidam ſomniant, ſed *iuris communis*, quod ratio a *ſocietate* adducta indicat.

cum auctoritate iudicii eccleſiaſtici.

SANCHEZ *de ſacram. matrim. l.* 1. *diſp.* 52 *n.* 2. Ni vero me omnia fallunt, hæc verba ſimul 5) indicant, non *priuato auſu*, ſed *iudicii eccleſiaſtici auctoritate* partes recedere debere. *Patienter tolerari hæc debere*, ait pontifex, id quod de *iudice eccleſiaſtico* intelligit, ne inuitos cogat, ſed permittat tandem, vt ab inuicem recedere poſſint. Nec diuerſum obtinet in ſponſalibus *iuratis*, cum alter alteri iuramenti vinculum remittere poſſit, quod admittit SANCHEZ *cit. l. n.* 6. cum GONZALEZIO ad *c.* 2. *cit. n.* 7. *in f.* imo etiam ipſe pontifex *in c.* 7. *X. h. t.* Quamuis enim in *cit. text.* videatur loqui de vnius diſſenſu, id tamen eo magis applicari poteſt ad mutuam fidei datæ remiſſionem. Arctius vinculum tribuunt *ſponſalibus de præſenti*, quæ iuxta eorum hypotheſin ſunt ipſum matrimonium, a quo mutuo diſſenſu reſilire haud integrum eſt, vt ſupra iam monui.

An inter Proteſtantes?

§. CLXII. Quid vero ad hæc Proteſtantes? ſi pars maior vinceret, ſi ex communi doctrina veritas eſſet æſtimanda, ſponſalia *pura & publice* contracta non eſſent mutuo conſenſu diſſoluenda. Argumenta,

Digitized b

menta, quæ patroni huius ſententiæ in ſcenam producunt, relata & examinata ſunt ſedulo a B. STRYKIO *de diff. ſponſal. ſect.* 3 §. 9. *ſqq.* quæ hic repetenda eſſe haud neceſſarium duco. Referam tantum ſententiam *theologorum Vitebergenſium* apud DEDEKENNVM *vol. III. lib. 2. ſect.* 13. *n.* 2. vbi ideo ſponſalia hæc per mutuum diſſenſum diſſolui poſſe negant; daß ſolche öffentliche Eheverlöbniß, da ſine conditione per verba de præſenti eines dem andern die Ehe zugeſagt, eine rechte Ehe iſt vor GOtt und vor der Welt, ungeachtet, wenn gleich das Beyſchlafen nicht erfolget iſt. Non intellexere myſtæ Vitebergenſes *verba de præſenti*, quæ iuris canonici ſunt, & ſic quoque ex hoc iure interpretanda erant. Verba *pura* & *de præſenti* eſſe hoc iure diuerſiſſima, liquet ex *c.* 2. *X. h. t.* in §. antec. explicato. Turbarunt admodum rerum mo-ralium conceptum, qui ex intentione contrahentium deſumendus erat, non ex præſuppoſita opinione vaga & incerta. Qui ſponſalia init, in *futurum*, non *præſens* conſentit matrimonium, nec hoc contrahit, ſed contrahere in futurum cogitat. Falſum ergo eſt, *purum* in ſponſalia conſenſum eſſe *matrimonium* vor GOtt und vor der Welt. Si hoc verum eſſet, pœnitentia eccleſiaſtica non eſſet ſtatuenda in anticipatum concubitum. Adferunt præterea vulgatum illud: *conſenſus facit matrimonium, non concubitus*, quo ipſo tamen notorie confundunt conſenſum *ſponſalitium* & *matrimonialem*, qui diuerſiſſimum *finem* & *obiectum* habet. Sponſalitius non ſufficit ad matrimonium, ſed ad hoc ineundum *nouus* & a priori diuerſus deſideratur, & in *hierologia* hodie exprimitur. Denique quod in quibusdam *ſponſalia* cum *matrimonio* conueniant, non inducit identitatem rei, ſed hæc duo negotia adhuc diſtinctiſſima manent, ceu infiniti effectus diuerſi oſtendunt. Plures aliæ huius farinæ adducuntur rationes a KIZELIO *in ſynopſi matrim. c.* 8. *theor.* II. *lit. c.* FINCKELTH. *obſ.* 42. CARPZOVIO *lib.* 2. *iurispr. conſiſt. def.* 173. aliisque, quæ tamen petunt id, quod eſt in principio. Id vero ſatis mirari non poſſum, plerosque etiam prouocare ad *ius canonicum*, & diſſolutionem tantum admittere in ſponſalibus *de futuro* ſeu *conditionatis*, negare autem in *puris* ſeu *de præſenti*. Ait NICOLAI *de repud. P. I. c.* 2. *n.* 9. ſponſalia de futuro, *qualia hodie habentur, quæ ſub certa & honeſta conditione aut adiecto die contrahuntur*, longe facilius dirimi poſſe, per textum expr. *in c.* 2. *X. h. t.* Et tamen hic textus loquitur non de *conditionatis*, ſed de illis, quæ *pure & ſine omni conditione* contracta ſunt. Ergo ſi ex mente iuris canonici, prout NICOLAI credit, hæc quæſtio decidenda, *pura* mutuo diſſenſu æque diſſolui poſ-

poſſunt, ac *conditionata*, quia ius canonicum in *puris ſine omni conditione* contractis admittit repudium. Nec ratio diuerſitatis genuina reddi poteſt, cum quæ ſit ratio remiſſionis fidei mutuæ in *conditionatis* ſponſalibus, eadem quoque in *puris* locum ſibi vindicet. Si dicendum, quod res eſt, non aliunde hic error natus eſt, quam ex peruerſa iuris canonici applicatione. Hoc ſponſalia *de præſenti* indiſſolubilia eſſe decernit: proteſtantes idem etiam aſſerunt, ſed mutant definitionem & rerum conceptum; illa aientes de *præſenti*, quæ ius canonicum decernit eſſe *de futuro*, vt *cit. c.* 2. indicat. Mutato autem rerum ſignificatu, prædicata priſtina amplius applicari non poſſunt. Cum itaque euidens ſit, ſponſalia pura non eſſe matrimonium, nec *de præſenti*, quæ ius canonicum fingit, ſed in ſolo *conuentionis* vinculo & terminis ſubſiſtere, vt ait B. STRYK. *cit. l.* §. 23. quid impediret, quo minus mutuo diſſolui poſſent conſenſu? Interim facile largior, id priuato auſu vt fiat, non facile largiendum eſſe, ſed *conſiſtorii auctoritatem* interuenire debere, prout etiam *cit. c.* 2. innuit, & admittit BROVWERVS *de iure connub. lib.* 1. *c.* 28. *n.* 56. cum ſponſalia hodie non ſimpliciter deſponſatorum arbitrio ſubiecta ſint, vt ceteri contractus conſenſuales. Interim nec magiſtratui eccleſiaſtico integrum eſt, ſi deſponſati ad conſummanda ſponſalia moueri nequeunt, conſenſum & auctoritatem denegare, ſed prout prudenter pontifex in *c.* 2. *cit.* innuit, *patienter* hoc *tolerare* debet, quia coactiones difficiles ſolent habere exitus. Recte id obſeruat BROVWERVS *cit. l.* &, *nec video*, ait, *cur adeo difficiles quidam ſint, vt hoc negent; etenim, licet quid de natura finis ſui participent ſponſalia, publica matrimonia tamen non ſunt, ſed via duntaxat, & gradus ad nuptias, vt Deus nondum coniunxiſſe dici poſſit inexplicabili nexu, qui ſponſores duntaxat ſunt coniugii futuri. Deinde, & melius eſt, mutato affectu vtriusque conſponſi, ſi infelix creditur futurum coniugium, vt ſinat magiſtratus diſtrahi ſponſalia, quam vi cogat, inuitas nuptias perficere, diſtrahendas poſtea forte vel lectuli & menſæ ſeparatione.*

An ob inimicitias capitales repudio locus eſſe poſſit.

§. CLXIII. Sicuti vero *mutuus diſſenſus* non ex odio & inimicitiis capitalibus, ſed potius ex aliis cauſis originem trahere poteſt, ita multo magis repudio locus relinquendus eſt, ſi *inimicitia capitalis & odium implacabile* ſuperueniens probari poſſit. Aut enim hæ inimicitiæ ſunt mutuæ, aut tantum in altero *deſponſatorum* deprehenduntur. Priori caſu *mutuus* adeſt *diſſenſus*, & ita ſecundum antea dicta procedendum, & quidem eo magis, quia inter *hoſtes* talis indiuidua vitæ conſuetudo per rerum naturam ſubſiſtere nequit, qui magis ſeiungendi

Digitized by Google

di quam coniungendi, ne in luctuoſum & triſtiſſimum vitæ conſortium conſentire cogantur. CYPRAEVS *de connub. iure c. XIII.* §. 82. Poſteriori caſu, ſi forſan ſponſa abhorret a moribus auſteri ſponſi; ſi odium Vatinianum contra eum concepit, vt nullo modo id ex mente eius eradicari poſſit, videndum, vtrum *iuſtam* odii *cauſam* habeat nec ne? Priori caſu ex *cauſa odii* ſtatuendum, an *impune* repudium ſponſo mittere poſſit, qua probata, repudium non denegandum. Quid enim, ſi verberibus ſponſam excepit? ſi graui iniuria affecit? ſi imperioſius ita eam tractaverit, vt inſtar *mancipii* eam ſe habiturum eſſe oſtendat? BRVCKNERVS *in deciſ. matrim. c.* I. *n.* 59. Poſteriori vero diſcernendum prudenti iudici, an odium *ſimulatum*, an *verum?* Solent puellæ non raro ſpe matrimonii melioris & vt eo promtius faciliusque a ſponſalibus recedere poſſint, fingere horrorem, odium, inimicitiam, cuius tamen cauſam genuinam adferre nequeunt, præſertim cum ſponte ſponſalia ſolenniter contraxerint, & amorem erga ſponſum multis oſtenderint argumentis: mox amore erga alium captæ (eſt enim varium & mutabile ſemper femina) repudium priori ſponſo mittere intendunt, & deſtitutæ iuſta cauſa tantum odium, & quod eius præſentiam penitus exhorreſcant, allegant, quæ cauſa omnino reiicienda, ne dolus eis proſit, quin potius iudex per ſententiam conſummationem matrimonii iniungit, easque remediis probatis ad hoc cogit. Poſteriori caſu, ſi odium verum, non ſimulatum eſſe appareat, ſi nulla ratione in concordiam reduci poſſunt ob omnimodam animi auerſionem, permittenda eſt diſſolutio ſponſalium, *ne forte deterius inde contingat, vt tali nubat, quam odio habet*, vt ait pontifex *in c.* 2. *X. h. t.* ſalua tamen ſatisfactione alteri præſtanda. CARPZ. *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 176.

§. CLXIV. Hoc modo per varias diſtinctiones procedendum, & de hac quæſtione iudicandum eſſe autumo. Plurimi ſine vlla fere diſtinctione de hac quæſtione iudicant, vt BRVCKNER. *cit. l.* NICOLAI *cit. l. n.* 15. MOGGIVS *de ſponſal. c.* 2. SANCHEZ. *cit. l. diſp.* 59. eamque vel *abſolute* negant vel affirmant, quod tamen non poteſt non multas parere diſcordias. Inprimis MOGGIVS *cit. l. th.* 1. ita ſimpliciter format ſtatum controuerſiæ: *an ſponſalia de præſenti*, h. e. pura, *propter odia & inimicitias, quas ſponſi iactant, ſiue arbitrantur eſſe irreconciliabiles, diſſolui a magiſtratu debeant & poſſint?* In *c.* 1. *th.* 19. iam promiſerat, *mutuo diſſenſu* ſponſalia ſolui non poſſe, ergo etiam idem de eo caſu, quo odia ſunt reciproca, vnde *mutuus* naſcitur *diſſenſus*, ſine dubio intelligit, quod etiam argumenta, quæ adducit, indicare videntur. Ille negat, magi-

Plures ſimpliciter repudium in hoc caſu excludunt.

Digitized by Google

magiſtratum *expreſſe* hoc vinculum diſſoluere poſſe ob *capitales inimicitias*, quamuis *tolerare* poſſit, ne matrimonium conſummet. Partim ergo negat, partim affirmat. Tacite conniuendo, magiſtratum repudium *tolerare*, non expreſſe *decernere* poſſe cenſet, quæ philoſophia admodum curioſa eſt. Quantum enim iudico, iudex iudicare debet pro *conſummatione matrimonii*, *executionem* autem eius non adeo vrgere, ſed tacite permittere debet, vt ſententia inanis ſit & effectu careat. Quid autem, ſi vterque poſtea aliud matrimonium iniuerit contra talem ſententiam? an hoc reſcindendum? an puniendi ſunt? vel an rurſus magiſtratus tolerantiam & patientiam hic præ ſe ferre debet? Hoc ſubtili temperamento magis rem inuoluit quam euoluit. Sed videamus, ob quas cauſas magiſtratus eccleſiaſticus non poſſit *decernere expreſſe* diſſolutionem ſponſalium purorum.

Referuntur & examinantur negantium rationes.

§. CLXV. Ait MOGGIVS *th. 4. cit. l.* (1) nullos in toto iure occurrere textus, quo magiſtratui hæc licentia fuerit conceſſa, quin potius ex *c. f. X. h. t.* conſtare, ſponſalia de præſenti *ratione vinculi eſſentialis & extrinſeci* nihil hactenus a *vero matrimonio* differre, adeoque aliis de cauſis reſcindi non poſſe, quam ob quas ipſum reſcinditur matrimonium. Ob *inimicitias* autem *capitales* reſcindi nunquam poſſe matrimonium, omnium confeſſione conſtat, ergo idem quoque dicendum erit de *ſponſalibus*, niſi odio acceſſerint inſidiæ. Parum præſidii in hoc argumento habebit MOGGIVS, ſi deſtitutus fortioribus copiis erit. Erroneum eſt, textum in toto iure de hac cauſa non occurrere. ALEXANDER III. *in c. 2. X. h. t.* permittit expreſſe repudium ob *odium*, & ſi vel maxime textus hic deficeret, recte tamen interpretes animaduertunt, arbitrio iudicis totum hoc negotium committendum eſſe, ex rerum circumſtantiis ſumturi argumenta, vt ait BROVWERVS *de iur. connub. lib.* I. *c.* 25. *n.* 9. cum SANCHEZIO *lib.* I. *de matrim. diſp.* 62. *n.* 3. CARPZOVIO *lib.* 2. *iurispr. conſiſt. def.* 176. *n.* 3. *ſq.* CYPRAEO *de ſponſal. c. XIII.* §. 8. *n.* 1. Leguleiorum eſt, verba textus requirere aut vrgere, vbi ſufficiens iuris ratio, qua iurisprudentia perficitur, adeſt. Argumentum ex *c. f. cit.* deſumtum parum ſententiæ MOGGII patrocinatur. *De ſponſalibus de præſenti* loqui textum, & quidem in ſenſu ſingulari *iuris canonici*, nemo non videt, qualia Proteſtantes ignorant, nec MOGGIVS vnquam vidit. Quæ enim *publica* & *de præſenti* vocantur, ſunt illa ipſa, quæ deſcribuntur *c. 2. X. h. t.* h. e. *pura & ſine vlla conditione contracta.* Quis vero hæc *matrimonium* aſſereret? quis eandem illis vim, quæ coniugio ineſt, tribueret? Abſurdum vtique

Reſponſio ad primam rationem.

eſt

eſt, ob nullas alias cauſas ſponſalia diſſolui poſſe, quam ob quas reſcinditur vinculum connubii. (II) Prouocat ad edictum diuinum: *quod ergo DEVS coniunxit, vos creaturæ meæ diſſoluere non debetis*, quod æque ad *deſponſatos* applicandum eſſe cenſet, quia iure diuino ſunt & nominantur *coniuges*, & copula carnalis poſtea accedens tantum conſummationem matrimonii operatur. *Quapropter*, ait, *recte demum infertur, ſponſalia de præſenti pura & non clandeſtina a nullo hominum ſeparari poſſe.* Mirifice turbat MOGGIVS conceptum *coniugii* & *ſponſalium*, quem ex iure canonico non recte intellecto deprauauit. Pertinere *verba Chriſti* ad matrimonium *realiter contractum*, non *contrahendum*, docet tum ratio ex *vnitate carnis* deſumta, tum ipſe *contextus* & huic conſentiens tota interpretum turba, oſtendente B. STRYKIO *de diſſ. ſponſal. c. III. §. 22.* Imo ipſa occaſio, qua ſaluator noſter hæc verba: *quod DEVS coniunxit, homo non ſeparet*, adfert, manifeſtum præbet argumentum, ipſum de *matrimonio*, quatenus per *diuortium* diſſolui poſſit, loqui. Hæc ſententia vnice illis contradixit, qui nullum verum nexum in matrimonio agnoſcebant, & ob quascunque cauſas illud diſſolui poſſe credebant. De *ſponſalibus* nec interrogatus Chriſtus, nec quæſtio fuit. Iure diuino hæc matrimonium eſſe, incongrue dicitur, quod intentionem contrahentium non aliorſum detorquet, quam quorſum directa fuit. Nouus ſane & a *ſponſalitio* diuerſus conſenſus deſideratur in matrimonio, quo in *præſentem cohabitationem* ſolenniter & publice conſentiunt. Ita recte CALIXTVS *cit. diſſ. de coniug. & diuort.* §. 28. *in f.* cenſet, &, *conſenſus*, ait, *quando per promiſſionem futuræ copulæ manifeſtatur, ſponſalia conſtituit. Reiicitur vero diſtinctio ſponſalium de præſenti & futuro. Sponſalia enim ſunt promiſſiones præſentes & actuales matrimonii futuri. Qualibus poſitis dici poteſt matrimonium ratum.* (vel potius *ſperatum*: nam *ratum* in ſenſu iuris canonici plus denotat.) *Neque dubium eſt, quin id facilius & pluribus de cauſis diſſolui queat, quam matrimonium conſummatum.* Secundæ rationis examen.

§. CLXVI. Pergit MOGGIVS, (III) & nihil turpius eſſe, ait, quam ſtipulationem *ſub nominis diuini auctoritate* conceptam de indiuidua vitæ conſuetudine, ſocietate & cohabitatione colenda, ab homine mortali ſine cauſa a Deo permiſſa dirimi. Hoc argumentum plus probat, quam debebat. Ponamus, duos iniiſſe ſocietatem negotiatoriam, inuocato nomine diuino, & iureiurando confirmatam. Quid, ſi poſtea inimicitiæ inter ſocios coortæ fuerint, & *mutuo diſſenſu*, ante diem huic ſocietati dictum, reſilire, & iurisiurandi vinculum alter alteri remittere Tertiæ rationis examen.

Digitized by Google

vellet, quis negabit ſanus, eos a ſocietate recedere poſſe? Plura alia negotia, *inuocato nomine diuino*, ineuntur, a quibus tamen recedere integrum eſt: imo ſponſalia ſæpius inuocatione nominis diuini neglecta conciliantur, adeoque ratio decidendi inde deſumi nequit. Ceterum non aſſerimus, *abſque cauſa* recedi poſſe a ſponſalibus: *iuſtam cauſam* coortis inimicitiis capitalibus ſubeſſe credimus & profitemur, & quidem eo magis, cum etiam apud Iudæos ex iis diuortium erat licitum. Sed (IV) nec intactam relinquit regulam vulgatam, *conſenſum facere matrimonium, non concubitum*, quæ vera eſt, hic vero minus recte applicata. Conſenſus etiam facit *ſponſalia;* non *idem conſenſus* tamen etiam conſtituit matrimonium: ad hoc *nouo* adhuc & *diſtincto* opus eſt conſenſu, quem *matrimonialem* vocamus, id quod tot diuerſi effectus, quos diſtinctus hic conſenſus producit, demonſtrant. vid. *diſſ. de diuerſ. ſponſal. & matrim. iure.* Inde (V) abſurda eius ſunt Brocardica, quæ vltimo adfert loco, veluti: quod id, quod de matrimonio diſponitur, locum habeat in nuptiis, & iura locum habentia in vno, locum quoque habeant in altero, quales & plures alii floſculi enumerati & plenius examinati ſunt in *prolegom. cit. diſſ.* quos ſana ratio & ius commune reprobat, damnat, & repudiandos cenſet.

Quartæ rationis examen.

Genuinus ſenſus c. 2. X. de ſponſal.

§. CLXVII. Quia vero animaduertit, grauiter contra hanc ſententiam pugnare *c.* 2. *X. h. t.* illud in *ſqq.* methodo ſcholaſtica reſolvit. Primo ipſum textum non adeo genuinum eſſe docet. Id quidem negari nequit, INNOCENTIO III. eum adſcribi non poſſe, ſed potius deberi ALEXANDRO III. Hac de cauſa etiam ALTESERRA. qui in *decretales* INNOCENTII III. commentatus eſt, hunc textum omiſit, & primum ex *c.* 22. *X. h. t.* producit. *Concilio Lateranenſi III. anno* 1179. celebrato, adiectæ ſunt variæ decretales, inter quas quoque hic textus *c.* 43. apud HARDVINVM *tom. VI. concil. P.* 2. reperitur, & ALEXANDRO III. tribuitur, ſimulque verba finalia eius adducuntur, quæ MOGGIO ſuſpecta videntur. Idem textus reperitur in *collectione prima*, concilio Lateranenſi ſubiecta, apud HARDVIN. *cit. l. p.* 1741. *c.* 33. vbi verba vltima omiſſa ſunt, quæ diſſolutionem ſponſalium concedunt. Sed nec priora, quæ *cit. l.* adducuntur, diſſolutioni reſiſtunt, adeoque ſi vel maxime vltima non eſſent genuina, nihil aliud tamen euincunt priora, quam *exhortandos* eſſe deſponſatos, vt fidem datam ſeruent, quæ tamen verba *neceſſitatem* nullam, nec *abſolutam obligationem* inferunt. Suadent, non neceſſitant. In eo vero palmarium ſuæ cauſæ præſidium collocat, quod totum hoc capitulum ex omnium interpretum ſententia loquatur de ſponſali-

Digitized by Google

ſalibus *de futuro*. Nec hoc ego nego, ſed id tantum obſeruo, illa ipſa ſponſalia, quæ hic adſeruntur, non alia eſſe, quam quæ Proteſtantes *perverſa ſignificatione* vocant de *præſenti*. Breuiter agit textus de iis, qui *pure & ſine omni conditione de matrimonio contrahendo* ſibi fidem dederunt. Hæc ſponſalia noſtrates cum MOGGIO vocant *de præſenti*, pontificii *de futuro*. Nunquam ſponſalia inimus de *matrimonio contracto*, id quod eſt σιδηρόξυλον, ſed de *matrimonio contrahendo*, adeo vt puniamus deſponſatos, ſi ante matrimonium contractum concubuerint. Ita philoſophatur auctor in ſchola Proteſtantium exiſtens ex principiis canonici iuris, quæ tamen peruertit, & nouis ſuis definitionibus applicare ſtudet. Linquamus tandem has nænias, & rem exprimamus verbis apertis, quæ ſine ſophiſmate in alium detorqueri nequeunt ſenſum. Inebriati principiis iuris canonici, quæ tamen non intelligunt, nec ſatis perpendunt, omnia turbant, vt ſanam tandem eiurare rationem cogantur. MOGGIVS ſponſalia *de præſenti* ſemper in ore habet, nec tamen inter Proteſtantes iis aliam definitionem affingere poteſt, quam quæ habetur in *c.* 2. *cit.* Negat hunc textum applicari poſſe ad *ſponſalia de præſenti*, quod admitto in ſenſu iuris canonici, nego in ſenſu illo, quem Proteſtantes, mira rerum metamorphoſi, receperunt, vel potius corruperunt. Reliqua, quæ adfert ad illuſtrationem huius textus, magis ſunt commenta, quam commentaria eiusdem, vt pigeat, tot verba pro retundendis his ſcopulis inanibus adduxiſſe.

§. CLXIIX. Pergo iam ad genuinas & probatas repudii cauſas alias, quæ, vt dixi, magnopere ex *diſcreti iudicis arbitrio* dependent. Generaliter hanc ROVWERVS *cit. l. n.* 9. adfert regulam: *tum eſſe repudio locum, quoties poſt conſtituta ſponſalia eiusmodi obuenerit incommodum, quod repudiantem, ſi præſciſſet, a ſpondendis nuptiis ſine dubio deterruiſſet.* Omnis enim promiſſio habet in ſe conditionem tacitam: *rebus ſic ſtantibus*, quam nec ſponſalia repudiant. *c.* 25. *X. de iurei.* Quodſi ergo tam *notabilis rerum mutatio* ſuperuenerit, quam ſi alter deſponſatorum præuidere potuiſſet, nunquam *rationabiliter* ſponſalia contraxiſſet, iuſta erit repudii cauſa. Et quidem hoc eo magis admittendum cenſeo, quo grauius præiudicium ex *matrimonio ſubſequente* alteri adfertur, quod *indiſſolubile* eſt, cum in ſponſalibus res integra ſit, & hoc graue malum & infortunium præcaueri poſſit. Ceſſante ergo hac conditione *tacita*, ceſſare vinculum ſponſalitium dicendum eſt.

Generale fundamentum pro diiudicandis probatis repudii cauſis.

Iuſta repudii cauſa eſt perfidia alterutrius,

§. CLXIX. Ex hac regula pontifex in *cit. c.* 25. hanc format concluſionem, quæ in varios peculiares caſus ſeſe diffundit: *in ſponſalibus talis ſubintelligenda eſt conditio, ſi videlicet ſponſa in legem coniugii non peccet*, vel, vt paulo poſt dicitur: *ſi illa contra regulam deſponſationis non venerit*, quia alioquin deficit illa conditio, ſub qua ſponſalia ſunt contracta, & ſtatus rerum, qui tempore ſponſalium fuit, admodum mutatur. Sic itaque (1) iuſta eſt *repudii* cauſa, ſi ſponſa, quæ forſan cum veterano quodam ſponſalia iniit, in eius mox ſperatum obitum, pendentibus ſponſalibus, iuueni cuidam matrimonium futurum promittit, & ita captat mortem ſui ſponſi, fidemque illi datam frangit. Quid enim fœdius & turpius eſt, quam in ſponſi ſui mortem paciſci, & eius amorem ludibrio habere? Ita in cauſa quadam anno 1714. ad me transmiſſa, ſtatuendum eſſe cenſui, & eam his roboraui fundamentis: Es hat Herr Titius mit der Jungfer Caia, ſo von 17. bis 18. Jahren iſt, in Heyraths-Tractaten ſich eingelaſſen, auch er ihr und ſie ihm die gewöhnliche arrhas gegeben, darauf ihre Eltern ein concept der Eheſtifftung ihm zugeſchicket, woraus Titius ſofort abnehmen mögen, daß man mehr auf ſein Geld als Perſon, weil er ſchon von 63. bis 64. Jahren iſt, geſehen. Dahero er ſolches concept ihnen unvollzogen remittiret. Mittlerzeit aber erhält derſelbe unvermuthet einige Briefe, daraus zu erſehen, daß Caia mit jungen Leuten vertraulich conuerſiret, und an dieſelbe nicht allein Liebes-Briefe geſchrieben, ſondern auch einen von ihren Liebhabern, Lucium, auf des Titii Tod vertröſtet, daher Titius eine völlige auerſion vor ihr bekommen, und ſich reſoluiret, ſich mit ihr nicht trauen zu laſſen. Weil aber ihr Vater eine förmliche Ehe-Klage übergeben, ſo wird gefragt:

Ob *Titius* nicht genugſame Urſach habe, geſtalten Sachen nach zurück zu treten.

Ob nun wol dieſem entgegen zu ſtehen ſcheinet, daß Titius ſich mit der Caia ordentlich verlobet, und zu deſſen Beſtärckung ihr gewöhnliche arrhas gegeben, und von ihr dergleichen angenommen, wie denn auch ihre Eltern darein conſentiret, alſo an dem vinculo ſponſalium gar kein Mangel anzutreffen, und Titius dahero nach den bekanten Rechten gehalten ſeyn möchte, durch prieſterliche copulation die Ehe zu vollenziehen, oder in Verbleibung deſſen durch die Obrigkeit darzu compelliret oder angehalten werden könne,

NICOLAI *de repud. ſect. I. c.* I. *n.* 59. CARPZOV. *lib.* 2. *iurispr. conſiſt. def.* 132. BRVCKNER. *in deciſ. matrim. c.* I. *n.* 7.

li-

Digitized by Google

licet enim ad ſponſalia ineunda nemo cogi debeat, tamen ad ſemel contracta conſummanda cogi poteſt,

ROVWEN *de iur. connub. l.* 1. *c.* 24. §. 22.

und obwol Titius aus denen beygefügten Liebes-Briefen einige auerſion gegen Caiam bekommen, zumahl aus den beyden letzten Briefen abzunehmen, daß Caia in Carthago dem daſelbſt ſich aufhaltenden Lucio ihr Eheverlöbniß notificiret, und ihn auf des Titii bald erfolgenden Tod vertröſtet, gleichwol dieſes dabey zu erwegen, daß beyde Briefe von Lucio geſchrieben ſeyn ſollen, welcher ſich auf Caiæ Schreiben beziehet, ſo doch nicht da iſt, dabey dann bekannt, quod referens non probet, niſi conſtet de relato,

auth. ſi quis in aliquo C. de edend.

wie denn auch ſonſten ausgemachten Rechtens iſt, quod epiſtola contra tertium fidem haud faciat.

l. 7. *C. de probat. l.* 52. *pr. de pact.*

MENOCH. *de arbitr. iud. quæſt. lib.* 2. *c.* 94. *n.* 22.

NICOLAI de PASSER. *de ſcript. priu. tr.* 3 *pr. n.* 187. *&c.*

Dieweil aber dennoch nicht geleugnet werden mag, daß aus denen angeführten Liebes-Briefen eine wichtige cauſa a ſponſalibus reſiliendi erwächſet, zuförderſt aber hierbey unterſuchet werden muß, ob und wie weit ſolche zum Beweis hinlänglich ſind, &c. &c. &c. Hiernächſt es nunmehro auf die Frage ankommt, ob dieſelbe ad reſcindenda ſponſalia hinlänglich ſind, da denn zwar nicht zu leugnen, daß aus denen erſten 4. Briefen keine iuſta cauſa reſcindendi ſponſalia herzunehmen iſt, anerwogen ſie dieſe correſpondence vor der Verlöbniß gepflogen, und daraus nicht erhellet, daß ſie ungebührlich mit dem Lucio gelebet, hergegen die beyden letzten Briefe anzeigen, daß die Jungfer Caia poſt ſponſalia iam contracta eine ſolche correſpondence mit dem Lucio geführet, welche ſie der gröſſeſten Untreue überführet, anerwogen ſie darin die ſponſalia, ſo ſie mit dem Herrn Titio geſchloſſen, aus der Urſache notificiret, weil ſie mit demſelben ſchon ſich vorher verlobet, wie die deutlichen Worte des Briefes anzeigen:

> Denn einmahl weiß ſie, wie wir ſtehen, und daß ihre Frau Mama auch noch bey unſerer letzten Zuſammenkunft in Barcelona mit einander verabredet, daß uns weder Welt noch Teufel trennen kan, wo ſie anders nicht ihre Ehe in Gefahr ſetzen wollen ꝛc.

alſo ihn zur Geduld anmahnen wollen, zumahl ſie verhoffete, daß ſie ihres neuen Liebſten durch den Tod wegen ſeines Alters bald befreyet

seyn würde, sie inzwischen ein gutes Vermögen von ihm zu ererben hoffete, laut gedachten Briefes eigener Worte:

> Es ist zwar wohl wahr, um einen so fetten noch 1. à 2. Jahr warten zu können, und die Frau Mama meynete, daß der alte Galan so sehr hitzig sich bezeugete, daß ers kein Jahr würde ausdauren können; Allein man kan nicht wissen, wie das Ding gehet, und setzet mich fast in Verzweifelung.

ferner:

> Zwarten seynd ihre Vorschläge alle considerable, da ihr neuer Galan ziemlich alt, und an die 70 Jahr, sich auch offeriret ihr gleich 4000. Thaler zuzuheyrathen, und wenn Erben folgen solten, sie sein übriges, so sie glaubete über 20000. Thaler werth, darzu zu haben, in specie hoffete sie auch, das Haus noch darzu zu bekommen.

Woraus denn klärlich erhellet, daß gedachte Jungfer Caia ihren erstern Galan auf den Tod ihres bereits versprochenen Bräutigams vertröstet, und von demselben bald erlöset zu werden verhoffet, welches eine keiner verlobten Braut anständige Sache, vielmehr eine offenbare Untreu ist, und also der Herr Titius an die sponsalia denen Rechten nach nicht verbunden ist, subest enim in omni desponsatione tacita conditio, si illa in legem connubii non peccauerit, nec contra regulam desponsationis venerit, quo facto etiam iurata sponsalia dissoluuntur. *c.* 25. *X. de iurei.* B. STRYK. *de dissens. sponsal. sect.* 2. §. 27. *p.* 70. *in f.* Neque tantum illa fidem sponsalitiam frangit, quæ stuprum patitur, sed etiam quæ fidem alteri in casum mortis sponsi dat. *arg. c. f. X. de eo, qui dux. in matrim. quam poll. adult.* da es auch hier billig heissen muß, quod turpius eiiciatur quam non admittetur hospes, wie in simili casu der pontifex raisonniret in *c.* 25. *X. de iureiur.* So erhellet hieraus &c.

vel qui noua cum alia sponsalia iniit,

§. CLXX. Simili ratione quoque (II) in *legem datæ fidei* peccat, qui, relicta priori sponsa, cum qua valida iniit sponsalia, cum alia eadem contrahit. Quamuis enim sponsalia *posteriora* sint *nulla*, & sponsus ad instantiam sponsæ primæ cogi queat, vt ad eam reuertatur, & sic in nexu maneat; hæc tamen a *vinculo* prorsus liberata est, vt, si ad consummationem agere nolit ob fidem a perfido fractam, nihilominus satisfactionem suam ab eo petere possit. SANCHEZ. *de matrim. lib. I. disp.* 49. *n.* 2. Inde *in ordin. Saxon. elect. punct.* von Ehegelöbniß dicitur: Würde sich aber die Person, so sich mehr denn einem verbündlich verlobet, mit der letzten Person fleischlich einlassen, so soll der er-

Digitized by Google

erſten verlobten unſchuldigen Perſon nichts deſto minder frey ſtehen, ob ſie ſich mit dem Verbrecher verſohnen will. Hoc caſu vbi ad poſteriora concubitus acceſſit, maior ratio eſt pro repudio, quia magis eo ipſo in *legem deſponſationis* peccat. Limitant hoc ipſum eccleſiæ Romanæ doctores, niſi cum prima *ſponſalia de præſenti* contraxerit, quæ abſolute conſummanda ſunt, *c.* 31. *X. h. t. c.* 3. *X. de ſponſ. duor.* adeoque læſæ ne quidem integrum, ob fidem fractam a ſponſalibus recedere. Equidem Proteſtantes contrarium ſtatuunt, ſi poſterioribus ſponſalibus acceſſerit concubitus, cum etiam matrimonium ob adulterium diſſolui queat. KITZEL. *in ſynopſ. matrim. c.* 8. *theor. II. lit. e.* BEVST. *de matrim. P.* I. *c.* 15. *in f.* Cetèrum ſi adhuc res ſit integra, maior illis ſuboritur difficultas, qui ſponſalia *publica* & *pura* dicunt *de præſenti*, & hæc ſecundum regulas *iuris canonici* æſtimanda eſſe cenſent. Si iuxta quorundam errorem ſunt ipſum matrimonium, innocenti vix integrum erit, perfido nuncium mittere. Cum vero ab hac hypotheſi prorſus alienus ſim, innocentem ſponſam cogendam haud eſſe arbitror, vt, ſi gratiam fœdifrago facere nolit, ad eum reuertatur. Conf. CARPZOV. *lib.* 2. *iurispr. conſiſt def.* 65. *n.* 6.

§. CLXXI. Multo magis ergo (III) repudiari poteſt ſponſa, ſi poſt contracta ſponſalia *ſtuprum* paſſa eſt, adeo vt ne quidem ſponſalia iuramento firmata hoc caſu innocentem ſtringant, cum etiam iuramento illa inſit conditio: *ſi contra regulam deſponſationis non venerit*, vt ait pontifex in *c.* 25. *X. de iureiur.* Perſpicuis tamen argumentis hoc probandum eſſe volunt, vt ſolis ſuſpicionibus ſtandum haud ſit, quæ vanæ eſſe & ex calumnia oriri poſſunt, cum notum ſit, poſt contracta ſponſalia nunquam calumniatores deficere. CYPRAEVS *de connub. iur. lib.* I. *c.* 13. §. 50. *ſq.* NICOLAI *de diuort. & repud. P.* I. *c.* 2. *n.* 49. Interim quia huiusmodi delicta clanculum committuntur, & difficillimæ probationis ſunt, vrgentiſſimæ coniecturæ etiam quandoque ſufficere poſſunt, quæ graui ſuſpicione ſponſam laborare faciunt, ob quam ſponſus maximum odium contra eam concepit, vt omnis ſpes reconciliationis præcluſa ſit; hæc enim, quia ſuſpecta conuerſatione ſua cum aliis, qua merito abſtinere debebat, anſam odio dedit, illa, quæ ſupra dicta ſunt, locum hic habebunt. Quodſi vterque deſponſatorum in pari reatu eſt, repudio non poteſt eſſe locus. Hoc contingit, (α) ſi vterque deſponſatorum eodem ſe maculauerit luto. Notum eſt, mutua delicta compenſari, quoad *intereſſe priuatum*, nec in pari reatu hærentem contra alterum delinquentem agere poſſe. Aſſerit quidem SANCHEZ *de ſacram. lib.* I. *diſp.*

vel ob ſtuprum alterius.

Quid, ſi vterque in pari reatu ſit?

Digitized by Google

diſp. 55. *n.* 9. hic non vtrobique æquale damnum adeſſe, & ſic compenſationem iniquam fore: multo grauius eſſe detrimentum a parte viri per fornicationem ſponſæ, quam huius per ſponſi delictum; multo turpiorem eſſe ſcortationem ſponſæ, quam ſponſi, cum in hac leges maiorem deſiderent caſtitatem. Colorem hæc habent, quæ adfert SANCHEZIVS, nec probabilitatis deſtituuntur ſpecie. Non tamen a priori ſententia decedo. Vterque peccat in *legem deſponſationis*: vterque frangit fidem, & in hoc *paria* ſunt omnino *delicta*, non diſparia, non inæqualia. Licet vero detrimentum maius ſponſo ex hac perfidia obuenire dicatur, id tamen ſua culpa ſentit, qui legem deſponſationis ſanctius colere debuiſſet, ſi maiorem caſtitatem a ſua ſponſa exegiſſet: imo tanto grauius puniendus dicitur, *quanto magis ad eum pertinet, & virtute vincere & exemplo regere feminas*, vt ratiocinatur AVGVSTINVS *in c.* 6. C. 32. *q.* 6. Addidit in *c. ſeq. Tu autem exigis hoc ab vxore* vel ſponſa, *& non vis reddere vxori* vel ſponſæ, *& cum debeas in virtute praecedere vxorem* vel ſponſam, *quoniam caſtitas virtus eſt, tu ſub vno impetu libidinis cadis? Et vis vxorem* vel ſponſam *victricem eſſe, tu victus iacer. &c.*

Quid, ſi ſponſo volente ſtuprum paſſa eſt?

§. CLXXII. Quodſi (β) ſponſo volente ſponſa ſtuprum paſſa eſt, hoc ipſo quidem ille genus quoddam *lenocinii* exercet, & merito puniendus; repudium tamen facere nequit, cum non delinquat in *legem deſponſationis*, quæ ſponſi conſenſu a fide deficit, quo iuri ſuo renunciaſſe cenſetur. BRVNNEMANNVS *cit. l. n.* 16. NICOLAI *de repud. & diu. P.* I. *c.* 2. 55. CYPRAEVS *de iure connub. cit. l.* 43. Recte vero animaduertunt SANCHEZIVS *c. l. n.* 4. PAVLVS CYPRAEVS *de iur. connub. lib.* I. *c.* 13. §. 56. B. STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect.* 2. §. 34. *in f.* non eſſe conſtituendam differentiam, vtrum *ſponſa* an *ſponſus* in vinculum deſponſationis delinquat. Loquitur quidem pontifex in *cit. c.* 25. *de iureiur.* de femina ſtupro ſeſe maculante; ſed tali ratione ſubiecta, quæ etiam in ſponſum, vinculum deſponſationis frangentem, quadrat. Vulgatum eſt, *maiorem requiri caſtitatem in feminis quam in maſculis*, nec tantum *vulgatum* eſt, ſed ſuo modo etiam iure Romano approbatum, vt vel doctrina de *adulterio* docet & ad *tit. de adult. tom. V.* illuſtrabitur. Aſt hanc regulam hinc non ſatis tuto applicari poſſe opinor. Ratio decidendi hoc in caſu quærenda in *fide deſponſationis facta*, ob quam iuſtiſſime ſponſa iraſcitur ſponſo, & iuſtam *aucrſæ mentis* cauſam concipit. Eſt præterea fides reciproca, & æque ſponſus in eam delinquere poteſt quam ſponſa; qua de cauſa *repudii* cauſam habet iuſtam

Digitized by Google

ſtam, quæ ex his ſponſi moribus de futura matrimonii ſorte non adeo bonum capere poteſt augurium. Etiam de iure ciuili recentiori, quo *quædam iuſta cauſa repudii* deſiderata fuit, probatum eſt repudium propter *turpem vel prodigam vel impudicam ſponſi conuerſationem* in *l.* 5. *C. de ſponſal.* quod nec ius canonicum mutaſſe legitur. Conf. *c.* 2. *C.* 32. *q.* 6. Imo etiam hic locum habet vulgatum illud:

Turpius eiicitur quam non admittitur hoſpes.

Conſiſtorii Wittebergenſis ſententiam, qua repudium ad inſtantiam ſponſæ decretum, refert DEDEKENNVS *c. l. n.* 33. in qua ratio decidendi quæritur in *adulterio & deſertione*, quæ tamen rem magis turbat, quam declarat. De *antecedente* fornicatione ſponſæ, quam pontifex in *c.* 25. *X. de iurei.* a iuſtis ſponſalia impugnandi cauſis ſine vlla ratione excludit, non ero ſollicitus, quoniam non tam iuſtam repudii cauſam conſtituit, quam ſponſalibus *nullitatem* conciliat ab initio, de qua hic non ſum ſollicitus.

§. CLXXIII. Aliunde quoque *notabilis rerum mutatio* contingere poteſt, quæ ſine *violatione datæ fidei* repudio locum omnino relinquit, idque vel concurrente alterius *culpa*, vel ſolo ſuperueniente *infortunio*. Ad *caſualem mutationem* refero, (1) ſi ſponſa *per vim* ſtuprum paſſa fuerit, vel rapta etiam, & hoc modo violenter compreſſa. Equidem ſupra obſeruaui, patres Africanos edixiſſe, raptam puellam, *etiam viatam*, reddendam eſſe ei, cui deſponſata fuit; quod quidem admitti poteſt, ſi ſponſus hoc deſiderauit, nec hoc ſponſæ infortunio a fide data reſilire intendit: ſed ſponſo eam recipere nolente, aliud dicendum. Confirmatum id eſt in *c.* 33. C. 27. *q.* 2. *Raptæ, ſi eam ſponſus recipere noluerit, & ipſa eidem crimini conſentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negatur.* Similiter in *c.* 34. *ibid.* idem repetitum eſt, cum alioquin ipſi in raptum conſentienti cœlibatus imponi deberet. In his textibus nequidem *violenti ſtupri* fit mentio. An ergo *ſolus raptus* ſufficit, quem inuita paſſa eſt, vt tamen non ſit vitiata? Quid enim, ſi iuramento ſe purgauerit, ſe intactam nec contaminatam eſſe? Quandoque audiendum eſſe ſponſum credo, ſi nulla ratione adduci poteſt, vt ſponſam, licet innocentem, recipiat. Equidem vtroque caſu ſponſa inſons eſt, non deliquit, nec in *legem deſponſationis* peccauit: magis caſum, quem auertere nequit, paſſa, qui in eius odium detorqueri non debet. vid. *c.* 1. C. 32. *q.* 5. Nihilominus tamen hic caſus ita comparatus eſt, vt *notabilem* rerum *mutationem* inducat, quam ſi quis præuidere potuiſſet, nunquam ſponſalia contraxiſſet, & ita deficit conditio: *rebus ſic ſtantibus.* Nec

Caſualis rerum mutatio notabilis huc quoque pertinet, vt ſtuprum violentum vel raptus ſponſæ.

An ſolus raptus ſufficiat?

Digitized by Google

afferendum eſt, talem mutationem deficere in *raptu;* quamuis enim revera non ſit contaminata, *libidinis cauſa* tamen rapta eſt, & communi hominum opinione quandoque *pro contaminata* habetur. Ita credunt, ita ſentiunt, ita ratiocinantur plerique, puellam raptori vix potuiſſe reſiſtere: improbabile eſſe, eam incontaminatam relictam, quæ captiua detenta fuit per aliquod temporis ſpatium a violento ſtupratore: licet ſe purgauerit, non tamen puellæ, maculam hanc declinanti, facile fidem habendam eſſe &c. Hæ ſimileſue ſuſpiciones ſponſi animum facile mutare poſſunt, vt alienatæ mentis eſſe incipiat, nec facile cogi queat, vt eam ducat, quam vitiatam eſſe ſuſpicatur. Quod ſi tamen mox poſt raptum in ipſo adhuc itinere deprehenſus fuerit raptor, & rapta liberata, vt omnino conſtet, ipſam violari non potuiſſe, ceſſat hæc ſuſpicio, & ſimul *probata repudii cauſa.*

Morbi ſupervenientes

§. CLXXIV. Præterea (II) huc refero *morbos* ſuperuenientes, vel incurabiles, vel ita comparatos, vt conſuetudinem coniugalem impediant, vel horrorem ſano incutiant. Ait pontifex in *c.* 25. *X. de iurei.* *Quodſi poſt huiusmodi iuramentum mulier fuerit non ſolum leproſa; ſed etiam paralytica, vel oculos vel naſum amitteret, vel quicquam turpius ei eueniret, numquid vir teneretur eam ducere in vxorem? profecto ductam non poſſet dimittere. Sed numquid non ductam admittere teneretur? quamuis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum.* De ſponſalibus de *futuro* hoc eſſe intelligendum, nemo dubitabit, cum, ſicuti morbus ſuperueniens non dirimit matrimonium, ita nec probatam de *iure canonico* cauſam conſtituere queat repudii in ſponſalibus de *præſenti*, quæ dicuntur ipſum matrimonium. GONZALEZ *ad c.* 3. *X. de coniug. leproſ. n.* 8. Aperte id docet pontifex in *c.* 3. *cit. quia poſtulaſti, vtrum ſi poſt ſponſalia de futuro inter legitimas perſonas contracta, antequam mulier a viro traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alius ad conſummandam copulam maritalem compelli debeat? reſpondemus, quod ad eam accipiendam cogi non debet, cum nondum inter eos matrimonium fuerit conſummatum.* Refertur etiam hic textus inter capitula, quæ *concilio Lateranenſi III. an.* 1179. habito adiecta ſunt apud HARDVINVM *tom. VI. P.* 2. *concil. p.* 1873. vbi tamen verba *de futuro* ſunt omiſſa, adeoque recte cenſent interpretes, illa eſſe adiecta a RAYMVNDO compilatore. Hoc ſine dubio eo factum eſt intentione, vt ſuperaret difficultatem, quam alioquin doctrina de *ſponſalibus de præſenti* hic parere poſſet. Quid ad hæc Proteſtantes? Miror KITZELIVM *in ſynopſ. matrim. C.* 8. *theor.* 12. *lit. b. &c.* hanc cauſam admiſiſſe, cum tamen

dirimunt ſponſalia de futuro de iure canonico.

De praxi Proteſtantium.

Digitized by Google

men ſponſalia *de præſenti* matrimonium eſſe dicat, quod non dirimit ſuperueniens morbus, vnde etiam fatetur, plerosque canoniſtas diſſentire, & cur non diſſentirent, cum textui adducto inhærere teneantur? Tam peſſime cohæret eorum doctrina, qui hanc diſtinctionem retinent, & ex iuris canonici concluſionibus eam æſtimandam cenſent. In eadem eſt ſententia CYPRAEVS *P.* I. *c.* 13. *de iure connub.* §. 65. & aperte ait: *neque hic diſtinguendum arbitror, an ſponſalia verbis præſentis an futuri temporis concepta ſint*, quod etiam repetit NICOLAI *de repud. cit. l. n.* 3. exiſtimans cum ZIEGLERO, plerosque hunc textum, quem adduxi, trahere *ad ſponſalia de præſenti*. Hoc vero erroneum eſſe iam oſtendi, cum ideo RAYMVNDVS hæc verba, *de futuro*, adiecerit, vt oſtenderet, in ſponſalibus *de præſenti* id minime locum inuenire, prout etiam GONZALEZ cenſet. Noſtrates vero ita explicant hunc textum, vt fuæ cauſæ inſeruiant, & malæ cohærentem doctrinam tegant. Scilicet ſponſalia, ſiue *pura* ſint, ſiue *conditionata*, nondum ipſum matrimonium ſunt, & ſic ob tam notabilem mutationem omnino reſcindi poſſunt.

§. CLXXV. Ad ſpecialia vt transeamus, indubium forſan eſt, **De furore.** a) *furorem* ſuperuenientem repudio locum facere, imo etiam *dementiam* vel grauiorem *melancholiam*, quæ ad proximum gradum furoris inclinat. Ait quidem ICtus in *l.* 8 *D. de ſponſal. Furor quin ſponſalibus impedimento ſit, plus quam manifeſtum eſt; ſed poſtea interueniens ſponſalia non infirmat.* Id facile liquet, ICtum haud negaſſe, *furorem* eſſe iuſtam repudii cauſam; id enim vel ideo negare non potuit, quia de iure Romano repudia erant permiſſa, & ex leuiſſimis cauſis conceſſa, cum etiam ipſum matrimonium per *furorem ſuperuenientem* diſſolui potuerit. *l.* 22. §. 7. *ſolut. matrim.* Id videlicet tantum intendit ICtus, furorem non *ipſo iure* irritare ſponſalia, ſed potius exſpectandum eſſe *repudium* ſponſi vel ſponſæ, absque quo alias ſponſus bina ſponſalia hoc caſu contraxiſſet, pœna infamiæ plectenda. Id liquet ex oppoſito, quod ICtus format. Ait: *ſponſalia a furioſo contracta eſſe ipſo iure nulla.* Oppoſitum ergo eſt: *furor ſuperueniens non annullat ipſo iure ſponſalia.* Quid ergo, ſi ſponſus ſpem concipiat, fore, vt mox ſponſa demens ad ſanam mentem reuertatur? ſi nolit repudium mittere, ſponſalia vtique interim ſubſiſtunt, nec *ipſo iure* irritantur. Neque hic diſtinguendum noſtrates cenſent inter ſponſalia *de præſenti* & *de futuro*, teſte HITZELIO *cit. l.* & tamen matrimonium ob furorem ſuperuenientem reſcindi poſſe negant. Id facile largior, parum referre, vtrum furor quandoque remittat, & interualla ſua habeat nec ne? cum alter deſponſatorum coniici

non debeat in tam triſte luctuoſumque infortunium, vt coniugi, etiam per certa temporum interſtitia furioſo vel dementi, cohabitet, cui nondum vinculo indiſſolubili eſt conglutinatus. NICOLAI *cit. l. n.* 27. BROUWER. *cit. l. n.* 12. Quid vero ſi *ſpes ſanitatis* ſuperſit? Monet NICOLAI *cit. l. n.* 30. iudicem non ſtatim repudio locum facere, ſed illud deſideranti iniungere debere, ne intra certum ſpatium ad alia vota tranſeat, vt interim, quo res ſit euaſura, animaduerti queat; deſperata autem prorſus re, tandem repudium eſſe concedendum. Admodum duram eſſe hanc conditionem, quilibet facile deprehendit. Sit ita, ſpem ſanitatis ſupereſſe. Nemo tamen euictionem præſtare poterit repudium deſideranti, ingratum hunc hoſpitem non reuerſurum eſſe. Semel infectus eſt ſanguis, & ita verendum, ne in liberos hic morbus propagetur. Quin contingere poteſt, vt ſpes affulgens ſanitatis magis interuallum ſit, non ſanitatis reſtitutio, cum *ſub ſpecie inumbratæ quietis ſæpe furor latitet*, vt dicitur in *l.* 18. *§.* 1. *de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Nec huc commode trahi poteſt *l.* 17. *de ſponſal.* vbi ICtus ita: *Sæpe iuſtæ ac neceſſariæ cauſæ non ſolum annum vel biennium, ſed etiam triennium & quadriennium & vlterius trahunt ſponſalia, veluti valetudo ſponſi ſponſæue, vel mortes parentum, aut capitalia crimina, aut longiores peregrinationes, quæ ex neceſſitate fiunt.* Recenſet ICtus cauſas, ob quas protrahi ſoleant ſponſalia, & ſic *relatiue* ſeu *enunciatiue* loquitur, non vero *diſpoſitiue* docet, repudium interim fieri non poſſe, & per modum decreti ſponſæ imponendum eſſe, vt interim ſubſiſtat, nec repudium mittat; quod abhorret a diſciplina Romanorum; ſemper enim in legibus verba *diſpoſitiua a relatiuis & enunciatiuis* ſeparari debent.

De aliis morbis.

§. CLXXVI. Morbos *contagioſos* quoque b) repudiorum iuſtam cauſam præbere, facile quilibet conſtituet, ſi ita comparati ſunt, vt vel altera pars eo ſimul infici queat, vel, reſtituta valetudine, recurrere & per amplexus coniugales reuerti poſſint. *Morbum gallicum* huc referunt, cuius curatio plerumque lubrica eſt, ſemperque ex futura cohabitatione periculum grauiſſimum imminet, quod terrorem alteri incutere poteſt, id quod exemplo illuſtri illuſtrat B. STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect.* 2. §. 44. Externa corporis vitia, quæ perſonam vel deſpectui exponunt publico, vel ineptum ad rem familiarem gerendam reddunt, ſine dubio quoque huc pertinent, quod docet *cit. c.* 25. veluti ſi quis oculum vel naſum amiſerit, ſi claudus fiat &c. nulla inter Proteſtantes habita diſtinctione, ſiue ſponſalia ſint *de præſenti* ſiue *de futuro*, vt aſſerit NICOLAI *cit. l. n.* 122. quæ tamen de iure canonico omnino hic facienda,

Digitized by Google

da, imo etiam ſecundum doctrinam Proteſtantium, ſi eorum traditioni inſiſtendum foret. An idem dicendum, ſi ſponſæ formoſæ facies ex variolis admodum deturpata ſit, vt horrorem ſponſo incutere poſſit? Qui id affirmant, fundant ſe cum SANCHEZIO in *cit. c.* 25. & quod res in eo ſtatu non permanſerit, in quo fuit ab initio, quo ſponſalia contracta. Aliis, vt NICOLAO *de repud. P.* I. *C.* 2. *n.* 130. arridet ſententia contraria, vel ideo, quod ſit æquior, & deformitas hæc ſponſæ obuenerit, citra omnem ſuam culpam. Id vnice ergo in quæſtione eſt, an hic tam *notabilis rerum mutatio* ſit, vt ſponſalium conditio ſubintellecta deficere videatur? Id omnino quandoque dicendum, ſi deformitas tam inſignis & grauis ſit, vt eius aſpectum horreant homines: ſi facies in ſponſa pro dote fuit, &c. vt recte obſeruat B. STRYK. *cit. l.* §. 42. Alioquin magis *prætextus*, quam *probata* repudii *cauſa* videtur, ſi deformitas non adeo magna ſit, vt, ſicuti in aliis, ita hic quoque multum *iudicis arbitrio* relinquendum eſſe, recte aſſerat BROVWERVS *cit. l n.* 37. Proinde non neceſſe, omnia morborum genera euoluere & excutere, cum quæ adducta ſunt, tantum exempli cauſa allata ſint, & impoſſibile ſit, leges de omnibus caſibus ſpecialibus ſcribere, qui vnice ſecundum regulam adductam prudenti iudicis arbitrio ponderari debent. Conf. DEDEKENNVS *cit. l. n.* 46.

De facie deturpata ex variolis.

§. CLXXVII. Caſualis mutatio quoque c) contingere poteſt, per *iacturam bonorum*, maxime ſi ſponſus per incendium aliumque caſum in extremam coniiciatur egeſtatem, vt vix ſibi neceſſaria vitæ alimenta comparare, multo minus ergo vxorem alere poſſit. Hoc caſu ſane *notabilis* oritur *rerum mutatio*, nec ſponſa poteſt cogi, vt ſe ſuamque fortunam in aperiſſimam coniiciat ærumnam, quæ non præuideri, adhuc tamen præcaueri poteſt. Quæ nubit viro, id ſimul tacite intendit, vt ab eo tanquam capite familiæ, &, cui onera matrimonii incumbunt, alatur, qua ſpe per hanc ſuperuenientem notabilem mutationem fruſtratur. SANCHEZ *de matrim. lib.* I. *diſp.* 59. *n.* 6. BROVWERVS *cit. l. n.* 41. Multum tamen etiam hic arbitrio iudicis committendum, vt videat, an ſponſus aliunde adhuc ſe ſuſtentare, & ſe erigere queat, nec ne? vtrum omnium bonorum iacturam paſſus ſit, an vero tantum quorundam? cuius ſit conditionis? quod vitæ genus colat? nam ex hoc multum vtique dependet. Mercatorem commendant *diuitiæ & fides:* illæ hanc ſuſtinent: vtraque amiſſa, omnis hominis perit fortuna, & quaſi mortuus cenſetur, præſertim ſi bonis cedere, ſi ob debita cambialia, vel culpam admiſſam fuga ſalutem quærere cogitur. BROVWER. *cit.*

De iactura bonorum.

Digitized by Google

cit. l. NICOLAI *cit. l. n.* 161. Si alio quodam vitæ genere vtitur, quo se suosque adhuc sustentare commode queat, veluti ob artificium, quo inclaruit; ob officium publicum, quod admodum lucrosum est: minime eo casu repudium admittendum censeo, si vel maxime omnes eius fortunæ incendio fuerint consumtæ, quæ facile restitui possunt. Quidsi, officio publico præfectus post sponsalia contracta a principe dimittatur, non sua culpa, sed mutata principis voluntate, aduersum animum contra eum gerentis? si quidem aliunde se vxoremque suam futuram sustentare nequeat, nec spes sit, eum cum principe rediturum in gratiam vel alibi officio admotum iri, pro arbitrio iudicis, circumstantias accurato ponderantis iudicio, repudium concedendum, maxime si ex illis appareat, puellam huius *officii* intuitu vnice & primario inductam fuisse, vt fidem de futuris nuptiis ei daret, quam nunquam ei dedisset, si hanc *mutationem* præuidere potuisset. De *casu*, qui circa *bona sponsæ* contingit, magis dubitant interpretes, nec ratio diuersitatis deficit. Quamuis enim forsan sponsus intuitu *diuitiarum & speratæ dotis pinguioris* sponsalia contraxerit, non tamen omnis eius fortuna interiit, aut res prope desperatæ sunt, maxime si ne quidem certam dotis quantitatem sibi dari stipulatus est, sed forsan futuram soceri hereditatem tantum captauit: tunc etiam recte ei opponitur: *propositum in mente retentum nihil operatur*. Si dos opima ipsi promissa; si res eius ita sunt comparatæ, vt amissa hac dote, matrimonium commode inire, & vitæ suæ institutum, quod copiam bonorum desiderat, persequi nequeat, repudio tunc quoque locum relinquendum esse censent. Pontifex in *c.* 3. *X. de condit. appos.* proponit casum de eo, qui promiserat mulieri, se eam accepturum in vxorem, si certam summam illi donauerit, vel, vt addit GONZALEZ, in dotem dederit, aitque, sponsum non obligari ex his sponsalibus, si illa promissum implere *recuset*. Idem quoque dicendum, si implere *non possit*, quia sufficit, quod conditio, sub qua promissio facta, non sit impleta, *nisi*, addit pontifex, *consensus de præsenti aut carnalis inter eos commixtio sit subsecuta*, quia vtroque casu matrimonium iam censetur contractum. Primum casum ignorant ecclesiæ nostræ, nec illum in *puris sponsalibus* hoc casu quærunt. CARPZ. *lib. 2. iurispr. consist. def. 22. n.* 8. *seqq.* GERHARD. *in loco de coniug.* CYPRAEVS *P. I. de iur. connub. c.* 13. §. 81. *n.* 3. Posteriorem facilius admittimus, quia per *concubitum* quodammodo sponsalia degenerarunt in *matrimonium*, ad minimum quoad vinculi indissolubilitatem, & imputet sibi sponsus, quod præmature cum sponsa sese commiscuerit.

De dimissis ab officio publico.

Si sponsa iacturam bonorum patitur.

§. CLXXIIX.

Digitized by Google

§. CLXXIIX. Progredior ad alterum huius thematis membrum, si *facto* & *culpa* sponsi vel sponsæ insignis mutatio rerum superuenerit, vnde iustior nascitur repudii causa, quod illud sua culpa promouerit, eique causam dederit. *Mutationem religionis* huc *primo loco* referunt, circa quam duæ emergunt quæstiones: 1) vtrum is, qui mutauit religionem, repudium alteri mittere possit, qui religionem mutare, & se ad alterius captum componere recusat? 2) an alteri probata repudii causa inde nascatur, quod sponsus vel sponsa eam mutauerit? De priori exemplum solenne ex primo seculo adest in THECLA, de qua hæc refert EPIPHANIVS *haeres.* 78. *n.* 16. *p.* 1048 *edit. Petau. Thecla cum in Paulum incidisset, pactas nuptias dissoluit, cum primario cuidam ciuitatis totius ac longe diuiti, nobilissimo, splendidissimoque desponsa iam fuisset. Verum terrena ideo sancta illa contemsit, vt cœlestium compos esse posset.* Totius THECLAE vitæ seriem referunt BASNAGE *in annal. ad ann.* 47. & TILLEMONTIVS *in histor. eccles. tom. II. P.* I. *p.* 107. quæ tamen ita comparata est, vt traditiones hæ ante seculum IV. non fuerint natæ, adeoque admodum fluxæ & incertæ sint, vt BASNAGE & TILLEMONTIVS obseruant. Nec in eo conueniunt, vtrum ob mutatam religionem, an vero ob votum de *virginitate* seruanda, repudium sponso miserit? Posterius facilius admittunt canonistæ. Quid ergo de priori casu dicendum? Equidem si sponsus ob mutatam sponsæ religionem, a sua prorsus discrepantem, illam non deserit: si promittit, se, vt tranquilla conscientia in noua religione permanere possit, facile passurum, nec vllo modo eam inquieturum, ipsa sponsum deserere nequit. Ast si, vt de THAMYRE, sponso THECLAE, traditur, religionis nouæ odio ducitur: si sponsam quouis modo ab ea deducere intendit: si accusat ob mutatam religionem sponsam; repudium iustum esse poterit, præsertim cum eo casu grauissima dissidia inter coniuges metuenda sint. Nec distinguendum esse arbitror, vtrum veram an erroneam religionem amplexa sit? cum constet, neminem religionem mutaturum esse, nisi sub specie purioris doctrinæ, qua inescatus est. Nouam credit esse veram, & eam, quam reliquit, erroneam, falsam, damnabilem. Non dubito tamen, quin mutaturæ dominantem religionem, & ita repudium mittenti sponso, plures aliæ calamitates sint superandæ, quæ ob notissimam rerum nostrarum conditionem euitari vix possunt. De altera quæstione Romanæ ecclesiæ doctores nullum mouent dubium, cum etiam is, qui tantum in hæresin incidit, *spiritualem fornicationem* committere dicatur, teste SANCHEZIO *lib.* I. *de*

De mutatione religionis.

Digitized by Google

de ſacram. matrim. diſp. 55. *n.* 3. conf. FRANCISCVS FLORENS *P. II. oper. p.* 119. *ſeqq.* Quodſi alteruter deſponſatorum prorſus a fide deſciſcit, & ad ritus forſan iudaicos tranſit, tunc ne quidem inter *volentes* matrimonium permittunt, ſed repudium magis eſt neceſſarium. *l.* 6. *C. de Iudæis c.* 15. *ſeqq.* C. 28. *q.* 1. CARPZOV. *lib.* 2. *iurispr. conſiſt. def.* 6. *n.* 18 NICOLAI *de repud. P.* 1. *c.* 2. *n.* 69. BROVWERVS *cit. l. n.* 23. Si in hæreſin dilabitur, h. e. ſi a dominante religione & publice probata recedit, diſtinguit CARPZOV. *cit. l. n.* 20. vtrum ſit *pertinax hæreticus*, nec ne. Priori caſu nequidem permittendum eſſe matrimonium contendit: facilius poſteriori ob ſpem conuerſionis, adeoque illud repudium eſt *neceſſitatis*; hoc vero *voluntatis*. Ergo hanc diſtinctionem probare nequeo, quia non intelligo, quis ſit *pertinax hæreticus*. Vtroque caſu repudium eſſe *voluntatis* admitto, non *neceſſitatis*, quamuis magiſtratui haud adimant facultatem, *emigrationem* mutanti religionem indicere. Quodſi ergo ſponſa cum ſponſo hæretico vertere ſolum parata eſt, illi hoc minime inuidendum eſſe credo, cum *diſparitas religionis* non abſolute tollat coniugii eſſentiam. Quia vero ex hac non leues calamitates metuendæ ſunt, quæ vix in coniugio præcaueri poſſunt, non poteſt conqueri de iniuria ſibi facta, ſi ſponſa eum repudiat; cum, qui ad alios ritus ſe confert, facto ſuo repudio anſam dederit. BROVWERVS *cit. l. n.* 28. NICOLAI *cit. l. n.* 70. KITZEL. in *ſynopſ. matrim. c.* 8. *th.* 12. *&* 13.

De affinitate ſuperuenientе.

§. CLXXIX. Secundo loco huc referunt *affinitatem ſuperuenientem cum ſponſa* illicitam, quæ impedit matrimonium contrahendum, licet contractum non dirimat, veluti ſi quis ſe cum ſponſæ matre, ſoror vel filia commiſcuit. Equidem non dubium eſt, quin ſponſa hoc caſu iuſtam reſiliendi a ſponſalibus cauſam habeat, quia ſponſus in legem deſponſationis peccauit. Quid vero, ſi gratiam eidem facere velit? nihilominus tamen diſſoluenda ſunt ſponſalia, vt repudium hoc caſu magis *neceſſitatis* ſit. Conſtat enim, quod affinitas quoad *impedimentum matrimonii* tam per *licitum*, quam *illicitum* contrahatur *concubitum.* LAVTERBACH. *de iur. affin. c.* 5. *§.* 18. Pontificii diſtinguunt inter ſponſalia *de futuro* & *de præſenti*. Illa omnino impedienda eſſe aiunt ob *c.* 2. *X. de conſangu. & affin. c.* 8. *&* 9. *de eo, qui cognou. conſangu. vx.* modo concubitus fuit naturalis & conſummatus. *c.* 11. *C.* 35. *qu.* 2. *&* 3. Hæc vero non tolluntur per *ſubſequentem affinitatem*, quod etiam tunc locum habet, ſi prius ſponſam carnaliter cognouit, deinde eius conſanguineam in gradu prohibito, quia per primum concubitum ma-

Digitized by Google

matrimonium iam eſt contractum. *c. f. X. de eo, qui cogn. conſangu.* Etiam in foris proteſtantium a poſteriori caſu non recedimus, qui per ſubſequentem commixtionem & præmaturum concubitum matrimonium ipſum, ſaltim quoad *vinculi indiſſolubilitatem*, contrahi fatemur, ſed re adhuc integra non amplius permittendæ ſunt nuptiæ, quatenus diſpenſatio principis locum habere nequit. CYPRAEVS *de iure connub. c.* 13. §. 84. *n.* 1.

§. CLXXX. Alia quoque *tertio loco* huc referenda ſunt crimina, poſt contracta ſponſalia perpetrata, paulo atrociora, ex quibus famæ vel grauioris mali imminet iactura. Quid enim, ſi ob illa perpetuis mancipetur carceribus? ſi fuſtigatio cum *perpetua relegatione* ipſi dictetur? imo ſi tantum relegatio ei immineat? vel macula infamiæ iuris? *Non cogenda eſt*, ait BROYWERVS *cit. l. n.* 38 *puella infami nubere, quæ ſibi integræ famæ ſponſum deſpondit, cum bonum nomen vitæ comparandum, & ciuilis vita æſtimandum ſit, quod viro honeſto magis in pretio habetur, quam ipſa, quam viuimus, vita.* Diſtinguit tamen CARPZ. *lib. 2. iurispr. conſiſt. def.* 178. inter crimina *atrociora* & *leuiora*, quæ *extra ordinem* coercentur, veluti ſi furtum commiſerit, ob quod ſaltim carceris vel relegationis pœna ſponſo dictatur. Hoc caſu probatam repudii cauſam eſſe negat, & vlterius *lib.* 5. *reſp.* 115. defendit, quod iudex extraordinariam decernens pœnam infamiam remiſiſſe cenſeatur. At vero id maxime dubium, ne dicam erroneum eſt. Magiſtratui non eſt integrum, infamiam ex delicto contractam remittere, niſi forſan grauiorem dictauerit pœnam. *l* 10. §. *f. de pœn. l.* 13. §. *pen. de his, qui not. infam. Coniugium* quidem non dirimitur ob mariti crimen, *c. 2. X. de diuort.* ſed ab hoc ad *ſponſalia* non valet conſequentia; quamuis CARPZOV. *c l. n.* 11. & 12. id omnino exiſtimet, quem errorem ſæpius reieci. Quid ergo, an ſponſa ſponſum relegatum ſequi tenetur? nemo forſan hoc dixerit, & tamen hunc caſum CARPZOVIVS proponit. Quid, ſi tantum pœnam carceris ſubire cogatur? ipſum furtum ita comparatum eſt, vt ſponſa iuſtum horrorem erga ſponſum furem concipere poſſit. NICOLAI *cit. l. n.* 143. Quodſi propter iniurias alteri illatas tantum pœnam carceris vel pecuniariam ſubire cogatur, aliud dicendum arbitror. Quamuis enim iniuriarum damnati infamia iuris afficiantur; ex moribus tamen communiter receptis fama integra ſeruari ſolet, quod *ſingulariter* magiſtratui conceſſum eſt, ne alias inhabilis reddatur ad vitam ciuilem & opificium, præſertim cum hic næuus inter plebem ſit fere quotidianus, vt eradicari nequeat. De criminibus commiſſis.

Digitized by Google

De morum corruptione.

§. CLXXXI. Quartum ſubeat locum *mutatio notabilis morum*, ſi poſt ſponſalia ſponſus vel ſponſa adeo corruptis viuere moribus incipiat, vt ſpes emendationis nulla ſuperſit. Sæpe vno impetu homines mutantur ob conſortium malorum, in quorum manus incidunt, & quia difficile eſt, corrigere alterius mores, & e luto corruptum retrahere, quis cogeret ſponſum vel ſponſam, ſi hæc *notabilis mutatio* per culpam alterius ſuperuenerit? Quid enim, ſi ex ſobrio vinoſus, ſi ex bonæ frugis homine prodigus fiat, vt fere bonis ipſi interdicendum ſit? Sed hæc omnia diſcreti iudicis arbitrio erunt æſtimanda, qui hoc caſu non adeo difficilis eſſe debet in dirimendis ſponſalibus, vbi apparet, ſponſam ob muratos mores ſponſi prorſus alienatæ mentis factam fuiſſe, vt cum eo cohabitare nolit, quem peſſimæ vitæ eſſe deprehendit. Huius ſententiæ olim quoque CHRYSOSTOMVS fuiſſe videtur, qui *homil. 74. in Matth.* mutationem morum merito iacturæ bonorum præferendam eſſe, non incongrue iudicat, &, *quis vxorem*, ait, *ducturus, quibusnam ſit moribus, & quomodo puella educata, inueſtigat? nullus omnino; ſed quantæ pecuniæ, & poſſeſſiones & variarum rerum & bonorum copiam, veluti aliquid emturus foret, vel communem aliquem contractum peracturus. Quare & matrimonium ſymallagma dixit: nudos enim audiui dicentes: ille contraxit cum illa, i. e. coniugio copulati ſunt.* Addit poſt pauca: *Diſcite, quomodo veteres patres vxores ducebant, & imitamini. Quo pacto ergo ducebant? Ingenium, mores animi, virtutem quærebant, ac ideo ſtipulationibus & longa inſtrumentorum ſerie non indigebant: ſufficiebant enim loco illorum omnium mores ſponſæ.* Quamuis vero ex CHRYSOSTOMI ſententia per *abuſum* hæc negligantur, quæ circa *mores* obſeruanda erant; non tamen eapropter deſinunt conſtituere iuſtam repudii cauſam, ſi quis huius qualitatis primario rationem habere voluit.

De abſentia diuturniori.

§. CLXXXII. Quintum ſubeat locum *diuturnior ſponſi abſentia*, ob quam vota ſua eludi intendit ſponſus. De iure ciuili, quo repudia erant laxiora, quam hodie, ſtaturam eſt præſenti biennium, quo elapſo, ſponſa libere *citra infamiæ pœnam* ad alia vota properare poteſt: *l. 2. C. de ſponſ.* Abſentem vero deferere poteſt poſt triennium, *l. 2. C. de ſponſal.* ne quidem repudio miſſo, vt obſeruat BROVWERVS *cit. l. n.* 15. Pontifex in *c. 5. X. h. t.* ſuo modo hanc cauſam repetit, &, *de illis autem*, ait, *qui præſtito iuramento promittunt, ſe aliquas mulieres ducturos, & poſtea, eis incognitis, dimittunt terram, ſe ad partes alias transferentes: hoc tibi volumus innoteſcere, quod liberum erit mulieribus ipſis (ſi non amplius in facto eſt proceſſum) ad alia ſe vota transferre.*

Ge-

Digitized by Google

Generatim pontifex approbat doctrinam *iuris ciuilis*, vt propter *diuturniorem abſentiam* repudio locus eſſe poſſit; ſed in duobus ab eo recedere videtur: (1) vt non præciſe tempus iure ciuili conſtitutum obſeruandum, ſed hoc arbitrio iudicis relinquendum cenſeat: (2) vt non *ipſo iure*, vt olim de iure ciuili, dirimantur ſponſalia, ſed *prauio repudio*, & *ſententia iudiciali*. Hac de cauſa in *c.* 22. *X. h. t.* puniendum eſſe ait pontifex, qui quatuor vel quinque annis elapſis, ad alia vota tranſiit, licet per priorem ſponſam ſteterat, quo minus matrimonialis ſolennitas inter eos ſecuta fuerat, quamuis etiam præterea iuramentum interuenerat, ob quod primario cenſura eccleſiaſtica eum coercendum eſſe pontifex cenſuit. ALTESERRA *ad cit. c.* 22. *in f.* Inter Proteſtantes ſecundum varias circumſtantias hac de re ſtatuendum eſſe arbitror. Præſens ſponſus vel ſponſa ſi moras nectit, abſque idonea cauſa, ſi nec iudicialiter ad inſtantiam alterius monitus fidei datæ ſatisfaciat, magis ſpem matrimonii fruſtrare, quam fidem ſeruare, imo alterum deſerere intendit. Quid ergo impediret, quo minus tandem repudium decerni poſſet? Si abeſt ſponſus, ante omnia in cauſam *abſentiæ* inquirendum, & ex ea de animo *deſerendi* ſponſam ſtatuendum: niſi certum tempus finiendæ obligationi dictum ſit, quo elapſo, ſponſa vinculo ſponſalitio, etiam citra *repudium*, liberatur. Si ex circumſtantiis appareat, cum dolo malo, & malitioſe ſponſam deſeruiſſe, *proceſſui* etiam *deſertionis* hic locum faciunt, CARPZ. *lib.* 3. *iurisprud. conſiſt. def* 77. B. STRYK. *de diſſ ſponſal. ſect.* 6. §. 51. vnde fere pleraque, quæ de *abſentia* eiusque circumſtantiis, item de *edictali citatione* ibidem adducuntur, hic quoque ſuo modo applicari poſſunt, quæ plenius B. STRYK. *cit. diſſ.* 6. cum pluribus aliis explicuit, & recte monuit, in foro deſerentis agendum eſſe, quia ſponſa nondum in forum ſponſi tranſiit, ſed patris foro vtitur.

§. CLXXXIII. Ex his ſimilibusque circumſtantiis adductis- Concluſio.
que exemplis liquet, veras & probatas *repudii* cauſas fere vnice in regula fundari, quod ſuperueniente notabili rerum mutatione obligatio vim ſuam perdat, ex ſubintellecta conditione: *rebus ſic ſtantibus*. Plures plerique adferunt repudiorum cauſas, quæ ex alio fonte fluunt: ſi vero penitius examinantur, non ſunt cauſæ *repudii*, ſed tales, quæ, ab initio *nullitatem* ſponſalibus cohæſiſſe, oſtendunt, vbi potius pronunciandum, daß das zwiſchen Klägern und der Beklagtin getroffene Eheverlöbniß vor bündig nicht zu achten, vel: zu Recht nicht beſtändig ſey. In reſciſſione matrimonii idem ſedulo obſeruandum eſſe, monent interpretes, in qua cauſæ *diuortii* a *nullitatis* omnino ſeparandæ ſunt, adeoque mihi vitio

Digitized by Google

verri non poteſt, ſi *nullitatis* cauſas huc minime referendas eſſe crediderim. Sunt enim merito, quæ ad *repudium* non ſpectant, repudianda.

TIT. II.

DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

§. I.

Duo capita huius tituli: (1) parentum conſenſus, qui tamen liberos cogere nequeunt ad ſponſalia,

DVo adhuc requiſita ad ſponſalium & matrimonii validitatem hoc titulo explicantur, tum vt *conſenſu parentum* ſint munita, tum etiam vt *legitima ætate* incantur. Primum quod attinet, ſicut *conſenſus parentum* ad ſponſalium efficaciam omnino neceſſarius, vt mox euincam, ita parentes inuitos liberos deſponſare nequeunt, quorum conſenſus primario deſideratur. Equidem HONORIVS ſeu HORMISDA in *c.* 1. *X. h. t.* quodammodo in diuerſam abiiſſe ſententiam videtur, diſtinctione adducta inter filium *adultum & non adultum*. Sine illius voluntate patrem ſponſalia eidem adornare poſſe negat, quod in aprico eſt; aſt de hoc ita decernit: *poteſt autem filium nondum adultum (voluntas cuius diſcerni non poteſt) pater, cui vult, matrimonio dare. Et poſtquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere.* Vt hanc decilionem ab iniquitate liberent interpretes, ad varia confugere ſolent ſubterfugia. Alii cenſent, hunc textum intelligendum eſſe ſecundum canones antiquos, qui multum imperio parentum in ſponſalibus contrahendis tribuebant, quo inuolucro defendit pontificem GONZALEZ *ad cit. c.* 1. *n.* 6. Alii vocem *debet* remiſſiori in ſenſu accipiunt, vt idem denotet, quod *poteſt*, quod admodum ieiunum eſt. Denique BROVWERVS *lib.* 1. *c.* 3. *de iur. connub. n.* 20. hoc modo excuſari poſſe pontificem ait, vt verba magis de *patre* intelligenda ſint, dicendumque, *patrem non poſſe a ſponſione ſua reſilire, cum adultus eam adimplere deſideret.* Verba videlicet hæc: *& poſtquam filius perueneris ad perfectam ætanequidem non adultos.

Digitized by Google

atatem, omnino hoc debet adimplere, poſſunt de *patre* accipi, vt pater omnino promiſſioni ſuæ ſtare teneatur. Vtrum mentem pontificis cum BROVWERO recte aſſecutus fuerim, parum mea refert, cum, ſi de *filio* intelligi debeat, ea ne quidem inter ipſos pontificios amplius locum inueniant. BONIFACIVS VIII. enim in *c.* 1. *in f. h. t. in* 6. prorſus aliam, & rationi conformiorem ſententiam amplexus eſt, aiens: *porro ex ſponſalibus, quæ parentes pro filiis puberibus vel impuberibus plerumque contrahunt, ipſi filii, ſi expreſſe conſenſerint vel tacite, vt ſi præſentes fuerint, nec contradixerint, obligantur, ex eis oritur iuſtitia publicæ honeſtatis. Et eſt idem, ſi filii tempore ſponſalium abſentes & etiam ignorantes eadem ſponſalia poſt ſcientes ratificauerunt tacite, vel expreſſe: alias ex ſponſalibus contractis a parentibus pro filiis nec ipſi filii obligantur, nec publicæ honeſtatis iuſtitia inde ſurgit.*

§. II. Sicuti vero parentes *inuitos liberos* deſponſare nequeunt, ita grauior difficultas emergit, circa ſponſalia & matrimonia liberorum *inſciis parentibus* contracta, de quorum *validitate* ancipites fuere patres & eccleſiæ Romanæ doctores. Nec ſane a noſtris abhorret rationibus, in hanc rem inquirere, cum in propatulo ſit, nimis incaute ſæpe prouocari ad ius canonicum in curiis proteſtantium eccleſiaſticis. Forſan ad ſponſalium *de futuro* vigorem non ægre deſiderabunt interpretes recentioris æui conſenſum parentum, quæ nondum *ſacramenti myſterium* continent: faſtidioſius vero ad *matrimonii* ſubſiſtentiam. E contrario patres antiqui ipſa *matrimonia*, inſciis parentibus contracta, reprobarunt, quod & in canonibus cautum. Praxin antiquam eccleſiæ a legibus ciuilibus haud abhorruiſſe, teſtis eſt TERTVLLIANVS *lib. II. ad vxor. c. vlt. p. m.* 171. *edit. Rigalt.* prouocans ad leges ciuiles his verbis: *nam nec in terris filii ſine conſenſu patrum recte & iure nubunt.* Inter omnia veterum teſtimonia celebris eſt epiſtola Pſeudo-EVARISTI relata in *c.* 1. *C.* 30. *qu.* 5. quæ, licet non ſit genuina, ſed ab ISIDORO compilata, tracta tamen eſt ex antiquitatibus priſci æui. Ita autem apud BLONDELLVM *in Pſeudo-Iſid. p.* 147. & HARDVINVM *tom. I. concil. p.* 75. EVARISTVS ex praxi antiquorum temporum loquitur: *Similiter cuſtoditum & traditum habemus, vt vxor LEGITIME viro iungatur: aliter enim legitimum, (vt a patribus accepimus, & a ſanctis apoſtolis eorumque ſucceſſoribus traditum inuenimus,) non ſit coniugium: niſi ab his, qui ſuper ipſam feminam dominationem habere videntur, & a quibus cuſtoditur, vxor petatur, & a parentibus, aut propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter (vt mos eſt) cum preci-*

Conſenſus parentum olim & in ſponſalibus & matrimonio deſideratus fuit abſolute,

ſub pœna nullitatis,

Digitized by Google

bus & oblationibus a ſacerdote benedicatur. - - Aliter autem non præſumta coniugia, ſed aut adulteria aut ſtupra vel fornicationes potius quam legitima coniugia eſſe non dubitate: niſi voluntas propria ſuffragata fuerit & vota ſuccurrerint legitima. ANTON. CONTIVS in *tr. de clandeſt. matrim. p.* 14. legendum putat: *etiamſi voluntas propria ſuffragauerit &c.* h. e. non obſtante *conſenſu liberorum vel votis legitimis*, quæ lectio defendi nequit; quomodo enim ibi *vota legitima* adeſſe poſſunt, vbi deeſt *conſenſus parentum?* GENTIANVS HERVETVS in *orat. ad concil. Trid.* habita, & anno 1563 Venetiis impreſſa, de *matrimoniis clandeſtinis* paulo prolixior eſt in explicandis his verbis parum claris, nec inepte cenſet, EVARISTVM his verbis declaraſſe, qua ratione clandeſtina matrimonia a vitio purgari poſſint, h. e. niſi denuo conſenſerint, & patris voluntas, quam *vota legitima* vocare videtur, acceſſerit. Aſſeri etiam poteſt, loco *propria* legendum *parentum*, cum infinitis mendis antiqui codices ſcateant. Hoc poſito ſenſus EVARISTI perſonam ruentis hic foret, matrimonia clandeſtina fore nulla, niſi *voluntas parentum* poſtea eidem ſuffragetur, & *vota legitima* ſeu benedictio eccleſiaſtica acceſſerint. Videlicet priſco ævo ratio dubitandi non aderat, quæ matrimonia ſine conſenſu parentum inita ſubſiſtere decerneret. Matrimonium eo tempore non cenſebatur negotium *eccleſiaſticum*, ſed mere *ciuile*, quod *legibus* ſubiectum erat *ciuilibus*, & ſecundum eas dirigebatur. Iuxta hoc vero planum & euidens erat, tale matrimonium illegitimum & nullum eſſe, & ita quoque patres non aliter de *validitate matrimonii* iudicare poterant, quam ſecundum *leges ciuiles*, de quibus plenius in hac materia ediſſerit BROVWERVS *de iur. connub. lib.* I. *c.* 7. Non ergo dubitandum, quin Auctor adducti textus ſatis idoneum teſtimonium de praxi ſui ævi, h. e. *ſeculi noni*, tradere potuerit, quod nondum obliterata erat ſententia iuris communis, etiam in ipſis *legibus Francorum* agnita & repetita. Audiamus aliorum tradita magis genuina, inter quæ eminet NICOLAI ſententia ad conſulta Bulgarorum relata in *c.* 3. C. 30. *q.* 5. qui tempore eo, quo Pſeudo-Iſidori collectio diuulgata, floruit, & ad Pſeudo-Euariſti mentem quoque recte cenſuit, *fœdera* nuptiarum *conſenſu eorum, quo hæc contrahunt, & eorum, in quorum poteſtate ſunt, celebrari.* LEO papa in *c.* 4. *eod.* eiusdem prorſus ſententiæ eſt, conſtituens, eam *ſecundum legem* vxorem habendam eſſe, *quæ a parentibus eſt tradita.* In *concilio Carthag. IV.* ſponſum & ſponſam a parentibus ſuis offerendos eſſe, cautum eſt. Huc etiam ſuo modo trahi poteſt *c.* 12. C. 32. *q.* 2. vbi ad *paternum arbitrium* hoc negotium potiſſimum refer-

Digitized by Google

fertur vnde etiam collegit GRATIANVS, *quod paternus conſenſus deſideretur in nuptiis, nec ſine eo legitimæ nuptiæ habeantur.* Plura adfert teſtimonia HERVEEVS *cit. orat.* quibus concilium Tridentinum in ſententiam Gallorum contra *matrimonia clandeſtina* trahere ſtuduit.

§. III. Irrita itaque iure veteri fuiſſe talia matrimonia, inſciis parentibus contracta, meo iudicio ex adductis locis ſatis liquet. Ita etiam cenſuere Colonienſes in concil. ſub PAVLO III. *P. VII. c.* 43. apud HARDVIN. *tom. IX. concil.* optantes, *vt canon Euariſti pontificis a generali concilio renouetur, tollanturque illa clandeſtina matrimonia, quæ inuitis parentibus & propinquis amoris potius quam Dei cauſa contrahuntur. Interea vero,* addunt, *dum eccleſia de hoc proſpicit, ſi non irrita, prohibita ſaltim ſint.* Idem quoque obſeruat PONCE *de matrim. lib. II. c.* 1. §. 2. *n.* 6. *& n* 7. & contra BELLARMINVM docet, recte veteres non tantum matrimonia clandeſtina *prohibuiſſe*, ſed etiam *irritaſſe*. Non deſunt ex iuris canonici interpretibus, qui, vt harmoniam inter *ius recentius & vetuſtius* conſtituant, fingunt, idem veteres ſenſiſſe, quod iure nouo tradiderunt pontifices, h. e. matrimonia clandeſtina eſſe quidem *illicite* contracta, non tamen *irrita* aut *nulla*, quæ doctrina demum propullulauit ex dogmate admodum extenſo de *ſacramento*, quod in *matrimonio* latitare credunt. Sicuti enim hoc *myſterium vnionis Chriſti cum eccleſia*, ſub matrimonio adumbratum, pro principali & fere vnica cauſa *vinculi indiſſolubilis* ſuſceptum, agnitum & traditum fuit; ita plerique, dogmate AVGVSTINI faſcinati, admodum meticuloſi fuerunt in irritandis matrimoniis, etiam impie, contra leges, & ſanam rationem contractis. Hoc meo iudicio vnicum huius ſententiæ præſidium fuit, quo *matrimonia clandeſtina* haud irrita declarata, ſed aliis tantum ſubiecta pœnis fuere.

quod illuſtratur ex conſenſu recentiorum.

Recentior doctrina contraria nata ex doctrina de ſacramento matrimonii.

§. IV. Patres Tridentini *ſeſſ. XXIV. de reform. matrim. c.* 1. iuris canonici recentioris ſententiam aperte profeſſi ſunt, & optimo iure huiusmodi matrimonia *clandeſtina* olim ab eccleſia pro veris agnita fuiſſe docent. *Tametſi dubitandum non eſt*, aiunt, *clandeſtina matrimonia, libero conſenſu contrahentium facta, rata & vera eſſe matrimonia, quamdiu ea eccleſia irrita non fecit, & propterea iure damnandi ſint illi, vt eos S. ſynodus anathemate damnat, qui ea vera & rata eſſe negant, quique falſo affirmant, matrimonia a filiis familias ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe.* Ita rationes ſubduxere Tridentini, ne iuris canonici ſententiam recentiorem erroris inculſare cogerentur, contra quam tamen Galli admodum pugnarunt,

Tridentinorum ſententia inuoluta.

Digitized by Google

runt, vt vel laudata HERVETI oratio ad concilium docet, qua suadetur, *ne matrimonia, quæ contrahuntur a filiis familias sine consensu eorum, in quorum sunt potestate, habeantur deinceps pro legitimis*, vt rubrum orationis indicat. Sed maluerunt patres errorem defendere antiquum, & simul eundem reformare. Quoniam enim deprehenderunt, matrimonia talia *clandestina* reipublicæ esse nociua, & ecclesiæ scandalum præbere, addiderunt: *nihilominus sancta Dei ecclesia ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque probibuit.* Aliud ergo esse censuere Tridentini *detestari clandestina matrimonia*, & aliud: *ea irrita declarare.* Prius tantum ab ecclesia factum fuisse, non posterius. Plura mala hæc doctrina vbique peperit, vt CONTIVS *de clandest. matrim.* ad constitut. HENRICI regis Gallorum *p.* 5. asserat: *Vix hæc charta omnia exempla recipiat, quæ nostra hæc ætas* (scripsit autem anno 1557.) *tulit, si singula velim persequi. Neque enim hæc labes vilem tantum plebeculam peruagata est, sed præcipue quoque nobilitatis homines* &c. HENRICVS rex Gallorum in edicto anno 1556. publicato, cuius commentarium dedit COINTIVS, grauiter improbat hæc matrimonia, ea tamen minime *irrita* declarat, id quod formidine *ecclesiasticæ doctrinæ* facere haud potuit. Dat præterea parentibus facultatem 1) liberos exheredandi: 2) donationes in ingratos factos reuocandi: 3) excludit liberos illicite matrimonia contrahentes ab omnibus aliis lucris nuptialibus: 4) a successione ab intestato parentum, & denique 5) pœnam extraordinariam pro ratione circumstantiarum reseruat.

inprimis ex Gallorum legibus,

§. V. Vlterius progressi Galli contra Romanam ecclesiam docuere, etiam *secundum quid* matrimonia a potestate ciuili irrita posse declarari, quæ non secundum *leges* ciuiles sunt contracta, qualia sunt, quæ inita sunt sine consensu parentum, vel aliorum, quorum consensum leges ciuiles desiderant. Graues turbas hæc sententia peperit, seculo XVII. vbi regis Galliarum LVDOVICI XIII. frater GASTON clandestine, inscio rege, duxerat MARGARETHAM sororem ducis Lotharingiæ, quod matrimonium annullandum esse rex suasu Cardinalis RICHELII constituerat. In curia Romana acta hæc causa est, frustraneo conatu, vt plenius docet VASSORIVS *in histor.* LVDOVICI XIII. *tom. VIII. P. I. pag.* 31. *sq. ad ann.* 1634. Allegauit curia Romana, matrimonium intuitu *ecclesiæ* esse validum, nec dissoluendum, quod *sacramentum* in eo contineretur: posse quidem per *leges ciuiles* tali matrimonio contra scita legum contracto *effectus externos & ciuiles* subtrahi, non autem in totum dissolui &c. Galli fastidiose contumaciam curiæ Romanæ tule-

eorumque doctrina, quod secundum quid talia matrimonia irritari possint lege ciuili.

runt

Digitized by Google

runt & in ſua ſubſtiterunt ſententia, quod vel LAVNOII tractatus *de regia in matrim. poteſtate* indicat, cui ſe quidem oppoſuit GALESIVS in *tr. de eccleſ. in matrim. poteſtate;* verum mox vindicias ſuæ doctrinæ ſcripſit LAVNOIVS, priori tractatui adiunctas, in quibus inprimis id agit, vt oſtendat, matrimonia, ſine conſenſu parentum inita, omni æuo irrita fuiſſe. Gallorum mentem paucis adumbrat LVDOVICVS *de* HERICOVRT in tr. cui titulus *les loix eccleſ. de France P. III. c. 5. art. 2. n. 3. Comme le ſacrement de mariage a pour fondement le conſentement mutuel des parties, qui ſe promettent une union indiſſoluble, ce contract eſt en meme temps civil & ſpirituel. D'où il faut conclure, que les ſouverains peuvent mettre des empeſchemens au mariage, non pas en donnant atteinte directement au ſacrement; mais en declarant nul le contract civil, ſans le quel il ne peut y avoir de ſacrement. Ieſus Chriſt en elevant le mariage à la dignité de ſacrement, n'a point depouillé les princes du droit, qu' ils avoient ſur le contract le plus important de la ſocieté, & l'egliſe a fait executer les ordonnances, qui declaroient nuls les mariages contractez entre certaines perſonnes.* Docet curia Romana, matrimonium eſſe negotium eccleſiaſticum propter *ſacramenti* reſpectum, & inde eius validitatem vnice ex legibus eccleſiaſticis eſſe æſtimandam. Galli conſequentiam negant, imo addunt, eſſe etiam *contractum ciuilem.* Id potiſſimum vrget & infinitis teſtimoniis exornat LAVNOIVS, & fere eodem modo, quo HERICVRTIVS, philoſophatur. Vterque ſupponit, matrimonio, quatenus eſt *negotium ciuile*, per *leges ciuiles* impedimenta irritantia poni poſſe, quo facto matrimonium nulliter contractum in *republica* inter non entia referendum eſſe, cui accedere *ſacramentum* non poſſit, quod etiam ALEXANDER III. in *c.* 3. X. *de cognat. ſpiritual.* non adeo improbaſſe videtur.

Recentioris iuris canonici doctrina pro validitate matrimonii clandeſtini

§. VI. Ex his, ni fallor, ſatis liquet, vnicum fundamentum, quo matrimonium, ſine conſenſu parentum contractum, validum declaratum eſt, petitum fuiſſe ex *ſacramento*, quod ei ineſſe, atque indiſſolubilitatem eidem conciliare creditur, vt pro legitimo haberi debeat, vel ad minimum pro *rato*, vt aiunt eccleſiæ Romanæ interpretes. Ita cenſuit LVCIVS III. in *c.* 6. X. *de raptor.* quamuis huius deciſionem in alium ſenſum detorquere ſtuduit HERVETVS *cit. orat. fol.* 10. Talem enim caſum exinde formandum eſſe arbitratur: *Cuidam militi deſponſa erat quædam puella. Eam cum is miles vellet vxorem domum ducere, parentes, neſcio qua de cauſa, mutata voluntate nolebant ei dare. Miles autem per vim eam abduxit & cognouit. Neſcio quot interiectis diebus,*

Digitized by Google

cum eam forte militis taederet insolentiæ, vt seiugaretur ab eius consuetudine, ingressa est monasterium. Vxorem repetebat miles & causa cœpta est agitari. De eo relatum est ad pontificem, & causabatur quidem mulier, se monasterium ingredi potuisse, cum vxor eius non esset, qui eam rapuisset, cum, etsi ipsa assensa esset, parentes reclamassent. Raptum enim admitti, si vel parentibus solis vis afferatur. Respondit pontifex, eam esse eius vxorem, nec potuisse sine mariti assensu monasterium ingredi, cum non sit censenda fuisse rapta, licet parentes reclamarent. His verbis adumbrat speciem facti, pontifici propositam, putatque, sponsalibus, *ante raptum* initis, accessisse parentum consensum, raptum autem proprie dictum hic defuisse, quod crederent maiores, in *sponsam* proprie raptum non committi. *c.* 5. C. 36. *q.* 2. Valde autem dubito, vtrum casum, quem ipse textus in verbis subiectis satis prodit, acu tetigerit. Circumstantiæ enim docent, ibi actum fuisse de casu, quo miles rapuerat virginem *volentem*, postea eam sibi desponsauerat, & tandem cognouerat. Id indicant verba textui subiecta: *qui a parentibus prius rapuit eam, illa tamen volente, vt dicitur, & postmodum & priusquam eam cognosceret, desponsauit.* Id docet LVCIVS III. in sua decisione: *respondemus, quod cum ibi raptus dicatur, vbi nihil ante de nuptiis agitur: iste raptor dici non debet, cum habuerit mulieris assensum* (in raptum) *& prius eam* (iam raptam) *desponsauerit, quam cognouerit, licet parentes reclamauerint, a quibus eam dicitur rapuisse.* Non ergo præcesserant raptum sponsalia: *volens* rapta erat: postea cum raptore sponsalia inierat reclamantibus parentibus, a quibus rapta dicebatur, deinde cognita. Ita euidenter liquet, LVCIVM III. patronum *clandestinorum matrimoniorum* fuisse, & frustra HERVETVM sententiam eius in alium sensum detorsisse. Ita quoque INNOCENTIVS III. *in c.* 6 *de condit. appos.* constituit. Ita ALEXANDER III. in *c.* 13 *X. de sponsal.* docuit. Nec patres Tridentini aliter censuerunt, vtut addant, *sanctam ecclesiam ex iustissimis causis illa semper detestatam fuisse ac prohibuisse.* Ita vero ecclesia Romana, quicquid detestata semper est atque prohibuit, ratum esse iubet, quod admodum male cohæret. Id recte reprehendit CHEMNITIVS *in exam. concil. Trid. P. II. loc. XIV. ad c.* 12. §. 7. p. 609. *seqq. Audi vero, qualia ἀσύγκατα Tridentina synodus de hac quæstione statuat. Fatetur, ecclesiam talia clandestina matrimonia semper detestatam esse atque prohibuisse: & tamen simul damnat eos, quia ea vera ac rata esse negant. Potestne igitur detestata & prohibita coniunctio facere verum matrimonium? hoc est, detestanda & prohibita coniunctio, iuxta Tridentinum concilium est legitima & diuina coniunctio.*

Non

Non obſcure IO. LAVNOIVS *de reg. in matrimon. poteſt. p.* 302. hanc fugillat ſententiam, inquiens: *Nam ſi Tridentini patres petiiſſent a ſummis principibus legem, qua clandeſtina matrimonia redderentur caſſa & irrita, occurriſſent facile malis, quæ matrimonia huiusmodi pariunt, & ſe a tanta ſententiarum varietate, in qua verſabantur, liberaſſent.* Ita egregie homo, doctrina Romanæ eccleſiæ imbutus, agnoſcit poteſtatem principum circa irritationem horum matrimoniorum *clandeſtinorum*, nihilque adeo ſoli ſacerdotali benedictioni, quamuis hæc admodum imperium clericale in hac quæſtione ſtabiliat, tribuendum iudicat. Recte vero *p.* 303. addit: *parentes non poſſunt condere legem, qua filiorum matrimonia ſine ſuo conſenſu facta ſoluantur, cum legis condendæ poteſtate careant. Sed condendæ legis materiam paternum obſequium & reuerentia ſuppeditant principibus, qui legem ea de re ferre ſine dubio poſſunt. Princeps ipſe, non qua pater, ſed qua princeps eſt, fert legem, qua contracta a filiis ſuis ſine ſuo conſenſu matrimonia reſcindantur. Quid ita? princeps, vt pater, priuatam gerit perſonam; princeps, vt princeps eſt, publicam. At ferre legem perſonæ eſt publicæ, non priuatæ; alioquin quot in regno priuati eſſent homines, tot eſſent legumlatores. Quo nihil eſt inſulſius.*

a Luthero reprobata reclamantibus ICtis.

§. VII. Ipſe LVTHERVS ſuo tempore anno 1544. hac de quæſtione grauiſſimam admodum litem ICtis Vitebergenſibus, iuri canonico nimis inhærentibus, mouit, vt ipſe *in epiſt.* 251. *in ſupplement.* a Dn. BVDDEO edit. fatetur: *ego*, ſcribit, *tibi fateor, in hoc anno ſic me acceptum, vt in vita mea & in tota cauſa euangelii nunquam fuerim perturbatior. Oritur enim mihi cum Iuriſtis negotium acerrimum de clandeſtinis ſponſalibus, & quos ſperauerim fidos euangelii amicos, experior hoſtes acerrimos.* Addit poſt pauca: *Intrinſeci hoſtes plus nocent, quam externi, vt Iudas inter apoſtolos; ſed vincit crucifixus, & perit crucifixor, amen.* Ipſam litem plenius enarrant SECKEND. *in hiſtor. Luther. lib. III. ſect.* 32. §. 126. additque, vehementer offendiſſe LVTHERVM, quod *ſecundum pontificum leges decidere non deſiſterent*, adeo, vt minas ſpargeret, ſe edito tractatu eos refutaturum eſſe. Re ad electorem delata, reſcripto præcepit, vt de hac re theologi & ICti amice conferrent, & absque detrimento doctrinæ chriſtianæ, a LVTHERO propoſitæ, concordarent, poſthabitis *legibus pontificiis*. Res tamen exitu caruit, cum MOX LVTHERVS Viteberga diſcederet, & poſt biennium decederet. Inde ſine dubio factum, vt poſt ea tempora hæc ſententia in conſiſtoriis paſſim approbata atque retenta fuerit.

Digitized by Google

Sponſalia ſine parentum conſenſu contracta ſunt irrita.

§. VIII. Quæ cum ita ſint, caute in foris Proteſtantium procedendum eſſe arbitror, ne in deciſionibus recte formandis iuris canonici principiis decipiamur. Ante omnia diſtinguendum eſt inter *ſponſalia* & ipſum *matrimonium*. Illa, ſiue ſub *conditione* ſiue *pure* fuerint contracta (nam etiam *pura* non ſunt illa, quæ ius canonicum *de præſenti* vocat), deſiderant *conſenſum parentum*, vt ſine illo non ſubſiſtant. Fundamentum iuris ciuilis vnicum fundamentum neceſſitatis quærebatur in *patria potestate pr. I. de nupt.* adeo vt matris aliarumque perſonarum, quarum directioni liberi ſuberant, ſub pœna nullitatis non fuerit deſideratus aſſenſus; *l.* 1. *l.* 8. *C. de nupt. l.* 20. *D. de rit. nupt.* niſi quod patre mortuo filiæ cum matris conſenſu ſuo modo elocandæ eſſent, *l.* 1. *C. de rit. nupt. l* 20. *de inoff. teſtam.* quod inprimis *verecundia ſexus & regulæ honeſtatis* deſiderabant. Iuris hodierni diuerſum. *Iure hodierno* inter Proteſtantes etiam ad validitatem ſponſalium deſideratur *conſenſus parentum*, de cuius fundamento ceſpitant. Equidem CARPZOVIVS *lib. II. iurisp. conſiſt. def.* 39 canoniſtarum reprobat doctrinam, qui ex ſola *honeſtate* tantum conſenſum hunc deriuant, & ita canones interpretantur, vt docet ARNISAEVS *de iure connub. c. III. ſect.* 10. *n.* 13. quem tamen *neceſſitatis* eſſe iudicat, qualem non videntur producere ſolæ *honeſtatis* rationes. Verum 1) manifeſtum eſt, canoniſtas hoc tantum intelligere de *matrimonio*, & huius fauore docere, illud ex defectu *conſenſus paterni* haud annullari, a quo ipſe CARPZOVIVS non alienus eſt. 2) Plura ex *honeſtate* deſiderantur, & effectum *nullitatis* habent, ſi illa per leges *vinculum legis* accepit, vt *tit. I.* de effectu ſponſalium oſtendi, atque docui, illa impedimentum *honeſtatis publicæ* producere. 3) Fundamentum *neceſſitatis* aliud a CARPZOVIO ſubſterni debuiſſet, ſi in *honeſtatis* a legibus agnitæ ratione ſubſiſtere noluiſſet. Ipſe quidem 4) in *cit. def.* 39. *n.* 11. fundamentum eius quærit in *reuerentia, honore & obedientia;* ſed canoniſtæ voce *honeſtatis reuerentiam & obedientiam* deſignare videntur, teſte ENGELIO *in coll. iur canon. h. t. §.* 2. *n.* 6. vt reuera nouum fundamentum haud adducat. Denique 5) non ex ſolo *decoro* aliquo, quod lubricum eſt, conſenſum parentum ad ſponſalia canoniſtæ deſiderant, ſed ex *neceſſitate* iuris, quam *honeſtas publica*, ex *reuerentia & obſequio* tracta, produxit. CORAS. *lib. I. miſcell. c.* 17. OLDENDORP. *IV. cl. act.* 26. STRVV. *ex.* 29. *th.* 23. DONELL. *lib.* 13. *c.* 20. *tit.* 9. ibique HILLIGER, CYPRAEVS *de ſponſal. c. VI. §.* 6.

§. IX.

Digitized by Google

§. IX. Videlicet cum CARPZOVIVS ex *reuerentia*, *honore* & *obedientia* neceſſitatem conſenſus parentum deducit, neceſſum fuit, vt ſimul ad *imperium* parentum reſpiceret, quod *reuerentiam* & *obedientiam* producit. Forſan eo abſtinere maluit, quod alium conceptum de *propria poteſtate* habuiſſe non videtur, quam quem ius Romanum formauit, quæ, cum in *matrem* non cadit, cuius tamen conſenſum neceſſarium eſſe ſciuit, ſolidum neceſſitatis fundamentum hodie conſtituere ipſi non amplius viſa fuit. Ab hoc obſtaculo tamen ſeſe facile liberare potuiſſet, ſi poteſtatem parentum Germanorum non vnice ex *placitis Romanorum* æſtimaſſet, qui *ſoli patri* omne adſcripſerunt imperium, & quidem immenſum, *matri* illud denegarunt. Germani magis *ſimplicitatem iuris naturæ* in determinanda poteſtate parentum ſecuti ſunt, quod vnice *patri* imperium in liberos non aſſignat, ſed ſuo ordine etiam *matri* reliquisque *aſcendentibus* attribuit. Etenim recta ratio docet, parentibus imperium in liberos competere ob *educationem*, ad quam ex præcepto iuris naturæ obligantur, quæ quia ſine *imperio* in educandos fieri nequit, ſequitur, vt tantum poteſtatis parentibus, ad educationem obſtrictis, conceſſum cenſeri debeat, quantum & quousque ad *educationem* neceſſarium eſt. Sicuti vero educatio ipſa tam *patri* quam *matri* æque iniuncta eſt, vt tamen illi prærogatiua debeatur; ita etiam *matri* imperium *poſt patrem* in liberos tamdiu debetur, quamdiu eius educationi maxime poſt obitum patris ſubſunt, indeque fluit officium liberorum, quod in *reuerentia*, *honore* & *obſequio* conſiſtit.

Fundamentum genuinum quærendum in poteſtate parentum naturali, quam Germani ſecuti ſunt, & matri etiam aſſignarunt.

§. X. Hiſce principiis Germanos inſtitiſſe vel effectus docent, quos hodie adhuc deprehendimus. Educatione finita, hodie adhuc liberi *ſui iuris* fiunt, quæ finitur in filiabus per *nuptias*, per quas poteſtati maritali ſubiiciuntur; in filiis vero per *ſeparationem*, quam maiorennes facti vel inuitis parentibus obtinere poſſunt, de quo plenius egi diſſ. *de ſtatu liberor. a poteſtate parentum per nupt. vel ſeparat. liberatorum*, quæ omnia a ſcitis Romanorum aliena ſunt. Hinc etiam adhuc hodie conſenſus *matris* in nuptias liberorum deſideratur, ceu olim etiam factum eſt, non alia de cauſa, quam quod, patre defuncto, liberi *imperio matris* regantur, cui, prout CARPZOVIVS ait, *reuerentiam*, *honorem* & *obedientiam* ob illud *maternum imperium* debent. Equidem BROVWERVS *de iure connub. lib.* I. *c* 8. contendit, etiam matris imperio liberos elocatos fuiſſe, ſed *n.* II. non diffiteur, in filiis id tantum ex *honeſtate* neceſſarium, nulli vero pœnæ ſubiectum fuiſſe, id quod indicat, ſponſalia valida, etiam ſine *matris* contracta *conſenſu*, nul-

Germanos his principiis inſtitiſſe demonſtratur.

Digitized by Google

nullamque obligationem nisi *imperfectam* ex regulis *honestatis* productam fuisse. Enimuero grauius pondus apud Germanos *imperium maternum* habuit, quod patre mortuo, in tantum requiritur ad sponsalia liberorum, sub eius educatione adhuc constitutorum, vt posthabito eius consensu sponsalia sint nulla, vt plenius ex institutis antiquis & hodiernis demonstrat ill. Dn. a LVDEWIG diss. *de consens. connub. extra patrem diff.* I. *c.* 2. §. 2. *seqq.*

Ex constitutionibus hodiernis id illustratur.

§. XI. Ad hæc principia sese accommodarunt constitutiones Germaniæ prouinciales nouissimæ, quæ ius antiquum corroborarunt. In *constit.* regis augustissimi Borus. *d.* 15. *Dec.* 1694. **von Verlöbniß und Ehe-Sachen** generatim præmittitur: Ob wol alle heimliche Verlöbnissen, insonderheit aber diejenigen, welche ohne Vorwissen der Eltern, **deren** *consens* **und Einwilligung nicht nur** *de honestate*, **sondern auch** *de necessitate* **zu der Kinder Verehlichung erfordert wird**, geschehen, aus sehr vernünftigen und wichtigen considerationen gäntzlich verboten seyn &c. Postea subiiciuntur speciales sanctiones, de quibus mox agendi locus erit. In *constit. prouinc. Guelpherbyt. d.* 2. *Ian.* 1704. itidem cautum, daß, wenn sie annoch Eltern und Vormünder haben, anders nicht, als mit derselben Rath und vorhergehender ausdrücklicher Bewilligung ⁂ in eine Ehe-Verlöbniß sich einlassen sollen. ⁂ Widrigen Falls aber und da bey ein oder anderer Verlobung obgemeldete und erforderte Stücke und requisita unterlassen, und nicht der Gebühr beobachtet worden, soll solches vor kein Ehe-Gelöbniß geachtet, keines weges auch in unserm consistorio und geistlichen Gerichten vor gültig und bündig erkant werden. Eadem est sententia edicti GEORGII WILHELMI dueis Brunsuic. & Luneburgensis *d.* 12. *Nou.* 1678. repetiti *anno* 1681. *d.* 28. *Mart.*, item edicti IOANNIS FRIDERICI ducis Brunsuic. & Luneburgensis *d.* 19. *Dec.* 1672.

Consensus patris, etiam impii defideratur.

§. XII. Ex hoc principio, Germaniæ communi, variæ trahi possunt conclusiones: (I) sine patris, etiam *impii & crudelis*, consensu sponsalia iniri non possunt, vt recte censet CARPZ. *lib. II. iurispr. conf. def.* 43. cum etiam huius imperium in liberos adhuc duret, quamuis, si impie & tyrannico more versetur in denegando consensu, consistorium a liberis imploratum defectum hunc supplere possit, vt infra dicendum erit. (II) Post patrem etiam *matris*, & hac extincta, reliquorum *ascendentium* consensus requirendus est, vt *constitutiones Saxonicæ* disponunt apud CARPZOV. *cit. l. def.* 44. & *Brandenburgica de anno* 1694. supra laudata confirmat, quæ §. 7. disponit: Hingegen verbieten wir Kraft

Digitized by Google

Kraft dieſes nochmals, daß ſich keine Kinder, Söhne und Töchter, ohne Unterſcheid ihres Alters, condition und Standes, ohne Vorwiſſen und Einwilligung ihrer Eltern, als des Vatern, der Mutter, und da die nicht mehr verhanden, des Groß-Vaters und der Groß-Mutter, und nach dieſen der Vormünder ꝛc. verloben ſollen, idque ſub pœna nullitatis.

§. XIII. Præterea vero (III) etiam hoc inde fluit, liberos a patria poteſtate liberatos non eadem neceſſitate adſtringi ad conſenſum *parentum* requirendum, modo 1) *maiorennes*, nec 2) ad domum parentum reuerſi fuerint. De hac materia varie ſentiunt interpretes, fere vnice *doctrinæ Carpzouianæ* inhærentes, non vero hanc debito modo examinantes. Etenim CARPZOVIVS *cit. l. def.* 49. arbitratur, liberos, quantumuis maiorennes & patria poteſtate ſolutos, ſine parentum conſenſu non poſſe valide contrahere ſponſalia, quod præceptum de *honorandis parentibus* generale ſit, & *debitum reuerentiale*, etiam imperio parentum finito, duret. Verum plerique hic videntur regulas *honeſtatis moralis* & *iuris* ac *neceſſitatis* confundere atque permiſcere. Non dubium eſt, quin illæ omnino deſiderent parentum conſenſum, ita vt liberi reuerentiam parentibus debitam lædant, ſi neglecto eorum conſenſu ſponſalia contrahunt; vtrum vero hic ita neceſſarius ſit, vt absque eo ſponſalia ſint nulla, vtpote *contra leges* nulliter contracta, id quidem eſt, quod iam examinandum erit. Ante omnia autem liberos *maiorennes* præſuppoſui: *minorennes* fere in plerisque locis, ſi vel maxime orbati parentibus ſunt, ad ſponſalia cum *curatorum* & *conſanguineorum* ſuorum conſenſu incunda obſtringuntur, quod iure Romano ſecus erat; *l.* 20. *de rit. nupt.* quanto magis liberi *minorennes*, a poteſtate parentum ſoluti, horum conſenſum adhibere tenentur.

Liberati a poteſtate parentum non æque ad conſenſum parentum adſtringuntur,

§. XIV. Quæſtio ergo potiſſimum eſt formanda de liberis iam a paterna familia ſeparatis, vel per nuptias, quæ in filia ſufficiunt, vel per ſeparatim inſtitutam œconomiam. Quid enim ſi filia ad ſecunda vota tranſire intendat? Quid ſi filius iam dudum officii publici ratione id ſuadente, a patris familia ſeparatus & ſeiunctus, ſponſalia ſine patris vel matris conſenſu iniuerit? Nuper admodum piſtoris vidua, quæ cum marito fere per viginti annos in matrimonio vixerat, & poſt mortem eius opificium continuauerat, ſponſalia cum aliquo iniuerat, patre eius admodum ſene viuente. Vbi vero poſtea ab illis reſilire decreuerat, excepit de defectu *conſenſus paterni*, patremque induxit, vt ad acta declararet, ſuum haud requiſitum fuiſſe conſenſum, quid de validitate horum

quod ſpecialim illuſtratur.

Digitized by Google

rum ſponſalium ſtatuendum? Non nego, *honeſtius* viduam hanc facturam fuiſſe, ſi patris requiſiſſet conſenſum; *nulliter* autem eam egiſſe, non dixerim, nec facultas noſtra cenſuit. Iam vltra XX. annos a patris directione & conſortio liberata erat: ipſa domui ſuæ præerat, vt domina: omnia, grauiſſima etiam negotia, pro lubitu, expediebat: quis ergo aſſereret, eam nequidem *valide* ſponſalia ſine patris vel matris conſenſu inire potuiſſe? Neceſſitas adhibendi conſenſum vel parentum vel aliorum, potiſſimum ex *imperio domeſtico* parentum, vel *ætate minorenni* fluit, quibus conditionibus ceſſantibus, meo iudicio ſponſalia valida ſunt iudicanda, quibus conſenſus patris defuit.

Inprimis ex ſanctione Brandenburgica.

§. XV. In hanc ſententiam iuit potentiſſimus rex Boruſſiæ in edicto *de anno* 1694. ſupra laudato §. 12. Wenn die Kinder bereits würcklich ſeparatam familiam führen, und etwa ihren Ehegatten verlohren, auch darauf ad ſecunda vota zu ſchreiten entſchloſſen ſeyn, alsdann wo[illegible] ihrer Eltern Rath und conſens nicht de neceſſitate, jedoch de honeſtate erfordert, daferne ſie nur an ehrliche und nicht an allzuungleiche Partheyen ſich wieder verheyrathen. In §. X. eiusdem edicti itidem agitur de *filio*, welcher ſui iuris und nicht mehr unter des Vaters Brodt, ſondern auſſer deſſen Gewalt iſt, qui ſi prima vice ſponſalia inire intendit, videtur ſecundum verba dicti edicti ad conſenſum parentum adhuc obſtrictus, niſi ſponſam iam impræguauerit, quo facto defectus hic non amplius obſtat ſponſalibus, vt adeoque ſecundum hoc edictum differentia ſit conſtituenda, quoad liberos ſui iuris, inter nuptias *primas* & *ſecundas*. Aliæ conſtitutiones prouinciales generaliter & indiſtincte loquuntur, vnde ad varia dubia in praxi anſam præbent. Vtplurimum enim α) regulas *honeſtatis moralis* & *iuris* confundunt: β) veram rationem conſenſus materni non euoluunt: γ) ætatem liberorum non obſeruant, animaduertentes, minorennes ad tutorum & conſanguineorum conſenſum adhibendum eſſe adſtrictos: δ) adhibent etiam iuris canonici placita & eius interpretum ſententias, vbique omnia miſcentium, &, quod regulæ *pietatis* iubent, non ſemper diſtinguentium a *iuris* neceſſitate.

Quid ſi filia vidua facta ad patris vel matris domum reuerſa fuerit?

§. XVI. Reſtringo tamen ea, quæ hactenus aſſerui, ad caſum, quatenus filia, per nuptias ſoluta a patris imperio, ſeparatim a patris familia viuit, nec ad domum patris vel matris reuerſa eſt. Noui certamina interpretum: vtrum filia vidua facta recidat in patris poteſtatem? quod quidam affirmant, plures vero negant, vt tradit SANDE *lib. II. tit. 7. def. 5.* circa finem. Vtramque ſententiam ſuo modo ve-

ram

Digitized by Google

ram esse credo, modo distincte procedatur. Negantium sententiam admitto in casu, si filia vidua facta in domo mariti defuncti manet, nec ad patris lares reuertitur, tunc enim pristinum retinet statum. Quodsi autem cum liberis suis ad domum patris vel matris reuertitur; si eius mensa in posterum fruitur, & *imperio domestico* sese rursus cum liberis subdit, existimarem, eam statum suum mutare, & sui iuris esse desinere. Equidem de iure Romano filia emancipata honeste non poterat in patriam potestatem redire absque *adoptione. l.* 12. *D. de adopt.* Verum sicuti potestas Germanorum parentum a Romanorum moribus diuersa fuit; ita quoque in redintegranda patria potestate non eodem vsi sunt iure. ECCARD *ad LL. salic. p.* 86. *in f.* adeoque *affirmantium* sententiam accipio de casu, si filia, mortuo marito, reuertitur ad domum patris vel matris, quo facto, non aliter ad secunda vota transire potest, quam consensu parentum adhibito.

§. XVII. Præterea vero circa *consensum parentum* hæc obseruanda esse iudico. Primum est, non aliter defectum consensus parentum in iudiciis seu foris ecclesiasticis attendendum esse, quam vbi pater vel mater *interueniendo* eius neglectum vrgeat. Si filius publica contraxit sponsalia: si postea pœnitentia ductus & iudicio conuentus obiicit exceptionem, defuisse sponsalibus matris vel patris consensum: si pater vel mater haud interueniunt, nec suum in iudicio declarant dissensum, aut contemtum hunc allegant, exceptio hæc reiicienda erit. Nam 1) filius excipit de *iure tertii*, patris scilicet, cuius ius neglecto consensu læsum est; qui si tacet, si suo iure vti negligit, filii non est, patris iure vti. 2) Filius hoc ipso allegat propriam turpitudinem, quod insciis parentibus sponsalia contraxerit, quæ ipsi prodesse non debet; alleganti enim propriam turpitudinem nec datur *actio* nec *exceptio*. Denique 3) rationes adductæ euincunt, intuitu *parentum* hæc sponsalia omni destitui vinculo, quorum in arbitrio est, vtrum silentio eadem ratihabere, an vero dissensu in iudicio declarato annullare malint. Ex quo rursus fluit, mortuo ante litem motam patre, nec dissensum suum aliquo modo declarante, sponsalia ex hoc defectu amplius impugnari non posse. Ita respondit facultas iuridica *anno* 1697. *mens. Mart.* Ob wol die Kinder nach göttlichen und weltlichen Rechten schuldig seyn, sich ohne und wider ihrer Eltern consens und Willen nicht ehelich zu versprechen, absonderlich aber ein unter väterlicher Gewalt stehender Sohn wider dessen Willen sich zu verheyrathen, und dem Vater eine Schwieger-Tochter zu obtrudiren nicht befuget, sondern da von dem Sohne ein heimlich Ehe-

Defectus consensus parentum non nocet, nisi parentes interueniendo eum allegent.

Digitized by Google

Verſprechen geſchehen, der Vater ſolches zu widerruffen bemächtiget iſt, per tradita

BEVST *de matrim.* 2. *c.* 45. *& ſeq.*
& ex eo STRVV. *ſynt. iur. ciu. exerc.* 29. *th.* 23.
& Dd paſſim.

und alſo auf bloſſes Anhalten des Vaters, der darin nicht conſentiret, ob er gleich ſonſt keine erhebliche Urſachen zu diſſentiren hätte, allein propter neglectum eius conſenſum dergleichen heimliche Verſprechung zu caſſiren.

vid. BEVST. *de ſponſ.* P. I. *c.* 22. *ſq.*
CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib.* 2. *deſin.* 57. *n.* 5. *ſq.*

Weil aber dennoch der Titius ſelbſt kein Befugniß hat, ſein gethanes Ehe-Verſprechen propter prætenſum diſſenſum patris zu retractiren, indem er eo ipſo propriam turpitudinem ex transgreſſione quarti præcepti allegiret, nemini vero ex propria improbitate ius excipiendi contra alterum concedendum

L. 5. *C. de ſerv. pign. dat.* ibique Dd.
MEV. *P.* 8. *deciſ.* 41. item
BROVWER *de iur. connub. lib.* I. *c.* 5. *n.* 11.

So iſt Titius Seiam zu heyrathen verbunden.

Si parentes iniuſte conſenſum negant, conſiſtorium eum ſupplet.

§. XIIX. Alterum eſt, non abſolute ſponſalia liberorum a *conſenſu parentum* dependere. Si ſponſalia ſunt ineunda inter perſonas, quarum voluntates ad ea inclinant, ante omnia *modeſte* conſenſus parentum eſt requirendus. Diſſentientes, cauſam *diſſenſus* iuſtam allegare, &, deſponſandis id deſideramibus, conſiſtorio indicare debent, vt docent CARPZ. *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 52. BRVNNEMANN. *in iur. eccleſ. lib. II. c.*16. §. 5. B. STRYK. *in vſ. mod. tit. de ſponſal.* §.17. Si parentibus iuſtæ diſſentiendi cauſæ deſunt, ex decreto conſiſtorii liberis permitti poteſt, vt nuptias etiam inuitis parentibus ineant, qui ſuo imperio legitime vti, non abuti debent, quod magiſtratus merito moderatur; CARPZOV. *cit. l. def.* 53. modo modeſte ante ſponſalia inita conſenſus eorum requiſitus fuerit; vbi enim *clandeſtina* inierunt ſponſalia, &, his diu celatis, tandem vero caſu manifeſtatis, forſan per literas interceptas, parentes diſſentiunt, ad conſentiendum cogi nequeunt, quoniam ob neglectum conſenſum & inde ortum contemtum recte diſſentiunt. Ita quoque cenſuit porentiſſimus rex Boruſſiæ in edicto *de ann.*1694 §.3. & 4.
Wenn nun ihre Kinder ſie um Erlaubniß, ſich mit gewiſſen Perſohnen ehe-

Digitized by Google

ehelich zu verbinden, in kindlichem Gehorſam und Demuth erſuchen und bitten werden, ſollen die Eltern ſie ohne gnugſahme erhebliche Urſachen daran nicht hindern. ſ ſ Daferne nun die Eltern und Kinder ſich derowegen mit einander nicht ſelber vergleichen können, ſoll es alsdann, und ehe noch von denen Kindern pure etwas verbindliches fürgenommen wird, bey unſerm conſiſtorio geſuchet, und daſelbſt nach Billigkeit verglichen und entſchieden, und alſo der Eltern Conſens nach Gelegenheit der Fälle und Umſtände von der Obrigkeit ex officio ſuppliret, und dieſen Perſohnen ſich mit einander zu verloben, und das Verlöbniß durch prieſterliche copulation und Beywohnung zu vollenziehen verſtattet werden, auf welchen euent aber gleichwol der ſententz allemal mit einzuverleiben, daß beyde contrahenten, den diſſentirenden Vater oder Mutter nichts deſto weniger zu lieben, zu ehren, und gegen den oder dieſelbe allen Gehorſam zu bezeigen ſchuldig ſeyn ſollen.

§. XIX. Tertium eſt, non tantum talia ſponſalia eſſe inualida, quæ contra parentum voluntatem contracta, ſed rationibus ſuadentibus aliquando contra ſeductorem puellæ, quæ clandeſtine ei fidem de matrimonio contrahendo dedit, criminaliter per modum inquiſitionis procedi poſſe, vt ex ſequente ſententia *menſ. Mart.* 1698. a facultate noſtra concepta liquet:

Daß nunmehro mit der ſpecial-Inquiſition wider G. B. billig verfahren wird, und im Fall derſelbe auf 50 Thlr. keinen Vorſtand ſtellen könnte, ſo iſt das Amt Seeburg auf vorherachende nochmalige requiſition ihn in Haft zu nehmen, und denen Amts-Gerichten zu Hadersleben gegen Ertheilung eines gewöhnlichen reuerſes abfolgen zu laſſen verbunden. Im Fall er aber daſelbſt nicht mehr anzutreffen, iſt er edictaliter ſub pœna confeſſi & conuicti zu citiren, und mit fernerer Abhörung der Zeugen bis dahin in Ruhe zu ſtehen. V. R. W.

Seductor puellæ ad clandeſtina ſponſalia puniri poteſt.

Rationes decidendi.

Weil aus denen Acten gnugſam erhellet, daß des Decani und Paſtoris Herrn Mag. W. H. S. Tochter G. B. conſtituirten Præceptori, nebſt andern Kindern mit in information gegeben, und ihm alſo Kraft ſeines Amts obgelegen, dahin zu ſehen, daß ſie in aller Gottesfurcht und Gehorſam gegen ihre Eltern auferzogen werden möchte, er aber ſie ſelbſt zu unzeitiger Liebe und Verlobung wider ihrer Eltern Willen ſo wohl ſchrifftlich als mündlich zu bewegen, und da er der Eltern ſcharfſen diſſenſum vermercket, ſie mit Lügen und calumnien, als hätte er

Digitized by Google

gar bey ihrer Tochter geſchlaffen, zu forciren geſuchet, ihren conſens zu ertheilen, und dadurch gleich den Herrn Decanum und ſeine Tochter höſlich beſchimpffet, dergleichen ärgerliches Beginnen und geſuchte Verführung einer zu informiren anvertrauten Tochter eine exemplariſche Straffe meritiret, auch die veritas facti zum Theil genugſam am Tage, daß alſo kein gewiſſenhafter Richter darzu ſtillſchweigen kan, ſo hat die ſpecial-inquiſition erkannt werden müſſen, und weil ſolche Verbrechen billig an dem Orthe beſtraffet werden, wo ſie verübet worden, beyde Aemter auch unter einer Landes-Obrigkeit ſtehen, ſo kan die remiſſio nicht verſaget werden, wie denn auch, wenn er da nicht mehr anzutreffen, mit der edictal-citation, davon eine in Hadersleben, die andere in B. patria anzuſchlagen, erkanter maſſen zu verfahren iſt.

Sponſalia clandeſtina non convalidantur per concubitum.

§. XX. Quartum eſt, ne quidem *ſponſalia clandeſtina*, inuitis parentibus contracta, convalidari per ſubſequentem concubitum, qui potius *ſtuprum* eſt, & ita delictum delicto ſuperadditur. Quodſi per concubitum vitium hoc *clandeſtinitatis* purgaretur, liberi ſemper legem vinculum eludére, & parentum conſenſum negligere poſſent, quo ipſo nihil iniquius, nihil a natura legum alienius excogitari poſſet. Et tamen celeberrimi iurium antiſtites in deuia hic prolabuntur, & canoniſtarum calcant viam. Putat CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 60. *n.* 10. concubitum *ratum* facere coniugium, licet per ſe non ſit *legitimum* per *c.* 6. X. *de rapt.* *Ratum* vulgo dicunt, quod ſignificatum *ſacramenti* accepit, ex commixtione corporum: *legitimum*, quod præterea ſecundum leges contractum. Ita ex penu doctrinæ Romanæ rationes incaute petit CARPZOVIVS nobis prorſus ciuratas: reprobamus *ſacramentum matrimonii*, & ſic quoque penitus repudianda eſt hæc diſtinctio, tantumque ſubſiſtendum in *matrimonio legitimo*, vt *tit. ſeq.* euincam. Quidam confugiunt ad vulgatum iuris canonici axioma, *ſponſalia per concubitum tranſire in matrimonium*, haud ponderantes, de *ſponſalibus validis* hoc accipiendum eſſe, hoc ſenſu, vt ex mente iuris canonici ſponſalia *de futuro*, concubitu accedente, degenerent in *de præſenti*. Quis vero hoc transtulerit ad actum nullum, inefficacem, vitioſum?

An ex capite miſericordiæ, vt ſuccurratur vitiatæ?

§. XXI. Recte itaque hanc rationem damnat STRVV. *in iurispr. lib. I. tit.* 6. §. 4. in ipſa deciſione tamen ſubſiſtit ex hac ratione, *vt ita ſuccurratur vitiatæ, quæ ſpe matrimonii promiſſi ad concubitum adducta cenſetur.* Docet hæc ratio, ſponſalia hæc rata fieri intuitu *vitiatæ*, non intuitu *vitiatoris*, vt, patre illius ab hoc coniugio abhorrente, hic agere non poſſit ad huius conſummationem, quam *declarationem* addit

STRV-

Digitized by Google

STRVVIVS. Enimucro I) ratio hæc ex capite *miſericordiæ* petita ius quoddam tantum *imperfectum* producit, niſi *legis* adiumentum præſidiumque habeat, quam quædam Proteſtantium territoria receperunt. II) Non ſemper vitiata *fauore*, quin potius nonnumquam *odio* digna eſt, prout ſæpe contingit, ſi puella laſciua iuuenem honeſtis natum parentibus pellexerit ad amorem, ad ſponſalia, tandemque eo promtius admiſit, vt hoc vinculo carnali eum conſtringeret. Quis vero hoc caſu vitiatæ ſuccurrendum eſſe crederet? III) Ratio Struuiana particularis eſt, nec, ſi vera eſt, ad *regulam*, ſed ad *exceptionem* pertinet, vt regula potius ita formari debeat, ordinarie ſponſalia clandeſtina per concubitum haud conualidari, niſi *ſingularis æquitatis ratio* concurrat, quæ ſuadeat, vitiatæ ſuccurrendum eſſe. Ita recte cenſuit potentiſſimus rex Boruſſiæ in *edicto de anno* 1694 §. 9. Da ſich auch zutrüge, daß Kinder, welche ihrer Eltern conſens und approbation ſo fort nicht erlangen können, um ihren Zweck deſto eher zu erreichen, andere unzuläßige und ſtraffbahre Mittel ergriffen, und entweder ad concubitum & copulam carnalem mit den von ihnen begehrten Perſohnen ſchritten, oder ſich heimlich copuliren lieſſen; ſo wollen und verordnen wir hiemit, daß den Eltern ihr conſenſus von den Kindern auch per eiusmodi concubitum vel per benedictionem ſacerdotalem keines weges abgezwungen werden ſoll, es wäre denn, daß dieſelbe durch oberwehnte Mittel und andere motiven zu Ertheilung ihres conſenſus endlich in der Güte diſponiret werden könten, oder daß das conſiſtorium auf der Partheyen Anſuchen nach befundenen wichtigen Umſtänden und erheblichen Urſachen, der höchſten Billigkeit zu ſeyn erachtet, ein anders zu verordnen.

§. XXII. Hoc modo circa *ſponſalia clandeſtina* rationes ſubducendas eſſe arbitror. Grauiores turbæ excitantur circa *matrimonia*, inſciis parentibus contracta, & *benedictione ſacerdotali* munita. Ius canonicum tale coniugium defendere & ratum habere, ex antea dictis liquet. Fuſius de hoc themate agit CLAVDIVS ESPENCAEVS *de clandeſt. matrim.* atque *c.* 10. ineptias LOMBARDI & GRATIANI enarrat, ſimulque *c.* 11. & 12. decretales quorundam pontificum examinat, ſecundum quas matrimonium, iniuſſu parentum contractum, *ratum* iudicatum fuit. Quæ Tridentinorum ſit ſententia, ex antea adductis liquet. Proteſtantium doctrina parum recedit a iure canonico, vt LVDOVICVS HERICVRTIVS in tr. *des lois eccleſ. de France P. III. c.* 5. *art.* 2. §. 73. *in not.* nullam habuerit cauſam, atro carbone notandi

De matrimonio clandeſtino titubantes ſententiæ.

Digitized by Google

Lutheranos & Reformatos, quod iure diuino & naturali matrimoniis his *nullitatis* vitium ineſſe, & a parentum voluntate ea infirmandi vel admittendi, vnice dependere, doceant. Quod quibusdam hæc ſententia arrideat, *publicam* Proteſtantium *doctrinam* haud effecit, plerisque contrarium defendentibus, vt demonſtrat Dn. THOMAS. *diſſ. de validit. matrim. inuitis parentibus contracti & per benedictionem ſacerdotis depoſiti confirmati.* Ad minimum probabilius eſt, Proteſtantes plerosque in hac doctrina haud receſſiſſe a tramite *iuris canonici*, quod præter meritum in ſuos traxere vſus, LVTHERO licet reclamante. Conf. GERHARD. *in loc. de coniug.* §. 146. BEVST. *de ſponſal. c.* 14. *pag.* 24. CYPRAEVS *de ſponſal. c. X.* §. 10. CARPZ. *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 60. Nec Galli, ad quorum iura HERICVRTIVS commentatur, adeo alieni ſunt ab hoc *vmbratico errore*, quem in Proteſtantibus ſugillat. Etenim, vt §. 74. *cit. l.* indicat, illi diſtinguunt inter *minorennes* & *maiorennes.* Illorum matrimonia inuitis parentibus contracta nulla decernunt, quod *ſeductionis* vitio infecta eſſe credantur, idque præſumtione *iuris* & *de iure.* Reſpectu horum vero probationem *ſeductionis* ante omnia deſiderant, qua ceſſante matrimonia non annullant. Ita ergo ipſo facto concedunt, non iniquum, ſed in ratione fundatum eſſe, ex defectu conſenſus parentum matrimonia annullare. Fundamentum, deciſioni quod ſubſtruunt, non adeo ſolidum eſt. Forſan hæc concludentior eſſet, quod *minorennes* adhuc imperio paterno *ſimpliciter* regantur, non item *maiorennes*, qui ſecundum gentium plurimarum mores lares paternos relinquere poſſunt pro lubitu, adeoque liberius iam agunt viuntque.

Differentia inter ius ciuile & canonicum,

§. XXIII. Videlicet manifeſtum hic occurrit diſcrimen inter ius *ciuile* & *canonicum.* Illo *defectus conſenſus parentum* matrimonium annullat; hoc tantum *impedit*, non *dirimit* matrimonium clandeſtinum. Illud matrimonium vt mere *ciuile* negotium intuetur; hoc *ſpiritualem qualitatem* eidem affingit, ob quam eidem fauet, perægre in diſſocietatem coniunctorum conſentit, & ideo duplici reſpectu coniugium conſiderandum eſſe iubet in *c.* 7. *X. de diuort.* prout paucis iam

hoc enim matrimonium non tantum iubet eſſe legitimum, ſed etiam ratum.

§. 5. tetigi (1) quatenus eſt *legitimum* & (2) *ratum.* Illud eſt, quod ſecundum *leges ciuiles* eſt contractum, ſed ſacramento matrimonii deſtitutum, quale dicunt eſſe inter Iudæos aliosque infideles. Hoc vero efficit *ſacramentum coniugii* inter *ſolos fideles* per coniunctionem corporum, id quod omnem impedit diſſolutionem. Poteſt ergo coniugium eſſe *ratum*, vtut non ſit *legitimum* ſeu ſecundum leges ciuiles contra-

Digitized by Google

ractum, adeoque inuitu *eccleſiæ* indiſſolubile. His ſuppoſitis facile forſan admittunt, tali matrimonio ſubduci poſſe *effectus ciuiles*, quod contra leges regni vel ciuiles initum eſt, vt liberi non ſuccedant, aliique effectus quieſcant, interim tamen diſſolutionem huius coniugii prorſus negant. Ita in controuerſia de coniugio GASTONIS fratris regis Galliarum LVDOVICI XIII. cum ſorore ducis Lotharingiæ contra leges regni, ſine regis conſenſu, inito, rationes ſubducebat aula Romana, nulloque modo adduci poterat, vt, matrimonio hoc annullato, facultatem daret GASTONI, alias contrahendi nuptias. Par eſt ratio matrimonii, inuitis parentibus initi, quod, licet non ſit *legitimum*, *ratum* tamen, nec defectum ciuilem eius eſſe efficaciæ cenſent, vt *forum eccleſiaſticum*, quod vnice ſacramenti rationem habet, & conſcientiam dirigit, clandeſtinum matrimonium annullare debeat. Legitimo tantum detrahunt effectus ciuiles, ſaluo vinculo.

§. XXIV. Hæc principia iuris canonici, ſi Proteſtantes, qui *ſacramentum* nullum agnoſcunt in nuptiis, ſedula trutinaſſent mente, forſan non tam proni fuiſſent in receptione huius dogmatis, a principiis noſtris abhorrentis. Non ſine ratione itaque potentiſſimus rex Boruſſ. in edicto ſupra laudato *de anno* 1694. §. 15. & 16. relicta communi doctrina, ita edixit: Wäre es auch Sache, daß, gleichwie bereits oben Erwehnung geſchehen, das matrimonium absque parentum conſenſu per copulam carnalem & benedictionem ſacerdotalem von denen Kindern heimlich und de facto vollenzogen worden, ſo ſoll in der Eltern freyen Willen ſtehen, ob ſie einen von vorgedachten Wegen erwählen, oder bey unſerm conſiſtorio um gäntzliche caſſation und Aufhebung ſolcher Ehe anhalten wollen, immaſſen denn dergleichen Beginnen nicht allein ſub lege punitionis, ſondern auch nach Gelegenheit der hierbey etwa vorkommenden Umſtände, gar ſub lege annullationis hiemit ausdrücklich verbothen wird. Die Zeugen und andere, ſo zu Stiftung ſolcher heimlichen Verlöbniß ſich gebrauchen laſſen, oder ſonſt Anleitung und Vorſchub darzu gethan, imgleichen die Prediger, ſo die oberwehnte copulationes zu verrichten ſich unterſtanden, ſollen ebenfalls willkührlich, doch exemplariter angeſehen, und in ſpecie die Prediger mit Entſetzung ihrer Aemter, und ſonſten geſtraffet werden. Quæ principia in tribunalibus Proteſtantium ceſſare deberent,

§. XXV. Equidem facile conceſſerim, principem tali matrimonio clandeſtine contracto vim addere poſſe, vt etiam effectibus ciuilibus gaudeat, cum ad *leges canonicas* non ſit adſtrictus, vt recte cenſet GRIEBNERVS, vir celeberrimus, *in diſſ. de his, quæ ex iure proteſt. matrim.* ſed parum ceſſant,

Digitized by Google

matrim. ad reliqu. ſacram. perperam refer. §. 39. Atque tali ſtante lege fundamentum deciſionis vnice inde petendum eſſe credo. Enimuero, lege prouinciali deficiente, inquirendum examinandumque, qualis deciſio a conſiſtoriis & facultatibus ſperanda, qualis ſententia præualitura ſit? Hoc caſu plerique docent, ad ius *commune* vel *canonicum* recurrendum eſſe, illud vero huic præferendum ex præiudiciis *tit. de conſtitut.* fuſius tactis. Iam quæro ex viro celeberrimo, qui tantopere pro abſtergendis reliquiis ſacramenti in cauſis Proteſtantium matrimonialibus laborat, qualem ipſemet deciſionem daturus, quam ſententiam electurus ſit? Credetne ex plerorumque interpretum doctrina, plerosque pro validitate huius matrimonii calculum ſuum daturos eſſe? Annon Theologi & ICti ita quotidie pronunciant, ſtatuunt, docent? Vnde vero hæc doctrina aliter nata, quam ex incauta *iuris canonici*, quod ipſum tamen a patrum antiquorum tramite receſſit, receptione? Id olim LVTHERVM grauiter & improbaſſe, & ICtis *ius canonicum* in hac doctrina imprudenter ſequentibus, dicam ſcripſiſſe, ſupra obſeruaui, nec in aliam ſententiam iuerit, qui hiſtoriam huius doctrinæ ſub examen reuocat, qua acutioris ingenii qui ſunt, facile conuincuntur, vt credant, dogma hoc in ſcholas & fora Proteſtantium ex *iure canonico* cum reliquis eiusdem farinæ concluſionibus aſſumtum fuiſſe. Non ſufficit, rationes quasdam, ſubtili ingenio excogitatas, adferri poſſe, quibus *color* quidam a *ſacramenti* ſententia paulo alienior affingi poteſt Proteſtantium doctrinæ: paulo altius aſcendendum ad periodum *reformationis*: percurrenda ſubſequentia tempora, & ICtorum in Academiis euangelicis perſcrutandæ & inueſtigandæ ſunt ſententiæ, quæ quaſi per *traducem* ad noſtra vsque tempora propagatæ ſunt, quo facto facile conſtabit, plerosque per duo illa ſecula, quibus res Proteſtantium ſterit floruitque, a tramite *iuris canonici* in his doctrinis non receſſiſſe, quin potius ad textus eius prouocaſſe, inde probationes petiiſſe, & ita ſimul *reliquias ſacramenti* in fora, in ſcholas, imo in leges noſtras, vtpote quæ a ICtis vtplurimum concipiuntur, transmiſſa fuiſſe. Si hoc modo vir doctiſſimus illas quæſtiones, in quibus *reliquiæ ſacramenti* ineſſe dicuntur, ſub incudem reuocaſſet, ſi ipſas legum noſtrarum eccleſiaſticarum venas aperuiſſet, quæ cum *iure canonico* magnopere conſpirant, forſan bellum iis haud indixiſſet, qui *veritatem* profiteri, quam effictis quibusdam argumentis maculam ſuſpectæ doctrinæ abſtergere malunt. Defendi plura *ex poſtfacto* poſſunt ſemel recepta, vt tamen ex nouis hiſce ratiunculis, quibus exornantur, & fucus quidam eis obducitur, ab initio tradita.

quin recte docetur, reliquias ſcramenti ſupereſſe.

Digitized by Google

dita, propagata & obſeruantia forenſi haud fuerint præmunita. Audiendi ſunt primi horum dogmatum aſſertores: eorum diſcipuli per omnes Academias euangelicorum euoluendi, & inde hiſtoria doctrinarum ita nectenda eſt, vt inde palam fiat, ex quo fonte ad nos hæ productæ fuerint. Id vero facili opera effici poſſet, ſi methodi, qua *tit. de conſtitut.* vſus ſum, ratio etiam in hac ſimilibusque materiis haberetur.

§. XXVI. Eſt etiam matrimonium ex alio capite *clandeſtinum*, ſi defectu *ſolennium externorum* laborat; cum vero in hac ſpecie ſequens titulus occupatus, & ea occaſione de rebus haud ſpernendis nec leui brachio tractandis agendi animus ſit, paulliſper, iubente RAYMVNDO, cuius legibus me ſubiecí, meditationem hanc ſuſpendam, quæ ſuperſunt in hoc titulo, additurus.

Matrimonium etiam clandeſtinum eſt ex defectu conſenſus.

§. XXVII. Præter *conſenſum parentum* etiam *legitimam ætatem* poſtulat ius *canonicum* cum iure *ciuili*, adeo, vt intra terminum iuris ciuilis ſubſiſtat, pubertatemque ex *annis*, non ex *habitu corporis* regulariter æſtimandam, requirat *c.* 2. 10. 11. *X. h. t.* Inter illuſtres tamen, reges principesque, intercedente diſpenſatione, toleratur matrimonium infra legitimam ætatem contractum, ad quod ſæpe ex ratione *boni publici* vel fœderum eo firmius pangendorum properandum eſt, vt præſentiſſima Galliæ & Hiſpaniæ exempla docent. *c.* 2. *h. t.* Tali diſpenſatione non indigent principes proteſtantes, legibus annalibus haud ſubiecti. Cetcrum circa terminum *pubertatis* olim diſſenſus fuit inter Caſſianos & Proculeianos, auctore VLPIANO *in fragm. inſtit. tit.* 11. §. 28. *Puberem Caſſiani quidem eum eſſe dicunt, qui habitu corporis pubes eſſe apparet, i.e. qui generare poteſt; Proculeiani vero, qui XIV. annos impleuit.* Poſteriorem ſententiam etiam ſuam faciebant Stoici, vt obſeruat SCHVLTINGIVS *in not. ad cit.* 9. *in iurispr. anteiuſtin.* & MERILLIVS *lib. I. obſ. c.* 22. quam etiam ſecutus eſt imperator in *pr. I. quib. mod. tut. fin.* Caſſianorum doctrinam recepit ISIDORVS in *c.* 3. *X. h. t.* aiens: *certum autem eſt, eum puberem eſſe, qui* EX HABITV CORPORIS *pubertatem oſtendit, & generare iam poteſt.* Interim ſi pontificum deciſiones intuemur, illa magis in *caſtra Proculeianorum* ſeceſſiſſe videntur, cum vbique *legitimæ ætatis* mentionem iniiciant, idque *regulariter*; nam ſi malitia ſuppleat ætatem, matrimonium infra hanc ætatem admittunt, id quod ad *exceptionem* referendum, cum hic caſus rarius contingat. *c.* 9. *X. h. t.* In conſiſtoriis noſtris terminus alius haud præſcriptus reperitur, & licet negandum haud ſit, in matrimonio ineundo non tam ad *generandi*

Pubertatem in matrimonio ius canonicum deſiderat, quam magis ex annis quam habitu corporis æſtimat.

Digitized by Google

Quatenus prudentia alendi familiam attendi debeat?

potentiam, quam etiam ad *habilitatem, familiam propriam alendi & inſtruendi*, eſſe reſpiciendum, præſertim cum apud Germanos, quibus olim ſerior Venus, poſt nuptias ſoleant inſtituere ſeparatam œconomiam; hæc tamen ratio magis *ſuaſoria* quam *inſtifica* eſt, nec operari poteſt, vt matrimonium tale prohibitum cenſeri debeat. Equidem CARPZOVIVS *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 12. *n.* 17. annum XVIII. præferendum cenſet, quod tamen rurſus de *conſilio*, non de *neceſſitate* accipiendum. Cum vero rationes *ſuaſoriæ*, quæ *imprudenter* ſuſcepta matrimonia diſſuadent, eo caſu, quo parentes probabilem diſſentiendi cauſam coram conſiſtorio edere iubentur, etiam attendendæ ſint; non dubium eſt, quin pater vel ex hoc ſolo capite in nuptias filii *conſenſum* denegare queat, quod *prudentia alendi familiam* deſtituatur, licet forſan *pubertatem* exceſſerit, cum alioquin ipſi hæ nuptiæ oneri futuræ ſint.

Sponſalia inter impuberes admiſſa,

§. XXVIII. Diuerſa eſt ratio ſponſalium inter *impuberes* contractorum, quæ hiſce ſub conditionibus iure canonico permiſſa: (I) vt contrahentes, ſint infantia maiores, *c. literas* 4. *c. acceſſit* 5. *X. h. t. c. vn. C.* 30. *q.* 1. *c.* 1. *h. in* 6. quod & iuri ciuili conforme eſt *l.* 14. *de ſponſal.* Nam inter *infantes* contracta, vel ſi alterutra perſonarum nondum egreſſa eſt infantiam, haud ſubſiſtunt, nec vllum *publicæ honeſtatis impedimentum* inducunt ad effectum prohibendi matrimonium cum conſanguineis puellæ vel pueri, quia adhuc intra illam conſtituti ſunt ætatem infantes, qua conſentire nequeunt, cum tamen conſenſus ad ſponſalia requiratur; egreſſi autem infantiam iam aliquem intellectum habent: (II) vt puberes facti in *conſenſu ſponſalitio* permaneant. Cum enim ſit lubricum & fragile impuberum iudicium, indulgeri eis debuit, vt potuerint reſilire a ſponſalibus, adueniente pubertate, non ante, quia antea non ſatis recte iudicare poſſunt, vtrum ſit recedendum a ſponſalibus nec ne? *c. a nobis* 8. *X. h. t.* Sic itaque, ſi pubes cum impubere puella ſponſalia contrahat, ſponſalia erunt *claudicantia*, ita vt ille quidem reſilire non poſſit, bene tamen hæc. *c.* 7. *in f. X. h. t.* Quodſi vterque impubes fuerit, alter mox, vbi ad legitimam ætatem peruenerit, reclamare poteſt, nec tenetur alterius legitimam exſpectare ætatem. Hæc tamen recedendi facultas tunc denegatur, ſi *commixtio corporum* interuenit, *c. a nobis* 8. *h. t.* vt tamen niſus non ſufficiat, *c. atteſtationes* 10. *X. h. t.*

quamdiu imperfecta ſint.

§. XXIX.

Digitized by Google

§. XXIX. Ex hactenus dictis apparet, *ſponſalia de futuro* quidem impuberum tolerari, ſed non *de præſenti* in ſenſu iuris canonici, quia matrimonium conſtituunt, adeo, vt ſi vel maxime contrahentes ea inire intenderint, iuris tamen interpretatione tantum fint ſponſalia *de futuro*, quia negotium valet, vt potuit, non ſicut agebatur. *c.* 1. *b. l. in* 6. *c. f. X. h.* Impuberes itaque tantum ſponſalia *de futuro* inire poſſunt, quæ tamen in eo ab aliis ſponſalibus *de futuro* differunt, quod *imperfecta* ſint, atque vnius diſſenſu poſt pubertatem diſſolui poſſint, cum in ſe habeant tacitam conditionem: *ſi in illo conſenſu pubes factus permanſero*, vt tamen nihilominus hæc ſponſalia quoque *publicæ honeſtatis* inducant *impedimentum*, quod indicium præber, proprie dicta & vera ſubeſſe ſponſalia, *c.* 5. *X. h. t. c.* 12. *eod.* licet quodammodo *imperfecta* ſint. Sponſalia de præſenti inire non poſſunt.

§. XXX. Noſtrates, vt genuinum exemplum ſponſalium *de futuro* ſuppeditare poſſint, communiter allegare ſolent ſponſalia impuberum. STRVV. *ex.* 29. *th.* 10. CYPRAEVS *de ſponſal. l. c.* 9. §. 34. & quidem non adeo inepte, modo ſponſalia *de futuro* pro *veris* & *proprie dictis* ſponſalibus haberent. Verum non tantum hoc exemplum, ſed etiam *puberum* huc referri poſſe, ad *tit.* 1. *de ſponſal.* dictum eſt, & ſi ſecundum noſtratium conceptum res eſſet definienda, ſponſalia *impuberum* itidem eſſent *de præſenti*, quia non ſunt *nudi tractatus præparatorii*, vti *ſponſalia de futuro* definit CARPZOVIVS *l.* 2. *def.* 18. ſed eundem effectum de iure canonico ſortiuntur cum ſponſalibus puberum quoad *impedimentum honeſtatis publicæ*, quod operari haud poſſent, ſi *nudi* eſſent *tractatus*. Sed quod noſtrates hæc ſponſalia impuberum pro illis, quæ *de futuro* ſunt, habeant, id inde eſt, (1) quod facultatem reſiliendi annexam habeant: (2) quod ſint *conditionata*; enimuero putant *conditionata* & *de futuro* coincidere, CARPZ. *lib.* 2. *def.* 20. *n.* 4. id quod quidem in ſenſu iuris canonici non negamus, cum non adſit *conſenſus matrimonialis*, vt tamen e contrario *pura* non ſtatim pro *ſponſalibus de præſenti* de iure canonico ſint habenda. *c.* 2. *X. de ſponſal.* Inter Proteſtantes quatenus recte de futuro dicantur.

Digitized by Google

TITVLVS III.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

§. I.

CLANDESTINVM etiam MATRIMONIVM primario nascitur ex *defectu solennium*, quibus ex præscripto *legum ecclesiasticarum* nuptiæ ineundæ sunt. De hac specie h. t. agitur, nec quem rubrica offendat, quæ de *clandestina desponsatione* concepta est, cum textus huius tituli indicent, hic *matrimonium* clam, h e. remotis solennibus ecclesiasticis contractum, repræsentari, simulque tradi, quomodo *ecclesiastice* matrimonium iniri debeat.

Consensus facit matrimonium,

§. II. *Consensum* facere matrimonium, non *concubitum*, tritissimum est Ictorum assertum, in rei veritate & recta ratione omnino fundatum. Est enim matrimonium societas admodum arctissima & indiuidua, quæ nec inuitis obtrudi, nec inter reluctantes subsistere potest; imo sicuti in omni societate ipsa *constitutio* a *fine* discerni debet, ita, vt hic primum quidem sit in *intentione*, vltimum vero in *executione*; ita pariter matrimonia pro fine quidem habent coniunctionem corporum, procreandæ sobolis gratia instituendam; magis tamen hæc ad *executionem matrimonii* iam contracti pertinet, vt mutuus consensus in hanc arctissimam coniunctionem ipsum constituat matrimonium Magna tamen constituenda est diuersitas, vtrum matrimonium contrahatur in

publice tamen declaratio in statu ciuili insuper desideratur,

statu naturali, an *ciuili?* In *illo* præter *mutuum consensum* ius naturæ nihil exigit, nisi quod contrahentes, vel ex decoro seculi, vel spontanea voluntate, admittere volunt; in *hoc* non adeo in solo consensu priuatim edito subsistendum, sed præterea necesse est, vt *publica & solennis* quædam *declaratio* accedat, quo omnibus in *societate ciuili* innotescat, matrimonium inter cohabitantes esse contractum, & omnis vagæ libidinis suspicio euitetur. HVBER. *de iur. ciuit. lib* 2. *f.* 1. *c.* 3. §. 18. 19. Interest vtique reipublicæ, vt, sicuti in aliis leuioribus negotiis, *ita multo* magis in *hac ardua causa*, ordo quidam obseruetur familiarum, quarum certitudo ex huiusmodi matrimoniis pendet, integritas quouis modo facta tecta

Digitized by Google

recta habeatur, proles parentes ſuos agnoſcant, a quibus in ſpem patriæ & ſalutem publicam educentur, & ita magis *publica* quam *priuata auctoritate* hæc *ſocietas domeſtica* conſtituatur. Infinita eſſent metuenda incommoda ex clandeſtinis quibuscunque coniunctionibus, hominibus maxime ad infinita vitia & inordinatas vias pronis: facile maritus, vxoris ſuæ pertæſus, vinculum matrimonii negare, vxoremque expellere poſſet, quam *clandeſtino conſenſu* ſibi iunxerat; incerta denique futura eſſent alia plura iura, quæ ex matrimonio in *ſtatum ciuilem* redundant. Inde publica ſalus poſtulat, deſiderat, præcipit, vt conſenſus matrimonialis *publice* edatur, & forma quædam incundorum matrimoniorum a legislatoribus pro ratione ſtatus præſcribatur.

quod morſbus gentium deſideratur.

§. III. Quodſi per *mores gentium* eundum foret, facile oſtendi poſſet, in rebus publicis bene conſtitutis, non ſine *ſolennibus publicis* matrimonia fuiſſe initiata, & multa cum feſtiuitate celebrata. Romanos ſua peculiaria ſolennia nuptiarum habuiſſe teſtatiſſimum eſt, quæ BRISSONIVS & HOTTOMANNVS peculiaribus tractatibus explicant, & ſtrictim SELDENVS *in tr. de vxore ebræa lib. II. c.* 20. & B. THOMAS. *ad tit. Inſt. de nuptiis* illuſtrant, variisque antiquitatum monumentis exornant, quamuis hæc paulatim adeo conſenuiſſe videantur, vt tempore IVSTINIANI non indiſtincte *publica* quædam *declaratio* deſiderata fuerit, vt infra oſtendam. Græcorum mores in nuptiis ſolenniter contrahendis referunt IO. PHIL. PFEIFFER. *lib. IV. antiquit. græcar. c.* 14. *& ſeqq.* vt & IO. GVILIEL. STVCK. *lib. antiquit. conuiuial. c.* 4. *p. m.* 109. vbi & *epulas nuptiales Tigurinorum* refert. Iudæorum ſolennia in *ſponſalibus* & *nuptiis* vſitata itidem fuerunt admodum ſingularia, quæ ex profeſſo explicuit decus Angliæ, SELDEN. *in cit. tr. de vxore ebræa;* ſtrictius vero STVCK. *cit. l. p.* 105. *& ſeqq.* & BASNAGE *dans l' hiſtoire de Iuifs tom.* 6. *P.* I. *lib.* 6. *c.* 22. Habuere etiam antiqui Germani ſua peculiaria inſtituta in nuptiis rite celebrandis, de quibus agit PAVL. HACHENBERG *in Germania media diſſ. V.* conf. etiam HERTIVS *in notitia vet. Franc. regni c.* 3. §. 3. & infinitum foret, ſi quarumcunque aliarum gentium mores vbiuis obuios colligere vellemus, qui omnes huc collineant, vt veritatem aſſerti noſtri vberrime demonſtrent.

Chriſtiani primæui quædam ſolennia retinuere in ſtatu ciuili & inter Iudæos recepta.

§. IV. Quæ cum ita ſint, non adeo mirandum eſt, etiam Chriſtianos ſub ipſis naſcentis eccleſiæ primordiis quædam ſolennia admiſiſſe non tantum, ſed etiam conſtituiſſe, quo omnia *ordine* & *decen-*

Digitized by Google

ter inter eos peragerentur. Collecti erant tum ex *Iudæis*, tum ex *gentilibus*, &, quia in *statu ciuili* viuebant, nec *legibus nuptialibus* soluti, admodum probabile est, eos se composuisse ad ritus publice receptos, quatenus a superstitione gentili alieni erant, & innoxii videbantur. Observat id ipsum SELDEN. *lib. II. de vxore ebræa c.* 24. &, *postquam*, ait, *tam a gentilibus aliquot, quam a Iudæis christianismus receptus est, vtrorumque mores, vt ipsi, inuicem sunt commisti, partim mores ritusque iudaici, partim paganici, quotquot cultui christiano non omnino refragarentur, vt in aliis, sic in re matrimoniali, variatim admissi.* Addit: *iure Romano fere passim vsæ fuere gentes, in quibus Christiani sunt reperti.* Adeoque non existimandum est, illos ita prorsus abhorruisse ab vsu huius iuris, vt *solennia ciuilia*, quibus matrimonium declaratur, plane respuerint; id quod ne quidem vt *subditi*, vt *ciues*, facere potuerunt. Erant *coronæ* in nuptiis Iudæorum & paganorum vsitatæ; his quoque Christianos vsos fuisse adhuc tempore TERTVLLIANI, ipse *in tr. de corona c.* 13. docet, simulque ex præconcepta quadam opinione hunc morem damnat, his verbis: *coronant & nuptiæ sponsos: ideo non nubamus ethnicis, ne nos ad idololatriam vsque deducant, a qua apud illos ineptiæ incipiunt. Habes legem a patriarchis quidem, habes apostolum, in Domino nubere iubentem.* Interim hic zelus contra *coronas* intempestiuus SEPTIMII, earum vsum non sustulit, sed hic potius per plura secula continuauit. Vtebantur præterea Romani publica *deductione in domum*, sicuti Iudæis vsitata erat *deductio in thalamum*, quos ritus salua fide, vt testimonium publicum legitime contracti matrimonii, reiectis tamen aliis idololatricis ritibus, adhibere potuerunt, quibus vsus coronarum, annuli, aliorumque solennium coniunctus erat. Sicuti vero gentiles & Iudæi non sine *auspiciis* & *sacris* initianda esse matrimonia crediderunt, ita Christiani quoque hunc pium morem, suo ritu peragendum, secuti sunt, &, quod apostolus docuit, *in Domino esse matrimonium ineundum*, obseruarunt. Hac de causa paulatim *instituta* quædam *ecclesiastica* inter Christianos sunt recepta, ab initio quidem *simplicissima*, paulatim admodum aucta, & ad matrimonii legitime contracti publica documenta relata; quæ tamen vbique non eandem rationem habuerunt.

Hinc solennia Christianorum erant vel ciuilia, vel ecclesiastica,

§. V. Hoc rerum statu *solennia matrimonii* duplicia erant: *ciuilia* & *ecclesiastica* seu *sacra*. Illa ex *ciuilibus legibus* retenta erant, quatenus salua fide obseruari poterant, quorsum etiam alia iura, per tabulas dotales determinari solita, pertinebant. Hæc inter Christianos priuato pacto erant recepta, vel moribus passim constituta, quæ tamen

men in tribus prioribus ſeculis ad forum externum non penetrarunt, ſed *priuatam* tantum *praxin* inter Chriſtianos habuerunt, adeo, vt, his vel maxime omiſſis, legitimum tamen matrimonium fuerit. Hæc quippe erat conditio Chriſtianorum per illa tempora, vt, quia oppreſſi & religionis cauſa a republica prorſus derelicti erant, *propriam* quandam *diſciplinam* ſibimet præſcribere coacti fuerint. Hanc qui non obſeruabat, indignationem & cenſuras eccleſiaſticas quidem incurrebat, effectus tamen ciuiles huius omiſſio in foro externo haud habebat. Imo quamuis poſtea a ſeculo IV. imperatores CHRISTO nomen dederint, & *inſtituta eccleſiaſtica* antiqua maiorem acceperint efficaciam, non tamen ſtatim ita ad fora ciuilia penetrarunt, vt ſecundum illa negotia publica æſtimata fuerint. Matrimonium certe eo tempore, imo adhuc IVSTINIANI æuo, *negotiis ciuilibus* annumeratum fuit, & de eo ſecundum *leges ciuiles* iudicatum, adeo, vt ne quidem ante LEONIS philoſophi tempora, *eccleſiaſtica inſtituta* & *ſolennia* legibus publicis præſcripta ſubditisque iniuncta fuerint: quod indicium luculentum præbet, aliter iudicaſſe *fora ciuilia* de matrimonio, aliter *eccleſiam*, ſeu epiſcopos, quorum cuſtodiæ hæc ſacra ſolennia cum aliis commiſſa erant. Collineat huc PETRVS de MARCA *de C. S. & I. lib. II. c. XI.* §. 3. &, *plurima*, ait, *princeps ille* (IVSTINIANVS) *conſtituit, quæ dirimunt Chriſtianorum matrimonia, ſed pars illa iuris tunc erat penes principes, ſine vlla controuerſia, vt docet* BELLARMINVS. Nihil itaque amplius his relictum, quam vt, negligentibus ritus ſacros in matrimonio, pœnitentiam eccleſiaſticam, vel abſtentionem ad tempus iniungerent: non vero, vt matrimonium tale, ſine *ſolennitate eccleſiaſtica* contractum, annullarent. Hoc diſcrimen adhuc *anno* 1278. SYNODVS EXONIENSIS *art. VII.* apud HARDVINVM *tom. VII. concil. p.* 1082. obſeruauit, vbi hæc habentur: *Licet per legitimum viri & mulieris conſenſum legitima matrimonia contrahantur; quantum ad eccleſiam neceſſaria ſunt verba vel ſigna conſenſum exprimentia de præſenti. Ex quo manifeſte liquet, quod ſine autoritate eccleſiæ, cuius iudicio approbandus vel reprobandus eſt contractus, non ſint matrimonia contrahenda; quanquam alias contracta propter hoc minime diſſoluantur.* Plures præterea patres idem docuerunt, & ſimpliciter conſenſui, quomodocunque declarato, vim matrimonii attribuerunt, ſi vel maxime *ſolennitas eccleſiaſtica* ei haud acceſſerit, quod ex iure Romano retentum, quo hæc *ſolennia eccleſiaſtica* haud fuerunt deſiderata, ſed ſola *affectio maritalis*, nuptialibus tabulis declarata, ſufficiens documentum publicum conſtituere poterat, *vid. §. vlt. inſt. de nupt. & §. 2. inſt. de hered.*

quæ

quæ ab inteſt. defer. ibi: *poſtea vero, affectione procedente, etiam nuptialia inſtrumenta cum ea fecerit.* Aſt poſtquam *legibus publicis* hæc *ſolennia eccleſiaſtica* præſcripta ſine dubio maiorem efficaciam ad conſtituendum legitimum matrimonium acceperunt, id quod ex infra dicendis apparebit.

& matrimonium vel legitimum vel ratum.

§. VI. Denique ex hac obſeruatione quoque origo diſtinctionis inter *matrimonium legitimum* & *ratum* inſignem accipit lucem, qua canoniſtæ ſæpius vtuntur. Vocant enim *matrimonium legitimum*, quod ſecundum *leges ciuiles* eſt contractum, & inter infideles quoque obtinet per *c. 7. & 8. X. de diuort.* *Ratum* vero, quod ab eccleſia confirmatum & ratum habitum eſt, accipitque coniugii ſacramentum, quod vnice *fidelibus* tribuunt. Inde illud negotium mere *ſeculare*; hoc vero *ſpirituale* & *eccleſiaſticum* eſſe conſtituerunt, & tandem, introductis his ſolennibus eccleſiaſticis, rem eo perduxerunt, vt de hoc non alibi, quam in foris eccleſiaſticis, & a ſolis clericis iudicaretur, & matrimonium Chriſtianorum eine heilige Ehe vocaretur.

Solennia hæc ſunt arbitraria & mutari poſſunt.

§. VII. Quandoquidem vero in confeſſo eſt, arbitrarium in ſe eſſe, quibus documentis publicis *conſenſus matrimonialis* edatur, adeoque a legislatoribus in rebuspubl. recipi potuiſſe ſolennia eccleſiaſtica, ſeu vt coram eccleſia matrimonium inituri conſenſum ſuum declarent; ita negari nequit, hæc adhuc hodie eſſe *arbitraria*, hoc ſenſu, vt ex iuſta cauſa a principe immutari, & loco eorum alia publica declaratio ſubſtitui poſſit. Quod cum forſan non omnes admiſſuri ſint, ſibi aliisque perſuadentes, *benedictionem eccleſiaſticam* eſſe *iuris diuini*, vel ad minimum ritum vniuerſalem, qui citra conſenſum totius eccleſiæ tolli non poſſit, vt HILDEBRAND. *diſſ. de rit. ſacr.* §. 17. *& ſeqq.* arbitratur; ita non inutile erit, ortum & progreſſum horum ſolennium euoluere, indeque demonſtrare, ab initio *libere* illa fuiſſe recepta, aucta & paulo ſerius a legislatoribus in *fora ciuilia* etiam deducta. Quæ enim citra vllam neceſſitatem libere recepta ſunt, eius indolis & naturæ ſunt, vt mutari etiam poſſint. Loquor de *foris Proteſtantium.* Quæ Romanæ eccleſiæ Dd. hac de re ſit ſententia, in aprico eſt. Hi priuatim matrimonia eorumque ſolennia *iudicio cleri* ſubiiciunt, omnemque poteſtatem in ea principibus denegant, adeoque cum his in præſenti mihi haud eſt negotium. Principibus proteſtantibus maior in eccleſiaſtica eſt poteſtas, & liberius circa ſolennia arbitrium: horum legibus tam eccleſiaſticis, quam profanis ſe obſtrictos eſſe profiten-

Digitized by Google

ſitentur tam *clerici*, quam *ſeculares*, adeoque ex horum determinatione depeuder, quo ritu matrimonia incunda ſint. Vnde meo iudicio Bataui haud culpandi ſunt, quod ſolennia eccleſiaſtica in contrahendo matrimonio ſuſtulerint, ſicuti e contrario nihil culpæ nobis imputari poteſt in Germania, quod quendam ritum ex inſtitutis eccleſiaſticis antiquis retinuerimus.

§. VIII. Ipſa *ſolennia eccleſiaſtica* potiſſimum conſiſtunt in *proclamatione* & *copulatione ſacerdotali*, in quarum origine circumſtantiæ ſedulo conſiderandæ ſunt; ne ſine iudicio Dd. tradita admittamus. Non vbique hanc præcautionem obſeruauit HENR. CHRIST. HOCHMANN. in *tr. de benedict. nuptiar.* quamuis alias magna induſtria illa, quæ ad antiquam diſciplinam pertinent, collegerit; in eo tamen admodum lapſus, quod primitiuæ eccleſiæ Dd. teſtimonia ex facie rerum præſentium æſtimauerit. Eleganter obſeruat GABR. ALBASPINAEVS, epiſcopus Aurelianenſis, *de vet. eccleſ. rit. lib. I. obſ. I.* magnos errores ex hac neglecta obſeruatione fluxiſſe. *Nam*, ait, *harum rerum ſi forte nunc incidat mentio, eas non, vti fuere, ſed quales hodie ante oculos noſtros verſantur, concipimus, atque de iis diſſerimus. Animus enim ſe a conſuetudine rerum, quas videt, quas cernit, quibus vtitur, non patitur abduci, neque poteſt mente complecti, earum, quarum nomen adhuc vique permanſit, vim quoque & naturam permanſiſſe.* HILDEBRANDVS quoque *de nupt. vet. chriſt.* non ſatis rem examinauit, nec magis ſobria exſpectanda fuere ab ANDREA DV SAVSSAY, qui in *tr. de panopl. ſacerd. P. 2. lib. 2. c. 5. §. 4. benedictionem ſacerdotalem* itidem ex præſenti rerum ſtatu æſtimauit. Cautus magis inceſſit SELDEN. *lib. II. de vxor. ebræa c.* 28 qui teſtimonia patrum ſecundum ſtatum primæuum ſedulo examinauit, & inde mentem eorum deduxit. Proinde ſollicite inquirendum eſt, quæ partes paſtorum fuerint in conciliandis nuptiis? in quonam *benedictio* conſtiterit, quo tempore illa adhibita fuerit? & quæ ſunt aliæ huius generis circumſtantiæ.

Præcautiones in euoluenda origine copulæ ſacerdotalis obſeruandæ.

§. IX. Inter *Iudæos* ſponſalibus & matrimoniis *benedictionem* acceſſiſſe, obſeruant antiquitatum iudaicarum ſcriptores, quæ tamen non præciſe a *ſacerdotibus* aut *clero iudaico* peracta fuit. Inde quamvis admitti poſſit, hunc morem benedicendi etiam ad chriſtianos tranſiiſſe, non tamen conſtat, miniſtros eccleſiæ eius rei gratia adhibitos fuiſſe. *Sub initia chriſtianiſmi*, ait SELDEN. *cit. l. quotquot Iudæos imitarentur, ſacros miniſtros, vt nuptiis neceſſarios, non adhibuiſſe certum eſt.* Equidem IGNATIVS *ad Polycarp.* interuentum *paſtorum* vrſiſſe videtur, ſcribens:

Benedictio etiam Iudæis vſitata, etiam chriſtianis primitiuis, ſed non præciſe a ſacerdotibus facienda.

Digitized by Google

bens: *Decet vero, vt & ducentes vxores & nubentes cum episcopi arbitrio & ex eius sententia coniungantur, vt nuptiæ iuxta præceptum Domini sint, non autem ad concupiscentiam.* Sed *copula sacerdotalis* his verbis minime firmari posset, si vel maxime admittendum esset, hanc IGNATII epistolam esse genuinam; cuius contrarium tamen ostendit IO. DALLAEVS de *scriptis, quæ sub Dionysii & Ignatii nominibus circumferuntur.* Id vnice tantum cuincunt, cum *consilio episcoporum* matrimonia esse ineunda, vt præcauerentur eo magis nuptiæ cum infidelibus, præsertim cum in plurimis aliis causis episcopi solerent in consilium adhiberi, adeoque hæc verba magis ad *sponsalia* ineunda, quam ***matrimonium*** rite peragendum pertinent. Alia testimonia desunt quoad duo priora secula, quæ lucem huic rei afferre possent. Magnopere vtique constaret de antiquis solennibus, si EVARISTI epistola genuina foret, qui circa finem

secuti I. vel ad minimum ad initium secuti II. ecclesiæ Romanæ præfuit. Ita enim *impostor* potius quam *episcopus Romanus* scripsisse fingitur apud HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 75. BLONDEL. in *Pseudo-Isidoro p.* 147. & GRATIAN. *in c.* 1. C. 30. *q.* 5. *Aliter enim legitimum (vt a patribus accepimus & a sanctis apostolis eorumque successoribus traditum inuenimus) non fit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam fœminam dominctionem videntur habere, & a quibus custoditur, vxor petatur, & a parentibus, aut propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotaliter (vt mos est) cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur, & a paranymphis (vt consuetudo docet) custodita & consociata a proximis, tempore congruo petita legibus detur, & solenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, vt bonæ soboles generentur, & Domino in actibus suis placeant. Taliter enim & Domino placebunt, & filios non spurios, sed legitimos atque hereditabiles generabunt. Quapropter, filii charissimi & merito illustres, fide catholica suffragante, ita peracta legitima scitote esse connubia. Aliter autem non præsumta coniugia, sed aut adulteria, aut contubernia, aut stupra, vel fornicationes potius, quam legitima coniugia esse non dubitate; nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima.*

Euaristi epistola examinatur.

§. X. Miror, HOCHMANNVM multum huic epistolæ tribuisse, & credidisse, quod probari non possit, illam ex omni parte confictam fuisse, cum tamen euidentissimis documentis iam a pluribus, in primis vero a BLONDELLO in *Pseudo-Isidoro* demonstratum fuerit, has epistolas, quas ISIDORVS, impostor, mundo obtrusit sec. IX. esse putida figmenta, adeo, vt ipse HARDVINVS *in not. margin.* agnouerit, hanc

Digitized by Google

hanc epiſtolam EVARISTI eſſe ſuppoſititiam, præſertim cum verba adducta inſtituti recentioris redoleant rationem, quod etiam agnoſcit IO. LAVNOIVS *de reg. in matrim poteſt. p.* 176. Eiusdem farinæ eſt epiſtola item Caliſti I. CALISTI I. apud HARDVIN *cit. l. p.* 112. & BLONDELL. *cit. l. p.* 260. quæ eo magis *commentum impoſtoris* prodit, quod infamiæ pœnam contra morem epiſcoporum primitiuæ eccleſiæ transgreſſoribus minatus fuerit, vt hæc verba indicant: *Quisquis ergo non eſt legitime coniunctus, vel abſque debiti titulo ac benedictione ſacerdotis conſtat copulatus, ſacerdotes vel legitime coniunctos criminari, vel in eos teſtificari minime poteſt, quoniam omnis inceſti macula pollutus infamis eſt, & accuſare ſupra dictos non permittitur. Non ſolum ergo hi reiiciendi ſunt & infames efficiuntur, ſed etiam omnes ei conſentientes.*

§. XI. Inter ea teſtimonia, quæ genuina ſunt, recentiora ante TERTVLLIANVM non dantur, quamuis hic iam in confinio ſeculi II. & III. vixerit. Aliquod circumſtantias ipſemet paſſim adducit, quæ *ſolemnitatem* quandam *eccleſiaſticam* peculiarem produnt. Primo oſtendit, contracta fuiſſe matrimonia, ex conſilio eorum, qui eccleſiæ præerant. Sic enim *de monogam. c.* II. *p. m.* 531. *edit. Rigalt.* ait: *vt igitur in Domino nubas ſecundum legem & apoſtolum (ſi tamen vel hoc curas) qualis es id matrimonium poſtulans, quod eis, a quibus poſtulas, non licet habere; ab epiſcopo monogamo, a preſbyteris & diaconis eiusdem ſacramenti, a viduis, quarum ſectam in te recuſaſti? Et illi plane ſic dabunt viros & vxores, quomodo buccellas. Hoc enim eſt apud illos, omni petenti te dabis. Et coniungent vos in eccleſia virgine, vnius Chriſti vnica ſponſa. Poſtulare* dicuntur *matrimonium* virgines *ab epiſcopo, preſbyteris, diaconis*, imo & *viduis*, quin & hi *dare viros & vxores* dicuntur, non alio ſenſu, quam quod, communicato cum his conſilio & deliberatione inſtituta, nuptiæ fuerint contractæ. Imo hoc ad *benedictionis ſolennia* vel ideo referri nequit, quod hic tantummodo de *ſponſalibus* conciliandis agatur, doceaturque, inter chriſtianos æuo TERTVLLIANI potiſſimum hos adhibitos fuiſſe, vtpote quorum conſilio tot alia grauioris momenti negotia fieri ſolebant. Quid? quod etiam fœminæ *viduarum*, ſeu *diaconiſſarum* conſilio hac in re vterentur, vt omnem libidinis & inordinati amoris ſuſpicionem a ſe declinarent, nec nuptias, diſciplinæ eccleſiaſticæ contrarias, inirent, cum iam eo tempore plura eſſent circa matrimonium innouata, & præter ius diuinum chriſtianis, ex quodam pio rigore, impoſita, quod vel ſcripta TERTVLLIANI docent.

Tertulliani teſtimonia excutiuntur.

Sponſalia cum conſilio preſbyterorum inita.

Digitized by Google

Verba Tertulliani illustrantur.

§. XII. Hac de causa non sunt cum plurimis capranda TERTVLLIANI verba: & *CONIVNGENT vos* &c., ex quibus quidam eliciunt, copulatos fuisse desponsatos a pastoribus. Hoc si verum est, etiam viduae, vt diaconissae, ius copulandi habuerunt, quia SEPTIMIVS parem iis potestatem hoc in negotio tribuit. Hoc vero admodum ἄτοπον esse, quilibet animaduertit. Quin potius ita dicendum, praepositos & viduas, tanquam *proxenetas*, sponsalia conciliasse & ita *coniunxisse* desponsatos. Quodsi sponsalia non ita erant contracta, (nam magis *consilii*, quam absolutae *necessitatis* id fuisse, credere par est,) ad minimum tamen apud ecclesiam *manifestanda* erant; quod rursus indicat TERTVLLIANVS *de pudic. c. 4. p. m.* 557. *Et ideo penes nos*, ait, *occultae quoque coniunctiones, id est, non prius apud ecclesiam professae, iuxta moechiam & fornicationem iudicari periclitantur.* Hunc locum aperte satis innuere arbitratur HOCHMANN. *cit. l. c. 2. §. 9.* eam priscae ecclesiae fuisse disciplinam, vt matrimonia pro *legitimis* non reputarentur, nisi oblatis ecclesiae, per presbyteros coniungendis, publice accessisset benedictio, quae sententia quoque RIGALTII esse videtur. Ego vero a me impetrare non possum, vt huic sententiae calculum addam, quae ex adductis verbis minime colligi potest. Rursus de *sponsalibus* ecclesiae *manifestandis* hic sermo est, vt potius initia *proclamationis* in iis latitare videantur, quam *benedictionis sacerdotalis*. Nam *profiteri coniunctionem penes ecclesiam* id tantum arguit, ecclesiae manifestandum fuisse *coniugium contrahendum*, vt omnis suspicio illegitimae cohabitationis tolleretur, & scientia voluntateque ecclesiae matrimonium contractum esse videretur. Interim ne quidem hoc absolute SEPTIMIVS requirit: tantummodo periculum, quod ex omissione huius manifestationis imminet, ostendit. Ad minimum pastorum praesentia eorumque copulatio, quae *sacerdotalis* vocatur, ex his verbis erui nequit.

Sponsalibus olim apud ecclesiam manifestandis quaedam accessere solennia,

§. XIII. Forsan grauius pondus habet aliud eiusdem patris testimonium, quod *lib. II. ad vxorem c. vlt. p. m.* 171. occurrit. Ait: *vnde sufficiamus ad enarrandam felicitatem eius matrimonii, quod ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignat benedictio; angeli renunciant, pater rato habet? nam nec in terris filii sine consensu patrum recte & iure nubunt.* Per gradus solennia enarrat SEPTIMIVS, docetque I *ecclesiam conciliasse matrimonia*, id quod intelligendum de approbatione ecclesiae, & communicato cum presbyteris & viduis consilio, quorum auspiciis sponsalia iniri solebant. Addit 2), *oblationem ea confirmasse.*

& oblatio,

De

De *euchariſtia* hunc ritum communiter intelligunt, adeoque *miſſarum ſolemnia* iam peracta fuiſſe arbitrantur, communibusque fidelium votis inter ſacrificiorum orationes matrimonium benedictione initum, vt NICOL. RIGALTIVS ex his verbis colligit. Verum oſtendit iam dudum GAER. ALBASPINAEVS *cit. tr. lib. I. tit. 5. oblationes* in patrum ſcriptis huius æui non ſemper *euchariſtiam* denotare, ſed potius dona & munera, quæ fideles in clericorum & pauperum ſuſtentationem offerebant, vt ex iis particula & *buccellæ*, quarum TERTVLLIANVS antea meminerat, viritim diſtribuerentur. Singulis *ſolis* diebus, quibus cœtus fidelium inſtituebantur, tales fiebant *oblationes*, quas menſæ, quam altare appellabant, imponebant, ac quarum nomine gratiarum actiones benedictionesque a preſbyteris ad Deum dirigebantur. Non ergo mirandum, ſi etiam deſponſati in cœtu fidelium *die ſolis* cum aliis congregati, vbi coniunctionem penes eccleſiam profitebantur, huiusmodi *oblationes* cum reliquis etiam facerent, in quo ſane nihil præcipui agebant, nullo a ceteris diuerſo iure vtebantur, ſed communi conſuetudine in eccleſia recepta viuebant. Et quia eorum munera non ſpernebantur, quæ alias recipi non debuiſſent, ſi contra eccleſiæ inſtituta ſponſalia inita fuiſſent, inde TERTVLLIANVS notanter ait: oblationem *confirmare* matrimonium. Hoc enim conclamatum erat, oblationes tantum ab illis accipiendas eſſe, qui tum in *communione eccleſiaſtica* ſubſiſterent, tum nihil contra inſtituta eius agerent.

§. XIV. Denique 3) *benedictio obſignare matrimonium* dicitur, & benedictio quæ verba rem ita luculenter & clare exponere videntur HOCHMANNO *cit. l.* § 8. *in fin.* vt, vlteriorem commentationem addere, ſit ſoli lucem fœnerari. Sed multa vtique hic inueſtigari debuiſſent, antequam certi quid cum ALBASPINAEO, RIGALTIO aliisque inde concluderetur. Id tantum, me iudice, ex illis liquet, poſt *profeſſionem* penes eccleſiam factam, poſt *oblationes* acceptas, *benedictionem* conſueto more acceſſiſſe, quæ inter chriſtianos erat vſitatiſſima, pisque precibus ac votis abſoluebatur. Pium vtique et religioni chriſtianæ conforme erat, deſponſatis quæuis fauſta apprecari, quæ inſtar *piæ gratulationis* erant. Alibi, ſcilicet *de teſtimonio animæ c. 2. p. 65.* idem TERTVLLIANVS docet, *benedictiones* huiusmodi chriſtianis in *quibuscunque negotiis* vſitatiſſimas fuiſſe. Ait: *etiam quod penes Deum bonitatis & benignitatis omnis benedictio inter nos ſummum ſit diſciplinæ & conuerſationis ſacramentum, benedicat te Deus, tam facile pronuntias, quam chriſtiano neceſſe eſt.* Si itaque benedictio inter chriſtianos *ſummum diſciplinæ & conuerſa-*

Digitized by Google

tionis fuerit *sacramentum*, nihil præcipui in hoc desponsatio apud ecclesiam professa habuit, quod *benedictio* eam obsignauerit. Id vero minime inde liquet, præpositos hanc benedictionem *sacerdotaliter* peregisse, & per hanc *benedictionem* ipsum matrimonium fuisse contractum, vt hodie fieri solet. Erat *benedictio* hæc actus, *toti ecclesiæ* communis, non *presbyteris* proprius, quamuis forsan hi primarias partes in ea obtinuerint.

cum quadam manuum impositione.

§. XV. Nec adeo alienus sum ab eorum sententia, qui, benedictionem hanc cum *manus impositione* peractam fuisse, asserunt, quæ forsan solis præpositis propria fuit. Huc collineasse videtur CLEM. ALEXANDRIN. *in pædagogo lib. III. c. XI. p. m.* 248, aiens: *cui enim manum imponit presbyter? cui autem benedicet? non mulieri, quæ est ornata; sed alienis capillis & per istos alii capiti.* Equidem non adeo manifestum esse ait SELDEN. *lib. II. de vxore ebræa c.* 28., hæc ad *benedictionem sacerdotalem* pertinere: admitti tamen sine vlla hæsitatione poterit, benedictionem per *impositionem manus* eo tempore factam fuisse, quippe quæ ex *prisca disciplina* vsitata fuit. Id tamen inde non euincitur, hanc ipsam fuisse *copulam sacerdotalem*, qua hodie ipsa matrimonia constituuntur, & per quam ipsum demum coniugium contractum est. Hæc omnia ad ipsam *desponsationem* pertinuisse, iam antea obseruaui, adeoquæ hæc ita, non ipsum matrimonium, contrahebatur, vti moris quoque apud Iudæos fuit. Adhuc SYRICIVS huius benedictionis & manuum impositionis in *desponsatione* vsitatæ meminit in *epist.* ad HIMER. *c.* 4. apud HARDVIN. *tom. I. concil. p.* 484. ex GRATIAN. *c.* 50. *C.* 27. *q.* 2. indeque concludit, sponsalia non posse dissolui, *quia*, ait, *illa benedictio, quam* NVPTVRAE *sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam instar sacrilegii est, si vlla transgressione violetur.* Quid tamen est *benedictionem imponere* aliud, quam benedictione præuia manum imponere? Ipse CHRYSOST. *homil.* 48. *in Genes.* eiusdem *benedictionis* in *sponsalibus* vsitatæ mentionem facit, & *presbyteros aduocandos* ait, *qui, benedictione præuia, illa confirment, vt amor sponsi & castitas sponsæ ea ipsa confirmetur.* Continuatus est hic mos *benedicendi sponsalibus* in oriente per plurima secula, *vt ordo sacer, qui adhibendus est in sponsalibus, seu arrharum sponsalitiarum*, apud SELDEN. *cit. l. c.* 4. & PHOT. *in Nomocan. eiusque schol. a* IVSTELL. & VOELL. *in biblioth. iur. can. p.* 1085. docet. Id ergo hactenus euictum est, *sponsalia*, præuia *benedictione* aliqua, solenniter fuisse contracta, & quidem vel ideo, quia penes ecclesiam ma-

Digitized by Google

manifeſtanda erant, ne illicitæ inter chriſtianos coniunctiones fierent; ipſo autem nuptiarum die *copulam ſacerdotalem* nouam acceſſiſſe, & per hanc demum matrimonia contracta fuiſſe, inde minime euincitur. Plura alia quoque negotia ciuilia a chriſtianis peracta ſunt in *præſentia preſbyterorum*, & ſub eorum *benedictione*, quæ tamen non ex hac, ſed ex *conſenſu contrahentium* ſubſtantiam ſuam ceperunt. Id inter alios obſeruat SELDEN. *cit. l. c.* 28. aiens: *& emtiones, venditiones, adoptiones, manumiſſiones, donationes, id genus alia, non raro etiam ad altare olim, adſtante miniſtranteque ſacerdote, fieri ſolita, paſſim legimus, benedictiones ſolennes actibus ciuilibus, ſeu legitimis, non paucis fuiſſe proprias, vnde tamen non omnino ſequitur, in ipſa actus ſubſtantia partes egiſſe aliquas miniſtrum eiusmodi.*

§. XVI. Seculo IV. LIBERIVM papam hunc ritum ſacrum matrimoniis præſcripſiſſe contendit ALBERTVS Abb. Stadenſis *in chron. p. m.* 146. *in ſcript. rer. Germ.* BOECLERI his verbis: *Hic conſtituit, coniugium a ſacerdote benedici.* Sed *authenticum* huius aſſerti *teſtimonium* non adducit, quin potius *fabulam* narrare videtur. Interim in *eccleſiis Africanis* iam vſitatum fuiſſe animaduerto, vt benedictio, quæ alias *ſponſalibus* adhiberi ſolebat, ad diem *nuptiarum* differretur, quod ex *c.* 13. *concil. Carthag. IV. anno* 389. habiti liquet. Verba canonis hæc ſunt: *vt ſponſus & ſponſa, cum benedicendi ſunt a ſacerdote, a parentibus ſuis, vel a paranymphis offerantur, qui, cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipſius benedictionis in virginitate permaneant.* Moris eo tempore fuit, deſponſatos *offerendi* ſacerdotibus, vt benedictionem acciperent, & quia poſt eam mox in thalamum ſolenni more deducebantur, *patres Africani* id ipſum prohibendum eſſe cenſuerunt, voluerunteque, conſcenſionem thalami paululum differendam eſſe, adeoque rurſus per hanc benedictionem matrimonium non conſtitutum eſt, ſed *ſponſalibus* benedictum; quod indicat rubrum canonis *qualiter ſponſi & ſponſæ benedicentur*, apud EMANVELEM a SCHELSRATE *in eccleſ. Afric. p* 212. Breuiter, hic ordo ſeruatus fuiſſe videtur, vt primo *ſponſalia* inirentur, deinde his *ſolennis benedictio* per preces & vota impertiretur, & tandem ſubſequeretur *deductio in domum*, vel thalamum. Hæc conſtituebat coniugium, non *benedictio*, non *copulatio* quædam *ſacerdotalis*, quæ adhuc incognita erat. Neque enim nuda *benedictio* hanc in ſe continebat, ſed recentius inuentum eſt illorum clericorum, qui exiſtimarunt, ſe *copulare* coniuges, & ſua benedictione demum conſtitui coniugium

Seculi IV. mores.

Digitized by Googl

iugium in formula ſolenni: *vos coniungo & copulo* &c. Iam antea oſten ſum eſt, SYRICIVM non alius benedictionis mentionem facere, quar quæ ſponſalibus adhiberur. Etiam POSSIDIVS in *vita* AVGVSTIN *c.* 27. teſtatur, tantum *ſponſalibus* acceſſiſſe *benedictionem*, docerqu AVGVSTINVM ſuaſiſſe, ne ſacerdotes ſponſalia contraherent, ſed v poſtquam ſibi iam conſenſerint deſponſati, iis intereſſent, vt *vel eorun iam pacta & placita firmarentur, vel benedicerentur.* Facit etiam IN NOCENT. I. in *epiſt. I.* ad *Victr. Rhotomag. apud* IVSTELL. & VOEL *in biblioth. iur. can p.* 167. mentionem *benedictionis*, quæ *per ſacerdote ſuper nubentes imponitur*, quæ eodem ſenſu intelligi debet, cum ad vſu eccleſiæ communem prouocet, quæ eo tempore, vt demonſtratum e *ſimplicem benedictionem*, *deſponſatis* adhibitam, denotauit.

Adducuntur alia loca, quæ benedictum duntaxat ſponſalibus fuiſſe docent. Syneſii teſtimonium examinatur,

§. XVII. Hactenus itaque id tantum ex antiquitatibus ecc ſiaſticis patuit, poſt *ſponſalia* contracta ante conſummationem matrim nii, ex pia quadam deuotione, benedictionem *deſponſatis* impertita fuiſſe etiam per *manuum impoſitionem*, adeo, vt ſub ipſis imperatorib chriſtianis nulla hic adeo mutatio facta videatur. INNOCENTII I. tes monium iam adductum eſt. Affertur etiam *epiſtola* SYNESII, egre olim philoſophi, & poſtea epiſcopi, quam adducit NICEPHOR. *lib. XI hiſtor. eccleſ. c.* 45. Hic enim cum conſtituendus eſſet epiſcopus, va obmouit dubia; inprimis vero ſe coniugatum eſſe dixit, *mihi*, aie *& Deus ipſe, & leges, ipſaque ſacra Theophili manus vxorem dec* Hæc verba incautos facile fallere poſſunt, vt credant, reuera eo temp *ſacerdotalem copulam* obtinuiſſe. Tria coniungit, quæ ad matrimoni ipſius concurriſſe aſſerit: *Deum* ſcilicet, qui auctor eſt coniugii: *leges*, cundum quas matrimonium eſt ineundum, quæque etiam chriſti ſeruandæ erant, publicaque ſolennia ciuilia præſcribebant: denique *eram Theophili manum*, quæ tempore benedictionis ei impoſita c Quo vero tempore id factum fuerit? quo ritu? quibusque formulis an pari ex neceſſitate, vt quidem hodie? inde non liquet. Proba potius eſt, praxin antiquam adhuc eo tempore continuatam fuiſſe, cundum quam non *ipſo nuptiarum die*, ſed *poſt ſponſalia* contracta a eccleſiam manifeſtanda hæc benedictio petebatur.

item Leonis,

§. XVIII. Leonis, epiſcopi Romani, ſententia apud HA DVIN. *tom. I. concil. p.* 1762. IVSTELL. & VOELL. *in biblioth. iur. p.* 229. & GRATIAN. *c.* 12. C. 32. *q.* 2. qua inter *nuptias* & *concubina* diſcrimen conſtituit, magis ex *foro ciuili*, quam *praxi eccleſiæ* petita *Nuptiarum*, ait, *fœdera & inter ingenuos ſunt legitima, & inter æq*

Digitized by Google

multo prius hoc ipſum Domino conſtituente, quam initio Romani iuris exiſteret. Sic itaque ſecundum iuris Rom. placita nuptias legitimas definivit, quamuis teſtimonium diuinum ſimul afferre voluerit ex ſacris, quaſi *ius diuinum* idem conſtituiſſet, quod *ius Romanum.* Non quærit differentiam *nuptiarum* & *concubinatus* in *copulatione ſacerdotali*, quam nec *ius Romanum*, nec *leges diuinæ* agnoſcunt, ad quam tamen ſecurius provocare potuiſſet, ſi eo tempore iam ad conſtituendum matrimonium pertinuiſſet. Equidem paulo poſt addit: *vnde, cum ſocietas nuptiarum ita ab initio ſit conſtituta, vt præter ſexuum coniunctionem haberet in ſe Chriſti & eccleſiæ ſacramentum, dubium non eſt, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur, nuptiarum non fuiſſe myſterium.* Qui per *nuptiale myſterium*, per *eccleſiæ ſacramentum*, *actum benedictionis* intelligunt, rem vnice ex præſenti Romanæ eccleſiæ ſententia æſtimant, non ſenſum antiquum intuentur. Iam eo tempore AVGVSTINI ſententia de *ſacramento matrimonii* multorum, & *Leonis* quoque, animos occupauerat, quam tamen minime *ex benedictione ſacerdotali* trahebant, ſed ex legitimi matrimonii typo, ad quem LEO prouocat; modum contrahendi autem prætermittit. Imo quia antea ad ius Rom. prouocauerat, ſimul oſtendit, quodnam ſit legitimum ſecundum illud matrimonium? ſcilicet quod cum ea muliere contractum, quæ & *ingenua facta*, & *dotata legitime*, & *publicis nuptiis honeſtata.* Hæc verba *iuris ciuilis* requiſita, ad matrimonium neceſſaria, depingere, nemo, niſi præoccupatus, negabit; præſertim cum eius tempore matrimonium adhuc inter *negotia ſecularia* haberetur, & ſecundum *leges ciuiles* æſtimaretur. Vnde vxor *honeſtata publicis nuptiis* illa ipſa eſt, quæ ſecundum *leges ciuiles* publice ducta eſt, non quam miniſter eccleſiæ *ſolenni formula copulationis* marito ſub *miſſarum ſolennibus* coniunxit. Et tamen HOCHMAN. *cit. l. c.* 2. §. 11. egregium ſeculi V. teſtimonium ſe in his verbis inueniſſe credidit.

§. XIX. Si *canones Nicæni Arabici* genuini eſſent, quos adducit HARDVIN. *tom. I. concil. c.* 6. *p.* 511., luculentum teſtimonium de *forma benedictionis antiqua* in promtu eſſet, quod ita tamen comparatum eſt, ac ſi heri aut nudius tertius demum natum fuerit. Edixiſſe patres finguntur: *Exigit Deus ab omnibus chriſtianis tam viris quam mulieribus, vt matrimonia ſacris celebrent benedictionibus & precibus, quoniam biſce mediantibus licita ſit virorum & mulierum copula. Quamobrem a ſponſalium celebratione vsque ad nuptiarum benedictionem poteſt ſponſus ac debet ſponſæ ſeruitutis exhibere obſequia, eam inuiſere, & confabulari;* Nicæni canones Arabici benedictionem probare nequeunt.

Digitized by Google

at conuerſatione eius frui nequaquam; quia id minime licitum eſt ante nuptiarum celebrationem, quæ fit benedictionibus, precibus & virginali incoronatione. Oportet itaque tam viros, quam mulieres caſta & pura habere corpora coram Deo, cum ad nuptialem accedunt benedictionem, nuptialesque coronas; nec erubeſcant in conſpectu Dei tanquam ſalaces & impuri, ſed ſint velut angeli Dei; vt deſcendat in eos omnis gratia, & benedictiones conſequantur in filiis ſuis, ſuoque ſemine; & perpetuo permaneat in ipſis cœleſtis ac diuina gratia. Sed horum canonum nulla eſt auctoritas, qui demum poſt plurima ſecula nati videntur, vt eruditi omnes fatentur.

An ex Timothei teſtimonio?

§. XX. Magis ad rem facere videntur TIMOTHEI, Alexandrini epiſcopi, *reſponſa canonica*, ab HARDVINO *tom. I. concil. p.* 1194. exhibita. In illis hanc interrogationem *n. XI.* proponit: *Si quis clericum vocauerit, vt matrimonio coniungat; audiat autem eſſe illicitum matrimonium, debetne ſequi clericus, vel facere oblationem?* Reſpondet: *non debet clericus alienis peccatis communicare.* Vocati ergo fuiſſe videntur clerici, vt *iungant matrimonio* deſponſatos; ſed *videntur* tantum. Nihil noui innuit TIMOTHEVS, ſed, quod vſitatum erat in eccleſia, refert, morem ſcilicet *benedicendi futuris nuptiis*, interueniente oblatione; quod vero hoc ipſum *coniungere matrimonium* vocet, id iam redolet recentioris ſententiæ ſpeciem, quia ſatis abundeque conſtat, pedetentim ipſos verborum antiquorum ſignificatus mutatos, imo nouas phraſes paulatim ſubſtitutas fuiſſe, quæ tamen non vnice attendendæ ſunt, ſed potius ratio temporis, quo aliquid ſcriptum fuerit, habenda.

Hormisdæ teſtimonium excutitur.

§. XXI. Tranſeo ad tempora IVSTINIANI, circa quæ *Hormisda* notus eſt. Huius decretum adfert GRATIANVS in *c.* 2. *C.* 30. *q.* 5. huius tenoris: *Nullus fidelis, cuiuscunque conditionis ſit, occulte nuptias faciat; ſed benedictione accepta a ſacerdote, publice nubat in Domino.* Vnde hæc hauſerit GRATIANVS, ignotum eſt. Ipſi correctores Romani HORMISDAE hoc teſtimonium adſcribere non auſi ſunt, quod nec in epiſtolis, ab HARDVINO *tom. II. p.* 1014. editis, occurrit. Sed ſi vel maxime ad hæc tempora, vel ſubſequentia referri debeat, nihil noui tamen aut inſoliti continet, ſed *morem antiquum* tantum refert, qui erat, benedictione accepta, nuptias poſtea *publice ſecundum leges* contrahere. Notanter enim *cit. l.* dicitur: *benedictione a ſacerdote accepta, publice nubat in Domino.* Quibus verbis *duo actus* explicantur. Primus concernit *benedictionem*, quæ inter *ſponſalia* & *matrimonium* nubentibus impertiri ſolebat; ſecundus *publicas nuptias*, quæ ſecundum leges publica

Digitized by Google

blica deductione in domum fieri aliisque ſolennibus expediri ſolebant.

§. XXII. Quia itaque ex hactenus dictis liquet, *benedictionem* cum *oblationibus* nec ad *ſponſalium*, nec ad *nuptiarum* publicarum ſubſtantiam & ſolennia pertinuiſſe, ſed *illa* conſenſu deſponſatorum ſecundum leges inita, *has* vero itidem ſecundum mores apud Romanos receptos publico ritu peractas; ipſam autem benedictionem *intermedium* quendam *actum* fuiſſe ſecundum diſciplinam eccleſiaſticam obſeruandum: inde fontem mihi inueniſſe videor, vnde factum fuerit, vt in legibus Romanis & conſtitutionibus imperatorum chriſtianorum nulla huius *benedictionis* facta fuerit mentio. *Sponſalia* & *nuptiæ* eo tempore inter negotia non *eccleſiaſtica*, ſed mere *ſecularia* adhuc referebantur. Imperatores iis formam & leges dabant: iura eorum determinabant, imo ipſas *diuortiorum* cauſas, modumque diuortiorum, atque alia huc ſpectantia præſcribebant, ceu inter alios plures egregie docet IO. LAVNOIVS *de regia in matrimonium poteſtate*. Sic ergo tantum iura ſponſalium & matrimonii, eorumque *ſolennia ciuilia*, eo tempore vſitata, adduxerunt, nec IVSTINIANVS in his aliquid innouauit, multo minus *ſolennia ſacra*, ex inſtituto epiſcoporum requiſita, deſiderauit, quia hæc eo tempore nec ad *ſponſalium*, nec ad *matrimonii conſtitutionem* ſpectabant, ſed, vt dixi, *actus intermedius* erant ex more eccleſiæ & pia deuotione obſeruandus. Et quamuis epiſcopi & patres in conciliis hæc *ſolennia ſacra* admodum vrgerent, non tamen, ea ipſa legibus ciuilibus quoque iniungenda eſſe, neceſſarium duxerunt imperatores, tum quod crederent, deſponſatos *motu proprio* ad hanc pietatem pronos futuros eſſe: tum etiam quod eiusmodi actus *deuotionis*, quo *benedictio* per pias preces a Deo expetitur, magis deſponſatorum arbitrio relinquendus eſſet, quam vinculis legum inculcandus. Neque enim omnia ſacra, & quæ ad *liturgiam eccleſiaſticam* ſpectabant, ex inſtitutis eccleſiaſticis in leges ciuiles transtulerunt imperatores, maxime cum iam a tempore CONSTANTINI epiſcopi ea ad ſe traxerint, & ſui iuris eſſe contenderint, adeoque imperatores ab eorum determinatione vtplurimum abſtinuerint. Præterea id quoque animaduerſione dignum eſſe iudico, quod hæc ſolennitas eccleſiaſtica fere tantum *ſcriptis patrum priuatim* inculcetur, in nullo autem fere *concilio*, ſi *Carthaginenſe* exceperis, maxime vero in nullo *œcumenico*, eius mentio fiat, aut inter *inſtituta* diſciplinæ eccleſiaſticæ *generalia*, alias tam ſollicite determinata, referatur. Sane nec patres Nicæni, nec Epheſini, nec Conſtantinopolitani, nec Antiocheni

Imperatores chriſtiani non requiſiverunt ſolennia eccleſiaſtica ad nuptias.

Rationes huius rei euoluuntur.

cheni illam omisissent, sed *decreto ecclesiastico* illam firmassent, si *absolute* eius necessitatem agnouissent. Quæ cum ita sint, rationibus subductis, in eam sententiam eundum esse existimo, patres hæc *solennia sacra* vrsisse magis per modum *consilii*, quam *necessitatis*, nec *vniuersalem legem* hac de re extitisse, imo, si qua *lex ecclesiastica*, vel *consuetudo* ea de re obtinuit, eam *particularem*, non *vniuersalem* fuisse.

Iustinianus in nou. 4. & 117. hanc solennitatem non requirit.

§. XXIII. Quodsi tempore IVSTINIANI benedictio sacerdotalis ad matrimonii constitutionem iam fuisset necessaria, & generatim adhibita, necessario eius in *nou.* 74. *c.* 4. & 117. *c.* 4. mentionem iiicere, & inde argumentum *contracti matrimonii* petere debuisset, imo nulla commodior occasio, hanc ipsam *lege publica* stabiliendi, sese ei obtulisset, si illius necessitas eo tempore fuisset agnita. Agit in *nou.* 74. de *constitutione nuptiarum* earumque probatione, simulque ostendit, nuptias etiam *sine nuptialibus instrumentis* ex *solo affectu* secundum leges antiquas, & n se ipso approbatas, hactenus valuisse & ratas habitas; simul tamen addit, rempublicam falsis contractibus exinde repletam fuisse, nec semper liquido de contracto matrimonio constitisse. *Et testes*, sunt verba *cit. nou.* iuxta *edit. Dn.* HOMBERGK. *sine periculo accedunt, mentientes, quod vir eam, quæ illi cohabitabat, dominam vocauerit, illaque similiter eum ita appellauerit: atque hoc pacto illis matrimonia finguntur, quæ tamen reuera contracta non fuerunt.* Quomodo vero potuisset dubium circa matrimonium contractum interuenire, si *vbique & indistincte* iam in morem abiisset, *benedictione* prævia coniungendi desponsatos? quin potius adhuc eo tempore, prout ipse imperator innuit, obtinebat iuris antiqui regula: *consensum nuptias facere.*

Solennis deductio in domum neglecta.

§. XXIV. In eo tamen mores antiqui paulatim mutati videntur, quod *solennis declaratio & deductio in domum* sæpius neglecta fuerit, nec ita semper ex *publico testimonio* apparuerit, matrimonium inter cohabitantes contractum fuisse. Atque hac de causa forsan episcopi ex prisca disciplina, a TERTVLLIANO iam laudata, vrserunt, voluerunt-que, vt desponsati sese sisterent presbyteris, & ab eis *benedictionem* acciperent, qua interueniente nullum amplius dubium supersesse poterat. Verum, prout dixi, hic ritus nondum *vniuersaliter* receptus erat. Qua de causa IVSTINIANVS aliam nuptiis præscripsit formam, vnde de *consensu coniugali* constare & liquere posset, matrimonium inter cohabitantes esse initum. Ait: *In maioribus itaque dignitatibus, vsque ad senatores nostros & magnificentissimos illustres, illa fieri nequaquam patimur,* (matrimonia scil. sine pactis nuptialibus, quæ olim sæpi-

Noua forma a Iustiniano nuptiis præscripta.

neg

Digitized by Google

negligebantur,) *ſed ſit omnino & dos & donatio propter nuptias, & reliqua omnia, quæ honeſtiora illa nomina decent.* Hæc indicia ad matrimonium probandum ſufficere arbitratus eſt, nullasque alias ſolennitates deſiderauit. Pergit vero ad ceteros, qui in eo gradu dignitatis haud conſtituti erant, eisque hanc formulam præſcribit: *Quicunque vero in grauioribus militiis & negotiis, & plane in profeſſionibus dignioribus conſtitutus eſt, ſi vxori legitime iungi, neque nuptialia inſtrumenta facere velit, non fruſtra & ſine cautela, & diſſolute, ac ſine probatione hoc agat, ſed oratorium quoddam adeat, & cum ſanctiſſimæ illius eccleſiæ defenſore rem communicet, qui acceptis tribus aut quatuor religioſiſſimis clericis illius loci inſtrumentum conficiat, quo declaret, illa indictione, illo menſe, illa die menſis, illo imperii anno, illo conſule, illum eamue ad ſe in hoc oratorium veniſſe, ſibique mutuo iunctos eſſe. Et ſi eiusmodi inſtrumentum ſiue ambo contrahentes, ſiue alteruter eorum, accipere velint, hoc agant, illique tam ſanctiſſimæ eccleſiæ defenſor, quam reliqui tres, vel quot voluerint, (non pauciores tamen, quam tres,) literis hoc ſignificantibus ſubſcribant.* Hæc verba quandam *benedictionis* ſpeciem referre videntur; ſed ipſe HOCHMAN. *de benedict. nupt. c.* 2. §. 18. fatetur, quod & ipſe contextus indicat, nihil in eo reperiri, quod ad *nuptiarum benedictionem* referri poſſit. Nimirum *defenſores* cum *clericis* ideo hic adeſſe iubentur, non vt *actum ſacrum* peragant, ſed potius, vt coram illis deſponſati ſeſe declarent, ſe iniiſſe matrimonium. Denique in *fine cit. c.* 4. de *infimis ex plebe* hæc addit: *Sed neque de agricolis, neque de militibus armatis, quos lex caligatos vocat, (hoc eſt, viliores & obſcuriores,) curioſe laboramus, quibus ciuilium rerum ignorantia, & ſola circa terræ cultum & bella cupiditas eſt, res magno ſtudio digna & merito laudanda: adeo, vt ciuilibus perſonis, militibus armatis obſcuris, & agricolis licentia ſit, etiam ſine ſcriptura matrimonium contrahendi: liberi quoque legitimi ſint, qui parentum mediocritatem, vel militaria aut ruſtica negotia, & ignorantiam adiuuent.* His ergo nulla ſolennitas præſcripta eſt, ſed potius permiſſum, vt *privato affectu* matrimonia valerent, quibus tamen *ſolennitas eccleſiaſtica* remitti non potuiſſet, ſi ea *vniuerſaliter* recepta fuiſſet. Sed ne quidem in his ſubſtitit IVSTINIANVS, quin potius in *nou.* 117. *c.* 4. illam ſolennem declarationem, quæ coram *defenſore eccleſiæ & clericis* edenda, & inſtrumento probanda erat, ſuſtulit, conſtituitque, vt reliqui omnes, præter eos, qui *maximis dignitatibus* decorati erant, poſſint vel cum *dotalibus inſtrumentis* ducere vxores, vel citra inſtrumenta ex *ſolo affectu*, quod iam *nou.* 22. *c.* 3. quoque conſtituerat. An prudenter hac in

re proceſſerit? valde dubito, cum ex iis, quæ §. 2. monita ſunt, conſtet, in republica bene conſtituenda nuptias vix rectius permitti poſſe, quam *ſolenni* interueniente *declaratione*.

Tandem in occidente & oriente ſolennia eccleſiaſtica legibus publicis præſcripta ſunt.

§. XXV. Tandem tamen tum in *oriente*, tum in *occidente* vſus *benedictionis legibus publicis* præſcriptus & in praxin deductus eſt. Nam in *occidente* epiſcoporum ſuggeſtionibus apud Francos, Longobardos, Wiligothos aliosque canones antiqui & decreta pontificum *legibus publicis* approbata leguntur. In *capit.* CAROLI M. de an. 789. *capit.* 50. apud BALVZ. *tom. I. capit. p.* 230. SYRICII decretum de *benedictione ſponſalium* ſupra adductum refertur. Similiter *lib. VI. capit.* 133 apud EVND. *p.* 945. HORMISDAE decretum refertur, his verbis: *Nullum ſine dote fiat coniugium; nec ſine publicis nuptiis quisquam nubere præſumat*: & in *capit.* 327. apud EVND. *p.* 978: *vt ſine benedictione ſacerdotis nubere non audeant*, quod etiam repetitur in *capit.* 408. apud EVND. *p.* 1003. Plenius de hoc ritu eccleſiaſtico *lib. VII. capit.* 179. apud EVND. *p.* 1062. agitur his verbis: *Prius conueniendus eſt ſacerdos, in cuius parochia nuptiæ fieri debent in eccleſia coram populo. Et ibi inquirere vna cum populo ipſe ſacerdos debet, ſi eius propinqua ſit, annon aut alterius vxor, vel ſponſa, vel adultera. Et ſi licita & honeſta omnia pariter inuenerit, tunc per conſilium & benedictionem ſacerdotis & conſultu aliorum bonorum hominum eam ſponſare & legitime dotare debet. Scribit namque de legitimo matrimonio beatus Auguſtinus ita: Talis eſſe debet, quæ vxor habenda eſt, vt ſecundum legem ſit caſta in virginitate, & dotata legitime, & a parentibus tradita ſponſo, & a paranymphis accipienda. Et ita ſecundum legem & euangelium publicis nuptiis honeſtata, in coniugio licite ſumenda; & omnibus diebus vitæ ſuæ, niſi ex conſenſu & cauſa inuocandi Deum, nunquam propter hominem ſeparanda. Et ſi fornicata fuerit, & vir eius voluerit, dimittenda; ſed illa viuente, altera non ducenda, quia adulteri regnum Dei non poſſidebunt & pœnitentia illi accipienda. Nolite vos, viri, habere vxores, quorum priores mariti viuunt. Adulterina enim ſunt iſta coniugia.* Adducuntur hic verba AVGVSTINI, quæ tamen non eiusdem eſſe videntur, ſed in *c.* 4. *C.* 30. *qu.* 5. LEONI papæ attribuuntur, quod & *correctores Romani* obſeruarunt. Secutus eſt compilator capitularium canones ISAACI epiſcopi Lingonenſis, editos a BALVZIO *tom. I. c. p.* 1263. qui AVGVSTINO itidem hæc verba tribuit. Porro in *cap.* 389. apud EVND. *p.* 1108. ita dicitur: *Sciendum eſt omnibus & firmiter retinendum, quod bi, qui vxores ducere voluerint, ſicut eas caſtas & incorruptas cupiunt inuenire, ſic ad eas caſti vel incorrupti debeant*

Digitized by Google

bent accedere, easque cum benedictione ſacerdotis, ſicut in ſacramentario continetur, accipere. Sed prius eas dotali titulo debent conſignare. Pſeudo-EVARISTI decretum refertur *lib. VII. capit.* 463. apud BALUZ. *cit. l. p.* 1129. eisdem verbis, quibus illud §. *IIX. in med.* iam eſt adductum. In additione IV. *capit.* 2 apud EVND. *p.* 1189. chriſtianis & iudæis eadem fere lex ſcribitur, his verbis: *Illud tamen modis omnibus obſeruandum fore præcipimus, vt, ſi quis chriſtianus vel chriſtiana, aut iudæus vel iudæa, nouiter nuptiale feſtum celebrare voluerint, non aliter, quam cum præmiſſo dotis titulo, quo in chriſtianis ſalubri inſtitutione præceptum eſt, vel ſacerdotali benedictione intra ſinum ſanctæ Dei eccleſiæ præcepta, coniugium cuiquam ex his adire permittimus. Quodſi abſque benedictione ſacerdotis quisquam chriſtianorum vel hebræorum nouiter coniugium duxerit, vel ſolennitatem legis pro dotali titulo in quocunque tranſcenderit, aut centum principi ſolidos coactus exſoluat, aut centum publice verberatus flagella ſuſcipiat.* Iam antea in *legibus Wiſigothorum* idem conſtitutum fuiſſe obſeruat HOCHMAN. *c.* 2. *de bened. nupt.* §. 27. LINDENBROG. *lib. XII. tit.* 3. *leg.* 8.

§. XXVI. Ex quibus apparet, citius in *occidente*, quam *oriente* hunc ritum *legibus ciuilibus* introductum fuiſſe. Qua ratione & forma vero hæc nuptiarum ſolennitas eccleſiaſtica deſponſatis applicata fuerit, eleganter ex *reſponſis* NICOLAI I. ad *conſulta Bulgarorum c.* 3. apud HARDVIN. *tom. V. concil. p.* 354. liquet, vbi morem *deſpondendi* & *nuptias celebrandi* circa hæc tempora ita deſcribit: *Poſt ſponſalia, quæ futurarum ſunt nuptiarum promiſſa fœdera, quæque conſenſu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum poteſtate ſunt, celebrantur: & poſtquam arrhis ſponſam ſibi ſponſus per digitum fidei a ſe annulo inſignitum deſponderit, dotemque virique placitam ſponſus ei cum ſcripto, pactum hoc continente, coram inuitatis ab vtraque parte tradiderit, aut mox, aut apto tempore; ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid fieri præſumatur, ambo ad nuptialia fœdera perducuntur. Et primum quidem in eccleſia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per ſacerdotis manum, ſtatuuntur: ſicque demum benedictionem & velamen cœleſte ſuſcipiunt: ad exemplum videlicet, quo Dominus primos homines in paradiſo collocans benedixit, eis dicens: creſcite & multiplicamini, &c. ſiquidem & Tobias, antequam coniugem conuenſſet, oratione cum ea Dominum oraſſe deſcribitur. Veruntamen velamen illud non ſuſcipit, qui ad ſecundas nuptias migrat. Poſt hæc autem de eccleſia egreſſi coronas in capitibus geſtant, quæ ſemper in eccleſia ipſa ſunt ſolitæ reſeruari. Et ita feſtis nuptia-*

Solennitas benedictionis tempore Nicolai I.

nuptialibus celebratis ad ducendam indiuiduam vitam Domino disponente de cetero dirìguntur. Hæc sunt iura nuptiarum, hæc sunt, præter alia, quæ nunc ad memoriam non occurrunt, pacta coniugiorum solennia. Plenius hunc locum & ritus in eo occurrentes explicuit HOCHMANN. *cit. tr. c.* 5. §. 6. *sqq.* In *oriente* demum per *nou.* LEONIS 89. necessitatem *ciuilem* solennia hæc ecclesiastica acceperunt. Ostendit LEO *cit. l.* citra *benedictionem* hactenus matrimonia inire licuisse, additque: *Itaque quemadmodum adhibitis sacris deprecationibus adoptionem perfici præcepimus: sic sane etiam sacræ benedictionis testimonio matrimonia confirmari iubemus. Adeo, vt, si qui citra hanc matrimonium ineant, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos inuita illa consuetudine matrimonii iure potiri velimus.*

Inde variæ liturgiæ nuptiales conditæ,

§. XXVII. His ita constitutis, variæ orationes ecclesiasticæ, quæ *liturgiam* hanc determinarent, conditæ sunt. Sicuti enim *missæ* præscriptis precibus & solennibus peraguntur; ita quoque *solennitas* quædam *missatica* in coniungendis desponsatis præscripta est, quæ partem *liturgiæ ecclesiasticæ* constituit, & vulgo die Braut-Messe vocatur.

& plura innovata.

Plurima inde innouata sunt, & *benedictio nuptialis* nouam paulatim formam rationemque accepit. Nam (1) olim *sponsalia* contracta apud ecclesiam *manifestanda* erant a desponsatis, quo facto statim per pia *vota* & *preces benedictio* iis dabatur. Hæc postea sunt separata, vt diuerso tempore *proclamatio publica*, seu *manifestatio* ecclesiæ fiat, & deinde alio tempore *benedictio sacerdotalis.* (2) Olim benedictio erat *actus intermedius* inter *sponsalia* & *matrimonium*, nec substantiam huius ingrediebatur; postea vero ad ipsam *matrimonii constitutionem* requisita & adhibita fuit, vt citra eam matrimonium haud esset legitimum. (3) Olim matrimonium negotium mere *ciuile* erat; sed, postquam per *solennitatem missaticam*, interueniente *sacerdote*, celebrari debuit, negotiis *ecclesiasticis* annumeratum fuit, & in hunc vsque diem annumeratum est. (4) Benedictiones antiquæ simpliciter in *votis* & *precibus* cum *oblationibus* consistebant, nec eo res deducta erat, vt crederent, ministrum ecclesiæ *coniungere* desponsatos. Postea in alia omnia itum creditumque fuit, sacerdotes *coniungere* desponsatos, & hoc esse *in Domino nubere;* vnde actus hic appellationem *copulationis sacerdotalis* accepit. Quamuis enim haud negauerint, *consensum desponsatorum* ad nuptias *primario* requiri; cum tamen per se haud sufficere constituerunt, sed hanc *copulationem* accedere debere, vt matrimonium ex omni parte esset *ratum* & *legitimum.* Hac enim deficiente, matrimonium non esse creditur cohabitatio personarum diuturnior, sed potius *concubinatus.*

Et

Digitized by Google

Et quia principes regesque colla ſua *eccleſiæ*, hoc eſt, clero ſubmiſerunt, & *legibus eccleſiaſticis* viuere tenentur, ne quidem inter illos aliter matrimonium conſtitui poſſe cenſent, quam interueniente hac *copulatione ſacerdotali*.

§. XXIIK. Quem in finem hæc fuſius adducta fuerint, ex ſupra dictis facile liquet. Ad *legitimum* ſcilicet *matrimonium* duo inprimis deſiderata ſunt: 1) *conſenſus contrahentium matrimonialis*, eorumque, quorum conſenſum concurrentem leges expoſcunt; *publica declaratio*, ſolennisque coniugii in ſocietate ciuili *manifeſtatio*, vt cohabitatio coniugalis ab aliis inordinatis coniunctionibus diſtingueretur, & ſimul certitudo prolis familiarumque haberetur. *Ille* perficit matrimonium in ſe & ſua intima eſſentia; *hæc* vero ex ratione *ſtatus ciuilis* requiritur, & a quolibet imperante determinari poterit. Vtrumque deſideramus ad *matrimonium legitimum*. Sicuti enim legislatori pro ſalute reipublicæ integrum eſt, quibuscunque ſubditorum negotiis *formam certam* præſcribere, vt, hac non ſeruata, actus ſit irritus, licet abſtrahendo a lege ciuili per ſe talis forma haud neceſſaria ſit *arg. l. 6. de I. & I.*; ita in ſponſalibus & matrimoniis contrahendis, boni publici gratia, legislatores *certa ſolennia*, quæ *formam* eorum conſtituunt, introduxerunt, quibus non ſeruatis, ea validitate ſua in *vita ciuili* carent. Sponſalia in plurimis prouinciis *ſine teſtibus* infirma ſunt, licet alias, deficiente tali lege, ſolo conſenſu contraherentur. Quidni idem quoque de *matrimonio* aſſereremus, de quo vt publice conſtet, reipublicæ magnopere intereſt? Conſtituit illud primario *conſenſus matrimonialis*, & vbi leges nihil vlterius deſiderant, (quamuis id minus commode fieri ſupra dictum ſit,) illud ſubſiſtit citra ullum *ſolennium* concurſum. Aſt vbi *ſolennitas* quædam *publica* pro *forma* eius adhibenda eſt, citra eam matrimonium validum concipi non poteſt, cum actus, ſua forma deſtitutus, ſit ipſo iure nullus. Si a theſi ad hypotheſin tranſimus, ex antea dictis manifeſtum erit, tum *ſolennem proclamationem*, tum *benedictionem ſacerdotalem*, a legislatoribus ex inſtituto eccleſiarum priuato approbatam, contrahendisque matrimoniis impoſitam, & ex eadem poteſtate legislatoria adhuc hodie in noſtris prouinciis retentam, ordinationibusque eccleſiaſticis præſcriptam eſſe, adeoque non dubium eſt, quin hodie *ſolennia ſacra*, quamdiu illa haud mutata fuerint, ad conſtitutionem matrimonii omnino neceſſaria ſint, poſtquam legibus publicis pro *forma matrimonii* præſcripta ſunt. Neque ergo *ſolus conſenſus matrimonialis* conſtituit matrimonium, neque *ſola benedictio ſacerdotalis* ad præcedentem *proclama-*

Hodie ergo præter conſenſum legitimum benedictio ad nuptias deſideratur.

Digitized by Google

tionem facta, ſed vtrumque concurrere debet. Imo ne quidem ille ſufficit, ſed *legitimus* eſſe debet, hoc eſt, ſecundum leges & ad earum præſcriptum attemperatus, adeo vt, ſi hic illegitimus & a legibus prohibitus ſit, veluti inter perſonas, quæ matrimonium contrahere prohibentur, vel quæ ſine aliorum conſenſu contrahere nuptias nequeunt, matrimonium tale nullum ſit. Recte in hanc rem ait CYRILLVS *Alexandr. lib. II. in Ioban. c. 4. non qui ex voluptate ſit coitus, ſed qui SECVNDVM LEGEM eſt conſenſus, & quæ caſto amore coniunctio exiſtit, inculpatas nuptias efficiunt.*

Matrimonium clandeſtinum dicitur ex defectu ſolennium.

§. XXIX. Ex his præſuppoſitis apertum eſt, quod etiam pontifex agnoſcit in *c. 2. & 3. X. h. t.* duobus modis matrimonium *clandeſtinum* dici: (1) quod contrahitur haud præcedente *legitima publica proclamatione:* (2) quod contrahitur *ſine parocho & teſtibus.* Vtrumque pertinet ad ipſum matrimonium legitime contrahendum, vt de ſingulis ſeorſim agere expediat.

Ad ſolennia pertinet (1) proclamatio publica,

§. XXX. Primo ad præcauenda *clandeſtina* atque illegitima *matrimonia* introducta eſt *proclamatio publica*, quæ BANNI nomine venit in *c. 27. X. de ſponſal.* cuius appellatio vtplurimum *promulgationem* & *denunciationem publicam* denotat, vt probat GONZALEZ *ad cit. c. 27.* Sunt enim illæ *proclamationes* nihil aliud, quam *citationes edictales*, qua *incertus* quisque *contradictor* citatur, & ad agendum *prouocatur*, vt veniat & intereſſe ſuum vel impedimentum alleget, ſub pœna *perpetui ſilentii. c. vlt. X. qui matrimon. accuſ. poſſ.* In effectu enim eſt talis citatio, qualis in *concurſu creditorum* obtinet, cum in genere omnes citentur, quorum intereſt, qui ſi comparent, *actorum* vices ſuſtinere debent. Generatim de hoc diſponitur in *c. 3. h. Statuimus, vt, cum matrimonia fuerint contrahenda in eccleſia, per presbyteros proponantur competenti termino præfinito, vt intra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat.* Fuiſſe hanc conſuetudinem, *proclamationes* faciendi, ab initio *localem*, & forſan primitus in eccleſia Gallicana receptum, putat CVIAC. ad *c. 27. de ſponſ. in pr. & c. f. h.* Poſtea tamen generaliter ab INNOCENTIO III. in *concilio Lateranenſi* approbatam, & variis præterea conciliis confirmatam. Verum ſi *formam* hodiernam a prima eius origine generica diſtinguis, palam eſt, illam quidem recentioris ævi, hanc autem iam tempore TERTVLLIANI vſitatam fuiſſe, quo moris erat, *matrimonia apud eccleſiam profiteri.* Repetita eſt ſanctio iuris canonici in *concilio Tridentino ſeſſ. 24. de reform. c. 1.* vbi ita de *proclamationibus* diſpoſitum reperimus: *In poſterum antequam matrimonium*

quæ eſt citatio edictalis.

Digitized by Google

nium contrahatur, ter a proprio contrahentium parocho, tribus continuis feſtiuis diebus in eccleſia inter miſſarum ſolennia publice denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum. Praxis huius *denunciationis* eſt fere vniuerſalis in eccleſiis proteſtantium, & in plerisque ordinationibus eccleſiaſticis forma eius determinatur.

§. XXXI. Vt hæ denunciationes ſint legitimæ, debent fieri (1) *trina vice.* Hæc eſt natura *edictalis citationis* in genere, vt ante tertiam nemo iure ſuo excludi poſſit, quid? quod tempus quoque contradicendi ſingulis liberum relinqui debeat, vnde liquet, optimo hanc *triplicem proclamationem* eſſe receptam conſilio. Ita in *ordin. eccl. Vinarienſi c.* 15. *n.* 5. cautum: Wann nun keine Hinderniß vorhanden, ſoll der Pfarrer mit dem Aufgebothe, wie gebräuchlich, 3. Sonntage nach einander verfahren, welches denn ſtricte und unveränderlich alſo zu halten, keines weges aber zwey oder auch alle 3. Aufgebothe zuſammen zu ziehen und auf einen Sonntag abzuleſen, es wären denn deſſen erhebliche Urſachen und ſonſten ſo viel Nachrichten vorhanden, daß beyde Perſohnen einander Chriſtlicher Ordnung nach wol ehelichen können. Hanc limitationem quoque approbat CARPZ. *lib.* 2. *def.* 140. ſed ita proclamationes fere vim ſuam amittunt, nec tam *prouocationes ad agendum*, quam *ſimplex manifeſtatio & publicatio matrimonii* contrahendi, dicendæ. Quam ob rem ad abuſus referendum, quod in eccleſiis nonnullis vna eademque die ordinarie duæ proclamationes fiant, & ſtatim deſponſati ad matrimonii conſummationem properent; hac ratione enim proclamatio talis omnem effectum ſuum perdit, cum intra tam breue ſpatium contradictor adeſſe non ſemper poſſit. Debet fieri trina vice,

§. XXXII. Hinc quoque (II) *per tria interualla* & quidem talia fieri debet, quæ *legitimum* poſſunt abſoluere citationis *ſpatium.* Hoc in *alleg. l. concil. Tridentini* prudenter eſt præſcriptum & in plerisque eccleſiis proteſtantium itidem optime prouiſum, vt tribus proxime ſe ſubſequentibus diebus dominicis *per tres hebdomadas* proclamatio fiat, vid. *ordin. eccl. elect. Saxon. de anno* 1580. *art. gen. tit.* BORN. *de bannis eccleſ. th.* 15. CARPZOV. *lib.* 2. *def.* 137. *n.* 8. licet olim de *iure canonico* hi tres termini non accurate obſeruati, vti ex *all. c.* 3. apparet, ſed potius certus terminus generatim præfinitus fuerit, in quo ſub *pœna præcluſi* contradictor comparere debuit. (III) Debet fieri *loco competente*, h. e. in foro deſponſatorum, vtpote qui ad agendum omnes, qui ſua intereſſe putant, prouocant & *eorum* vicem ſuſtinent, ſi contradictor apparet. Vt autem de hac prouocatione *publice* conſtet, in loco publi- per tria interualla, loco competente.

Digitized by Google

co facienda eſt, h. e. in *eccleſia*, vt dicitur in *capit. cit.* 3. & quidem in vtriusque contrahentis *parochiis*, GONZAL. *ad cit. c.* 3. *n.* 7. modo aliquatenus ſubſtiterint in præſenti parochia, vt ibi ſciri poſſint impedimenta, quod recte monet SANCHEZ. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 6. *n.* 6. Fiunt enim proclamationes non tantum in hunc finem, vt, quorum intereſt, compareant, ſed vt *impedimenta*, ſi qua fuerint, facilius manifeſtari poſſint, qui finis haud obtinetur, ſi ſponſus vel ſponſa non diu in illo loco commorati fuerint. MENOCH. *conſ.* 398. *n.* 6. 7. Vnde ſi ſponſus peregre aduenerit, merito teſtimonium *proclamationis* a paſtore illius loci præterea requiri debet. CARPZ. *lib.* 2. *def.* 139. *n.* 3. (IV.) Debet fieri ſub clauſula & *pœna ſilentii*, STRYK. *ad ius eccl. Brunnem. lib.* 2. *c.* 16. §. 6. quæ ſi omittitur, nihilominus tamen *virtualiter* iam proclamationi trinæ ineſt.

Quid, ſi omiſſa fuerit?

§. XXXIII. Atque hæc quidem proclamatio in noſtris quoque eccleſiis haud omittenda, quamuis, ſi omittatur, propterea matrimonium contractum non ſit irritum, ſi debito modo *hierologia* acceſſerit. CHRISTINAEVS *vol.* I. *deciſ.* 327. EMANVEL GONZALEZ TELLEZ *ad cit. c.* 3. *b. n.* 7. Equidem MENOCHIVS *lib.* 4. *conſ.* 398. *n.* 4. matrimonium tale nullum eſſe iudicat, cum denunciatio eiusmodi pro *forma* ſit, præſertim cum in *concil. Trident. cit. l.* adhibeantur duo ablatiui abſoluti: *denunciationibus factis*, quæ conditionem & neceſſitatem inferant. Verum neceſſitatem illius non vocamus in dubium; illud tantum in quæſtione eſt, an ſub *abſoluta neceſſitate* hoc requiratur, vt alioquin actus ſit nullus? id quod ex adductis verbis haud probat, vnde quoque GONZALEZIVS *c. l.* contrarium ſtatuit, id quod praxis proteſtantium ſequitur. Interim aliis pœnis temere omittentes proclamationem puniri poſſunt. Sic in der *renouirten* Fürſtl. Wolffenbl. Verordnung wegen heimlicher Verlobung *de anno* 1693. hac de re ita cautum: Wenn auch einige verlobt, ehe und bevor ſie an dem Orthe, da ſie eingepfarret, öffentlich von der Cantzel proclamiret und abgekündiget, und andern Orten in oder auſſerhalb Landes, es ſey unter was Schein es wolle, unſers in GOtt ruhenden Herrn Vaters publicirte Kirch- Eh- und Verlöbniß-Ordnung zuwider, (es wäre denn, daß aus bewegenden Urſachen von uns oder unſerm Fürſtl. Conſiſtorio ſolches verſtattet würde,) ſollen dieſelbe allemal wenigſtens iede Perſon mit 100. Thlr. und da dieſelbe ſo viel in bonis nicht hätten, mit ſchwerer Gefängniß, da aber auch andere beſchwerliche Umſtände

niit

mit unterlieſſen, inſonderheit wenn ſie ſich mit andern Perſonen ordentlich verſprochen hätten, und nach Ermäßigung der Käyſerl. Rechten, an Ehre, Leib und Guth geſtrafet werden. Quemadmodum vero *diſpenſatio* quoad has denuntiationes in *iure canonico* ab epiſcopo conceditur; *concil. Trid. cit. l.* GONZAL. *c. l.* ita quoque *ex iuſta cauſa* conſiſtorium neceſſitatem *denunciationes* has adhibendi poteſt remittere. CARPZ. *lib.* 2. *def.* 139. Parcius tamen ſine dubio procedere debet, quippe cuius auctoritas & poteſtas in diſpenſando eſt delegata, nec vbique eadem.

§. XXXIV. Effectus proclamationis eſt, vt contradictor poſt conſummatum legitime matrimonium non ſit amplius audiendus; habent enim trinæ illæ denunciationes vim *peremtoriæ citationis*, cuius effectus eſt, vt citatus poſtea non amplius audiatur. BERLICH. *P.* I. *deciſ.* 74. ZIEGL. *ad Lancell. lib.* 2. *tit.* 15. §. 1. In eo tamen maior circumſpectio adhibenda, quamdiu ſcilicet adhuc integra dicenda ſit contradictionis allegatio ad impediendum matrimonium? BERLICH. *cit. l. n.* 3. contradictorem poſt tertiam denunciationem excludendum eſſe contendit, etiamſi matrimonium *ſacerdotali benedictione* haud fuerit conſummatum. Verum de eo merito dubito, cum terminus ad contradicendum præfixus duret adhuc vsque ad hierologiam, & in tertia ſeu vltima proclamatione quoque non ſtatim contradictor excludatur, ſed conſueta ibidem clauſula addatur: Hat iemand etwas darein zu reden, der thue es bey Zeiten, oder ſchweige hernach ſtille. Quocirca adhuc integrum erit, etiam poſt *tertiam proclamationem* contradicere, & ſuum intereſſe allegare, modo omnis malitia abſit. BORN. *de bannis eccleſ. th.* 19. Effectus proclamationis.

§. XXXV. Ceterum, matrimonio ſemel contracto, contradictor merito excluditur. At tamen hic quoque diſtinguendum, vtrum contradictor ex poſtfacto velit allegare impedimentum ob *proprium intereſſe*, an aliud, ob quod matrimonium contractum *de iure* ſubſiſtere non poteſt? Priori caſu haud amplius audiendus eſt, veluti, ſi mulier docere vellet, reum ſecum antea iam contraxiſſe ſponſalia; vt tamen magiſtratus de eo inquirere poſſit, an bina ſponſalia alter contraxerit, quo comperto eum punit, quod non coram *conſiſtorio*, ſed potius coram *iudice ſeculari*, ius puniendi habente, expediendum. Poſteriori caſu aliud dicendum, & huc forſan pertinet diſpoſitio *c. f. X. qui matrim. accuſ.* Non enim credendum eſt, ob ſola ſponſalia antecedentia, poſt contractum iam matrimonium eo iure ad accuſandum matrimonium aliquem Non excludit contradictionem eius, qui ob intereſſe publicum matrimonium contractum impugnat.

quem admitti poſſe, quippe quæ hoc iure haud poſſunt inualidare matrimonium. Requirit vero pontifex *iuſtam ſilentii cauſam* in contradictore, qui iam quidem intempeſtiue prodire videtur. *Si vero poſt contractum*, inquit, *matrimonium aliquis appareat accuſator*, (qualis dicitur, qui matrimonio vitium nullitatis obiicere poteſt,) *cum non prodierit in publicum, quando banna* (i. e. proclamationes trinæ) *ſecundum conſuetudinem in eccleſia edebantur, vtrum vox ſua debeat accuſationis admitti, merito quæri poteſt? Super quo ſic duximus diſtinguendum, quodſi tempore denunciationis præmiſſæ is, qui iam coniunctos impetit, extra diœceſin exiſtebat, vel alias denunciatio non potuit ad eius notitiam peruenire, vt puta ſi nimiæ infirmitatis feruore laborans, ſanæ mentis patiebatur exilium, vel in annis tam teneris conſtitutus, quod ad comprehenſionem talium eius ætas ſufficere non valebat, ſeu alia cauſa legitima impeditur, eius accuſatio debet audiri, alioquin cum rationabiliter præſumatur, quod denunciationem publice factam idem exiſtens in ipſa diœceſi minime ignorauit, tanquam ſuſpectus eſt procul dubio repellendus, niſi proprio firmauerit iuramento, quod poſtea didicerit ea* (impedimenta) *quæ obiecerit, & ad hoc ex malitia non procedat &c.* Hæc verba finalia ſatis indicant, loqui pontificem de caſu, vbi ob *impedimentum perpetuum* inter coniunctos non poteſt matrimonium ſubſiſtere; ad hunc enim caſum quadrat ratio potiſſimum, quod ſuſpecti ſint, qui *præſentes* eo tempore tacuere, quo loqui debuerunt.

Legitime probanda impedimenta,

§. XXXVI. Qui vero impedimentum intra tempora *bannorum* allegant, omnino illorum fidem iudici facere debent. Sed hoc ſingulare eſt, quod hic *leuior probatio* admittatur, adeo, vt etiam *vnico teſti* de impedimento teſtanti fides habenda ſit. *c.* 12. & 27. *de deſponſ. c.* 2. *X. de conſang. & aff.* Subeſt enim periculum *peccati* & *animæ*, vt loquuntur BERLICH. *P.* I. *concl.* 36. *n.* 65. HORN. *diſp. de prob. plena per vnum teſtem c.* 3. *n.* 12. CANIS. *in comment. ad cit. c.* 12. Plura hac de cauſa ſingularia hic admittunt canoniſtæ. (I) Quod etiam credendum ſit alleganti *propriam turpitudinem* in præiudicium tertii contra l. 5. *C. de condict. ob turp. cauſ.* veluti ſi quis confiteatur, ſe concubuiſſe cum illa, quam frater vel filius vult vxorem ducere, *c.* 12. *X. de ſponſ.* quod vel ideo hic admiſere canoniſtæ, quia non tam in ſuum lucrum, quam vt *peccatum futurum* euitetur, hanc confeſſionem edit. (II) Quod tali confeſſioni fides habenda, ſi vel maxime non *publice*, ſed *priuatim* talem confeſſionem edat, *cit. c.* 12. imo ſi vel maxime perſona non adeo ſit fide digna; nam ſocius criminis hic confeſſionem edit, quia *impedi-*

vbi tamen plura ſingularia admittunt.

Digitized by Google

pedimentum occultum ſupponitur, ex concubitu occulto ortum, quod non admittit probationem plenam, ſed qualem qualem; CARPZ. *in proc. tit.* 13. *art.* 2. *n.* 39. HORN. *cit. l. n.* 8. STRVV. *ex.* 28. *th.* 11. GAIL. 2. *obſ.* 49. *n.* 9. vbi tamen merito reſpiciendum, annon denuncians impedimentum aliud intereſſe ex eo quærat, v. c. ſi ipſemet vellet ducere alteri deſponſatam. Imo quamuis in *iure canonico* facilius talis caſus *priuatæ confeſſionis*, epiſcopo factæ, poſſit locum habere, cum ſolus epiſcopus de eo cognoſcat, dubito tamen, an in foris proteſtantium hoc admitti poſſit; vbi conſiſtorio hoc foret denunciandum, quo ipſo *publica confeſſio* fieret, imo ipſa ſponſa quoque deſuper audienda, vt, quid veritatis ſubſit, inde conſtaret. Si tamen probabiliter conſtaret de impedimento, & ſponſa valde ſuſpecta de concubitu antea commiſſo eſſet, ad minimum *iuramento purgatorio* ſe purgare deberet, id quod ſi facere non poſſet, matrimonium eſſet impediendum, ſi tale ſubeſſet impedimentum, in quo diſpenſatio locum haud habet. Excipiuntur tamen in *cit. c.* 12. *ſponſalia iurata*, quæ per vnius teſtis depoſitionem inualidari nequeunt. Imo ſi aliud impedimentum ſubſit, itidem vnico teſti fides habenda, per *c.* 27. *X. de ſponſal.* vbi iterum illud ſingulare, quod contra *parentum* & *conſanguineorum*, impedimentum negantium, & ſe ad iuramentum ſponte offerentium, aſſertionem, vnico teſti, docenti impedimentum, credatur, cum tamen parentibus in docenda conſanguinitate inprimis credatur. Verum in *cit. tx.* peculiares concurrunt circumſtantiæ: (1) ſupponit, teſtem eſſe *grauem*: (2) per hunc conſtare de impedimento: (3) concurrere *famam publicam*, quæ omnia in hoc particulari caſu vel ideo concurrere debent, quia ex aſſertione contraria parentum fides vnius alias vacillaret. Sic quoque huc pertinet, quod, ſi quidem de illicite contracta affinitate haud conſtet, ſed *fama publica* tamen de ea loquatur, veluti quod ſponſus cognouerit ante matrem ſponſæ, impediri poſſit matrimonium, *c.* 2. *X. de conſanguin. & affin.* modo fama ſatis probata & conſtans ſit.

§. XXXVII. Sicuti vero facilius hoc admitti poteſt in *ſponſalibus*, vbi adhuc eſt res integra, & peccata futura euitari poſſunt, ita idem non admittendum in *matrimonio iam contracto* ad effectum, vt ad dictum vnius teſtis matrimonium dirimatur. Veluti ſi ad effectum *dirimendi matrimonium* frater aſſereret, ſe cum fratris ſui coniuge antea concubuiſſe; hoc enim haud ſufficeret ad dirimendum matrimonium, niſi plene impedimentum & quidem tale comprobatum fuerit, propter quod matrimonium plane ſubſiſtere non poſſet. *c. de illo* 3 *X.* *de*

Grauior probatio deſideratur, contracto iam matrimonio.

Digitized by Google

de eo, qui cognou. Subeſt enim graue præiudicium in *diſſolutione matrimonii*, quæ ratio ceſſabat in *diſſoluendis ſponſalibus*. Secundum doctrinam CARPZOVII quidem in *lib. 2. iurispr. eccl. def. 99.* tale matrimonium plane haud eſſet dirimendum in foris proteſtantium; ſed ſi ponamus caſum matrimonii, contra *Leuit. XVIII.* contracti, merito præualeret ſententia BRVNNEM. *de iure eccleſ. lib. 2. c. 16. §. penult.* de quo pluribus infra.

Clandeſtinum quoque eſt matrimonium ex defectu benedictionis,

§. XXXVIII. Sed pergo ad alteram cauſam, propter quam matrimonium dicitur *clandeſtinum*, ſi ſcilicet deficiat *parochus* & *teſtes*: illius præſentia ideo requiritur, vt impertiri matrimonium contrahentibus debeat *benedictionem*, & hinc *publice* contractum dicitur, quod coram parocho in *eccleſia* contractum eſt, de quo iam ſupra plenius actum. Teſtes vero maioris ſolennitatis gratia adeſſe debent. vid. GONZALEZ. *ad c. 3. h. n. 10.* Nec praxis noſtrarum eccleſiarum hic diuerſa eſt, cum & ſponſus & ſponſa, ſinguli *duos teſtes* habere debeant, vbi per *copulam* paranymphorum & oblationum.

ſacerdotalem coniunguntur. Hi teſtes illi ſunt *Paranymphi*, de quibus iam fit mentio in *c. 1 & 5. C. 3. qu. 5.* vbi dicitur, quod ſponſus & ſponſa a *paranymphis* debeant ſacerdoti offerri, vbi benedicendi veniunt. Vtrobique præterea fit mentio *oblationum*, quod cum *oblationibus* offerendi ſint, quod & in *c. 3. ibid.* confirmatur, quales *oblationes* vulgo opfern vocant, quæ itidem in onus noſtrarum eccleſiarum adhiberi ſolent, daß die Getrauete nebſt Braut und Bräutigam opfern müſſen, quia in eccleſia Romana vſitatum eſt, vt *miſſa ſolennis*, die Braut-Meſſe, præcedat, in qua *oblationes* fiunt.

Varia Dd. ſententia circa conceptum & rationem benedictionis.

§. XXXIX. Neceſſitatem *ſacerdotalis benedictionis* omnes agnoſcunt; variarit tamen eruditi circa *conceptum & neceſſitatem* eius. HIERON. BRVCKNER. *in deciſ. matrim. c. 1. n. 57.* illam non *de eſſentia*, ſed tantum de *decoro* coniugii eſſe; *cap. 2.* vero *n. 16. eam tanquam teſtimonium publicum coniugii chriſtiani legitimi requiri*, ait, quæ tamen non ſatis cohærent, cum ratio *decori* non ſufficiat, vt aliquid *abſolute* & ſub *forma* deſideretur, adeoque ad ſubſtantiam matrimonii legitimi non pertineat. MICH. HAVEMAN. *tr. de iure connub.* ſacerdotalem benedictionem neceſſariam eſſe docet, non vt *formam*, ſed vt cauſam *efficientem*; non ex natura coniugii, nec ex mandato diuino, ſed ex *conſtitutione eccleſiaſtica & ciuili* intuitu *honeſtatis publicæ* introductam. Ideo forſan hanc ipſam *ad formam matrimonii* referre recuſauit, quod *forma interna*, ſeu eſſentia in *conſenſu legitimo matrimoniali* conſiſtat. Verum cogitare debuiſſet, dari quoque *formam externam* a legibus negotiis ciui-

Digitized by Google

ciuilibus præſcriptam, quæ eandem fere cum *interna* efficaciam habet, ſi de validitate actus in foro ciuili quæſtio eſt. Sed forſan ad *cauſam efficientem proximam* ideo eam deſiderauit, vt *ſacerdotio*, ex quorundam pontificiorum doctrina, *ius conſtituendi matrimonium & copulandi*, vti loquuntur, deſponſatos eo efficacius tribueret, id quod merito repudiandum eſt.

§. XL. PEREZ *ad C. tit. de nupt. n. XII.* ad *honeſtatem*, non ad *neceſſitatem* illam pertinere ait, ita, vt omitti non debeat, ſine ea tamen matrimonium contractum ſubſiſtat. Verum confundit regulas *honeſtatis* in ſe conſideratas, quæ vtique non abſolute neceſſitant, cum illis, quæ a legibus ex *ratione ciuili* pro *forma* præſcribuntur. Non ſola *honeſtatis* ratio ſolennem declarationem coniugalem deſiderat: ipſa ſtatus ciuilis neceſſitas, quæ non vnice *decorum* intendit, nec *figmenta ceremoniarum* incaute amplectitur, ex rationibus prægnantibus neceſſariam ducit *publicam declarationem*, quæ quomodo manifeſtari debeat, lex determinat, conſtituit, & ita pro *forma* iniungit. Siue ergo ad hoc benedictionem ſacerdotalem, ſiue aliud medium præſcribat, perinde eſt, principisque arbitrio relictum. CARPZ. *lib. II. iurispr. conſiſt. def.* 142. maiorem neceſſitatem inculcat, eamque *iuris diuini* & *naturalis* eſſe cenſet, quod (1) DEVS benedictione vſus fuerit in paradiſo; 2) quod per hunc ritum Deus coniungat deſponſatos *mediate*, iuxta illud: *quos Deus coniunxit, homo non ſeparet*; (3) quoad nitatur *iure naturali*, dum omnes fere gentes, honeſtatis amantes, adhibuerunt in ſolenni iſta copulatione miniſtrum ſacrum. Hæc ſi vera ſunt, ne quidem a principe in quacunque republica chriſtiana tolli, & in eius locum aliud medium *publice declarandi conſenſum* ſubſtitui poteſt. Rectius ſine dubio cenſuit HILDEBR. *de nupt. veter. chriſtian.* oſtendens, nec iure *diuino*, nec *naturæ*, nec *ciuili* Romano *benedictionem ſacerdotalem* neceſſariam eſſe, in quo plerosque theologos & ICtos aſſentientes habet. Craſſiori ſane philoſophia vti non potuiſſet CARPZOV. qua Dei vicarios ſacerdotes conſtituit, conſentitque, horum opera intermedia Deum copulare deſponſatos: id quod ſi verum eſt, adeo abſolutæ neceſſitatis eſt *ſacerdotalis copula*, vt peſſime olim inter Chriſtianos, maxime tempore IVSTINIANI, fuerit omiſſa, nec hodie principes conſtituere poſſint, vt ea in poſterum negligeretur.

Non ad ſolam honeſtate n hic ritus pertinet,

nec tamen iuris diuini eſt,

§. XLI. Quod noſtrates tam mirifice titubent in hac materia, id non tantum ex minus accurata rerum moralium negotiorumque ciuilium conſideratione, ſed etiam ex traditis iuris canonici, quibus magis in-

Cauſa horum dubiorum.

Digitized by Google

hærere amant, quam rectam rationem ſequi, deriuandum eſt. Noto notius eſt, duo ſponſalium genera *ius canonicum* vel fingere, vel conſtituere. Primum, quod veram rationem ſponſalium habet: ſecundum, quod in *matrimonium* tranſit, quando ſcilicet verba, conſenſum *de præſenti matrimonio* inducentia, adhibita fuerunt; hoc quippe ſtatim *matrimonium* conſtituere cenſuerunt, ad effectum, vt *indiſſolubile vinculum* conſtitueretur. *c.* 9. 15 22. & 31. X. *de ſponſal. duor.* Vnde collegerunt, benedictionem tantum ad *ſolennitatem* & *probationem;* non vero ad *eſſentiam* requiri: ſufficere ſolum conſenſum matrimonialem &c. Et quidem pontificii hac in re ſibi non ſatis conſtant, dum ſolum *conſenſum matrimonialem* coniugium conſtituere aſſerunt, & tamen ſimul *ſacerdotali copulationi* multum tribuunt, imo hodie iuxta *concil. Trident. ſeſſ.* 24 *c.* 1. *de reformat.* non amplius ita philoſophaturi ſunt. Iam LVTHERVS ſuo tempore ſatis grauiter monuit, has ineptias canonicas deferendas eſſe, quæ non poſſunt non ordinem rerum moralium conceptumque turbare. Quid enim ineptius eſt, quam aſſerere, ſolum *conſenſum matrimonium* conſtituere, vbi leges *pro forma* amplius quid deſiderant, nec in *ſolo conſenſu coniugatorum priuato* ſubſiſtunt? E contrario, qui *copulæ ſacerdotali* nimium tribuunt, itidem decepti videntur tum ex illis rationibus, quas CARPZOV. in ſcenam produxit, tum ex conceptu de *ſacramento matrimonii*, quod per interuentum miniſtri eccleſiæ conſtituendum eſſe plures ex pontificiis docuerunt, quamuis nec in hac doctrina inter ſe conſentiant. vid. WIESTNER. *ad tit. X. de ſponſal. n.* 154. Stet ergo ſententia, *benedictionem ſacerdotalem* ex præſcripto *legum publicarum* eſſe neceſſariam, vt per illam conſenſus matrimonialis *publice* declaretur. Nihil enim hæc ipſa aliud eſt, quam *ſolennis declaratio conſenſus coniugalis coram eccleſia publice facta, adhibitis a miniſtro eccleſiæ piis precibus & votis.* Omiſi illa, quæ GERHARD. *in loco de coniug.* §. 42. addit de *copulatione* a miniſtro eccleſiæ facta. Hic enim non coniungit, non copulat deſponſatos, ſed eorum conſenſum exquirit, & editum publice pronunciat, manifeſtatque, adeoque formula conſueta, qua ſacerdos *copulare* dicitur *deſponſatos*, admodum incongrua eſt & merito immutanda.

Pontificum dicoris ſententia.

Benedictionis definitio.

Princeps diſponit ſuo iure de his ſolennibus.

§. XLII. Cum itaque in arbitrio legislatoris ſit, formam matrimonio contrahendo præſcribere, vel receptam in eccleſia publica lege confirmare; conſequens eſt, 1) principem quoque formam hactenus receptam immutare, tollere, aliamque ſubſtituere poſſe. Neque etiam hæremus in hæreſi BELLARMINI *lib. I. de matrimon. c.* 32. diſtinguentis

Digitized by Google

tis inter ea, quæ sunt in matrimonio *politica potestatis*, & quæ *spiritualis*, & ad hanc *benedictionem sacerdotalem* referentis. Abundet ille suo sensu ex principiis Rom. ecclesiæ. Nos in *benedictione sacerdotali* nil, nisi ritum ecclesiasticum a principe confirmatum, & libere receptum agnoscimus, & quia modus rem constituendi est arbitrarius, etiam a principe immutari potest. Sic in Belgio matrimonium, circa talem *copulationem*, *coram magistratu* contrahitur, & ita contractum matrimonium legitimum omnino censendum est, vt ipse SPENERVS *vol. II. consil. theol. German. c. 4. sect. XII. p.* 967. statuit: Dahero nicht nur der Ungläubigen Ehe wahrhaftig, und, so ferne an ihren Personen etwas seyn kan, GOTT gefällig achte, sondern auch davor halte, da in Holland einige, wie es geschiehet, alleine auf dem Rathhause ihrer Ehe Erlaubniß bekommen, so an statt der copulation gültig ist, daß an solcher Ehe nichts ermangele. Sunt tamen multi hac in re admodum scrupulosi & ne quidem in huiusmodi locis, vbi cessat hæc solennitas, se in legitimo matrimonio citra hanc copulam viuere censent, vt ex sequenti RESPONSO FACVLT. IVRID. *huius loci anno* 1713. *mense Iunio* concepto liquet, quod totam hanc materiam optime illustrat: Hat Caia sich vor ohngefehr 3. Jahren in Leipzig mit Titio, einem Kauffmanne in Holland, ehrlich und rechts-beständiger Weise, verlobet, und nachdem nunmehro die Zeit, die Ehe zu vollziehen, heran nahet, jetzt-gedachter Titius Bedencken getragen, sich mit der Caia, hiesiger Landes-Gewohnheit nach, copuliren zu lassen, unter dem Vorwand, daß die priesterliche Copulation überflüßig, und dagegen in Holland eingeführet sey, daß die Verlobte bloß in Gegenwart der Raths-Personen ihre Namen in das Ehe-Buch einschreiben müssen, und wird daher gefraget:

quæ per leges possunt tolli;

hinc ad iura loci in matrimonio ineundo viuendum.

> Ob die priesterliche copulation ein nothwendiges Stück der Ehe sey, und ob ohne dieselbe an Oertern, wo das Ehe-Buch eingeführet, Braut und Bräutigam die Ehe zu vollziehen und ehelich beysammen zu wohnen, ohne Sünde zu begehen befugt seyn kan?

Ob nun wohl die Einsegnung ein sehr alter löblicher Gebrauch ist, die bey Einsetzung der Ehe selbst von GOtt gebraucht worden, daß daher es das Ansehen gewinnet, als wenn GOTT selbst durch sein Exempel zur priesterlichen copulation und Einsegnung den Weg gebahnet,

HILDEBRAND. *de nupt. vet. christ.*

wie denn auch bey den Juden im alten Teſtament die Ehe mit öffentlicher Einſegnung vollzogen worden,

GERHARD. *de coning.* §. 594.

und noch heute zu Tage alſo vollzogen wird, welchem alten löblichen Exempel die erſten Chriſten gefolget zu ſeyn ſcheinen, als welche davor gehalten, aliter legitimum non eſſe coniugium, niſi ſacerdotaliter, vt mos eſt, cum precibus & oblationibus a ſacerdote benedicatur:

c. 1. C. 30. q. 5.

folglich es als ein allgemeiner Kirchen-Gebrauch anzuſehen, welcher, um gute Zucht und Ordnung beyzubehalten, nicht wohl unterlaſſen, noch ohne Sünde hindan geſetzet werden kan, welches in gegenwärtigem Fall um deſto mehr zu ſtatuiren, da die ſponſalia in Leipzig geſchloſſen, und die Ehe ordentlicher Weiſe daſelbſt vollzogen werden muß, wo die Braut ihr domicilium hat.

SCHILTER. *inſtit. iur. can. lib. II. tit. XI. §. 9. in fin.*

Weilen aber dennoch aus den angeführten rationibus von ſelbſten erhellet, daß die prieſterliche copulation ein bloſſer Kirchen-Gebrauch, und nicht iuris diuini ſey,

WILDER. *cit. tr. circa fin.*

alſo, wo die Ehe an ſolchen Orten vollzogen wird, allwo dieſer ritus eingeführet, es allerdings nöthig und billig iſt, daß die prieſterliche Trauung adhibiret werde, cum iuris ſit, actum quemcunque expediendum eſſe ſecundum ſolennia loci, vbi geritur,

arg. l. 6. de euict.

KEES. *de colliſ. leg. ſect. 4. §. 10.*

auch ſolcher geſtalt nicht ohne Sünde unterlaſſen werden kan; im Gegentheil wo ſolcher nicht eingeführet iſt, ſondern die Ehe vor bündig gehalten wird, wenn die Verlobten in das Ehe-Buch ihre Namen eingeſchrieben, und auch daſelbſt die Ehe vollenzogen wird, ſo wohl denen Rechten, als Gewiſſen nach, die Verlobten an die prieſterliche Trauung nicht verbunden ſind, wie denn auch ſelbſten die Pontificii, die ſonſt ſehr ſtricte auf die prieſterliche copulation ſehen, darin eins ſind, quod in ſolennibus circa matrimonium conſummandum obſeruandis reſpiciendum ſit ad ſolennia loci, vbi matrimonium contrahitur;

c. 1. X. de ſponſal. ibique Gonzal. n. 21.

Hiernechſt nicht geſaget werden mag, daß die prieſterliche Trauung durchgängig bey den erſten Chriſten als ein nothwendig Stück zum Ehe-Stande ſey erfordert worden, auch der angeführte Ort aus dem

iure

iure canonico keines weges dem Euariſto zuzuſchreiben, ſondern von dem Gratiano aus des Iſidori unrichtigen und falſchen epiſtolis decretalibus pontificum hergenommen iſt,

BLONDELL. *in Pſeudo-Iſid. p.* 147. *ſq.*

im Gegentheil man nur ſo viel aus denen Kirchen-Hiſtorien findet, daß die Verlobten ihre Ehe öffentlich der Gemeinde kund gemachet, und darauf die Einſegnung zwar erfolget, ſolche aber nicht ſofort vor eine prieſterliche copulation zu halten;

TERTVLL. *lib. II. ad vxor. c.* 8.

Dahero denn auch die Nothwendigkeit derſelben zu des Iuſtiniani Zeiten noch unbekant geweſen, als welcher in ſeinen Geſetzen dieſelbe nirgends erfordert, ſondern erſt per modum legis von dem Leone philoſopho eingeführet worden;

Nov. Leon. 89.

alſo daraus erhellet, daß dies ein ſolcher ritus ſey, der per leges ciuiles & eccleſiaſticas gehoben werden könne, woraus denn ſo wohl die Theologi, als ICti ſchlieſſen, daß die prieſterliche Trauung kein nothwendig Stück des Eheſtandes ſey,

HILDEBRAND. *cit. l.* DEDEKENN. *P. 3. conſ. theol. lib. 2. de ſponſal. ſect. 1. n. 41.* STRVV. *ex. 10. th. 26.* CARPZ. *lib. II. iurispr. eccleſ. def. 144. n. 4.* MVLLER. *ad Struu. cit. l. lit. z.* STRYK. *ad ius eccleſ. Brunnem. lib. II. c. 16. §. 6.*

ſondern die Ehen, welche in Holland nach daſigem Gebrauch geſchloſſen und vollzogen werden, auch von unſern Theologis ſelbſten vor bündig gehalten werden,

GERHARD. *de coniug. th.* 468.

und obwohl regulariter die Ehe an dem Ort, wo die Braut wohnet, vollzogen wird, dieſes dennoch keine abſolute Nothwendigkeit iſt, ſondern mit der Braut Bewilligung auch in foro domicilii ſponſi conſummiret werden mag.

So halten wir davor, daß die prieſterliche Trauung kein weſentliches Stück des Eheſtandes ſey, mithin, wenn die Ehe an dem Ort vollzogen wird, wo das Ehe-Buch eingeführet, ſolche mit Recht und gutem Gewiſſen unterlaſſen werden kan. V. R. W.

Caute procedere debet princeps in immutandis ſolennibus.

§. XLIII. Sicuti vero princeps in aliis legibus & antiquis inſtitutis immutandis *caute* procedere & ex *regulis prudentiæ* optime iudicare debet, an conſultum ſit, aliquid innouare? ita quoque in noſtris eccleſiis circa mutationem huius ritus, qui hactenus tam altas radices egit, regulæ *conſilii* & *iuris* diſtingui debent. Hanc poteſtatem principi Proteſtanti *de iure* competere, conclamatum eſſe arbitror, cum ipſa benedictio ſacerdotalis ſit quidem *ritus eccleſiaſticus*, atque apud nos non ex *inſtituto* & *imperio eccleſiæ*, quod non agnoſcimus, ſed ex *lege principum ciuili* obtineat, & vt *forma matrimonii externa*, quam princeps determinare poteſt, conſideretur. Atque hoc eo magis dicendum eſt, cum etiam circa *liturgica* & alia *adiaphora eccleſiaſtica* principes noſtri ratione id ſuadente diſponant, vt Dn. THOMAS. *diſſert. de iure principis circa adiaphora* docuit, & ipſemet in *diſſertat. præliminari* huic tomo præfixa pluribus illuſtraui. Quidni ergo multo magis in matrimonio idem principi indulgendum erit, quod ne quidem *negotium eccleſiaſticum* eſt, ſed, (prout multis rationibus etiam inter pontificios IO. LAVNOIVS *de regia in matrimon. poteſt. P. I. c. 9. p. 49.* docuit, & ſæpius LVTHERVS inculcauit, *contractum ciuilem* conſtituit,) ad cuius formam *ſolennis* hæc *declaratio eccleſiaſtica* libere approbata & recepta eſt?

Difficultates circa eorum mutationem occurrentes.

§. XLIV. Verum ſi regulas *conſilii* & *prudentiæ* intuemur, multæ occurrere poſſunt rationes, quæ principem a *mutatione* & *abrogatione* huius *ritus* auocare poſſunt. Plerorumque ſane mentibus hæc eſt inſita opinio, ſine tali copulatione per ſe non poſſe matrimonium legitime contrahi, adeoque, ſalua conſcientia, hæc ſolennia tolli non poſſe. Et quis dubitaret, quin etiam forſan quidam inter ipſos eccleſiæ miniſtros reperturi ſint, plebem magis in hac ſententia confirmantes, quam ab ea reuocantes? Vnde non poſſunt non turbæ, murmurationes aliaque inde nata incommoda exiſtere. Id iam obſeruauit Dn. THOMAS *in not. ad* HVBER. *tr. de iure ciuit. l. I. ſect. 5. c. 4 n. 3. lit. o.* aiens: *Eccleſia pontificiorum matrimonium habet pro ſacramento, adeoque non poteſt non benedictionem ſacerdotalem habere pro requiſito eſſentiali matrimonii legitimi. Contra Proteſtantes matrimonium negant eſſe ſacramentum, adeoque ſtatuunt, benedictionem ſacerdotalem non eſſe neceſſitatis, ſed honeſtatis, vt ordo aliquis ſit in eccleſia & republica. At res, quæ ad ordinem pertinent & honeſtatem, non ad regulas iuſti, ſed decori ſaltem reſpicientes, ſunt adiaphoræ, & ſcilicet ſubſunt imperio magiſtratus. Et adeo iuſte poterit benedictio ſacerdotalis abrogari a magiſtratu chriſtiano, vti etiam in Belgio matrimonia quarundam ſectarum, quæ ibi tolerantur, fiunt abs-*

Digitized by Google

absque benedictione sacerdotali per confirmationem solam magistratus politici. Sed valde imprudenter ageret, qui vellet consulere cuilibet magistratui euangelico, vt benedictionem sacerdotalem abrogaret. Breuiter: ea, quæ iuste fieri possunt, & tamen si fiant, saltem occasionem euidentem dant turbis in republica; eorumque omissio vel plane non nocet reipublicæ, vel minus nocet illis turbis, ea prudenter omittuntur. Omne quidem, quod iniustum est, est inutile, sed non vice versa, omne inutile est iniustum: nec ex opposito omne iustum est vtile. Facilius mutatio quædam, saluis essentialibus benedictionis, fieri posset, ratione modi, temporis, loci, cum in his etiam nonnulla deprehenduntur, quæ emendari possent.

§. XLV. Quamdiu ergo hæc *benedictio* cum aliis solennibus haud est sublata, sed per constitutiones principum ecclesiasticas desideratur, illa II) omitti nullo modo potest, nec priuatorum arbitrio subiecta, cum regulariter, quæ ad *formam* negotii *externam* a principibus præscriptam pertinent, a nemine sine vitio *nullitatis* omitti queant. vid. CARPZ. *eit. l.* BRVCKN. *in decis. matrim. c.* 2. *n.* 16. Quodsi ergo ex postfacto appareat, personas quasdam diu cohabitasse vt coniuges, (id quod non raro, vbi ex alia causa contra eas inquisitio mouetur, præter opinionem innotescere solet,) adhuc iis iniungi potest, vt mediante *copula sacerdotali* cohabitationem antea illegitimam confirment, quo ipso præcauetur, ne postea pro lubitu discedere possint, quod, neglecta hac forma solenni, vix euitari potest. Similem fere casum refert B. SPENER. *Vol. II. consil. theol. Germ. c.* 4. *sect.* 12. de personis, quæ per 20. annos vt coniuges, sine benedictione sacerdotali, cohabitauerunt, vbi quæsitum fuit: *vtrum benedictio sacerdotalis post hunc annorum decursum interponi deberet, & an talis cohabitatio pro vero matrimonio reputanda esset?* Quod posterius attinet, mentem suam Vir B. his explicat verbis: Halt ich deßwegen, daß diejenige Beywohnung, da animo matrimonii Seia mit einem Mann 20. Jahr gelebet, aber die benedictio sacerdotalis aus bedeuteter Ursache ausgelassen worden, eine wahre und bündige Ehe so wohl sey, als da jene dazu gekommen wäre: Jedoch wie sie in andern Stücken nach der communicirten specie facti unziemlich und wider göttliche Ordnung angefangen worden, so ist eben auch dieses ein schändlicher Fehler daran, daß dieser so löblich von der Kirchen (und zwar eben zu Verhütung dergleichen exorbitantien, welche hie vorgegangen,) eingeführte ritus mit Willen unterlassen und geflohen worden ist. Daher sich beyde gröblich versündiget, und auf so viele Art und Weise diese H. Ordnung GOttes unverantwortlich an sich selbst profaniret haben.

Hodie ergo inter nos, quamdiu non est sublata, omitti nequit.

Quid si diu, vt coniuges, citra hierologiam cohabitauerint?

haben. Bleibet alſo matrimonium ratum, non rectum, wie mein ſel. Præceptor D. DANHAVERVS in dergleichen materien zu diſtinguiren pfleget. Darf deswegen nichts davon diſputiret werden, ob ſie beyſammen zu bleiben haben, oder das matrimonium als nullum zu dirimiren wäre, ſondern ob ſie ſchon wolten, könten ſie ſo wenig, als andere rechtmäßig copulirte von einander ſich wiederum trennen, noch auch von der Obrigkeit wider die göttliche Ordnung getrennet werden. Hoc eſt, quod alias dici ſolet, cohabitationem talem, animo coniugali hactenus continuatam, eſſe quidem matrimonium *verum*, a legibus ciuilibus abſtrahendo, *illegitimum* tamen in foro humano, cum ei deſint ſolennia, pro *forma ſubſtantiali* requiſita, & ita *effectus ciuiles* habere non poſſit. Si ergo alteruter ex cohabitantibus iam deceſſerit, veritate rei comperta, coniugi ſuperſtiti non eſſet portio ſtatutaria attribuenda, quæ tantum legitime coniugatis debetur, nec dici poſſet matrimonium *putatiuum*, quod, vtroque huius vitii gnaro, contractum eſt, cum *putatiuum* matrimonium ad minimum *bona fide* vnius & ſolenniter contrahi debeat. vid. HERT. *diſſ. de matrim. putat.* §. 7. & 17. Similiter alia iura, inter coniuges alias obtinentia, ceſſabunt, quia, vbi deficit *legitimum matrimonium*, nec vir, nec vxor, nec dos, nec matrimonium intelligitur, vt dicitur in §. 11. *inſt. de nupt.* Secundum hæc principia *liberorum ſtatus* quoque admodum dubius erit, quod ſatis aperte indicat IMPERATOR *cit. l.* Quamuis enim de hoc effectu, de quo hic ago, minime loquatur; in genere tamen contendit, diſponitque, coitum, contra *leges* ſuſceptum, non eſſe matrimonium dicendum, ſi vel maxime diuturnior cohabitatio acceſſerit.

Princeps tale matrimonium illegitime contractum poteſt confirmare.

§. XLVI. Principi tamen hoc caſu integrum foret, illegitime contractum matrimonium, maxime cum hic defectus amplius ſuppleri non poſſit, ſua confirmare auctoritate, modo eo tempore, quo aliis iam ius quæſitum non eſt, fiat, vel ſaltim ſine præiudicio aliorum. Quemadmodum enim in *l.* 38. *D. de adopt.* dicitur: *adoptionem non iure factam a principe confirmari poſſe*: ita *indulgentia principis* quoque hunc defectum ex lege ciuili, alias matrimonium annullantem, ſupplere poteſt, *l.* 31. *de ritu nupt.* & matrimonium ita retro confirmare, vt etiam contingit in aliis caſibus, vbi vitium aliunde matrimonio inhæret, quatenus a ſolo principe tolli poteſt. Sed vix hæc principis indulgentia alium habebit effectum quoad liberos, quam alias legitimatio *per reſcriptum principis* habet, adeoque ſucceſſio in *feudo* huiusmodi liberis adſcribi nequit: facilius vero ſucceſſio in *allodio*, maxime ſi pater

Digitized by Google

pater in teſtamento principem implorauerit, vt hanc diuturnam cohabitationem in fauorem liberorum ſua auctoritate confirmaret, ſicuti ſecundum *nou.* 74. *c.* 2. §. 1. legitimatio hoc quoque modo fieri poteſt, quando pater in teſtamento liberos naturales vocat legitimos, declaratque, *ſe velle, vt liberi legitimi ſint, ſibique ſuccedant; liberi vero poſt mortem patris ſic ſupplicent, & hoc doceant, & patris teſtamentum oſtendant, & hoc ab imperatore conſequantur, vt id, quod agitur, patris ſimul & imperatoris donum ſit, vel quod idem eſt, naturæ ſimul & legis.* Nec tantum quoad *liberos*, verum etiam quoad *ſuperſtitem coniugem* hæc indulgentia principis effectum habebit, ne vlla ex *illegitimo coitu* macula ei adſpergi queat, ſed vt in tali ſtatu permaneat, in quo hactenus communi errore ſubſtitit, dum publice creditum eſt, eam fuiſſe legitimo matrimonio marito defuncto coniunctam, ſimulque ex bonis mariti, qui ſedulo in teſtamento ſuo hanc gratiam principis vrſit, portionem legitimam conſequi queat.

§. XLVII. Quodſi vterque coniugatorum adhuc in viuis eſt, vti in caſu, a SPENERO adducto, reuera contigit, dubitatio inde naſcitur, qua ratione huic diuturniori cohabitationi ſuccurri queat, vt in matrimonium legitimum eualeſcat? Rurſus puto, alias hic eſſe partes *iudicis eccleſiaſtici*, alias *principis*. Illius non aliæ ſunt partes, quam vt ſolennia conſueta ſecundum leges præſcriptas cohabitantibus iniungat, & ita hunc defectum ſuppleat, quamuis ad omne ſcandalum euitandum conſultius omnino ſit, vt ipſa *benedictio* haud fiat in *publico cœtu*, ſed priuatim in ædibus vel paſtoris, vel alibi, ſecundum præſcriptum conſiſtorii, quod eo magis tunc admodum conducibile eſt, ſi defectus non publice notorius, ſed tantummodo ſacerdoti manifeſtatus eſt. Hoc conſilium etiam approbat SPENER. *cit. l. p.* 570. Quamuis enim in tali caſu *benedictio* non neceſſaria videatur, cum de *occultis* non iudicet nec forum, nec eccleſia; facile tamen contingere poſſet, vt ex poſtfacto adhuc ille innoteſceret, quo ipſo plura incommoda antea adducta metuenda eſſent. Præterea quoque hoc caſu conſuetæ formulæ, alias in *copulatione ſacerdotali* adhiberi ſolitæ, ita eſſent transponendæ & immutandæ, vt ad caſum præſentem applicari congrue poſſent, illaque magis *confirmatio cohabitationis* huius illegitimæ, quam *noua* quædam *copulatio* eſſe videatur, de quibus omnibus conſiſtorium prudenter prouidebit. Quandoque adhuc adhibetur poſt diuturniorem cohabitationem.

§. XLVIII. Quia vero talis præpoſtera benedictio non adeo congrua eſſe videtur; ita, quod ad *principem* attinet, non dubium eſt, Quæ ſint principis partes?

Digitized by Google

eſt, quin, hac prorſus omiſſa, talem diuturniorem cohabitationem confirmare & pro legitimo matrimonio declarare poſſit. Fluit hæc obſervatio *ex iure diſpenſandi principis circa ſolennia conſueta.* Hæc licet regulariter omitti nequeant; hoc caſu tamen ex principis arbitrio omitti poſſunt, maxime cum ſæpius ſine difficultatibus ſuppleri nequeunt. Exemplum illuſtre, non adeo abſimile, refert HARDVIN DE PERE-FIXE *dans l' hiſtoire du roy Henry le grand ad an.* 1599 *p.* 281. circa matrimonium Catharinæ, ſororis HENRICI IV. ſacris Reformatorum addictæ, cum duce Barrenſi, ritus Romanæ eccleſiæ ſequenti, contrahendum, vbi ingentes difficultates circa benedictionem ſacerdotalem coortæ ſunt. Quo vſus hac in re ſit conſilio HENRICVS IV., prælaudatus auctor his enarrat verbis: *Il y eut de la difficulté pour le lieu & pour la ceremonie de la celebration de ce mariage. Le Duc vouloit, qu'il ſe fiſt à l'Egliſe, & la Fiancée, qu'il ſe fiſt au preſche. Le Roy trouva un milieu: il le fit faire dans ſon cabinet, où il amena ſa ſoeur par la main, & ordonna à ſon frere naturel, qui eſtoit Archeveſque de Rouën, il y avoit environ deux ans, de les marier. Ce nouvel Archeveſque en fit du commencement quelque refus, alleguant les Canons, qui le defendoient; mais le roy lui repreſenta, que ſon cabinet eſtoit un lieu ſacré, & que ſa preſence ſuppleoit aut défaut de toutes ſolennitez: Apres quoy le pauvre Archeveſque n' eut pas la force de reſiſter.* Quamuis enim in hoc caſu ſolennia ſacra non prorſus fuerint omiſſa; non omnia tamen, quæ ex ritu Romanæ eccleſiæ adhiberi debebant, adhibita, quæ tamen omnia *ſua præſentia* ſe ſupplere poſſe rex Galliæ cenſuit. Quidni ergo inter Proteſtantes hoc principi permiſſum foret, vt in hoc *caſu extraordinario* ſua indulgentia legis poſitiuæ defectum ſuppleret, præcaueretque, ne ex hac immatura copula ſacerdotali ſuperſtitio, plerisque maxime familiaris, oleretur?

An liberi ex ſponſa nati ſint legitimi, ſi benedictio ſacerdotis accedere nequeat ob fugam ſponſi.

§. XLIX. Poteſt etiam præterea aliis ex cauſis accidere, vt hæc ſolennis declaratio, quæ ſit coram miniſtro eccleſiæ, adhiberi non poſſit. Quid enim, ſi ſponſalia legitime fuerint contracta, & poſtea ſponſa a ſponſo imprægnata, ſponſus autem hoc facto a ſponſalibus conſummandis prorſus alienus eſſe videatur? Equidem non dubium eſt, quin, iis probatis, per ſententiam decerni poſſit: daß Beklagter vermittelſt der prieſterlichen copulation die Ehe-Verlöbniß zu vollziehen ſchuldig ſey. Quid vero, ſi diſceſſerit, vt effectum ſententiæ fuga ſua eluderet, incaſſumque redderet, nec ſpem reuertendi vllam faceret? Caſum huiusmodi ante annos aliquot Facultati noſtræ iurid. oblatum fuiſſe, memini, vbi, præſtito a ſponſa imprægnata iuramento ſuppletorio, indi-

ca-

catum fuerat, ſponſum refractarium ad matrimonium conſummandum cogendum eſſe; interim vero ille euaſerat, nec ſpes reuertendi ſupererat. Qua de cauſa, actis ad facultatem prædictam transmiſſis, rurſus iudicatum fuit, imprægnatam *pro vxore* eius legitima habendam & declarandam eſſe. Quamuis enim *ſolennia eccleſiaſtica* haud interuenerint; hæ tamen circumſtantiæ merito attendendæ fuerunt: (1) ſponſalia valide inter has perſonas fuiſſe contracta: (2) eis acceſſiſſe concubitum, quo ipſo *conſenſus matrimonialis*, quamuis *occulte*, editus erat: (3) ſententiam de matrimonio publice quoque contrahendo fuiſſe latam, eamque in *rem iudicatam* tranſiiſſe, quæ aliter executioni dari non potuit, quam vt imprægnata pro abſentis *legitima vxore* publice declararetur, & in bona eius immitteretur. Hoc modo non per viam *diſpenſationis*, quæ ſoli principi relicta eſt, ſed potius *executionis*, vt iudicatis ſuus vigor daretur, ſolennia eccleſiaſtica per iudicem eccleſiaſticum interim omittuntur, quæ tamen, reuerſo poſtea ſponſo, ſine dubio adhuc interuenire debent. Breviter: talis ſententia declaratoria eſt inſtar *decreti interimiſtici*, *ſeu ſententiæ prouiſionalis*, quam interim, donec impedimentum remotum fuerit, etiam iudex decernere poteſt, licet alias ipſi integrum haud ſit, a legibus præſcriptis recedere.

Quid ſi mors ſponſi interuenerit, vt benedictio accedere nequeat?

§. L. Ex his, quæ iam plenius deducta ſunt, manifeſtum eſt, non ſatis in tuto poſitam eſſe ſententiam aſſerentium, liberos ex deſponſatis natos eſſe legitimos, ſi vel maxime mors ſponſi interuenerit, vt *benedictio ſacerdotalis* ſponſalibus, concubitu conſummatis, accedere haud potuerit. Ita cenſet BRVCKNER. *in deciſ. matrim. c.* 2. *n.* 17. HAHN. *ad Weſenb. tit. de nupt. n.* 5. COTHMAN. *Vol. I. reſp.* 10. *&* 78. CARPZ. *P. III. c.* 14. *d.* 12. CYPRAEVS *de iure connub. c. XI.* §. 21. STRVV. *exerc.* 29. §. 26. *in f.* Equidem in *Saxonia* per *deciſ. nou.* 49. cautum eſt: Daß die vor der Trauung erzeugte Kinder, als ehrliche und rechte Erben, zu der Eltern Erben und Verlaſſenſchaft auf begebende Fälle zugelaſſen; die Eltern aber nichts deſto weniger wegen ihrer Begünſtigung beſtrafet werden ſollen. Huic deciſioni merito acquieſcendum, cum princeps ſit arbiter externorum ſolennium, & circa *formam* negotiorum *externam* diſpenſare poſſit; multo magis ergo lege publica exceptionem formare queat. Aſt, deficiente huiusmodi deciſione publica, ſententia adducta admodum lubrica videtur. Quæ COTHMAN. *cit. l.* affert, petunt id, quod eſt in principio, vel ad minimum ad ſtatum eccleſiarum noſtrarum, in quibus matrimonia publica per *hierologiam* contrahenda ſunt, applicari nequeunt. Ait: *conſenſum facere nuptias*,

Digitized by Google

ſolo affectu matrimonia contrahi, ſponſam iam eſſe vxorem, concubitu conſenſum matrimonialem eſſe declaratum, ſponſalia ipſa eſſe verum & indiſſolubile matrimonium, & denique benedictionem ſacerdotalem non pertinere ad veri matrimonii ſubſtantiam. Examinat plenius has rationes HOCHMAN. *de benedict. nupt. c.* 6. §. 7. easque tanti non eſſe, vt iis inhærendum ſit, oſtendit. B. STRYK. *in not. ad* BRVNNEM. *ius eccleſ. lib. II. c.* 16. §. 6. verbo: *ſuccedit vt legitimus*, diſtinguit inter ſucceſſionem ex *iure ciuili feudalique*, & quæ per *ſtatutum* liberis debetur. Ab hac liberos excludendos cenſet, cum, quos *ſtatuta* pro legitimis non agnoſcunt, illis nec deferant ſucceſſionem ſtatutariam; neutiquam vero ab illa, cum legitimitas non ſit æſtimanda ex legibus *eccleſiaſticis*, ſed *ciuilibus*, vbi ſufficit inter parentes verum conſenſum matrimonialem interueniſſe, præſertim cum *ius canonicum* non diſſentiat. Verum ſi ſolo *iure ciuili* viuendum foret, forſan hæc diſtinctio tolerari poſſet. Aſt cum omnia negotia primario æſtimanda ex *iure patrio proprio* & *legibus prouincialibus*, quæ *benedictionem* hodie pro *forma matrimonii* deſiderant, non amplius natura matrimonii æſtimanda ex *ſolo iure ciuili*, quin potius, vti iure ciuili matrimonium, non rite initum, nullos habebat effectus; ita etiam hodie de matrimoniis non rite celebratis merito idem aſſerendum eſt. Facile concedimus, deſponſatos per concubitum edidiſſe *conſenſum matrimonialem;* aſt hæc declaratio *inordinata* legibus publicis contraria & illegitima eſt. Quis vero huic poſſet effectum *legitimi matrimonii* tribuere? Cum ergo hæc quæſtio tam infinitis ſit inuoluta dubiis & ſcopulis impedita, conſultius pro eiusmodi ſponſa imprægnata eſt, vt mox principem adeat, ſponſo mortuo, peratque, vt ſua auctoritate defectum publicæ & ſolennis declarationis ſuppleat, & ſponſalia, per *concubitum* confirmata, per viam *gratiæ* pro legitimo declaret matrimonio, id quod tamen caute & re adhuc integra faciendum eſt, antequam ſcilicet proximiores defuncti cognati hereditatem adierint, quia hoc facto illis iam eſſet ius quæſitum, quod iis princeps auferre non facile poſſet.

Nihil operatur ſacerdotalis benedictio, ſi conſenſus paternus deficit.

§. LI. Ex eodem fundamento III) principes recte conſtituunt, vt, ſi vel maxime *benedictio ſacerdotalis* interuenerit, vitium tamen alunde huic coniugio, de facto contracto, inhæreat, illud nullum & irritum ſit. Quin hanc principis in legibus prohibitiuis mentem fuiſſe, licet clauſula irritans matrimonio haud fuerit adiecta, euidenter liquet *ex l.* 5. *C. de LL.* vbi cautum: *vt legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuiſſe ſufficit, ceteraque quaſi expreſſa ex legis voluntate liceat colligere,*

Digitized by Google

re, hoc eſt, quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolum inutilia, ſed pro infectis habeantur: licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere, quod factum eſt. Quamuis enim in propoſita ſpecie *benedictio ſacerdotalis* interuenerit; hæc tamen ſola non conſtituit *matrimonium*, niſi conſenſus eorum, quorum intereſt, *legitime*, h. e. *ſecundum leges*, interuenerit, omnique careat vitio, prout pluribus titulo præcedente iam demonſtratum eſt.

§. LII. Simili de cauſa ſi aliunde vitium in *coniugali conſenſu* appareat, non obſtante *benedictione ſacerdotali*, matrimonium nullum erit. Huc pertinet 1) ſi ius matrimonium ineundi is, qui de facto matrimonium per *benedictionem* iniit, non habuit, vtpote ſi iam cum alia publica ſponſalia celebrauit, &, his non obſtantibus, poſteriora ſponſalia nulla per nuptias & *benedictionem ſacerdotalem* conſummauit. Equidem CARPZ. *lib. II. iurispr. conſiſt. d.* 66. tantam vim *benedictioni* tribuit, vt hoc poſterius matrimonium *inordinate* contractum præferendum eſſe cenſeat, quod conſummatio eius per *benedictionem eccleſiaſticam* perinde ac quondam per *deductionem* ſponſi fiat, in cuius locum hodie in orbe chriſtiano *benedictio ſacerdotalis* coram facie eccleſiæ ſucceſſit. Verum de hoc non eſt controuerſia, ſed potius, an tale de facto contractum matrimonium vires habeat? quæritur. Non *quiuis conſenſus*, non *benedictio* conſtituit matrimonium, ſed *legitimus conſenſus*, per benedictionem publice & legitime declaratus, qua de cauſa CARPZ. in *praxi crimin. qu.* 67. *n.* 59. a ſe ipſo diſſenſit. Interim diſtinguendum eſſe iudico, vtrum, *legitima proclamatione* interueniente, matrimonium poſterius conſummatum, an vero illa omiſſa fuerit? Illo caſu, ſi prior ſponſa non interuenit, nec in præfixo termino contradixit, præcluſa eſt, quippe ſub *pœna præcluſi* citata; poſteriori vero tranſeundum merito in ſententiam B. STRYKII *in tr. de diſſ. ſponſ. ſect. IV. c.* 2. §. 5. iudico, cum duplex vitium hic adſit, tum omiſſio *proclamationis*, quæ, *mala fide* & *fraudulenter* contractum eſſe matrimonium, indicat; tum *conſenſus illegitime interpoſitus*, qui ob ius primæ ſponſæ quæſitum interponi non potuit, adeoque *benedictio* ratum facere nequit, quod irritum in ſe fuit. Huic conſequens eſt, vt, priori ſponſa ad conſummationem agente, matrimonium de facto contractum nullum declarandum, & ſponſus ſponſæ priori adiudicandus ſit.

Nec proficit copula ſacerdotalis, ſi priori ſponſæ iam ius eſt quæſitum;

§. LIII. Sic etiam 2) nullitas ex multis aliis cauſis emergere poteſt, quam *benedictio* rurſus conualidare nequit, vtpote ſi quis obtorto collo ad copulationem ſacerdotalem, nulla obſtante reclamatione,

vel ſi vis iniuſta probetur;

Digitized by Google

ne, tractus fuit, si vel maxime auctoritate consistorii, illegitime & de facto procedentis, haec solennitas fuerit peracta, quod notabili exemplo illustraui *tit. de sponsal.* §. 54. Quamuis enim ad sponsalia rite contracta consummanda refractarius cogi possit; *absoluta* tamen *compulsio*, re adhuc integra, fieri nequit, vt plenius *cit. l.* explicatum est. 3) Possunt etiam ex multis aliis causis nullitates matrimonii nasci, quas colligit B. STRYK. *in tr. de dissensu sponsal. sect. V.*, vbi speciatim *de nullitate matrimonii* agit, quas species hic repetere non vacat. 4) Nec verum matrimonium dicendum esse arbitror, quod in *articulo mortis*, vbi *nulla spes reconualescentiae* supereſt, contrahitur, licet vel maxime *benedictio sacerdotalis* interuenerit, quippe quae sola non constituit matrimonium, si cetera, ad coniugium necessaria, deficiunt. Si *spes liberorum & sanitatis* recuperandae supereſt, matrimonium recte contractum dicimus, licet vel maxime praeter spem & cogitationem aegrotans mox decesserit. vid. B. Dn. COCCEIVS *diss. de matrim. moment. c. vlt.* Tandem 5) si, *inconsulto principe*, vel *alio superiore*, de quo plura exempla adducit LAVNOIVS *cit. l. p.* 312. matrimonium contrahi nequit, nec contractum censetur per solam *hierologiam*, si princeps gratiam contrahentibus facere recusat.

vel si aliunde nullitas adest, vel in articulo mortis contractum,

vel in quibusdam locis inconsulto principe contractum.

§. LIV. Sicuti vero (IV) ideo principes in nostris ecclesiis *hierologiam* retinuerunt, & obseruandam esse constituerunt, vt de matrimonio rite contracto *publice* constaret, & hunc in finem quoque *banna ecclesiastica*, vt vocantur, praecedere debeant, quo in omnium notitiam instantes nuptiae veniant; ita *clandestinae copulationes*, sine praeuia *proclamatione* & *remotis arbitris* factae, in fraudem legis & contra legislatorum voluntatem excogitatae sunt, eo minus ponderis habituraе, si secundum rigorem procedendum esset. Hoc enim conclamatum est, principes, approbato hoc medio declarandi *publice* consensum coniugalem, hoc vnice intendisse, non vt sacerdotes matrimonium sua qualicunque *auctoritate vel quasi* constituerent, (quod saepius notatum est,) sed, vt, mediante eorum ministerio, contrahentes *publice* in omnium conspectu coram *ecclesia* consensum matrimonialem ederent. Hoc non facto, matrimonium nullum esset dicendum, nisi principes illud postea *legitimum* esse per viam *gratiae* declarauerint. Quod vero ius canonicum *clandestinis copulationibus* admodum faueat, eo minus mirandum, quo maius hac sententia *auctoritas sacerdotum* incrementum accipit. Sic enim matrimonium ex solo *sacerdotis* facto, licet *clandestino*, *occulto*, *iniusto* valet. En decretum ALEXANDRI III. *in c. 2. h. t. si matrimo-*

An clandestinae copulationes legitimum faciant matrimonium?

monia occulte contrahuntur, quod exinde legitima probatio non appareat, ii, qui ea contrahunt, ab eccleſia aliquatenus non ſunt compellendi, ſcilicet ad cohabitationem. Addit tamen: *verum ſi perſonæ contrahentium hæc voluerint publicare, niſi rationabilis cauſa præpediat, ab eccleſia recipienda ſunt, & comprobanda tanquam a principio in ECCLESIAE CONSPECTV contracta: ſi qui autem de clandeſtino matrimonio, poſtmodum ab eccleſia comprobato & rato habito, generati fuerint, eos legitimos iudices filios heredes.* Duo affert pontifex fundamenta, ex quibus talia matrimonia *occulta* legitima iudicanda eſſe cenſet: (1) quod ea haberi debeant, ac ſi *a principio in conſpectu eccleſiæ contracta ſint*, vtpote ſi *teſtimonium paſtoris*, cuius interuentu *ſacerdotaliter* coniuncti ſunt, producant, & ſic publice declarent, ſe *ritu eccleſiaſtico* copulatos eſſe. (2) Quod *poſt publicationem ab eccleſia comprobatum & ratum habitum fuerit.* Hoc rurſus de *clero* ſuo intelligit pontifex, qui tale matrimonium *legitimum* eſſe iudicat, & *eccleſiam*, h. e. *clerum*, matrimonium conſtituere dicit. Hæ rationes euidenter oſtendunt, quæſtionem de legitimo matrimonio vltimo in *iudicium* & *factum cleri* ſe reſoluere & ex eius arbitrio dependere. Id vero a Proteſtantium principiis & doctrina prorſus alienum eſt, vt ſæpius iam monitum, qui magis *ex præſcripto legum* a principe latarum, quam ex *nudo cleri iudicio* & *comprobatione* matrimonia legitima eſſe cenſent. Huius ergo, non *cleri* erit, tale matrimonium approbare, eique efficaciam tribuere, quod reuera eſt *illegitime & nulliter* contractum, cum contra leges initum fuerit. Hac approbatione deficiente, ſecundum genuinam *iuris* rationem cohabitatio talis effectus iuris habere non poterit. Quod autem vulgo inter Proteſtantes eius ratio non habeatur, id ipſum vnice incauto pruritui, ius canonicum vbique applicandi, tribuendum eſt, quod tamen non poteſt non fieri tum cum ſummo principum præiudicio, quorum leges ita euertuntur, tum etiam cum ſtatus eccleſiaſtici noſtri detrimento, qui ita ad *hierarchiam Romanam* attemperatur & componitur. Vtplurimum tamen tam inordinate matrimonium contrahentes pœna pecuniaria coercentur, quo ipſo id, quod irritum contractum eſt, & ſecundum rigorem reſcindendum, ad *maiora ſcandala* præcauenda approbatur, & hac ipſa pœna illud compenſatur, quod in ipſum matrimonium ſtatuendum foret. Multo minus vero *clandeſtina copulatio* ſacerdotalis effectus matrimonii habebit, ſi non matrimonii incundi gratia, ſed alia de cauſa impetrata fuerit, cum *ſimulatæ nuptiæ* non ſint nupriæ, *l.* 30. *D. de rit. nupt.* nec ſolum inſtrumentum absque nuptiis matrimonium pro-

probet. *l.* 13. *de nupt.* Eleganti hoc exemplo illuſtratur in *vſu modern.* STRYK. *ad tit. de rit. nupt.* §. 29. quo copulatio ſacerdotalis ficte tantum adhibita fuerat, quo imprægnata hac ipſa inſtrumentum, quod vulgo einen Trauer-Brief vocant, conſequeretur, & hoc ipſo turpitudinem ſuam velare poſſet.

Quatenus ipſi principes obligentur ad hæc ſolennia?

§. LV. Equidem (V) ipſi principes in matrimoniis ineundis eodem adhuc vtuntur ritu inter ſe, ſi *proclamationem* exceperis, quamvis ad illum non videantur eſſe obſtricti, cum legibus a ſe latis ſoluti ſint. Multæ tamen rationes ſuperſunt, quæ eos, ne *hunc ritum* omittant, inducunt. Nam (1) notum eſt, quod plerique adhuc *principiis iuris canonici* imbuti ſint, ſecundum quæ matrimonia æſtimant, & a *concubinatu* diſtinguunt, adeoque facile contingere poſſet, vt liberis, ex tali matrimonio natis, poſtea ius ſuccedendi in dubium vocaretur, tanquam ex *illegitimo matrimonio* natis, quale periculum quoque ipſi Auguſtæ imminere poſſet, ſi ſolenni ritu marito ſuo non eſſet coniuncta. Quo graviores autem effectus ex huiusmodi matrimoniis redundant, eo maiori circumſpectione opus eſt. (2) Adſunt plures leges publicæ in papatu natæ, quæ matrimonium ſecundum *morem eccleſiaſticum* contractum deſiderant, eisque ſoli effectus veri matrimonii adſcribunt, qui facile poſtea in dubium vocari poſſent, ſi hæc *ſolennitas eccleſiaſtica* omitteretur, præſertim cum ſuprema iudicia priſcis iuribus renaciter inſiſtere ſoleant. (3) Vix quoque *concubinatus* a matrimonio legitimo diſcerni poſſet, ſi hæc ſolennitas omitteretur, qua hodie *matrimonium* a *concubinatu* diſcernitur. Ad minimum metuendum eſſet, ne poſtea tali matrimonio *concubinatus* ſpecies affingeretur. Nullæ ſunt grauiores contentiones, quam de *principatibus* & *regnis*, ad quas præcauendas principes communi opinioni magis ſe accommodare, quam ſuo iure vti debent. Denique (4) vulgata eſt ſententia, principes inter ſe vti iure priuatorum. Quæ quamuis hic non adeo commode applicari poſſit; ad minimum tamen inſignem *iuris prætextum* præbet, facitque, ne principes hoc quoque ius, quo ſubditi inter ſe vtuntur, negligere, aut omittere queant. Breuiter: *ius* principibus hoc caſu non *abſolute* reſiſtit, ſed *ratio ſtatus* præſentis, quæ minime admittit, vt copula ſacerdotalis omitti queat.

Matrimonia conſcientiæ examinantur.

§. LVI. Si ergo ipſi principes ſemet ipſos ad hanc *ſolennitatem* adſtringunt; ſi ſuorum matrimoniorum vigorem inde petunt; multo magis (VI) ſubditorum connubia ſine ea irrita & illegitima erunt. Quid ergo ſunt *matrimonia conſcientiæ* aliud, quam *coniugia illegitima*

Digitized by Google

ma, irrita, nulla? Sunt enim, interprete HERTIO *de matrim. inſtaurat. & conſcient. ſect. II. §. 1. coniugium inæquale, quod clam & ſine ſolemnibus concubitus mutuæque cohabitationis cauſa contractum ſola coniugum fide ſuſtinetur.* Paulo prolixiorem definitionem tradit Dn. WILLENBERG. *de matrim. conſcient. §. 13* quod ſit *coniugium occulta coniugum fide, de qua aliis non conſtat, in finem veri coniugii contractum, vt coniuges indiſſolubili vinculo ſibi inuicem cohabitent, ſed de mutua fortuna non æqualiter participent, neque liberis ex ſe natis iura aliorum liberorum permittant.* Quia ergo *α)* eſt *occultum coniugium*, non male cenſuit FELTMANN. *de impari matrim. P. I. c. 3. n. 424.* nomen huic matrimonio inditum eſſe a *conſcientia* ſeu *ſcientia*, quod ſola *ſcientia cohabitantium* nitatur, & aliis haud innoteſcat. Ideo vero *β)* præterea *clandeſtinum* atque *occultum* dicitur, quod *ſolennia eccleſiaſtica* haud fuerint adhibita, ex quibus *vera & legitima* matrimonia æſtimantur. Ita ergo *γ)* *coniugium* minus recte dicitur, niſi id *naturale*, quod *ſolo conſenſu coëuntium* contrahitur, vocaueris, æque vt *concubinatus* vocari ſolet *matrimonium naturale.*

Denominationis ratio.

Carent ſolennibus eccleſiaſticis.

§. LVII. Vtrum vero talis cohabitatio iuri *naturæ & diuino poſitiuo* conformis ſit, an vero ab eo diſcreper, inquirunt eruditi & varia in vtramque partem adferunt argumenta, examinata ab HERTIO *cit. l. §. 2. ſqq.* & WILLENBERGIO *cit. l. §. 20. ſqq.* Inter *licita & non reprobata* vterque hæc connubia *occulta* habet, tum quod *conſenſus coniugalis* vtroque iure ſufficiat, tum quod *benedictionem ſacerdotalem* neutrum ius requirat poſtuletue. Me iudice non recte ſtatus controuerſiæ formatus videtur ab vtroque. Non quæritur hic de perſonis extra *rempublicam* conſtitutis, quæque *legibus nullis* adſtrictæ in *libertate naturali* viuunt: illæ ſola *fide coniugali & pacto connubiali* coniugium ineunt, nec *ſolennitatem* vllam adhibere tenentur. Quæſtio potius formanda de his, qui 1) in *ſtatu ciuili* viuunt, 2) ad *leges eccleſiaſticas* adſtringuntur, vel ex *vinculo ſubiectionis*, vel ex *ſpontanea earum receptione*, adeoque ſtatus controuerſiæ huc redit: vtrum tale *matrimonium occultum* in *ſtatu ciuili*, in quo leges ex optimis rationibus *publicam* deſiderant *ſolennitatem & declarationem*, alias autem cohabitationes damnant reprobantque, contractum cum iure naturæ & diuino poſitiuo ſubſiſtere poſſit? quod prorſus nego. Etenim (1) ius naturæ & diuinum poſitiuum permittunt, vt negotiis quibuscunque pro ſalute reipubl. & bono communi legislator poſſit addere quid, quod ad *formam* eius pertineat, vt, hoc poſthabito, actus ſit *nullus*, & *iniuſtus*,

De horum iuſtitia diſſeritur.

Status controuerſiæ recte formatur.

Rationes contra talia coniugia occulta.

Digitized by Google

maxime ſi ſub pœna prohibitus eſt. Talem *formam externam* ex rationibus admodum prægnantibus *leges ciuiles* præſcripſere matrimoniis, ceterasque cohabitationes, & quidem ſub pœna, damnarunt; quæ enim leges *concubinatum* damnant, reprobant, puniunt, eædem etiam tale *connubium occultum*, quod *veri concubinatus* ſpeciem ſapit, minime admittendum eſſe iubent. Quæ ergo lex inculcat præcipitque, obediendum eſſe imperantibus, nec contra leges prohibitiuas eſſe faciendum, (id quod *lex naturæ* & *poſitiua diuina* conſtituit docetque,) eadem quoque reprobat has *occultas cohabitationes*, voluntati legislatoris aduerſantes. (2) Ius naturæ & diuinum poſitiuum, etſi nullum *ordinem* præſcribat, iubet tamen *ordinate* omnia eſſe peragenda, cum Deus ipſe ſit *ordinis boni aſſertor* & *vindex*. Poſito ergo *certo ordine*, matrimoniis a legibus præſcripto, poſita lege de *ſacerdotali copulatione* adhibenda, & connubio *coram eccleſia* manifeſtando, etiam *ius naturæ* & *poſitiuum diuinum*, quod ſingulos ad talem ordinem adſtringit, omnes alias *inordinatas clandeſtinas* & *occultas* cohabitationes damnat, & inter illicita collocat. Si *ius naturæ* & *diuinum poſitiuum* ignorat *hierologiam*, non tamen eidem reſiſtit, quia vt ſupra §. II. *ſeq.* oſtendi, admodum ſuader *publicam declarationem* in ſtatu *ciuili*, vt veri matrimonii imago non polluatur per promiſcuos concubitus. Concludo itaque, in *ſtatu ciuili*, in quo ſubditis *publica* & *ſolennis declaratio conſenſus coniugalis* ſub *pœna* præſcripta eſt, hæc connubia occulta iuri diuino omnino aduerſari. Iam GROTIVS obſeruauit, quædam pugnare cum iure naturæ *abſolute*: quædam *ſecundum quid*, poſito certo ſtatu, ſecundum quem principia ſua dextre applicanda eſſe ſtatuit. Poſito ergo *ſtatu ciuili*, poſita lege *clandeſtinas cohabitationes* prohibente, ius *naturæ* & *diuinum poſitiuum* etiam eas reprobat damnatque, vt magis talia matrimonia *contra conſcientiam*, quam *ea ſalua* ineantur.

An inter imperantes licite ineantur?

§. LVIII. Hæ vero rationes potiſſimum *ſubditos* reſpiciunt. Imperantium, qui *lege ciuili* non tenentur, forſan diuerſa eſt ratio, vt ad minimum horum intuitu talis *cohabitatio clandeſtina* licita cenſeri debeat. Ante omnia diſtinguendum eſſe cenſeo inter principem ſacris aulæ Romanæ addictum, & Auguſtanæ confeſſionis conſortem. Ille *legibus eccleſiaſticis* ex inſtituto religionis, quam profitetur, ſeſe ſubmittere tenetur, & quia hanc *obligationem* agnoſcit, eamque in ſe admittit, eidem quoque cohabitatio talis *illicita* eſſe debet. Poſito enim tali ſtatu eccleſiaſtico, in quo principes ipſi *ſubditorum* numero cenſentur, non poterit illis eſſe licitum, quod ceteris prohibitum eſt. Ceterum proteſtantium Principum diuerſa quidem conditio eſt, quod *legislatorem ſu-*

pe-

Digitized by Google

periorem in eccleſia non agnoſcant, ſed ipſimet tales leges condant, nec easdem *ſibi*, ſed *ſubditis* præſcribant, vt in gradibus, ſubditis prohibitis, ſine vlla diſpenſatione matrimonium inire poſſint; non tamen hoc modo omnis ſuperata eſt difficultas. Sunt Principes proteſtantes *legibus eccleſiaſticis* ſoluti; non tamen prohibentur, ſponte ſe eisdem ſubmittere, easque in ſe quoque admittere. Quatenus ergo eis ſeſe ſubmiſere, eatenus illis viuere debent. Iam vero ſupra ex variis rationibus obſeruaui, Principes ſeſe ſubmiſiſſe legi de *hierologia* adhibenda, vel ad minimum de matrimoniali conſenſu *publice* & *ſolenniter* declarando, adeoque poſita tali conditione, *clandeſtina cohabitatio* licita amplius eſſe nequit.

§. LIX. Poſſem etiam hic adiungere argumenta, quæ ſupra concubinatui oppoſita ſunt *lib. III. tit.* 2. §. 9. *ſqq.* Ante omnia tamen inquirendum, vtrum *concubinatus* ſpecies hæc *cohabitatio occulta* dicenda? quod afferendum eſſe arbitror. Etenim 1) hæc cohabitatio inter *inæquales* æque vt concubinatus iniri ſolet: 2) non deſiderat *ſolennia eccleſiaſtica*, æque vt *concubinatus*: 3) *ſolubilis* eſt, quod etiam concubinatui proprium: 4) vxor clandeſtina æque vt concubina non fruitur *iuribus legitimarum coniugum*, ſed, quod pacto occulto conuentum, petit duntaxat: 5) liberi ex hoc coitu occulto nati æque ſunt *illegitimi* ac concubinarii; niſi Principis gratia ex poſtfacto hanc cohabitationem legitimauerit, quo facto reuera liberi iam nati per indirectum legitimantur. Talis cohabitatio eſt ſpecies concubinatus.

§. LX. Magis vero (VII) matrimonio *rato* accedit coniugium *lege Salica* contractum ſeu ad *morganaticam*, vtpote in quo *ſolennia eccleſiaſtica* adhibentur. Contrahitur hoc cum femina *inæqualis conditionis*, ritu quidem eccleſiaſtico, non vero cum *effectibus ciuilibus*, matrimonio ſolenni tributis; neque enim liberi ex hoc *coniugio ſecundario* nati ſuccedunt patri, nec illuſtris eius dignitatis participes reddunturnec vxor iura & lucra vxorum legitima ſibi vindicat, ſed quod pacto conuentum eique cum liberis aſſignatum eſt, tantum lucratur. Iam dudum HOTTOMANNVS, GROTIVS aliique docuerunt, ad *concubinatum* hoc coniugium proxime accedere, cuius rationem ſpecialius expoſui *lib. III. tit.* 2. § 8. *ſqq.*, inprimis vero §. 20. docui, 1) hunc fuiſſe *matrimonio legitimo* oppoſitum: 2) cum *inæquali* contractum, cum qua iure antiquo Germanico *legitimum* iniri non poterat *coniugium*: 3) ſine *dotatione*, vxoribus legitimis debita, aliisque lucris nuptialibus. Ex variis cauſis hanc *conſuetudinem concubinariam* reprobarunt Patres & De matrimonio morganatico

ex concubinatu orto,

pontifices, quorum cenſuram iramque vt euitarent, qui concubinam alere & in domo ſecum habere vellent, *copula ſacerdotali* eandem ſibi tradi curabant. Hoc ipſo quidem ſecundum *leges eccleſiaſticas* matrimonium *ratum*, & ſocietas hæc, antea vaga, *inſolubilis* reddebatur; non tamen erat *legitima* ſecundum *leges ciuiles*, maxime *Germanicas*, contracta, quæ, vt dixi, *legitimum coniugium* inter *inæquales* haud tolerabant, teſte ADAMO Bremenſi *lib. I. hiſtor. eccl. c. 5. Quatuor differentiis gens illa* Saxonum *conſtitit, nobilium ſcilicet & liberorum libertorumque atque ſeruorum. Et in LEGIBVS firmatum, ne vlla pars in copulandis coniugiis propriæ ſortis terminos tranſferat, ſed nobilis nobilem ducat vxorem & liber liberam, libertus coniugatur libertæ & ſeruus ancillæ.* vid. infra *tom. IV. de coniug. ſeru.* Hæc itaque conſociatio intuitu *eccleſiæ* pro matrimonio *rato*, quoad *forum ſeculare* vero inſtar *concubinatus* erat, ſimilesque cum eo effectus habebat. Id indicarunt pontifices, diſtinguendo inter matrimonia *rata, legitima*, & *rata & legitima* ſimul. Hæc erant ſolennia matrimonia, effectibus quibuscunque tam *eccleſiaſticis* quam *ciuilibus* inſtructa, h. e ſecundum leges tam *eccleſiaſticas* quam *ciuiles* contracta. *Rata* autem illa denotabant, quæ tantum ſecundum *leges eccleſiaſticas* inita erant, h. e. interueniente *copula ſacerdotali*, ſed non ſecundum *leges ciuiles*. Atque tale erat matrimonium ad *morganaticam* vel *morgengabicam* contractum.

quod tamen intuitu eccleſiæ pro matrimonio rato habitum fuit.

§. LXI. *Morgengabam*, quæ corrupte *morganatica* dicta fuit, fuiſſe *donum matutinale*, quod maritus vxori poſt primam noctem exactam donabat, docet *ſpeculum Saxonicum lib. I. art. 20.* Nu vernemet, dat ytlick man van Ridders ahrt mag geven to Morgengave ſynem Wyve des Morgens, alſe he mit tho Tiſche gath, vor etene, h. e. ante *prandium.* GREGORIVS Turonenſ. *lib. IX. c. 20 morganegabam*, i. e. *donum matutinale* appellat, quod plenius ex antiquitatibus illuſtrat & variis argumentis exornat B. GVNDLING. *diſſ. de emt. vxor. dot. & morgeng. c. III.* Palam omnino eſt, Germanos magis ex *concubitu* quam *nudo conſenſu* perfectionem matrimonii æſtimaſſe. Tunc demum coniugium cenſebatur contractum, vbi *thalami conſcenſio* facta, vt dicitur in *ſpec. Saxon. lib. I. art. 45.* Sie tritt in ſein Recht, wenn ſie in ſein Bette tritt. Matrimonio hoc modo contracto maritus vxorem ſuam *munere* quodam denuo ſibi propriam dicabat: vt enim moris erat, poſt contracta ſponſalia *ſponſalitiam largitatem* in ſponſam conferre; ita etiam matrimonio inito vxori aliquid offerendum erat in pignus amoris coniugalis.

Quid morgengaba in hoc matrimonio denotauit?

§. LXII.

Digitized by Google

§. LXII. Vtplurimum ſolenni inſtrumento hæc *morgengaba* cum aliis nuptiarum lucris determinabatur promittebaturque. Idem quoque factum fuiſſe reor in deſponſatione vxorum *ſecundariarum*, quibus *donum* quoddam promittebatur, quo ſimpliciter cum liberis ex ſe natis contentæ eſſe iubebantur, ſine vlla ſpe ſuccedendi, aut *dotalitium* petendi. Hoc *donum* generaliori in ſenſu etiam *morgengabam* dixere, indeque factum, vt tale matrimonium *inæquale*, ad *morgengabicam* dictum ſit, ſeu *morganaticam*, vt docet feuditta 2. *f.* 29. Nam ipſi etiam codices variant, vt obſeruat FRIDERICVS SCHENCK Baro a TAVTENBERG *ad cit. tx.* aſſeuerans, ſe vidiſſe codicem veteſtiſſimum, quo rubrica textus ita concepta erat: *de filiis natis ex matrimonio ad MORGENGABIVM contracto*, h. e. quod ita contractum, vt vxor cum liberis ex ſe natis nil vlterius acciperet, quam *ſolam morgengabam*, qua appellatione poſtea generaliter id *donum* denotarunt, quod vxori liberisque ex ea natis pacto præcedente erat aſſignatum, licet altera nuptiarum die id non ſtatim acciperet. Ceterum cum reuera hoc modo parum a *concubinatu* diſtet, inde forſan factum, vt illuſtres tale coniugium *inæquale* inire ſoleant; ceteri ſubditi inferiores non item, qui cum *æqualibus* regulariter iunguntur, matrimonium *legitimum* contrahunt, ex quo liberi nati ſucceſſionis feudalis & allodialis capaces fiunt, prout *tit. de coniug. ſeru.* declarabitur. Specialia huius *matrimonii* inæqualis iura explicuere 10. PHILIPPVS PRIOR, LINCKIVS, COCCEIVS, SCHWEDERVS aliique, in quorum explicationem me haud immittam, vtpote qui tantum *eccleſiaſtica* excutio.

Sola morgengaba contenta mulier eſſe debuit ſecundaria.

TITVLVS IV.
DE
SPONSA DVORVM ET SPONSO DVARVM.

§. I.

De concurſu ſponſalium, & quænam ſponſa in eo præferri debeat, in Proteſtantium foris quoque admodum diſputari ſolet. Sed quam incertis in hac doctrina fluctuent Dd fundamentis, *tit. de ſponſal.* §. 61. *p.* 1123. iam obſeruaui & explicui. Retinuerunt proteſtan-

Difficultas in doctrina de concurſu ſponſalium.

Digitized by Google

ſtantes ICti diſtinctionem inter ſponſalia de *præſenti* & de *futuro*, diuerſo a iure canonico ſenſu, & tamen ita male cohærentem & transformatam appliquerunt ad hanc materiam. Regula enim prima iuris canonici hæc eſt: *Si proprie dicta ſponſalia* (i. e. *de futuro*) *concurrunt, præferenda priora*, vt docet *c.* 22. *X. de ſponſal. in f.* Idem noſtrates de *publibis ſponſalibus* inter ſe concurrentibus communiter aſſerunt, quamuis non adeo congruenter agant, quod rectus iuris canonici, de ſponſalibus *de præſenti* agentes, pro hac regula demonſtranda allegent. Idem quoque dicendum, *ſi ſponſalia de præſenti inter ſe concurrunt*, de qua regula egi *tit. de ſponſal.* §. 65. *p.* 1127.

(1) Si duo de futuro concurrunt.

§. II. Altera regula eſt: *Si ſponſalia de futuro concurrunt, & ad alterutra acceſſit concubitus, tunc illa indiſtincte præferenda cenſent, ad quæ acceſſit concubitus.* Ratio eſt in *c.* 30. *X. de ſponſ.* quod ſponſalia *de futuro* per concubitum tranſeant in *matrimonium* ſecundum principia canonica, imo per *concubitum* talem etiam *ſacramentum* perficiatur; hoc autem indiſtincte præfertur *ſponſalibus*. Quid de hac ratione cenſendum ſit, ex iis, quæ dicta ſunt *tit. I. §.* 59. *ſeq. & II.* §. 20. *ſqq.* liquet. Nemo forſan in dubium vocabit, poſteriora ſponſalia eſſe *nulliter* contracta, quomodo ergo per *concubitum* tranſire poſſunt in *matrimonium*? In foris Proteſtantium fere eadem narratur fabula, a canoniſtis tradita; alibi tamen hoc mutatum rectius, cum ratio iuris canonici omnino frivola & reprobanda ſit. Sic in ſtatutis Hamburgenſibus *P.* 2. *tit.* 11. *art.* 5. hoc ita temperatum eſt: Würde einer zweyen Jungfrauen oder Wittwen die Ehe verſprechen, und ordentlicher Weiſe zuſagen, auf dem Fall iſt die erſte Zuſage bündig, und die letzte von keinen Würden, es wäre denn, daß er die andere hätte fleiſchlich erkant, ſo würde dieſelbige Verlobniß in dieſem Fall der erſtern, woferne die Perſon von der erſten keine Wiſſenſchaft gehabt, vorgezogen. Hoc ergo iure *poſteriora* præferuntur propter concurrentem ſponſæ *bonam fidem*. Contrarium obſeruatur in *ducatu Magdeburgico* per *ordin. polit. c.* 37. §. 22. & 23. vbi ſponſæ priori permittitur, vt, ſi in gratiam cum ſponſo redire velit, illum recipere queat, mutata *relegationis* pœna in carceris. In Saxon. itidem hoc obſeruatur *ab ordin. eccl. tit.* Ehe-Sachen, vbi dicitur: Würde ſich aber die Perſon, ſo ſich mehr denn eins bindlich verlobet, mit der letztern Perſon fleiſchlich einlaſſen, ſo ſoll der erſten verlobten unſchuldigen Perſon nichts deſto minder frey ſtehen, ob ſie ſich mit dem Verbrecher verſühnen will. Quod vero quædam locorum ordinationes eccleſiaſticæ receſſerint a iure canonico, id ex quodam

(2) Si ad alterutra acceſſit concubitus.

errore

errore esse factum autumo, cum secundum ius canonicum sponsalia *de praesenti* per sponsalia posteriora, concubitu confirmata, nullo modo infirmentur. *c.* 31. *X. de sponsal. c.* 3. *X. h. t.* Iam vero ex communi errore sponsalia proprie dicta, h. e. *publica* atque *pura*, pro illis, quae de *praesenti* sunt, haberi solent, & sic praeter intentionem in plerisque locis, ex falsis licet atque erroneis principiis, veriorem amplexi sunt sententiam. Nam etiam antesignanus Dd. iuris ecclesiastici CARPZ. *lib.* 2. *iur. eccl. def.* 65. *n.* 12. pro defendenda hac sententia praesidium ingens quaerit in *all. c.* 31. quod integrum recitat, & in suas trahit partes, licet de talibus sponsalibus agat, quae nobis sunt incognita. Adducit praeterea *c.* 30. *de sponsal. c.* 1. 3. *f. X. h. t.* in quibus de sponsalibus de *praesenti* agitur, sed in alieno a nostris foris sensu, adeo, vt, si status controuersiae recte formatur, ius canonicum plane recedat ab hac opinione, vti antea iam enuctum est.

§. III. *Tertia* regula est: *Hoc vlterius quoque tunc verum est, si iam benedictio sacerdotalis posterioribus accessit sponsalibus.* Ratio iuris canonici est, quia eo casu *matrimonium* concurrit cum *sponsalibus*, & sic tanquam validius praefertur, cum etiam sponsalia de *praesenti* praferantur, benedictione solenni haud munita *c.* 31. *de sponsal. c.* 3. *& f. h.* Sed quid moribus ecclesiarum protestantium? Rursus ambigunt interpretes, & dubiis dubia addunt. CARPZOVIVS *lib.* 2. *I. E def.* 66. praeter intentionem cum *iure canonico* conspirat, quamuis existimet, illud sibi non constare, quia scilicet ipsemet alias substituit definitiones sponsalium de *praesenti* & de *futuro.* Hinc *n.* 24. ait: *Dicant pontifices quicquid velint, non certe auctoritas ipsorum tantum valere debet, vt scandalo fenestra aperiatur.* Et tamen pontifices ipsi haud sunt contrarii, si eorum mentem penitius intuemur. BERLICH. *P.* 4. *concl.* 28. *n.* 66. contrarium cum multis aliis a CARPZOVIO allegatis *n.* 3. statuit, putans, se conformia iuri canonico tradere, & hunc in finem prouocat *ad* 31. *X. de sponsal.* c. 1. 3 *& f. X. b.* quos textus adeo perspicuos esse dicit, vt *sacrilegii* instar videatur, contra eos disputare, secundum quos potius in consistoriis pronunciandum sit. Et tamen praeter intentionem abiit a doctrina iuris canonici, cum ex recepta confusione & metamorphosi nostra sponsalia *pura* seu de *futuro* cum illis, quae iure canonico *de praesenti* dicuntur, contulerit, imo talia esse pronunciauerit, quod falsum tamen est. Si in hoc conflictu dicendum, quod res est, omnino recedendum esse a *iure canonico* arbitror, quippe quod supponit, post benedictionem iam adesse *sacramentum*, per consensum matrimonialem concubitu consummatum, id

(1) Si posterioribus accessit benedictio sacerdotalis.

quod

quod tamen noſtrates reſpuunt, prout *tit. III. §. 52. p. 1302.* iam obſeruaui. Reliqua argumenta ſatis ſolide examinauit atque excuſſit Dn. STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect. 4. c. 2. §. 5.* adeoque hic praxin iuris canonici haud agnoſco.

(4) Si concurrunt ſponſalia de præſenti & de futuro.

§. IV. *Quarta* regula eſt: *In concurſu ſponſalium de præſenti & de futuro indiſtincte illa præferuntur, licet hæc ſint priora.* Hanc ſupra iam examinaui tit. *de ſponſal. §. 61. p. 1123* vt vlteriori diſquiſitione hic ſuperſedere queam. Progredior ergo ſtatim ad *quintam*, quæ hæc eſt:

(5) Si ad illa de futuro acceſſit concubitus vel benedictio.

Imo adhuc præferuntur ſponſalia de præſenti, licet de futuro priora ſint, & poſt contracta de præſenti demum ad priora concubitus aut benedictio ſacerdotalis acceſſerit. c. 15. X. de ſponſal. c. 31. X. eod. c. f. X. h. t. Etiam hanc regulam ſub incudem reuocaui *cit. l. §. 62. p. 1124.* adeoque nec hic aliquid vlterius addam. *Sexta* ergo in ſcenam prodeat regula: *Sponſalia pura (de præſenti vulgo dicta) eſſe præferenda, licet vel maxime illis, quæ conditionata (de futuro vulgo dicta) & poſteriora, concubitus vel hierologia acceſſerit.* Hæc regula ſupra *cit. l. §. 63. p. 1125* explicata & exa-

(7) Si ad ſponſalia de futuro acceſſit concubitus, antequam de præſenti accedant.

minata eſt. Hinc ſtatim ſuccedat *ſeptima: Quod aliud ſit dicendum in caſu priori, ſi ad ſponſalia de futuro acceſſit concubitus, antequam ſponſalia alia de præſenti contracta fuerint.* Hanc regulam tradidi *cit. l. §. 64. p. 1125.* ſimulque eandem ſub examen reuocaui. Vltima denique regula eſt: *Quoties ſponſalia de præſenti (pura) concurrant, priora præferuntur, licet ad poſteriora acceſſerit concubitus.* Hanc quoque regulam ſupra *cit. l. §. 66. p. 1128* & ex veris principiis ſatis excuſſi.

De bigamia,

§. V. Præterea conſtat ex *c. 2. X. h. bigamiam* de iure canonico grauiter improbari, adeo, vt maritus bigamus, relicta poſteriori, teneatur redire ad priorem, atque hoc *ſacrilegii* inſtar eſſe dicitur in *c. de coniugali 50. C. 27. q. 2.* conf. *c. 3. C. 34. qu. 1.* Ipſum quoque ius ciuile adeo *polygamiam* reprobat, vt ne quidem Iudæis illam concedere voluerit. *l. nemo C. de Iudæis. l. 18 C. de adult.* In *conſtit. crim. Carol. V. art. 121.* bigamia prohibita eſt ſub *pœna capitali*, quam & in praxi ſequimur, teſte experientia, licet huius pœnæ ratio peculiaris ex conceptu *ſacramenti* profluat, quo reſpiciunt ſine dubio verba in *d. art.* in Geſtalt der H. Ehe; prætereaque additur: daß ſolches mehr als ein Ehebruch ſey, h. e. *adulterium* cum *ſacrilegio* quodam coniunctum, qua de cauſa ne quidem interceſſionem innocentis coniugis aliquid operari poſſe, vulgo, ſed per errorem, ſtatuunt. Neque de eo dubitandum, cum (1) in *c. 50. C. 27. q. 2.* SYRICIVS papa hoc ſatis profiteatur, in-

in qua ſacrilegii crimen vulgo quærunt.

qui-

Digitized by Google

quiens: *Illa benedictio, quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles eiusdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ulla tranſgreſſione violetur.* Loquitur autem ibi de *bigamia.* (2) Expreſſe canoniſtæ docent, quod ſuſpicio cuiusdam *hæreſeos* in polygamia ſubſit, cum male videantur ſentire de *ſacramento matrimonii.* SANCHEZ *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 80. *n.* 1. MENOCH. *de A. I. Q. caſ.* 420. *n.* 214. COVARRVVIAS *de ſponſ. P.* 2. *c.* 7. § 3. *n.* 6. Verum de hoc crimine in noſtris foris non coram *iudice eccleſiaſtico*, ſed *laico* cognoſcitur, in *foris criminalibus*, adeoque *lib. V.* de eo commodior agendi locus erit.

§. VI. Sed nec *bina ſponſalia* carent pœna. Plerumque iis in iure canonico pœnitentia impoſiti ſolet *c.* 1. *X. de ſponſ. c.* 31. *X. ibid.* Grauior pœna haberur in *c.* 2. *X b.* quæ tamen ad caſum *bigamiæ* magis ſpectare videtur. De iure ciuili in contrahentes *bina ſponſalia* pœna *infamiæ* conſtituta eſt, *l.* 18 *C. ad L. Iul. de adult. l.* 13. § 1. *ſqq. D. de bis, qui not infam.* quæ confirmata eſt in der Magdeb. Policey-Ordn *c.* 37. §. 23. ibi: jwar Ehrlos und unrüchtig ſeyn, quod & *iure Saxon.* obtinet, CARPZOV. *lib.* 2. *iur. eccl def.* 64. *n.* 3 vbi & carceris aliaque arbitraria dictari ſoler. Imo nec infrequens eſt, vt parti nocenti *pœnitentia eccleſiaſtica* iniungatur atque per ſententiam imperetur, id quod forſan ex principiis iuris canonici profluit, ſecundum quæ ordinarie pœnitentiam ſubire debet reus. De ceteris pœnis Dn. STRYK. *de diſſ. ſponſ. ſect.* 4. *c. vlt.* conſulendus eſt, vnde ſimul manifeſtum redditur, de his pœnis non decernere *conſiſtorium*, ſed *iudicium criminale*, vti ſupra *tit. de foro competente tom. I. p.* 998. §. 25. præiudicio facultatis noſtræ roboraui atque adſtruxi. Crimen binorum ſponſalium.

Digitized by Google

TITVLVS V.
DE
CONDITIONIBVS APPOSITIS IN DESPONSATIONE VEL ALIIS CONTRACTIBVS.

§. I.

Fluctus de condrionatis ſponſalibus.

DOctrina de *conditionatis ſponſalibus* non adeo difficultate laboraret, ſi ſimpliciter principia de *pactis conditionalibus* hic applicarentur. Sed etiam hic mouit turbas in foris Proteſtantium *ius canonicum*; mouerunt præterea *interpretes*, relictis ſolidis principiis ad vulgatas canoniſtarum deciſiones confugientes. Supra iam reiectum eſt illud commune præiudicium, ſponſalia *de futuro* eſſe *conditionata*, cum & *pura* talia eſſe poſſint. *c. 2. X. de ſponſ.* Sunt vero conditiones in duplici differentia, aliæ *expreſſæ*, aliæ *tacitæ*. Illæ externe adiiciuntur, nec ſubintelliguntur, adeoque proprie loquendo demum actum faciunt conditionalem; hæ vero ſubintelliguntur *tacite*, atque adeo actum *purum* relinquunt.

Conditiones ſunt vel tacitæ vel expreſſæ.

Tacita ex natura rei deſumitur,

§. II. *Tacita* conditio cum ſubintelligatur, inprimis capienda eſt ex *natura negotii* & ex eo potiſſimum, quicquid homines communiter, tale negotium ineuntes, ſolent ſubintelligere. Id vero ex *communi intentione* negotium tale ineuntium vnice æſtimandum eſt. Quodſi nunc quæris, quænam ſit *communis intentio* eorum, qui ſponſalia ineunt; ſtatim parata eſt reſponſio, tum quod *honeſtam thori ſociam* ſibi quærere, tum quod *liberos* cum eadem *procreare* velit. Ex priori intentione ſponſalibus ſubeſſe videtur illa conditio, *ſi ſponſa haud ſit ſtuprata aut impregnata*; nam procul dubio ſponſus nunqvam talem duxiſſet, ſi *qualitatem occultam* ſponſæ antea ſciuiſſet. Alias Dd. in eo ſunt, vt ex doctrina de *errore* hanc reſoluant quæſtionem, vbi nimis tortuoſe diſquirunt, vtrum ſit *error ſubſtantialis*, nec ne? vid. ARNISAEVS *de iur. connub. c. II. ſect. 4.* Contra eſſentiam matrimonii talis error non eſt, cum

qualis eſt, ſi virgo adhuc intacta fuerit.

Digitized by Google

cum iam antea imprægnata ſatis apta ſit ad matrimonium. Forſan, vt ex doctrina de *errore* hanc quæſtionem decideret, ſeducti ſunt per GRATIANVM in *C. 29. qu. 1. per tot.* vbi varias refert diſtinctiones quoad *errorem* in deſponſationibus occurrentem, & denique concludit, errorem circa *qualitatem perſonæ* non excludere conſenſum, atque huc refert hunc circa *virginitatem* errorem, aiens: *Similiter qui ducit in vxorem meretricem vel corruptam, quam putat eſſe caſtam, vel virginem, non poteſt eam dimittere & aliam ducere*, quamuis ad hanc aſſertionem probandam nullam, vt alias conſueuerat, adduxerit auctoritatem. Sed merito ab hac ſententia noſtrates receſſum fecerunt, non quidem ex ea ratione, quaſi hic ſubſit *error ſubſtantialis*, (nam in quo ille latitet, doceri nequit; quamuis ad hunc prouocet CARPZOV. *lib. 2. I. E. def. 187 n. 7. & def. 193*) ſed potius quod *conditio tacita* deficiat, qua ſubintellecta matrimonium vel ſponſalia cum ſponſa iniit. CYPRAEVS *de ſponſal. c. 13. §. 39.* Dn. STRYK. *de diſſenſ. ſponſal. ſect. 2. §. 34.* Hac ſuppoſita ratione decidendi non adeo eſt difficilis deciſionis quæſtio, an idem dicendum, *ſi vi compreſſa ſit virgo?* quod recte affirmat Dn. STRYK. *cit. l.* cum itidem deficiat illa *tacita* & communiter ſubintellecta *conditio* virginitatis. Quod vero hæc ſit communis ſponſorum intentio, quod velint intactam ſibi deſpondere virginem, eleganter docet AVGVSTINVS, allegatus ab ipſo GRATIANO diſſentiente in *c. 2. C. 32. qu. 6.* aiens: *Si ducturi eſtis vxores, ſeruate vos vxoribus veſtris. Quales VVLTIS eas inuenire, tales & ipſæ inueniant vos. QVIS IVVENIS EST, QVI NON CASTAM VELIT DVCERE VXOREM? & ſi accepturus eſt virginem, QVIS NON INTACTAM DESIDERET? Intactam quæris? intactus eſto. Puram quæris? noli eſſe impurus. Non enim illa poteſt & tu non potes.* Satis eleganter his verbis *tacita* illa *conditio* hic exprimitur, quæ ſponſalibus ſubeſſe ſoler, adeoque eo magis effectu deſtituuntur, ſi conditio deficiat. Ceterum non idem dicendum erit, ſi quis putauit, ſe *virginem* vxorem ducere, cum ſit *vidua*, cum hæc æque facile ducatur vt virgo. Ex altera intentione matrimonium deficit ob *impotentiam* ſimilemue *inhabilitatem*, de qua ſuo loco.

Quid ſi virgo vi compreſſa ſit?

Si apta ad matrimonium?

§. III. Deinde ſicuti ſub omni negotio intelligitur conditio: *rebus ſic ſtantibus*, B. COCCEI. *de clauſ. reb. ſic ſtantib.* ita quoque & hæc conditio tacita ſponſalibus ſubeſſe intelligenda, licet vel maxime iuramento ſint firmata. Proinde ſi ita *notabiliter* ſtatus rerum mutetur,

Huc pertinet etiam conditio, rebus ſic ſtantibus.

Digitized by Google

vt tale quid ſuperueniat, propter quod nunquam alter contraxiſſet ſponſalia, ſi tale quid ante ſponſalia præuidere potuiſſet, merito quoque ob defectum conditionis ſubintellectæ ſponſalia corruunt. Declarat hoc pontifex in *c. quemadmodum* 25. *X. de iurei.* de ſponſa poſt ſponſalia ſtuprum patiente. Nam ſicuti & matrimonium hoc caſu haud ſubſiſteret, *quoniam*, inquit, *in eo* (iuramento) *talis erat ſubintelligenda conditio, ſi videlicet illa in legem coniugii non peccaret*, ita multo magis ſponſalia diſſolui poſſunt, *quoniam etiam hic talis debet ſubintelligi conditio*, ait pontifex, *ſi videlicet illa contra regulam deſponſationis non venerit, & turpius eiicitur quam non admittitur hoſpes.* Hoc noſtrates quoque recte admittunt, repudioque locum concedunt, GERHARD. *de coniug.* §. 167. *in f.* vt plenius *tit. de ſponſal.* §. 168. *ſeqq.* traditum explicatumque eſt. Sed ex eadem ratione, ſi ſponſus *inſigne crimen* committat, ob quod ſponſa honeſte non poſſit cum eodem amplius cohabitare, illa quoque a ſponſalibus recedere poſſet ob *mutatum ſtatum rei.* BROCHMAND. *in loco de coniug. c.* 4. *qu.* 32. CARPZ. *lib.* 2. *I. E. def.* 177. 178. BRVCKNER. *deciſ. matrim. c.* 1. *n.* 60. Noua addit pontifex exempla, *ſi ex poſtfacto ſponſa foret leproſa, vel paralytica, vel oculum & naſum amitteret, ſeu quicquam ei turpius euenerit.* Semper enim ſponſalia cenſentur ſub illa contracta conditione: *ſi res in eodem ſtatu permanſerit.* GONZALEZ. *ad cit. c.* 25. *n.* 2. *in f.* At vero ſuperueniente tali morbo contagioſo vel notabili deformitate res in ſtatum talem incidit, propter quem alter ab initio nunquam contraxiſſet ſponſalia. BROVWER. *de iure connub. lib. I. c.* 25. *n.* 12. BRVCKNER. *cit. l. n.* 62. CARPZ. *lib.* 2. *I. E. def.* 180 Dn. STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect.* 2. §. 41. vbi de *morbo gallico* exemplum adducit, & §. 42. in *deformitate* ex variolis ſuperueniente itidem quandoque repudium admittit cum BASILIO PONCE *de ſacram. matrim. lib. II. c.* 17. *n.* 5. Idem præterea admitti poteſt ob diſpendium fortunarum ſuperueniens, Dn. STRYK. *cit. l.* §. 43. NICOL. *de repud. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 60. *ſeq.* BRVCKNER. *cit. l. n.* 63. quæ omnia ſupra *cit. l.* diſtinctius expenſa ſunt.

Conditiones honeſtæ expreſſæ ſuſpendunt obligationem ſponſalitiam, niſi fuerint remiſſæ,

§. IV. Verum de *conditionibus tacitis* potiſſimum hic non agitur, ſed potius de *expreſſis*, vbi diſtinguitur inter conditiones *poſſibiles* ſeu *honeſtas*, & *impoſſibiles* ſeu *turpes.* Illæ ſuſpendunt interim ſponſalia, quibus licite adiiciuntur, de quibus tamen ſi recedatur, ſponſalia ſtatim *pura* inde oriuntur. Poteſt vero ille demum conditionem remittere, quia illam adiecit in ſui fauorem, v. c. ſi ſponſa dixit: *nubam tibi, ſi promotus eris in doctorem iuris*; hanc enim conditionem remittere poteſt

Digitized by Google

eſt inuito etiam ſponſo, cum ſuo iuri poſſit renunciare. CARPZ. *lib. 2. I. E. def. 24. n. 4.* B. STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect. 4. c. 1. §. 26.* Ita intelligo textum alias difficilem in *c. 1. X. h. t.* cuius verba hæc ſunt: *Quicunque ſub conditionis nomine aliquam deſponſauerit, & eam poſtea relinquere voluerit, dicimus, quod conditio frangatur, & deſponſatio irrefragabiliter teneatur*, qui textus etiam occurrit in *c. 7. C. 27. q. 2.* Varias afferunt Dd. interpretationes ad hunc textum. Quidam intelligunt eundem de *turpi conditione*, quæ interpretatio diuinatoria magis quam ſolida eſt. COVARRVV. in *l. 4. decret. P. 2. c. 3. §. 2. in pr.* Alii cum GONZALEZ. *ad cit. tx. in f.* eum intelligunt de adiecta *conditione reſolutiua* ſponſalibus de præſenti, quod talis in *matrimonio* haud admittatur. Verum nec hanc interpretationem ipſe contextus admittit. CANISIVS denique *in comment. ad h. c.* in genere docet, hic agi de conditione adiecta *ſponſalibus de præſenti*, reprobanda & reiicienda. Verum omnis difficultas in eo latitat, quo reſpiciat vox *eam*, vtrum ſe referat ad *conditionem*, an vero ad præcedentem vocem *aliquam?* Simpliciſſimus ſenſus, ni fallor, huc redit: *Quicunque ſub conditionis nomine aliquam deſponſauerit*, (adeoque in ſui tantum *fauorem* conditionem adiecit; hoc enim eſt, *deſponſare ſibi aliquam ſub conditionis nomine,*) *& eam* (conditionem) *poſtea relinquere* (remittere) *voluerit, dicimus, quod conditio frangatur* (ex ſola *ſponſi remiſſione*, licet ſponſa diſſentiat,) *& deſponſatio irrefragabiliter* (non obſtante quod ſponſa dicat, conditionis euentum non extitiſſe) *teneatur.* quod declaratur ex c. 1. X. h. t.

§. V. Altero vero conditionem remittere nolente, qui illam adiecit, expectanda eſt eius exiſtentia, ſi modo *honeſta* ſit, quo etiam iura canonica referunt conditionem: *ſi tantum mihi donaueris, vel dotis nomine intuleris, c. de illis 3. X. h.* neque etiam hanc in noſtris improbari eccleſiis docet CARPZOV. *lib. 2. I. E. def. 22.* Frequentiſſima quoque eſt conditio, ſponſalibus addi ſolita: *ſi pater vel patruus vel alius ſponſalibus conſenſerit, c. 5. c. 6. X. h.* &c. Non itaque poteſt *pendente conditione* alteruter a ſponſalibus recedere, aut alia inire ſponſalia; licet enim non obligent ad *conſummandum* matrimonium, tamen ad *expectandum euentum* obligationem ex *natura ſua* habent, & hoc intuitu dicuntur adhuc *incerta* eſſe ſponſalia in *c. vn. de ſponſ. in 6.* & propterea ante euentus, qui *incertus* eſt, exiſtentiam non inducunt *publicæ honeſtatis* impedimentum. *cit. c. vn.* Quæ cum ita ſint, non apparet, quo ſenſu *ſponſalia conditionata* CARPZOVIO *lib. 2. I. E. def. 20. n. 4.* poſſint dici *de futuro*, quia ſecundum propriam eius confeſſionem in *def. 18. ibid.* ſponſalia Non remiſſæ conditionis euentus eſt expectandus.

Digitized by Google

ſalia *de futuro* ſunt *nudi tractatus ſponſalitii*, non adeo obligantes, quæ ſimul ſubſiſtere nequeunt. Conditione exiſtente purificantur, atque ex iudicio CARPZOVII ſponſalia *de præſenti* inde oriuntur, firmam obligationem in ſe continentia, ſeu tale negotium, vt ſatis ſuperſtitioſe ait, *cui character ſpiritualis eſt impreſſus. lib. 2. I. E. def. 21. n. 5. ſqq.* Id tamen *de iure canonico* aſſeri haud poteſt, quo potius degenerabant in ſponſalia *pura*, quæ tamen illo iure etiam poſſunt eſſe *de futuro*, *c. 2. X. de ſponſ.* cum exiſtentia euentus nihil vlterius operetur, quam vt ſaltim remoueatur *conditio*, adeo vt nouo conſenſu haud opus ſit. BASIL. PONCE *lib. 3. c. 14. n. 7.* Dn. STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect. 4. c. 1. §. 25.*

Tacite remitti poteſt conditio.

§. VI. Præterea quoque *tacite* deſponſati a conditione adiecta recedere poſſunt, ſi ſcilicet *pendente conditione* concumbant; ſic enim ſtatim ſponſalia tranſeunt in *matrimonium*, vt pontifex cenſet in *c. 6. X. h. t.* ibi: *quod cum liquido conſtet per confeſſionem tam viri quam mulieris, quod poſt contracta ſponſalia carnalis eſt inter eos copula ſubſequuta, pro matrimonio præſumendum eſt vehementer, quia videntur* (ipſo facto) *a conditione interpoſita receſſiſſe.* Eo ipſo enim, quo concumbunt ſub conditione deſponſati, non poſſunt non ipſo facto *conſenſum matrimonialem* edere, quo declarato conditio euaneſcit, quia *matrimonium conditionale* non datur. GONZALEZ. *ad cit. c. 6. n. 4.* Admittit hanc concluſionem quoque, & quidem non male, in foris Proteſtantium CARPZOVIVS *lib. 2. I. E. def. 25.* vbi etiam *n. 4* hanc adiungit rationem, quod *carnalis copula* idem operetur, quod *ſponſalia de præſenti.* Hæc ſententia *de iure canonico* haud improbanda; verum ex mente CARPZOVII ſubſiſtere nequit, quia ſponſalia *de præſenti* ex eius ſententia adhuc differunt ab ipſo *matrimonio*, vt clare fatetur in *lib. 2. I. E. def. 66. n. 17. ſeq.* Enimuero ſecundum mentem canonum copula ſubſequens plus operatur, non quidem nuda *ſponſalia*, ſed ipſum *matrimonium*, quod ex mente canonum latitat in *ſponſalibus de præſenti.* Hæc tamen omnia intelliguntur de illo caſu, ſi conditio adhuc in ſuſpenſo fuit: ſi iam defecit, & ita certum fuit, ſponſalia eo ipſo fuiſſe extincta, ex concubitu ſubſequente non poteſt induci matrimonium, *c. per tuas 6. X. h. in f.* ſed potius ſtuprum.

Difficultates circa conditiones impoſſibiles vel turpes.

§. VII. Ad *impoſſibiles turpesque* conditiones accedo, de quorum *effectu & operatione* maior exſurgit concertatio. GREGORIVS IX. in *c. f. X. h. t.* ita de his diſponit: *Si conditiones contra ſubſtantiam coniugii inſerantur, puta, ſi alter dicat alteri, contrabo tecum, ſi generationem prolis cui-*

cuiter, vel donec inueniam aliam honore vel facultatibus digniorem, aut ſi pro quæſtu adulterandam te trades: matrimonialis contractus, quantumcunque ſit fauorabilis, caret effectu, licet aliæ conditiones appoſitæ in matrimonio, ſi turpes aut impoſſibiles fuerint, debeant propter fauorem pro non adiectis haberi. Difficultates præcipuæ circa hunc textum inde natæ ſunt, quod omnes circumſtantiæ non fuerint accurate perpenſæ & examinatæ. Etenim inquirendum (1) vtrum de *matrimonio* an *ſponſalibus* loquatur? (2) vtrum de *vera conditione* an *modo?* (3) quæ ſint *rationes decidendi?*

§. VIII. Quoad primum membrum, ſatis, ni fallor, contextus docet, pontificem haud loqui de *ſponſalibus*, ſed ipſo *matrimonio*, ſub tali *conditione turpi* contracto. Hoc patet ex eo, (1) quod pontifex mentionem in tx. faciat *matrimonialis contractus & matrimonii*, non *ſponſalium*: (2) quod exempla eiusmodi ponat, quæ præſupponunt *matrimonium* iam *contractum*, cui conditiones tales vulgariter ſic dictæ adiiciuntur, quæ, ſi poſſent, poſt matrimonium impleri deberent: (3) quod pontifex in exemplo dato adhibeat verba *de præſenti*, conſenſum coniugalem inducentia, v. c. *contrabo.* Videlicet hunc, quem figurabo, caſum ſupponere videtur pontifex: contrahit aliquis ſponſalia *de præſenti*, (quæ canoniſtis ipſum *matrimonium* ſunt,) cum Seia, & ita declarat eidem ſtatim *conſenſum coniugalem*, ſub conditione, vt eo contracto fratrem ſuum mox e medio tollat. Hic quæſtio orta, an tale matrimonium ſubſiſteret? De tali caſu plerique interpretes pontificem accipiunt, h. e. de ipſo *matrimonio* ita contracto, vt inter alios ſentiunt CYPRAEVS *de ſponſ. c.* 8. § 6. *n.* 3. BROVWER. *de iure connub. lib.* I. *c.* 21. *n.* 14. ZOES. *ad h. t. n.* 22. ENGEL. *in colleg. iur. canon. n.* 15. ANDREAS VALENS *ad h. t.* Inter hos recte negant ZOESIVS & ENGELIVS *cit. l.* contra SANCHEZIVM, hanc diſpoſitionem ad *ſponſalia vera & proprie dicta* poſſe applicari, quin potius optime obſeruant in genere, ſponſalia ſub tali conditione contracta eſſe nulla, quemadmodum alii contractus vitiantur ex conditione *turpi* vel *impoſſibili.* Quocirca improuide ſine dubio egit CARPZOVIVS *lib.* 2. *l. E. def.* 33. quod hanc deciſionem pontificis ad ſponſalia ſub *conditione turpi* contracta applicare, vſumque eius perverſum in praxin conſiſtoriorum Proteſtantium deducere voluerit. Rectius plerique noſtratium ab eo recedunt, ſimul tamen ex errore docent, placitum pontificis in foris noſtris haud attendi, quem ſiniſtre prorſus interpretantur.

Pontifex in c. f. X h. de ipſo loquitur matrimonio,

IX.

nec de conditione ſuſpenſiua egit,

§. IX. Quæ cum ita ſint, ſecundum membrum quoque facile enucleari poſſe exiſtimo. Dictum eſt, pontificem agere de *matrimonio*, adeoque talia exempla hic recenſentur, quæ *matrimonio* demum *impleto* in effectum deduci deberent, ſi poſſent. At vero conditionis proprie dictæ non hæc, ſed ea potius eſt natura, vt *ſuſpendat* effectum negotii, nec antea illud valeat, quam conditione impleta. Vnde tum ex ſubiectis exemplis, tum ex ipſo ſtatu controuerſiæ, accurate formato, euidenter liquet, de *proprie dictis conditionibus* haud loqui pontificem, quæ ne quidem matrimonio adiici poſſunt, ſed potius de *modis* eiusmodi turpibus aut *conditionibus reſolutiuis*, vti bene obſeruat GONZALEZ. *ad h. c. n. 7.*

ſed reſolutiua, ſeu de modo.

Hinc quæſtio ita formanda: *an matrimonium ſub eiusmodi turpi modo aut conditione reſolutiua contractum reſcindatur aut reſoluatur, modo non ſecuto?* Ita quoque ex noſtratibus tx. hunc explicat STRVVIVS *ex.* 29. §. 5. Licet enim rubrica huius *tit.* concepta ſit *de conditionibus appoſitis*, & textus cit. quoque *κατὰ τὸ ῥητὸν* loquatur *de conditionibus*, abuſiue tamen pontificem voce *conditionis* vti, contextus oſtendit, cum eiusmodi exempla ſubiiciat, quæ *modum* & *conditionem reſolutiuam* continent, non *ſuſpenſiuam*, quæ matrimonio adiici nequit.

In rationem decidendi inquiritur.

§. X. Supereſt denique, vt de *ratione decidendi* videamus. Diſtinguit pontifex, vtrum eiusmodi turpis *conditio reſolutiua* ſeu *modus* ſit contra *ſubſtantiam* matrimonii, nec ne? Quæ vt recte intelligantur, ex antiquo iure canonico repetendum eſt, tria vulgo eſſentialia matrimonii ſupponi, *bona matrimonii* dicta, ceu *effectus eſſentiales matrimonii: prolem, fidem, ſacramentum* ex doctrina AVGVSTINI in *c.* 10. *C.* 27. *qu.* 2. *Proles* quidem, quia primario per hanc ſocietatem *generatio ſobolis* intenditur, cui aduerſatur modus turpis, *vt euites prolis generationem*: *fides*, vt nullum *adulterium* poſſit locum habere, quo intuitu reprobatur modus, *vt pro quæſtu te adulterandam tradas*: *ſacramentum* denique, vt *nexu indiſſoluo* inter ſe viuant, & diuortio nullus ſit locus; quemadmodum enim vnio Chriſti cum eccleſia eſt *indiſſolubilis*, ita etiam *matrimonium indiſſolubile* eſſe volunt. Hoc intuitu reprobatur conditio reſolutiua, *donec inuenerim meliorem*. Sicuti vero in his tribus quærunt *eſſentiales proprietates* matrimonii, ita exinde concludit pontifex, contractum matrimonialem carere debere effectu, ſi contra illos *conditio reſolutiua* adiecta ſit, idque ob hanc potiſſimum rationem, quod *conſenſus verus matrimonialis* in tali coniugio prorſus deficiat; imo aliud potius negotium, quam matrimonium *legitimum* & *ratum* ab illis contractum vi-

Digitized by Google

videntur, qui, quæ matrimonio *essentialia* sunt, excludere voluerunt. Hanc sententiam vlterius satis clare declarat *c. solet 6. C. 32. q. 2.* vbi itidem AVGVSTINVS ex sua doctrina de *triplici bono matrimonii* hanc conclusionem efformauit atque deduxit Conf. PONCE *de matrimon. lib. III. c. 9. §. 7. seqq.* Aliæ autem conditiones turpes *resolutiuæ*, vel *modi*, proprietates matrimonii haud tangentes, veluti: *contrabo tecum matrimonium, vt in furtis committendis mihi assistas*, ideo matrimonium haud annullant, quia *consensus matrimonialis* adhuc integer & negotio ipsi conformis est, & hinc arguit pontifex, illas pro non adiectis haberi, adeo vt nequidem *resolutiua conditio possibilis* aliquid operari possit, quia matrimonium non est tale negotium, quod resolui pro lubitu possit. Quid ergo si sub *clausula commissoria* fuerit contractum? Eam contra matrimonium tale nihil operari posse crederem.

§. XI. Hæc si ad praxin nostrarum ecclesiarum applicantur, primo quidem certum est, sponsalia plane vitiari, quod & *iuri canonico* conforme est, vti iam obseruaui. Verum cum in sensu *iuris canonici* haud habeamus *sponsalia de præsenti*, sed apud nos matrimonium in facie ecclesiæ consummandum sit, ac ab eo tempore demum matrimonium incipiat, quo *consensus matrimonialis* publice declaratur; facile apparet, quid dicendum, si inter se priuatim eiusmodi *turpes modos* adiecerint, & nihilominus *in facie ecclesiæ* copulati fuerint, an matrimonium propterea annullandum vel resoluendum sit, nec ne? In genere hoc negandum esse arbitror. Aut enim in hierologia hanc conditionem publice profiterentur, aut non: si prius, haud accederet *copula sacerdotalis*, quæ sine dubio illis deneganda foret; si posterius, *ipso facto* recessissent a conditione, & protestatio priuata nullius esset efficaciæ. Quocirca existimo, in ecclesiis Protestantium talem casum existere haud posse, ad quem vnquam hic textus quadrare queat. Et si vel maxime promisisset marito vxor, *quod euitare generationem* sobolis, quod se *adulterandam* pro quæstu tradere vellet, matrimonio tamen iam completo vxor ad hanc *turpem pactionem* seruandam cogi haud posset, quin potius illa nullius esset momenti, saluo matrimonio. Denique cum pontifex in *c. vlt. X. h.* tantum loquatur de *sponsalibus de præsenti*, quæ ab eo vocantur *matrimonialis contractus*, ex supra adductis rationibus ad *tit. de sponsa.*, dubium adhuc posset moueri de *iure canonico*, an decisio pontificis adhuc posset locum habere, si *in facie ecclesiæ tale matrimonium iam consummatum fuerit*, & contrahentes per aliquod tempus in matrimonio vixerint, maritus autem ideo vellet recedere a matrimonio, quod

Sponsalia vitiantur ob turpem conditionem.

Turpis modus matrimonio adiectus pro non adiecto habetur.

quod vxor modum haud impleſſet? De hoc caſu nihil determinat pontifex, interim probabiliter aſſeritur, haud locum fore reſciſſioni, quin omnem *conditionem reſolutiuam* inefficacem eſſe. Sed mea non intereſt, vt hæc præfracte tuear.

TITVLVS VI.

QVI CLERICI VEL VOVENTES MATRIMONIVM CONTRAHERE POSSVNT.

§. I.

Impedit quoque matrimonium votum caſtitatis

AGitur in *b. t.* de *impedimentis aliis matrimonii.* Primum eſt *votum caſtitatis*, quod vel *ſimplex* vel *ſolenne* vulgo ſtatuitur. Illud eſt *ſimplex*, nulla interueniente *publica ſolennitate*, promiſſio caſtitatis. *c.* 4. *c. rurſus* 6. *b. t.* Hoc vero, quando ipſa profeſſio *conſueto ritu* publice in manus alicuius prælati peragitur. Illud impedire volunt matrimonium contrahendum, non dirimere contractum, quod ex doctrina AVGVSTINI quidem deducunt in *c.* 41. *C.* 27. *q.* 1. bene tamen hoc, *c.* 7. *b. t.* quo etiam pertinent, qui ſemel profeſſionem *religionis* ediderunt, vt monachi & moniales. *c.* 2. *ſqq. C.* 27. *q.* 1. *Si enim*, inquit INNOCENTIVS *in c.* 9. *ibid. inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolui, quanto magis iſta pollicitatio, quam cum DEO pepigit, ſolui ſine vindicta non debet.* Ceterum olim *votum virginitatis* non abſolute matrimonium diremiſſe, iam ſupra *tit. de voto p.* 193. §. 12. obſeruaui, inſimulque demonſtraui, diſſenſiſſe quondam de hac doctrina patres eccleſiæ. Hos vt in concordiam reducerent ſcholaſtici cum GRATIANO, diſtinctionem ſubtilem, parum tamen fundatam excogitarunt inter votum *ſolenne* & *minus ſolenne*, & illi maius robur, etiam dirimendi ipſum matrimonium, adſcripſerunt, vt §. 13. *ſq. p.* 194. euici. Fatetur ipſemet ESPEN. *P. II. iur. eccl. tit.* 13. *c.* 4. §. 7. ante ſeculum XII. hanc diſtinctionem haud fuiſſe cognitam, ſed eandem

ſub diſtinctione, de qua ediſſeritur.

Digitized by Google

dem demum ſequentibus temporibus traditam receptamque fuiſſe non aliunde, quam ex lepido ſcholaſticorum ingenio. Simile fere quid factum fuiſſe in doctrina de *pœnitentia publica*, obſeruauit MORINVS *de admin. ſacram. pœnit. lib. V. c.* 25. §. 14. in qua cum plures canones ſibi diſcordantes reperiſſent ſcholaſtici, omnem difficultatem ſe ſuperare poſſe crediderunt, diſtinguendo inter *ſolennem* & *minus ſolennem* pœnitentiam, quamuis antiqui patres, qui diuerſam eccleſiæ diſciplinam tradidere, nullam huius diſtinctionis rationem habuerint. Recte proinde iudicat ZIEGLERVS *ad Lancellot. lib. I. tit.* 30. §. 12. nullam ſolidam allegari poſſe cauſam, qua fortius vinculum voto *ſolenni* præ *ſimplici* attribui debeat; plenius autem in *not. ad lib. II. tit.* 12. §. 4. eandem diſtinctionem examinat deſtruitque, atque ad ipſius pontificis in *c. 6. h. t.* aſſertum prouocat, quo docet, *ſimplex votum* apud Deum non minus obligare quam *ſolenne*, quorſum etiam ERASMVS in colloq. quod ἐχθυοφαγίαν vocat, *in notis Thomaſianis ad Lancell. ad cit. §.* 12. relatus, collineat.

§. II. Alterum impedimentum naſcitur ex *clericatu*, cum clericis, in *ſacris ordinibus* conſtitutis, prorſus interdicta ſint matrimonia, adeo vt ſi *de facto* ea inierint, ſeparari ab vxoribus debeant, ſi vel maxime tantum in *diaconatu* vel *ſubdiaconatu* viuant. *c.* 1. & 2. *X. h. t.* In ordinibus *non-ſacris* viuentes poſſunt matrimonium inire, ſi ad *beneficia eccleſiaſtica* adſpirare nolint. *c.* 1. *de cler. coniug. c.* 14. *D.* 32. His eo magis matrimonia indulſere, quo maiorem poſt ſeculum XIII. adhibuere diligentiam, pro numero ciuium eccleſiaſticorum augendo, ad quem promiſcue quoscunque etiam *vxoratos* admittebant, qui aliunde viuere poterant, vt respublica eccleſiaſtica copia inſigni *clericorum* augeretur, adeo vt ne quidem opifices a præſepibus ſuis arcerent. Nolo hic recoquere, quæ de *coniugio clericorum* noſtrates in medium adferunt, plenius relata *lib. III. tit.* 3. vbi praxin huius tituli adduxi, & ex ipſis rerum argumentis illuſtraui. Ceterum extra ordinem aliquando contingit, vt clerici *dignitate eminentiore* gaudentes, etiam cardinales, reſignare, & matrimonium inire poſſint, ſi nondum *ordinati* & *conſecrati* ſunt, adeoque adhuc *charactere indelebili* deſtituuntur, quippe qui demum matrimonio obeſt. Ideo etiam cardinales, imo quandoque epiſcopi, *ordinationem* ſuſpendunt, quantum fieri poteſt, vt, ſi forſan e re gentis ſuæ videatur, abiecto clericatu ad matrimonium prouolare, id ſine vllo impedimento poſſint facere, atque de propaganda gente ſua cogitare, imo hoc

Præterea ob clericatum.

Digitized by Google

modo in principatus ſecnlares ſuccedere, a quibus alioquin arcendi eſſent, vt docet plenius ill. Dn. a LVDEWIG. *in comm. ad A. B. tit. XXV. §. 4. p. 496. ſeqq.*

TITVLVS VII.
DE
EO, QVI DVXIT IN MATRIMONIVM, QVAM POLLVIT ADVLTERIO.

§. I.

Pæterea impeditur matrimonium ex antecedente adulterio.

NOuum rurſus impedimentum in *h. t.* traditur, tractum ex *antecedente adulterio*, quod inter *perſonas copulandas* commiſſum eſſe noſcitur. Equidem de iure ciuili abſolute nuptiæ prohibitæ ſunt inter *adulterum & adulteram. l.* 13. *de his, quæ vt indign. l.* 11. §. 11. *D. ad L. Iul. de adult. l.* 27. *C. eod. nou.* 134. *c.* 12. Neque hanc diſpoſitionem ſua deſtitui ratione conſtat; ſi enim omnis ſpes ad futurum matrimonium *adulteris* adimitur, varia alia crimina, inprimis vero inſidiæ, quæ in vitam innocentis mariti ab adulteris vxoribus ſpe nouarum nuptiarum parari vtplurimum ſolent, præcaueri poſſunt; prudentiæ vero legislatoriæ eſt, omnem, quantum fieri poteſt, delinquendi abſcindere viam, & funeſtis reſiſtere conatibus. Antiquo iure canonico idem obtinuiſſe ex textibus conſtat. Papa LEO in *c.* 1. C. 31. *q.* 1. generaliter ita cenſuit: *Nullus ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio.* In *c.* 3. *ibid.* conſtitutione conciliari cautum hoc modo: *Illud vero communi decreto ſecundum canonum inſtituta definimus & præiudicamus, vt, ſi quis cum vxore alterius eo viuente fornicatus fuerit, moriente marito, ſynodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, ne vlterius ei coniungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Nolumus enim, nec chriſtianæ religioni conuenit, vt vllus ducat in coniugium, quam prius polluit per adulterium.* Licet vero GRATIANVS in nota ſubiecta hunc textum ad caſus duos poſtea receptos tantum reſtringere velit; id tamen

Conuenientia iuris canonici antiqui eum iure ciuili.

Digitized by Google

men præter mentem illius concilii factum fuiſſe, quis negauerit? Prouocat præterea ad LEONIS conſtitutionem COELESTINVS in *c.* 5. *X. h. t.*

§. II. Verum poſtea reſtringi cœpit hæc prohibitio ad duos potiſſimum caſus. Fuerunt enim inter doctores eccleſiæ olim, qui dubium citra cauſam mouerent, quærerentque, annon tale matrimonium eſſet permittendum? forte exemplo Dauidis, qui duxit adulteram, quorſum inclinaſſe videtur ipſe AVGVSTINVS in *c.* 2. *C.* 31. *qu.* 1. Quia tamen periculum *inſidiarum*, quod plerumque in eiusmodi adulterio occurrit, nihilominus metuendum erat, in *concilio Triburienſi* damnatum eſt matrimonium cum adultera, quæ moecho, viuente legitimo marito, iuramento futurum promiſit matrimonium. *c.* 4. *C.* 31. *qu.* 1. Eodem concilio etiam alterum caſum prohibitum eſſe, ſi ſcilicet adulterium coniunctum fuit cum *machinatione inſidiarum* in mortem mariti innocentis, cenſet & refert COELESTINVS in *c.* 1. *X. de conuerſ. infidel.* & CLEMENS III. *c.* 5. *X. h. t.* Reſpexit forſan COELESTINVS ad *c.* 5. *C.* 31. *q.* 1. vbi coniugi adulteræ, quæ, ſpe matrimonii contrahendi cum adultero, occidit virum legitimum, cui cœlibatus perpetuus impoſitus, ob quem *perpetuam pœnitentiam* olim ſubire cogebatur; *ſtatus* autem *pœnitentium* ab omni abhorrebat coniugio. Hæc verba quidem de occiſione concepta ſunt, ſed etiam poſtea ad *meras inſidias* tracta in *c. allegato* 5. *h. t.* Sic itaque per indirectum hoc vltimo caſu matrimonium inter adulteros diſſolui debuit, quoniam hoc caſu vtrique in genere lex *cœlibatus* impoſita eſt. Denique pontifices magis videntur GRATIANI ſententiam, quam *concilii Triburienſis* mentem aſſecuti, cum ille poſt *c.* 3. *C.* 31. *q.* 1. hos duos caſus præcipue notet, & ad eos prohibitionem reſtringat, quia decretum GRATIANI iam auctoritatem inſignem acceperat, vt pro norma decidendi haberetur, ceu optime obſeruat ESPEN. *P. II. iur. eccleſ. tit.* 13 *c.* 8. §. 5. & 6.

Ius recentius reſtrinxit hanc prohibitionem ad duos caſus,

§. III. Inde tandem in legem abiit conſtantem, vt in his tantum *duobus caſibus* inter adulteros matrimonium impediretur, alias vero illud permitteretur, quamuis omnino conſultius videatur B. STRYK. *in not. ad ius eccleſ. Brunnem. lib.* 2. *c.* 16. §. 16. ſi in genere tale matrimonium ſecundum *ius ciuile* & *canonicum antiquum* prohibitum manſiſſet, quia per huiusmodi conceſſionem periculoſis machinationibus feneſtra aperitur, & difficile admodum eſt, clancularias artes adulterarum inueſtigare. Nihilominus tamen communiter hoc ius in conſiſtoriis noſtris ſequi ſolemus, vt tantum in prædictis *duobus caſibus* ma-

extra quos matrimonium inter adulteros permittitur,

etiam in foris Proteſtantium.

matrimonium damnemus, BRVNNEM. *cit. l.* CARPZ. *P.* 4. *C.* 20. *def.* 16. & *lib.* 2. *iur. eccles. def.* 16. quod præiudicio eleganti declarat Dn. STRYK. *cit. l.* vt & HAHN *ad W. tit. de ritu nupt. n.* 4. his verbis: Weil dennoch eurem Bericht nach nicht erweißlich, daß (1) jetzterwehnte impræ-gnatio auf ein vorhergehendes Ehe-Gelöbniß und promission futuri matrimonii geschehen, oder auch (2) daß zu acceleration und Beförde-rung des hernach erfolgten matrimonii von gedachten beyden Perso-nen jemahls einige machinatio in mortem defunctæ vxoris primæ für-genommen seyn solle, immassen denn diese beyde causæ prohibitiuæ (quæ non præsumuntur, sed ab allegante probandæ) von den Canonisten aus-drücklich excipiret und ausgesetzet werden ꝛc. daß derowegen von B. B. erfolgte auch durch eine öffentliche coram facie ecclesiæ beschehene copulation approbirte und vollenzogene Ehe pro iusto ac legitimo ma-trimonio zu halten. Alia præiudicia adducit FINCKELTH. *obs.* 25. BESOLD. *P.* 2. *cons.* 55. NEBELCRAE *decis.* 13.

Primus casus prohibitus est in adulterio, cum insidiis vitæ struc-tis coniun-cto.

§. IV. Cum itaque praxis *iuris canonici* quoad hanc materiam in foris Protestantium satis expedita sit, plenius hi duo casus examinandi sunt. Primus est, si adulterium commissum est cum *machinatione* con-tra vitam mariti vel vxoris innocentis. *c.* 1. 6. 7. *X. h. t.* Ante omnia re-quiritur (I) *machinatio* & *conspiratio* in mortem alterius, licet mors non sit secuta, vt recte censuit GONZAL. ad *c.* 1. *X. h. lit. c.* quamuis causa re-scindens tale matrimonium, vt antea dictum, inde euenerit, quod ma-riticidis adulterii causa in *concilio Triburino cælibatus perpetuus* impos-tus sit: (II) machinatio in hunc finem fieri debet, vt matrimonium postea eo citius possit contrahi inter adulterum & adulteram; quodsi enim ma-chinatio eum in finem non interuenerit, sed alia ex causa mors mariti sit procurata, occisor viduam ducere haud prohibetur, quale exemplum refertur in *c.* 1. *X. de conuersione fidel.* WANIS. ad *h. t. n.* 11. (III) *adul-terio* interueniente; ex hoc enim potissima ratio dirimens matrimonium sequi videtur. GONZALEZ ad *c. vlt. h. n.* 7.

Alter casus, si adulteri sibi fidem dede-runt de futu-ro matrimo-nio.

§. V. Alter casus est, si, adulterio interueniente, concumben-tes sibi fidem dederunt de *futuro matrimonio. c.* 1. *seqq. h.* Requiritur tamen (1) vt, quæ cum marito concumbat, *conscia* eius conditionis fue-rit: si femina admisit maritum, nesciens eundem vxoratum esse, ma-trimonium postea haud impeditur; multo minus, si iam ducta est, ma-ritus, allegans propriam turpitudinem, potest illam sub hoc prætextu repudiare, aut lucrum de suo dolo reportare. *c.* 1. *X. h.* Idem in casu inuerso in marito statuendum: (2) vt *matrimonium* fuerit *validum*; alias

Digitized by Google

alias enim non potuit a marito vel vxore *adulterium* committi, ſi ob metum vel violentiam fuit ipſo iure nullum. *c.* 2. X. *h.* Hoc quidem in caſu adducto admitti poteſt, vbi ob coactionem aperte matrimonium inualidum erat; aſt ſi nullitas *occulta* & matrimonium *bona fide* contractum atque *putatiuum* fuit, quin contrarium dicendum ſit, non dubito, quia etiam *putatiua vxor* adulterium committit. *arg. l.* 13. §. 4. *ad L. Iul. de adult.* HERTIVS *diſſ. de matrim. putatiuo* §. 33. Aliud enim eſt matrimonium *abſolute* & *aperte* nullum, quale eſt, quod vi & coactione contractum, vbi omnis exulat bona fides: & aliud *matrimonium putatiuum*, bona fide contractum, & quod ob concurrens *impedimentum occultum* poſtea declaratur nullum, interim tamen omnes effectus veri matrimonii habet: (3) *vt fides data fuerit de futuro matrimonio:* ſi absque hoc requiſito adulterium interuenerit, non impeditur matrimonium. *c.* 6. *X. h. t.* (4) Vt præter promiſſionem hanc interuenerit *adulterium*: ſola promiſſio de ducenda alia, vxore mortua, haud ſufficit, nec matrimonium inter volentes impedit. *c. ſi quis vlt. h. t.*

§. VI. Notanter dico, *ſola ſponſalia*, vxore viuente inita, non concurrente adulterio, haud impedire *inter volentes* matrimonium. Quid ergo dicendum, ſi maritus, vxore mortua, illam ducere recuſat, cum qua, in mortem vxoris, *ſponſalia* iniit? *Conditionata* hæc videntur, contracta ſub conditione: *ſi vxor mortua, ſi ego a nexu coniugii ſolutus fuero*, quæ conditio nec turpis nec legibus aduerſari videtur. Inde pontifex matrimonium poſt eiusmodi ſponſalia, viuente vxore inita, contractum non eſſe dirimendum ſtatuit in *c. f. X. h. t.* Enimuero plura poſſunt impedire matrimonium, quæ tamen contractum non dirimunt, qua de cauſa facultas noſtra iuridica M. Dec. 1721. cenſuit, ſponſalia talia eſſe inualida, ſimulque argumentum ex *cit. c. f.* deſumtum optime reſoluit:

Sponſalia viuente vxore contracta ſunt inualida,

Iſt H. C. H. an eine ziemlich bejährte Ehe-Frau verheyrathet, er hergegen noch in ſeinen beſten Jahren geweſen, dahero es geſchehen, daß 2 oder 3 Jahre vor ihrem Tode, und da er vielleicht vermuthet, daß ſie als eine bejährte alte Frau bald ſterben dürfte, er mit euch, einem Mägdgen von 14 bis 15 Jahren, Bekantſchaft geſuchet, und ſich ſo weit heraus gelaſſen, daß, wenn ſeine Frau dereinſten ſterben würde, ihr wiederum ſeine Ehe-Frau werden, und alſo ihm nur treu verbleiben ſoltet, welchem auch unterſchiedliche Schenckungen, auch ſo gar eines Ringes, auf Treue gefolget, und dadurch die Verlobung beſtätiget,

quod reſponſo illuſtratur.

Digitized by Google

tiget, ſolche auch ſeiner alten Frau nicht verborgen geweſen, dennoch dieſem ohngeachtet, nachdem ſeine alte Frau verſtorben, er dieſes Ehe-Verſprechen zu vollenziehen ſich weigert.

Ob nun wohl die ſponſalia zum völligen Schluß gekommen ſeyn möchten, als in welchen nichts weiter als mutuus conſenſus erfordert wird, welcher allhier befindlich zu ſeyn ſcheinet, nachdem er euch ſeine eheliche affection zu erkennen gegeben, und mit Schenckungen beſtärcket, ihr aber ſolche angenommen, auch nicht zu hindern ſcheinet, daß dieſes Ehe-Verſprechen bey Lebzeiten ſeiner erſten Frauen geſchehen, da eines Theils ſie darum gewuſt, andern Theils dergleichen ſponſalia als conditionata anzuſehen, auch wol erlaubet, ſub conditione ſponſalia zu contrahiren,

t. t. X. de condit. appoſ.

dieſemnach auch dergleichen Ehe-Verſprechen nicht unbeſtändig ſeyn mag, vielmehr vor gültig zu achten

c. 8. X. de eo, qui dux. in matrim.

Weil aber dennoch dergleichen tractatus ſponſalitii, ſo bey Lebzeiten der Frauen von dem Ehe-Manne vorgenommen worden, weder löblich, noch denen Rechten gemäß zu achten, angeſehen ſolche nur unter ledigen Perſonen ſtatt finden mögen, hergegen einem Ehe-Mann es an der facultate promittendi, vnde omnis efficacia obligationis dependet, ermangelt, als welche er erſt poſt mortem vxoris bekommet, dieſemnach wenn gleich das Ehe-Verſprechen würcklich geſchehen, dennoch ohnkräftig ſeyn würde, und ob wol ſub conditione ſponſalia vollenzogen werden mögen, dennoch im gegenwärtigen Fall eine reprobata conditio, quæ votum captandæ mortis in ſe continet, zu befinden, und dahero keinen Beſtand haben kan, auch die deciſio *c. 8. X. de eo, qui dux. in matrim.* hieher nicht wohl zu appliciren, als in welchem vornehmlich die Frage aufgeworfen, ob, wenn das Ehe-Verſprechen bey Lebe-Zeiten der Frauen geſchehen, und nach deren Tode darauf die Ehe vollenzogen worden, ſolche bereits geſchloſſene Ehe vor zu Recht beſtändig zu achten, welches der Pabſt affirmiret, und decidiret, tale matrimonium non eſſe reſcindendum, cum multa impediant matrimonium contrahendum, quæ contractum non dirimunt, wie er denn dabey, daß die Eheleute allerdings unrecht gehandelt, daß ſie ſich bey Lebe-Zeiten der vorigen Ehe-Frauen verlobet, declariret, his verbis: quamuis vtrique ipſorum pro eo, quod in hoc grauiter deliquerint, ſit pœnitentia iniungenda, dieſemnach die erſten verba des *capit.* 8. ſi quis vxore viuente fide data pro-

promiſit aliam ſe ducturum VEL cum ipſo de facto contraxit, copulatiue verſtanden werden müſſe, wie der gantze contextus ausweiſet, und gar nicht ungewöhnlich iſt, daß die particulæ disiunctiuæ & copulatiuæ confundiret werden.

So erhellet hieraus ſo viel, daß ihr in eurer Klage nicht fundiret ſeyd. V. R. W.

§. VII. Duo præterea in hoc titulo, inprimis in *c. cum haberet* 5. *X. h. t.* occurrunt, quæ diſcuſſione indigent, propterea quod in foris Proteſtantium non raro hæc frequentari ſoleant. Primum eſt de *impoſitione pœnæ cœlibatus*, quæ quibusdam in caſibus indici ſolet delinquentibus. Præter caſum enim ſingularem in *d. c.* 8. in *concilio Triburino* indicta eſt hæc pœna, ſi vir mulierem aut hæc illum occiderit. Nam in *c.* 5. *C.* 31. *q.* 1. *in f.* expreſſe dicitur: *quodſi probatum fuerit, SINE VLLA SPE CONIVGII maneant PERPETVO cum pœnitentia.* Idem reperitur *in c. ſeq.* Præterea adulteris eadem eſt impoſita pœna, ſi *diuortium* ſecutum eſt *propter adulterium*, vt apparet ex *c.* 22. & 23. *C.* 32. *q.* 7. *c.* 12. *de præſumt.* de quibus ſuo loco tit. *de diuortiis* agendum. Si de pœnæ huius ratione quæris, facili negotio eius natales ex *antiquo pœnitentium ſtatu* erui poſſunt. Neque enim *continentiam perpetuam* principaliter in *pœnam* excogitaſſe, aut eam impoſuiſſe videntur, ſed potius illa ipſa *conſequens* alterius pœnæ *neceſſarium* fuit. Scilicet plerumque contra leges matrimonii peccantibus iniungebatur *pœnitentia ſolennis*, & quamdiu quis in *ſtatu pœnitentiæ* erat conſtitutus, nec nouum matrimonium inire, nec antiquo vti poterat. *Concil. Illib. c.* 4. *concil. Arelat. II. c.* 21. *Tolet. V. c.* 7. Peracta pœnitentia demum facultas matrimonii ineundi reſtituebatur. *c.* 5. *in f. h. t. inf.* ibi GONZAL. *c.* 13. & 16. *C.* 33. *q.* 2. *c.* 19. *ibid.* Inde forſan eſt, quod *ſolennis* non poſſet coniugatis imponi, niſi cum conſenſu alterius coniugis, vt dicitur in *c. vlt. C.* 33. *q.* 5. ne ſcilicet coniux innocens priuaretur vſu coniugali præter meritum. Tempore *ieiuniorum*, vbi inprimis *pœnitentiæ* vacandum erat, coniuges ab vſu omni coniugii, alias licito, abſtinere iubentur, *c.* 3. 5. 6. *C.* 3. *q.* 5. imo etiam nuptiæ prohibitæ videntur, inprimis tempore *aduentus* & tempore *quadrageſimarum*, *c.* 8. *ſeqq. ibid.* quia & hæc tempora *pœnitentiæ* deſtinata erant, & ieiuniis. Breuiter: in ſtatu *pœnitentiæ* matrimonium locum habere non poterat. Quædam autem crimina *perpetua* plectebantur *pœnitentia*, & ſic huius *pœnitentiæ perpetuæ* neceſſarium conſequens erat *perpetuus cœlibatus*, cum tempore *pœnitentiæ* in abſtinentia commorari pœnitentes debebant. Sic de eo, qui coniugem occiderat, dicitur in

De pœna cœlibatus,

ex ſtatu pœnitentium antiquo orta.

c. 5. & 6. C. 31. *qu.* 1. quod *ſine vlla ſpe coniugii manere debeant perpetuo cum pœnitentia*, & ſi diuortium ob adulterium ſecutum eſt, præcipitur adulteris, vt *omnibus diebus vitæ ſuæ acerrimæ pœnitentiæ lamenta perſoluant*, & ſic nunquam ad matrimonium redeant. *c.* 22. C. 32. *q.* 7. Audiamus *c. ſeqq.*: *Concubuiſti cum ſorore vxoris tuæ? ſi feciſti, neutram habeas: & ſi illa quæ vxor tua fuerit, conſcia ſceleris non fuit, ſi ſe continere non vult, nubat in Domino, cui velit. Tu autem & adultera ſine ſpe coniugii permaneatis: & quamdiu vixeritis, iuxta præceptum ſacerdotis, pœnitentiam agite.* conf. *c.* 5. *X. h. t.* Simile exemplum occurrit in *c.* 2. *X. de pœnitent. & remiſſ.* & in *c.* 34. C. 27. *q.* 2. *c.* 5. C. 30. *q.* 1.

Cœlibatus nunquam per ſe vt pœna impoſitus fuit.

§. VIII. Quæ cum ita ſint, expeditum eſt, iure canonico nunquam per ſe *cœlibatum* tanquam *pœnam* fuiſſe impoſitam, ſed quia delinquentes in *ſtatum perpetuæ pœnitentiæ* coniecti erant. Cum vero ſatis notorium ſit, eiusmodi *ſtatum perpetuæ pœnitentiæ* in eccleſiis catholicis poſt ſeculum XII. diu ceſſaſſe, ipſamque pœnitentiam adeo immutatam fuiſſe, maxime poſt *expeditiones ſacras* cruce ſignatorum, vt hodierna eius praxis nouam prorſus diſciplinam præ ſe ferat, mirandum eſt, concluſionem hanc ex *ſtatu antiquo pœnitentium* deſumtam retentam fuiſſe, imo vero magis mirandum, cum *ſtatus* talis in noſtris eccleſiis nullo modo receptus ſit, ex imprudentia, &, re non ſatis perſpecta, nihilominus in quibusdam caſibus *pœnam continentiæ perpetuæ* remanſiſſe, cum tamen, principio remoto & reiecto, concluſio quoque neceſſario inde fluens reiici debuiſſet. Inde factum, vt *iurisprudentia* noſtra *eccleſiaſtica* haud cohæreat, ſed *hiulca* ſit, dum quædam improuide retenta ſunt, quæ non debebant retineri. Inprimis vero probari nullo modo poteſt, quod nonnunquam hoc durum iugum noſtrates imponere ſoleant his, qui temerario auſu alteri ex deſponſatis repudium mittunt, cuius rationem Dd. noſtrarum eccleſiarum ſolidam reddere non poſſunt, niſi quod ad *morem* prouocent, quod ſatis haud erat. Sic MEVIVS *P.* 6. *dec.* 359. *n.* 1. ait: *in iudiciis eccleſiaſticis MORIS eſſe, cum diſſoluuntur ſponſalia, interdici in poſterum nuptias*; præterea vero addit, ſequi eccleſias euangelicæ religionis in eo ſententiam LVTHERI, qui ad coercendam repudiorum temeritatem hoc *interdictum pium, vtile & neceſſarium* ſtatuit. Rationem præterea hanc affert CYPRAEVS *de ſponſal. c.* 12. §. 6. *n.* 3. quod cum ſemel fide data ſponſus factus ſit, alterius ſponſus eſſe non poſſit. Sed tamen diſſolutis ſponſalibus non amplius ſponſus eſt, & ceſſante cauſa ceſſare deberet effectus. Si recte coniicere poſſum, ſola auctoritas LV-

THERI

THERI plerosque decepit, vt hanc pœnam reciperent conſiſtoria. Ita enim ILLE in *lib.* von Ehe-Sachen *com. 6. Witteb. fol.* 261. iudicat: Der Bräutigam ſoll zuvor ſeine Braut durch die Obrigkeit zwingen laſſen, und wo ſie denn nicht will, ſoll ſie ohne Ehe ſitzen bleiben, er ſich aber ledig urtheilen laſſen. Sed MEVIVS *d. l. n.* 4. *ſeq.* optime iudicat, *parciut* hanc pœnam infligendam, nec hoc iugum, quod quilibet ferre aptus non eſt, imponendum eſſe, nec occaſionem grauioribus malis dandam: *In hac ſpecie*, pergit, *inprimis vbi conſcientiæ imminent laquei, abſtinendum ab onere inſupportabili infligendo.* Ita recte iudicat vir celeberrimus. Ne quid enim diſſimulem, parum conueniens eſt hæc pœna, vtpote quam pauciſſimi ſuſtinere queunt, & quæ præterea ad grauiora mala, ſcortationes, aliaque facinora & ſcelera animam præbere poteſt. Saniores fere & magis prouidi hac in re videntur pontificii, quod *cœlibatum* per ſe olim non impoſuerint, ſed magis tanquam conſequens neceſſarium *pœnitentiæ perpetuæ* æſtimauerint, quam tamen haud agnoſcimus. Vnde merito in noſtris conſiſtoriis hæc pœna exulare debet, &, quantum fieri poteſt, in pronunciando ab ea abſtinendum eſt, cum mos conſiſtoriorum, ad quem MEVIVS primario prouocat, magis *error deprauatus* quam *obſeruantia forenſis* dicendus ſit. Ceterum de *cœlibatu* adulteris poſt diuortium imponendo, infra ſpeciatim agendum eſt.

§. IX. Alterum notabile itidem occurrit in *c.* 5. *X. h. t.* vbi verba finalia hæc ſunt: *Solicitudinis tamen tuæ interereit, vt vterque prouideat ſuis liberis procreatis, & ſecundum quod eisdem ſuppetunt facultates, ſuſtentationi eorum neceſſaria ſubminiſtret.* Ex his verbis concludunt, liberis ex *damnato coitu* vt & ex *adulterio* natis, de *iure canonico* prouidendum eſſe de *alimentis.* Quæ concluſio ſi vera eſt, receſſit *ius canonicum* eo ipſo a *iure ciuili*, quippe quo *alimenta* hisce liberis denegantur in *auth. ex complexu C. de inceſt. & inutil. nupt. N.* 89. *c.* 15. ad quam diſpoſitionem etiam prouocat INNOCENT. III. in *c. pen. X. qui filii ſint legit. in f.* Hanc diſcrepantiam inter ius vtrumque agnoſcunt GONZALEZ. ad *cit. c.* 5. *n.* 4. CANIS. *ad h. t. n.* 13. RITTERSHVS. *de differ. iur. ciuil. & can. lib.* 2. *c.* 7. GAIL. 2. *obſ.* 88. *n* 5. BRVNNEM. *ad d. auth.* CARPZ. *P.* 3. *C.* 14. *def.* II. RICHTER. *P.* 2. *deciſ.* 88. *n.* 33. & *Dd.* communiter, qui omnes ad hunc textum prouocant, & præſidium ſuæ ſententiæ in eo collocant. Ab his tamen diuortium feciſſe videntur MEIER. *in C. I. A. lib.* 25. *tit.* 3 *th.* 8. LINCK. *ad decret. h t. in f.* VNGEPAVR. *h. t. n.* 5. putantes, ſpecialem caſum in *c.* 5. *h. t.* contineri,

An liberis adulterinis ex iure canonico debeantur alimenta?

neri, & ex ſpecialibus circumſtantiis motum fuiſſe pontificem, vt alimenta liberis aſſignaret. Vt itaque de mente huius textus conſtet, caſum referre lubet. *Iohannes* habens legitimam vxorem *Alitiam*, cum ancilla adulterium perpetrauit, & licet, deſuper in ius vocatus, eandem abiuraret, contemto tamen iuramento, mœchæ cohabitare præſumſit, & tandem, legitima vxore mortua, cum præfata adultera per decennium eſt moratus, a qua etiam decem procreauit liberos, vbi pontifex eos ſeparandos eſſe ſtatuit, liberis tamen *alimenta* aſſignat. Hic ſupponit vrgetque VNGEPAVERVS & LINCKIVS, decem illos liberos demum eſſe prognatos *poſt mortem legitimæ vxoris*, atque hoc intuitu proprie pro *adulterinis* haberi non potuiſſe. Verum de hac circumſtantia nec in ipſo textu aliquid habetur, nec illa quandam probabilitatis ſpeciem habet. Etenim cum longe ante mortem *Alitiæ* cum ancilla cohabitauerat, quis crederet, adulterum eo tempore nullos ex moecha procreaſſe liberos, eosque & quidem in tanta copia demum poſtea progenuiſſe, vt *ſingulis annis* editus vnus fuerit? quod vix concipi poteſt. Sine dubio potius credendum eſt, aliquot ſaltim liberos ante mortem legitimæ vxoris iam natos, eosque *adulterinos* fuiſſe, & tamen *indiſtincte* liberis hisce aſſignat alimenta pontifex. Vnde etiam praxis hanc ſententiam ſeu diſcrepantiam iuris canonici a ciuili recepit, fatente STRYKIO *de ſucceſſ. ab int. diſſ.* I. *c.* 2. §. 58. Grauius dubium mouet INNOCENTIVS III. in *c. pen. X. qui filii ſint legit. in f.* quo *ius ciuile* approbare videtur. Verum ſi recte contextus inſpicitur, *ſimpliciter & obiter* diſpoſitionem iuris ciuilis *referre*, neutiquam vero eandem *probare & diſponere* videtur, vt ſecundum eam adulterini ab alimentorum petitione excluſi eſſe debeant.

TITV-

Digitized by Google

TITVLVS VIII.

DE CONIVGIO LEPROSORVM.

§. I.

POtiſſimum duo ſunt, quæ in *h. t.* pertractantur: (1) de *lepra coniugum* & (2) *deſponſatorum.* Sub *lepra* autem hic intelligitur omnis *morbus contagioſus*, propter quem alter coniugum non poteſt commode vel ſine periculo vitæ alteri cohabitare. Vbi primo videndum de morbo *occulto antecedente* matrimonium, atque inquirendum, vtrum, nouo marito occulta *lue venerea* laborante, vxor poſſit agere ad *diuortium*, vel potius ad *nullitatem* matrimonii declarandam? Aperte id non deciditur in *h. tit.*, hoc tamen GONZALEZIVS ex *c. 2. X. h. t. lit. c.* deducit, putatque, vxorem non audiendam eſſe, quod error circa *ſalutem* non irritet matrimonium, quo etiam collineat HENRICVS CANISIVS *ad h. t. n. 3.* Verum nec ex *cit. tx.* hæc deciſio colligi poteſt, nec ratio adducta aliquid roboris habet; id enim in quæſtione eſt, vtrum *talis error* matrimonium quoque dirimat vel irritet, qui *cohabitationem* tacite ſubintellectam excludit? Neque enim cohabitare ſanus poteſt ei, cui cohabitare *ſine periculo ſalutis* nequit. Sicuti ergo *error* circa *virginitatem* ſufficientem cauſam irritandi matrimonium præbere poteſt, ita non dubito, quin hoc in caſu eo magis inualiditas matrimonii ſit ſtatuenda, quo euidentius eſt, finem matrimonii fere in totum ceſſare. Cum defloratа, quam *ex errore* duxit, cohabitare poteſt maritus, quamuis non adeo *honeſte*, vt plerumque tantum reſpectus ambitionis matrimonio reſiſtat: ſed cum ea, quæ morbo tali contagioſo diſſimulato laborat, non poteſt cohabitare absque periculo vitæ ſuæ, atque quod primo conceſſum caſu, non poteſt altero denegari. STRVV. *ex.* 30. §. 40.

Quid h. t. lepra?

Quid ſi occulta lue antecedente matrimonium maritus laboret?

Digitized by Google

Quid de infirmitate superveniente contagiosa dicendum,

§. II. Sed grauior quæstio emergit circa *infirmitatem contagiosam superuenientem.* GREGORIVS III. in *c.* 18. *C.* 32. *q.* 7. hac de re ita statuit: *Quod proposuisti, si mulier infirmitate correpta non valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat iugalis? bonum esset, si sic permaneret, vt abstinentiæ vacaret; sed quia hoc magnorum est, ille, qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen subsidii opem subtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, non detestabili culpa excludit.* Misere se torquent, ancipitesque hærent interpretes, quomodo GREGORIVS *orthodoxe* intelligendus, & ab omni suspicione prauæ sententiæ liberandus sit, vt hæc decisio cum textibus sub hoc titulo congestis conciliari possit. Varias interpretationes adducit GONZALEZ. *ad c. vlt. X. h. t. n.* 9. quibus recitatis, ipse tandem explicat textum de muliere, quæ ita *arcta* inuenta est, vt cognosci a marito plane non potuerit, adeoque matrimonium hoc ipso iure *nullum* fuisse statuit. Quis vero non animaduertit, hanc interpretationem diuinatoriam esse? De *infirmitate corporis* quæstio fuit mota, non de *arctitudine*, quæ proprie *infirmitas* dici nequit. Deinde sermo est de muliere *infirmitate* correpta, nec determinatur, an vitium hoc fuerit *antecedens* an *superueniens?* si prius, confirmatur decisio §. *antecedentis*: si posterius, corruit decisio huius tituli.

vel de furore? Quod de *infirmitate* dictum, etiam ad *furorem* superuenientem applicari potest. Iure ciuili nullus fuit dubitandi locus, quin ob eum matrimonium dissolui potuerit. Id ICtus in *l.* 22. §. 7. *D. solut. matr.* aperte docet his verbis: *Si autem tantus furor est, ita ferox, ita pernicioſus, vt sanitatis nulla spes supersit, circa ministros terribilis, & forsitan altera persona velit, vel propter sæuitiam furoris, vel quia liberos non habet, procreandæ sobolis cupidine tenta est, dirimere: licentia erit compoti mentis personæ, furenti nuncium mittere, vt nullius culpa videatur esse matrimonium dissolutum, neque in damnum alterutra pars incidat.*

Quorundam Protestantium sententiæ.

§. III. Neque ex nostratibus defuerunt, qui, cum plures diuortiorum causas admittendas arbitrarentur, etiam *infirmitatem furoremque* inter iustas dirimendi matrimonium causas retulere. RENNEMANNVS *in iurisprud. Rom. Germ. m.* 1. *d.* 42. *th.* 36. *lit. c. d.* satis aperte hanc sententiam tuitus est his verbis: *Sacræ scripturæ probibitio accipienda de diuortio, priuato cuiusque arbitrio, quasi causa, vel ex nulla omnino temere concepta, non de illo, quod ex causa legitima & iure probata, magistratus auctoritate prævia est permissum. Idcirco non dubitandum censemus, cum causæ supra th.* 32. *memoratæ sint a christianis imperatoribus*

(*sub*

Digitized by Google

(ſub quorum imperio ſanctiſſimi theologi Nazianzenus, Theodoretus, Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius & alii floruerunt,) nemine contradicente decretæ, & per aliquot ſecula obſeruatæ, quin & hodie pii magiſtratus, eo quo dictum eſt modo, non tantum ex illis ante recenſitis, ſed etiam ex aliis grauioribus cauſis vel æque grauibus pro circumſtantiarum ſuaſione diuortia concedere queant, dummodo illa ad furorem, morbum ſonticum, vel alias calamitates, in quas alteruter ſine culpa ſua poſt nuptias conſummatas incidit, &c. extendatur. Eandem ſententiam latius defendit BRVCKNER. *in deciſ. matrimon. c.* 23. vbi id maxime contendit, matrimonium etiam ob *impotentiam ſuperuenientem* diſſolui poſſe, cui non diſſimilis eſt talis morbus, ob quem vxor ad omne matrimonium inhabilis prorſus redditur.

§. IV. Non iam in eo ſum, vt GREGORII ſententiam, quam interpretes communiter detorquent in alium ſenſum, ne *ſenſu eccleſiæ*, vt loquuntur, alienus eſſe videatur, ex aliis rationibus defendam corroboremque, de qua commodior infra ad *tit. de diuort.* agendi locus erit; certum interim eſt, plerosque patres eum deſeruiſſe, & ita de iure canonico magis inualuiſſe ſententiam, ob *morbum furoremque ſuperuenientem* diſſolutioni locum haud eſſe. NICOLAI hac de re in *c.* 25. *C.* 32. *q.* 7. hæc eſt ſententia: *Hi, qui matrimonium ſani contraxerint, & vni ex duobus amentia aut furor aut aliqua infirmitas acceſſerit, ob hanc infirmitatem coniugia talium ſolui non poſſunt. Similiter ſentiendum de his, qui ab aduerſariis excæcantur, aut membris truncantur, aut a barbaris exſecti fuerint.* Similiter *in c. ſeq. Neque furioſus neque furioſa matrimoniam contrahere poſſunt, ſed ſi contractum fuerit, non ſeparentur.* Idem confirmatur ex *c.* 1. *ſqq. X. h. t. c. quemadmodum* 25. *X. de iureiur. c.* 14. *X. de conuerſ. coniug.* Hæc ſententia de iure canonico eo minus dubii habet, quod canones poſt AVGVSTINI maxime tempora proprie dictum diuortium ob nullam cauſam, ne quidem *adulterium* (in quo tantum permittunt *ſeparationem quoad thorum & menſam*, ſaluo interim vinculo coniugali) concedant, quo etiam collineat INNOCENTIVS III. in *all. c.* 14. inquiens: *ex quo matrimonium inter legitimas perſonas per verba de præſenti contrahitur, illis viuentibus in nullo caſu poteſt diſſolui, vt viuente reliquo alter ad ſecunda vota tranſmigret.* Huius deciſionis primarium fundamentum quærendum in conceptu *ſacramenti*, in quo *indiſſolubilitatis fundamentum* conſtituunt, vt plenius *tit. de diuort.* adſtruendum.

Iuris canonici genuina ſententia,

§. V.

Digitized by Google

quam plerique Proteſtantium ſequuntur.

§. V. Quamuis vero noſtratium quidam, vt dictum, contrariam ſententiam elegerint, ſi tamen de praxi noſtrarum eccleſiarum frequentiori ſermo eſt, magis iuri canonico inhærere ſolent. In hanc enim ſententiam potiſſimum & ICti & Theologi Proteſtantes deſcendiſſe videntur ex auctoritate LVTHERI, in libello **vom Ehel. Leben** *in f. P. 2. tom. 2. Altenb. p.* 215. *a.* inquientis: *Quid ſi quis coniugem ægrotantem habet, qui ipſi ad debitum coniugale inutilis factus eſt, poteſtne aliam ducere? Neutiquam, ſed inſerui DEO in ægroto ipſumque cura, cogitans, Deum tibi ſanctum aliquid per illum domui tuæ immiſiſſe, quo cœlum acquiras. Beatus vterque, beatus tu es, ſi tale donum ac gratiam agnoſcis, & coniugi tuo propter Deum ſeruis. Dicis: ſed continere non poſſum. Mentiris. Si tu ſerio coniugi ægroto ſeruies & agnoſces, Deum tibi illum miſiſſe, ipſique gratias ages, reliquam curam in ipſum reiice, certe dabit tibi gratiam vt non amplius, quam perferre poſſis, portare cogaris. Nimis fidelis eſt, vt te coniuge tuo ita per morbum priuaret, contra carnis concupiſcentiam tibi auferet, modo tu ipſi fideliter ſeruies in ægroto tuo.* Eandem ſententiam LVTHERI calculo ſuo approbant CARPZ. *lib. 2. I. E. def.* 202. *n.* 10. *ſqq.* GERHARD. *in loco de conjug* § 685. HAVEMANNVS *in gamol. lib. 3. tit. 9. cauſ. 6.* ARNISAEVS *de iure connub. c. 6. ſect. 8. n. 17. ſeqq.* DEDEKENNVS *vol. 3. lib. 4. ſect. 10. n. 3. ſqq. & ſect. 13. n. 1.* Interim BRVCKNERVS *in deciſ. matrim. c. 23. n. 25.* exiſtimat, LVTHERVM ſententiam ſuam mutaſſe, & contrarium multis rationibus ſtabilire conatur, vt, qui in eam iuerint, omni præſidio non deſtituantur. Memini etiam, facultatem noſtram in eandem tranſiiſſe ſententiam *anno* 1716. *M. Sept.* ſequente reſponſo:

Hat Titius eine hohe Standes-Perſon Caiam vor 23. Jahren zur Ehe erwählet, und ſolche mit ihr vollenzogen, bald aber an ihr einige Gemüths-Verwirrung und defection wahrgenommen, ſo daß ſie auch öfters im Schlaf aufgeſtanden und unwiſſend herum gegangen, bis endlich die mania an ihr völlig ausgebrochen, und ob wol viele medicamenta dagegen gebrauchet worden, dennoch ſolche beſtändig bishero 15. Jahr lang angehalten, und keine Hoffnung einer Beſſerung übrig, dahero Titius, weil er das donum continentiæ nicht hat, inzwiſchen doch Caiam Lebenslang zu verſorgen ſich anheiſchig gemachet, das diuortium mit ihr vorzunehmen gewillet, und ob ſolches per diſpenſationem ſuperioris in dieſem caſu ſtatt finden könne, belehret ſeyn will.

Ob

Ob nun wohl es unter den Evangeliſchen eine bekannte Sache iſt, daß viele Theologi und ICti nur zwey cauſas diuortii totalis, als adulterium & malitioſam deſertionem, zugeben, und vermeinen, daß ſolche alleine in der H. Schrift gegründet,

Matth. V, 32. *XIX*, 9. 1 *Cor. VII*, 15.

NICOLAI *de diuort. P. 2. c. 1. n. 24.*

und auſſer denſelben keine andere zugelaſſen, auch keine diſpenſatio contra ius diuinum verſtattet werden möge, abſonderlich da in gegenwärtigem caſu ein ſolcher Zufall, welcher erſt bey währender Ehe erfolget, zu befinden, von welchem die Rechts-Lehrer überhaupt anmercken, daß daraus kein diuortium ſtatt finden könne, cum ne quidem ex impotentia ſuperueniente matrimonium dirimi poſſit, per rationes, quas adducit

BRVCKNER. *in deciſ. matrim. c.* 23. §. 6.

welche Meynung auch ad caſum furoris & maniæ gezogen, und daß daraus kein diuortium ſtatt finden könne, behauptet wird.

c. 25. *C.* 32. *qu.* 7.

Weil aber dennoch, daß auſſer denen zween angeführten cauſis diuortiorum unter denen Evangeliſchen noch andere erhebliche Urſachen zur Ehe-Scheidung zugelaſſen werden können, viele Theologi und ICti Proteſtantes behaupten, welche in groſſer Zahl angeführet hat

BRVCKNER. *deciſ. matrim. c.* 16 *n.* 1.

und unter andern auch die inſidiæ vitæ ſtructæ, davon abermahl keine expreſſe Verordnung in ſacris zu befinden, dahin gezogen werden,

B. STRYK. *diſſ. de diuort. ob inſid. vitæ ſtruct.*

und was ins beſondere die maniam & furorem betrifft, ſchon vormals der Käyſer Leo das diuortium deßwegen zugelaſſen, vt, ſi vxor mente capiatur, idque neque dolo mariti, neque ipſo conſcio aliorum maleficio fiat, & vltra tres annos illud malum duret, matrimonium dirimi poſſit, alteramque vxorem marito ducere liceat,

Nou. Leon. III.

welches auch der Frauen zugelaſſen, wenn der Mann in furorem fallen, und über 5. Jahr darin verbleiben ſolte,

Nou. Leon. 112.

und ſo gar der Pabſt Gregorius III. ſolches auf alle Kranckheiten, welche die eheliche Beywohnung verhindern, extendiret hat, mit dieſem Zuſatz, quia hoc magnorum eſt (vt ſe contineant); ille, qui ſe non poterit continere, nubat magis, non tamen ſubſidii opem ſubtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, non deteſtabilis culpa excludit:

c. 18. C. 32. *q.* 7.

alſo daraus wahrzunehmen, daß in vorigen Zeiten man nicht allemal ſchlechterdings die Ehe-Scheidung in ſolchen Fällen verboten, welches denn unſere Theologi gleichfalls behaupten, und von dieſem caſu alſo ſtatuiren: Si vero vxor ſe continere nequeat, quin vratur, iudex ſoluat. Quis enim cum leone viuat aut dracone?

DANHAVER. *in theol. conſcient. P. 2. ſpec. dial. ſect. 3. qu.* 21.

und die Wittenbergiſche Facultæten in ſolchem Fall auf das diuortium totale erkannt haben,

teſte BRVCKNERO *cit. l. n.* 9.

in gegenwärtigem caſu aber in ſpecie zu bemercken, daß Titius ſchon anfangs bey der Verheyrathung einige Unordnung des Gemüths bey der Caia gemercket, wiewohl er nicht vermuthen mogen, daß ſolches einen ſolchen unglücklichen effectum nach ſich ziehen würde, gleichwol der euentus gewieſen, daß ſchon damals die ſemina maniæ bey ihr geweſen ſeyn müſſen, mithin dieſes malum mehr pro antecedente als ſuperueniente vitio zu halten, nechſt dem hieben wohl zu erwegen, daß Titius nun ſchon 15. Jahr auf die Beſſerung gewartet, gleichwohl das donum continentiæ nicht habe, dabey auch nach denen Geſetzen ihm, eine concubinam zu halten, nicht zugelaſſen, nichts deſtoweniger zu befürchten, daß er darüber in ſchwerere Verſuchungen und ſcortationes fallen möchte, welchen Umſtand auch ſonſten die Evangeliſchen Theologi in materia diuortii wohl zu ponderiren pflegen: quilibet enim ſcit coniugium partim inſtitutum eſſe ad vitandam ſcortationem. Quando ergo in coniugio incorrigibilis impotentia ad cohabitationem coniugalem accidit, quilibet intelligere facile poteſt, magnum inconueniens eſſe, alteri ſano tali coniugio importuno ad ſcortationem anſam præbere, & neceſſitatem quaſi imponere; ſunt verba

BVLLINGERI *in libell. de coniug.* relata a BRVCKNERO *cit. l. c.* 23. *n.* 30.

wel-

Digitized by Google

welches alles allhier um deſto mehr ſtatt finden muß, da Titius ſich erbietet, die Caiam lebenslang zu verſorgen, auch der Caiæ Brüder dieſem diuortio nicht zuwider ſind, ſondern, daß Titius ſich anderwerts verheyrathen möge, gerne zulaſſen:

So halten wir davor, daß Titio die gäntzliche Ehe-Scheidung *per diſpenſationem* geſtalten Sachen nach wohl zugelaſſen werden möge.

§. VI. Sed iam ad *alterum membrum* progredior, quando lepra vel alius morbus contagioſus ſponſalia ſuperuenit, vbi diſtinguunt canoniſtæ inter ſponſalia *de præſenti* & *de futuro*. Illa haud diſſolui poſſe per *lepram* vel alium *morbum*, ſatis clare patet ex *c.* 14 *X. de conuerſ. coniug.* ex hac ratione, quod iam ſit *verum matrimonium*; bene tamen hæc, de quo caſu communiter interpretes accipiunt textum in *c.* 3. *X. h. t.* vnde & in quibusdam editionibus diſerte fit mentio *ſponſalium de futuro*. Atque hoc adeo verum eſt, vt, etiamſi vel maxime ſponſalia eſſent *iurata*, nihilominus tamen alter haud compelli poſſet ad matrimonium conſummandum. Ita enim pontifex in *c.* 25. *X. de iurei.* *Quodſi poſt huiusmodi iuramentum mulier fieret non ſolum leproſa, ſed etiam paralytica, vel oculos & naſum amitteret, vel quicquam ei turpius eueniret, nunquid vir teneretur eam ducere in vxorem? profecto ductam non poſſet dimittere. Sed nunquid non ductam admittere teneretur, quamuis interdum contractum non diuimat, quod impedit contrahendum.* Videlicet omne iuramentum intelligitur *rebus in eodem ſtatu perſiſtentibus.* Quodſi itaque talis ſuperueniret *imbecillitas*, vel aliud malum, propter quod ſanus nunquam ſponſalia contraxiſſet, merito dicendum eſt, deficere *conditionem tacitam*, ſub qua regulariter talia celebrari ſolent ſponſalia, CARPZOV. *lib.* 2. *I. E. def.* 181. *n.* 8. *ſeqq.* vt iam dictum *tit. de condit. appoſ.* §. 3. Etſi vero haud incongrue CARPZOVIVS *lib.* 2. *I. E. def.* 180. *ſeq.* aſſerat, in foris Proteſtantium idem obtinere (quod etiam ſupra *tit. cit.* §. 3. admiſi,) & in effectu a mente iuris canonici haud abeat, exiſtimando, etiam in ſponſalibus de *præſenti* id admittendum eſſe, quoniam pura, quæ canones pro ſponſalibus de *futuro* habent, ille ſponſalia *de præſenti* eſſe cenſuit docuitque; in eo tamen errat, putando, in iure canonico hoc diſcrimen in hac materia haud agnoſci. Ita vero ille in *def.* 180. *n.* 5. *Etſi vero textus*

Si lepra vel ſimilis morbus ſponſalia ſuperuenerit.

Si vel maxime ſponſalia iurata.

Digitized by Google

ille (c. vlt. X. h.) loquatur ſaltim de ſponſalibus de futuro, ex ratione tamen appoſita, quod matrimonium ante nuptias conſummatum haud ſit, ad ſponſalia de præſenti bene extenditur. Ex mente canonum certe hoc falſiſſimum eſt, & tum aperte eidem repugnat *c.* 14. *X. de conuerſ. coniug.* tum etiam potiſſimum hæc ratio, quod iure canonico ſponſalia *de præſenti* iam ipſum matrimonium ſint, tum denique verba in *c.* 3. *X. h. cum nondum inter eos matrimonium fuerit conſummatum.* Neque enim, vti vult CARPZOVIVS, dicitur, quod matrimonium *ante nuptias* conſummatum haud ſit, ſed in genere *qualibet conſummatio* intelligitur, quæ etiam de iure canonico fit per conſenſum *de præſenti*, vti iudicat CANISIVS *h. t. n.* 2.

FINIS.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX.

Ad illuſtrationem quarundam doctrinarum in hoc tomo traditarum ſequentia addere placuit.

Ad Tit. XLI. §. 62. p. 766.

In hac §. reprobata eſt *priuata communio*, quæ etiam duplici reſcripto regio in prouinciis potentiſſimi regis Boruſſiæ prohibita eſt. Primum eſt huius tenoris:

Seine Königl. Maj. in Preuſſen ꝛc. ꝛc. befehlen dero Etats-Miniſter von Cocceii und Vice-Præſidenten Reichenbachen hierdurch allergnädigſt, an alle Conſiſtoria, ſie ſeyn Reformirt oder Lutheriſch, durch eine nachdrückliche circular-Verordnung den Befehl zu ertheilen, daß ſie hinfüro auf alle Prediger wohl Acht geben, auch dieſelben desfalls beſonders erinnern ſollen, damit ſie mit der Adminiſtration

ſtration des Heil. Nachtmahls hinfüro vernünftig und wohlbedächtig umgehen, auch ſolches keinem Krancken, der bereits Sinn und Verſtand verliehret, geben, ſondern wann ſie es verlangen, ſie 2 bis 3. Tage vorher darzu wohl präpariren ſollen. Es ſoll auch hinfüro bey caſſation keinem Geſunden, er ſey, wer er wolle, das Abendmahl mehr in denen Häuſern oder auch in denen Sacriſteyen gegeben werden, ſondern jedermann ſoll ſchuldig ſeyn, in öffentlicher Kirche nach geendigter Vormittags-Predigt vor dem Tiſche oder Altar mit denen übrigen Communicanten zu communiciren. Potsdam den 25ſten Aug. 1731.

Friedrich Wilhelm.

Ordre
an den ꝛc. von Cocceji und
Reichenbach.

Alterum eſt *declaratorium*, ſimulque prius intuitu certarum perſonarum limitat:

Nachdem Seine Königl. Maj. in Preuſſen ꝛc. Unſer allergnädigſter König und Herr, die wegen Abſchaffung der priuat-communion ergangene Verordnung dahin allergnädigſt declariret, daß, ſo viel diejenigen Perſonen anbetrifft, welche mit dem ſchweren Gebrechen oder Jammer behaftet, ingleichen die auf Krücken gehen, Blinde, und die, ſo eckelhafte Schäden, Ausſchlag und Flüſſe im Geſichte haben, denenſelben das Heil. Abendmahl in der Woche, wann Predigt gehalten wird, in der Sacriſtey zu empfangen erlaubet ſeyn ſoll,

Digitized by Google

soll, dabey aber verordnet, daß es sodann etzlichen Personen zugleich gereichet werden soll, so wird solches Ew. Christl. Liebe und insonderheit dergleichen miserablen Personen hierdurch bekannt gemacht, und diese zugleich ermahnet, daß sie sich zum wenigsten 14. Tage vorher bey ihren Beichtvätern melden, damit ein gewisser Tag zu dieser Communion ausgesetzt, und gedachter allergnädigsten Verordnung ein Genüge könne geleistet werden.

Ad Tit. XLI. §. 107. p. 816.

Speciatim edicto regio cautum est, ne de *prædestinatione* in cathedra sacra rixæ & contentiones moueantur:

Von GOttes Gnaden **Friedrich Wilhelm**, König in Preussen ꝛc. ꝛc. Ihr wisset Euch zu erinnern, was vorhin schon verschiedentlich von Unsern in GOtt ruhenden Verfahren, insonderheit seither anno 1662. wegen der in verschiedenen Puncten, und absonderlich auch über die **Gnaden-Wahl**, bey denen Evangelischen Kirchen eingeschlichenen differenten Meynungen und unseligen Trennungen, und daß von solchen streitigen Sentimenten und Materien, da selbige nach wie vor wol unausgemacht bleiben werden, bis es dem Allerhöchsten gefällig seyn wird, ein mehreres Licht der Erkänntniß und den Geist der Einigkeit und Friedens in grösserer Maasse zu verleihen, nichts auf die Cantzel gebracht, oder daselbst abgehandelt, weniger mit Heftigkeit und eigensinnigen Vorurtheilen disputiret werden solle, durch Churfürstl. und Königl. Edicta verordnet und befohlen worden.

Wir vernehmen aber zu Unserm nicht geringen Mißfallen, daß dem ohngeachtet, so wol Evangelisch-Reformirte als Lutherische Prediger von diesen ohnedem vielen Schwierigkeiten und differenten Aus-

Auslegungen unterworffenen Materien, wovon sie selbsten keinen rechten Begriff haben, weniger denselben ihren Zuhörern beybringen können, auf denen Cantzeln öffentlich zu handeln, auch die davon gefaßte und habende Meynungen mit vielen Heftigkeiten zu souteniren sich unterstehen, wodurch dann wenige Erbauung gestiftet, und hingegen offtermahlen zu vielen Aergernissen Anlaß gegeben wird. Wann wir aber solches durchaus länger nicht verstatten, sondern alle dergleichen nichts als Verwirrungen und Bitterkeit verursachende öffentliche Abhandlungen über diese Materien abgestellet wissen wollen: Als haben wir Euch solches unverzüglich bekannt machen, zugleich aber ernstlich bedeuten und aufgeben wollen, daß Ihr und die unter Eurer Inspection stehende Prediger, welchen diese Unsere allerandigste Willens-Meynung sofort von Euch kund zu machen, bey Vermeidung der Suspension, und dem Befinden nach anderer harten arbitrarischen Strafe in öffentlichen Versammlungen und denen Predigten Euch alles unnöthigen raisonnirens, Widerlegung der gegenseitigen Meynungen und disputirens über diesen streitigen Punct gäntzlich enthalten, und vielmehr die Euch anvertraute Gemeinden in der Furcht des HErrn von denen zu ihrer Seligkeit nöthigen und dienlichen Dingen und dem thätigen Christenthum, nach der deutlichen Vorschrift des Wortes GOttes unterweisen sollet. Allermassen wir auch Unserm officio Fisci anbefohlen, ein wachsames Auge darüber zu haben, wider diejenigen Prediger, so hierwider zu handeln sich gelüsten lassen solten, als öffentliche Verächter Unserer Königl. Mandate, ihr Amt gehörig zu beobachten, und selbige zur obgedachten Bestrafung zu ziehen. Seynd Euch mit Gnaden gewogen. Geben Berlin den 10. May, 1719.

Ad §. 108.

Digitized by Google

Ad §. 108. eiusd. tituli p. 817.

Nouo edicto regio prohibitum eſt, ne vltra *horæ ſpatium* concio-nes protrahantur:

Friedrich Wilhelm, König in Preuſſen ꝛc. ꝛc.

Unſern ꝛc. Iſt ꝛc. erinnerlich, welchergeſtalt Wir ſchon unterm 18. Dec. 1715. verordnet, daß die Predigten niemahls länger, als aufs höchſte eine Stunde dauren ſolten. Wie wir nun mißfällig vernommen, daß ſolcher Verordnung nicht nachgelebet worden, als befehlen Wir ernſtlich, mit mehrerm Nachdruck darüber zu halten, und hinkünftig die Uebertreter mit der darinnen geſetzten Strafe ohne Anſehung der Perſonen zu belegen, und ſollen die Kirchen-Vorſteher darauf Acht haben, weil die Strafen der Kirchen zuwachſen. Wie denn die, ſo darunter ſäumig, ingleichen die Prediger, ſo dieſe Verordnung auf der Cantzel anzapfen, mit eben dergleichen Strafe, als die, ſo lange predigen, beleget werden ſollen. Berlin den 2. April. 1717.

Ad Tit. XLII. §. 18 p. 832.

An & quatenus *conſiſtorii decretum* baptiſma Iudæorum, rite ad fidem in Chriſtum præparatorum, præcedere debeat, ex ſequente reſponſo, a Facultate noſtra M. Sept. 1733. dato, cognoſcere licet:

Iſt anno 1731. ein aus Fr. am M. gebürtiges Vater-loſes Juden-Mägdgen von 15 Jahren zu Albanien durch das fleißige Singen und Beten einer benachbarten Chriſtlichen Witwe rege gema-

Digitized by Google

chet, daß sie sich entschlossen, sich zur Christlichen Religion zu wenden, und deßwegen bey der daselbsten residirenden Frau Gräfin Aemilia angegeben, um in der Evangelischen Lutherischen Religion unterrichtet zu werden, bey welchem itaru causæ der Frau Gräfin Herr Sohn, der regierende Graf Gustavus, nebst seiner Gemahlin von Corintho eben dahin gekommen, welchem die Frau Gräfin davon Eröffnung gethan, und darauf mit dessen Genehmhaltung beschlossen worden, das Mägdgen auf Kosten der Frau Gräfin in dem Wäysenhause zu Corintho in der Christlichen Religion unterrichten zu lassen. Hat hierauf nach Verlauf einiger Monat die Frau Gräfin dem regierenden Herrn Sohne eröffnet, wie sie gesonnen wäre, das Juden-Mägdgen des nächsten in der Evangelischen Lutherischen Kirche zu Corintho taufen zu lassen, und deßwegen angefraget, ob der Herr Graf nebst seiner Gemahlin Taufzeugen mit dabey zu seyn beliebten? welches anfänglich derselbe durch iemands anders verrichten zu lassen versprochen, übrigens wider die vorseyende Taufe dieses Juden-Mägdgens nichts zu erinnern gehabt, nach einiger Zeit aber die Gevatterschaft zu übernehmen sich geweigert, wobey es auch die Frau Gräfin bewenden, inzwischen mit des Juden-Mägdgens Unterweisung fleißig continuiren lassen, bis endlich der Sonntag Palmarum anno 1733. zur öffentlichen Catechisation und Taufe derselben bestimmet, und dem Evangelischen Lutherischen Pastori von der Frau Gräfin als Patrona der Kirchen angedeutet worden, solches der Gemeinde 8. Tage vorher zu notificiren. Hat aber der Superintendens zu Corintho, so bald er davon Nachricht erhalten, dem gedachten Pastori angedeutet, sich dergleichen Veranstaltungen zu enthalten, weil der regierende Herr Graf nichts darum wüste, und solches ein Eingriff in die iura episcopalia des Landesherrn wäre, dahero auch etliche Tage darauf das reformirte Consistorium zu Corintho einen Lutherischen Prediger vom Lande hinein fordern, und durch selbigen das Juden-Mägdgen examiniren lassen, worauf nach wenig Tagen der Superintendens den Lutherischen Pastorem, so zur Taufe und examine des gedachten Mägdgens ersehen, wieder zu sich ruffen lassen, mit der Anzeige, daß er das Mägdgen nur ferner unterrichten, und wann er es zur Taufe tüchtig befinden würde, er es ihm berichten solte, alsdann das Consistorium nicht entgegen seyn würde.

Hat

Hat nun die Frau Gräfin Mens. Iun. eiusdem anni an den Lutherischen Pastorem zu Corintho geschrieben, daß er das Mägdgen den nechstkommenden Sonntag in der öffentlichen Kinder-Lehre mit andern Christen-Kindern zugleich examiniren, und wenn sich fünde, daß sie gnugsamen Unterricht von der Evangelischen Lutherischen religion hätte, sie den darauf folgenden Sonntag taufen, es aber zuvor dem dortigen Consistorio anmelden solte, welcher solches alles wohl ausgerichtet hat, darauf aber von dem Consistorio ein rescriptum eingelaufen, darin verordnet worden, den Tauf-actum so lange zu suspendiren, bis man von dem regierenden Landesherrn als summo episcopo, so damahls abwesend, specielle concession dazu erhalten hätte. Ist endlich bey dessen Wiederkunft das Juden-Mägdgen so fort aus dem Wäysenhause geschaffet, dem Pastori aber ein derber Verweiß vom Consistorio gegeben, daß er das Mägdgen öffentlich mit examiniret, da doch solches examen ein wesentliches Stück der Taufe sey, und die äusserliche Verfügung mit ad iura episcopalia gehöre, dabey es nicht einsten geblieben, sondern den 23. Jul. ein consistorial-rescript dem Pastori insinuiret worden, daß es nöthig seyn wolle, das Juden-Mägdgen, bevor es zur Taufe admittiret würde, nochmahlen in consistorio examiniren zu lassen, worauf denn weitere Verfügung erfolgen solle, welches aber die Frau Gräfin geschehen zu lassen Bedencken getragen, und also das Mägdgen von Carintho weg, und zu sich genommen; hiebey aber belehret seyn will:

1) Ob das ius baptizandi Iudæam ad ius episcopale gehöre, und ohne des Landesherrn specielle Erlaubniß kein Juden-Mägdgen bey einer Kirche getaufet werden dürfe:

2) Ob ein reformirtes Consistorium prætendiren könne, diejenigen vorher examiniren zu lassen, welche sich zu der Evangelischen Lutherischen Religion wenden wollen, und in selbige Gemeinde aufgenommen zu werden suchen?

Ob nun wohl, so viel die erste Frage betrifft, ohnstreitig seyn möchte, daß das ius baptizandi Iudæam ad ius episcopale, und also zur Landes-Hoheit gehöre, dergestalt, daß ohne des Landesherrn specielle Erlaubniß kein Juden-Mägdgen bey einer Gemeine getaufet werden könne, angesehen solches 1) schon im andern und dritten seculo zu denen Bischöfflichen Rechten nach des Tertulliani Zeugniß

lib. de baptismo c. 17.

gezogen worden, indem er mit denen Worten saget: dandi quidem baptismum habet ius summus sacerdos, qui est episcopus, dehinc presbyteri & diaconi; non tamen sine episcopi auctoritate, daher er auch potestatem baptizandi ein dicatum episcopis officium episcopatus nennet, als eine unstreitige marque, daß die Taufe derer erwachsenen catechumenorum, wovon Tertullianus vornemlich redet, zum Bischöfflichen Rechte gehöret, wie man dann 2) bekanter massen in denen folgenden Zeiten, da man 4 partes iuris episcopalis gemachet, das ius baptizandi ad iura ordinis tanquam primam partem iuris episcopalis referiret,

teste CARPZOVIO *lib. I. iurispr. consist. def.* 4. *n.* 3.

ja auch 3) die præparirung der catechumenorum, ingleichen die vorhergehenden ceremonien, die Ansetz- und Verkündigung des Tages

des

des ſcrutinii oder examinis publici nebſt denen äuſſerlichen Anſtalten von uralten Zeiten der Biſchoff dirigiret hat, gleichwie er die Taufe ſelber dirigiret, wie aus denen Alterthümern erhellet,

TOBIAS PFANNER *de catechum.*

SAM. BASNAGE *diſſert. de catechum. tom. II. annal. inſerta p.* 568.

dem noch 4) beytreten möchte, daß das ius circa Iudæos eorumque repetitionem ein regale ſummum ſey, und ſoli principi zuſtehe, dieſerwegen auch die Bekehrung und Taufe der Juden billig dahin gezogen werden müſſe; auſſerdem aber 5) mit der Taufe der Juden ſehr behutſam zu verfahren, nachdem die Erfahrung lehret, daß mannigmahl die getaufte Juden bloß um des Gewinſtes willen ſich taufen laſſen, nachgehends davon laufen, und an andern Orten um gleichen Gewinſts wieder von neuem die Taufe begehren, und alſo betriegeriſch mit dieſem heiligen Sacrament umgehen, und dabey einen groben ſtellionatum committiren, dabey auch wol gar ofte zurücke fallen, zu deſſen Verhütung in der **Magdeb. Kirchen-Ordn.** *c. III. §.* 25. verſehen, die Juden, ſo ſich zur Chriſtlichen Religion wenden, nicht zu taufen, ſondern zuvor bey der Magdeb. Landes-Regierung und conſiſtorio ſich Beſcheids zu erholen, welches billig in Acht zu nehmen iſt, und daher auch 6) der Paſtor Lutheranus loci ſolches agnoſciret und es dem Conſiſtorio angezeiget.

Weil aber dennoch ein groſſer Unterſchied inter ius epiſcopale antiquum, & recentius ſtatuum Proteſtantium zu machen, da (a) das antiquum ius epiſcopale in der erſten Kirchen ſich ſehr weit erſtreckete, und unter des Biſchoffs direction alle und jede Handlungen in der Kirchen dergeſtalt geſtanden, daß die preſbyteri & diaconi auf ſeine Veranſtaltung alles ankommen laſſen müſſen, wovon Tertullianus redet, zugleich aber auch anzeiget, daß an jedem Ort nur eine Gemeinde und bey jeder der Biſchoff mit ſeiner cleriſey, jener aber

als Ober-Paſtor geweſen, wie in dem von dem IENKINO THOMASIO aus dem Engliſchen ins Lateiniſche vertirten tractat *de regimine eccleſiæ trium primorum ſeculorum* mit mehrern dargethan iſt; davon alſo (b) kein argumentum auf das ius epiſcopale recentius zu machen, welches, nachdem viele Pfarr-Kirchen in ein Bißthum eingeführet, und denenſelben Pfarrer vorgeſetzet worden, eine groſſe Aenderung bekommen, dergeſtalt, daß das ius baptizandi, informandi & examinandi Catechumenos nach der Zeit ein actus parochialis & preſbyterialis geworden, und nicht weiter priuatiue a directione epiſcopi, der ſich dabey allein das ius confirmandi baptizatos vorbehalten,

LINCK. *de iurib. epiſc. c.* 8. *n.* 25.

dependiret, aus welcher Urſache weder in dem Pontificali noch Ceremoniali Romano hievon ein caput, wol aber eines de confirmandis vorhanden, dergeſtalt daß nach dem iure canonico ein Preſbyter, der eine bekehrte Jüdinne taufen, und ſeiner Gemeinde einverleiben will, nicht einſten ad conſenſum epiſcopi impetrandum verbunden iſt, und deswegen auch ſeiner Gemeinde 8. Tage vorher ſolches wohl anzeigen darf; am allerwenigſten aber (c) wenn ein Evangeliſcher Lutheriſcher Paſtor dieſen actum vornimmt, man ſagen kan, daß er einen Eingriff in das hohe ius epiſcopale des Landesherrn gethan habe, als welches eines Theils nichts anders als die Landeshoheit in geiſtlichen Sachen, oder das ius ſacrum territoriale iſt, und weder mit dem alten noch itzigen neuern Biſchöfflichen Rechte übereinkommt, ſondern weit mehr importiret, und dahero nicht einſten wohl gethan iſt, dieſe Landeshoheit in geiſtlichen Sachen alſo zu benennen;

BOEHMER *de iure epiſc. princ. euangel. per tot.*

STRYK. *de iure pap. princ. euangel. c.* 1.

andern theils die actus ordinis cuicunque preſbytero competentes darunter um deſto weniger begriffen werden, weil Taufen, Lehren, catechiſi-

chiſiren zu dem geiſtlichen Amt der Lehrer bey denen Kirchen gehöret, und es auf ihre Verantwortung und Gewiſſen ankommen muß, wen ſie vor tüchtig zur Taufe halten wollen, und ob wol ein Landesherr vi ſuperioritatis ſacræ wegen der äuſſerlichen Anſtalten bey der Taufe Geſetze machen kan, dennoch, wo ſolche wegen der Juden-Taufe nicht anzutreffen, kein zureichender Grund ſich finden will, daß, wenn eine Jüdin ſich bekehren, getaufet, und durch die Taufe in die Chriſtliche Gemeinde aufgenommen ſeyn will, ein paſtor eccleſiæ ordinarius ſolches nicht anders als ex conceſſione domini territorii thun könne, da ein ſolcher Prediger bey Bekehrung, catechiſirung, und der Taufe einer Jüdinne nichts weiter als einen ordentlichen Amts-actum verrichtet, welcher mit denen regalibus ſacris keine Gemeinſchaft und connexion hat, dergeſtalt, daß auch ſo gar nach dem Oßnabrückiſchen Friedensſchluß *art. V.* §. 31. und *art. VII.* §. 1. denenjenigen, die das publicum & liberum diuerſæ religionis exercitium haben, ſolches annexum nicht verwehret werden kan, dergleichen zu Chriſto Bekehrte durch die Taufe in die Gemeinde aufzunehmen, oder dazu ſpeciale conceſſion des Landesherrn zu ſuchen, wodurch dann die ratio dubitandi 1ma hinwegfällt, nicht weniger die ratio 2da hier gantz inapplicabel iſt, da dieſe Eintheilung, ſo in iure canonico ſich findet, auf das ius ſacrum territoriale ſich gar nicht reimet, und die iura ordinis preſbyterialis nicht einſten ad ordinis epiſcopalis iura zu referiren, welche iura Carpzouius ſehr confundiret; wiederum die ratio 3tia von denen Zeiten hergenommen iſt, da noch die Biſchöffe actus parochiales ſimplices verrichteten, ſelber predigten, tauften, catechiſirten, u. ſ. w. welches aber, nachdem die iura ordinis preſbyterialis & epiſcopalis unterſchieden ſind, ſich nicht mehr befindet, vielmehr einem ieden Pfarrer in ſeiner Gemeinde das Lehr- und Tauf-Amt nebſt andern actibus miniſterialibus überlaſſen, zu deren exercitio keine beſondere auctoritas epiſcopalis weiter nöthig iſt; und ſo viel die 4te ration betrifft, allhier nicht de receptione Iudæi qua talis, ſed qua conuertendi vel conuerſi die Frage iſt, die zu ihrer recipirung um deswillen keine ſpeciale Landesherrliche conceſſion nöthig haben, weil ſie als Chriſten leben wollen, dabey dann zwar, wie in ratione dubitandi 5. erinnert iſt, groſſe Behutſamkeit zu gebrauchen, und diejenigen, ſo die Taufe begehren, wohl zuforderſt von dem paſtore loci zu prüfen ſind, ehe

ehe er mit ihnen zur Taufe eilet, damit kein Betrug darunter vorgehen möge, und deßwegen, wie im hiesigen Hertzogthume, ein Landesherr zu mehrerer Sicherheit dergleichen generale Verordnung und Gesetze wohl machen kan, daß ohne Vorwissen des consistorii keine Juden-Taufe vorgenommen werden soll, gleichwohl dieses eine besondere Kirchen-Satzung ist, davon kein Schluß auf andere Länder, wo dergleichen Gesetze ermangeln, zu machen; ob wohl, wie die ratio 6ta meldet, der pastor loci wohl gethan, daß er solches dem Consistorio zum Ueberfluß angezeiget, dadurch aber keinesweges dasjenige, was a libero exercitio religionis per se dependiret, und ad actus ministeriales einer Gemeine zu rechnen, ad iura vel episcopalia vel sacra territorialia gezogen werden mag; überhaupt aber bey der in facti specie angeführten Taufe der Jüdinne keine Besorgniß anzutreffen, als welche aus Trieb ihres Gewissens sich bekehret, keine Eltern mehr hat, lange genug præpariret ist, und man also mit ihr nicht zur Taufe geeilet, ausserdem auch die obseruantia contraria dieses bestätiget, da in anno 1691. ein Cavalier im Lande bey seiner patronat-Kirchen einen Türcken ohne concession des consistorii taufen lassen, ihm aber solches nicht als ein Eingriff in die regalia sacra ausgeleget ist;

So erhellet hieraus so viel, daß das ius baptizandi Iudæam per se zur geistlichen Landeshoheit oder so genannten iure episcopali nicht gehöre, und ohne Landesherrliche specielle concession bey einer Gemeinde dergleichen Taufe gar wohl verrichtet werden könne.

Bey der andern Frage will es zwar das Ansehen gewinnen, daß das consistorium, ob es gleich reformatæ religionis ist, dennoch dergleichen Juden-Mägdgen, welches ad sacra Lutheranorum treten will, wohl examiniren und prüfen könne, ob dasselbe in rudimentis fidei

fidei gnugſam inſtruiret ſey, zumahl auch wohl zu glauben, und gantz vernünftig iſt, daß das conſiſtorium auf ſolche articulos, worinnen wir noch a Reformatis diſcrepiren, das Mägdgen nicht fragen und darüber von ihr Rechenſchaft fordern werde.

Dieweil aber doch die catechiſation und præparirung zur Taufe abermal ein actus paſtoralis & miniſterialis bey einer jeden Gemeinde, die, wie hier, liberum ſuæ religionis exercitium hat, iſt, und man nicht abſehen kan, quo iure das conſiſtorium dergleichen Prüfung und examen mit dieſem Juden-Mägdgen vornehmen will, da ſonſten niemals ad conſiſtorii cognitionem gezogen wird, ob die Kinder, ſo zum erſten mahl zum Abendmahl gehen, oder gefirmlet werden (wo die Firmlung noch gebräuchlich iſt), gnugſam in rudimentis fidei inſtruiret ſind, als wozu die öffentlichen catechiſationes bey einer Gemeinde angenommen, und man ſolches auf der Lehrer und Prediger Amts-Pflicht und Gewiſſen ankommen laſſen muß; insbeſondere aber bey denen catechumenis baptizandis in erſten Zeiten deswegen löblich verordnet, daß vor der Taufe dieſelbe vor der gantzen Gemeinde zu unterſchiedlichen Zeiten catechiſiret werden ſollen, damit die gantze Gemeinde, zu welcher die baptizandi geſellet werden ſollen, daraus abnehmen könne, daß ſie von der Glaubens-Lehre öffentlich Rechenſchaft zu geben beſtand wären, ſolches auch ebenfalls noch heute zu Tage bey der Juden-Taufe üblich iſt, daß ſolches examen publicum vor derſelben geſchiehet, wir alſo nicht finden können, worin der paſtor loci ſich vergangen, daß er das Juden-Mägdgen mit öffentlich examiniret, da doch das Hochgräfliche conſiſtorium ſelber voraus ſetzet, daß ſolch examen ein weſentliches Stück von der Taufe ſey, und dahero ſo wenig darum vorher angefraget werden dürfen, als der Tauf-actus ſelber ex officio paſtorali wohl geſchehen mögen, und vornemlich der Gemeinde wegen ſolches examen paſtorale geſchiehet, damit ſie öffentlich anhöre und erkenne, daß der baptizandus einen Grund in Glaubens-Sachen geleget habe, bevorab da an und vor ſich ſelbſten dergleichen Taufe nicht ad iura ſuperioritatis ſacræ gehöret, und alſo die äuſſerlichen Verfügungen dazu um deſto weniger dahin gezogen werden können, wo nicht ein anders in denen particulär Kirchen-Ordnungen verſehen, endlich auch die examina publica

bey der Gemeinde superflua seyn würden, wenn man gegen alle obseruanz der Evangelischen Kirchen dergleichen examina zum consistorio ziehen, und daraus ein regale sacrum machen wolte;

So mögen dergleichen examina derer catechumenorum ohne grosse erhebliche Ursache zum consistorio nicht gezogen werden. V. R. W.

Ad Lib. IV. tit. 3. §. 54. *p.* 1302.

Huc quoque referendum, quod copulationes a *competente parocho*, minime vero *extra prouinciam* in fraudem legis fieri debeant, quod nouiter prouisum in edicto regio de anno 1731. d. 15. Iul. huius tenoris:

Wir Friedrich Wilhelm, von GOttes Gnaden König in Preussen ꝛc. ꝛc. ꝛc. Nachdem Uns unterthänigst hinterbracht worden, daß die von Uns anderweit schon erneuerte Ordnungen, welche Unsere in GOtt ruhende Herren Vorfahren wegen der Trauungen ausserhalb Landes, in denen Chur-Märckischen und incorporirten Landen machen zu lassen, nöthig gefunden, fast in Vergessenheit gerathen; Wir aber demjenigen, was darinnen sanciret, einen exacten und vollkommenen Gehorsam geleistet wissen wollen; Als wiederholen und bestätigen Wir nicht allein sämtliche deßhalb ergangene Befehle, sondern extendiren selbige auch auf alle und jede von dem Allerhöchsten Uns untergebene Lande und Provintzien, Kraft dieses dahin, daß derjenige von Unsern darinn sich wesentlich

Digitized by Google

„lich aufbehaltenden Unterthanen, er ſey wer er wolle, welcher „ohne Unſern allergnädigſten Conſens auſſerhalb Landes an „fremden Orten ſich trauen läſſet, aller Unſerer Lande *excludiret* „und verwieſen ſeyn ſolle. Geſtalt dann Unſern Regierungen und Conſiſtoriis, ingleichen andern geiſtlichen Gerichten und Collegiis, nicht weniger Unſerm General-Fiſcal und Fiſcaliſchen Bedienten alles Ernſtes eingeſchärfet wird, deshalb Pflichtmäßig zu vigiliren, darüber nachdrücklich zu halten; und, damit ſich übrigens mit der Unwiſſenheit niemand entſchuldigen könne, reſpective die Verfügung zu machen, daß gegenwärtiges durch öffentlichen Druck publicirtes überall affigirendes Edict den andern Sonntag nach Epiphanias in denen Kirchen von denen Cantzeln abgeleſen werde. Gegeben zu Berlin den 15. Jul. 1731.

Friedrich Wilhelm.

S. v. Cocceji.

INDEX

Digitized by Google

INDEX PRIOR TITVLORVM

in hoc tomo III. explicatorum, secundum seriem alphabeticam.

B.

De Baptismo & eius effectu Lib. 3. *tit.* 42.

C.

De Capellis monachorum & aliorum religiosorum Lib. 3. *tit.* 37.

Celebratione missarum & sacramento eucharistiæ & diuinis officiis Lib. 3. *tit.* 41.

De

Digitized by Google

De Censibus, exactionibus & procurationibus *Lib.* 3 *tit.* 39.
Clandestina desponsatione *Lib.* 4. *tit.* 3.
Conditionibus appositis in desponsatione vel aliis contractibus *Lib.* 4. *tit.* 5.
Coniugio leprosorum *Lib.* 4. *tit.* 8.
Consecratione ecclesiæ vel altaris *Lib.* 3. *tit* 40.
Conuersione coniugatorum *Lib.* 3. *tit.* 32.
Conuersione infidelium *Lib.* 3. *tit.* 33.
Custodia eucharistiæ, chrismatis & aliorum sacramentorum *Lib.* 3. *tit.* 44.

D.

De decimis, primitiis & oblationibus *Lib.* 3. *tit.* 30.
De desponsatione impuberum *Lib.* 4. *tit.* 2.

Digitized by Google

E.

De eccleſiis ædificandis vel reparandis *Lib.* 3 *tit.* 48.

Eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit adulterio *Lib* 4. *tit.* 7.

I.

De immunitate eccleſiarum, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium *Lib.* 3. *tit.* 49.

Iure patronatus *Lib.* 3. *tit.* 38.

N.

Ne clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant *Lib.* 3. *tit.* 50.

O.

De obſeruatione ieiuniorum *Lib.* 3. *tit.* 46.

P.

De preſbytero non baptizato *Lib.* 3. *tit.* 43.

De

Digitized by Google

De Purificatione poſt partum *Lib.* 3. *tit.* 47.

Q.

Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere poſſunt *Lib.* 4. *tit.* 6.

R.

De Regularibus & tranſeuntibus ad religionem *Lib.* 3. *tit.* 31.

Religioſis domibus, vt epiſcopo ſint ſubiectæ *Lib.* 3. *tit.* 36.

Reliquiis & veneratione ſanctorum *Lib.* 3. *tit.* 45.

S.

De ſponſa duorum & ſponſo duarum *Lib.* 4. *tit.* 4.

Sponſalibus & matrimonio *Lib.* 4. *tit.* 1.

De

De Statu monachorum & canonicorum regularium *Lib.* 3. *tit.* 35.

V.

De Voto & voti redemtione *Lib.* 3. *tit.* 34.

INDEX

Digitized by Google

INDEX POSTERIOR RERVM PRAECIPVARVM.

Numerus Romanus denotat librum, minor cum commate titulum, tertius cum punctо paragraphum, denique litera D. dissertationem præliminarem.

A.

Abbates.

Abbates sunt status prouinciales III. 35, 23.
- habent suos præfectos generales & locales III. 35, 36
- olim ostiariis erant postpositi *ibid.*
- eos retinuere Benedictini III. 35, 57.
- eliguntur III. 35, 62.

olim a regibus *ibid.*
nisi essent specialiter priuilegiati *ibid.*
quod etiam in Gallia & Germania visitatum fuit III. 35, 63.

Abbatum electio quomodo fiat? III, 35, 64.
- confirmatio a quo petenda? *ibid.*
- virtutes III. 35, 65.
- cum capitulo plura agere debent III. 35, 66.

Plura vid. sub tit. *Prælati.*
(*Böhmer. Iur. Eccles. Tom. III.*)

Abbates generales.

Abbates generales originem trahunt a capitulis generalibus quotannis celebrandis III. 35, 47.
a Cisterciensibus introducti *ibid.*
quod etiam approbauit Innocentius II. III. 35, 48.
& postea ad quosuis ordines tractum III. 35, 49.

vide *Capitula generalia.*

Abbates immediati.

Abbates immediati A. C. non indigent confirmatione III, 35, 64.

Abbatiæ regales.

Abbatiæ regales in Germania a regibus sunt collatae per annulum & baculum *ib.* 63.

Abbatissæ.

Abbatissæ ad munus benedicendi moniales an admissæ? III. 31, 87.

a *Abba-*

Digitized by Google

Abſtinentia.

Abſtinentiæ & ieiunii religio inquinata III. 46, 1.
- a ieiunio ſemper fuit diſtincta *ib.* 23. 27.
- olim erat libera *ib.* & 24
- apud Montaniſtas libertatem amiſit *ib.*
- diuerſus eius mos vnde? III. 46, 24.
- etiam tempore quadrageſimæ libera fuit contra Natalem Alexandr. *ib.* 25.
- tandem per leges inculcata eſt *ib.* 26.
- in hoc ciborum delectus varie determinatus eſt *ib.* 27.
- cum ieiunio plerumque coniuncta fuit *ib.*
- per leges imperari nequit *ib.* 41.
- ad pœnitentiam a catholicis relata *ib.* 43.
- inde delinquentibus vna cum pœna carceris dictatur *ib.*

Abſtinentes.

Abſtinentes & ieiunantes differunt III. 46, 6.

Actio popularis.

Actio popularis an vſum habeat in reſectione neceſſaria eccleſiarum III. 48, 43.

Adiaphoriſticum bellum.

Adiaphoriſticum bellum quid? D. 16.
- inter quos ſit concertatum? *ibid.*
- in rebus liturgicis maximum damnum intulit *ibid.*
- varia ſchiſmata in eccleſiis introduxit D. 68.

Admonitio.

Admonitio ſolennis in ſynodis prælecta III. 39, 36.

Adminiſtratio hoſpitalium.

Adminiſtratio hoſpitalium v. *Hoſpitalia.*

Adoratio hoſtiæ.

Adoratio hoſtiæ vid. *Hoſtia.*

Adulterium.

Adulterium antecedens impedit matrimonium IV. 7, 1.
- tam de iure ciuili quam canonico *ibid.*
- ius recentius reſtrinxit hanc prohibitionem ad duos caſus IV. 7, 2.
- extra hos caſus non impedit matrimonium *ib.* 3.
- etiam in foris proteſtantium *ibid.*
- cum inſidiis vitæ ſtructis impedit hodie matrimonium *ib.* 4.

cuius requiſita euoluuntur *ib.*
- idem dicendum, ſi cum fide data coniunctum de futuro matrimonio IV. 7, 5.

Adulterini liberi.

Adulterini liberi an de iure canonico alendi? IV. 7, 8.

Adulti.

Adulti præparandi ad baptiſmum vid. *Baptiſmus.*

Aduocati.

Aduocati cenſus perceperunt III. 39, 216.
- diſtincti a patronis III. 38, 22.

Affinitas.

Affinitas ſuperueniens diſſoluit ſponſalia vid. *Repudia.*

Agenda, die Kirchen-Agende, quid? D. 31. 47.

ex his apparet praxis eccleſiarum D. 79.

Agentes.

Agentes rure priuatorum ſacrorum non gaudent III. 37, 89.

Alba veſtis.

Alba veſtis vid. *Veſtis alba.*

Alcuinus.

Alcuini homiliæ III. 41, 200.

Altaria.

Altaria ſeorſim hodie apud catholicos conſecrantur III. 41, 50.
- ex hac conſecratione fiunt ſancta & immaculata *ib.*

Altaria

Digitized by Google

Altaria necessario consecrari debent ex plerorumque sententia III. 40, 51.
ex conceptu de sacrificiis *ib.*
- apud veteres christianos nondum aderant *ib.*
- venerunt sub nomine mensæ sacræ III. 40, 52.
quæ tandem in vera altaria mutatæ *ib.*
sub his martyres & sancti sepulti sunt *ib.* 53.
postea in facie eius *ib.*
cuius ratio adfertur *ib.*
- *portatilia* vnde? *ib.*
- - seruiunt, vt missa vbique celebrari queat *ib.*

Anachoretæ.

Anachoretæ quinam? III. 31, 32.
differebant ab eremitis *ib.*

Anglus.

Anglorum gentem conuertere operam nauit Gregorius M. D. 35.

Annua.

Annua quatenus præscriptionem admittant III. 30, 36.

Annus probationis.

Annus probationis in monasteriis III. 31, 54.
vid. *Probatio monastica.*

Annulus.

Annuli datio an probet consensum sponsalitium? IV. 1, 102.

Antepaschale ieiunium.

vid. *Ieiunium.*

Apanagiati.

Apanagiati an preces publicas pro se exigere possint? III. 40, 75.

Apollonius.

Apollonii sententia de sanctitate ecclesiarum III. 49, 1.

Apostatæ.

Apostatæ sunt infideles III. 33, 10.
non vero in sensu Romanæ ecclesiæ *ib.*

Arcani disciplina.

Arcani disciplina vnde nata? III. 42, 14.
- non tantum ad ceremonias, sed etiam ad ipsa dogmata pertinuit *ib.*
- occultata catechumenis *ib.*

Archicapellani.

Archicapellani singularem habent præeminentiam III. 37, 30.
- summum cum comite palatii in aula obtinebant locum *ib.* 31.

Archidiaconi.

Archidiaconi iure precario gaudebant in visitatione ecclesiarum III. 39, 26.
- tandem tamen eam proprio iure acceperunt *ib.*
- concesso hoc iure insigni fastu tumescebant III. 39, 27.
- restrictum ius visitandi acceperunt per concilium Tridentinum *ib.*

Articuli.

Articuli visitationum III. 39, 76.

Ascetæ.

Ascetæ philosophi olim dicti III. 31, 5.
vid. *Monachi.*

Asceteria.

Asceteria quid? III. 36, 2.
vid. *Monasterium.*

Asyli ius.

Asyli ius fluit magis ex sanctitate interna quam externa III. 49, 17.
- ea de causa templis suis gentiles quoque tribuerunt *ib.*
- mox ecclesiis applicatum, vbi ibi consecratio accessit III. 49, 18.
ex doctrina episcoporum *ib.*
- ab imperatoribus tamen legibus est circumscriptum *ib.*
- seculo IV. iam obtinebat III. 49, 19.
vt sanctitas interna tutissimum præberet præsidium *ib.*
& sanguini criminosorum hoc modo parceretur *ib.*

Digitized by Google

Aſyli ius ex his rationibus maximum in abuſum tractum in fine ſec. IV. III. 49, 20.
- legibus inde coërcitum *ib.*
- fere ſublatum fuiſſet inſtigante Eutropio *ib.*
murmurantibus tamen epiſcopis *ib.* 21.
- nouo Theodoſii conſtitutione rurſus reſtitutum *ib.* 22.
& magno encomio affectum ex rationibus ſuperſtitioſis *ib.*
- adhibito temperamento conceſſum eſt ab imperatoribus *ib.*
- tantum afflictis patebat III. 49, 23.
non facinoroſis *ib.* 25.
termini eius dilati *ib.*
- a Leone iterum auctum III. 49, 26.
- rurſus reſtrictum a Iuſtiniano *ib.*
- in legibus Francorum quoque eccleſiis firmatum *ib.* 27.
inprimis vero per concilia *ib.* 28.
- a legibus ciuilibus doloſe delinquentibus denegatur, a legibus eccleſiaſticis iis vero conceditur, quod ex LL. Francorum illuſtratur *ib.* 29.
- promiſcuum iniquum eſt ex ſententia Gregorii M. *ibid.* 30.
- per decretum Innocentii III. contra leges anteriores conceſſum *ib.* 31.
- per nouam Gregorii XIV. ſanctionem reſtrictum, in quo octo tantum crimina eorumque rei a iure aſyli excluduntur *ibid.* 32.
- vnde oriatur? *ibid.* 33.
- ex legibus poſitiuis tantum derinandum *ibid.*
quod eccleſia non ſiuret ſanguinem *ibid.*
& epiſcoporum eſſet, pro confugientibus intercedere *ibid.*
paparum decreta de eo non vbique zzcepta *ibid.*
ne quidem in Italia *ibid.*
- deſertoribus non debetur *ibid.*
- qui traditur iudici ſeculari ſub conditione, ne morte afficiatur, extraordinariam pœnam effugere ideo non poteſt *ibid.*
proteſtatione nihil operante *ibid.*
- qui violant, qua pœna ſint plectendi? *ibid.*
- a proteſtantibus eccleſiis ſuis non tribuitur III. 49, 43.
nec templis catholicorum in terris ſuis ſitorum *ibid.* 35.
cauſa Osnabrugenſis refertur *ib.* 36.
huius cognitio mixti fori cenſetur *ibid.* 37.

Audientes.

Audientes olim erant inter catechumenos III. 42, 12.
- fruebantur manuum impoſitione *ibid.* 13.
- a catechera inſtruebantur *ibid.*
- cum iudicio inſtruebantur *ib.* 14.

Aulica templa vid. *Capellæ & Templum.*

Auctoritas.

Auctoritas publica quomodo interponenda in exſtructione templorum III. 48, 21.
- an etiam neceſſaria in reficiendis templis *ibid.* 22.

B.

Banna eccleſiaſtica.

vid. *Proclamatio.*

Baptiſmalia conniuia.

vid. *Conniuia.*

Baptiſmus.

Baptiſmus liberis infidelium inuitis parentibus conferri nequit III. 33, 45. III, 42, 9.
rationes diſſentientium examinantur III. 33, 46. ſeqq.
- liberis mancipiorum confertur pro lubitu a dominis III. 33, 55.

Digitized by Google

an expoſitis? *ib.*
an natis ex ſtupro? *ib.*
quid, ſi huic ſe ſponte liberi offerant inuitis parentibus? III. 33, 56.
quæ hoc in caſu ſit legitima ætas? *ib.*
in eo non eſt reſpectus habendus patriæ poteſtatis *ib.*
- ius perfectæ communionis tribuit conuertendis *ib.* 62.
- ſæpius olim differebatur *ibid.*
- eius natales III. 43, 2.
- olim libere a quolibet dabatur *ibid.*
- mox clero tantum adſcriptus *ib.*
eum etiam diaconi in eccleſiis proteſtantium conferunt *ib.*
- requirit fidem in baptizato, non pietatem in baptizante III. 42, 3.
- an deſideret intentionem miniſtri eccleſiæ? *ibid.*
ſententia Innocentii IV. *ibid.*
- in caſu neceſſitatis a quolibet adminiſtratur III. 42, 4.
etiam ab obſtetricibus *ibid.*
- regulariter tantum a parocho datur III. 42, 5.
quid, ſi ſubditi ſint diuerſæ religionis? *ibid.*
patris parochus eum confert, ſi coniuges ſint diuerſæ religionis *ibid.*
- recte datur infantibus III. 42, 7.
parentes chriſtiani vt huic infantes offerant, cogi poſſunt III. 42, 8.
caute liberis cingarorum conferendus *ibid.* 10.
- non niſi plene natis datur *ibid.*
non monſtris *ibid.*
quid ſi liberi ſine baptiſmo deceſſerint? III. 42, 11.
adulti ad eum præparandi III. 42, 12.
vid. *audientes* & *competentes.*
- præmittebatur in catechumenis ſeculo IV;
1) ieiunium III. 42, 16.
2) manus impoſitio *ibid.*
3) abrenunciatio *ibid.*
4) impoſitio veli *ibid.* 17.
5) crucis ſignaculum *ibid.*
6) exſufflationes & exorciſmi *ibid.*
7) orationes & ſal benedictum *ibid.*
8) exorciſmus reiteratus *ib.*
9) tactus narium & aurium *ib.*
10) vnctio *ibid.*
- ſolida præparatio magis commendata, quam tantus apparatus, præſertim ſi iudæus baptizatur III. 42, 18.
quod ex ſententia Spenerî illuſtratur *ib.*
- olim immerſione perficiebatur *ib.* 19.
& quidem trina *ib.*
- tandem in occidente trina aſperſione effectus *ib.*
- perficiendus naturali aqua III, 42, 20.
non arena *ib.*
non ſalina *ib.*
nec alio liquore *ib.*
cum inuocatione Trinitatis III. 42, 21.
- non vitiatur, ſi fiat ab hæreticis *ib.*
nec barbariſmo *ib.*
bene tamen mutilatione formulæ *ib.*
- ad ſubſtantiam ſolennia non deſiderat III, 42, 22.
vid. *ſolennia.*
- olim conferebatur in flumine III. 42, 24.
poſtea in thermis & balneis *ib.*
ſeculo IV, vero in baptiſteriis *ib.*
- quoque in cœtu fidelium collatus III. 42, 24.
- regulariter in eccleſia conferendus III. 42, 25.
& ſic merito præſente cœtu fidelium *ib.*
quod illuſtratur ex doctrina Brunnemanni *ib.*

nec non conſtitutionibus eccleſiaſticis *ib.*
- hodierni ritus deſumti ſunt ex adultorum præparatione antiqua III. 42, 26.
- inter iudæos etiam teſtes deſiderabat III. 42, 35.
nec non antiquitus inter chriſtianos *ib.*
- characterem indelebilem imprimit III. 42, 49.
- reiterari nequit *ib.*
etiam ex principiis eccleſiarum proteſtantium III. 42, 50.
niſi dubitetur, an aliquis ſit baptizatus *ib.*
formula baptizandi hoc caſu apud catholicos vſitata *ib.*
- varios effectus producit III. 42, 51.
- baptizatum agglutinat ſocietati eccleſiaſticæ *ib.*
- baptizato nouum ſtatum tribuit *ib.*
- inducit conſanguinitatem ſpiritualem III. 42, 52.
- non operatur diuortium III. 42, 53.
- non libertatem *ib.*
- non bonorum confiſcationem *ib.*
- non liberat a patria poteſtate *ib.*
- non operatur veniam delictorum *ib.*
- ianua ad cetera ſacramenta dicitur III. 3, 1.
& ad S. officia *ibid.*
- ſi per errorem fuerit omiſſus in preſbytero, ordinato an iterum applicandus? v. *Preſbyteri.*

Baptiſteria.

Baptiſteria ſeculo IV. conſtructa III. 42, 24.
- quid eo tempore fuerint? *ibid.*

Baptizati.

Baptizati olim mox ad vſum S. cœnæ admiſſi, etiam infantes III. 42, 34.

Beguinæ.

Beguinarum inſtitutum III. 31, 46.
vid. *Virgines.*

Benedictus.

Benedictus monachos votis obſtrinxit vid. *Votum.*
- aſſeclas multos habuit in varias abeuntes familias III. 31, 35.

Benedictini.

Benedictini hodie abbates retinuerunt III. 35, 57.

Benedictio.

Benedictio diſtincta eſt a conſecratione III. 40, 39.
- apud catholicos adhibetur in cœmeteriis *ibid.*
- inter proteſtantes omnis deeſt *ib.*
- procedit in campanis III. 40, 40.
huius primæua ratio III. 40, 41.
- vnde epiſcopis fuerit vindicata? *ibid.*
- ſingularem virtutem & efficaciam ſpiritualem rebus imprimit III. 40, 42.
cuius ſpecies ſigillatim recenſentur *ibid.*
- talis in deſponſatis olim locum habuit, non ſacerdotalis.
vid. *Benedictio ſacerdotalis.*
- per leges a principe tolli poteſt IV. 3, 42.
- vbi non deſideratur ad matrimonium, ſine ea recte contrahitur *ib.*
quod reſponſo illuſtratur *ib.*
- caute admodum & habito conſilio immutanda IV. 3, 43.
- immutatio varias difficultates habet IV, 3, 44.
- hodie inter nos, quam diu non eſt ſublata, omitti nequit IV. 3, 45.
- an poſt diuturniorem cohabitationem adhuc adhibenda? IV. 3, 47.
quæ hoc caſu ſint partes principis? IV. 3, 48.

Bene-

Digitized by Google

Benedictio si accedere nequeat ob fugam sponsi, an liberi ex sponsa nati sint legitimi? IV. 3, 42.
- quid, si locum habere nequeat ob mortem sponsi intervenientem? IV. 3, 50.
- nihil operatur, si consensus paternus deficit IV. 3, 51.
- non proficit, si priori sponsæ iam ius est quæsitum IV. 3, 52.
nisi proclamatione rite facta interuenerit *ibid.*
- effectum non habet, si vis iniusta probata fuerit *ibid.* 53.
vel si aliunde nullitas adest *ibid.*
- matrimonium in articulo mortis contractum non corroborat *ib.*
- in quibusdam locis inconsulto principe facta est nulla *ib.*
- priuata inter protestantes non facit matrimonia legitima *ib.* 54.
secus de iure canonico *ib.*
- cur & quatenus in matrimoniis summorum principum sit necessaria? *ibid.* 55.

Bigamia.

Bigamia tam a iure canonico quam a iure ciuili maxime reprobatur *ib.* 4, 5.
- operatur crimen sacrilegii *ibid.*

Bischoffs-Send.

Bischoffs-Send quid? III. 39, 88.

Blasphemia.

Blasphemia in sanctos committitur III. 45, 8.
huius pœna *ib.*
Protestantibus tamen non applicanda *ib.*

Bona.

Bonorum iactura an sponsalia soluat? vid. *repudia.*

Benedictio sacerdotalis.

Benedictio sacerdotalis caute eualuenda IV. 3, 8.
- inter iudæos & veteres christianos non præcise erat necessaria, sed simplex sufficiebat IV. 3, 9. & 14.
Euaristi epistola de illa examinatur *ib.* 3, 10.
ut & Callisti *ib.*
Tertulliani testimonia excutiuntur *ib.* 11.
illustrantur IV. 3, 12. vid. *sponsalia.*
- quomodo differat a veteri manuum impositione? *ib.* 15.
- adhuc seculo IV. incognita erat *ib.* 16.
Synesii testimonium examinatur *ib.* 17.
item Leonis *ib.* 18.
- ex canonibus concilii Nicæni Arabici probari non potest *ib.* 19.
nec ex Timothei testimonio *ib.* 20.
nec ex Hormisdæ *ib.* 21.
- Iustiniani æuo non desiderabatur ad probationem matrimonii *ib.* 22. sqq.
nec ab eo relata in Nou. 79. & 117. *ib.* 23.
- tandem in occidente legibus publicis præscripta *ib.* 25.
tempore Nicolai I. quæ? *ib.* 26.
- varias liturgias nuptiales produxit *ib.* 27.
- plura in antiqua benedictione vsitata innouauit *ib.*
- hodie etiam præter consensum legitimum in matrimonio requiritur *ib.* 28.
- ex sententia Bruckneri non de essentia sed de decoro coniugii est *ib.* 32.
- ex aliorum opinione necessaria est, non vt forma, sed vt causa efficiens *ib.*
- non ad solam honestatem pertinet *ib.* 40.
- non iuris diuini est *ib.*
ratio horum dubiorum *ib.* 41.
- ex qua ratione in coniugio adhibeatur? discordantes etiam inter pontificios suas sententiæ *ibid.*

Bona eccleſiaſtica.

Bona eccleſiaſtica magna cum audacia a prælatis fuere alienata III. 30, 21.
& ad laicos peruenere *ib.*
- ex potentiorum rapacitate inuadebantur III. 30, 22. vid. *Eccleſia.*

Braut-Meſſe.

Braut-Meſſe vnde orta? IV. 3, 27.
- adhibetur in copula ſacerdotali *ibid.*

Burſfeldenſes ſingularia inſtituta in recipiendis monachis habuere III. 31, 80.

C.

Calix laicis denegabatur ad varia pericula auertenda III. 41, 28.
ad nonnullorum conſilium ſeculo XII. *ib.*
- ſeculo XIII. ſimpliciter laicis denegatus non fuit *ib.*
- an ex defectu vini laicis ſubtractus fuerit? vt quidam putant *ib.* 29.
quod in dubium vocatur ex variis cauſis *ib.* 30.
quum nec vini defectus in ſeptentrionalibus terris probari poſſit *ib.*
potius conſuetudini tribuitur hic error *ibid.*
vid. *communio ſub vna.*

Campanæ.

Campanæ benedictione ſolenni initiantur III. 40, 40.
quam baptiſmum dicunt *ibid.*
cum nominis impoſitione *ib.*

Canonici regulares.

Canonici regulares præpoſito ſubſunt *ib.* 35. 57.

Canonizatio.

Canonizatio ab initio defuit III. 45, 4.
per epiſcopos poſtea exercita *ib.*
- tandem a ſolo pontifice priuatim exercita *ib.* 5.
quænam requiſita præſupponat? *ib.* 6.
vid. *Sancti.*

Cantus.

Cantus eccleſiaſticos quis inſtauraverit? vid. *Gregorius M.*

Canticum.

Canticum: Te Deum laudamus, an recte exigere patroni poſſint? III. 38, 131.

Capellæ.

Capellæ decimas laicis procurarunt III. 30, 22.
- variam & obſcuram habent ſignificationem *ib.* 37, 2
- ambiguam recipiunt deriuationem *ib.* 3.
- ad quæuis conditoria tractæ *ib.* 4.
dicebantur conditoria, in quibus peregrinantes reliquias SS. & cimelia ſacra aſſeruabant III. 37, 5. 6.
- vnde oratoria dicta? *ib.*
harum iura haurienda ſunt ex legibus oratoriis datis *ib.* 7.
vid. *Oratoria.*
- regum plures erant, prout palatia plura erant *ib.* 17.
quarum tamen vſus reſtrictus *ib.*
quum reges a lege parochiali non ſunt exemti *ib.*
- produxere templa aulica *ib.* 25.
de capella Aquisgranenſi *ib.* 63.
& Goslarienſi *ib.* 64
- in aulis proteſtantium quæ? *ib.* 65.
de his inſtrumenti pacis ſanctio *ib.* 66.
præter has adhuc dantur in aulis templa aulica *ib.* 67.
quæ parochialibus proxime accedunt *ibid.*
vide *templa aulica.*
- ex inſtituto Benedicti in monaſteriis erectæ *ib.* 71.

Digitized by Google

Capellani.

Capellani quinam hodie vocentur? III. 37, 25.
- a ceteris presbyteris distincti sunt *ibid.* 26.
erant ministri principum & magnatum *ib.* 27.
quod diplomate illustratur *ib.*
aliud de perpetuo & hereditario capellano diploma *ib.* 28.
- etiam aliis officiis aulicis sunt præfecti *ib.* 29.
olim pro iubitu a principibus constitui & dimitti poterant *ib.* 33.

Capellaniæ.

Capellaniæ olim beneficia dicta manualia *ib.* 34.

Capellani aulici.

Capellani aulici ab episcoporum iurisdictione exeunti III. 37, 31.
- in terris protestantium immediate principi sunt subiecti *ib.*
- aliquando hereditarii *ib.* 28.
- tales sunt hodie sacerdotes aulici *ib.* 25.

Capellani legatorum.

Capellani legatorum etiam dantur III. 37, 25. 35.
- sacra domestica peragunt *ib.*

Capitula monachorum.

Capitula monachorum de quonam præcipue agant? III. 35, 67.

Capitula monastica generalia.

Capitula monastica generalia a quibus primum instituta? *ib.* 47.
- ad quosnis ordines postea tracta *ib.* 48.
- horum præsidatus in quonam consistat? *ib.* 50.
eorum negotium principale *ib.* 51.

Capitula monastica localia.

Capitula monastica localia quid? *ib.* 66.

Capitula monastica prouincialia.

Capitula monastica prouincialia etiam quidam ordines introduxere *ib.* 51.

Carena.

Carena quid sit? III. 46, 41.
pœnitentia in carena *ib.*

Carolus magnus.

Carolus magnus laicis decimas concessit III. 30, 19.

Carolus Martellus.

Carolus Martellus itidem *ib.*

Carthusiani.

Carthusiani aliique habent Priores III. 35, 57.

Catechumeni.

Catechumeni opponuntur fidelibus apud Patres III. 33, 6.
horum statum ante baptismum induunt conuertendi III. 33, 57 seq.
- dicebantur adulti ad baptismum præparandi III. 42, 12.
- olim erant vel audientes vel competentes *ib.*
vid. plura sub tit. *conuertendi.*

Catechumenorum præparatio
vid. *baptismus.*

Cathedra S.

Cathedram S. aperiendi ius denegatur patronis III. 38, 79.
sed præliminare scrutinium tribus absoluitur, quod dirigit Superintendens III. 38, 80.
& ad ius episcopale refertur *ib.* 81.

Cellæ.

Cellæ dependent a principali monasterio III. 35, 60.
- quem habeant finem? *ib.*

Census.

Census impositi quem finem habeant? III. 39, 108.
- varios habent significatus *ib.* 109.
- differunt ab annua pensione *ib.* 110.
- rurales quid? *ib.* 111.
horum appellationis natura vnde? *ib.* 112.
- quid? *ib.*
soluantur in varium finem *ib.* 113.

ex horum solutione indubium argumentum trahi nequit *ib.*
- soluuntur (1) in signum protectionis specialis *ib.* 114.
prout docet exemplum cœnobii Ratisponensis S. Emmerani *ib.*
nec non monasterii Rothensis III. 39, 115.
& Cluniacensis *ib.* 116.
similiter episcopatus Bambergensis *ib.*
soluuntur (2) in signum exemtionis plenariæ *ib.* 117
quod exemplo præposituræ Bergtesgadensis illustratur *ib.*
& cœnobii S. Petri in monte Sereno *ib.*
& Rothensis *ib.*
- datur (3) in signum subiectionis, quales Gregorius VII. a regnis exegit *ib.* 118.
vt 1) Galliæ, quamuis frustraneo conatu *ib.*
2) Saxoniæ III. 39, 119.
3) Hispaniæ *ib.* 120.
4) Portugalliæ *ib.* 121.
5) Poloniæ & Silesiæ *ib.* 122.
6) Daniæ *ib.*
7) Hungariæ *ib.*
8) Dalmatiæ & Corsicæ *ib.*
9) Siciliæ *ib.*
10) Russiæ *ib.*
11) Angliæ *ib.* 123.
quæ a papa in feudum data *ib.*
admodum ferociente eius legato *ib.*
- ex bonis quoque ablatis soluuntur *ib.* 124.
- curiæ Romanæ soluti sunt citra Simoniam *ib.* 125.
- aduocatis quoque soluti *ib.* 126.
sed protectionis causa *ib.*
vel pro iurisdictionis exercitio *ib.*
- si soluuntur, an inde probari possit ius aduocatiæ? III. 39, 127.
- protectionis ergo constituti extinguuntur extincto monasterio *ib.*
- acceptæ libertatis causa promissi eodem iure gaudent *ib.*
- cur ab episcopis fuerint exacti? *ib.* 128.
vid. *episcopi.*
cur a principibus? *ib.* 130.
horum exactio in se non est regale *ibid.*
- protectionis & incolatus quid? *ib.*
- agricolationis quid? *ib.*
quatenus patronis fuerint soluti? *ib.* 131.
vid. *Patroni.*
- a parochis prælato quoque soluebantur, cuius beneficio ecclesia per vnionem iuncta *ib.* 132.
- precariarum quid? *ib.* 133.
- reseruantur in memoriam pristini dominii *ib.* 134.
horum varia argumenta in vnum conferuntur *ib.* 135.
- præstantur in frumento secundum mensuram temporis constitutionis *ib.* 136.
quid iuris, si de mensura frumenti tempore constitutionis non constat? *ibid.*
in moneta quomodo præstandi? *ib.* 137.
quid si monetæ extinctæ valor dubius fuerit? *ib.* 138.
- simpliciter per quantitatem promissi, sine expressione generis monetæ in consueta hodie moneta solvendi *ib.*
resoluitur dubium *primum* a decisione in mutuo & condictione indebiti desumtum III. 39, 139.
secundum ex c. 20. X. de censib. *ib.* 140.
tertium ex c. 26. X. de censib. *ib.*
temperamentum decisionis *ib.* 141.
Cerimoniale Romanum.
Cerimoniale Romanum quis componi curauerit? D. 42.

Digitized by Google

INDEX POSTERIOR RERVM PRAECIPVARVM.

Character indelebilis.
vid. *baptiſmus & conſecratio.*
Chorepiſcopus.
Chorepiſcopi diſtinguuntur a periodeutis III. 39, 21.
- ſubſtitutos habent periodeutas *ib.* 22.

Choriſta.
Choriſtæ ſorores III. 31, 41.

Chorus.
vid. *eccleſia* it. *bonor.*

Chriſtiani primæui.
Chriſtiani *primæui* magis ſimplicem ordinem in ſua liturgia retinuerunt D. 14. & 15.
non ad certas formulas directum D. 5.
ex confirmatione plurimorum ſcriptorum *ib.*
etiamſi quendam in ſacris obſeruauerint *ib.*
vid. *Cultus. Ritus.*
hi etiam philoſophi & aſcetæ ſunt dicti III. 31, 5.
ſine vita ſolitaria *ib.* 6.

Chriſtianiſſimus.
Chriſtianiſſimi ſolida praxis in miſſionariis deſideratur III. 33, 28.
quod etiam olim cenſuit Eraſmus *ib.*

Cingari.
Cingarorum liberi caute baptizandi III. 42, 10.

Circada.
vid. *Viſitationes.*

Circuitores.
vid. *Viſitatores.*

Ciſtercienſes.
Ciſtercienſes poteſtati ciuili ſubiiciuntur III. 35, 23.
- primum capitula generalia celebrarunt *ib.* 47.
cum approbatione Innocentii *ib.* 48.

Clandeſtinum matrimonium,
vid. *Sponſalia clandeſtina & matrimonium.*

Clericus.
Clerici olim milites eſſe non poterant III. 59, 9.
- olim nec vaſallorum ſubire vicem poterant *ib.*
iudicia & ſuperioritatem territorialem exercere non poterant *ib.*
- non ſubibant munus aduocatorum *ib.* 10.
nec tabellionatus *ib.*
- in minoribus ordinibus conſtituti non arcentur a negotiis ſecularibus *ib.* 11.
- procuratores laicorum eſſe prohibentur *ib.* 12.
etiamſi obſeruantia poſtea aliud docuerit *ibid.*
- negotiationes quæſtuarias exercere nequeunt *ib.* 13.
etiam in terris proteſtantium *ib.*
ne quidem per inſtitores *ib.*
- in caſu neceſſitatis negotiationes gerere non prohibentur *ib.* 14.
- non excluduntur a negotiationibus realibus *ib.* 15.
& illis, quæ a ciuibus municipalibus exercentur *ib.*
niſi aliud conſuetudine loci cautum *ibid.*
- an legibus ciuilibus & phyſicæ operam dare poſſint? III. 50, 16.
- an artem ſanandi exercere? *ib.*
- matrimonium inire nequeunt IV. 6, 2.
- reſignantes non ordinati illud recte contrahunt *ib.*
clericus clericum non decimat III. 30, 76.
quod limitatur *ib.*
genuinus huius regulæ ſenſus *ibid.*
77. ſeq.
clerici ſub prætextu paupertatis primitias acceperunt III. 30, 89.
- olim primario de oblationibus viuebant *ib.* 103.

- cenſentur immunes ab oneribus publicis III. 49, 50.
iure diuino *ibid.*
quod reiicitur *ib.*
& variis argumentis illuſtratur *ib.* 51.
- remota extrema neceſſitate immunitas iis indulgenda *ib.* 52.
quod reſponſo illuſtratur *ib.*
ab his artificia & negotiationes non plane eſſe aliena, praxis apoſtolica docet III. 50, 2.
cuius peculiaris ratio traditur *ib.*
- olim accepta oblationum parte a manuum opere abſtinere iuſſi ſunt *ibid.* 3.
adducta ratione ex 2 Tim. II, 4. *ib.*
- iam tempore Cypriani ab omni commercio ciuili euocati ſunt *ib.* 4.
qui in ſacerdotio iam fundamentum quæſiuit *ib.*
- fideles ne quidem eos tutores teſtamento dare poterant *ib.* 5.
nec negotiationes exercere *ib.*
ratio prima olim petita a ſacerdotio *ibid.* 6.
altera inde deducta, quod eo rectius curæ paſtorali inſeruire poſſent *ib.*
tertia deſumta eſt ex ambitione clericorum & deſpectu laicorum, quod actiones laicorum ſint mundanæ, clericorum vero ſpirituales *ib.* 7.
quod reprobatur *ibid.*
negotia ſecularia ſpuria his alias interdicta referuntur *ib.* 8.
vera autem adiiciuntur *ib.*

Clerus.

Clerus quale ius olim circa liturgias habuerit? D. 61.
- an habeat legislatoriam poteſtatem in eccleſiam? D. 67.
- facile ſibi hoc ius arrogare poteſt D. 69.
ad huius ergo ambitionem infringendam recte princeps liturgica inſtituit *ibid.*
eius auctoritas facile ſuperſtitionem procreat D. 69.

Coactio.

Coactio vim ſupponit vel (1) internam IV. 1, 108.
quæ actionem relinquit voluntariam *ibid.*
quod exemplo matrimonii declaratur *ibid.*
cui coactio interna non nocet *ib.*
vel (2) externam IV. 1, 109.
quia itidem voluntas magnopere cogitur *ib.*
interim adhuc actio eſt voluntaria *ibid.*
- externa ab eo procedere debet, qui ius cogendi habuit IV. 1, 110.
alias coactus non obligatur *ib.*
quod cogens promiſſum accipere non potuit *ib.*
in ſponſalibus quid operetur? v. *Sponſalia.*

Cælibatus.

Cælibatus pœna nata eſt ex ſtatu perpetuæ pœnitentiæ IV. 8, 7.
nunquam olim vt pœna ſeorſim impoſita eſt *ib.* 8.
merito tamen reprobatur *ib.*
Cœmeteria benedictione initiantur III. 40, 39.

S. Cœna.

S. Cœna vid. *Euchariſtia.*

Cœnobia.

Cœnobia olim promiſcue monaſteria ſunt dicta III. 31, 16.
- etiam extra ſolitudinem condita ſunt *ib.* 18.
- diſtincta ſunt a monaſteriis in deſertis III. 36, 2.
nihilominus tamen monaſteria dicta *ibid.*
- primitus libere exſtruebantur ſine epiſcopi auctoritate III. 36, 3.
ſeculo vero VI. non aliter niſi auctoritate epiſcopi *ib.* 4.

ſub

Digitized by Google

sub Francis etiam regia. *ibid.*
vid. *Monasteria.*

Cœnobitica vita.

Cœnobitica vita vid. *Vita cœnobitica.*

Cognatio spiritualis.

Cognatio spiritualis vnde inter patrinos & infantem inducatur? III. 42, 33.
vid. *Baptismus.*

Collationes.

Collationes amicæ cum infidelibus instituendæ in eorum conuersione III. 33, 35.

Collectio publica.

Collectio publica ordinaria quo iure a principe dirigatur? III. 30, 108.
vt & extraordinaria? *ib.*
exempla publicarum indictionum harum collectionum *ib.* 109.

Collegium.

Collegium leges præscribere potest D. 52.
- ius liturgicum scriptum adornat D. 58.
secundum exemplum apostolorum *ibid.*
sæpe in negotiis ecclesiasticis in consilium adhibebatur D. 59. 60.

Commendatio.

Commendatio distincta a iure patronatus III. 38, 67.

Commendæ.

Commendæ ius patronatus ecclesiasticum produxere III. 38, 42. 51.

Commercia.

Commercia conseruant vinculum naturale inter gentes III, 37, 39.

Comites.

Comites cum ducibus in quibusdam monasteriis iurisdictionem exercuere vide *Duces.*

Competentes.

Competentes quinam dicti? III. 41, 12.
- grauioribus fidei capitibus imbuebantur, quam audientes *ib.* 15.
imprimis mysterio trinitatis *ib.*
- quo tempore de hoc informati fuerint? *ib.*
- postea ad publicum scrutinium seu examen admittebantur *ib.*
- quibus ritibus tandem baptizati fuerint? III. 42, 16. sqq.

Communio ecclesiastica.

Communio ecclesiastica inducitur ex S. eucharistia III. 41, 42.
- cum quibus non intercedebat, olim exite iubebantur ecclesia *ib.*
quod formulæ antiquæ indicant *ib.*

Communio sub vna.

Communio sub una fluxit ex transsubstantiatione III. 41, 24.
- ex P. de Marca sententia orta est tum ex concilio Claromontano *ib.*
quod examinatur *ib.*
tum ex peregrinationibus in terram sanctam *ib.* 25.
- ex eiusdem sententia Hierosolymis primum obtinuisse videtur *ib.*
- ex superstitione & barbarie temporum nata est *ib.* 26.
nec non inani metu, ne quid vini in terram effunderetur, & iniuria sanguini Christi fieret *ib.*
vel vinum congelaret *ib.*
vel musca aut aranea in vinum caderet *ib.*
vel vomitus sequatur *ib.*
Plura vid. sub *Calix.*

Communio sub vtraque.

Communio sub vtraque ante seculum XII necessaria fuit credita III. 41, 26.
quam confirmat Gelasius *ib.*
Baronii explicatio sententiæ Gelasii examinatur *ib.*

Concilium.

Concilium Eliberinum multas res liturgicas determinauit D. 30.
vt & Nicænum *ib.*
- Constantinum grauiter reprehendit, quod capellæ laicis concedantur III. 30, 22.

Digitized by Google

nec non Meldenſe *ibid.*
Concilii Lateranenſis opinio circa decimas vid. *decimæ*. III. 30, 26. 27. 28.
- fundamentum reuocandarum decimarum in eo recte quæritur *ib.* 29.
- Tridentinum non adeo in omnibus ſtringit Ieſuitas III. 31, 72.

Conciones.

Conciones quoque ſpectant ad liturgiam publicam III. 41, 95.
- olim ab epiſcopis habitæ *ibid.*
etiam Romanis *ibid.*
quod tamen in dubium vocatur *ib.*
ſententia Sozomeni de epiſcopo Romano haud concionante explicatur *ibid.* 96.
- a preſbyteris etiam inſtituebantur *ib.* 97.
- veterum ſunt nudæ exhortationes *ibid.*
- varia vitia ſecum pedetentim tulere *ib.* 102. 107.
vt plauſus, clamores *ib.*
aniles fabulas III. 41, 103.
Reformatorum & proteſtantium cura in his vitiis emendandis *ib.*
- quotidianæ inde natæ, quæ tamen magis reſtringendæ *ib.* 104.
tempore reformationis formulæ concionum a quibusdam confectæ populo prælegebantur *ib.* 105.
- docimaſticæ cur fieri ſoleant? *ib.* 106.
- non indubium ſunt argumentum de idoneitate candidati *ib.*
- ſecundum determinatum in legibus eccleſiaſticis ordinem inſtituendæ *ib.* 107.
- vltra tempus præſtitutum non trahendæ *ib.* 108.
leges his præſcriptæ ob varias cauſas negliguntur *ib.* 109.
Speneri iudicium *ib.* 110.

Conditio.

Conditio eſt vel expreſſa vel tacita IV. 5, 1.
- tacita ex natura rei deſumitur *ibid.* 2.
- ſi virgo adhuc intacta fuerit, in ſponſalibus ſubintelligitur IV. 5, 2.
vt & ſi virgo vi compreſſa ſit *ib.*
ſi apta ad matrimonium *ib.*
rebus ſic ſtantibus *ib.* 3.
- honeſta expreſſa ſuſpendit obligationem ſponſalitiam *ib.* 4.
niſi fuerit remiſſa *ib.*
quod declaratur ex c. 1. X. h. t. *ib.*
- ſi non remiſſa fuerit, euentus expectandus *ib.* 5.
- tacite remitti poteſt *ib.* 6.
- turpis vitiat matrimonium *ibid.* 7. ſqq.
prout intelligendum c. fin. X. de condit. app. in deſponſ.
vid. *Sponſalia.*

Cœlibatus.

Cœlibatus an per leges prohiberi poſſit? IV. 1, 125.
- an hoc medio homines ad matrimonium princeps cogere poſſit? *ib.*
- quibus gentibus odioſus fuerit? *ib.* 126.
- ſæpius in pœnam imponitur IV. 7, 7.
- ortus ex ſtatu pœnitentium antiquo *ibid.*
- numquam vt pœna impoſitus fuit *ib.* 8.
- hodie magis pœnam conſtituit *ib.*
- merito in noſtris foris ceſſare deberet *ib.*

Confeſſio auricularis.

Confeſſio auricularis ante S. cœnam olim ceſſabat III. 41, 44.
- demum ab Innocentio III. ſingulis impoſita *ib.*
- a monachis quatenus audiri poſſit? III. 37, 79.

Digitized by Google

Confirmatio.

Confirmatio quas rixas excitauerit? III. 42, 54.
- vnde originem trahat? *ibid.*
- non nouum ſacramentum eſt *ib.*
- occaſio manuum impoſitionis apoſtolicæ orta III. 42, 55.
- immediate poſt baptiſmum perfecta eſt *ib.*

ſub nomine conſignationis & vnctionis *ib.*
- ſub aliqua neceſſitate ſeculo III requiſita *ib.*
- quandoque a preſbyteris peracta? *ibid.*
- in oriente manſit appendix baptiſmi III. 42, 56.
- in occidente ab eo ſeparata *ib.*
- olim certis formulis erat incluſa *ib.* 57.
- hodie inter catholicos deſiderat patrinos *ib.*

nec non nominis mutationem *ib.*
- quibus ritibus hodie apud catholicos ſit circumſcripta? *ib.*
- in eccleſiis proteſtantium quibusdam reſeruata eſt, ſed diuerſo modo III. 42, 58.
- quam vtilitatem apud nos habeat? *ib.*
- apud nos ex ſententia Chemnitii ita inſtituenda, vt

1) confirmandus breui adhortatione admoneatur de ſuo baptiſmo *ib.*
2) fidei publicam profeſſionem edat *ibid.*
3) interrogetur de præcipuis religionis chriſtianæ capitibus *ib.*
4) diſſentiat a gentilibus opinionibus *ib.*
5) ſerio moneatur, vt in hac fide permaneat *ib.*
6) fundantur pro eo preces cum manuum impoſitione *ib.*
- confirmata eſt in ordinatione Guelpherbytana, Haſſica, Gothana, Celenſi III. 42, 59.
- a quo paſtore fieri debeat? *ib.* 60.

quo tempore? *ib.*

Confraternitates.

Confraternitates vnde ortæ? III. 31, 48.

in communionem precum a monachis receptæ *ibid.*

de his iudicium Antonii Matthæi *ibid.* 50.

Coniuges.

Coniuges mutuo conſenſu ingredi poſſunt religionem III. 32, 4.

rationes in contrarium *ibid.*

horum alter cur vouere teneatur caſtitatem? *ib.* 5.

Conſecratio.

Conſecratio cum ſuis ſolennibus inter gentes & catholicos in magno pretio habetur III. 40, 2.
- inter proteſtantes ad arbitraria relata *ibid.*
- quid ex conceptu iudæorum, gentilium & eccleſiæ Romanæ? *ib.* 3.
- qualis fuerit in republica iudaica? *ibid.* 4.

de hac Speneri peculiaris ſententia adiecta epicriſi *ibid.*
- inter iudæos olim mox ſuperſtitionem ſecum traxit *ibid.* 5.

quod character indelebilis rebus imprimeretur *ib.*
- inter gentiles locum habuit *ib.* 6.
- infinitos his produxit Deos *ib.*

a ſtatu noui fœderis eſt aliena *ib.* 7.
- a gentibus & iudæis diſtinguitur a dedicatione *ib.* 10.
- iam ſeculo IV loco dedicationis fuit ex corruptione doctrinæ III. 40, 12.

quod concertationes cum Athanaſio indicant *ibid.*

illa

illa præſertim, quod in eccleſia non conſecrata rem diuinam fecerit *ib.* 13.
huius magnus erat pruritus tempore Conſtantini M. III. 40, 14. ſeqq.
- in occidente pedetentim ſine reliquiis SS fieri non poterat III. 40, 16.
cuius ratio euoluitur *ibid.*
& cum gentilibus moribus confertur *ibid.*
corroborata eſt per reliquias SS. III. 40, 17.

vid. *Reliquiæ SS.*

additis inunctionibus &c. *ib.*
- hodierna præparatur per cruces XII, clauum, ſcalam, vigilias cum ieiunio, ornamenta altarium, cinerum præparationem, tentorium ante templum, faldiſtorium, menſam credentia dictam, aliaque quæ in promtu eſſe debent paramenta *ib.* 19.
in ipſa conſecrationis die XII candelæ accenduntur III. 40, 21.
ante XII cruces *ib.*
clauſis ianuis *ib.*
cum proceſſione ad locum, vbi reliquiæ SS. ſunt *ib.*
poſtea epiſcopus indultur *ib.*
qui accedit ad fores eccleſiæ *ib.*
benedicit ſali & aquæ *ib.*
circuit eccleſiam prima vice *ib.*
orat ante oſtium principale *ib.*
mandat eius aperturam *ib.*
circuit ſecunda vice *ib.*
de nouo pulſat oſtium & tertia vice *ib.*
eccleſiam circuit *ib.*
aperitur oſtium eccleſiæ *ib.*
huius ritus explicatio III. 40, 22.
poſthæc intrat epiſcopus eccleſiam *ibid.* 23.
cum formulis *ibid.*
ſparguntur cineres *ibid.*
dicuntur litaniæ *ibid.*
ſignum crucis facit *ibid.*
in cineribus ſparſis format alphabetum græcum III. 40, 24.
& latinum *ibid.*
cuius ritus ratio explicatur *ibid.*
conſecrator appropinquat ad altare maius *ib.* 25.
benedicit ſali, aquæ & cineribus *ib.*
vt & vino *ib.*
format cum baculo ſignum crucis in parte inferiore & ſuperiore *ib.*
procedit ad conſecrationem altarium *ibid.*
formula ſolenni adhibita e IV crucibus formatis in IV cornibus *ib.*
deinde adſpergit altare ſepties *ib.*
Poſt ter adſpergit eccleſiam intus
1) in parte inferiore
2) in medio
3) in ſuperiore parte III. 40, 26.
aſpergit etiam pauimentum *ib.*
conſecrator ſeſe accingit ad translationem reliquiarum *ib.* 27.
facitque cæmentum *ib.*
accedit proceſſio ad reliquias SS. *ib.*
quæ fit debito ordine *ib.*
poſtea circuit eccleſiam *ib.*
ante fores leguntur decreta concilii Trid. & de dote fit informatio *ib.*
ſignat cum chriſmate oſtium *ib.*
ſequitur ingreſſus cum reliquiis III. 40, 28.
& conſecratio ſepulchri altaris *ib.*
& quatuor angulorum *ib.*
conduntur reliquiæ *ib.*
firmatur lapis *ib.*
thurificatur altare *ib.*
repetitis vicibus *ib.* 29.
formantur cruces oleo catechumenorum *ib.*
quod repetitur tertia, quarta & quinta vice *ib.* & III. 40, 30.
vnguntur XII cruces in pariete depictæ *ib.* 31.
formantur quinque cruces ex granis incenſi *ib.*
continuatur vnctio altaris III. 40, 32.
& benedictio vaſorum *ib.*

orna-

Digitized by Google

ornatur altare *ibid.*
epiſcopus pontificalibus induitur celebratque miſſam *ib.*
horum ſolennium plurima ſunt deſumta ex conſecratione vet. Teſt. *ibid.* 33.
inprimis inunctio *ibid.*
- - maxime differt a ſimplici dedicatione hodierna III. 40, 34.
- - inter proteſtantes ob defectum templorum non deſideratur *ib.* 35.
- - apud catholicos vero abſolute requiritur *ib.*
- - tantum poteſt perfici a ſacerdote ſummo *ib.* 36.
non a ſimplici *ib.*
- - plura ſolennia eſſentialiter deſiderat quam dedicatio *ib.* 37.
- - etiam extenditur ad veſtes & vaſa *ib.* 38.
- - diſtinguitur a benedictione *ib.* 39.
- - facit res ſacras *ib.* 43.
& iuris diuini & nullius *ib.*
ex ſententia Schmirii, quæ ſub examen reuocatur *ib.*
- - cur non celebrari poſſit ab Arianis? *ib.* 44.
- - reiterari non debet *ib.*
- - pretium reſpuit *ib.*
- - nouam virtutem rei dat *ib.*
- - cur reiteranda re deſtructa? *ib.*
- - adimit patrono dominium in ſua eccleſia *ib.* 45.

Conſecratio ſymbolorum euchariſticorum. vid. *Euchariſtia.*

Conſenſus.

Conſenſus matrimonialis quomodocunque declaratus facit matrimonium ex pontificiorum ſententia IV. 1, 18.
quod tamen erroneum eſt *ib.* 21.
- - ideo publice declarandus *ib.* 22.
- - ſuſpenſiuus an pariat ſponſalia de futuro? *ib.* 30.
vid. *ſponſalia*, *matrimonium.*

Conſiſtorium.

Conſiſtorium cauſas eccleſiarum controverſas decidit D. 76.
- - liturgias non reformat *ib.*
niſi in quantum princeps id conceſſerit *ib.*
- - apud nos circa litaniarum ſtatarum ordinationes diſponit D. 84.
- - an & quatenus circa *imperatas* quid ordinet? *ib.*
- - nullam executionem circa vota exercet III. 34, 18.
- - an & quatenus viſitet eccleſias? III. 39, 46.
vid. *Viſitatio.*
- - cognoſcit de excluſione indignorum a S. cœna III. 41, 55, 56.
quod vlterius confirmatur *ib.* 57.
cum temperamento in ipſa excluſione adhibendo *ib.*

Conſtantinus M.

Conſtantinus M. ſegnior in exercendo iure ſacro D. 63.
baptiſma adornauit *ib.*
ſibi ipſi ius in clerum abiudicaſſe dicitur *ib.*
- - epiſcopis iudiciariam poteſtatem confirmauit D. 64.

Conſuetudo.

Conſuetudo quid faciat in rebus liturgicis? D. 51.
vid. *Obſeruantia eccleſiaſtica.*

Conuentuales.

Conuentualium ſtatus inter proteſtantes III. 35, 70.

Conuerſi.

Conuerſi quid poſt baptiſmum conſequantur? vid. *Baptiſmus.*
his olim commercium cum infidelibus interdictum erat III. 33, 65.
quæ omittere debeant? *ib.* 68.
an conuerſus vxorem antea dimiſſam recipere teneatur? *ib.* 69.

hos cogi posse, vt fidem christianam retineant, multi censent *ib.* 69.
ex ratione iurisdictionis ecclesiasticæ *ib.*
horum iura specialia *ib.* 71.
olim eorum bona confiscabantur *ib.* 74.
huius moris ratio *ib.* 75.
- - nulla macula laborant *ib.* 76.
- - inter honestos referuntur *ib.*
- - ad dignitates admittuntur *ib.* & officia publica *ib.* 77.
- - sæpius tamen ad ea sunt inepti *ibid.*
his rarius de idoneo vitæ genere prospicitur *ib.* 78.
inde alicubi domus conuersorum erectæ, in quibus aluntur *ib.* 79.
liberi conuersi a patria potestate an sint liberati? *ib.* 80.
an conuersis statim a parentibus viventibus debeatur legitima? *ib.* 81.
- - an possint militare? *ib.* 84.
- - an habeant priuilegia miserabilium personarum? *ib.* 85.

Conuersio.

Conuersio monastica III. 33. 1.
- - eorum, qui monachis inseruiunt? *ibid.* 2.
- infidelium quid? *ib.* 3.
hanc quid impediat? *ib.* 32.
mancipia ad conuersionem adspirantia, manumittenda sunt *ib.* 72.
- omnem tollit maculam *ib.* 75.
- non tollit pœnam *ib.* 82.
error in contrariam sententiam euntium *ib.*
sicut statuunt iudæi *ib.* 83.
plura vid. sub tit. *Baptismus.*

Conuertendi.

Conuertendi primum fiunt catechumeni *ib.* 57.
- - an sint in ecclesia? *ib.*
- - an in limine ecclesiæ? *ib.*
- - an legibus ecclesiasticis teneantur? *ib.*
- - non iisdem cum fidelibus fruuntur sacris *ib.* 58.
hinc olim ecclesiastice non sepeliebantur *ib.* 59.
- - delinquentes pœnitentiæ publicæ haud subiiciebantur *ib.* 60.
aliter tamen coërciti *ib.*
veniunt nomine christianorum *ib.* 61.
- - matrimonium cum fideli non celebrare *ib.* 62.
imo nec ordinari possunt *ib.*
- - subiiciuntur ecclesiasticis iudiciis *ibid.*
- - quid consequantur per baptismum vid. *Baptismus* & *Catechumeni.*

Conuiuia baptismalia.

Conuiuia baptismalia in quem finem olim data fuerint? III. 42. 44.
- - primis temporibus admodum modesta & sine vllo luxu fuere *ib.* 48.
- - in summum abusum postea tracta sunt *ib.*
- - per leges ecclesiasticas restricta *ib.*

Copula. Copulatio.

Copula. Copulatio vid. *Benedictio sacerdotalis.*

Crimina.

Crimina commissa an producant iustam repudii causam? vid. *Repudia.*

Cultus diuinus.

Cultus diuinus in veritate & spiritu peragendus D. 1.
- - non humano modo D. 4.
- - sit internus *ib.*
- - etiam ex sententia gentilium *ib.*
- - facile in externum erumpit D. 3.
quem etiam Deus approbauit D. 5.
- - externus ab impiis pro vero habitus D. 6.
- - in superstitionem a gentilibus conuersus D. 7.
ad punctum apud eos obseruandus erat D. 8.
ex

Digitized by Google

ex teſtimonio gentilium *ib.*
- - quatenus admittendus D. 11.
- - primitiuus chriſtianorum fuit ſimpliciſſimus D. 13.
- - diuinus ſub Conſtantino M. magis pompam & elegantiam quam interna reſpexit D. 65.

Curatores.

Curatores operum publicorum quid olim fuerint? III. 48, 26.
- - a curatoribus reipubl. diſtinguendi *ib.*

D.

Decani.

Decani monaſteriorum III. 35, 61.

Decimæ.

Decimæ vnde ortum trahant? III. 30, 2.
- - qua ratione & intentione ante legem ſolutæ? *ib.* 3.
- - ſunt regibus olim tributi loco ſolutæ? *ib.* 4.

poſtea noua ratione a Deo Iſraëlitis præſcriptæ *ib.*
- - differunt a prioribus *ib.*
- - magis ad ſtatum reipublicæ forenſem reſpexerunt *ib.* 5.
- - aſſerto clericis N. T. ſacerdotio cum omnibus iuribus exigebantur *ib.* 6.

doctrina theologi PRIDEAVX pro defenſione decimarum *ib.* 7.
- - non ex naturali debito miniſtris eccleſiæ debentur *ib.*

nec ſunt originis diuinæ *ib.* 8.
Patres improuide eas ex veteri teſtamento reduxerunt *ib.* 9.
an ſub lege neceſſitatis eccleſiis ſolui debeant? *ib.* 9. 10.
conciliorum ſeculi IV. hac de re ſententia *ib.* 10. 11.
ſeculo ſexto in conciliis & legibus decimæ ſunt imperatæ *ib.* 12.
ab earum ſolutione tamen pene omnes chriſtiani deſciuerant *ib.*
decimæ ſeculo octauo maxime ſunt auctæ *ib.* 13.
& a regnis ad chriſtianiſmum conuerſis ſolutæ *ib.* 14.
cum magna contradictione eorum, qui conuertebantur *ib.* 15.
laici eas ad ſe auide rapere ſtuduerunt *ib.* 16.
obtinuerunt hi eas poſtea ex regum Francorum diſpoſitione *ib.* 18.
ſub quanam larua? *ib.*
inprimis ſub Carolo Martello *ib.* 19.
& Carolo Magno *ib.* 20.
per prælatos bona eccleſiaſtica alienantes *ib.* 21.
ex capellarum exſtructione exſtructores ſibi decimas reſeruauerunt *ib.* 22.
quo iure hæc reſeruatio facta *ib.*
laici has decimas iure feudi acquiſiuerunt *ib.* 24.
quas reuocare tamen ſtuduerunt epiſcopi *ib.*
qua occaſione monaſteria decimas a laicis acceperint? *ib.* 25.
inuidia epiſcoporum ob hoc lucrum, quod monachis obueniebat *ib.*
quæ ſit ſententia concilii Lateranenſis de decimis a laicis poſſeſſis *ib.* 26, 8.
fundamentum circa horum reuocationem eruitur *ib.* 9.
quod in praxi ægre admittitur *ib.* 30.
cauſæ laicorum decimas iuſtificantes *ib.* 31.
hæ quo iure debeantur eccleſiis? *ib.* 32.
ſunt inſtar bonorum eccleſiaſticorum *ib.*
an laicus eas contra eccleſiam præſcribere poſſit? III. 30, 34. 35.
an eas recte poſſideat? *ib.*
ſunt res eccleſiaſticæ, non ſpirituales *ib.*

Digitized by Google

requirunt præſcriptionem immemorialem *ibid.* 37.
iuxta inſtrumentum pacis debentur *ib.* 38.
præſcriptio earum vnius eccleſiæ contra aliam quomodo contingat? *ib.* 39.
vel monaſteriorum contra eccleſias? *ib.* 40.
an & quatenus præſcribantur vid. *Præſcriptio.*
quomodo amittantur? *ib.* 50.
an ſolo non vſu? *ib.* 51. 52.
quale ius ſibi olim reges Francorum circa eas aſſeruerint? *ib.* 54.
quod iure nouiori canonico, non principi, ſed eccleſiæ adſcribitur *ib.* 55.
- - an ſint regalia? *ib.* 56. 57.
- - non ſunt tributi ſpecies *ib.* 58.
- - quatenus olim iuris regii fuerint? *ib.* 59.
an Carolus M. eas ſibi vindicauerit *ibid.*
in harum poſſeſſorio quatenus tituli editio ſit neceſſaria? *ib.* 69. ſqq.
lites olim inde ortæ *ib.* 66. 67. 68.
de his principes proteſtantes recte leges condunt *ib.* 72.
in decimarum impoſitione quale ius pontifici competat? *ib.* 73.
quod Germani ipſi in dubium vocarunt *ib.* 74.
an clericus clericum decimet? vid. *Clericus.*
an monachus eas præſtet? vid. *Monachus.*
ſoluuntur de omnibus fructibus *ib.* 80. 81.
quid circa earum mutationem obſeruandum? *ib.*
quatenus æſtimationem admittant? *ib.* 82.

Decimæ eccleſiaſticæ.

Decimæ eccleſiaſticæ quid? III. 30, 17.
- - quomodo differant a ſecularibus? *ib.* 41.

Decimæ.

Decimæ noualium vid. *Noualia.*

Decimæ ſeculares.

Decimæ ſeculares quid? III. 30, 17.
quomodo ab eccleſiaſticis differant? *ib.* 41.

Decimæ reales.

Decimæ reales fundis inhærent III. 30, 75.

Dedicatio ſimplex.

Dedicatio ſimplex ex conceptu iudaico & gentili differt a conſecratione III. 40, 9.
chriſtianiſimo non aduerſatur *ib.* 11.
- - mox conceptum conſecrationis aſſumſit ex corruptione doctrinæ ſeculo IV. *ib.* 12.
quod concertationes cum Athanaſio indicant *ib.*
ob fractum calicem ſacratum & menſam ſacram ſubuerſam *ib.*
de qua cauſa actum in concilio Tyrenſi *ib.*
ſub prætextu ſacrilegii *ib.*
ob quod Athanaſius deponitur *ib.*
- - magno cum pruritu fiebat tempore Conſtantini M. *ib.* 40, 14.
quod exemplo eccleſiarum Hieroſolymitanarum illuſtratur III. 40, 15.
& Antiochenæ eccleſiæ *ib.*
- - multum differt a conſecratione hodierna *ib.* 34.
- - etiam in vita ciuili vſitatiſſima eſt *ib.*
- - inter proteſtantes eſt arbitraria *ib.* 35.
- - fit auctoritate principis *ib.* 36.
- - ſolennia eſſentialiter non deſiderat, vt conſecratio *ib.* 37.

quod

Digitized by Google

quod exemplo ecclesiæ exstructæ Francofurti ad Mœnum illustratur : *ib.*
non habet locum in vestes & vasa inter protestantes *ib.* 38.
vid. *Consecratio.*

Denarius.

Denarius loco oblationum III. 30, 101.
vid. *Oblatio denarii.*

Deuotio.

Deuotio per leges ecclesiasticas directo imperari nequit III. 46, 41.

Diptycha.

Diptycha quid? III. 41, 70.

Dispensatio.

Dispensatio pro pecunia inualuit ex redemtione votorum III. 34, 30.

Dispositiones.

Dispositiones irreuocabiles intuitu vitæ monasticæ factæ nouitiis prohibentur III. 31, 69.

Diuortium.

Diuortium ab infideli coniuge olim concedebatur III. 33, 65.
quod improbatur *ib.*
quid si vnus ex fidelibus ad gentilem religionem transierit? *ib.* 66.
- - locum habet in matrimonio in gradu prohibito antea contracto *ib.* 69.
nec non in polygamia inter conuersos & infideles *ib.* 70.

Docimastica concio.

Docimastica Concio vid. *Concio.*

Doctrina gentilis.

Doctrinæ gentilis peritia requiritur in his, qui eos conuertere volunt III. 33, 33.

Domus religiosæ.

Domus religiosæ varias sub se continent species III. 36, 34.
- - religiosæ cur vocentur *ib.* 35.
- - profanæ sunt deficiente auctoritate episcopi *ib.*
harum cura etiam magistratui recte vindicatur *ib.* 42.
sine principis confirmatione *ib.*

Donationes.

Donationes inter viuos interdicuntur nouitiis III. 31, 68 seqq.
quomodo tamen validæ fiant? *ib.*
quod præiudicio illustratur III. 31, 71.

Dos.

Dos an priuilegiata sit in sponsalibus de præsenti, si ante contractum matrimonium soluta sit
vid. *sponsalia de præsenti.*

Duces.

Duces in quibusdam monasteriis iurisdictionem exercuere III. 35, 18.
- - electos a monasteriis abbates & contractus confirmarunt *ib.* 19.
- - immunitates a iudicibus ordinariis concessere *ib.* 20.
- - visitationibus auctoritatem suam dederunt *ib.* 21.
- - reformarunt monasteria *ib.* 22.

Durandus.

Durandus quid præstiterit in rationali diuinor. officior. D. 39.

E.

Ecclesia.

Ecclesia ex sententia Schilteri aliorumque est status quidam reipublicæ D. 66.
- - ius ordinandi liturgias primordialiter exercuit *ib.*
- - est societas æqualis *ib.*
non respublica D. 67.
in hac quomodo princeps consideretur? vid. *Princeps.*
quid circa præscriptionem decimarum vnius ecclesiæ contra aliam notandum? vid. *Præscriptio.*
- - qua talis ius circa oblationes in vsus pauperum exercet III. 30, 111.

nec ſemper & ſtricte principis auctoritas has oblationes munire debet *ib.* 112.
- - polluta cur reconcilianda? III. 49, 48.
- - quomodo violetur? *ib.*
- - quomodo polluatur? *ib.* 49.
- - reconciliatur per aquam benedictam *ib.*
hanc ingredi cum armis prohibitum eſt III. 49, 24. 25.
adeo vt imperatores etiam gladium & diadema deponerent *ib.*
nec in choro ſubſiſterent *ib.*

Eccleſia primitiua.

Eccleſia primitiua quos præfectos habuerit? D. 59.

Eccleſia Romana.

Eccleſia Romana in rebus liturgicis olim non erat neceſſaria norma ceterarum D. 34.
quamuis Innocentius I. id iam conſtituere voluerit D. 35. ſeq.
cuius fundamenta adducuntur *ib.*
non vbique agnita D. 37. & 62.

Eccleſiæ domus.

Eccleſiæ domus ſimplices ſeculo III. memorantur, non templa III, 48, 7.
- - ſub Conſtantino in templa mutatæ *ib.* 8.

Eccleſiæ.

Eccleſiæ pleræque ſtatu gaudent corruptiſſimo D. 168.
qui varia ſchiſmata producit *ib.*
vid. *Bellum adiaphoriſticum.*
harum fundatores quale ius circa ſeculum IV. & V. habuerint in oriente? III. 38, 8.
quale ante Iuſtinianum? *ib.*
- - ſec. IV. adhuc erant in poteſtate epiſcopi III. 38, 15.
- - poterant alienari, diuidi *ib.* 38.
in iis abbates pro lubitu remouebantur *ib.*
exitus & introitus parochianis a poſſeſſoribus adimebatur *ib.*
- - tales iure feudi conferebantur presbyteris, potiore parte redituum poſſeſſoribus reſeruata *ib.* 35.
circa harum bona quale ius exerceat patronus vid. *Patroni.*
- - primitus non erant templa III. 48, 27.
erant res vniuerſitatis *ib.*
- - poſtea ad opera publica relatæ *ib.*
harum primaria qualitas eſt ſanctitas III. 49, 41.
- - immunes dicuntur ob eam *ib.*
- - non adhibendæ ad vſus promiſcuos *ib.* 41.
non ad iudicia criminalia *ib.*
non ad placita ſecularia III. 49, 42.
non ad negotiationes *ib.* 43.
non ad conuiuia *ib.* 44.
an ad agapas? *ib.*
non ad inhoſpitationem *ib.* 45.
- - immunes ſunt ab oneribus publicis, an iure diuino? *ib.* 46.
quod negatur *ib.* 47.
- - immunitatem hanc habent ex beneficio imperatorum *ib.*
- - in caſu neceſſitatis non ſunt immunes ab oneribus publicis *ib.* 48.
- - adeo dicuntur immunes, vt amortizationem reprobent *ib.* 49.
quod tamen falſum *ib.*
illuſtratur hoc ipſum ſanctione pragmatica imperatoris Leopoldi *ib.*

Eccleſiarum refectio.

Eccleſiarum refectio vid. *Refectio.*

Eccleſiæ conuentuales.

Eccleſiæ conuentuales quæ? III. 37, 78.
- - a parochialibus diſtinctæ ſunt *ib.*
etiam in terris proteſtantium *ib.*
quod reſponſio illuſtratur *ib.*

Eccleſiæ patronatæ.

Eccleſiæ patronatæ vnde originem trahant? III. 37, 24.
- - reficiendæ a parochis III. 48, 70.

Digitized by Google

INDEX POSTERIOR RERVM PRAECIPVARVM.

Eccleſiæ parochiales.

Eccleſiæ parochiales ſeculo IV. conſtitutæ III. 39, 17.

Eccleſiæ vnitæ.

Eccleſiæ vnitæ olim perpetuos vicarios recipiebant III. 38, 44.

- - vnio monaſteriis plus iuris contulit, quam ſimplex earum donatio *ib.* 49.

diplomatibus hoc illuſtratur *ib.* 50.

- - reficiuntur a prælatis, quorum beneficio ſunt iunctæ III. 48, 67.

Eccleſiarum immunitas.

Eccleſiarum immunitas vid. *Sanctitas*, item *Aſylum.*

Eccleſiarum infeudatio.

Eccleſiarum infeudatio ſeculi VII. III. 28, 20.

- - vſum frequentem apud nobiles in pagis habuit *ib.* 27.

- - effecit, vt in iis poſſeſſores conſtituerent preſbyteros *ib.*

Plura vid. tit. *Eccleſia.*

Eccleſiarum ſanctitas.

Eccleſiarum ſanctitas venerationem externam denotat III. 40, 43.

non internam ſanctitatem *ib.*

ieiuna Schunirii argumenta in contrarium *ib.*

rudera internæ paſſim ſuperſunt *ibid.* 46.

Electi.

Electi inter catechumenos an olim diſtincti fuerint a competentibus? III. 42, 11.

Encæniæ.

Encæniæ vnde? III. 40, 54.

- - ortæ ſunt ſeculo IV. *ib.*

- - ex moribus iudaicis aſſumtæ ſunt *ib.*

- - mutatæ mox in bacchanalia & mercatus *ib.* 55.

- - inde merito eradicari debuiſſent *ib.*

- - ruri ſunt retentæ, non vero in ciuitatibus *ib.*

- - ſingulari protectione gaudebant *ibid.*

quæ ad iurisdictionem, non regalia pertinet *ib.*

- - in plurimis locis vno eodemque die celebrantur *ib.* 56.

- - etiam in id tempus reiiciuntur, quo iis vacare poſſunt parochiani ſine diſpendio laborum *ib.*

Epiſcopi.

Epiſcopi quali gauiſi ſint poteſtate circa res liturgicas ſub Conſtantino M. D. 62. 63. 64.

quid hoc tempore affectauerint? D. 63.

horum inuidia aduerſus monachos decimas a laicis accipientes III. 30, 25.

velum virginum conſecrare poſſunt III. 31, 86.

- - an & quaternus curam pro convertendis infidelibus gerere debeant? III. 33, 15.

- - an hodierno die habeant executionem circa vota III. 34, 17.

- - in quibus olim votorum realium exactionem exercuerint *ib.* 20.

- - ſecundum ius canonicum habent ius vota mutandi & relaxandi III. 34, 25.

- - qualem poteſtatem habeant in monachos vid. *Monachi.*

- - plura monaſteria amiſerunt per exemtiones papales vid. *Exemtio.*

- - an in ſuo territorio, in quo ſubditi proteſtantes degunt, monaſteria exſtruere valide poſſint? III. 36, 11.

applicatio ad exempla recentiora *ibid.* 12.

præſidia in hac ſententia catholicorum *ibid.*

pro-

Digitized by Google

proteſtantium fundamenta III. 36, 13.
- - an habeant ius diœceſanum in monaſteria, quæ ſubſunt territoriali poteſtati III. 36, 20 ſeqq.
- - an in ciuitatibus mixtis? III. 36, 22.
- - curam habeant pro exſtruendis hoſpitalibus *ib.* 38.
ob curam pauperum iis concreditam *ibid.*
- - ex qua cauſa hoſpitalia habeant ſubiecta? *ib.* 40.
- - eccleſiæ fundatores præ laicis in ea prærogatiuam habebant III. 38, 15.
ex decreto duplici Gelaſii *ib.* 16.
- - ius inſtituendi ſeu inueſtiendi clericos in eccleſiis patronatis habent *ib.* 56.
- - olim eccleſias viſitabant ſaluo iure ſupremo principis III. 39, 28.
- - viſitant monaſteria vt ſedis Romanæ legati *ib.* 70.
vid. *Viſitatio.*
- - quale ius habeant circa procurationem? vid. *Procurationes.*
- - cenſus exegerunt
1) pro conceſſione, vt monaſteria eccleſias parochiales a laicis acquirerent III. 39, 128.
2) pro earum liberatione a manibus laicorum *ibid.*
3) pro locatione earum *ibid.*
4) pro renunciatione iuris diœceſani *ibid.*
5) pro vnione *ibid.*
6) pro liberatione ab exactionibus *ibid.*
7) in ipſa dedicatione *ibid.*
- - olim docendi officium dirigebant III. 41, 97.
- - ſeculo V. prædicare cœperunt *ibid.* 98.
- - celebres fuerunt concionatores *ib.*
conciliorum decreta id confirmantia *ib.* 99.
- - ex iure delegato exercent ius reficiendi eccleſias III. 48, 45.
- - iure proprio olim hanc curam non gerebant *ib.* 46
ab his œconomi aliique curatores dependebant *ib.* 47
- - ex conciliorum ſtatutis itidem hanc curam acceperunt *ib.* 48.
nec non ex capitularibus regum Francorum *ib.* 49.

Epiſtolæ.

Epiſtolarum pericopæ III. 41, 107.

Erfordia.

Erfordiæ lites cum Moguntino de precibus publicis v. *Preces.*

Euangelia.

Euangeliorum pericopæ III. 41, 101.
Euchariſtia varias lites excitauit *ib.* 2.
quarum quatuor potiſſimum ſunt capita *ib.*
- - olim fiebat ſimplici benedictione *ib.* 3.
quæ pedetentim certas precum formulas accepit *ib.* 4.
in verbis huius inſtitutionis patres ſeculo IV. ſingularem conſecrandi virtutem quæſiuerunt *ib.* 5.
ex ſententia Ambroſii *ib.*
ſed confundunt benedictionem & erogationem *ib.* 6.
huius verba vocantur myſticæ & ſecretæ preces *ib.*
nec non canon miſſæ *ib.*
imo adhuc hodie quoque omnem vim conſecrandi habere creduntur *ib.* 7.
quod exemplo illuſtratur *ib.*
ſtricte his verbis inhærendum cenſent, vt conſecratio ſequatur *ib.* 8.
recitentur cum intentione *ib.*
ita

Digitized by Google

ita vero, propter hanc intentionem sacerdotis, Deo solum perspectam, semper dubium est, an hostia sit consecrata *ibid.*

Ritus quidam ex hoc dogmate remanserunt in ecclesiis Protestantium *ib.* 9.

- - asseruatur in varium finem III. 41, 16.

huius symbola laici manibus tangere non audent *ib.* 32.

quæ olim manu excipiebantur *ibid.*

- - ex consecratione sacrificium male eruitur *ib.* 33.

id quod nec patres agnouerunt *ib.* 34.

- - ex hac sententia tantum a sacerdotibus peragi potest *ib.* 35.

non a diaconis, quod tamen falsum *ib.* III. 41, 36.

- - an in defectu pastorum a laicis celebrari possit? *ib.* 37.

lites inde sunt motæ *ib.*

Protestantes plurimi in negatiuam inclinant III. 41, 38.

sed vt per indirectum quæstionem affirment *ib.*

cuius affirmatio defenditur *ib.*

& doctrina Speneri illustratur *ib.* 39.

vt & Lutheri *ib.*

contraria argumenta resoluuntur *ib.* 40.

- - secundum quid potest esse necessaria, si desunt pastores *ib.*

- - si pastores adsunt, sine iis non est permissa *ib.*

- - propter sacrificii conceptum vestes sacerdotales desiderat III. 41, 41. vid. *Vestes.*

huius effectus ciuilis consistit in iure communionis ecclesiasticæ *ib.* 42.

- - tantum olim excludebat electos *ib.* 43.

- - admittebat non electos *ibid.*

- - olim denegata est pœnitentibus, quia pro electis habebantur *ibid.*

- - non alios nisi excommunicatos excludebat, ex testimoniis antiquis *ib.* 46.

testimonium ex seculo XII. euidens *ibid.*

consectaria ex hac doctrina *ib.* 47.

ab huius S. vsu excludere indignos, vulgo creditur ad munus pastorale pertinere III. 41, 49. 50.

quidam vero negant *ib.*

vid. *Sacerdotes.*

voluntariam a S. cœna abstentionem commendauit ecclesia primitiua *ib.* 51.

per ordinationes ecclesiasticas priuata exclusio prohibita & eius cognitio consistorio delegata est *ib.* 55.

edictum in ducatu Cellensi *ibid.*

cum noua confirmatione *ibid.* 56.

ad huius vsum nemo olim cogebatur *ib.* 61.

sed sponte quidam quandoque abstinebant *ib.*

- - tandem sub pœna excommunicationis imposita fuit *ibid.*

- - priuata & solitaria olim reprobata est *ib.* 62.

nec hodie probanda, nisi in casibus exceptis *ib.*

edicto Cellensi prohibita *ibid.*

- - an requirat azymi vsum *ib.* 63.

- - an placentas orbiculares *ibid.*

- - an aquam vino mixtam *ibid.*

- - an in vasculis ligneis confici possit *ibid.*

- - an in puro linteo celebranda *ib.*

- - an a ieiunis accipienda? *ibid.*

- - inter Protestantes per abusum a solis communicantibus frequentatur *ib.* 67.

- - olim primaria pars cultus diuini fuit *ibid.*

Digitized by Google

huius asseruatio nouum est institutum III. 44, 1.

Exactiones.

Exactiones vnde debeantur episcopis III. 39, 142.
- - sunt tributa ecclesiastica rigorose exacta *ib.*
- - sub larua necessitatis cuiusdam emergentis præstantur *ib.* 143.
- - habent obligationem perfectam *ibid.*

Excommunicatio.

Excommunicatio Wesembecii ex intempestiuo zelo theologorum Ienensium III. 42, 40.

Exemtiones.

Exemtiones papales varia monasteria episcopis subtraxere III. 35, 24.
- - præsertim seculo IX. *ib.* 25.
- - an seculo VI. factæ fuerint *ibid.*
quædam sunt spuriæ *ib.* 26.
quædam tantum patrimonium respiciunt *ib.*
omnes cum consensu episcoporum fiebant *ibid.*
quædam a iurisdictione episcopali prorsus alienæ sunt *ib.*
exemtio Fuldensis monasterii III. 35, 27.
S. Dionysii *ibid.*
Lexouiensis *ibid.*
- - recentiores ab antiquis prorsus sunt diuersæ *ibid.* 29.
quarum ratio frustra in abusu episcopalis potestatis quæritur *ibid.*
veræ causæ adferuntur *ibid.* 30.
- - sedi Romanæ varia adferunt commoda *ibid.* 31.
- - pontificis auctoritatem auxerunt *ib.* 32.
has abolere studuit concilium Constantiense *ib.* 33.
sed sine effectu *ib.*
contra has varia remedia instituit Leo X. *ib.* 34.
tandem quædam contra eas tentata sunt in concilio Tridentino *ib.* 36.

Exorcismus.

Exorcismus in baptismo duplex III. 42, 27.
- - formam hodie ab antiqua diuersam habet *ibid.*
- - hodiernus non satis probari potest *ibid.*
- - in pluribus ecclesiis reprobatus *ibid.*
- - non sine turbis quandoque, vt in Saxonia III. 42, 28.
- - & Marchia *ibid.* 29.
causæ turbarum *ibid.* 30.
- - recte reprobatus a Spenero per argumenta solida *ibid.*

F.

Fabrica.

Fabrica quid III. 48, 56.
huic quarta oblationum & redituum ecclesiæ destinata *ibid.*
ab Hispanis solum tertia *ibid.*
portio huic assignata parochis cessit *ibid.* 58. 59
- - certum patrimonium habet in ecclesiis maioribus *ib.* 60.
& quidem sub cura procuratoris *ib.*
cuius officium describitur *ib.* 61.
- - in ecclesiis parochialibus quandoque certum patrimonium habet *ib.* 62.
- - quod per legatum acquisiuit, in alios vsus conuerti nequit *ibid.*
huius patrimonio cessante beneficiatis onus reficiendi incumbit *ib.* 63.
v. *Refectio ecclesiarum.*

Festum paschatos.

Festum paschatos quando apud christianos celebratum D. 24. rixæ circa huius celebrationis tempus *ibid.*

Feuda.

Digitized by Google

Feuda.

Feuda preſbyterialia vnde III. 38, 36.

Fideles.

Fideles qui appellentur in ſenſu ſcripturæ S. III. 33, 4.
- - collecti ex iudæis & gentilibus *ibid.*
- - a patribus dicuntur baptizati *ib.* 5.
- - catechumenis opponuntur *ib.* 6.
- - quomodo diſtinguantur a convertendis *ib.* 58, 60.

Firma.

ad firmam tenere, quid III. 38, 113.
non omnis firma perpetua fuit *ib.*
datio ad firmam locationis ſpecies eſt *ibid.*
non alienationis *ibid.*
huius denominationis ratio *ib.* 114.

Fœderis noui ſtatus.

Fœderis noui ſtatus ſolennia conſecrationum olim adhibitarum reſpuit III. 40, 7.
- - libertatem admodum tuetur *ib.*
- - ſimplicitate commendabatur *ib.*
- - templis proprie dictis caret *ib.*
Speneri ſententia concors III. 40, 8.

Fodrum.

Fodrum quid olim denotauerit III. 39, 41.

Furor.

Furor in quantum iuſtam repudii cauſam præbeat IV. 1, 175.
- - diuortium recte operari poteſt ex quorundam Proteſtantium ſententia IV. 8, 2, 3.
- - de iure canonico diuortium non operatur *ib.* 4.
quid de praxi hodierna *ib.* 5.

G.

Generalis.

Generalis, caput cuiusque ordinis, quis III. 35, 52.
eius iura *ib.*
Romæ commoratur *ib.*
excepto Ciſtercienſium & Præmonſtratenſium generali, qui in Gallia degit *ib.* 53.
- - a quibus eligatur *ib.* 54.
quando *ib.*
vbi *ibid.*
cuius confirmatione *ib.*
huius poteſtas ariſtocratica cenſetur *ib.* 55.

Genu flectentes.

Genu flectentes catechumeni an a competentibus fuerint realiter diſtincti III. 42, 12.

Genuflexio.

Genuflexio per edictum regis Sueciæ, nec non regis Boruſſiæ demandata eſt D. 8.

Gregorius M.

Gregorius M. res liturgicas admodum auxit D. 38.
- - auctor canonis miſſatici habetur *ib.*
reiecta cardin. Bonæ ſententia *ib.*
vnde nomen Magni ſibi adſciuerit *ib.*
- - litanias introduxit *ib.*
- - indulgentiasque populo propoſuit *ib.*
- - cantus eccleſiaſticos in meliorem formam inſtaurauit D. 38.
- - Anglorum gentem conuertere ſtuduit *ib.*
& quomodo *ib.*

H.

Hæretici.

Hæretici dicuntur infideles III. 33, 7.
ex ſententia patrum *ib.* 8.

& legum publicarum *ib.*
- - a recentioribus ab infidelibus distinguuntur *ib.* 9.

Hierologia.

Hierologia vid. *Benedictio ecclesiastica.*
Homiliæ patrum.

Homiliæ patrum olim prælegi poterant populo in defectu concionis III. 41, 99.
- - hunc in finem in vernaculam transferebantur III. 41, 99.
horum collectio iussu Caroli M. facta *ibid.* 100.
Alcuini Homiliæ collectæ & prælectæ *ibid.*

Honor.

Honor debetur patrono III. 38, 122.
- - in iuris obseruantia fundatur *ibid.* 123.
- - tamen admittendus III. 38, 124.
- - precum quid *ibid.* 125.
cuius origo refertur *ibid.*
- - in nominum recitatione *ib.* 125. vid. *Nomina.*
- - etiam patronis debetur inter Protestantes III. 38, 128.
- - sedis in choro debetur patrono *ibid.* 138.
olim imperatoribus *ibid.*
imo & nobilioribus laicis *ibid.* 139.
- - sepulturæ competit patronis *ibid.* 140.

Hospitalia.

Hospitalia desiderant fideles administratores III. 36, 36.
qui leges fundationum obseruent *ibid.*
simul corpori & animæ afflictorum prospiciant *ibid.*
nec non prouidos pastores *ibid.* 37.
pro his exstruendis episcopus curare debet *ibid.* 38. vid. *Episcopi.*

- - etiam inter Protestantes ad regulas pietatis componi debent *ibid.* 39.
- - vtrum religiosis domibus accenseri debeant? *ibid.* 42.
- - ad curam magistratus pertinent ex praxi hodierna *ibid.* 44.
- - varios habent officiales III. 36, 45. vid. *Officiales.*
de horum abusibus tollendis ius ciuile curauit III. 36, 48.
vt & concilia *ibid.* 49.
horum bona in debitum finem conuertenda sunt ex sententia conciliorum *ibid.*
hæc responso illustrantur III. 36, 50.
- - non nisi digni recipiendi *ib.* 51.
- - validi & impii mendicantes ab iis excludendi *ibid.* 52.
- - recipiunt vel ad tempus vel in perpetuum *ibid.* 53.
horum administratio fidem & diligentiam desiderat *ibid.* 53. seq.
remouendi ab officio perfidi eorum administratores *ibid.* 54.
administratores eorum tutoribus & curatoribus æquiparantur *ibid.*
prouisores eorum sunt custodes administratorum & obseruatores *ib.*

Hostia.

Hostia inter catholicos circumfertur in processionibus & adoratur vt ipse Christus III. 41, 17.
quid, si plures circumferantur? *ibid.*
- - quod adoretur, demum seculo XIII. inualuit, quæ adoratio post reformationem varios excitauit motus *ibid.* 18.
in instrumento pacis sedatos *ib.*
- - a Protestantibus præcise adorari non debet, si publice ad infirmos deferatur *ibid.*
nihilominus hic sæpe peccatur contra I. P. *ibid.* 20.
quod exemplo recentissimo illustratur *ibid.*

Digitized by Google

huius tamen coacta adoratio aliquando remissa *ibid.* 21.
sed non plene, vti decebat *ibid.*
motus ad suggestiones cleri mox recruduerunt *ibid.* 22.
- - furto ablata efficit sacrilegium *ibid.* 23.
cuius pœna *ibid.*

I.

Ieiuni.

Ieiuni differunt ab abstinentibus & ieiunantibus III. 46, 6.
- - esse debent celebrantes missam III. 46, 47.
communicantes *ibid.*
ordinandi *ibid.*
cæsarem coronantes *ibid.*
baptizantes *ibid.*
confirmandi *ibid.*
in actibus iudicialibus iuramenmenta præstantes *ibid.* 48.
iudices *ibid.*
torquendi etiam tales esse debent *ibid.*

Ieiunantes.

Ieiunantes differunt a ieiunis & abstinentibus III. 46, 6.

Ieiunia.

Ieiunia admodum inquinata inter catholicos III. 46, 1.
- - a multis illustrata, qui recensentur cum epicrisi *ibid.* 2.
- - quid *ibid.* 3.
- - non prædicantur de ægrotantibus *ibid.*
nec de abstinentibus *ibid.*
- - ex variis causis suscipiuntur *ib.* 4.
1) ob sanitatem
2) ob instantem commessationem
3) ob tristitiam
4) ob pœnitentiam
5) ob deuotionem
6) ex voto
7) ad domandam carnem
8) ad pœnam & coercitionem *ibid.*
- - libera & priuata quæ III. 46, 4. & 5.
- - ecclesiastica sunt publica & necessaria *ibid.*
- - publica quid *ibid.* 7.
- - priuata quid *ibid.*
- - publica & priuata inter gentiles quoque dantur *ibid.* 8.

Ieiunia iudæorum.

Ieiunia iudæorum publica feriarum tristium instar erant III. 46, 9.
nec non priuata *ibid.*
- - in diem sabbathi incidere non debebant *ibid.*
- - priuata in quem finem instituta fuerint *ibid.* 10.
- - die lunæ & Iouis celebranda erant *ibid.*
- - tamen libera *ibid.*
- - sæpe superstitiosa *ibid.*

Ieiunia Christianorum.

Ieiunia Christianorum libera erant ab initio III. 46, 11.
non ex imperio *ibid.*
- - stata ab apostolis non indicta fuere *ibid.* 12.
- - libera adhuc seculo II. erant *ib.* quod ex sententia Tertulliani confirmatur *ibid.*
- - legalia in N. T. deficere censuerunt christiani *ib.* 13.
- - quadragesimalia ab instituto apostolico non sunt petenda *ib.*
consentiente Augustino *ib.* 14.
& Socrate *ibid.*
- - ante paschalia seculo II. communia & publica fuere *ib.* 15.
- - hæc sponte suscepta, non lege *ibid.*
horum necessitatem Montanistæ introducere nitebantur *ibid.*

Digitized by Google

hæc libertas varietatem circa ieiunia introduxit *ib.* 16.
- more iudæorum a quibusdam duo per hebdomadem dies celebrantur *ibid.* 17.
quos *ſtationum* dies dixere *ibid.*
vid. *Stationes.*
- - ſtata varias habent ſpecies, vt
1) antepaſchale III. 46, 28.
2) quadrageſimale *ibid.*
quod in quibusdam locis triplex erat *ibid.*
3) quatuor temporum *ibid.*
cuius natales euoluuntur *ibid.*
eisque inſignis mutatio oſtenditur *ibid.* 30.
4) pentecoſtale *ibid.* 31.
5) rogationum *ibid.* 32.
- - ab abſtinentia olim fuere diſtincta *ibid.* 33.
- - hodie fere ſunt derelicta *ib.*
- - meritoria credita ſunt & operari remiſſionem peccatorum III. 46, 34.
- - qui apud catholicos violat, grauiter ſecundum LL. eccleſiaſticas punitur *ibid.* 35.
- - certis diebus prohibita *ibid.*
- - legalia & meritoria a Proteſtantibus reprobantur *ib.* 37.
iuxta ſententiam A. C. *ib.*
- - non tamen plane reiiciuntur *ib.*
- - publica indicuntur ab epiſcopis in eccleſia Romana *ibid.* 38.
apud Proteſtantes a domino territorii *ibid.*
vt olim factum ſub Pipino & Ludouico pio *ibid.*
- - ordinantur vel ordinat. eccl. vel ſpecialibus edictis III. 46, 39.
- - quatenus per leges imperari poſſint *ibid.* 40.
ſcil. vt remoueantur externa impedimenta *ibid.*
vt liturgia in iis determinetur *ibid.*
vt de die certo conſtet *ibid.*
- - quatenus legibus non ſint ſubiecta *ib.* 41.
- - violari non debent, ſine diſpenſatione papali & epiſcopali *ib.* 42.
- - ſæpius ſecundum quid diſpenſantur *ibid.*
quandoque pro pecunia redemta *ib.*
quod indultu Sixti V. declaratur *ib.*
- - ad pœnitentiam relata *ibid.* 43.
inde carena, h. e. ieiunium per 40. dies *ibid.*
- - impoſita cardinalibus papam intra tres dies non eligentibus *ib.*
& electoribus imperatorem intra 30. dies non eligentibus, ſecundum A. B. *ibid.*
imo ad genera torturæ relata *ibid.*
- - quando inſtituuntur, inſtrumentalis muſica quieſcit *ib.* 44.
nuptiæ interdicuntur *ib.* 45.
quamuis ſine ſolennitate admitti poſſint *ib.*
Reſponſum *ibid.*
lites olim quieuere *ib.* 46.
treuga ſeruanda *ibid.*

Ieſuitæ.

Ieſuitæ a diſpoſitione Tridentina in quibusdam articulis ſubdole ſe exemerunt III. 31, 72.
- - quo regimine ab aliis diſtinguantur? III. 35, 57.

Ignorantia.

Ignorantia rerum moralium craſſa admodum impedit conuerſionem II. 33, 32.

Immunitas.

Immunitas eccleſiarum vid. *Aſylí ius* & *Sanctitas.*

Imperatores.

Imperatores in quibusdam monaſteriis iurisdictionem habebant III. 35. 15. ſqq.
- - vn-

Digitized by Google

- - vnde vocentur aduocati vniuerſales *ibid.* 38. 61.
- - olim gaudebant honore ſedis in choro *ibid.* 138.
Ambroſio tamen reluctante *ibid.*
- - olim propria auctoritate exſtruebant templa *ib.* 48. 14.
diſponebant de ieiuniis. vid. *ieiunium.*
plura vid. ſub voce *princeps.*

Infideles.

Infideles in ſenſu ſcripturæ S. qui? III. 33. 4.
horum appellatio extenſa eſt *ib.* 7.
qua occaſione id factum? *ibid.*
- - quinam dicantur? *ib.* 7. 10. 11. 12.
horum conuerſio plura noua peperit iura *ib.* 13
- - cur tolerandi *ib.* 14.
cura pro conuertendis his priuata & publica quæ? *ib.* 15.
quibus competat? *ibid.*
vid. *Princeps.*
- - ope miſſionariorum conuertendi *ib.* 23.
vid. *Miſſionarii.*
horum conuerſio ſi fit per vim hoſtilem, barbara eſt *ib.* 38.
- - non recte coguntur ad prædicationem verbi diuini audiendam *ib.* 39.
ſi vel maximè extra eccleſias chriſtianorum ea inſtituatur *ib.* 40.
modus hos conuertendi per promiſcua matrimonia quis? *ib.* 41.
nullum fere effectum habet *ib.*
per pecuniam minus recte conuertuntur *ib.* 42.
magis per amicam cum iis converſationem *ib.* 43.
quam canones imprudenter damnant prohibentque *ib.* 44.
& conſequenter infidelium converſionem impediunt *ibid.*
horum liberi non recte iis reclamantibus baptizantur *ib.* 45. ſeqq.
vid. *baptiſmus.*
diuortium ab infideli coniuge conceſſum . 65.
quod improbatur *ibid.*

Inimicitiæ capitales.

Inimicitiæ capitales an & quatenus iuſtam repudii cauſam præbere poſſint in ſponſalibus? vid. *repudia.*

Inſtitutio.

Inſtitutioni adeſſe debet patronus III. 38. 121.

Inunctio.

Inunctio hodierna deſumta eſt ex conſecratione V. T. III. 40. 33.
- - commercio rem eximit *ib.*
vid. *Conſecratio* & *Vnctio.*

Iudex.

Iudex ieiunus iudicare debet III. 46. 48.

Iudicia occulta.

Iudicia occulta originem traxiſſe videntur ab antiquis teſtibus ſynodalibus III. 39. 64.

Iuramentum.

Iuramentum per ſanctos olim fiebat III. 45. 8.
- - in actibus iudicialibus a ieiunis præſtari debet vid. *ieiuni.*
ex qua ratione *ib.*

K.

Kellenhoff.

Kellenhoff quid III. 35. 60.

Kirchweih.

Kirchweih, Kirch-Meß vnde originem trahat III. 46. 52.

L.

Laici.

Laici ex variis cauſis decimas conſecuti ſunt III. 30. 18.
an poſſint eas poſſidere? *ibid.* 34. 35.
an decimas contra eccleſias præſcribant? *ibid.*
vid. *Decimæ.*

an

Digitized by Google

an & quomodo inter ſe? III. 30, 41.
- - poſſeſſores decimarum an titulum poſſeſſionis edere teneantur? *ib.* 69.
praxis Proteſtantium *ib.* 70.
controuerſia olim inde orta *ib.* 66, 68.
- - acceperunt oblationes in eccleſiis iure feudi poſſeſſis III. 30, 104.
- - cur & quando calice in communione vti non potuerint? vid. *Calix.*
- - vnde factum, vt facile excludi potuerint a ſacra cœna per ſacerdotes III. 41, 44.
- - in communionem precum a monachis ſuſcepti III. 31, 49.

Laici fratres.

Laici fratres in monaſteriis vnde originem trahant *ibid.* 92.
- - diſtinguuntur ab oblatis & donatis *ibid.*

Laicæ ſorores.

Laicæ ſorores in monaſteriis III. 31, 91.

Legati.

Legati habent capellanos III. 37, 35.
- - in varias ſpecies abeunt *ib.* 36.
in applicatione iuris capellarum, quod hi ſibi vindicant, non ſolis exemplis inſiſtendum *ib.* 37.
ſed iuri gentium *ib.* 38.
quod ex ſtatu gentium æquali æſtimandum *ibid.*
- - horum neceſſitas vnde? *ib.* 40.
- - ad alterius gentis rempublicam accedere neceſſe habent *ib.* 41.
- - an alterius gentis fiant ſubditi temporarii *ibid.*
quamuis alias omnes, qui in alterius territorio deprehenduntur, pro ſubditis habeantur *ib.* 42.
- - iure gentium loco mittentis habentur *ib.* 43.
- - ſunt ſancti *ib.*
- - habentur ac ſi extra rempublicam eſſent conſtituti *ibid.*
horum ædes immunitate gaudent *ibid.* 44.
- - ſunt exemti a legibus & iurisdictione reipublicæ, in qua commorantur *ibid.* 45.
de horum ſacris priuatis ſtatus controuerſiæ mouetur *ibid.* 46.
- - habent libertatem ſacrorum priuatorum *ib.* 46, 47.
ob libertatem & immunitatem qua fruuntur *ibid.*
exempla priuatorum ſacrorum *ib.* 58.
- - habent tantum vſum priuatorum ſacrorum domeſticum *ib.* 60.
non publicum *ib.*
horum ſacris ne extranei accedant, princeps prohibere poteſt *ib.*
- - extra ædes ſuas ſacra proferre nequeunt *ib.*
- - arbitrium circa adiaphora ſacrorum priuatorum habent *ib.* 61.
- - etiam diuerſæ religionis his iuribus gaudent *ibid.*

Legati ordinarii.

Legati ordinarii ſeu primi ordinis ex ratione naturali ius priuatorum ſacrorum exercent III. 37, 48.
ſed non vnice ob characterem repræſentatitium *ib.*

Legati extraordinarii.

Legati extraordinarii an priuata ſacra exerceant? III. 37, 49.

Legati papales.

Legati papales procurationes cum magna auaritia exegerunt III. 39, 94.
- - non ſine regum aſſenſu recepti *ib.* 97.
- - viſitant vbique eccleſias *ib.* 61.

Leges ceremoniales.

Leges ceremoniales vnde originem trahant D. 10.
- - harum finis Chriſtus D. 12.

Digitized by Google

Lepra.

Lepra quid ſignificet in c. 8. X. de coniug. leprof. VI. 8, 1.
quid, ſi hac maritus ante matrimonium occulte laborauerit? *ib.*
quid, ſi poſt matrimonium interuenerit? *ib.* 2.
- - vel ſimilis morbus, ſi ſponſalia ſuperuenerit, ea diſſoluit *ib.* 6.
iuris canonici deciſio *ib.*
- - etiam ſponſalia iurata diſſoluit *ibid.*

Liberi.

Liberi qui & quatenus baptiſmo offerri debeant, vid *Baptiſmus.*
- - vno coniugum conuerſo an ad eccleſiæ ius pertineant? III. 33, 67.
an ſint legitimi, ſi ob fugam ſponſi copulatio accedere nequeat? IV. 3, 49.
vel ſi ob mortem ſponſi interuenientem deficiat? *ib.* 50.
- - adulterini an de iure canonico accipiant alimenta? IV. 7, 9.
an de iure ciuili? *ib.*

Libertas eccleſiaſtica.

Libertas eccleſiaſtica in quonam conſiſtat? D. 72.

Libri liturgici.

Libri liturgici vid. *Liturgicum ius.*
- - a pluribus conſcripti D. 39.

Linguæ.

Linguæ paganicæ penitior cognitio deſideratur in miſſionariis III. 33, 27.
de qua Raymundi Lullii conſilium, vt & Ioannis Clenardi *ib.*

Litaniæ.

Litaniæ a quo ſint introductæ? D. 38.
ex publicis calamitatibus ſunt ortæ D. 83.
- - quid? *ib.*
- - ſunt vel ſtatæ vel imperatæ *ib.*
harum turbator grauiſſime punitur *ibid.*
- - a quonam poſſint indici? D. 84.
vid. *Princeps.*
quæ hic ſint conſiſtorii partes? *ib.*
vid. *Conſiſtorium.*
harum ordinatio in quo conſiſtat? D. 85.
- - quomodo a domino territorii diuerſæ religionis ordinari queant D. 87.

Litteræ amatoriæ.

Litteræ amatoriæ non inducunt conſenſum ſponſalitium IV. 1, 117.

Litteræ reuerſales.

Litteræ reuerſales exigi nequeunt a patrono III. 38, 105.

Litteræ.

Litterarum commercium deſideratur in conuerſione infidelium III. 33, 35.

Liturgia.

Liturgia omnino datur D. 1.
- - quid denotet? D. 2.
- - quid iudaica? *ib.*
- - Chriſtianorum? *ib.*
- - hæc differt a priori *ib.*
harum varietas vnde oriatur? D. 56.
quæ non recte ab orientalibus reprobata eſt *ib.*
quæ poteſtas circa has fuerit epiſcoporum & preſbyterorum ſub Conſtantino M. D. 62.
an circa has principi competat legislatoria poteſtas? D. 68.
vid. *Princeps.*
an Patrono? D. 75.
vid. *Patronus.*
an nobilibus? *ib.*
vid. *Nobiles.*
an immediatis ciuitatibus? *ib.*
vid. *Senatus oppidanus* & *municipalium.*
quale circa has ius competat conſiſtoriis, vid. *Conſiſtorium.*
an magiſtratus inferiores circa eas quid diſponant? D. 77.
vid. *Magiſtratus.*

monita circa harum emendationem D. 90. ſqq.

Liturgiæ nuptiales.

Liturgiæ nupriales IV. 3, 27.

Liturgicum ius.

Liturgicum ius vnde ortum trahat D. 26. 29.
eius initia dependent ex conſuetudine eccleſiarum D. 27. 29.
poſtea in legem commutata D. 28.
- - huc usque caruit legibus ſcriptis D. 30.
- - caruit libris, in quibus certæ preces præſcriptæ erant D. 31. vid. *Preces.*
qui tamen poſtea ſunt confecti *ib.* & D. 39. vid. *Obſeruantia eccleſiaſtica.*
de huius origine Clarckſonii ſententia D. 32.
- - potiſſimum eſt determinatum in conciliis D. 33.
- - non neceſſario pontificis conſenſum olim requirebat, vid. *Eccleſia Romana.*
- - primario auctum a Gregorio M. qua methodo? *ib.*
acceſſit poſtea augmentum huius ſucceſſorum D. 37.

Liturgiæ.

Liturgiarum fata poſt reformationem D. 44.
has magis theologi reformarunt D. 45.
turbæ ob harum emendationes *ib.*
quale ius clerus circa liturgias adornandas olim habuerit D. 61.
& quale ex poſtfacto *ib.*
primordialiter cui huius adornatio competat, vid. *Eccleſia.*
ad quem hodie ius circa res liturgicas pertineat? D. 67.

Luctus eccleſiaſticus.

Luctus eccleſiaſticus debetur patronis III. 38, 133.
- - an tolerari poſſit? *ib.* 134.
rationes dubitandi examinantur *ib.* 135.
- - nec patronis inuidendus *ib.* 136.
maxime ſi in eius quaſi poſſeſſione ſunt *ib.*
- - quomodo in Saxonia procedat *ib.* 137.

Luctus publicus.

Luctus publicus Romanorum quibus editus ſignis? *ib.* 132.
- - ſæpe ineptis documentis editus *ibid.*

Lullius.

Lullii conſilium pro inſtructione miſſionariorum III. 33, 27.

Luſtrationes.

Luſtrationes variam apud gentiles praxin habebant III. 47, 1.
- - fidelium quid? *ib.*
- - Moſaicæ legales quoad puerperas *ib.*
tales in nouo fœdere ceſſant *ib.* 2.
vtut diuerſa ſententia olim obtinuerit *ib.*
harum tamen quædam imago puerperis præſcripta *ib.* 3.
cuius ritus referuntur *ib.*
etiam in eccleſiis proteſtantium III. 46, 4.
per benedictionem *ib.*

Luſtrica pecunia.

Luſtrica pecunia vnde natales trahat? III. 42, 44.
- - acquiritur infanti III. 42, 45.
- - quale ius patri tribuat *ib.* 46.
- - quandoque ad peculium profectitium, quandoque ad aduentitium referenda *ib.*
- - an infanti hypothecam tacitam in bonis paternis tribuat? *ib.* 47.

Magi-

Digitized by Google

M.

Magiſtratus municipalis.

Magiſtratus municipalis non exercet ius viſitandi III. 32, 54.
- - extra ordinem ex pacto vel inſtrumento pacis eodem gaudet *ib.*
vt Erfurtenſis *ib.*
Hildeſienſis *ib.* 55.
- - etiam curam pauperum habet III. 36, 110.
- - hoſpitalia & ſcholas viſitat III. 32, 71.
- - regulariter non diſponit de rebus liturgicis D. 77.
quamuis tempore reformationis plura contra iuris rationem facta fuerint *ib.*

Mancipia.

Mancipia ad conuerſionem adſpirantia ab infideli domino manumittenda III. 33, 72.
non vero, ſi in fidelis domini ſeruitio fuerint *ib.* 73.

Martyres.

Martyres ſepulti olim ſunt ſub altaribus III. 40, 53
poſtea cur in facie eius? *ib.*

Matrimonium.

Matrimonium an faciat conſenſus, an commixtio corporum III. 33, 3.
- - inter catechumenum & fidelem an ſubſiſtat? III. 33, 61.
matrimoniales cauſas ex iure canonico eſſe decidendas, præiudicium commune, ſed admodum crudum eſt IV. 1, 1.
ſubſidia ad hanc materiam pertinentia *ib.* 2.
- - minus ſolenne apud Romanos quid? *ib.* 8.
diſtinctio inter matrimonium ratum & initiatum vnde orta? IV. 1, 16.
- - quatenus admittat iuramenti delationem *ib.* 43.
quatenus transactionem *ib.* 44.
quatenus compromiſſum *ib.* 45.
- - an de iure canonico coactionem admittat *ib.* 49.
quod affirmatur *ib.* 50.
dubium remouetur ex c. 17. X. de ſponſal. *ib.* 51.
- - coactionem ſecundum quid talem admittit ex approbatione noſtrorum conſiſtoriorum *ib.* 52.
- - abhorret a coactione abſoluta *ib.* 53.
ad hoc qui abſolute coactus, an obligetur ex copula ſacerdotali? *ib.* 54.
- - admittit abſolutam coactionem quandoque
1) ſi ſtuprator dotare ſtupratam nequit *ib.* 55.
2) ſi ſponſalibus copula carnalis acceſſit *ib.* 56.
3) ſi quis diuturna conſuetudine mulieri, vt vxori, cohabitauit *ib.* 57.
- - ſubſiſtit, ſi quis ad ſponſalia in genere (non cum certa perſona) coactus fuerit *ib.* 124.
- - nullam a magiſtratu admittit coactionem, inter inuitos *ib.* 125.
- - olim cum iis prohibita, quibus concuſſio erat metuenda *ib.* 127.
- - petere per reſcriptum principis non licuit *ib.* 128.
- - olim per pœnam conuentionalem conſtringi non poterat *ib.* 129.
ratio ex diuortiorum libertate petitur *ib.*
quod poſtea correctum *ib.*
quid de iure canonico? *ib.* 130.
- - an ſubſiſtat, ad quod quis per diſpoſitionem teſtamentariam inter viuos inuitatur *ib.* 131.
rationes in contrarium examinantur *ib.*
- - omnem vim metumque iniuſtum reſpuit *ib.* 132. 133.

contra quæ decernitur ſequeſtrum *ibid.*
- - an corruat ex metu reuerentiali? *ib.* 133.
- - quales perſuaſiones admittat *ib.* 134.
- - an ſubſiſtat, ſi quis cauſam coactioni dederit *ib.* 135.
- - an ſubſiſtat, ſi metus fuerit purgatus *ib.* 136.

acta de hoc caſu curioſa recenſentur *ib.* 137.
- - quatenus purget metum per diutinam cohabitationem *ib.* 138.
- - non niſi coactionem directam auerſatur IV. 1, 139.

quæ probari debet *ib.* 140.
- - nullum quomodo differat ab eo, quod repudium admittit *ib.* 159.
- - ſine parentum conſenſu contractum olim erat nullum IV. 2, 2. ſqq.

Tridentinorum ſententia inuoluta *ib.* 4.
inprimis ex Gallorum legibus *ib.*
- - ex horum doctrina ſecundum quid irritari poteſt lege ciuili *ib.* 5.
- - ob ſacramentum validum eſt, ex recentiori iuris canonici doctrina *ib.* 3, 6.

quam Lutherus reprobauit reclamantibus ICtis *ib.* 7.
- - clandeſtinum admodum titubantes ſententias peperit *ib.* 22.

differentia habet iura in iure canonico & ciuili *ib.* 23.
de iure canonico non tantum eſt legitimum, ſed etiam ratum *ibid.* 3, 6.
ſaluo vinculo effectus ciuilis amittit *ib.*
inter proteſtantes ex hac doctrina non eſſet æſtimandum *ib.* 1, 24.
ſed plerumque ita æſtimatur *ib.* 25.
etiamſi defectu conſenſus laborat *ib.* 26.
- - de iure canonico pubertatem deſiderat *ib.* 27.

quam magis ex annis quam habitu corporis æſtimat *ib.*
quid apud nos? *ib.*
- - conſenſus facit IV. 3, 2.
- - in ſtatu ciuili præter conſenſum publicam declarationem deſiderat *ib.*

quod ex moribus gentium illuſtratur *ib.* 3.
præſertim veterum chriſtianorum & iudæorum *ib.* 4.
- - inter veteres chriſtianos habebat ſolennia vel ciuilia vel eccleſiaſtica *ib.* 5.
- - huius ſolennia ſunt arbitraria & mutari poſſunt *ib.* 7.
- - tempore imperatorum chriſtianorum ſolennia eccleſiaſtica non deſiderabat *ib.* 22.

rationes *ib.*
- - rariſſime fiebat per ſolennem deductionem in domum *ib.* 24.
- - nouam formam accepit a Iuſtiniano *ib.*
- - an olim benedictionem ſacerdotalem deſiderauerit? vid. *Benedictio ſacerdotalis.*
- - hodie præter conſenſum legitimum requirit benedictionem ſacerdotalem *ib.* 28.
- - clandeſtinum dicitur ex defectu ſolennium *ib.* 29.
- - clandeſtinum eſt defectu benedictionis IV. 3, 38.

paranymphorum *ib.*
& oblationum *ib.*
- - absque copula ſacerdotali contractum & conſummatum, verum eſt *ib.* 45.

illegitimum vero in foro humano *ibid.*

tale

Digitized by Google

tale effectus ciuiles amittit *ib.*
a principe tamen confirmari potest *ib.* 46.
vid. *Benedictio sacerdotalis & Princeps.*
- - impeditur per votum castitatis solenne *ib.* 6, 1.
non per minus solenne *ib.*
- - a clericis contrahi nequit *ib.* 6.
vid. *Clerici.*
- - impeditur ex antecedente adulterio *ib.* 7, 1.
vid. *Adulterium.*
- - irritum fit ob infirmitatem
vid. *Lepra.*
& furorem, vid. *Furor.*
- - cum infideli vt contrahatur, an ad conuersionem faciat III. 33, 41.

Matrimonium conscientiæ.

Matrimonium conscientiæ quid? IV. 3, 56.
huius denominationis ratio *ib.*
- - caret solennibus ecclesiasticis *ib.*
- - an sit iustum *ib.* 57.
- - a plurimis inter licita & non reprobata refertur *ib.*
status controuersiæ in hac quæstione recte formatur *ib.*
- - subsistere non potest ex rationibus allatis *ib.*
- - an inter protestantes licite iniri possit *ib.* 58.
- - est species concubinatus *ib.* 59.

Matrimonium ad morganaticam

Matrimonium ad morganaticam quid? *ib.* 60.
- - ex concubinatu ortum *ib.*
- - intuitu ecclesiæ pro matrimonio rato habitum fuit *ib.*
non quoad forum seculare *ib.*
- - quid in hac morgengaba denotaverit *ib.* 61.

Medicina.

Medicina clericis prohibita, vid. *Clericus.*

Minister ecclesiæ.

Minister ecclesiæ an ad preces publicas præcise adstrictus sit D. 82.
& quatenus *ib.*
- - instituere potest horas precatorias D. 86.
- - an inter protestantes sit arbiter votorum III. 34, 18.

Minor.

Minor an solus præsentet III. 38, 108.
- - an & quatenus restituatur contra sponsalia pura, vid. *Restitutio in integrum.*

Missa.

Missa vnde denominetur III. 41, 64.
- - varias habet species *ib.*
- - priuata a quo olim cantata fuerit *ib.* 65.
- - sæpius vna die a quibusdam celebrata est *ib.*
- - tandem per legem quotidie a presbyteris singulis legenda erat *ibid.*
- - vna saltem a singulis cantatur *ib.*
- - apud protestantes an detur III. 41, 66.
sententia addictorum August. confessioni *ib.*
- - solennem recitationem nominum desiderat, pro quibus preces funduntur *ib.* 68.
quæ ex antiqua praxi non satis euicta est *ib.*
vid. *Nomina.*
- - etiam in copula sacerdotali celebratur IV. 3, 27.

Missale Romanum.

Missale Romanum vnde compositum D. 54.
& a quo *ib.*
- - quid contineat *ib.*

Missionarii.

Missionarii non insolito more ablegantur ad conuersionem infidelium III. 33, 24.
teste Anglia *ib.*
& theologorum desiderio *ib.*
inprimis exemplo regis potentissimi Daniæ *ib.* 25.
- - singulares qualitates habere debent *ib.* 26.
testimonio Clerici *ib.*
in quibus tales consistant *ib.* 29. sqq.
Xauerii de his testimonia quædam *ibid.* 37.

Monachi.

Monachi olim a decimarum solutione non erant immunes III. 30, 79.
etiamsi paupertas quosdam exceperit *ibid.*
quod postea iterum limitatum *ib.*
de vita eorum v. *Vita monastica.*
- - varia nomina acceperunt III. 31, 13.
eorum deriuatio *ib.*
- - fuere olim laici *ib.* 19.
hinc offerebant *ib.*
- - diuersis a clericis vtebantur institutis vitæ *ib.*
- - legibus laicis datis viuebant *ib.*
- - clerici fiebant per cooptationem *ib.* 20.
- - laborabant vt laici *ib.* 21.
- - quando regulis certis viuere cœperint *ib.* 24.
in his regulis, quid peccatum fuerit *ib.* 25.
penetrauit serius hæc disciplina in occidentem *ib.* 26. 27.
etiamsi a plerisque fuerit reprobata *ibid.*
- - quando & a quo tribus votis sint subiecti *ib.* 30.
hos reformare studuere Benedictus III. 31, 30. 33. 34.
Pachomius, Basilides *ib.* 31.
Augustinus *ib.* 33.
Franciscus & Dominicus *ib.* 36.
his sectis accedunt Carthusiani & Iesuitæ *ib.* 37.
- - horum instituta ad cathedrales ecclesias tracta sunt per Chrodogangum *ib.* 38.
quæ seculo XI. iterum sunt reformata *ib.* 39.
- - confraternitatum sodalitia in communionem inter se receperunt *ib.* 48.
ita vt etiam laicos admitterent *ib.* 49.
- - a laicis olim vestibus distinguebantur *ib.* 62.
- - fiunt professione vel paterna oblatione *ib.* 81.
- - fiunt clerici per professionem *ib.* 91.
quidam tamen dicuntur adhuc laici *ibid.*
- - inter hos peculiaris quædam adest hierarchia III. 35, 1.
quæ status vel disciplina vocatur *ib.*
hic status quid denotet *ib.*
ineptia interpretum circa eiusdem expositionem *ib.* 2.
- - horum regimen antiquum diuersum est ab hodierno III. 35, 3.
olim erat vel internum vel externum *ib.*
- - olim non erant subiecti episcopis *ib.* 4.
sed tantum abbati *ib.*
- - horum audacia episcopis quandoque grauis *ib.* 5.
quandoque vtilis *ib.*
ex his rationibus in concilio Chalcedonensi demum episcopis subiecti sunt *ib.* 6.
aliæ huius subiectionis rationes *ib.* 7.
potius magistratui ciuili subiiciendi fuissent *ib.*

in

in occidente non ſtatim epiſcopis ſubiiciebantur *ib.* 8.
ſeculo tamen ſexto iis ſubiici cœperunt *ib.* 9.
quod & legibus ciuilibus corroboratum *ib.* 10.
- - a nexu ciuili non ſunt exemti *ib.* 11.
- - ſubditi ſunt æque ac alii *ib.*
etiam ſub Francis & ſtirpe Carolingica *ib.* 12.
quorum reges ea in feudum dabant *ib.* 31.
- - horum ſtatus antiquus a Baluzio depictus *ib.* 14.
- - ſuberant inferioribus iudicibus, niſi beneficio regum eſſent exemti *ib.* 15.
plura vid. ſub tit. *Monaſteria.*
- - horum ſinguli ordines ſunt ſub regimine generalium & prouincialium abbatum III. 35, 47.
de eorum Prioribus vid. ſeqq.
ſtatus eorum priuati quales ſint III. 35, 68.
eorumque officia *ib.* 69.
- - nouos recipere integrum eſt magiſtratui religioſorum III. 36, 17.
per Inſtrumentum pacis tamen hoc reſtrictum *ib.*
- - in territoriis euangelicis degentes, cuius ſubſint imperio ſecundum Inſtrumentum pacis III. 36, 21.
textus hac de re I. P. art. V. §. 48. explicatur *ib.*
- - in ſtatu anni 1624. relinquendi ſunt *ib.* 30.
- - in deſertis eccleſias non habuere III. 37, 70.
poſtea parochialibus interfuerunt eccleſiis *ib.*
- - ante Benedictum habebant oratoria, ſed adhuc eccleſiæ parochiali intererant *ib.* 72.
quid Benedictus mutauerit *ib.*
rationes huius mutationis *ib.*
- - olim capellas habebant ſine populi collectione *ib.* 73.
mox etiam eccleſias parochiales acceperunt *ib.*
has redimebant certo pretio, & per vicarios regebant *ib.*
vid. *Redemtiones altarium.*
tandem maiores exſtruxere eccleſias *ib.* 77.
- - quidam confeſſiones audire poſſunt *ib.* 79.
inde variæ confuſiones ortæ *ib.* 80.

Monaſteria.

Monaſteria quo modo a laicis decimas acquiſiuerint III. 30, 25.
- - contra eccleſias quomodo præſcribere poſſint *ib.* 39.
quæ horum in defertis ratio prilca fuerit III. 31, 14.
in iis ſine votis viuebant *ib.*
- - erant olim extra vrbes, ruri & in ſuburbiis *ib.* 28.
- - olim omnes admittebant *ib.* 51.
hodie vero non niſi probatos *ib.*
- - olim imperatores vi ſummi imperii ordinauerunt *ib.* 61.
- - habent ſcholas oblatorum & puerorum aliorum *ib.* 82.
etiam inter proteſtantes *ib.*
his olim imperatores aduocatos dedere III. 35, 16.
quandoque iure gladii inſtructos *ib.*
electi vero a monaſteriis bannum accipiebant ab imperatore *ib.* 17.
vid. *Imperatores.*
quædam agnouere comitum & ducum iurisdictionem *ib.* 18.
exempla quorundam mediatorum ſub ducibus *ib.* 19.
vid. duces.
- - in terris catholicorum ſuperioritati nec hodie ſunt in totum ſubducta *ib.* 23.

Digitized by Google

- - plurima iurisdictioni episcopali subtracta sunt per exemtiones papales, vid. *Pontifex.*
- - horum decani quid agant III. 35, 61.
lites variæ circa hæc eorumque bona ex dissidio religionis auctæ sunt III. 36, 1.
- - horum ratio in desertis *ib.* 2.
- - distincta sunt a cœnobiis *ib.*
- - cuius auctoritate olim fuerint erecta *ib.* 4.
- - hodie episcopi auctoritate exstruuntur *ib.* 5.
inter euangelicos principes *ib.*
exemplo regum Francorum *ib.*
- - priuato usu non licet erigere apud catholicos *ib.* 6.
facilius inter protestantes *ib.*
imo & catholicos quoad sodalitia priuata *ib.*
sed differunt a sodalitiis publica auctoritate prohibitis *ib.* 7.
- - horum libera exstructio in ciuitatibus mixtis cui competat *ib.* 8.
status controuersiæ *ib.*
sententia catholicorum *ib.* 9.
& protestantium *ib.* 10.
de iure hæc exstruendi in territorio episcoporum, in quibus subditi protestantes degunt *ib.* 11.
vid. *Episcopi* & *Princeps catholicus.*
- - mutari in Germania non possunt quoad ordines religiosorum, sine episcopi consensu *ib.* 14.
- - inter protestantes non æque libere mutantur *ib.* 15.
quod responso illustratur *ib.*
- - cui sint subiecta apud catholicos *ib.* 18.
cui in statuum protestantium territoriis *ib.*
- - ob suspensum ius diœcesanum subsunt territoriali iuri *ib.* 23.
- - in quibus protestantes degunt, quem statum habeant *ib.* 32.
item quæ secularisata *ib.* 33.
quid censendum de reditibus a statibus euangelicis possessis, monasterio extra territorium constituto *ibid.*
- - paulatim capellas acceperunt III. 36, 76.
- - redemerunt ecclesias a laicis, quibus infeudatæ erant *ib.*
easque per vicarium administrarunt *ib.*

Monasteria virginum.

Monasteria virginum etiam in vrbes recepta, & ex hoc etiam virorum III. 31, 29.
cuius auctoritate? *ib.*

Monasteria virorum.

Monasteria virorum, restitutis literis humanioribus, eruditionem promouerunt III. 31, 7. sq.
horum vsus genuinus inter protestantes *ib.* 79.

Monasteria regia.

Monasteria regia singulari immunitate intuitu bonorum gaudent III. 35, 28.

Monastica disciplina.

Monastica disciplina vid. *Vita monastica.*

Monasticæ res.

Monasticæ res a pluribus illustratæ, qui referuntur III. 31, 2.

Monastica vita.

Monastica vita vid. *Vita monastica.*

Monasteria mediata.

Monasteria mediata in terris protestantium possidentur vel a catholicis III. 36, 19.
vel a protestantibus *ib.*
- - in quibus religiosi ordines degunt, subsunt territoriali potestati *ib.* 20.

suspen-

Digitized by Google

ſuſpenſo iure diœceſano *ibid.*
- - non admittunt imperium extraneum ſacrum *ibid.* 24.
ſicut nec iure antiquo ſine conſenſu regis *ibid.*
- - ſubſunt inſpectioni principum *ibid.* 26.
- - cenſuris papalibus non ſubiiciuntur *ib.* 27.
in hæc ſoli principi reſeruatum ius animaduertendi III. 36, 28.
- - cuius foro ſubſint *ibid.* 29.

Moniales.

Moniales vnde ortæ III. 31, 40.
- - an ab apoſtolorum temporibus repetendæ *ibid.*
- - in occidente ſeculo IV. in cœnobia collectæ *ib.* 42.

Monſtra.

Monſtra an baptizanda III. 42, 10.

Montaniſtæ.

Montaniſtarum error circa ieiunia III. 33, 41.

Morbus.

Morbus ſuperueniens aliquando ſponſalia dirimit, vid. *Repudium.*

Morgengaba.

Morgengaba quid denotet IV. 3, 61.
ſpeciatim vero in matrimonio ad morganaticam *ibid.* 62.

Morum corruptio.

Morum corruptio an ſit probata repudii cauſa? vid. *Repudium.*

Munera.

Munera viſitatores accipere non debent III. 39, 107.

N.

Negotia.

Negotia quæ ſecularia? III. 50, 8.
- - in opprobrium laicorum ita dicta *ibid.* 7.

Negotiationes.

Negotiationes clericis olim non interdictæ III. 50, 2. & 13.
- - ob cauſam ſacerdotii tandem interdictæ *ib.* 4. & ſeqq.
- - exercere ii nequeunt, nequidem per inſtitores *ibid.* 13.
quibusdam tamen exceptis, vt realibus *ibid.* 15.

Nobiles.

Nobiles in pagis nullum ius ſibi adrogare poſſunt circa liturgica D. 75.
niſi ſint immediati imperii *ibid.*
- - nullo iure noualium decimas ſibi adſcribunt III. 30, 65.
- - cenſus a ruſticis pro variis iuris vſu exigunt III. 39, 130.
- - absque auctoritate publica ædes ſacras in ſuis prædiis non exſtruunt III. 48, 20.
- - non tenentur edere titulum poſſeſſionis decimarum fiſco III. 30, 66. ſeqq.

Nomina.

Nomina patronorum recitare eccleſiis proficuum eſt III. 38, 126.
hæc recitatio fiebat ex diptychis *ib.*
ratio huius nominum recitationis patronorum *ibid.* 127.
Plura vid. ſub tit. *Patronus.*
horum recitatio in miſſa cum precibus formulariis introducta tempore Conſtantini M. III. 41, 69.
- - offerentium inprimis in miſſa recitata ſunt *ibid.* 70.
abuſus in horum recitatione *ibid.*
- - baptizando imponi debent III. 42, 26.
horum mutatio in adultis olim erat arbitraria *ibid.*
- - ſecundum ordin. eccl. Magdeb. non plura quam duo in baptiſmo imponenda *ibid.*

- - insolita, gentilia, vel certæ sectæ propria in baptismo reiicienda *ib.*
- - noua inde sunt excogitata *ibid.*

Nominatio.

Nominatio differt a præsentatione III. 38, 65.
- - varie accipitur *ib.* 66.
- - nonnunquam patrono incumbit *ibid.* 67.
- - præsentationi regulariter inest *ibid.* 70.
- - per electionem inter plures patronos exercetur *ibid.*
quorum vota numerantur, prout ius patronatus est vel reale vel personale *ib.* 71.
inter heredes vota numerantur vel viritim vel curiatim *ib.* 72.
quid, si duo tantum patroni sint, & in hac dissentiant? *ib.* 73.
Clementis V. consilium periculosum *ibid.*
- - tutius fit vel per turnum vel per sortem *ibid.*
sortis iudicium in hac non abhorret a legibus *ib.* 74.

Noualia.

Noualia quid? III. 30, 60.
quid circa ea iuris? *ibid.*
horum decimæ an & quo iure ad principem pertineant *ib.* 61.
rationes pro & contra *ib.* 62, 63.
- - inter Protestantes non sunt necessitatis *ib.* 64.
pastoribus tamen recte præstantur *ibid.*
- quo iure nobilibus adscribantur vid. *Nobiles.*

Nouitii.

Nouitii inter monachos molestias quasdam sustinere debent III. 31, 52.
horum exemplum postea ad academias tractum *ibid.*
- - quomodo instituendi *ibid.* 53.
- - possunt recedere *ib.* 65.
non facile autem nec simpliciter ex philosophia Innocentii III. *ib.*
de qua iudicium *ib.* 66.
- - retinent testamenti factionem *ibid.* 68.
- - quales actus inire prohibeantur III. 31, 68. 69. 70.
- - clericis accensendi secundum quid III. 31, 73.
- - sine herede decedentes, quem habeant successorem *ib.* 74.
Ritus hos recipiendi apud Bursfeldenses *ib.* 80.

O.

Obedientiarii.

Obedientiarii priores III. 35, 59.

Oblatio denarii.

Oblatio denarii quando potissimum processerit III. 30, 101.
inde maximum lucrum ad presbyteros peruenit *ibid.*
hæc alia iura noua procreauit *ib.* 102.

Oblatio laica.

Oblatio laica quid? III. 30, 95.

Oblatio sacerdotalis.

Oblatio sacerdotalis in quo consistere dicatur III. 30, 95.

Oblationes.

Oblationes an parochis debeantur III. 30, 83.
- - an a Deo per modum legis fuerint mandatæ III. 30, 90. 91.
harum quæ fuerit olim ratio *ib.* 94.
duplici modo seculo II. fiebant, & adiunctæ iis fuere preces *ib.*
fiebant etiam in vsus pauperum *ib.* 97.
- - an in veterum scriptis semper eucharistiam denotent III. 30, 98.
olim

Digitized by Google

olim offerebant, qui communicabant *ib.*
- - sunt liberæ *ib.* 99.
quamuis postea magis pro necessitate earum laboratum est *ib.*
harum vsus vnde auctus sit III. 30, 100.
in locum oblationis panis & vini oblatio denarii successit *ib.* 101.
lucro presbyterorum *ibid.*
harum iura omnia varia fuere *ibid.* 103.
- - in quatuor partes diuisæ fuere *ib.*
- - quatenus laicis cesserint *ib.* 104.
vid. *Laici.*
- - vnde iure nouiori solis presbyteris fuerint acquisitæ *ib.* 105.
- - pedetentim determinatæ sunt vario modo *ib.* 106.

Oblationes in vsus pauperum.

Oblationes in vsus pauperum ex origine sua demonstrantur III. 30, 107.
- - qua auctoritate instituendæ *ib.*
- - ad actus parochiales non præcise pertinent *ib.*
- - ecclesia qua talis dispensat
vid. *Ecclesia.*
- - citra consensum principis *ibid.*

Obseruantia ecclesiastica.

Obseruantia ecclesiastica in ritibus plurimum valuit D. 48.
- - qualem vim secundum communem opinionem habeat D. 49.
inde libri liturgici sunt desumti *ib.*
horum efficacia est summa in rebus liturgicis D. 50.
- - quid sit D. 53.
in hac vnde probabilis opinio necessitatis oriatur D. 54.
- - ex pacto tacito vim legis accipit D. 55.

Offerre.

Offerre quid olim denotauerit III. 30, 94.

Officiales.

Officiales variam habent denominationem III. 36, 40.
- - *hospitalium* constitui primario debent a fundatoribus *ibid.*
in subsidium ab episcopo *ib.*
quandoque a principe *ib.*
in ciuitatibus quandoque a senatu *ibid.*
salua consistorii inspectione *ib.*
- - varii hospitalibus præficiuntur *ib.* 45.
horum qualitates *ibid.*
- - iuramento adstringendi cum cautione & inuentarii confectione *ib.* 46.
- - curent ante omnia, vt abusus tollantur & collapsa instituta reducantur *ib.* 47.
salua papali auctoritate *ibid.*
vid. *Hospitalia.*
- - rationes reddere debent III. 36, 55.
non obstantibus legibus antiquis *ib.*
& quidem singulis annis *ibid.* 56.
ex sententia conciliorum *ibid.*
& legum Germanicarum *ibid.*
horum heredes eodem modo tenentur *ib.* 57.
- - episcopo rationes reddunt *ib.* 58.
vel aliis, quibus subsunt *ibid.*
- - idem apud Protestantes faciunt *ib.* 59.

Opus operatum.

Opus operatum in cultu diuino vnde ortum sit D. 41.

Oracula.

Oracula vnde III. 46, 4.

Oratoria.

Oratoria laicis decimas procurarunt III. 30, 22.
- - vnde nomen capellæ induerint III. 37, 6.
- - olim

- olim ab ecclesiis non differebant *ib.* 7.
sed tunc demum vbi templa sunt condita *ibid.*
- in sepulchris martyrum exstructa *ib.* 8.
non sine abusu *ib.*
- priuatim a potentioribus in castris suis exstruebantur *ib.* 9.
- in ciuitatibus erecta sunt *ib.* 10.
quæ tamen non æque permissa in oriente *ib.*
Leo postea hæc liberius permisit III. 37, 11.
rationes libertatis huius oratoria exstruendi *ib.* 12.
- quem vsum in occidente in vallis habeant *ib.* 13.
in his sacra extraordinaria fiebant *ib.*
quibus tandem presbyteri præpositi *ibid.*
horum quædam erant sine capellis *ib.* 14.
ad vsum domesticæ deuotionis *ib.*
non ad missam celebrandam *ib.*
quædam cum capellis & consecratione *ib.* 15.
& dote certa *ibid.*
vt in palatiis regum *ib.* 16.
quibus capellani præfecti *ibid.*
sine decimis & oblationibus *ibid.*
- priuata proceres habuere *ib.* 18.
his qui fuerint præpositi *ib.*
vid. *Sacerdotes domestici.*
sunt in patrimonio procerum *ib.* 20.
diuisioni hereditatiæ obnoxia *ib.* 21.
non vindicanda ab episcopis *ib.* 22.
episcopis tamen ex multis causis inuisa *ib.* 23.
quod sacra ordinaria episcoporum deferrentur *ibid.*
& presbyteri domestici subtraherentur episcoporum iurisdictioni III. 37, 24.
horum fundatores ius clericum domesticum constituendi habuerunt III. 38, 11.
- domestica seculo VII. gaudere cœperunt iure patronatus III. 38, 10.
horum sacra domini sibi penitus vindicabant *ib.* 24.
horum clerici dicebantur laicorum clerici *ib.* 25.
- circa hæc tempora frequentem vsum habuerunt *ibid.* 26.
- multas nobilium ecclesias in pagis produxerunt *ib.* 27.
- nobilium in familiæ vsum exstructa olim a parochialibus ecclesiis erant distincta, vid. App. ad tit. de iur. Patr. in med.
- christianorum simplici dedicatione perficiebantur III. 40, 10.
non consecratione *ibid.*
- precibus dicata erant ad conuentus ordinarios *ib.* 11.
quæ dedicatio simplex christianismo non aduersatur *ibid.*

Ordines militares.

Ordines militares vnde oriantur III. 31, 39.

Ordines religiosorum.

Ordines religiosorum mutare non est permissum in terris catholicorum, in quibus A. C. subditi degunt III. 36, 16.

Protestantium opinio *ib.* 17.

Ordo.

Ordo in omni collegio quotuplex D. 14.
- simplex & necessarius quid? *ib.*
- solennis & accidentalis quid? *ib.*
- simplex magis conuenit cultui sacro quam solennis *ib.*

Digitized by Google

P.

Pactum tacitum.

Pactum tacitum obſeruantiæ vim legis tribuit D. 55.
- - ex hoc varietas liturgiarum nata eſt *ibid.* 56.

Parochiani.

Parochiani votum negatiuum habent in præſentatione cleri III. 38, 77.

Paſcha.

Paſcha vid. *Feſtum paſchatos.*

Paſtores.

Paſtores vid. *Sacerdotes.* it. *Preſbyteri.* item *Miniſtri eccleſiæ.*

Patrini.

Patrini veſte alba indutum tenere ſolent III. 42, 33.
- abſentibus linteum album transmiſſum fuit *ibid.*
- - cur linteum album digitis attingant, & poſtea digitos aqua lauent *ibid.*
- - vnde originem trahant *ibid.* 35.
- - duorum generum olim erant, infantum & adultorum *ibid.* 36.
- - non niſi idonei & habiles rogandi *ibid.* 37.
- - eſſe non poſſunt
1) catechumeni
2) monachi
3) excommunicati & pœnitentes
4) hæretici
5) parentes *ibid.*
in his adhibendis etiam Proteſtantes delectum poſtulant *ibid.* 38.
excludunt que infantes & excommunicatos *ibid.*
- - improbi an arcendi a parocho *ibid.*
- argumenta in vtramque partem *ib.*
- - ſuſpecti de hæreſi non arcentur a noſtratibus *ibid.* 39.
- nec iij qui in vno vel altero errore, non capitali tamen, verſantur, A. C. tamen addicti ſunt *ib.* 40.
- exemplum Weſenbecii iniuſte excluſi ab officio patrini *ibid.*
- - diuerſæ religioni, in imperio tamen approbatæ, addicti an excludendi III. 42, 41.
- - articulum Trinitatis negantes repellendi *ibid.*
- - ad ſuſceptionem infantis e baptiſmo non poſſunt cogi III. 42, 42.
- - quot adeſſe debeant, arbitrarium eſt, deficiente lege eccleſiaſtica *ibid.* 43.
- ſeculo IV. vnum ſufficiſſe probabile eſt *ibid.*
- - duo tantum diuerſi ſexus a iure canonico admittuntur *ibid.*

Patronatus ius.

Patronatus ius obſcure a pleriſque proponitur III. 38, 2.
Auctores de hac materia *ibid.*
melioris notæ Auctores commendantur III. 38, 3.
- - quomodo varie a doctoribus definiatur *ibid.* 4.
rationes obſcuritatis in his definitionibus *ibid.* 5.
- - ex tribus Epochis diiudicandum *ibid.* 6.
prima periodus ad tempora ſeculi IV. & V. refertur III. 38, 7.
- - an per hæc tempora in oriente fundatoribus eccleſiarum aliorumque locorum piorum competierit *ibid.* 8.
- - an occurrat in l. 15. C. de SS. eccleſ. *ibid.*
vel in l. 46. §. 3. de epiſc. & cleric. *ibid.*
- - non æque fundatoribus eccleſiarum ante Iuſtiniani tempora datum *ibid.* 10.

- in occidente per Auguſtini ſententiam non probatur *ibid.* 12.
nec per concilium Toletanum I. *ib.* 13.
- - proceſſionis aditu non denotatum fuit *ibid.* 17.
- - periodo ſecunda, i. e. Sec. VII. faciem veram eamque hodiernam induit *ibid.* 19.
primum huius momentum petitur ex oratoriorum exſtructione *ib.* 14.
alterum ex more antiquo dandi eccleſias laicis in feudum petitum *ibid.* 32.
- - quid hoc rerum ſtatu fuerit *ibid.* 37.
- - quale dominium transferat *ibid.* 38. 39.
certium eſt, quod clericis illud peperit *ib.* 41.
- - eccleſiaſticum dictum *ibid.*
& quidem
1) ex commendis *ib.* 42.
2) ex vnionibus & incorporationibus *ib.* 43. ſqq.
3) ex donationibus eccleſiarum patronatarum *ibid.* 46.
- - in feudum & ſubfeudum datum *ibid.* 47.
nouae eccleſiarum patronatarum donatarum exempla III. 38. 48.
- - magis per vnionem eccleſiarum quam ſimplicem earum donationem monaſteriis acquiſitum *ib.* 49. 50.
- - tertia periodo, i. e. poſt ſeculum XII. multum innouatum eſt *ib.* 51.
ratio huius innouationis *ib.* & 52.
- - extra commercium eſſe & per ſe vendi non poſſe docent *ib.* 53.
diſtinxere inter huius iuris collationem & donationem eccleſiarum *ibid.*
Ratio huius mutationis *ibid.* 54.
- - ad ſimplicem præſentationem reſtringere conati ſunt *ib.* 55.
- - quomodo hodie definiendum *ibid.* 59.

Ius patronatus regium.

Ius patronatus regium a vulgari diſtinctum *ibid.* 60.
cuius natura explicatur *ibid.*
conſiſtit illud in patrocinio eccleſiæ *ibid.* 61.
nec tantum iuris continet, quantum hodie ius circa ſacra *ib.*
- - nobilitatis immediatæ eſt ipſa iurisdictio eccleſiaſtica *ib.* 62.

Ius patronatus vulgare.

Ius patronatus vulgare a iure præſentandi ſeparari poſſe quidam cenſent III. 38. 82.
quod negatur *ibid.*
dubia remouentur *ib.* 84. 85.
- - tranſit in heredes vel poſſeſſores, prout vel perſonale vel reale eſt *ibid.* 106.
- - reale quid *ib.*
- - hereditarium quid *ibid.*
- - reale natum
1) ex more offerendi prædia in feudum
2) ex priſtina harum eccleſiarum indole
3) vt controuerſiæ inter coheredes euitarentur *ibid.* 107.
- - *reale* in quoscunque poſſeſſores tranſit *ib.* 108.
- - reale tranſit in emtorem prædii ſine pretio *ibid.* 109.
- - an ſit ſpirituali annexum *ib.* 110.
- - magis eccleſiaſticum, quam ſpirituale dicendum *ibid.*
hinc pretium repetendum *ibid.*
- - tranſit in creditorem antichreticum *ibid.* 111.
rationes in contrarium examinantur *ibid.*
- - non reſeruatum creditor exercet *ibid.* 112.

nouum

Digitized by Goo

nouum dubium remouetur *ibid.*
- - tranſit etiam in conductorem *ib.* 113.
qui ad firmam fundum tenet *ibid.*
- - an tranſeat in conductorem temporarium *ibid.* 115.
- - in vſufructuarium tranſit *ib.* 116.
- - an in poſſeſſorem dotalitii *ibid.*
- - an in maritum *ibid.*
- - an in fideicommiſſarium *ibid.*
- - an in bonæ fidei poſſeſſorem *ib.* 118.
- - an in ſequeſtrem *ibid.*
- - *perſonale* qua ratione in heredes tranſeat *ibid.* 119.
- - an in fideicommiſſarium vniuerſalem *ibid.*
- - titulo ſingulari transferri poteſt *ibid.* 120.
- - an titulo emtionis *ibid.*

Patroni.

Patroni an habeant legislatoriam poteſtatem circa liturgias D. 75.
principale eorum officium circa liturgias in quonam conſiſtat *ibid.*
- - in concilio Toletano I. domini appellantur III. 38. 14.
illuſtratur præceptum Clodovei, in quo patroni appellatio aliquoties occurrit, vid. App. ad h. t. ab init.
ipſum præceptum Clodouei *ibid.*
- - laici adhuc Sec. VII. nullam poteſtatem in eccleſias habebant *ib.* 18.
- - vnde tales vocentur *ibid.* 20.
- - diſtinguuntur ab aduocatis *ib.* 21.
- - poſſeſſores eccleſiarum dicebantur, quod earum quaſi domini eſſent *ibid.* 22.
- - iam Sec. V. tales vocantur, ſed non ſenſu forenſi *ibid.* 23.
- - tales ſeculo IX. iam dicti *ib.* 28.
- - paſtores ſuos epiſcopis ſubducere tentabant *ibid.* 29.
eosque pro lubitu dimittebant *ib.* 30.
- - dominium habebant in eccleſiam eiusque bona *ibid.* 39.
- - in feudum bona dabant *ibid.*
- - paſtorem conſtituebant *ibid.* 40.
- - alia iura vtilia & honorifica exercebant *ibid.*
- - olim inueſtiebant *ib.* 57.
& fructus vacantis eccleſiæ ſuos faciebant *ibid.*
- - ſimiles ſunt aduocatis ſtricte dictis citra territorii reſpectum *ibid.* 62.
horum ius circa præſentationem *ib.* 63. 64.
- - plures candidatos nonnunquam nominare debent *ibid.* 67.
ex quibus eligit conſiſtorium *ibid.*
- - ſi diuerſæ ſunt religionis, an habeant nominationem eccleſiæ *ib.* 69.
de harum iure circa nominationem & præſentationem plura vid. ſub tit. *Nominatio* & *præſentatio.*
- - ius aperiendi cathedram S. non habent *ibid.* 79.
alicubi tamen circa examen præliminare maiori poteſtate gaudent *ib.* 82.
- - quandoque ſimplicem conſenſum dant loco præſentationis *ibid.* 86.
1) ex qualitate eccleſiæ *ibid.*
2) quando alius concurrit, cui ius potius in præſentando competit *ib.* 88.
3) ex transactione *ib.* 89.
- - eccleſiaſtici ius variandi intuitu præſentati non habent *ib.* 92.
bene tamen laici *ib.*
qui hoc iure duplex detrimentum acceperunt *ib.* 93.
- - olim non habebant certum tempus præſentandi *ibid.* 94.
- - tandem neceſſitate ſuadente certo tempore id perficiunt *ibid.* 95.
- - laici & eccleſiaſtici vnde fuerint diſtincti *ibid.* 96.
- - ex

- - ex ordin. eccleſ. Proteſtantium plerumque intra quatuor menſes præſentant *ib.* 97.
- - alibi ſecundum terminum a iure canonico præfixum id faciunt *ibid.*
alibi intra tres menſes *ibid.*
- - olim habebant collationem eccleſiarum *ibid.* 99.
- - ſecundum ius canonicum recentius neque collationem, neque vocationem habent *ibid.* 100.
ratio huius mutationis *ibid.*
vid. *Vocatio.*
- - literas reuerſales a vocato exigere nequeunt *ib.* 105.
- - ad inſtitutionem præſentati concurrunt *ibid.* 111.
his debetur honos eccleſiaſticus *ib.* 122.
vid. *Honor.*
horum nomina cur in eccleſiis recitentur *ib.* 127.
- - inter Proteſtantes gaudent honore precum *ib.* 128.
vid. App. *ib.* in f.
- - pro horum vxoribus an etiam nominatim orandum *ib.* 129.
- - ſi plures fuerint, an nominibus propriis allegandi ſint *ibid.* 130.
- - an recte exigant pro ſalute ſua canticum: Te Deum laudamus *ibid.* 131.
- - gaudent luctu eccleſiaſtico *ibid.* 132.
- - habent ſedem in choro *ib.* 138.
nec non ſedilia fixa aliis denegata *ib.* 139.
- - gaudent ſepultura vel in eccleſia vel in alio loco honoratiore *ib.* 140.
- - alendi ab eccleſia, ſi ad egeſtatem peruenerint *ib.* 141.
- - quali iure gaudeant circa bona eccleſiæ *ibid.* 142.
- - conſentire debent in alienationem bonorum ſuæ eccleſiæ *ibid.* quod duobus edictis illuſtratur *ib.* 143.
- - olim fructus vacantis eccleſiæ ſuos faciebant *ibid.* 144.
- - olim iure ſpolii vtebantur *ibid.* 145.
- - adhuc alia iura ſibi attribuunt *ib.* 145.
- - ius viſitandi non habent III. 39, 53.
- - ad viſitationes tamen vocandi *ibid.*
- - eccleſiis a ſe fundatis cenſum impoſuere *ibid.* 131.
- - quid conferre debeant ad refectionem eccleſiarum III. 48, 75.

Paulus Thebæus.

Paulus Thebæus ex neceſſitate vitam ſolitariam elegit III. 31, 11.
vtrum monachorum pater *ibid.*

Pauperes.

Pauperum curam habere debet magiſtratus oppidanus præter principem III. 30, 110.
de colligendis in horum vſum
vid. *collectio & oblatio.*

Pecunia luſtrica.

Pecunia luſtrica vid. *Luſtrica pecunia.*

Penſiones annuæ.

Penſiones annuæ in locatione occurrunt III. 39, 110.
nec non in emphyteuſi *ib.* 111.

Pentecoſtes ieiunium.

Pentecoſtes ieiunium vid. *Ieiunium.*

Pe-

Digitized by Google

Pericopæ.

Pericopæ euangeliorum & epiſtolarum III. 41, 101.

Periodeutæ.

Periodeutæ in oriente extra ordinem viſitabant III. 39, 20.
- - a chorepiſcopis diſtinguendi *ibid.* 21.
- - cur chorepiſcopis ſubſtituti fuerint *ib.* 22.
- - cur inſtituti *ib.* 23.
- - erant epiſcoporum vicarii *ib.*
- - quando deſierint *ib.*
- - an conferendi cum teſtibus ſynodalibus *ib.* 65.

harum inſtaurationem quidam optant *ibid.*

quod non ſimpliciter reiiciendum *ib.* 66.

quamuis nouum officium eccleſiaſticum hoc ipſo conſtituendum ſit *ibid.*

quod ob expenſas inſignes non facile in exitum deduci poteſt *ib.* 67.

niſi forſan præbenda perpetua his aſſignetur *ib.*

exemplum illuſtre ducis Erneſti Pii *ib.* 68.

Philoſophi.

Philoſophi aſcetæ ſunt dicti III. 31, 5.

Philoſophica vita.

Philoſophica vita, vid. *vita Philoſophica.*

Placiti ius.

Placiti ius in Gallia & Belgio vnde? III. 36, 25.

Pœnitentia.

Pœnitentia per leges imperari nequit III. 46, 41.

dubia remouentur *ib.*

Pollutio.

Pollutio eccleſiarum quid? III. 40, 48.

quid operetur *ib.* 49.

Pontifex.

Pontifex an ſolus ius habeat imponendi decimas III. 30, 73.
- - poteſt mutare & relaxare votum:

1) vltramarinum
2) religionis approbatæ
3) caſtitatis perpetuæ
4) peregrinationis ad limina Petri
5) ad S. Iacobum Compoſtellam III. 34, 25.

epicriſis III. 34, 26.

cur voti peregrinationis ad limina Petri redemtio huic reſeruetur *ib.* 27.

fundamentum huius poteſtatis epiſcopalis III. 34, 28.
- - per ſuas exemtiones iurisdictioni epiſcopali plura monaſteria ſubtraxit III. 35, 24.

præſertim ſeculo XI. *ib.* 25.

vid. *Exemtio.*

quatenus procurationes exigat, vid. *Procurationes.*

Pontificale Romanum.

Pontificale Romanum cuius ſub auctoritate ſit editum D. 42.

quid in eo deſcriptum *ib.*

Populus.

Populus an cum clero in eccleſiam legislatoria gaudeat poteſtate D. 67.

Præiudicium.

Præiudicium commune contra noſtram religionem, conuertendis eximendum III. 33, 34.

Prælati immediati.

Prælati immediati reſpectu eccleſiæ qui? III. 35, 38.

reſpectu imperii qui? III. 35, 39.

horum quidam fulgent principali dignitate *ib.* 40.

quidam hac dignitate non gaudent, in duo ſcamna diuiſi *ib.* 41.

horum prælatorum collegiis adnumerantur quædam abbatiſſæ *ib.* 42.
quidam ſunt mitrati *ib.* 43.
quidam non mitrati *ib.*
vid. *Prælati mitrati* & *Abbates.*

Prælati mitrati.

Prælati mitrati qui? III. 35, 43.
- - reſpuuntur a Præmonſtratenſibus *ib.* 44.
- - pontificalia habent *ib.* 45.
ſcil. baculum, mitram, annulum, chirothecas, ſandalia *ib.*
- - gaudent priuilegiis quibusdam epiſcopalibus *ib.* 46.
ſc. diœceſi propria *ib.*
benedictione *ib.*
conſecratione vaſorum ſacrorum & altarium *ib.*
collatione primæ tonſuræ *ib.*
præcedentia præ non mitratis *ib.*

Prælati.

Prælati ſibi ſumma cum audacia dominium & alienationem bonorum eccleſiaſticorum aſſeruerunt III. 30, 21.
- - maiorem libertatem nacti ſunt intuitu imperii, ſublata inueſtitura per annulum & baculum III. 35, 37.
- - ſunt vel mediati vel immediati *ib.* 38.
horum virtutes *ib.* 65.

Præſcriptio decimarum.

Præſcriptio decimarum an a laicis opponi poſſit contra eccleſiam III. 30, 34. 35.
eam non admittunt annuæ præſtationes III. 30, 36.
vid. *Annua.*
qualis in decimis neceſſaria ſit *ib.* 32.
vid. *Decimæ.*
- - quæ ſit unius eccleſiæ contra aliam *ib.* 39.
& monaſteriorum contra eccleſias *ib.* 40.
bona fides quatenus hic neceſſario allegeanda *ib.*
- - inter ſolos laicos quo tempore procedat? *ib.* 41.
- - extinctiua quid? *ib.*
- - an & intra quod tempus locum habeat in ſecularibus decimis *ib.* 41.
quid iuris in eccleſiaſticis? *ib.* 43.
argumenta negantium *ib.*
& affirmantium *ib.* 44.
quorum poſteriora corroborantur *ib.* 45. 46. 47.
an reſpectu Dei ab hac ſint immunes *ib.* 47.
deciſio huius quæſtionis inter Proteſtantes *ib.* 48.
- - decimarum pecudum peculiarem habet rationem *ib.* 49.
in præſcriptione immunitatis a decimis quid requiratur *ib.* 53.

Præſentatio.

Præſentatio quid? III. 38, 55.
- - dependet ex iure patronatus *ib.* 63.
- - olim ius conferendi continebat *ibid.*
præuio examine & ordinatione epiſcopi III. 38, 64.
- - diſtinguitur a nominatione & vocatione III. 38, 65.
- - quandoque fit ad alterius nominationem *ib.* 68.
cuius exemplum ex I. P. adfertur *ib.*
ad hanc quandoque concurrit alter voto negatiuo III. 38, 75.
quale habet paſtor in præſentatione cuſtodis *ib.*
vel diaconi *ib.* 76.
in hac habent etiam votum negatiuum parochiani *ib.* 77.

vel

Digitized by Google

vel alibi ſuperintendentes *ib.*
huius voti negatiui effectus *ib.* 78.
hoc ius male ſeparatur a iure patronatus *ib.* 83.
remouentur dubia III. 38, 84. & 85.
loco huius patrono quandoque ſimplex conſenſus competit III. 38, 86.
vid. *Patronus.*
- - in eccleſiis collegiatis & conventualibus quomodo obtineatur *ib.* 87.
- - tantum reſtricta ad rectorem principalem ſiſtendum *ib.* 90.
- - fit per litteras *ib.* 91.
- - a præſenti candidato *ib.*
- - qua formula? *ib.*
- - nullum ius tribuit præſentato *ib.* 92.
niſi fiat a patrono eccleſiaſtico *ib.*
- - facienda intra tempus legitimum *ib.* 94.
ſecus ac olim *ib.*
vid. *Patronus.*
- - deſiderat ſubiectum habile *ib.* 98.
quid ſi præſentatus reiectus? *ib.*
lite pendente ſuper inhabilitate fatale non currit *ib.*
- - quem habeat finem III. 38, 99.
- - quomodo hodie diſtinguatur a vocatione *ib.* 101.

Precatoriæ horæ.

Precatoriæ horæ a quo ordinentur D. 85.
- - intra priuatos parietes a priuatis recte inſtituuntur D. 88.
neque hæ turbas mouent *ib.*
- - an a principe reſtringi poſſint? D. 89.
vid. *Princeps.*
- - maxime commendantur III. 41, 104.

Preces.

Preces a Chriſtianis fundebantur extemporaneæ D. 31.
quamuis poſtea præſcriptas pronunciauerint *ib.*
ius precum publicarum quis habeat D. 78.
- - publicæ ſunt arbitrariæ *ib.*
circa has praxis eccleſiarum vnde appareat D. 79.
vid. *Agenda.*
harum ſolennia quis determinet D. 80.
vid. *Princeps.*
rex Sueciæ edictum circa ſolennia hæc de genuflexione promulgauit D. 80.
vt & rex Boruſſiæ *ib.*
an & quatenus miniſtri eccleſiæ ad preces publicas præciſe adſtringantur D. 81.
de precum libris vulgaribus quid ſtatuendum D. 82.
- - quomodo a domino territorii diverſæ religionis ordinari poſſint D. 87.
an dominus territorii catholicus ſubditis A. C. addictis preces contra papam prohibere poſſit *ib.*
- - quatenus pro patrono fundi debeant, vid. *Patronus* & *Honos.*
- - militibus a Conſtantino præſcriptæ III. 41, 69.
- - olim in decorum publicum converti cœperunt III. 41, 71.
inde natum ius exigendi preces publicas *ib.* 72.
- - cur hodie ex ſuggeſtu fundantur *ib.*
- - pro quibus ſint faciendæ ſpecialim, princeps territorii diſponit III. 41, 73.
an, qui ius confraternitatis habent, ſuo iure prætendere poſſint, vt eorum fiat mentio in precibus publicis III. 41, 74.
- - an ſint fundendæ pro fratribus apanagiatis *ib.* 75.

Digitized by Google

an pro protectoribus prouinciarum *ibid.*
an pro possessoribus principatuum iure antichretico *ib.* 76.
quid si de principatu lis sit, an pro possessore orandum *ib.* 78.
- - an pro hoste patriæ possessore fundendæ *ib.*
quod responso illustratur *ib.* 79.
- - publicæ ab eo quoque exigi possunt, qui ex alio capite in possessione territorii est *ib.*
prout adductum responsum plenius docet *ib.*
- - an pro extraneis principibus nominatim fundendæ *ib.* 80.
- - an probent superioritatem territorialem *ib.* 81.
- - publicæ Moguntino a ciuitate Erfordensi denegatæ *ib.* 83.
prætensio Moguntini, vt ciuitas Erfordensis in precibus publicis eius nominatim mentionem faceret *ib.*
senatus Erfordensis responsiones *ib.*
Cæsareum decretum III. 41, 83.
formula prima concepta a commissario Cæsareo *ib.*
formula alia a senatu Erfordensi concepta *ib.*
protestatio Saxonica III. 41, 84.
decisum cæsareum *ib.*
nouum mandatum cæsareum pœnale *ib.*
- - an a principe catholico in ecclesiis protestantium exigi possint *ib.* 85.
an in formulis intercessionum titulis superbiendum *ib.* 86.
- - an peti possint a dominis iurisdictionalibus *ib.* 87.
- - constantes a ceteris parochianis exigi nequeunt *ib.* 88.
nisi extra ordinem *ib.*
- - abusiue pro singulis funduntur *ibid.*
- - pro desponsatione per abusum fiunt *ib.*
- - nominatim pro priuatis fundi possunt *ib.* 89.
- - licet pro his iure imperfecto exigantur *ib.* 90.
obiectiones examinantur *ib.*
- - an a ministro ecclesiæ semper adstringi debeant ad schedulas *ib.*
- - si denegantur, an inferatur iniuria *ib.*
- - an præcise sint faciendæ in ecclesia parochiali III. 41, 91.
- - hæ sacerdotibus sunt lucrosæ *ib.* 92.
- - abusiue admodum pro priuatis instituuntur *ib.* 93.
- - contra hostium insidias fundi debent *ib.* 94.
- - an recte contra papam *ib.*
quod responso illustratur *ib.*

Presbyteri.

Presbyteri qualem potestatem habuerint in rebus liturgicis sub Constantino M. D. 62.
an & quatenus velum virginum consecrare possint III. 31, 68.
- - quando oratoriis præpositi III. 37, 13.
- - olim tantum concionabantur III. 41, 97.
- - ordinati si per errorem non baptizati fuerint, an iterum baptizandi III. 43, 2.
ratio decidendi *ib.*
dubia circa eam mota *ib.*

Primitiæ.

Primitiæ debentur parochis III. 30, 83.
- - quid sint III. 30, 84.
harum quæ olim fuerit ratio *ib.*
- - etiam a gentilibus sunt receptæ *ib.* 85.
sed admodum superstitiosæ *ib.*
- - qualem vsum habeant in nouo fœdere III. 30, 86.
nullam

Digitized by Google

- - nullam ab initio legem eccleſiaſticam quoad ſolutionem habebant *ib.* 87.
eorum vſum commendauit priuata patrum doctrina *ib.* 88.
clericis ſub quo prætextu fuerint aſſignatæ *ib.* 89.
an Deus eas per modum mandati olim præceperit *ib.* 90. & 91.
has vſus oblationum introduxit *ib.* 92.
quæ de iis canonum & conſtit. apoſt. fuerit ſententia *ib.* 93.

Principes proteſtantes.

Principes proteſtantes leges de decimis recte condunt III. 30, 72.
- - maiores cauſas habent, & ſic ius imperium pontificis vel epiſcoporum in ſuis territoriis haud admittendi III. 36, 26.
ſed ipſi principes inſpectionem in monaſteria exercent *ib.*
- - adhuc multa alia iura ex pacto alioue titulo in monaſteria catholicorum habent III. 36, 31.
- - poſt reformationem recte auctoritatem ſuam deſiderandam eſſe exiſtimarunt ad templorum exſtructionem III. 48, 15.
- - diuerſæ religionis ſubditis permittere poſſunt ſtructuram templorum *ib.* 19.

Princeps.

Princeps quid ſit reſpectu eccleſiæ D. 67.
- - in eccleſia habet legislatoriam poteſtatem *ib.* & 68.
quando per modum legis liturgica determinare queat *ib.*
a qua ratione hoc ei tribuatur D. 69.
quid ei reſpectu huius poteſtatis in adornandis liturgiis incumbat *ib.*
- - ſuperſtitionem ex auctoritate clericorum facile deſcendentem legibus remouere debet D. 69.
- - ſolus recte diſponit de liturgicis, quamuis ſolus non conſtituat eccleſiam D. 71.
- - ſub lege neceſſitatis an adſtringatur ad placita theologorum circa hoc negotium *ib.*
- - legislatoria ſua poteſtate an violet libertatem eccleſiaſticam D. 72.
- - num per eam iugum ceremoniarum & rituum quærat *ib.*
num hoc modo vindicet ſibi imperium in conſcientias *ib.*
- - quale ius habeat circa abrogationem rituum œconomicorum D. 73.
- - quo iure diſponat circa liturgica? D. 74.
de his ſententia Carpzouii & Reinkingii D. 70.
- - gaudet iure precum publicarum D. 78.
- - poteſt externa ſolennia precibus adornare D. 80.
- - an ſemper ius præſcribendi habeat D. 82.
- - recte litanias indicit D. 84.
- - iure meritoque horas precatorias inſtituit D. 86.
- - diuerſæ religionis quomodo preces publicas ordinare poſſit D. 87.
an catholicus princeps territorii ſubditis A. C. addictis iniungere poſſit, ne preces contra papam inſtituant *ib.*
- - quatenus horas precatorias (die priuat-Betſtunden) reſtringere poſſit D. 89.
- - an poſſit petere titulum in poſſeſſorio decimarum III. 30, 71.
- - iure ſummæ poteſtatis ciuilis indicit collectiones publicas in vſus pauperum III. 30, 108. 109.
eiusdem conſenſus ad collectiones in vſum pauperum ſtricte non eſt neceſſarius *ib.* 111. 112.

curam habere debet conuerſionis infidelium III. 33, 15.
huius propoſitionis obiectionis examinantur ib. 16.
verbisque Buddei reiiciuntur ib. 17.
- - multum confert ad hanc conuerſionem ib. 20. 21.
reiectis mediis coactiuis III. 33, 22. ib. 38. 39. 40.
ope tamen miſſionariorum ib. 23.
vid. *Miſſionarii.*
- - an ſuperioritatem exerceat in prælatos, vid. *Prælatus.*
- - prohibere poteſt, ne extranei accedant ad ſacra legatorum III. 37, 60.
- - ſupremum ius viſitandi habet III. 39, 28.
exemplo regum Francorum ib. 29.
vid. *Viſitatio.*
- - an a ſacerdote aulico ab vſu S. eucharistiæ excludi poſſit III. 41, 60.
- - curam primariam habet in refectione eccleſiarum III. 48, 44.
- - poteſt quidem, ſed caute admodum debet tollere benedictionem ſacerdotalem IV. 3, 42. 43.
- - illegitime contractum matrimonium poteſt confirmare IV. 3, 46.
imo aliquando boni principis eſt perficere confirmationem ib. 47.
- - quatenus ad ritum copulæ ſacerdotalis adſtrictus ſit IV. 3, 55.

Princeps catholicus.

Princeps catholicus an in ſuo territorio, invitis proteſtantibus ſubditis, monaſteria erigere queat III. 35, 11.
ſententia catholicorum ib. 12.
proteſtantium ib. 13.

Priores.

Priores Carthuſianis aliisque præſunt III. 35, 57.
hi dicuntur conuentuales ib. 58.
- - clauſtrales qui? ib.
- - a quonam conſtituantur ib.
- - obedientiarii qui? ib. 59.
hi tantum ſunt temporales ib. 60.

Probatio monaſtica.

Probationem monaſticam qui ſuſtinere debent III. 31, 51.
vid. *Monachi & Nouitii.*
iudicium de ea, quæ anni temporis ſpatio incluſa eſt ib. 56. ſeq.
de huius tempore ex lege Iuſtiniani ib. 60.
latum ſpatium anni probatorii tempore Iuſtiniani ib. 62.
inquiſitio quorſum hoc tempore æuo Iuſtiniani fuerit directa III. 31, 63. 64.
an valeat profeſſio intra annum probatorium ib. 67.
pendente hac quid nouitii celebrare non poſſint III. 31, 68. 69. 70.
diſpoſitio Tridentina contra donationes intra hoc tempus factas III. 31, 68.

Proceſſio.

Proceſſionis aditus quid? III. 38, 17.
hæc duplex olim erat ib.

Proclamatio.

Proclamatio pertinet ad ſolennia matrimonii publica IV. 3, 30.
- - eſt citatio edictalis ib.
- - debet fieri trina vice IV. 3, 31.
per tria interuallа ib. 32.
loco competente ib.
- - quid ſi omiſſa fuerit? ib. 33.
- - quid operetur ib 34.
- - non excludit contradictionem eius, qui ob intereſſe publicum matrimonium contractum impugnat ib. 35.
intra huius tempora qui impedimenta allegat, ea legitime probare debet ib. 36.

adeo

Digitized by Google

adeo vt propriam turpitudinem alleganti credatur in præiudicium tertii vel tertiæ *ib.*
& talis probatio admittatur, quæ alias non attenditur *ib.*
grauior probatio desideratur contracto matrimonio *ib.*

Procurationes.

Procurationes qualem habeant significatum III. 39, 87.
- - in tres species diuiduntur *ib.* 88.
- - in feudales *ib.*
- - in ciuiles *ib.*
- - in ecclesiasticas *ib.*
- - varia habent synonyma III. 39, 89.
- - originem trahunt a temporibus ecclesiæ corruptæ *ib.* 90.

harum primarium principium est hierarchia *ib.* 91.
- - ab antiquo a subditis & vasallis præstitæ *ib.*

sub nomine fodri *ib.*
- - eodem sub titulo ab episcopis exigebantur *ib.* 92.

iure subiectionis *ib.*
antiquitus vero in solam laborum compensationem *ib.*
inde nata doctrina, procurationes solui in signum subiectionis *ib.*
- - ex quo fundamento a pontificibus fuerint exactæ *ib.*
- - iridem legati papales sibi asseruerunt *ib.* 94.

vnice in signum subiectionis *ib.* 95.
- - sub fuco visitationis exiguntur *ib.* 96.
- - certo pretio postea redemtæ sunt *ibid.*

ab his immunitatem graui ære acceperunt quædam ecclesiæ *ib.* 97.
- - effecerunt, vt cum magna difficultate recepti sint legati sedis apostolicæ, nec alicubi sine regum consensu *ib.*
- - tandem cur fuerint sublatæ *ib.*
- - magno cum excessu ab episcopis exigebantur *ib.* 98.

hinc quidam immunitatem concesserunt monasteriis *ib.*
constitutiones contra tales abusus *ib.* 99.
varia iura circa harum determinationem *ib.* 100.
- - quomodo a Carolo Calvo determinatæ fuerint *ib.*
- - auctæ sunt iure recentiori *ib.* 101.
- - per constitutionem Gregorii IX. secundum ecclesiæ facultates faciendæ *ib.*
- - in victualibus præstari debent *ib.*
- - redemtio earum postea permissa *ibid.*
- - in ecclesiis protestantium non debentur ex subiectione, sed ex æquitate naturali III. 39. 102.
- - inde præscriptioni subiacent *ib.* 103.
- - moderate inter protestantes præstantur *ib.* 104.
- - apud catholicos soluendæ sunt a clericis *ib.* 105.

qua ratione *ib.*
- - apud nos ex ærario soluuntur *ib.*

vel ex collatione parochianorum *ib.*
- - in Romana ecclesia debentur episcopo visitanti & peragranti diœcesin *ib.* 106.
- - in nostris ecclesiis extra visitationis causam visitatoribus haud debentur *ib.*
- - munerum acceptationem in visitatoribus non admittit *ib.* 107.

Profanatio.

Profanatio quid? III. 40, 48.
quomodo a pollutione ecclesiarum differat *ib.*

Profes-

Profeſſio.

Profeſſio qualem ætatem deſideret III. 31, 75.
- - ſponte facienda cum conſenſu parentum *ib.* 76.
quandoque coacte *ib.*
- - quid ſit *ib.* 82.
huius ritus apud Bursfeldenſes *ib.* 83.
- - tacita quid? *ib.* 84.
- - quæ ſit inter moniales, maiora ſolennia deſiderat *ib.* 85.
- - monachos efficit clericos *ib.* 91.
vid. etiam *Religio monaſtica.*

Prouincialis.

Prouincialis quomodo eligatur III. 35, 54.
- - confirmatur a generali *ib.*

Prudentia.

Prudentia muniti debent eſſe miſſionarii III. 33, 29.
- - hæc in quo conſiſtat *ib.* 30.

Puerperæ.

Puerperæ an & quatenus purificari debeant III. 47, 1. ſeqq.

Purificatio.

Purificatio poſt partum ex luſtrationibus orta III. 47, 1. ſqq.
- - non neceſſaria in nouo fœdere *ib.* 2.
- - imago quædam eius hodie remanſit *ib.* 3.
- - etiam in eccleſiis proteſtantium *ib.* 4.
- - vocatur die Einſegnung *ib.*

Pupillus.

Pupillus auctore tutore præſentare poteſt III. 38, 108.

Q.

Quadrageſima.

Quadrageſima an ab inſtituto apoſtolico petenda III. 46, 13.
- - ex varietate circa ieiunia vſitata orta *ib.* 16.

R.

Raptus.

Raptus quatenus iuſtam repudii cauſam præbeat IV. 1, 173.

Redemtiones altarium.

Redemtiones altarium prohibitæ ſunt III. 37, 74.
- - ex feudorum moribus tractæ *ib.*

Refectio.

Refectio eccleſiarum ab initio fiebat ex liberalitate a quolibet III. 48, 28.
- - regulariter incumbit domino *ibid.* 29.
- - aliquando eſt neceſſitatis *ib.*
quod illuſtratur argumentis ædium *ib.* 30.
- - rei alienæ extra ordinem fit
1) ob ſeruitutem
2) ob damnum datum
3) ob pactum *ib.* 31.
- - eſt neceſſaria tum ex ratione ipſa *ib.* 33.
tum ex legibus *ib.* 34.
tum ex conſtitutionibus conciliorum *ib.* 35.
tum ex ſtatutis proteſtantium *ib.*
- - non eſt neceſſaria in templis infidelium *ib.* 36.
- - iudæorum ſynagogis indulta ex mera gratia *ib.*
- - in iis, quas poſſident hæretici, nequidem permittitur III. 48, 37.
- - proteſtantibus a Romana eccleſia denegatur *ib.* 38.
- - his tamen impediri nequit *ib.*
- - non eſt neceſſitatis, ſi ſuperfluæ ſint eccleſiæ *ib.* 39.
quod ex legibus illuſtratur *ib.* 40.
- - eſt quoque remiſſa in caſu inopiæ *ib.* 41.
- - in caſu neceſſitatis imperari poteſt *ib.* 41.
per actionem popularem *ib.*

an

Digitized by Google

an in hoc casu sit vsus huius actionis *ib.* 43.
- - primario principibus incumbit *ib.* 44.
ex iure delegato vero episcopo *ib.* 54.
vid. *Episcopi.*
- - olim ad curatores operum publicorum pertinebat *ibid.*
quæ cura deterior cura episcopali *ibid.*
- - extra ordinem olim a regibus per missos fiebat *ib.* 50.
quod illustratur ex praxi ecclesiarum protestantium *ib.* 51.
- - ordinarie cui demandata sit *ib.*
- - sit quoque a visitatoribus *ib.* 52.
- - pertinet ad vniuersitatem *ib.* 53.
- - priuatarum sit a domino *ib.* 54.
nisi dotem sufficientem constituerit *ibid.*
- - non tantum ex dote, sed etiam decimis & oblationibus facienda *ib.* 55.
pro arbitrio tamen episcopi, quod non raro iniquum erat *ibid.*
vnde nata diuisio in quatuor partes *ibid.*
quæ tandem desiit *ib.* 57.
- - in Hispania sit ex tertia portione episcopis ademta *ib.* 59.
- - incumbit beneficiatis cessante fabricæ patrimonio III. 48, 63.
- - imposita est clericis ecclesias possidentibus III. 48, 64.
nec non laicis iure feudi eas possidentibus *ibid.* 65.
quod illustratur ex legibus ecclesiasticis *ib.* 66.
variæ ex hac iurium immutatione difficultates emerserunt *ibid.* 67.
1) circa distributionem huius oneris *ibid.*
2) quoad ecclesias vnitas, in quibus refectio pertinet ad rectorem dominum, non vicarium *ibid.*
- - vnitarum inde prælatis incumbit *ibid.*
fundamentum huius obligationis *ib.* 68.
3) quatenus quilibet parochus ex reditibus suis teneatur *ibid.* 69.
quod specialius determinauit concilium Tridentinum *ib.* 70.
- - etiam patronatarum parochis incumbit *ib.*
- - cathedralium cui curæ esse debeat *ibid.*
- - sit pro viribus *ibid.*
- - in subsidium pertinet ad patronos & parochianos *ibid.*
- - quandoque diuiditur, vt clerus ad chori, parochiani vero ad nauis refectionem teneantur *ibid.*
- - consuetudine sæpius parochianis simpliciter imponitur *ibid.* 72.
- - in ecclesiis Protestantium parocho non incumbit III. 48, 73.
- - sit ex ærario *ib.*
nisi dolo vel culpa parochi ruina facta *ibid.*
- - in subsidium parochianis incumbit, desuper tamen audiendis *ibid.* 74.
vt & vnitis filiastis *ibid.*
vbicunque habitent *ibid.*
eiusdem tamen religionis *ibid.*
huius contributio facienda secundum vires patrimonii *ibid.*
- - quatenus pertineat ad patronos *ibid.* 75.
- - quomodo fiat *ib.* 76.
an reficiendi modus restrictus sit per Instrumentum pacis *ib.* 77.
momenta controuersiæ Augustanæ *ibid.* 78.
& Nordlingensis *ibid.* 79.

Reformatio.

Reformatio Germanica turbas excitauit multas D. 68.

Digitized by Google

Religio christiana.

Religio christiana emendat vitia rempubl. turbantia III. 34, 18. seq.

Religio monastica.

Religionis monasticæ ingressus soluit sponsalia III. 32, 2.
hanc coniuges mutuo consensu ingredi possunt III. 32, 4.
- - mutatio quatenus dissoluat sponsalia, vid. *Repudia, Professio.*

Reliquiæ SS.

Reliquiæ SS. cur pedetentim in occidente consecrationi accesserint III. 40, 16.
- - olim terræ mandatæ sunt, non altaribus *ibid.*
- - primum Romæ in altaribus positæ sunt *ib.* 17.
quod vbique receptum per occidentem *ibid.*
- - multum promouerunt consecrationis doctrinam *ibid.* 18.
- - magnam vtique requirunt curam *ibid.* 20.
- - quomodo thurificentur *ib.*
& transferantur in processi[illegible] *ibid.*
earum processio est ad instar exsequiarum *ibid.*
ante has vigiliæ celebrantur *ibid.*
- - quomodo probentur III. 45, 5.
fabulæ de his ab Erasino agnitæ *ib.* 7.
- - non sine sacrilegio auferuntur *ibid.* 8.

Repudia.

Repudia a diuortio distinguuntur IV. 1, 146.
- - quid sint? *ibid.*
- - apud Romanos olim in sponsalibus stipulatione firmatis non erant simpliciter permissa *ib* 147.
horum libertas vnde orta *ib.* 148.
quæ nequidem pœnali stipulatione restringi poterat *ibid.* 149.
sed per aliquot secula durauit *ibid.*
postea sub imperatoribus sub pœna quadrupli restricta *ibid.* 150.
rursus secundum quid sublata *ibid.*
admissa tamen pœna conuentionali *ibid.*
sublata quoque sunt inter christianos *ibid.* 151.
1) ob contrariam morum disciplinam *ibid.*
2) quod sponsalibus quædam benedictio accederet *ibid.* 152.
3) quod sponsalia sint initiatum matrimonium *ib.* 154.
conclusiones ex hac doctrina *ib.*
hæc patrum doctrina tamen in fora ciuilia eo tempore non fuit introducta *ib.* 155.
etiam in occidente *ibid.*
sed postea ad nostra fora tracta *ibid.* 156.
maximum vero vsum habuit in iure canonico ob distinctionem inter sponsalia de præsenti & de futuro puberum & impuberum IV. 1, 157.
doctrina hæc propagata ad Protestantes, sed mirifice turbata *ib.* 158.
- - distincta sunt a nullitate *ib.* 159.
- - non nisi re adhuc integra locum habent *ibid.*
- - recte conceduntur ob iustam causam ex postfacto interuenientem *ibid.* 160.

Repudium.

Repudium an & quomodo locum habere possit ob inimicitias capitales IV. 1, 163.
plures illud *simpliciter* hoc casu excludunt *ib.* 164.
referuntur & examinantur duæ priores obiectiones *ibid.* 165.
tertia

Digitized by Google

teſtis ratio examinatur *ib.* 166.
quarta refutatur *ibid.*
genuinus ſenſus c. 2. X. de ſponſal. *ib.* 167.
huius probata cauſa vnde dignoſcatur *ib.* 168.
. . iuſtum eſt in caſu perfidiæ alterutrius *ib.* 169.
. . ex iuſta cauſa conceditur, ſi quis noua cum alia ſponſalia iniit *ib.* 170.
vel ob ſtuprum alterutrius *ibid.* 171.
quid, ſi vterque in pari reatu ſit? *ib.*
quid, ſi ſponſo volente ſtuprum paſſa? *ib.* 172.
. . locum habet in caſuali ſimulque notabili rerum mutatione, vel in ſtupro violento vel raptu ſponſæ *ib.* 173.
. . an ob ſolum raptum decerni poſſit *ibid.*
iuſtum eſt, ſi morbi notabiles ſupervenerint *ib.* 174. 176.
quod de iure canonico ſolum in ſponſalibus de futuro locum habet IV. 1, 174.
praxis Proteſtantium *ib.*
. . quatenus ob furorem admittatur IV. 1, 175. IV. 8, 2. 3. 4.
quatenus ob faciem deturpatam ex variolis IV. 1, 176.
. . recte decernitur, ſi ſponſus iacturam bonorum paſſus eſt *ib.* 177.
quid, ſi dimiſſus ab officio publico fuerit? *ib.*
quid, ſi ſponſa iacturam bonorum patiatur? *ibid.*
. . an concedendum ob religionis mutationem *ib.* 178.
. . in caſu ſuperuenientis affinitatis neceſſitatis eſt *ib.* 179.
non habita ratione pontificiorum diſtinguentium inter ſponſalia de futuro & de præſenti *ibid.*
. . quatenus ob crimina commiſſa concedatur IV. 1, 180.
inanis Carpzouii diſtinctio reiicitur *ibid.*
quatenus ob morum corruptionem *ibid.* 181.
quatenus ob diuturniorem abſentiam *ib.* 182.
quid de iure ciuili hoc caſu ſtatutum *ibid.*
quid de iure canonico *ibid.*

Reſidentes.

Reſidentes ſimiles ſunt legatis extraordinariis III. 37, 50.
. . priuata ſacra exercent *ibid.*
quod illuſtratur ex cauſa Colonienſi *ib.* 51.
rationes regis Boruſſiæ *ibid.*
Colonienſium obiectiones *ib.* 52.
quæ reſoluuntur *ibid.* 53.
huius controuerſiæ deciſio *ib.* 54.
pontificis petulantia circa hæc *ib.* 55.
. . ſtatuum ex ſententia cæſarum priuata ſacra exercere nequeunt *ib.* 56.
huius negationis peculiares rationes *ib.* 57.

Reſtitutio in integrum.

Reſtitutio in integrum de iure canonico ex capite ætatis ſolum locum habet in ſponſalibus de futuro, non de præſenti IV. 1, 73.
. . hæc ſi ſecundum hunc caſum in foris Proteſtantium decidenda, præmittendum, agi de reſtitutione minorum ex capite ætatis *ibid.*
non maiorum, propter dolum, errorem &c. *ibid.*
ſponſalia præſupponenda valida, non repudio ſubiecta *ibid.* 74.
hic non quæſtio eſt de iure ciuili, ſecundum quod hæc non opus erat *ibid.* 75.
ſed de iure hodierno recentiori *ibid.*

quamuis poſtea iterum quædam mutata ſint *ib.* 76.
nec huc pertinet caſus de reſcindendis ſponſalibus ex capite contumaciæ *ibid.* 77.
agitur hic tantummodo de auxilio ætatis contra ſponſalia pura *ib.* 78.
non de reſtitutione contra matrimonium *ib.* 79.
contra ſponſalia pura denegatur vulgo
1) quod in ſponſalibus ſit obligatio iuris diuini *ib.* 80.
2) quod contra matrimonium denegetur reſtitutio *ib.* 81.
ſponſalia autem ſint matrimonium initiatum *ibid.*
3) quod ſponſalia pura ſint de præſenti *ib.* 82.
4) quod ſponſalia ſint negotium ſpirituale IV. 1, 83.
5) quod æquitas hic deficiat *ib.* 84.
6) quod cauſæ matrimoniales ſint favorabiles, quæ auxilium ætatis non admittunt *ibid.* 85.
7) quod læſio in patrimonio hic ceſſare videatur *ibid.* 86.
deciſio pro reſtitutione cum ICtorum quorundam aſſenſu, vt Strykii, Brouweri, Grœnewegii, Leewenii, Voetii, Bergeri, Bruckneri *ib.* 87.
ex variis rationibus:
1) quod grauiſſimum quandoque minoribus imminere poſſit præiudicium ex matrimonio, contra quod prætor eis ſuccurrit *ib.* 88.
quod facile in ſponſalibus capi queant *ibid.*
& prætor etiam in leuioribus ſuccurrat *ibid.*
2) quia ſponſalia a ceteris conuentionibus non differunt *ibid.* 89.
3) quod in iis deſit ratio, quæ contra matrimonium reſtitutionem excludit *ib.* 90. ſeq.
4) quod erronee ſupponatur, ſponſalia pura eſſe de præſenti, quæ irretractabilia ſunt *ibid.* 91. ſqq.
5) quod minores etiam reſtituantur contra negotia, quæ alias difficulter retractantur *ib.* 94.
reſpondetur ad dubium primum *ib.* 95.
ad ſecundum IV. 1, 90.
ad tertium *ib.* 92.
ad quartum *ib.* 95.
ad quintum, quod non deficiat æquitas *ib.* 96.
nec ſcandalum inde metuendum *ib.*
nec conſcientiæ violatio *ibid.*
nec res peſſimi exempli ſtatuatur *ib.*
ad ſextum *ibid.*
ad ſeptimum *ibid.* 98.
in hac ſponſalium reſtitutione minores pro maiorennibus non habentur *ib.* 99.
hæc inter Proteſtantes fieri poteſt, ſi vel maxime cum curatore & teſtibus adhibitis minor ſponſalia contraxit *ibid.* 100.

Ritus.

Ritus ſunt neceſſarii ad religionem D. 3.
exemplo gentilium *ibid.*
poſteroruin Sethis *ibid.*
& impiorum *ibid.*
certos Deus non præſcripſit piis D. 11.
varios chriſtianorum introduxit contemtus religionis D. 16.
& procliuitas ad ſuperſtitionem D. 17.
vniuerſales qui fuerint D. 18.
vnde orti *ibid.*
particulares qui? D. 19.
quæ horum inſtituendi ratio? *ibid.*

in

Digitized by Google

in his ne potior Dei cultus quæratur, cauendum erat D. 20.
- - noſtrarum eccleſiarum ob ſpuriam applicationem reprobantur D. 21.
- - ſint liberi & indifferentes D. 22.
horum multitudo multas poſtea procreauit rixas D. 23.
ſuffultas per ambitionem *ibid.*
iam in ſeculo II. ortas D. 24.
vid. *Feſtum paſchatos.*
horum myſtici ſignificatus iam olim obtinuerunt D. 40.
plerique ritus cur admiſſi fuerint in eccleſia *ibid.*
ex horum ſignificatu varia incommoda ſunt orta D. 41.
an per reformationem rituum ſuperſtitio reiecta ſit D. 43.
his quid maxime impedimento fuerit, vid. *Bellum adiaphoriſticum.*
non omnium eccleſiarum iidem fuerunt ritus *ibid.*
poſtea LL. ſcriptæ ſunt de rebus liturgicis Proteſtantium D. 47.
plurimum tamen hic valet obſeruantia eccleſiaſtica, & cur? D. 48.
vid. *Obſeruantia eccleſiaſtica.*
- quatenus tempore Lutheri ſeruari potuiſſent D. 45.
- - oecumenici an poſſint abrogari D. 73.
vid. *Liturgia.*

Rüge-Gerichte.

Rüge Gerichte quæ? III. 39, 6.

Rüge-Meiſter.

Rüge-Meiſter qui? III. 39, 62.

S.

Sacerdotes.

Sacerdotes ex doctrina de transſubſtantiatione deificare dicuntur III. 41, 13.
- - inde inſignem prærogatiuam acceperunt *ib.* 14.
quod ex Bozio illuſtratur *ibid.*
- - ex Bozii ſententia de Chriſti perſona participant *ibid.*
vt quilibet ſacerdos ſit Chriſtus *ibid.*
- - ex eiusdem opinione renouant genus humanum *ibid.*
quod vlterius illuſtratur ex doctrina du Sauſſay III. 14. 15.
- - eminentiſſima dignitate ex horum opinione gaudent *ibid.*
- - regales eſſe dicuntur *ibid.*
- - diuinum cultum deſiderant *ibid.*
- - dignitatem angelicam ſuperant *ib.*
- - an proprio iudicio indignos arcere poſſint ab vſu S. cœnæ *ibid.* 49. 50.
quidam negant *ibid.*
cautelæ affirmantium *ibid.* & 50.
quæ tamen priuatam ſuſpenſionem magis impeditam reddunt *ib.* 51.
- - non gaudent iudicio deciſiuo in hac re *ibid.*
quum nec praxis eccleſiaſtica tot ſeculorum illud probet *ibid.*
illuſtratur hæc doctrina ex ſcriptis Speneri *ibid.*
- - ſi occulti delicti commiſſi conſcii ſint, anne excludere poſſint indignos, III. 41, 53.
nouum dubium remouet B. Spenerus *ib.* 54.
- - priuatim excludere non poſſe, probatur per ordinat. eccleſ. *ibid.* 55.
ſed cognitio conſiſtorio delegata eſt *ibid.*
prætextus eorum, qui his legibus eccleſiaſticis ſe haud adſtringi patiuntur *ibid.* 58.
propter principia papizantia *ibid.*
- - quid, ſi credant, ſe ſalua conſcientia conſiſtorio parere non poſſe? *ib.* 59.

- quid, ſi extreme contumaces ſint & impetuoſi? *ibid.*
ſana Speneri deciſio *ibid.*
- obligantur omnino conſiſtorio ad parendum *ibid.*

Sacerdotes domeſtici.

Sacerdotes domeſtici præponebantur oratoriis procerum priuatis III. 37, 18-20.
- ad viliora officia adhibebantur *ib.*
- a procerum nutu dependebant *ibid.* 19.
- ab epiſcopo ordinandi, non reiiciendi *ibid.*

Sacerdotes aulici.

Sacerdotes aulici cur hodie vocentur capellani III. 37, 25.
- principes ab vſu ſacræ cœnæ excludere non poſſunt *ib.*

Sacra.

Sacra vnius gentis non ſubſunt iuri alterius gentis *ibid.* 46.
- olim apud gentiles in lucis fiebant III. 46, 3.
- cur a laicis tangi nequeant III. 40, 47.

Sacra priuata.

Sacra priuata an iure vindicentur a legatis, vid. *Legati, Reſidentes.*
- tantum ſubditis ſunt interdicta III. 37, 46.
- an etiam iter facientes exercere poſſint *ibid.* 62.

Sacramentum.

Sacramentum eiusque verba vid. *Euchariſtia.*

Sacrilegium,

Sacrilegium committitur, ſi reliquiæ ſanctorum auferuntur III. 45, 8.
- ſi quis vim perſonæ infert in eccleſia III. 49, 14.
vel ſacra turbat *ibid.* 15.
vel vim loco infert *ibid.*
- hoc qua pœna vindicetur, vid. *Sanctitas externa.*
- committitur, ſi immediate ſanctitas interna eccleſiarum violatur III. 49, 38.
- an inter Proteſtantes agnoſcatur *ibid.* 39.
rationes dubitandi *ibid.*
in ſanctione Carolina agnitum *ib.* 40.
deciſio *ibid.*
- inducitur per bigamiam IV. 4, 5.

Sancti.

Sancti cur olim ſub altaribus & poſtea in facie eius ſepulti fuerint III. 40, 53.
- qui olim dicti? III. 45, 3.
- qui per abuſum? *ibid.*
- vt fiant, neceſſe eſt, vt miraculis inclaruerint & morum integritate inclyti ſint III. 45, 6.
de horum inuocatione Eraſmi ſententia *ibid.* 7.
per hos iuramentum præſtatur *ib.* 8.
in hos blaſphemia committitur *ibid.*
vid. *Blaſphemia.*

Sanctitas.

Sanctitas eſt qualitas primaria eccleſiarum III. 49, 1.
- harum immunitatem producit *ibid.*
- eſt vel externa vel interna *ibid.* 2.

Sanctitas ciuilis.

Sanctitas ciuilis quid? III. 49, 13.

Sanctitas externa.

Sanctitas externa magnopere differt ab interna III. 49, 3.
- eccleſiis plane non eſt deneganda *ibid.* 9.
- con-

Digitized by Google

- - consistit in inuiolabilitate eccle-
siæ *ibid.* 13.
- - recte tribuitur ecclesiis *ibid.*
- - an producat ius asyli *ibid.* 17.

Sanctitas interna.

Sanctitas interna male tribuitur ecclesiis III. 40, 43.
ieiuna Schmirii argumenta *ibid.*
- - quos effectus producat III. 40, 44. 45. 46. 47. 48. & III. 49, 10.
- - magnopere differt ab externa *ibid.* 3.
- - introducta consecratione seculo IV. ecclesiis tributa *ibid.* 4.
- - ecclesiis noui testamenti non tribuenda *ibid.* 5.
contraria sententia examinatur *ibid.*
quæ nullius est ponderis *ibid.*
- - ex præsentia Christi in S. cœna deducta examinatur III. 49, 7.
- - a cura & protectione Dei deducta reiicitur *ibid.* 8.
Apollonii sententia de sanctitate hac templorum reiicitur *ibid.* 11.
- - ex consensu Engelbrechti refutatur *ibid.* 12.
- - mediate violatur in rebus & personis in ecclesiis versantibus *ib.* 14.
veluti si quis vim infert personæ in ecclesiis *ibid.*
& sacra turbat *ibid.* 15.
vel vim loco infert *ibid.*
- - violata capitali pœna vindicatur *ibid.*
mitigata a Iustiniano *ibid.* 16.
adeo, vt aliquando arbitraria dicatur *ibid.*
quod responso illustratur *ibid.*
- - magis parit ius asyli, quam externa III. 49, 19.
- - stabilita est a Theodosio *ibid.* 25.
- - immediate violatur variis modis *ibid.* 38.

Sapiencia.

Sapientia in missionariis desideratur III. 33, 30.

Scholæ.

Scholæ inprimis aperiendæ a missionariis III. 33, 31.

Senatus oppidanus ciuitatum municipalium.

Senatus oppidanus ciuitatum municipalium quo iure gaudeat circa liturgica D. 75.

Sequestrum feminarum.

Sequestrum feminarum, quando locum habeat IV. 1, 132.

Simonia.

Simonia committi censetur, si pro ingressu in monasterium aliquid datur III. 31, 89.
temperamentum circa hanc sententiam *ib.* 90.

Solennia.

Solennia ad baptismi substantiam non pertinent III. 42, 22.
- - ignorata sunt hoc casu a primitiva ecclesia *ibid.*
- - in baptismo adultorum olim omittebantur *ibid.*
- - nata demum sunt ex sedula præparatione adultorum III. 42, 23.
- - etiam infantibus in baptismo, sed sine ratione applicata sunt *ibid.*
plura vid. tit. *Baptismus.*
- - in matrimonio ecclesiastica, vid. *Benedictio sacerdotalis*, *Proclamatio*, *Sponsalia* &c.

Solitarii.

Solitarii vid. *Vita solitaria.*

Sollicitudo.

Sollicitudo in visitatione est vel voluntaria vel necessaria III. 39, 5.
- - voluntaria quid? *ibid.*
- neces-

Digitized by Google

- - necessaria est vel sine imperio *ibid.* 6.
  vel cum imperio *ibid.* 7.

Sorores laicæ.

Sorores laicæ vid. *Laicæ sorores.*

Sponsa.

Sponsa monasterium intrans fide coniugali rupta ad Deum dicitur transire apud catholicos *ibid.* 32, 3.
- - de præsenti an habeat ius hypothecæ tacitæ, si concursus creditorum oriatur, vid. *Sponsalia de præsenti.*
- - ludens promissis suis nonnunquam ad satisfactionem tenetur IV. 1, 107.
  quod responso illustratur *ibid.*
- - sperata, pacta & desponsata *ib.* 4.

Sponsalia.

Sponsalia contrahuntur consensu categorico & claro IV. 1, 101.
- - non probantur ex literis amatoriis *ibid.*
- - an per annuli dationem contrahantur *ibid.* 102.
- - a surdis & mutis recte ineuntur *ibid.* 103.
- - serio & deliberato consensu ineunda *ibid.* 104.
  quod speciatim illustratur *ib.* 106.
- - non producuntur per pacta futurorum sponsalium *ibid.* 38.
- - a ceteris conuentionibus non differunt *ibid.* 44.
- - non sunt negotium spirituale *ibid.* 83. & 90.
- - olim cum consilio presbyterorum inibantur IV. 3, 11.
- - & manifestanda erant apud ecclesiam cum oblatione IV. 3, 13.
- - item benedictione *ibid.* 14.
- - & quadam manuum impositione *ibid.* 15.
- - requirunt consensum bona fide, remoto dolo initum IV. 1, 141.
- - dolosa respectu decepti sunt nulla, non respectu decipientis *ibid.*
- - inducunt honestatis publicæ impedimentum *ibid.* 144.
- - producunt obligationem perfectam *ibid.* 145.
- - repudio tolluntur *ib.* 146. sqq.
  vid. *Repudium.*
- - stipulatione contracta olim libertas repudiorum tollebatur *ib.* 147.
- - hac sublata solo consensu ineuntur *ibid.* 148.
- - apud Christianos per benedictionem inita *ibid.* 152.
  per plura secula *ibid.* 153.
  ex mente quorundam dicta sunt initiatum matrimonium *ibid.* 154.
- - per leges ciuiles ex patrum doctrina maiorem acceperunt efficaciam *ib.* 156.
- - inter Protestantes mutuo dissensu dissoluuntur *ibid.* 162.
- - dissoluuntur ex variis causis, vid. *Repudium.*
- - non recte dicuntur minus solenne matrimonium IV. 1, 8.
- - per quatuor gradus ineuntur *ib.* 40.
  bina contrahens delinquit IV. 4, 6.
  noua acceperunt iura per monachismi fauorem III. 32, 1.
- - propria sic dicta non sunt de præsenti IV. 1, 3. 4.
  sed de futuro *ibid.*
- - an coactionem admittant *ibid.* 49. sqq.
  vid. *Sponsalia coacta.*
- - an habeant obligationem iuris diuini *ibid.* 80. 95.
- - hodie publice coram testibus ineuntur, vt constet de consensu sponsalitio qualificato IV. 1, 105.

quod

Digitized by Google

quod praxi Proteſtantium firmatur *ib.*
vid. *Sponſalia publica.*
- - accenſenda ſunt negotiis bonæ fidei IV. 1, 112.
quid referat, an ſponſalia ſint nulla, an vero reſtitutione indigeant IV. 1, 114.
- - olim abſolute conſenſum parentum requirebant IV. 2, 2.
ſub pœna nullitatis *ib.*
quod illuſtratur ex conſenſu recentiorum *ib.* 3.
recentior doctrina contraria nata ex doctrina de ſacramento matrimonii, vid. *Matrimonium.*
- - ſine conſenſu parentum inita apud proteſtantes ſunt irrita IV. 2, 8.
fundamentum iuris ciuilis *ib.*
iurisque hodierni diuerſum *ib.*
genuinum vero quærendum in parentum poteſtate naturali *ib.* 9.
quam Germani ſecuti ſunt *ib.*
- - apud Germanos vnde requirant conſenſum matris *ib.* & 12.
quibus principiis Germanos inſtitiſſe demonſtratur IV. 2, 10.
& ex conſtitutionibus hodiernis illuſtratur *ib.*
- - etiam impii patris conſenſum deſiderant *ib.* 12.
- - inter liberos contracta a patria poteſtate liberatos absque conſenſu parentum valent *ib.* 13. 14.
inprimis ex ſanctione Brandenburgica IV. 5, 1.
a filia, vidua facta, & ad patris vel matris domum reuerſa, ſine horum conſenſu contracta an ſubſiſtant *ib.* 16.
- - ex defectu conſenſus parentum non irritantur, niſi interueniendo eum allegent *ib.* 17.
quod reſponſo illuſtratur *ibid.*
- - quomodo valeant, ſi parentes iniuſte conſenſum negant *ib.* 18.
- - cum virgine vi compreſſa contracta an valeant IV. 5, 2.
- - cum meretrice b. f. inita valent de iure canonico *ib.*
ſecus inter proteſtantes *ib.*
quid, ſi virgo inepta ſit ad matrimonium? *ib.*
- - ſi poſt ſe notabilem rerum mutationem traxerint, quatenus ſubſiſtant *ib.* 3.
- - viuente vxore contracta ſunt invalida IV. 7, 6.
quod reſponſo illuſtratur *ib.*

Sponſalia de præſenti & de futuro.

Sponſalia de præſenti & de futuro novum inuentum ſunt iuris canonici iuri ciuili incognitum IV. 1, 4.
Cocceii de hac diſtinctione ſententia *ibid.*
non conuenit hæc diuiſio cum Romanorum moribus, qui diſtinguebant inter ſponſam ſperatam, pactam & deſponſatam IV. 1, 4.
Romani tantum vnam agnoſcebant ſpeciem *ib.* 5. 7.
iis omnia erant de futuro *ib.*
Huberi de hac diſtinctione ſententia *ib.* 6.
Lynckeri ſententia examinata *ib.* 9.
eam diſtinctionem reprobauit Lutherus *ib.* 24. ſqq.
ICti proteſtantes retinuere diuiſionem mutatis definitionibus *ib.* 27.
& tamen iuris canonici concluſiones retinuere *ib.* 28.
Lutheri nouas definitiones, huic diviſioni tributas, retinuere ICti *ib.* 30.
aliter ex iuris naturæ principiis hæc doctrina proponi potuiſſet *ib.* 40.

Digitized by Google

distinctionem hanc vsum habere negat Brucknerus *ib.* 41.
habet tamen omnino vsum, sed perversum *ib.* 42.

Sponsalia de præsenti.

Sponsalia de præsenti an foris protestantium sint proprie dicta sponsalia IV. 1, 10.
- - de iure canonico sunt, vbi verba de præsenti requiruntur, consensum matrimonialem declarantia *ib.* 12.
- - non præcise verba desiderant consensum matrimonialem declarantia *ib.*
sed facto ipso consensus declarari potest *ib.*
- - inde esse censuerunt ipsum matrimonium *ib.* 13.
quod iure canonico nullas solennitates requirit IV. 1, 14.
- - nata sunt ex patrum doctrina, qua sponsalia coniugium esse dixerunt *ib.* 15.
quod alii patres haud admisere *ib.*
quos Gratianus inepte conciliauit *ibid.*
per ineptam distinctionem inter matrimonium initiatum & ratum *ib.* 16.
scholastici ad hunc dissensum tollendum excogitarunt inter sponsalia de præsenti & de futuro distinctionem *ib.*
Chemnitii sententia examinatur IV. 1, 17.
accedebat persuasio, consensum matrimonialem simpliciter facere matrimonium *ib.* 18.
- - vtilia esse iudicabant, vt sponsalia redderentur indissolubilia *ib.* 19.
exemplo Friderici II. ducentis Henrici III. sororem *ib.*
& Friderici III. ducentis Alphonsi sororem *ib.* 20.
- - hodie apud pontificios non amplius pro matrimonio habentur *ib.* 23.
distinctio inter hæc & de futuro reprobata est a B. Luthero *ib.* 24.
cuius mentem tamen non accurate assecutus est *ib.* 25.
aliter eam explicandam esse, & sic retineri posse censuit *ib.* 26.
de vlterioribus fatis huius distinctionis vid. *Sponsalia.*
- - ex mente B. Chemnitii sunt illa, quæ pura sunt *ib.* 33.
in quo recedit a iure canonico, & de præsenti dicit, quæ eo iure dicuntur de futuro *ib.*
inde varios nouos conceptus sibi ICti protestantes de hac distinctione formarunt *ib.* 34.
- - ex hoc fonte dicebantur sponsalia proprie dicta *ib.*
- - inter protestantes in sensu iuris canonici regulariter non dantur *ib.* 39. 159.
- - inter protestantes vsitata, ex perversa applicatione iuris canonici matrimonia dicuntur *ib.* 48.
- - præcedunt conditionata in concursu cum illis, ex incongrua iuris canonici appellatione *ib.* 61.
- - ex eodem errore præferuntur, licet conditionatis posterioribus accesserit concubitus vel hierologia *ib.* 63.
- - si concurrunt, ex praxi iuris canonici priora præferri debent *ib.* 65.
adeo vt refractarius ad priora ineunda de iure can. cogi possit *ib.*
quod secus inter protestantes *ib.*
nec officit, quod iuramento posteriora confirmata fuerint *ib.*
vel quod concubitus ad ea accesserit *ib.* 66.

adeo

Digitized by Google

adeo vt hoc neque ad putatiua ſponſalia poſteriora applicari poſſit *ib.*
quamuis his caſibus ordinationes eccleſiaſticæ varient *ib.* 67.
quod idem dicendum, ſi vel maxime poſterioribus acceſſit hierologia *ib.* 68.
- - an ſecundum principia proteſtantium dari poſſint *ib.* 69.
- - in dubio ex mente iuris canonici præſumi debent *ib.* 70.
quod male ad doctrinam proteſtantium applicatur *ib.*
Thomaſii in hoc caſu ſententia refertur *ib.*
- - ius hypothecæ tacitæ ſponſæ tribuunt in concurſu ante conſummatum matrimonium moto ſecundum ius canonicum *ib.* 71.
quod ſecus ſecundum principia proteſtantium *ib.*
- - poſt rem iudicatam renunciationem litis non admittunt de iure canonico *ib.* 72.
bene tamen inter proteſtantes *ib.*
- - minori reſtitutionem in integrum de iure canonico non indulgent, bene tamen de futuro *ib.* 73.
vid. *Reſtitutio in integrum.*
- - non ſunt ipſum matrimonium *ib.* 91.
- - cum puris non ſunt confundenda *ib.* 82. 92.
- - ex mente iuris canonici repudium non admittunt, bene tamen ſponſalia de futuro *ib.* 159.
doctrina hæc propagata ad proteſtantes, ſed mirifice turbata *ib.* 158.
- - in ſenſu iuris canonici inter proteſtantes non dantur *ib.* 159.
- - impuberum ſunt inualida IV. 2, 29.

Sponſalia de futuro.

Sponſalia de futuro de iure canonico ſunt proprie dicta ſponſalia, non de præſenti IV. 1, 10.
non vero in foris proteſtantium *ib.*
- - eodem modo definiuntur, quo ſponſalia de iure ciuili *ib.* 11.
quid circa ſponſalia hæc & de præſenti monuerit Lutherus,
vid. *Sponſalia de præſenti.*
horum *κριτήρια* Chemnitiana examinantur *ib.* 30. ſeqq.
- - an adſint in conſenſu ſuſpenſiuo *ib.*
an in ipſa tractatione, ſi abrumpuntur *ib.*
- - non contrahuntur per pactum futurorum ſponſaliorum IV. 1, 31.
- - non ſunt per conditionem vel ab impuberibus tantum *ib.* 32.
- - ex ſententia Carpzouii ſunt tractatus ſponſalitii *ib.* 35.
vel conditionata ſponſalia *ib.* 36.
contra mentem iuris canonici *ib.*
Strykii conſenſus illuſtrationis gratia adiicitur IV. 1, 37.
- - etiam hodie fieri dicuntur per pacta futurorum ſponſaliorum *ib.* 38.
- - inter proteſtantes ſunt improprie dicta ſponſalia *ib.* 39.
- - in ſenſu iuris canonici ſumta ſunt noſtra ſponſalia de præſenti *ibid.*
- - de iure canonico mutuo conſenſu diſſolui poſſunt *ib.* 46.
nec refractarius abſolute cogitur *ib.*
peruerſe hæc doctrina applicatur in foris proteſtantium *ib.* 47.
- - an per concubitum transeant in matrimonium *ib.* 59.
quod ſæpius peruerſe applicatur *ib.* 69.
- - ſi concurrunt cum ſponſalibus de præſenti, peruerſe poſteriora poſtponuntur *ib.* 61.

Digitized by Google

priora ex peruerſa iuris canonici appellatione tunc præferenda ſunt, ſi iis concubitus acceſſerit, antequam poſteriora de præſenti inita ſunt *ib.* 64.
repudium admittunt, non de præſenti *ib.* 157.
quid inter proteſtantes? *ib.* ſeqq.
tantum dantur inter proteſtantes *ib.* 159.
mutuo diſſenſu a ſponſalibus recedere licet de iure canonico *ibid.* 161.
ſed cum auctoritate iudicis eccleſiaſtici *ibid.*
an inter proteſtantes, vid. tit. *Sponſalia.*
ſi concurrunt, præferenda priora IV. 4, 1.
quid, ſi ad alterutra concubitus acceſſerit? tunc ea præferenda, quæ concubitu confirmata ſunt IV. 4, 2.
variant tamen ſtatuta locorum *ib.*
poſteriora ſi benedictione ſacerdotali confirmata fuerint, hæc præferenda *ib.* 3.
ſecus inter proteſtantes *ib.*
ſi concubitu confirmata fuerint, antequam de præſenti acceſſerint, quænam præferenda *ib.* 4.

Sponſalia conditionata.

Sponſalia conditionata an producant ſponſalia de futuro IV. 1, 32. 36.
an poſtponantur in concurſu ſponſalium *ib.* 62.
copula carnali & ſacerdotali firmata an poſtponantur puris, etiamſi illis priora fuerint *ib.* 62.
an ſponſalibus de præſenti *ib.* 63.
niſi his prius concubitus acceſſerit, quam poſteriora de præſenti inita ſint *ib.* 64.
æque obligant ac pura inter proteſtantes *ib.* 159.
in ſe habent conditiones expreſſas & tacitas IV. 51, 1. 2.
vid. *Conditio.*
honeſta ſuſpendunt obligationem ſponſalitiam *ib.* 4. 5.
niſi fuerint remiſſæ conditiones *ib.*
quod declaratur ex c. 1. X. h. t. *ib.*
tacite admittere poſſunt conditiones *ib.* 6.
circa hæc ſi impoſſibilia vel turpia fuerint, magnæ difficultates ortæ *ib.* 7.
ob c. fin. X. h. t. quod explicatur & intelligendum eſt de ſponſalibus de præſenti, non de futuro *ib.* 8.
de conditione reſolutiua ſeu ſub modo *ib.* 9.
non de ſuſpenſiua *ib.*
rationes decidendi huius textus *ib.* 10.
vitiantur ob turpem conditionem *ib.* 11.

Sponſalia clandeſtina.

Sponſalia clandeſtina ex peruerſa iuris canonici applicatione per concubitum tranſire dicuntur in matrimonium IV. 1, 60.
ad hæc qui puellam ſeducit, puniri poteſt IV. 2, 19.
reſponſum *ib.*
non conualidantur per concubitum *ib.* 20.
an ex capite miſericordiæ, vt ſuccurratur vitiatæ *ib.* 21.
vid. plura ſub tit. *Matrimonium clandeſtinum.*

Sponſalia pura.

Sponſalia pura an & quatenus tam inter catholicos, quam inter proteſtantes iuramentum admittant IV. 1, 43.
quatenus transactionem *ib.* 44.
quatenus compromiſſum *ib.* 45.

produ-

Digitized by Google

- - producunt obligationem præciſam *ib.* 48.
- - qualem coactionem admittant, vid. *Sponſalia coacta.*
- - cur conditionatis prioribus præferantur? licet his poſtea acceſſerit concubitus aut copula ſacerdotalis *ib.* 62.
- - an reſtitutionem in integrum admittant ex capite minorennitatis *ib.* 73. ſqq.
hic ſtatus controuerſiæ recte formandus, rationes dubitandi reſoluuntur *ib.* 80. ſq.
adducto conſenſu ICtorum *ib.* 87.
rationes decidendi adiiciuntur *ibid.* 88. ſqq.
vid. *Reſtitutio in integrum.*
- - ſunt matrimonium initiatum de iure canonico *ib.* 81.
quod falſum *ib.* 90.
- - non ſunt de præſenti IV. 1, 82. 92.
- - de iure canonico ſunt de futuro *ib.* 93.
- - non ſunt vinculum indiſſolubile *ib.* 90.

Sponſalia publica.

Sponſalia publica coram teſtibus fieri debent IV. 1, 105.
- - ſolent quandoque pacto præcedente reſeruari *ib.* 106.
ante hunc terminum pœnitentiæ locus *ibid.*
- - debent eſſe libera *ib.* 107.

Sponſalia coacta.

Sponſalia coacta ſecundum quid, an de iure canonico valeant IV. 1, 49.
quod affirmatur *ib.* 50.
remouetur dubium ex c. 17. X. de ſponſal. *ib.* 51.
- - ſecundum quid admittuntur ex approbatione noſtrorum conſiſtoriorum *ib.* 52.
- - non ſubſiſtunt, ſi abſolute talia ſunt IV. 1, 53. 107.
- - an producant obligationem ex copula ſacerdotali IV. 1, 54.
reſponſum *ibid.*
coactio abſoluta admittitur, ſi
1) ſtuprator dotare ſtupratam nequit *ib.* 55.
2) ſi ſponſalibus copula carnalis acceſſit *ib.* 56.
3) ſi quis diuturna conſuetudine mulieri vt vxori cohabitauit *ib.* 57.
- - ex ſententia Sanchezii ſunt valida *ib.* 111.
cuius argumenta examinantur *ib.*
& illuſtrantur ex iure ciuili & canonico *ib.*
- - etiam iure ciuili ipſo iure nulla ſunt *ib.* 112.
quod negotiis b. f. accenſenda ſint *ibid.*
quod etiam de iure canonico verum *ibid.*
reiicitur ſententia Bruckneri exiſtimantis, de iure ciuili ſponſalia coacta reſtitutionem poſtulaſſe *ib.* 113.
- - ex ſententia Sanchezii reſtitutionem admittunt, licet ſint valida *ib.* 114.
quid, ſi vi metuque tertii contracta ſint? *ib.* 115.
rationes dubitandi *ib.*
deciſio ex iure canonico & ciuili *ib.*
- - cum certa perſona liberis a parentibus imperari nequeunt *ib.* 116.
maxime olim filiis familias *ib.*
ſecus in filiabus familias *ib.*
niſi pater filiam indigno nupſerit *ib.*
ratio diuerſitatis *ib.*
talia ſponſalia de iure canonico ſine vllo diſcrimine ſexus invalida ſunt *ib.* 117.
etiam de iure veteri Germanico *ibid.* 118.

Digitized by Google

et praxi hodierna, quæ duplici reſponſo illuſtratur *ib.* 119. 120.
- - nec iuramento firmata conualeſcunt *ib.* 121.
Auguſtini ſententia examinatur *ib.*
nec relaxationem deſiderant *ib.* 122.
ad hæc pater liberos, qui cœlibatum præferunt, cogere nequit *ib.* 123.
Romani tamen diſtinxere inter filios & filias *ib.*
- - in genere (non cum certa perſona) ineunda quid operentur *ibid.* 124.
parentes nequidem non adultos ad ſponſalia cogere queunt IV. 2, 1.
vid. plura ſub tit. *Matrimonium.*

Sponſalia impuberum.

Sponſalia impuberum quat. ſint de futuro IV. 1, 32.
- - admittuntur IV. 2, 28.
- - quatenus inter proteſtantes recte de futuro dicantur *ib.* 30.

Sponſalitii tractatus.

Sponſalitii tractatus an & quatenus obligent IV. 1, 159.

Sponſores.

Sponſores vid. *Patrini.*

Stationes.

Stationes quid? D. 38.
- - inſtituit Gregorius M. *ib.*
- - ſpeciatim illuſtrantur & explicantur III. 46, 17.
- - ab initio magis priuata ieiunia & deuotio erant *ib.*
- - ad horam nonam durabant *ib.* 18.
- - a ieiuniis plenis diſtinctæ *ib.* 19. & 47.
- - non recte intellexit explicuitque Pfannerus *ib.* 20.
- - an impediuerint participationem euchariſtiæ *ib.*
- - tandem in neceſſitatem abierunt *ib.* 21.
- - in diem Veneris & Sabbati reiectæ *ib.* 22.

Status euangelici.

Status euangelici, vid. *Principes proteſtantes.*

Stuprum.

Stuprum quatenus diſſoluat ſponſalia, vid. *Repudia.*

Subſidia externa.

Subſidia externa conuerſioni infidelium non ſubtrahenda III. 33, 36.

Superintendentes.

Superintendentes votum negatiuum habent in præſentatione cleri III. 38, 77.
- - præliminare ſcrutinium habent, antequam cathedram ſanctam conſcendere permittant *ib.* 80.
- - an viſitent eccleſias & quatenus III. 39, 47.
ſimul tamen a principe publica auctoritate ſunt muniti *ib.* 48.
- - duplici iure viſitant *ib.*
- - officium habent non mere ſeculare *ib.* 49.
- - vltra limites territorii extendere nequeunt viſitationes *ib.* 59.
- - non cum imperio viſitant *ib.* 78.
- - non poſſunt ſuſpendere aut pœnas dictare *ib.*
- - in crimina inquirunt *ib.* 79.
- - non vero criminali iudicio *ib.*
- - non poſſunt decreta viſitationum facere, vim ſententiæ habentia *ib.* 84.
ex conſenſu ordinat. eccleſ. *ib.*

Superſtitio.

Superſtitio ex multitudine rituum oritur D. 20.
- - quid? D. 21.
- - eſt ſequela externorum rituum *ib.* exemplo

Digitized by Google

exemplo gentilium, iudæorum & christianorum *ibid.*
- - prauæ hominum applicationi primario attribuenda *ib.*
- - quomodo orta ex tantorum rituum significatione D. 41.
- - facile oritur ex legislatoria clericorum potestate D. 69.
hac maxime laborabant gentiles moratiores & sapientiores D. 70.

Susceptores.

Susceptores, vid. *Patrini.*

Superioritas territorialis.

Superioritas territorialis an probetur ex supplicationibus publicis pro principibus faciendis III. 41, 81.
vid. *Preces.*

Synagogæ iudaicæ.

Synagogæ iudaicæ destinatione & vsu perficiebantur, nulla accedente consecratione III. 40, 9.

Synodi prouinciales.

Synodi prouinciales vnde ortæ III. 39, 16.
- - reformandis defectibus ecclesiarum inuigilabant *ib.*
studio atque ductu suorum præsidum *ib.*
- - clericorum olim in Saxonia visitationis gratia cogebantur *ib.* 72.
quæ parum profuerunt rei ecclesiasticæ *ib.*
eam ob causam sublatæ *ib.*
- - extraordinariæ a deputatis post visitationem instituebantur *ib.* 74.
quæ in Hassia vsitatæ *ib.*

Synodales testes.

Synodales testes, vid. *Testes Synodales.*

Synodalia decreta.

Synodalia decreta vnde III. 39, 73.

T.

Templa.

Templa christianorum non fuere consecrata III. 40, 11.
- - claudenda ob asseruanda pretiosa laicorum III. 43, 2.
- - non nisi adhibitis & depositis reliquiis consecrantur III. 45, 8.
- - promte exstruuntur ex opinione pietatis & meriti III. 46, 1.
auctores hanc materiam illustrantes *ib.* 2.
- - vnde originem trahant *ib.* 3.
- - vnde deriuentur *ib.*
- - olim dicebantur ædes sacræ *ib.* 4.
& quidem primum ab Ægyptiis *ib.*
- - quid? *ib.*
- - talia christianis in primæuo statu non erant necessaria III. 48, 5.
- - ab iis non exstruebantur *ib.*
Espenii ratio in contrarium *ib.*
quæ refutatur *ib.* 6.
- - seculo III. non memorantur *ib.*
- - sub Constantino demum sunt exstructa *ib.* 8.
- - sub eodem dicebantur domus ecclesiæ *ib.*
hæc ædificandi libertas admodum aucta est *ib.*
tandem ob abusus per leges coercita *ib.* 9.

1) quod quidam quæstus causa ea ædificarent *ib.*
2) vt hæreticorum cœtus ita impediretur *ib.* 10.
3) ne absque dote exstruerentur *ib.*
4) quod solius gloriæ causa plures ea ædificarent præter necessitatem *ib.* 11.
5) propter superstitionem *ib.* 12.
6) vt semina æmulationum tollerentur *ib.* 13.
- - inde auctoritate publica exstrui debebant *ib.* 14.

et

et quidem episcopali *ib.*
- - olim ab imperatoribus propria auctoritate exstruebantur *ib.*
& suo modo etiam a proceribus imperii *ib.*
imo alicubi adhuc hodie inter catholicos *ib.*
in horum exstructione protestantes principes post reformationem recte auctoritatem suam desiderandam esse censuere *ib.* 15.
inde de horum iure lites publicæ *ib.*
& sic iuri sacro limites positi *ib.*
circa hæc auctoritas publica quousque se extendere debeat, in I. P. determinatum *ib.* 16.
quamuis mox nouæ lites ortæ *ib.*
quarum primariæ referuntur *ib.* & 17.
- - exstrui possunt a subditis diuersæ religionis cum permissione principis A. C. addicti III. 48, 19.
quod responso illustratur *ib.*
- - si reficiuntur, non necessaria est auctoritas publica *ib.* 22.
- - olim inter opera publica referebantur *ib.* 24.
- - pertinebant ad censorum curam *ibid.*
nec non ad ædiles *ibid.*
- - vnde reficiebantur *ib.* 25.
vid. *Refectio ecclesiarum.*
- - N. T. an sint in peculiari dominio Dei III. 49, 6.

Templa aulica.

Templa aulica vnde originem trahant III. 37, 25. & 63.
- - hodie sunt instar parochialium ecclesiarum III. 37, 68.
obiectio remouetur *ib.*
applicatio ad controuersiam Palatinam *ib.* 69.

Testes synodales.

Testes synodales apud catholicos ad visitationem dantur sine imperio III. 39, 62.
horum vestigia occurrunt in denen Rüge-Gerichten *ib.*
eorumque officium refertur & explicatur *ib.* 63.
- - erant visitatores secreti *ib.* 64.
non publici *ib.*
an inde natales iudiciorum occultorum petendi *ib.*
- - an conferendi cum periodeutis *ibid.* 65.

vid. *Periodeutæ.*

Tortura.

Tortura ieiunis applicanda III. 46, 48.

Transsubstantiatio.

Transsubstantiatio vnde orta III. 41, 10.
contra hanc qui scripsere, laudantur *ib.*
de hac partium sententiæ variantes *ibid.* 11.
- - non vbique defensa a patribus *ibid.* 12.
quæ controuersia sub Carolo Caluo agitata est *ib.*
contra hanc Ratramni sententia *ib.*
pro quo excusando ratiunculæ imbecilles *ib.*
- - Deificationem sacerdotibus tribuit *ib.* 13.
vnde insignis prærogatiua iis tribuitur *ib.* 14.
quod ex Bozio illustratur *ib.*

Tributa.

Tributa publica etiam annuas præstationes habent III. 39, 112.

Tutela publica.

Tutela publica debent esse muniti missionarii III. 33, 36.

Tutor.

Tutor nomine pupilli præsentat III. 38, 108.

V.

Vasa.

Vasa in ecclesiis an apud nos sacra dici possint III. 40, 38.

Velum

Digitized by Google

Velum virginum.

Velum virginum quid? III. 31, 85.
- - olim ſerius aſſumtum *ib.*
- - quis illud conſecret *ib.*

Venerabile.

Venerabile, vid. *Hoſtia.*

Veneratio ſanctorum.

Veneratio ſanctorum ad cultum ſacrum refertur III. 45, 1.
- - graues lites excitauit *ibid.*
- - ſimplex martyribus tribuitur a puriori eccleſia, non inuocatio *ib.* 2.
- - nimia cultum adorationis produxit *ib.* 3.
- - varios effectus ciuiles operatur *ib.* 8.

Veſtes ſacerdotales.

Veſtes ſacerdotales apud catholicos deſiderantur in ſacrificio S. cœnæ III. 41, 41.
- - inter Proteſtantes ex libertate adhibentur *ibid.*
nec eodem ſignificatu, quo inter Catholicos *ib.*
nec in communione infirmorum *ib.*
- - a Reformatis male noſtris eccleſiis improbantur *ib.*
- - per legem publicam a principe tolli poſſunt *ib.*
- - non ſunt ſacræ *ib.*

Veſtis alba.

Veſtis alba in baptiſmo vnde originem trahat III. 42, 31.
- - ſeculo IV. iam vſitata fuit *ib.* 32.
- - hodie vocatur das Weſter-Hemd *ibid.*

Vinum.

Vinum an eo tempore defecerit in ſeptentrione, quo laicis calix ſubtractus eſt III. 41, 30.
- - a Chriſto in calice oblatum eſt *ibid.* 31.

Virgines canonicæ.

Virgines canonicæ cur tales dictæ III. 31, 43.
- - ſeculares & regulares quæ? *ib.* 44.
Beguinarum inſtitutum *ibid.* 45.
quod a quibusdam reprobatum eſt *ibid.* 46.
ex falſis imputationibus & criminationibus *ibid.* 47.
harum næui, quæ monaſteria intrant *ibid.* 59.
- - quo veſtitu ſe olim diſtinxerint *ibid.* 62.
harum velum quid? *ibid.* 85.
vid. *Velum.*
ſolennes olim ritus in benedictione harum virginum ſunt adhibiti *ib.* 88.

Virgo.

Virgo deſponſata quid? IV. 1, 14.
- - pacta quid? *ibid.*
- - ſperata quid? *ibid.*

Viſitatio.

Viſitatio a variis auctoribus eleganter eſt pertractata III. 39, 2.
- - admodum neceſſaria eſt atque vtilis *ibid.* 3.
- - agnita eſt a Proteſtantibus *ibid.*
- - domeſtica & priuata quæ olim fuerit *ib.* 4.
- - per ſynodos olim facta quæ? *ib.*
- - voluntaria quæ? *ibid.*
- - naturaliter eſt ſollicitudinis effectus, quam quis gerit *ibid.* 5.
quæ duplex eſt, vid. *Sollicitudo.*
- - immediata quæ? *ib.* 7.
- - mediata extraordinaria quæ? *ib.* 8.
apud Perſas & Francos *ibid.*
- - ordinaria quæ? *ibid.*
- - eccleſiaſtica non ex ſe eſt ex iurisdictione, nec olim fuit *ibid.* 9.
- - in primitiua eccleſia inter apoſtolos obtinebat *ibid.* 10.
non autem cum imperio *ibid.*

Digitized by Google

- apoſtolis extinctis olim magis domeſtica erat *ibid.* 11.
ob deficientes diœceſes *ibid.*
nec non ſpontanea apud quosdam epiſcopos *ib.* 12.
- ante imperii ſacri ſtructuram viſitata erat vel *precaria* *ibid.* 13.
vel neceſſitate vrgente ſuſcepta *ibid.*
vel per ſynodos peracta *ibid.*
viſitationis precariæ exemplum in miſſis ab eccleſia Romana ad Corinthiacam *ibid.* 14.
nec non in Polycarpo & Dionyſio *ibid.* 15.
ex cura generali a Cypriano adhuc laudata *ibid.*
& a preſbyteris eccleſiæ Romanæ agnita *ibid.*
aliud exemplum eccleſiæ Carthaginenſis *ibid.*
- in eccleſiis inde a ſeculo IV. ab epiſcopis ex cura paſtorali ſuſcipiebatur *ibid.* 17.
hoc tempore imperii ſacri naturam induit *ibid.* 18.
- ſingulis annis fieri debebat *ib.* 19.
quod in capitularibus confirmatum *ibid.*
- extraordinaria cur introducta *ib.* 20.
quæ periodeutis commiſſa in oriente *ibid.*
vel circuitoribus *ibid.*
- cuius generis fuerit in occidente *ibid.* 24.
- tandem archidiaconis delegata *ibid.* 26.
iisque propria facta *ibid.* & 27.
plura vid. ſub tit. *Archidiaconi.*
- quatenus olim ab epiſcopis inſtituta fuerit III. 39, 28.
- cura eius pertinet præſertim ad principem *ibid.* 29. 30.
vid. *Princeps.*
- inſtituta olim fuit, vt (1) inquirerent in mores parochorum III. 39, 30.
imo & in mores epiſcoporum *ib.* 31.
quam reges Francorum inſtituebant *ibid.*
(2) vt inquirerent in mores parochianorum *ibid.* 32.
(3) vt confirmarent baptizatos *ibid.*
per hanc (4) in bona eccleſiaſtica inquirebatur *ibid.*
in hac epiſcopus populum cum clericis congregabat *ibid.* 33.
per placitum *ibid.*
viſitationis formula Hincmariana *ib.* 34.
formula Reginonis *ibid.* 35.
cuius capita recenſentur *ibid.*
in hac prælegebatur in ſynodo admonitio *ibid.* 36.
ordo in hac olim ſeruari ſolitus ex Reginone *ib.* 37.
cum teſtium ſynodalium euocatione *ibid.*
& inquiſitionis ratione in quæuis crimina *ibid.*
- quomodo inſtituta & formata fuerit ab Vdalrico epiſcopo Auguſtano *ibid.* 38.
conuocando ſynodum laicalem & clericalem *ibid.*
modus conciliorum clericalium viſitationis gratia collectorum *ibid.*
- parochiarum quomodo fieri debuerit ſecundum concilium Colonienſe III. 39, 39.
quomodo ſecundum concilium Tridentinum & nouiora *ib.* 40.
iure nouo a catholicis vtplurimum excluditur princeps, quod ſit actus imperii ſacri *ibid.* 41.
ad hanc tamen in Bauaria certo modo concurrit elector *ibid.*
- ex mente Proteſtantium eſt actus iurisdictionis epiſcopalis *ib.* 42.
quod refutatur *ib.* 43.

ob

Digitized by Google

- ob curam paſtoralem, non iure imperii ſit *ibid.*
- cum imperio coniuncta, eſt pars ciuilis imperii *ib.* 44.
- per iniuriam ab epiſcopis ad iura epiſcopalia tracta *ibid.*
- principibus in terris proteſtantium aſſeritur iure territorii *ib.* 45.
- publica mediate exercetur *ib.* 46.
  per conſiſtorium *ib.*
  per ſuperintendentes ſuo modo *ib.*
  per deputatos *ibid.*
- a ſuperintendentibus fit magis ex officio paſtorali *ib.* 47.
  vid. *Superintendentes.*
  officium paſtorale ſimplex in viſitando, quid? *ib.* 48.
- an ſemper per theologos peragenda *ib.* 50.
- in mores & doctrinam quæ ſit, merito committitur theologis *ib.* 51.
- nomine principis etiam ab aliis exercetur *ibid.*
- eſt vel generalis vel ſpecialis *ib.* 53.
- generalis in ducatu Magdeburgico, Vinarienſi, in Marchia, quæ? *ib.*
- an competat patronis in ſuis diœceſibus, vid. *Patroni.*
- an pertineat ad magiſtratus municipales *ib.* 54.
  vid. *Magiſtratus municipalis.*
- aliis quoque conceſſa per I. P. *ib.* 56.
- an a magiſtratu diuerſæ religionis fieri poſſit *ib.* 57.
- eccleſiarum A. C. addictarum an a Catholicis fieri queat *ib.*
- priuata a Proteſtantibus in terris Catholicorum recte inſtituitur *ib.* 58.
  non æque a commiſſariis catholicis in terris Proteſtantium *ib.*
- vltra limites territorii extendi nequit *ib.* 59.
- an præſcriptione extra territorium acquiri poſſit III. 39, 60.
  ſententia Schilteri aliorumque *ib.*
  apud catholicos pluribus debetur *ib.* 61.
- inprimis competit pontifici quoad vniuerſum orbem *ibid.*
  patriarchis *ibid.*
  primatibus & archiepiſcopis *ib.*
  legatis natis *ib.*
  cardinalibus *ib.*
  coadiutori *ibid.*
  capitulo ſede vacante *ib.*
  viſitatoribus monaſticis *ib.*
  abbatibus *ib.*
- apud catholicos fit per modum imperii *ib.* 62.
  vel ſine imperio *ib.*
- fit in eccleſias *ib.* 69.
  nec non in capellas *ib.*
  & monaſteria *ib.* 70.
  quandoque fit ab epiſcopo vt ſedis Romanæ legato *ib.*
  quæ nec archidiacono *ib.*
  nec capitulo ſede vacante competit *ib.*
- obtinet in hoſpitalibus & ſcholis *ib.* 71.
  quæ fit vel a magiſtratu oppidano vel a ſuperintendentibus *ib.*
  huius gratia ſynodi inſtituebantur, vid. *Synodi.*
- inſtituitur vel modo communi vel ſpeciali *ib.* 75.
  huius forma communis in quo conſiſtat *ib.*
  in ducatu Magdeburgico *ib.*
  huius articuli ſeruandi III. 39, 67.
  ſaluo arbitrio viſitatorum III. 39, 76.
  prudentia tamen adhibita *ibid.*
  forma ſpecialis ex inſtructione ſpeciali dependet III. 39, 78.
  quæ cum imperio coniuncta *ib.*

monita circa visitationem cum inquisitione coniunctam *ib.* 79.
- - nulli præscriptioni subiecta *ibid.* 86.

Visitatores.

Visitatores quales fuerint in occidente III. 39, 24.
- - dicti circuitores *ib.* 25.
nec non circatores *ib.*
his circada seu census solutus, vel circatus *ib.*
- - apud catholicos visitant cum imperio *ib.* 62.
aliquando sine imperio *ib.*
quales erant testes synodales *ib.*
quorum vestigia occurrunt in quibusdam iudiciis in denen Rüge-Gerichten *ib.*
- - prudentiam adhibeant, vt visitationum articuli seruentur III. 39, 76.
pro horum institutione interrogatoria prudenter formanda *ib.*
exempla interrogatoriorum imprudentium *ibid.*
qualia monita circa inquisitionem obseruare debeant *ib.* 79.
- - non debent delatores esse criminum *ib.* 80 81.
notatur sententia Ziegleri *ib.* 81.
hoc ex Augustino illustratur *ib.* 82.
horum decreta qualem habeant vigorem *ib.* 83.
- - an cum imperio missi suis decretis vim sententiæ concilient *ibid.*
sed in liquidis tantum *ib.*
appellationi locus hinc quandoque *ibid.*
quæ denegatur a simplici correctione *ib.*
- - sine imperio an faciant decreta vim sententiæ habentia, vid. *Superintendentes.*
- - de facto procedentes tenentur de spolio *ib.* 85.
- - præter consuetas procurationes nulla munera exigere debent III. 39, 107.
- - quoque curam refectionis ecclesiarum gerunt III. 48, 52.

Vita ascetica.

Vita ascetica virginum non est antiquior vita ascetica masculorum III. 31, 41.

Vita cœnobitica.

Vitæ cœnobiticæ origo sub Pachomio III. 31, 15.
eiusque peculiares rationes *ibid.*
propagata hæc est ab Eustathio *ib.* 17.
distincta adhuc fuit a solitaria *ib.* 22.
sæpe odio sponsi eligitur III. 32, 3.

Vita eremitica.

Vita eremitica virorum antiquior III. 31, 44.

Vita monastica.

Vita monastica ex communi persuasione antiqua est perfectissima III. 31, 3.
de hac patrum encomia *ibid.* 4.
- - clericatui cur sit præferenda *ibid.*
- - deriuatur ex vita philosophica *ibid.* 5.
- - primario debetur Antonio *ib.* 12.
qui eam in solitudine peragendam esse præcepit *ib.*
- - postea secundum certas regulas fuit peracta *ib.* 24.
tandem in occidentem tracta *ib.* 26. 27.
- - extra vrbes ruri & in suburbiis peragebatur *ibid.* 28.
postea vbi? vid. *Monasteria virginum.*
- - maxime creuit per Martini & Augustini auctoritatem *ibid.* 29.
vt & Benedicti, qui eam tribus votis instruxit *ibid.* 30.
quæ etiam passim sunt recepta *ibid.*
- quo-

Digitized by Google

- quomodo inter Proteſtantes debeat eſſe comparata *ibid.* 57.
Speneri iudicium *ibid.*

Vita philoſophica.

Vita philoſophica progenuit monaſticam III. 31, 5.
- quæ fuerit apud gentiles *ibid.*
huic inter gentiles quandoque acceſſit vita ſolitaria *ibid.* 7.
vt & apud Iudæos *ibid.* 8.

Vita ſolitaria.

Vita ſolitaria cum philoſophica ſæpius fuit coniuncta tam inter gentiles III. 31, 7.
quam Iudæos *ibid.* 8.
- an natales ex philoſophorum quorundam, vel Eſſæorum moribus habeat *ibid.* 9.
an ex vita Iohannis & Eliæ *ib.*
- non fuit de eſſentia vitæ aſceticæ *ib.* 10.
- a quibusdam pro libertate eſt electa, & cur? *ib.*
ab aliis ex neceſſitate *ib.*
inter quos fuit Paulus Thebæus *ib.* 11.
hanc neceſſario cum monaſtica diſciplina coniungendam eſſe vult Antonius *ib.* 12.
- quomodo differat a cœnobitica *ib.* 22.
- in quibusdam ad clericatum acceſſit *ibid.* 23.

Vnctio.

Vnctio olim in apoſtolis adhibita fuit III. 42, 53.
- in eccleſia Romana duplex III. 44, 1.
- quando perficiatur *ibid.*
vid. *Conſecratio.*

Vnio eccleſiarum.

Vnio eccleſiarum peperit ius patronatus eccleſiaſticum III. 38, 43. & 50.

Vocatio.

Vocatio hodie cur denegetur patronis III. 38, 100. 101.
- quomodo differat a præſentatione *ibid.* 101.
- magis patrono, quam conſiſtorio debetur *ibid.* 102.
quod ex praxi eccleſiarum proteſtantium probatur *ibid.* 103.
literæ vocationis dantur præſentato poſt admiſſionem conſiſtorii *ibid.*
- alibi ineſt literis præſentationis *ibid.* 104.
- qua de cauſa a præſentatione diſtincta *ibid.*

Vota.

Vota inter monachos iam ante Benedictum fuere III. 31, 31.
dum ea Auguſtinus iam ſuis monachis præſcripſit *ibid.* 32.
votorum Benedictinorum tenor *ib.* 33.
eorumque ſenſus genuinus *ibid.* 34.
horum tria poſtea recepta magis ex interpretatione vſuali quam præſcripto Benedicti *ibid.*
- quid? III. 34, 2.
an homo Deo aliquid vouere vel promittere poſſit III. 34, 3.
- ex ritu ſacrificiorum ortum trahunt *ibid.* 4.
- ſacrificiorum præparatoria erant *ibid.* 5.
inde votiua ſacrificia *ibid.*
non ſolum apud Iudæos, ſed etiam apud gentiles *ibid.*
lege Molaica cum ſacrificiis horum religio quidem recepta *ibid.* 6.
ſed limitata *ibid.*
- non ſunt de iis, quæ lege præcepta aut prohibita ſunt *ibid.*
- erant olim libera *ibid.* 7.
- ſub lege ceremoniali erant cultus diuini ſpecies *ibid.* 8.

Digitized by Google

horum vſus non æque in N. T. ac veteri *ib.* 9.
ratio diuerſitatis *ibid.*
ne quidem apud aſcetas *ibid.*
argumenta in contrarium ex ſeculo tertio deſumta, refutantur *ib.* 10.
horum religio tandem inualuit cultu nouo ceremoniali introducto III. 34, 11.
ſed cum duriſſimo vinculo *ib.* 12.
introducta diuiſione voti ſolennis & minus ſolennis *ib.* 13.
- an obligent ſine acceptatione hominis *ib.* 14.
- in his promiſſio fit Deo III. 34, 15.
inde diſcrimen inter votum & pactum *ibid.*
horum executio quatenus hominibus conceſſa *ib.* 16.
& quidem ſacerdotibus in veteri teſtamento *ibid.*
an quoque in nouo? *ibid.* 17. vid. *Epiſcopi.*
talem circa vota poteſtatem non habent miniſtri eccleſiæ Proteſtantium *ib.* 18.
nec conſiſtoria *ib.*
- exigi poſſunt ab hominibus, ſi vis externa per leges iis quæſita *ib.* 19.
- requirunt arbitrium diſcretionis *ib.* 22.
intentionem conſtantem *ib.*
facultatem vouendi *ib.* 23.
niſi ſit votum vltramarinum *ib.*
votorum obiectum poſſibile & licitum eſſe debet *ib.* 24.
quod in applicatione ſæpe deficit *ibid.*
de poteſtate, quod ius can. papæ & epiſcopis tribuit, vid. *Epiſcopus* & *Pontifex.*
votisque ſibi reſeruatis *ibid.*

Vori redemtio.

Vota redimuntur per quæſtum III. 34, 28.
interuenientibus quæſtoribus *ibid.* 29.
quid inde ortum *ib.* 30.
ab his temere ſuſceptis datur abſolutio *ibid.* 31.
quæ potius eſt declaratio nullitatis *ibid.*
exemplum eiusmodi voti temerarii *ib.* 33.
ab eoque abſolutio Leonis IX. *ibid.*
horum commutatio in quo conſiſtat *ib.* 34.
quæ apud Proteſtantes cum eorundem redemtione & abſolutione ſunt incognita *ibid.*

Votum ſolenne & minus ſoleune.

Vota ſunt vel ſolennia vel minus ſolennia IV. 6, 1.
hæc diſtinctio vnde orta *ibid.*

Votum perſonale.

Votum perſonale ab hominibus perfecte exigi nequit III. 34, 19.
huius obligatio reſpectu Dei eſt perfectiſſima III. 34, 21.
ex ſententia Speneri *ibid.*

Votum non ratum.

Votum non ratum quid? III. 34, 32.

Votum reale.

Votum reale obligationem externam ſecum ducit III. 34, 20.
- quomodo epiſcopus olim exigere potuerit *ibid.*

Votum non rectum.

Votum non rectum quid? III. 34, 32.

Votum.

Digitized by Google

INDEX POSTERIOR RERVM PRAECIPVARVM.

Votum.

Votum ſolenne vel minus ſolenne vid. *Vota.*

- - ſolenne vitiat matrimonium IV. 6, 1.

Votum vltramarinum.

Votum vltramarinum absque facultate vouendi poteſt voueri III. 34, 23.

- - quis ſibi reſeruauerit, vid. *Pontifex.*

Votum caſtitatis perpetuæ.

Votum caſtitatis perpetuæ, peregrinationis ad S. Iacobum Compoſtellam, ad limina Petri, religionis approbatæ III. 34, 25. ſeqq.

vid. tit. *Pontifex.*

Votum negatiuum.

Votum negatiuum in præſentatione III. 38, 75.

tale habent parochiani *ibid.* 77.

eius effectus *ibid.* 78.

W.

Weſembecius.

Weſembecii excommunicatio III. 42, 40.

Weſter-Hemd.

Weſter-Hemd quid & vnde dicatur III. 42, 23.

X.

Xauerii Ieſuitæ iudicium de conuerſione infidelium III. 33, 37.

varia media ab eo propoſita *ibid.*

inſtitutiones puerorum inprimis ab eo commendatæ *ibid.*

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX AVCTORVM,

in Tomo III. laudatorum & allegatorum

filio auctoris

Ioanne Samuele Friderico Böhmero

cum indicibus præcedentibus concinnatus.

A.

d' ACheri Spicilegium.
Acta Benedictinorum.
Acta eruditorum.
Acta sanctorum.
Adamus (*Bremensis*) in histor. eccles.
Adelmi annales.
Ægidius in Radulpho episc. Leod.
Agobardus de dispens. rerum eccl.
Albaspinæus (*Gabriel*) de veteris ecclesiæ ritibus.
- ad concil. Eliberinum.
- ad Tertull. de pœnit.
- de vxor.

Alberici Chronicon.
Alciati opera.
Alcuini homiliarium.
Alexander (*Natalis*) diss. hist. eccl.
Alfordi (*Michaelis*) annales historiæ Anglicanæ.
Allatius de eccles. orient. & occident. consens. perpetua.
Alteserra (*Dadin.*) de origine & statu feudorum.
- ad Innocentii decret.
- asceticum.
- diss. iur. can.

Althelmus de laudibus virginum.
Altomarinus (*Balthasar*) de visitatione.

Am-

Digitized by Google

Ambroſii epiſtolæ.
- Tr. de init. myſter.

Amularius (*Fortunatus*) de diuin. off.
de Anania (*Ioannes*) de iure patronatus.
Anonymi vita Viperti.
- la vie de S. Cyprien.
- l'hiſtoire de clergé.
- ius reformandi.
- l'hiſtoire des ceremonies & des ſuperſtitions, qui ſe ſont introduites dans l'egliſe.
- autorité du pape.
- dignit. ſacerd.
- epiſtola ad Carolum M. de ritibus bapt.
- hierarchia eccleſ.
- exam. vindic. Rittmeier.

Anſaldus (*Franc.*) in conſiliis.
Anſillon (*Ioannes*) de Simonia.
Apollonius (*Guilielm.*) de iure maieſt. circa ſacra.
de Aquinas (*Thomæ*) opera.
Aretini (*Angeli*) conſilia.
Arniſæus de iure connubiorum.
Arnobius aduerſus gentes.
Arnold (*Gottfried*) in der geiſtlichen Geſtalt eines Evangeliſchen Lehrers.
- Ketzer-Hiſtorie.
- hiſtoria eccleſiaſt.
- in repræſ. chriſt. prim.

Arnoldi abbatis Lubecenſis chronicon Slauic.
Athanaſii opera.
Athenagoræ opera.
Auguſtini opera.
Azorius (*Ioannes*) de ſpoliis cleric.

B.

Balduini (*Frid.*) caſus conſcient.
Baldus in codicem.
Baluzii (*Stephani*) capitularia regum Francorum miſcellan.
- comment. ad Lupum.
- ad Petrum de Marca de C. S. & I.
- ad Reginonem de diſciplin. eccleſiaſt.
- ad Agobardum.
- in vitis paparum Auenion.

Barboſa (*Petrus*) ad tit. ſolut. matrim.
Barboſæ (*Auguſtini*) ius eccleſiaſticum.
- collectio ad concil. Trident.
- comment. ad decretal.
- tr. de offic. & poteſt. epiſc.
- de offic. & poteſt. paroch.

Barclaii Argenis.
Barnabæ epiſtolæ.
Baronii annales eccleſiaſtici.
Baſilius M. in exhort. ad baptiſm.
Baſilius de laude eremi.
- in epiſtolis.

Basnage (*Iacobus*) in hiſtoria eccleſiaſt.
- dans l'hiſtoire des Juifs.
- dans l'hiſtoire de l'egliſe.
- (*Samuel*) annales eccleſiaſtici.
- de decimis.

Baxter de gouvernement.
Bayle dictionaire hiſtorique & critique.
Beemannus de bellis Domini.
Behotius (*Adrian.*) de antiquo iure procurationum.
Bellarminus (*Rob.*) de monach.
- controuerſ.
- de matrim.

Bergeri œconomia iuris.
- tr. de elect. proceſſ. matrim.

Berlichii (*Matth.*) concluſiones pract.
Bernhardi epiſtolæ.
Beſoldus (*Chriſtoph.*) in conſiliis.
- in theſauro practico.

Beueregii (*Guilielmi*) codex canonum primitiuæ eccleſiæ.
a Beuſt (*Ioach.*) de ſponſal. & nupt.
Bignonius ad Marculf. form.
- de LL. abrogatis.

Binæus (*Antonius*) de morte Ieſu Chriſti.
Binghamus (*Ioſephus*) de orig. eccleſ.
- de antiquit. eccl.

Blondellus (*Dauid*) de Pſeudo-Iſidoro.
- de la primauté de l'egliſe.
- in apologia pro ſententia Hieronymi de epiſcopis & preſbyteris.
- de iure plebis in reg. eccl.

Bœhmerus (*Iuſt. Henning.*) de iniq. & iniuſt. action. iniur.
- de colliſ. probat.
- diſſ. de ſtatu liberorum ſui iuris factorum per ſeparationem vel nuptias.
- diſſertationes iuris eccleſiaſtici ad Plin. II. & Tertull.
- de iure epiſcopali principum euangelicorum.
- ius parochiale.
- ad Petr. de Marca de Concord. S. & I.
- diſſ. de cauſis arduis & maioribus.

du Bois (*Gerbardus*) hiſtor. Pariſ. eccleſ.
Bonæ (*Ioannis*) opera.
Bornius de bannis eccleſiaſticis.
Bozius (*Thomas*) de iure ſtatus.
Breithaupt (*Ioach. Iuſtus*) diſſ. de ordine in eccleſia ſeruando.
Brouwerus de iure connubiorum.
- antiquit. Fuldenſ.

Brucknerus (*Hieron.*) deciſ. matrim.
le Brun (*Petrus*) explication des prieres & des ceremonies de la meſſe.
Brunnemanni (*Iacobi*) diſſ. de iure ceremon. legator.
Brunnemanni (*Ioannis*) ius eccleſiaſticum.
- comment. ad digeſta.

Budæus (*Guilielmus*) ad digeſta.
- comment. gr. ling.

Buddeus (*Ioannes Franciſcus*) de atheiſmo & ſuperſtitione.
- diſſ. de ritibus eccleſiæ latinæ iudaicis.
- hiſtoria eccleſiaſtica veteris teſtamenti.
- de ἀσυνήσει philoſophica.
- theologia morali.
- de concordia relig. ſtatusque ciuil.

Briſſonius (*Barnabas*) de formulis.
Buckiſch ad I. P.
Bulteau dans l'hiſtoire monaſtique d'orient.
Burchardi collectio canonum.
Buſchius de reformat. monaſt.
de Butrio (*Antonius*) de iure patronatus.
Bzouii (*Abraham*) annales eccleſ.

C.

Calixtus (*Georg.*) in orat. de populis in religione a nobis diſſentientibus ad veritatis agnitionem deducendis.
Caluoerii (*Caſp.*) rituale eccleſ.
Cangii gloſſarium.
Caniſii (*Henrici*) opera.

Capi-

Digitized by Google

APPENDIX AVCTORVM.

Capitolinus in Antonino pio.
- in Clod. Albin.

Carpzouii (*Benedicti*) decisiones.
- iurisprudentia ecclesiastica.
- definitiones forenses.
- praxis criminalis.
- disputat. feud.

Casalius (*Io. Baptista*) de ritibus veterum christianorum.
- de veteribus Ægyptiacis ritibus.
- de vet. sacr. christian.

Casaubonus (*Isaac.*) ad annales ecclesiasticos Baronii.

Cassander (*Georg.*) in ord. Rom. de offic. missæ.

Castaldus (*Andreas Piscara*) in praxi ceremoniarum seu sacrorum Romanæ ecclesiæ rituum.

del Castillo (*Ioannes*) de vsufructu.

Cellarii (*Christoph.*) lexicon.
- notæ ad Sulpicium Seuerum de vita B. Martini.

Chemnitii (*Martini*) examen concilii Tridentini.
- loci theologici.

a Chockier (*Erasmus*) de iurisdict. ordin.

Chockier (*Ioannis*) mysterium iniquitatis.

Choppini monasticon.

Christinæi (*Pauli*) decisiones.

Chronicon montis Sereni.

Chrysostomi opera.

Chytræus in chron. Saxon.

Ciceronis (*Marci Tullii*) opera.

Cironius (*Innocent.*) paratit. ad compilat. Honorii.

Clarkson (*Dauid.*) discours sur les liturgies.

Clarus (*Iulius*) in recept. sentent.

Clementis Alexandrini opera.

Clenardi (*Ioannis*) Epistolæ.

le Clerc (*Daniel*) dans l' histoire de la medecine.

Clericus (*Ioan.*) ad Pentateuchum.
- dans la bibliotheque vniuers. & histor.
- ad Seldenum de decimis.
- in historia ecclesiastica.
- in biblioth. select.

Cocceii de longi temporis præscriptione.
- de potest. in territorio fundata.
- ius publicum.
- de matrim. momentan.
- de clausula rebus sic stantibus.

Cointii (*Caroli*) annales Franc. ecclesiastici.

Colerus (*Matth.*) in consil. Argentorat.

Conradi annales.

Conring (*Hermann.*) de auctor. Maiest. circa sacra.

Contius de clandest. matrim.

Corasii miscellanea.

Corradi (*Pyrrhi*) praxis dispensat. apostolic.

Cortholdus (*Christian*) de Hostiis.

Cortiadæ decisiones.

Coruin. (*Arnold.*) de person. & bon. eccles.
- aphorism. iuris canon.

Costa (*Emanuel*) de reb. Iapon.
- de rebus a societate Iesu in oriente gestis.

a Costa (*Ioseph*) de promulgat. euangel. apud barbaros.

Cotelerius in collect. patrum, qui tempor. apost. floruerunt.
- in monumentis eccl. græc.

Cothmanni responsa.

Couarruuias (*Didac.*) resolutiones.
- de matrim.

Cragii ius feudale.

Digitized by Google

Crauettæ (*Aym.*) consilia.
Creccellii collectanea de origine monasticorum ordinum.
Croius (*Franciscus*) in papatu ethnico.
Cuiacii (*Iacob.*) opera.
de Curte (*Rochus*) de iure patronat.
Cypræi consult. de reb. eccles. non alienand.
Cypræus (*Paul.*) de iure connubiorum.
Cypriani opera.
Cyprian in dem Bericht von Kirchen-Ordnungen.
Cyriaci controuersiæ.
Cyrillus contra Iulianum.

D.

Dänischer Bericht von den Missionarien.
Dallæus (*Iosnnes*) de cultibus latin.
- de pseudepigraphis apostolicis.
- de scriptis, quæ Dionysii Areopagitæ nomine circumferuntur.
- de confirmatione.
- de religiosi cultus obiecto.
- de ieiun. & quadrages.

van Dale (*Antonius*) de origine & progressu idololatriæ.
- de consecrat. ethnic.
- de oracul. ethnic.

Dannhauerus (*Ioan. Conrad.*) spec. theol. conscient. dub.
Dantz de antiquit. baptism. initiationis Israelitarum vindicata.
Dartis (*Iob.*) opera.
Deciani (*Tib.*) criminalia.
Dedekenni consilia.
Delle (*Claudius*) dans l'histoire de l'etat monastique & religieux.
Demosthenis orat. de corona.
Diaconus (*Paulus*) de gestis Lombard.
- in vita Gregorii M.

Dietrich (*I. G.*) de iure & statu Iudæorum in republica christian.
Dionysii Areopagitæ hierarch. eccles.
Dionysius Halicarnasseus.
Dodechini appendix ad Mariamum Scotum.
Dodwellus ad Cyprianum.
de Dominis (*Marcus Antonius*) de republica ecclesiastica.
- de prærogat. allod. in prouinc. Narbon. & Aquit.

Donellus (*Hugo*) in comm. ad ius ciu.
Dorsch. in diatyp. concil. Nicen.
Dunte (*Lud.*) casus conscient.
Dupinius (*Ludouicus Ellies*) in bibliotheca ecclesiastica.
Durandi rationale diuinorum officiorum.
- thesaurus anecdotorum.

E.

Eadmeri historia.
Eckardus (*iunior*) de casib. monast. S. Galli.
Engelius (*Lup.*) de priuilegiis monasteriorum.
- in colleg. iur. canon.

Engelbrecht diss. de iniusta asyl. immunit. eccles. ad crimin. dolosa extens.
Epiphanii hæreses.
Epon (*Boerius*) comment. ad tit. Ne cler. vel monach. secul. negot. se immisc.

Erasmi

Digitized by Google

Eraſmi (*Deſiderii*) colloquia.
Ernulfi (*Roſenſis*) epiſtola ad Lambertum.
Esbach ad Carpzouii definitiones forenſes.
Eſchenbach de conſecrat. gentil.
Eſpencæi (*Claudii*) digreſſiones.
- de clandeſtin. matrimon.
Eſpenii ius eccleſiaſticum.
Euagrius de vita patrum.
Eucherius de vita eremi.
Euſebii hiſtoria eccleſiaſtica.
- vita Conſtantini M.

F.

Faber (*Anton.*) in codicem.
- Staats-Cantzley.
Faber de religione in republ. reg.
Fabri (*Petri*) ſemeſtria.
Fabricius in apocryph. primit. eccleſ.
- bibliographia antiqua.
Fabrottus (*Hannib.*) exercit.
Fagnanus ad decretal.
Fechtius de viſitatione domeſtica.
Felicianus in manuali viſitatorum.
Felicius de ſocietate.
Feltman (*Gerh.*) de impari matrim.
Ferrarius de vet. acclam. & plauſ.
Fermoſius ad decretales.
Feuardentius (*Franciſc.*) ad Irenæum.
Filelaccus (*Ioannes*) de quadrageſima.
- de querela eccleſ. Gallic.
Fillucius (*Vincentius*) de ſpoliis cleric.
Finckelthaus (*Sigismundus*) de iure patronatus.
- obſeruation.
Fleury dans l' hiſtoire eccleſiaſtique.
Florentis (*Franciſci*) opera.
de Fontanella (*Ioannes Petrus*) de iure patronatus.
Francus (*Philippus*) in ſextum decretal.
Franckenbergii Europäiſcher Herold.
Franzkii exercitationes ad dig.
- reſolutiones.
Freheri (*Marquardi*) rerum Germanicar. ſcript.
Friderici (*Ioan.*) de liturgia vetere & noua.
Fritſchius (*Abasuerus*) de iure viſitandi eccleſ.
- de viſitat. prouinc. vtiliter inſtituenda.
Frois (*Aloyſius*) in relat. de ſtatu rei chriſt. in Iapon.
Fromannus de oper. ſubditor. maxime ruſticor.
Furſtenerius de iure ſupremat.

G.

Gailius (*Andreas*) in obſeruat. pract.
- de arreſt.
Galeſius de eccleſ. in matrim. poteſt.
Gauantus (*Bartol.*) in praxi viſitat. epiſcopal.
Gaufredus in S. Bernhardi vita.
Gellii (*Auli*) noctes Atticæ.
Gerardus in vita S. Vdalrici.
Geſnerus (*Salomon*) in compend. doctor. eccl.
Gewoldus ad Hunnii metropol. Salisb.
Gilkenius (*Petrus*) ad codicem.
Glette (*Ioſeph. Bernhard.*) in anatom. iurid. amortizat. & immunitat. eccleſ.
Gobelini coſmodromium.
Goldaſti (*Melch. Haiminſf.*) ſcriptores rerum Alemannicarum.
- tr. de regn. Bohem.
Gomez (*Petrus*) de rebus Indic.
Gonzalez (*Emanuel*) ad decretal.

Gonzalez d' Auila (*Ægidius*) theatrum eccleſ. de eccl. Indicis.
Gonzalez (*Sebaſtian*) de præclare a ſociet. Ieſu in orient. geſt.
Goodwinus (*Thomas*) de ciuilibus & eccleſiaſticis ritibus Hebræorum.
Gothofredus (*Iacobus*) in commentario ad C. Theodoſ.
- de templis gentilium.
- ad L. Iul. Pap. de maritand. ordin.

Græuæus (*Bernard.*) ad Gailii obſervat.
Granuletti (*Franciſci Dominici*) apologia pro lege diuina prohibente clericis mercaturam.
Grannanietto ad decretal.
de Graſſis (*Carol.*) de effect. clericat.
Graſſius de negotiatione clericorum prohibita.
Gregorii (*M.*) epiſtolæ.
Gregorius (*Preſbyter*) in vita Nazianz.
Gregorii (*Turonenſis*) hiſtoria Francorum.
Griebnerus de his, quæ ex iure Proteſt. matrim. ad reliq. ſacram. perperam refer.
Grœnewegen de LL. abrogat.
Grotius (*Hugo*) de veritate religionis.
- de iure belli & pacis.
- in epiſtol.
- de adminiſtrat. S. cœnæ, vbi paſtores deſunt.
- in comment. ad Biblia.

Gundlingius (*Hieronymus*) diſſ. de emt. vxor. dot. & morgeng.
- in Gundlingianis.

Gutherius in Ligurin.
- de iure vet. pontif.

Guzman (*Ludou.*) de rebus a ſocietate Ieſu in oriente geſtis.
Gyraldi (*Lil. Georg.*) opera.
Gylmanni (*Andr.*) Symphoremata.

H.

Haggenbergius (*Paulus*) in German. medin.
Hallierius (*Franciſc.*) de hierarchia eccl.
Hahnius diſſ. de iure patronatus eccleſiaſtico.
- ad Weſenbecium.

Harduini (*Ioannis*) collectio conciliorum.
Harprecht (*Chriſtophori*) conſilia.
- diſſ. de præſcriptione immunitatis a collectione.
- Reſponſa.
- de hypothec. tacit. ſpur.

von der Hardt acta concilii Conſtant.
Hartmannus Hartmanni in obſeruation.
Hauemann (*Michael*) de iure epiſc.
- de iure connub.
- in gamologia.

Hayto in capitular.
Heideri acta Lindau.
Heigii (*Petri*) quæſtiones.
Heineccius (*Michael*) in hiſtoria Goslar.
- in der Abbildung der alten und neuen Griechiſchen Kirchen.

Heiſterbachius (*Cæſar*) de mirac.
Helmontius in chronico Slau.
Helyotus dans l' hiſtoire des ordres monaſtiques religieux & militaires & des congregations ſeculiers de l'un & de l'autre ſexe, qui ont été etablis jusqu' à preſent.
Henriquez (*Chryſoſtom.*) in menolog. ord. Ciſt.

Henri-

Digitized by

Henriquez (*Henricus*) epiſt. de reb. Indicis.
Henſchenii acta ſanctorum.
Heerdenius in der Grundveſte des H. Römiſchen Reichs.
Hericourt les loix eccleſiaſtiques de France.
Heeter de ration. redd.
Herodoti hiſtoriæ.
Hertius de iactit. ord. Ciſtert. libert.
- de ſuperioritat. territor.
- de ſubiect. territor.
- de colliſione LL.
- de matrimonio putatiuo.
- in not. vet. Franc. regni.
- de matrim. inſtaurat. & conſcient.

Heruetius in orat. de matrimoniis clandeſtinis.
Heurnius (*Iuſtus*) de legat. euangel. ad Indos capeſſ.
Hieronymi opera.
Hilarii opera.
Hildebrandus (*Ioachimus*) diſſ. de ritibus ſacris.
- de nuptiis vet. Chriſtianorum.
- de hæreſi Ariana.
- de precibus vet. Chriſtian.
- de veterum concione.
- de ritualibus baptiſmi.

Hilliger ad Donellum.
Hinckelmanni (*Abrahami*) præfatio ad Alcoranum nouiter editum.
Hincmari opera.
Hochmann (*Henr. Chriſt.*) de benedict. nupt.
Hæpping (*Theod.*) de iure inſignium.
Hoffmanni annal. Bamberg.
Holſtenii codex regul. Bened.
Hombergk ad Nouellas.
Honorius Auguſtodunenſis in gemm. animæ.
Horatii poemata.
Hornius diſſ. de clerico clericum non decimante.
- in iurisprudentia feudali.
- in obſ. eccl. circa ius patron.
- in reſponſis.
- in iure publico.

Hortleder de bello germanico.
Hoſpinianus (*Rudolph.*) de origine & progreſſu monachatus.
- de origine templorum.

Hoſtienſis ad ius can.
Hottinger (*Io. Conradus*) de decimis Iudæorum.
Hottomannus (*Franciſc.*) de ſponſal.
- de nupt. vet.

Hubertus (*Vlricus*) in hiſtoria ciu.
- de iure ciuitat.
- in digreſſionibus.

Huetius (*Daniel*) de concord. rat. & fidei.
Hulſeman. de corrept. fratr.
Hundii (*Wiguleii*) Metropolis Salisburg.

I.

Iacobus (*Franciſc.*) de modo viſitandi & corrigendi ſubditos.
Iæger de concordia ſacerdotii & imperii.
Ianuarius (*Nicolaus*) de viſitatione ac ſynod. diœceſ. & prouinc.
- de officio archidiacon.

Ignatii epiſtolæ.
Inhoffii notit. proc. imper.
Innocentii epiſtolæ.
Iperius (*Ioan.*) in chron. S. Bertini.
Irenæus aduerſus hæreſes.
Iſidori (*Peluſiotæ*) epiſtolæ.
Iſidorus (*Hiſpalenſis*) de diuinis officiis.
Iterus (*Io. Guilielm.*) de feud. imp.

Iuſtelli biblioth. iur. can. veter.
Iuſtini *Martyris* apologia.
Iuuenalis ſatyrica.
Iuonis epiſtolæ.

K.

Kirchmannus (*Iob.*) de annulis.
Kitzel (*Ioannes*) in ſynopſi matrimoniali.
Klockii (*Caſp.*) conſilia.
Knichen (*Andreas*) de iure territ.
Knipſchild (*Phil.*) de fideicommiſſis familiarum nobilium.
- de iure & priuil. ciuit. imp.

Kœnig (*Georg.*) caſus conſcient.
Kortholt (*Chriſtian.*) in pagano obtrectatore.
Kranzii (*Alberti*) Metropolis.
Krauſius (*Gothofred.*) de concione docimaſtica.
Kulpis de iure legat.

L.

Labbei (*Philippi*) acta conciliorum.
- biblioth. nou. MSCt.

Lactantius (*L. Cæcilius*) de ira Dei.
Laertii opera.
Lambertinus (*Cæſar*) de iure patronatus.
Lancellotti (*Io. Pauli*) inſt. iur. can.
de Lara (*Perez*) de capellanis.
Laſſenii (*Ioannis*) arcana politico-atheiſtica.
Latro (*Hector Capycius*) in conſiliis.
Launoius (*Ioannes*) de cura eccleſiæ pro miſeris & pauperibus.
- de ſcholis celebr. ſeu a Carolo M. ſeu poſt eundem per occidentem inſtauratis.
- in aſſertis inquiſit. in priuil. S. Medardi.

Lauterbachii compendium iuris.
- diſſ. de tacit. pign.
- de iure affinit.
- in coll. pract.

Lehmannus (*Georg. Henricus*) diſſ. de iure apoſtat.
- in act. pac. relig.

Leibnitii ſcriptores rerum Brunſuicenſium.
- nouiſſima Sinica.
- collectio etymol.

Leidekker de republ. Hebræor.
Leuckfeldi antiquit. Burſfeldenſes.
- antiquit. Walckenrid.

Leurenius de vicario epiſc.
- in praxi benefic.

van Leewen (*Simon*) in cenſura forenſi.
a Limborch (*Philippus*) in hiſtoria inquiſit.
Linckius (*Henricus*) de iure epiſcopali.
- de iure templorum.
- de clerico artifice.
- ad decretales.

Lindenbrogii ſcript. ſeptentr.
Lipſius (*Iuſtus*) ad Tacitum.
Liuii (*Titi*) hiſtoria.
Lombardus.
Lomeier de luſtration.
Londorpii acta publica.
Lorroquanus (*Matth.*) in aduerſ.
Loſſæus de iur. vniuerſ.
Lotterius (*Melch.*) de re beneficiaria.
Lucæ cardin. theatr. verit. & iuſtit.
a Ludewig (*Petrus*) de Noriberga inſign. imperial. tutelar.
- reliq. MSct.
- de nominat. hæret. ad paroch.
- de ſorte ſuffragatoria.
- de Germ. iurib. feud. cogn.

a Lu-

Digitized by Google

a Ludewig (*Petr.*) ſcriptor. Bambergenſ.
- ad Aur. Bull.
- de conſenſu connubiali extra patrem.

Ludouici (*Iacob. Frid.*) diſſ. de effectu baptiſmi iuridico.
- de pœn. cœlibat.

Lundii metropol. Salisburg.
Lunich ſpicilegium eccleſiaſtic.
Lupi epiſtolæ.
Lutherus de libertate chriſtiana.
- ſcripta Altenb.
- in epiſtolis ſuis.
- vom ehelichen Leben. item im Tauf-Büchlein.

Lynckeri deciſiones.
- reſponſa.
- diſſ. de baptiſmo.
- de ſuperioritat. territor.
- de eo, quod iuſtum eſt circa S. cœnam.
- in annal. ad Struuii Syntagm. iur. ciu.

M.

Mabillon (*Ioannes*) acta Benedict.
- annales Benedict.
- analecta.

Mageri (*Mart.*) aduocatia armata.
Maiolus de perfidia Iudæor.
Maimburg dans l' hiſtoire du pontificat de S. Gregoire le grand.
Mainalia (*Hieronymus*) de ſpoliis.
Malinkrot de archicancell. S. Rom. imper.
Manriquius (*Henricus*) in annalibus Ciſtercienſ.
Manzii ſpecialia iuris commun.
Maranta de ordin. iudicior.

(*Böhmer. Iur. Eccleſ. Tom. III.*)

de Marca (*Petrus*) de concordia ſacerdot. & imp.
- dans l' hiſtoire de Bearn.
- ad concil. Claromontanum.
- de primatu Lugdun.

Marcellus (*Antonius*) de iure ſeculari Rom. pontif.
Marculfi formulæ.
Mareſcotti (*Herculis*) reſolutiones.
Martene (*Edmundus*) de antiquis eccleſiæ ritibus.
- de antiqua eccleſiæ diſciplina in celebrandis diuinis officiis.
- theſaurus anecdotorum.
- de antiquis monachor. ritibus.

Maſtricht (*Gerh.*) de ſuſceptoribus.
- hiſtoria iuris eccleſiaſtici.

Matthæi (*Antonius*) de nobilitate.
- de iure gladii.
- ad Anonym. de reb. Vltraiect.

Matthæus Pariſienſis in hiſt. Anglicana.
Mauritius diſſ. de matric. imperii.
Meibomii rer. Germanicar. ſcript.
Meierus de aſcetis.
Meinders de origine decimarum in veteri Weſtphalia.
- de iudic. centenar.

Menckenius (*Godofred. Ludouicus*) diſſ. de eo, quod iuſtum eſt, circa ritum & formul. Aaronit. in eccleſia benedicendi.
Mengeringii (*Arnold.*) ſcrutin. conſcient.
Menochius (*Iacob.*) de præſumt.
- in conſiliis.
- de arbitr. iudicum quæſtion.

Mentzerus (*Balth.*) in exegeſi Aug. conf.
Merillius (*Edmundus*) in obſeruat.
Meuii (*Dauid*) deciſiones.
- conſilia.

Merula (*Paulus*) de sacrific. Rom.
Micrologus (*Iob.*) de eccles. obseru.
Minucius Felix in Octau.
Miraei (*Auberti*) origines monast.
- donat. Belgic.
- diplomat. Belgic.

Moeller (*Dan.*) in comment. ad constit. Sax.
Moggius (*Ieremias Laurent.*) de sponsalibus.
Molina de primog. Hisp.
de Morales. (*Io. Baptista*) histor. euangel. de societ. Iesu apud Chinenses.
Morestellus (*Petrus*) de pompa ferali.
Morinus (*Io.*) de admininistr. pœnit.
Mornayus (*Phil.*) in hist. papatus.
- de S. eucharist.

Muldener de protect. ab imperat. eccles. vtriusque relig. in Germ. æqualiter debita.
Mulleri (*Ioannis Ioach.*) entdecktes Staats-Cabinet.
Mullerus (*Pet.*) de annulo pronubo.
- ad Struuii S. I. C.

Munster (*Ioannes*) von der Kirchen-Visitation.
Mussardus in der gründlichen Vorstellung der vor Zeiten aus dem Heydenthum in die Kirche eingeführten Gebräuche und Ceremonien.
Mylerus de statib. imperii.
- in hyparch.
- in gamol.
- de asylorum iure.

Mylius in corpore constit. Magdeburgicarum.

N.

Nangii (*Guilielm.*) chronicon.
Nauarra in manual.
Nebelcræ (*Henrici*) decisiones.
Nicephori historia ecclesiastica.
Nicolai de repudiis.
Nimpsch (*Iob. Gotrlob*) de sanctitate locorum.
Noodt (*Gerhard*) de formul. emendand. doli mali.
Nyssenus (*Gregorius*) de baptism.

O.

Obrecht diss. de hoste dedit.
Obseruationes Hallenses ad rem literariam spectantes.
Oddus (*Sforz.*) de testib. in integr.
Oldenkopii (*Iust.*) obs. criminales.
de Oliua (*Felician.*) de for. eccles.
Origenes aduersus Celsum.
Otterus de official.
Otto de ædil. colon.
Ouidius.
Outramus (*Guilielm.*) de sacrificiis.

P.

Pacionus de locationibus.
- de alleg. ciuil. & canon.

Palladius in hist. Lausiaca.
- in vita Chrysostomi.

Panormitanus ad ius canon.
Panuinii (*Onufrii*) vita Gregor. VII.
Papebrochius in propylæo ad acta SS.
Papæi (*Guid.*) quæstiones.
Parisius (*Flamin.*) de resignat. benef.
de Passeribus (*Nicolai*) de scriptura priuata.
Passerinus (*Francisc. Maria*) de pollution. eccles.
- de electione canonica.

de Pauinis (*Io. Francisc.*) de visitat.

Pear-

Digitized by Google

Pearſonius (*Io.*) in vindiciis Ignatii.
Peckius (*Petr.*) de SS. cathol. Chriſti eccl. reficiendis & reparand.
Pellizzarius (*Franciſcus*) de iuribus monialium.
de Perefixe (*Hardouin*) dans l'hiſtoire du roy Henry le grand.
Perez (*Ant.*) in codicem.
Perroy (*Michael*) dans le traité des droits honorifiques & utiles des patrons.
Petitus (*Samuel*) in var. lect.
Petri *Blæſenſis* opera.
Petronius *Arbiter* in Satyric.
Pez in theſauro anecdotorum.
Pfaff (*Chriſtoph. Matthæus*) diſſ. de liturgiis.
- anecdot. fragm. Irenæi.
- de oblat. vet. euchar.
- de conſecr. vet. euchar.
- in primit. Tubing.

Pfannerus (*Tobias*) de catechum.
Pfeffinger ad Vitriar. ius publ.
Pfeifferi (*Io. Phil.*) antiquit. græcæ.
Philippi de ſubſelliis templorum.
Philo de circumciſione.
- de vita theoretica vel de ſupplicum virtutibus.

Pictetus diſſert. ſur les temples.
Pierii Bedenken von Abſchaffung des exorciſmi.
Pirrhingius ad decretal.
Piſtoris (*Hartmanni*) opera.
Pitiſcus (*Samuel*) lexicon antiquitatum Romanarum.
Platonis opera.
Plinii panegyris.
- hiſtoria.

Plutarchi opera.
Ponce (*Baſilius*) de ſacram. matrim.
Pontificale Romanum.
Poſſidius in vita Auguſtini.
Poſtius (*Ludou.*) de manutenendo.
Potteri (*Ioannis*) archæologia græca, ſiue de veteribus Græcorum, præcipue vero Athenienſium ritibus ciuilibus, religioſis &c.
Presbeuta (*Iuſtinus*) de iure legat. ſtat. imper.
Prideaux (*Humphrey*) de origine & iure decimarum.
Prudentii poemata.
Prynneus de libert. eccl. Angl.
Puffendorfius (*Samuel*) de habitu relig. ad vit. ciuil.
- res Suecic.
- de iure N. & gentium.

Q.

Quintiliani (*M. Fabii*) declamationes.

R.

Radeuicus de geſtis Imp. Frider. I.
Ræuardi (*Iacobi*) reſolutiones.
Ratramnus de corpore & ſanguine Domini.
Rauchbar (*Andr.*) quæſtiones.
Rauii (*Chriſtian.*) ſpolium orient.
Raynaldus (*Odericus*) ad Baronii annales.
Rebuffus (*Petrus*) de decimis.
Redoanus (*Guiliel.*) de ſpoliis eccl.
Regino de eccleſiaſtica diſciplina.
Reineſius (*Thomas*) de Palat. Lateran.
- comment. in inſcript. Gruteri.

Reinhard (*Conrad Frid.*) diſſ. de poteſtate ciuil. in templa.
Reinhardus (*Ioannes Georg.*) de iure princip. German. ante temp. reform.

Reinkingius (*Theod.*) de regimine ſeculari & eccleſiaſtico.
Relandus (*Hadrian.*) in antiquit. ſacr. vet. Hebr.
Remigius de dedicat. eccleſ.
Renaudotii (*Euſebii*) collectio liturgiarum orientalium.
Renneman. in iurispr. Rom. Germ.
Reſtæ (*Luc. Anton.*) directorium viſitatorum ac viſitandorum, cum praxi & formula generali viſitationis.
Ribadeneira (*Petri*) hiſtoria Hiſpan. ſociet. Indica.
Richteri (*G. Philip.*) decisiones.
- tr. de ſignif. aduerb.
- comment. ad authenticas.

Ricciullus (*Ant.*) de iure perſonarum extra gremium eccleſiæ conſtitutarum.
- de Neophytis.

Riminaldi (*Hippol.*) conſilia.
Rittershuſius de differ. iur. ciuil. & can.
Riuinus (*Quint. Septim. Florens*) in enunc. iur. ad proc. Saxon.
Roccæ (*Hieronymi*) diſputationes iuris ſelectæ.
de la Roche bibliotheque Angloiſe.
Roſenthalius (*Henr.*) de feudis.
de Roye (*Franciſcus*) inſtitutiones iuris canonici.
- de iure patronatus.
- de iure honorific. in eccleſia.

Ruffini hiſtoria eccleſiaſtica.
Rupertus *Tuitienſis* de diuin. offic.
Rutilii *Numantini* itinera.

S.

Salmaſius (*Claudius*) ad Solin.
- de epiſcop. & preſbyt.
- de modo vſur.
- ad Tertull. de Pallio.

Salodius (*Paulus*) in praxi compendioſa de viſitat.
Saluianus Maſſilienſis de gubernatione Dei.
Sammarthani in Gall. chriſtian.
Sanchez (*Thom.*) de matrimonio.
a Sande (*Io.*) opera.
Sarcerius (*Eraſmus*) von jährlichen Kirchen viſitationen.
Sarpius (*Paulus*) de beneficiis.
- hiſtoria concil. Trid.

Saubertus (*Ioannes*) de ſacrific. vet.
du Sauſay (*Andreæ*) panoplia ſacerdotalis.
Scaccias de appellat.
Schallus (*Io. Adam*) in narrat. de init. & progreſſu miſſion. ſociet. Ieſu apud Chinenſes.
Schatenius (*Nicolaus*) in hiſtoria Weſtphal.
- annales Paderborn.

Schelſtrate de eccleſ. African.
Schenck. (*Frid.*) ad ius feud.
Schilter (*Ioannes*) de libertate eccleſiarum Germanicarum.
- inſtitutiones iuris canonici.
- ius publicum.
- de bonis laudemial.

Schmidt (*Ioannes Andreas*) in lex. eccl. min.
- de Agendis.
- de oblatione euchariſtiæ.

Schmierius (*Bened.*) de SS. eccleſ.
Schneidewinus ad inſtitutiones.
Schottelius (*Io.*) de antiq. in German. iurib.
Schultingius (*Antonius*) in iurisprud. anteiuſtinianea.
Schurzfleiſchius (*Conr. Sam.*) diſſ. de vitric. eccleſ.

Secken-

Digitized by Google

Seckendorff (*Vit. Ludou.*) in hiſtoria Lutheran.
Seldenus (*Ioannes*) de ſynedriis.
- in hiſtoria decimarum.
- de diis Syris.
- de vxore Hebræa.

Semedus (*Aluarus*) in annuis litteris ethnicis.
- in relatione de propag. eccleſ. in regno Sinæ.

Senecæ epiſtolæ.
Sibbern de libris latinorum eccleſ.
Sigeberti Gemblacenſis annales.
Sigonius (*Carol.*) de regno Italiæ.
Simon de patrinis.
Sinaita (*Anaſtaſius*) de ſanctis tribus quadrageſimis.
Sirmondi (*Iacob.*) opera.
Sleidanus (*Ioannes*) de origine errorum.
Sleuogt de vnion. eccl.
- de aduocat. imper. eccleſ.

Socinus de viſitationibus.
Socratis hiſtoria eccleſiaſtica.
de Solis (*Felicianus*) de cenſib.
Sotellus (*Ludouicus*) in relat. ad Vrbanum VIII. de eccleſiæ laponicæ ſtatu.
Sozomeni hiſtor. eccleſ.
Spanhemius (*Exech.*) in not. ad hymn. Callimach.
Spanhemii (*Friderici*) opera.
Speelmanni gloſſarium.
Spencerus (*Ioannes*) de legibus Hebræorum ritualibus.
Speneri (*Phil. Iacob.*) conſilia theolog. Germ.
Sperellus (*Alexander*) in deciſ. for. eccleſ.
Spitzius de procurat. canonica.
Springsfeld de Apanag.
Squillante (*Paul.*) de oblig. & priuil. epiſc.
Stam (*Ioannes Herman*) de ſeruitute perſonali.
Stanley in hiſtoria philoſophica.
Statius (*Achilles*).
Stephani (*Ioach.*) de iurisdict.
- de iure patronat.

Strauchius de oppignor. rer. imper.
Struuius (*Georg. Adam*) iurisprud. Rom. Germ. For.
- in ſynt. iur. ciu.

Stryk (*Samuel*) ad ius eccleſiaſticum Brunnemanni.
- vſus modernus.
- ad Lauterbachium.
- de non vſu iur. quæſt.
- de neceſſ. edend. titul.
- MSct. ad Mylerum ab Ehrenb. de princip. & ſtat. imper.
- de iure principis extra territorium.
- de ſucceſſ. ab inteſt.
- de iure familiarit.
- de ſanctitate reſidentiarum.
- de diſſenſu ſponſalitio.

Stuckius (*Ioannes Guilielm.*) in antiquitat. conuiualibus.
- de ſacr. & ſacrif. gentil.

Stypman (*Franc.*) de ſalariis clericorum.
Suauis (*Petrus*) hiſtoria concilii Tridentini.
Suetonius in Claudio.
- in Veſpaſian.
- in vita Calig.

Suicer (*Ioannes Caſpar.*) in theſaur. eccleſ.

Sulpicius (*Seuerus*) de vita B. Martini.
- in dialogo de virtut. monach. orient.
- hiſtor. ſacr.

de Suſannis (*Marquardus*) de iudæis & aliis infidelibus.

Syringius in aurea praxi decimar.

T.

Tabor de Metat.

Tacitus de moribus Germanorum.
- in annal.

Tamburinus (*Aſcanius*) de iure abbatum & abbatiſſarum.

Tellerus (*Romanus*) de deteriore femin. conditione in matrimonio contrahendo.

Tenzelius de diſciplina arcani.

Terentius.

Tertulliani opera.

Textor de iure epiſcopali in territoriis ſtatuum proteſtantium.

Thamerus (*Henricus*) de origine & dignitate pericoparum.

Theatrum Europæum.

Theodoreti hiſtoria eccleſiaſtica.

Theophili paraphraſis inſtitution.

Theſaurus in quæſt. forenſ.

Thomæ Cantipratenſis opera.

Thomaſſinus de veteri & noua eccleſiaſtica diſciplina.
- traitez hiſtoriques & dogmatiques ſur divers points de la diſcipline de l' egliſe & de la morale chretienne Tome premier, contenant un traité des jejunes de l' egliſe.

Thomaſius (*Chriſtian.*) diſſ. de morum cum iure ſcripto contentione.
- de iure principis circa adiaphora.
- ad Lancellotti inſtit. iur. can.
- diſſ. de legitima vinentis.
- de ratione ſtatus.
- ſpecim. iurisprud. iudicial.
- diſſ. de iure aſyli legat. ædib. compet.
- de vera orig. nat. progreſſ. & inter. iudic. Weſtphal.
- in denen Juriſt. Händeln.
- in dem Verſuch von annalibus von anno 1409. bis 1629.
- de hypoth. tacit. propter pec. luſtr.
- de morum cenſura.
- in hiſtor. content. inter imp. & ſacerd.
- diſſ. de nuptiis.
- de pact. futuror. ſponſalium.
- de validit. matrim. mortuis parent. contracti & per benedictionem ſacerdot. confirmati.
- ad Huber. de iure ciuitatenſ.

Thomingii (*Iacobi*) conſilia.

Thorndicius (*Herbert.*) in orig. eccl.

Thucelius in act. publ. ſeculi 18.

Thulemarius de octouiratu.

Tillemontius' dans memoires pour ſervir à l'hiſtoire eccleſiaſtique.

Tiraquellus (*Andr.*) de pœn. temper. vel remitt.
- ad LL. connubiales.

Titius (*Gerh.*) Probe vom geiſtl. Recht.
- in iure priuato.

de Tonduti (*Petrus Franciſc.*) quæſt. & reſol. benef.

Torre

Digitized by Google

Torre de pact. fut. succeſſ.

Trautmann (*Petr. Elias*) in actis curioſ. in puncto nullitatis matrim.

Trigautii (*Nicolai*) comment. rei chriſtian. apud Iapon.

- chriſtiana expeditio ad Sinas ſuſcepta a S. I.
- de chriſtian. apud Iapon. triumphis.

Trithemii (*Ioan.*) chronic. Hirſaugienſe.

- chronicon Spanheim.

Turicellius de vnion. benef.

Turnebi (*Adrian.*) aduerſaria.

Turſellini (*Horatii*) vita Franciſci Xaverii.

V.

Vadianus (*Ioach.*) de colleg. monaſt. Germ. veter.

Valckenirius (*Ioannes*) in Roma paganizante.

a Valle (*Renatus*) in Hipparcho ſeu diſceptatione de negotiatione religioſa.

Valeſius ad Sozomenum.

Valenſius (*Andreas*) ad decretal.

de Vargas (*Alphonſus*) de ſtrategemat. & ſophiſm. polit. ſocier. Ieſu.

Vasconellius (*Anton.*) in relat. perſecut. Iapon.

Vaſſorius in hiſtoria Ludouici XIII.

Velſeri (*Marci*) opera.

Vert (*Claudius*) explication des ceremonies de l'egliſe pour l'inſtruction des nouveaux converts.

Vicecomes (*Ioſephus*) de antiquis baptiſmi ritibus.

Villagut (*Alfonſus*) in ſpeculo viſitatorum ac commiſſariorum.

Virgilii Æneid.

Virgilius (*Polydor.*) de inuentione rerum.

Viringus (*Ioannes Walterius*) de ieiunio & abſtinentia.

de Vitallinis (*Bonif.*) in comm. ad Clem.

de Vitriaco (*Iacob.*) hiſtor. occid.

Vitringa (*Campegius*) de ſynagoga vetere.

Viuianus (*Iulian.*) in praxi iuris patronat.

Vlpianus in fragm.

Vngepauerus ad decretal.

Vrathius de iure patronatus eccleſ.

- de iurisd. eccl. nobil. immed.

Voellii bibliоth. iur. can. veter.

Voetii (*Gisbert.*) polit. eccleſ.

Voetius (*Ioannes*) ad Digeſta.

Voigtius (*Gothofr.*) de altari.

Volckmannus in manual. aduoc. ex edit. Beyeri.

Voſſius (*Gerhardus Ioannes*) de theologia gentilium, ſiue de origine & progreſſu idololatriæ.

Vrceolus (*Ioſephus*) de transaction.

Vulteius (*Herm.*) in conſiliis Marpurg.

- de feudis.

W.

Weberus de conſiſtoriis.

Wegnerus (*Gothofr.*) de alba veſte.

Wehner (*Paul. Matth.*) obſeruationes practicæ.

Weſenbecii (*Matth.*) conſilia.

- ad Digeſta.

Wicquefort de l'ambaſſadeur.

Wieſtner ad decretales.

Wild-

Wildvogel (*Christian*) de oblationibus, quæ fiunt in ecclesia per sæculum sonantem.

- de eo, quod iustum est, circa tempus quadragesimale.

Willenbergius de matrimon. conscient.

Witsius (*Herman.*) ad Guil. Cauei christ. prim.

Wottonius (*Guilielmus*) de iuribus clericorum in ecclesia christiana.

X.

Xenophontis opera.

Z.

Zacchias (*Paulus*) in quæstionibus medico-legalibus.

Zahn de iure municip.

Zasius (*Vlric.*) de iudæis.

Zeltner (*Gustau. Georg.*) de periodeutis vet. eccl. restituend.

Zieglerus (*Caspar*) de episcopis.

- de iure maiestatico.
- de superint.

de diaconis.

- de iure visitandi ecclesias.
- de dote ecclesiæ.
- ad Lancellotti institut. iur. can.

Zoesius (*Henr.*) in comment. ad ius can.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google